112
11
4



ANTONII
AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Tertium

QUO

De emendatione Gratiani libri duo

De quibusdam veteribus canon. ecclesiasticorum collectorib. judicium ac censura

Canones pœnitentiales cum notis

Notæ in canones Hadriani papæ

Constitutionum provincialium Tarraconensium libri quinque. Item de Tarraconensibus pontificibus brevis commentarius

Constitutiones concilii provincialis Tarraconensis anni MDLXXXIV.

Constitutionum synodalium Tarraconensium partes quinque

Continentur.



LUCÆ MDCCLXVII.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

PRÆFATIO.

MAgnum ingenium ANTONII AUGUSTINI Tarraconensis Pontificis, ejusque incredibile optimarum artium studium, tum juris præsertim prudentiæ totiusque antiquitatis ab eo percepta doctrina in iis rebus maximè floruerunt, quæ publicam respicerent utilitatem. Nam, ut alia permulta omittam, quæ nec loci nec temporis hujus sunt, quum essent nonnulla juris civilis, & pontificii volumina vetustate temporis, & librariorum in primis inscitiâ mirum in modum depravata, homini eruditissimo nihil potius fuit, quam ut illorum errores corrigeret atque emendaret. Itaque libros edidit Emendationum & Opinionum, quibus ea juris civilis volumina, quæ Digesta appellantur, emendari possent; deinde Dialogorum de Emendatione Gratiani libros duos confecit, quibus illud juris pontificii volumen, cui Decreto Gratiani nomen est, emendaretur. Probè enim vir excellenti ingenio intelligebat, quum respublica legibus regatur, omnia penitùs disturbari funditùsque perverti, si ipsæ sint leges erroribus imbutæ, malisque ingeniis nimiam dari eâ re facultatem omnia in obliquum trahendi inquinandique. Neque verò id nunc agimus, ut de utriusque emendationis utilitate disseramus: Nam & nos in prioris voluminis præfatione id persecuti sumus, & summus vir Gregorius Mayansius Siscarius Valentinus de illis plura scripsit in suo de ANTONII AUGUSTINI vitâ Commentario. At sanè eâ potissimùm ratione summa laus viris doctis tribui solet, quod illorum industria magno usui reipublicæ fuerit. Nam, si verum fateri volumus, ea litterarum studia, quæ vix ad publicam utilitatem referri possunt, curiositatis habent plurimum, sapientiæ non ita multum.

Sed, ut ad institutum revertar meum, illi, de quibus dixi, DIALOGORUM DE EMENDATIONE GRATIANI LIBRI DUO priorem in hoc tertio volumine locum obtinent. Notationibus illi quidem exquisitissimis, ac doctrinâ eruditioneque insignibus aucti maximeque illustrati fuerunt primùm ab ipso eorum authore ANTONIO AUGUSTINO, tum ab eruditissimo viro Stephano Baluzio Tutelensi, denique a viro doctissimo Gerh. Mastrichtio Ubio. His enim ab ANTONIO AUGUSTINO scriptis Dialogis fuit Romæ typis editum volumen Gratiani jussu Gregorii XIII. Pontificis Maximi emendatum. Id igitur occasionem præbuit AUGUSTINO, quare suis ipse Dialogis multa adderet, ut suum de emendando Gratiano opus perfectum existeret. Præfationes quoque eorum Dialogorum sanè luculentas & Baluzius, & Mastrichtius conscripserunt. Sed suâ Mastrichtius Præfatione, qua quidem juris pontificii historiam comprehendit universam, planè confecit volumen, quod ab AUGUSTINI Dialogis sejunctum exstat, atque inscribitur *Gerh. V. Mastricht J. C. Historia Juris Pontificii.* Ego itaque, cui constitutum certè est, reliquum nihil facere, ut ANTONII AUGUSTINI scripta illustrata quammaximè meis edantur typis, & duorum hominum litteratissimorum notationes, & Baluzii Præfationem jam typis descripseram. De Mastrichtii verò historiâ non satis mihi constabat, an locum in volumine

habere

habere deberet; propereaquòd mihi videbatur non nimis ad AUGUSTINI Dialogos pertinere. Ex aliâ verò parte non satis commodè Mastrichtii notationes intelligi posse videbam, nisi illius etiam historia præ oculis haberetur. Itaque cum animi eâ re penderem, viri amplissimi, neque unquam satis pro dignitate laudati Gerardi Meermani Roterodamensis accessit auctoritas, ut omni dubitatione sublatâ historiam quoque Mastrichtii huic volumini adderem. Quod ut facerem, vir præstantissimus Meermanus ex Batavis usque ad me misit ipsum Mastrichtianæ historiæ volumen, quod perrarum certè est, quodque editum fuit Duisburgi ad Rhenum Sumptibus Joh. Frider. Hagenii An. MDCLXXVI. Quod eò scribo, ut omnes sciant, quantopere vir præclaros de litteris bene mereri nunquam non studeat; cui quidem tantum ego debeo, quantum vix animo, & cogitatione comprehendere possum. Itaque quod ad hanc ANTONII AUGUSTINI de Emendatione Gratiani Dialogorum editionem attinet, primùm habetur, in ipso voluminis initio, Gerh. Mastrichtii Ubii Historia Juris Pontificii ex eo, de quo dixi, Duisburgensi exemplo exscripta; Deinde Stephani Baluzii Tutelensis Præfatio; Tum ipsi habentur Dialogi notationibus ipsius Augustini, & Baluzii, atque Mastrichtii aucti, maximeque illustrati; Ac denique habetur Liber observationum Stephani Baluzii, quæ quidem ad Gratiani emendationem pertinent, atque inscriptæ ab illo fuerunt *Notæ ad Gratianum*. Hæc omnia ego exscripsi ex duobus optimis exemplaribus, quorum unum editum fuit Duisburgi ad Rhenum Sumptibus Joh. Frider. Hagenii An. MDCLXXVII. atque missum ad me liberalissime fuit ab eodem illo summo viro, de quo ante dixi, Gerardo Meermano; alterum verò Neapoli, vel, ut adscriptum in eo est, Parisiis Sumptibus Joannis Gravieri An. MDCCLX. quæ quidem duo exempla simul accuratè conferenda curavi; ac Baluzii & Mastrichtii notationes, quæ in illis exemplis reperiebantur in libri finem rejectæ, ego locis, quibus oportebat, subjeci. Enimverò quia nihil antiquius mihi esse debet, quam ut in volumina, quæ meis typis eduntur, nulli planè irrepant de religione errores, vel si quid minus sapienter, minusque omnino religiose dictum in illis sit, id omne animadversionibus opportunis accuratissimè purgetur, atque veritatis luce detegatur, ne nocere possit: Idcirco quum in Gerh. Mastrichtii Ubii scriptis quædam essent insane dicta, proptereaquod homo, superstitione majorum fortè inductus, a verissimâ religione dissentiebat, atque in scriptis etiam Stephani Baluzii Tutelensis nonnulla essent, quæ non satis religiosè dicta viderentur; ego omnibus his animadversiones subjeci theologicas a sacerdote probatissimo, in primisque docto, ac theologiæ jurisque pontificii maxime perito comparatas. Pauca etiam ex Mastrichtii Historiâ rejecimus, quæ iniquo prorsus, infestoque animo scripta nos nullo modo ferenda duximus. Ea obtinebant Capitis CCCLXXXVI. postremam partem, tum totum Caput CCCLXXXVII. atque Epilogi partem priorem. Nihil plane erat in illis, quod ad Historiam ac eruditionem verè spectaret: Sed utplurimùm maledicta asperè & ferociter in pontificium jus coniiciebantur, eaque ab Calvinianis sæpius Scriptoribus, quorum verba Mastrichtius referebat: quod quidem a doctorum hominum prudentiâ longè alienum (ut levissimè dicam) nemo non putarit. Quod reliquum est, ad hunc fortasse locum pertinere etiam poterat ea ANTONII AUGUSTINI luculenta plane epistola, quam ad Gregorium Decimumtertium Pontificem Maximum scripsit Ilerdæ Idib. April. An. MDLXXIII. Nam quum sapientissimus ille Pontifex de Gratiani Emendatione toto, ut dicitur, pectore cogitaret, litteras ad AUGUSTINUM dedit; quibus petebat, uti sibi libros quosdam mitteret, qui multum ponderis in eo emendando volumine habituri essent. Verùm ea epistola aptiorem habebit locum inter reliquas

quas

quas ANTONII AUGUSTINI epiſtolas, quæ quidem apud me quamplurimæ exſtant.

Poſt Gratiani emendationem habetur ANTONII AUGUSTINI DE QUIBUSDAM VETERIBUS CANONUM ECCLESIASTICORUM COLLECTORIBUS JUDICIUM AC CENSURA. Opus hoc non fuit ab ipſo AUGUSTINO typis editum. Itaque cum Romæ Epitome Juris Pontificii fuit typis deſcripta, in illud volumen libellus injectus eſt, cui quidem Libello AUGUSTINUS extremam manum haud addiderat; quinimò quamplurima in eo vacua ſpatia reliquerat, quæ quidem complevit illius ex Fr. Nepos Antonius Auguſtinus Jeſuita. Nos itaque ea omnia, quæ Auguſtino Nepoti debentur, eo typorum genere deſcripſimus, quod hominis ſcripturam imitatur * maximè; atque ad ea, quæ ex aliis ſcriptoribus AUGUSTINUS refert, notam „ in margine appoſuimus. Eſt vero hic liber idem ille, qui in Bibliotheca Vaticana aſſervatur una cum alio quodam ANTONII AUGUSTINI opuſculo, quo continetur perbrevis Conciliorum hiſtoria, quodque longiſſimè abeſt, ut perfectum abſolutumque dici poſſit, ac propterea nunquam fuit typis editum: Atque volumen, quod continet hæc duo opuſcula, ita inſcriptum reperitur: *Obſervationes de Synodis & Collectoribus Canonum.* Sed de his ſatis diſſeruit eruditiſſimus Mayanſius in ſua * Hiſtoriâ.

* *Typis curſivis.*

Tum ſequuntur CANONES PŒNITENTIALES CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS; Cui quidem libro adjecta etiam ab ipſo AUGUSTINO Præfatio eſt ſplendidè ſanè, multàque eruditione conferta, qua de remediis peccatorum ac ſatisfactione abundè docteque diſſerit, atque univerſam illius rei hiſtoriam accuratè, neque ineleganter exponit. Notationes quoque, quibus totum opus AUGUSTINUS perſecutus eſt, mirificam hominis eruditionem planè declarant; eæque, cum libri finem antè tenerent, a me ſingulis paginis aptatæ fuerunt. Hunc verò librum ego exſcripſi ex exemplo edito Venetiis Ann. MDLXXXIV. *

* *Pag. LXII.* §. Parvus eſt &c. *pag. XCIV.* §. Juris pontificii &c. *pag. CIII.* §. In ipſius &c.

* *In quarto.*

Poſtea deſcripſimus HADRIANI PAPÆ CAPITULA INGILRAMNO EPISCOPO TRADITA &c. CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS. Hæc Hadriani Decreta ab AUGUSTINO notationibus illuſtrata LXXII. numero eſſe reperiuntur. Ab Jacobo Sirmondo illa ipſa LXXX. numero edita fuerunt. Verumtamen inter utrumque id unum differt, quod quadam ex iis, quæ apud Sirmondum duo vel tria efficiunt Decreta, apud AUGUSTINUM unicâ ſcripturâ, unicoque Decreto continentur. Nos itaque ANTONII AUGUSTINI diviſionem ſequuti fumus. At, ne quid diligentiæ omitteremus, Sirmondi etiam diviſionem in margine indicavimus, & inſcriptiones quoque intùs eum hac notâ * appoſuimus. Atque item in margine Regum oſtendimus Decreta. Cæterum AUGUSTINI notationes longe maximam libri partem conficiunt, eximiamque eruditionem atque vetuſtatis notitiam continent. Eas etiam ab extremis libri paginis, quas antè occupaverant, nos ad ſingulas revocavimus. Sane hic Liber eſt idem cum eo, de quo Martinus Baillus, Andreas Schotius, & Henricus Brenemannus memoriæ prodiderunt, quod inſcriberetur *Ad Hadrianum Liber Singularis.*

Hæc Hadriani Pontificis Maximi Decreta conſequuntur CONSTITUTIONUM PROVINCIALIUM TARRACONENSIUM LIBRI QUINQUE AB ANTONIO AUGUSTINO EMENDATI ET AUCTI; Ejuſdemque DE TARRACONENSIBUS PONTIFICIBUS BREVIS COMMENTARIUS.

Tum CONSTITUTIONES CONCILII PROVINCIALIS TARRACONENSIS EDITÆ MENS. NOVEMBR. ET DECEMBR. ANNI MDLXXXIV.

Ac denique CONSTITUTIONUM SYNODALIUM TARRACONENSIUM PARTES QUINQUE.

Tria hæc opuſcula plurimi ſane facienda ſunt ab iis præſertim omnibus, qui ſacris præſunt. Habentur enim in illis omnia, quæ ad religionem reſque ſacras pertinent: atque, quod

rarò

rarò fieri videmus, omnia in illis cùm dignitate, nec sine elegantiâ explicata sunt.

Priores illi Libri Quinque fuerant jam antè sub Hieronymo Auria Cardinale ac Tarraconensi Pontifice digesti & editi. Eos AUGUSTINUS cum tabulis veteribus contulit emendavitque, ac novis decretis, tum suo de Pontificibus Tarraconensibus Commentario magnopere auxit: Atque ita auctos curavit edendos Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXX.

Deinde quum Provinciæ Conventum Tarracone habuisset Mens. Novembr. & Decembr. An. MDLXXXIV. Decreta, quæ in eo Conventu, se præside & auctore, facta fuerant, in ordinem redigenda atque edenda curavit Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXV.

At quoniam Diœcesis quoque Tarraconensis sua habebat Decreta, a Provinciæ Decretis sejuncta, atque magnâ ex parte ipso auctore AUGUSTINO confecta; hæc etiam in ordinem collocavit ediditque Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXI.

Itaque hæc omnia Philippi Mey typis edita Tarracone fuerunt. Exempla rarissima quidem sunt. Ea ad me liberalitate, ac benignitate insigni misit summus vir Gregorius Mayansius Valentinus, cujus maxima in me beneficia nec silentio prætermitti ullâ ratione possunt, nec oratione satis declarari. Nam, ut de cæteris taceam, misit ad me vir eximius omnia, quæ, diù multumque conquisita, apud illum erant, ANTONII AUGUSTINI scripta rarissima partim typis edita, partim manu exarata: adeout affirmare non dubitem, meam hanc editionem expletam, absolutam, perfectam omninò fore.

Voluminis finem facit plenissimus Index rerum & verborum, quæ in toto volumine notari debeant, a me qua potui maximâ diligentiâ comparatus.



Sum-

Summaria Tractationis
GERHARDI VON MASTRICHT.

1 *ORigo, & causa Conciliorum.*
2 *Concilia primo sæculis rara.*
3 *Concilii decretum* canon *dicebatur, & quare.*
4 *Origo vocis canonis.*
5 *Variæ significationes vocis* canonis.
6 *Prima.*
7 *Secunda.*
8 *Tertia.*
9 *Quarta.*
10 *Quinta.*
11 *Examinatæ hæ significationes.*
12 *Unde proprie constitutiones ecclesiasticæ* canones *dictæ.*
13 *Diversa canonum efficacia.*
14 *Antiquis magis* canonis, *quam* juris *nomen placuit, quod postea successit.*
15 *Differentia seu species canonum.*
16 *Δόγματα & decreta quæ.*
17 *Novella 131. explicata.*
18 *Differentia inter δόγματα & canones non est perpetua.*
19 *Paucitas canonum primis sæculis, quia pauca concilia habita.*
20 *Concilium Hierosolymitanum.*
21 *Concilium Romanum contra Novatum.*
22 *Primi Canones Codicis canonum, in synodo Ancyrana scripti, quando hæc habita, & quot ejus Canones.*
23 *Secundi in Neocæsariensi, ejusque tempus & numerus canonum.*
24 *Laodicena synodus, ejusque tempus, & numerus canonum.*
25 *Gangrense concilium, ejusque canones.*
26 *Nicæna synodus prima, & Oecumenica, ejusque canonum numerus.*
27 *Cur Nicæni canones in codice canonum Catholicæ Ecclesiæ, primo loco positi.*
28 *Quando cœperint colligi canones.*
29 *Concilium Constantinopolitanum primum, Oecumenicum secundum, & ejus canonum numerus.*
30 *Ephesina synodus Oecumenica tertia, & numerus canonum.*
31 *Concilii Chalcedonensis Oecumenici quarti canones XXIX. claudunt codicem canonum. Ecclesiæ universæ.*
32 *Canones conciliorum antiquiores, sed non relati in codicem canonum; velut concilii Elliberini.*
33 *Canones pœnitentiales Petri Alexandrini Episcopi.*
34 *Quæ initia habuerit codex canonum.*
35 *Qui canones cum Nicænis accepti.*
36 *Quot canones in principio habuerit codex canonum.*
37 *Quot postea accreverint.*
38 *Ecclesia post tempora Nicæni concilii scriptura & canonibus cœpit regi.*
39 *Codices duo, scripturæ, & canonum, in conciliis propositi.*
40 *Testimonia de codice S. Scripturæ.*
41 *Item de codice canonum.*
42 *Adserta collectio canonum post concilium Nicænum.*
43 *Nomina hujus collectionis, corpus canonum.*
44 *Codex canonum.*
45 *Testimonia antiqua de codice canonum.*
46 *Editio hujus Codicis, & error Justelli.*
47 *Vocatur corpus canonum, & corpus codicis canonum, liber canonum. Patrum canones &c.*
48 *Causæ cur canones in corpus congesti.*
49 *Canones in diptyca Ecclesiastica relati.*
50 *Quid in novella 115. verbum* τεϱπτόνασϑαι *significet.*
51 *Confirmatur in concilio Chalcedonensi, & a Justiniano Imperatore.*
52 *Codex canonum est pars juris civilis.*
53 *Novella 131. explicata.*
54 *Quid additum post Justiniani tempora.*
55 *Iterum confirmatus a concilio Nicæno secundo.*
56 *Ab hoc Codice jus Canonicum habet originem.*
57 *Collectionis canonum studium ex Oriente progreditur in Occidentem, & Africam.*
58 *Occidens quando cœperit uti canonibus.*
59 *Prima collectio materiam dedit sequentibus.*
60 *Nullum habuit certum auctorem.*
61 *Accepit postea nomen etiam ab iis, qui sequentium synodorum canones addiderunt, ut patet exemplo Stephani Episcopi Ephesini.*
62 *Duo Errores Henr. Justelli filii.*
63 *Codex Ecclesiæ universæ, a posteriori codice Ecclesiæ Orientalis distinctus.*
64 *Refutatus Perroni error.*
65 *Adsertus titulus Codicis Ecclesiæ Catholicæ, seu universæ.*
66 *Regressus ad Ecclesiam Romanam, quæ non diu usa solis canonibus Nicænis.*
67 *Id probatum, spuria seu fraudolenta collectione Zosimi Papæ.*
68 *Origo erroris LXXX. canonum concilii Nicæni.*
69 *Verus numerus canonum Nicænorum adseritur.*
70 *Probata iterum versio antiqua Latina Codicis canonum.*
71 *Ipsa versio antiqua edita a Justello.*
72 *Quamdiu usa sit Romana Ecclesia antiqua versione.*
73 *Quis fuerit Dionysius Exiguus; & quæ ille Codici in sua versione addiderit.*
74 *Quid differat Codex Dionysii Exigui, a Codice Romanæ Ecclesiæ.*
75 *Dionysius primus collector Decretalium.*
76 *Decretales incipiunt a Siricio.*
77 *Differentia inter codicem Dionysii Exigui, & Ecclesiæ Universæ in dinumeratione canonum.*
78 *Dionysii collectio, & versio statim Romæ recepta.*
79 *Convenientia & dissensus codicis Romani cum ordine memorato Leonis Papæ.*
80 *Aliæ Ecclesiæ Occidentis præter Romanam; habuerunt quoque olim Codicem canonum, habuit Gallia.*
81 *Cujus versionis disquisitum.*
82 *Duplex Codex Ecclesiæ Gallicæ.*
83 *Quomodo creverit codex Gallicus ex conciliis Africanis.*
84 *Ex decretalibus.*
85 *Quæ Decretales in Codicem Gallicum receptæ.*
86 *Codex canonum in Hispania receptus.*
87 *Duplex ille Ecclesiæ universæ.*
88 *Et alter specialis conciliorum Hispaniæ.*
89 *Codex Ecclesiæ Britannicæ.*
90 *Specimen codicis Britannici.*
91 *De Auctore hujus codicis disquisitum, ubi negatur esse eum Theodorum Archiepiscopum.*
92 *Adseritur eum esse codicem Ecclesiæ Romanæ.*
93 *Probatur neque esse ab eo collectum.*
94 *Germani quem codicem, quam canonum collectionem habuerint.*
95 *Africa duplicem habuit codicem.*
96 *Ecclesiæ universæ.*
97 *Et specialem Africanorum conciliorum.*
98 *Num privata auctoritate, an vero publica sit collectus ille codex Africanus.*
99 *Scriptus primum Latine, postea in Græcum versus.*
100 *Inseritur codici Ecclesiæ Orientalis.*

216



GE.

GERHARDI VON MASTRICHT

JURISCONSULTI ET ANTECESSORIS

HISTORIA JURIS ECCLESIASTICI ET PONTIFICII

SEU

De Ortu, Progressu, Incrementis, Collectionibus, Auctoribusque Juris Ecclesiastici, & Pontificii

TRACTATIO.

SErvator noster Jesus Christus perfecto negotio redemptionis nostræ, in cælum, Ecclesiæ suæ supremus Rex, abiturus, Apostolos suos, quos vivus elegerat, ad colligendam Ecclesiam Christianam per universum orbem, cum potestate docendi & scribendi misit. Hi fidei nostræ principia modumque cultus, novo fœderi congruum cum fideliter tradidissent, & sanguine doctas veritates plerique obsignantes, ad Patriam cælestem οἰκίαν illam ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ad cujus spem & præmium fideles erudierant, abiissent; non diu populus Christianus in dogmatibus fidei, aut disciplina morum & ritibus ecclesiasticis [quorum magnam partem liberæ cujusque Ecclesiæ determinationi, observata tantum ordinis decentia, reliquerant Apostoli] concors fuit; sed in primordiis fere vel astutia Sathanæ, summi concordiæ, & veritatis ecclesiasticæ osoris; vel humani ingenii superbia, inquietudine, mutabilitate, rerumque novarum studio & pruritu, in fide, moribus & ceremoniis ecclesiasticis, a prima simplicitate & veritate, ad superstitionem (ad quam, utpote propria figmenta, indoles humana propendet), & exitialia dogmata multi deflexerunt: neque deflexisse satis erat, aut invenisse errores, debuerunt etiam defendi, & propagari tanquam salutaria inventa. Quibus hominibus & dogmatibus perditis, cum ii, quibus reipublicæ Ecclesiasticæ cura mandata erat, se opponerent, necesse aliquando fuit convocare Presbyteros, seu Episcopos [ejusdem enim officii utrumque nomen primis Christianismi primordiis fuit] Doctores, aliaque ecclesiæ membra illustriora & in rebus fidei versatiora; idque vel unius aliquando urbis seu collegii, vel diversarum, aut aliquando etiam, si negotii pondus id exigeret, latiusque exitiale dogma serperet, omnium quantum possibile erat, per totum Christianum Orbem Ecclesiarum, ut illi unanimi sententia, invocato Spiritus sancti auxilio, de dogmate disquirerent, probarent vel improbarent, & quid imposterum observandum esset, decernerent. In his imitati Apostolos, qui primum istiusmodi conventum Hierosolymæ instituerunt, cum quidam in re Christiana nondum satis eruditi, συμβιβάζειν Judaici & Christiani cultus urgerent. Hæc initia & causæ conciliorum & synodorum fuerunt, quæ primis tribus Christianismi seculis purioribus, & a superstitione magis alienis rarissima fuerunt, quarto & quinto invalescere, & sequentibus in consuetudinem abire cœperunt. Quidquid in his a Patribus decernebatur, illud *canonis* nomen accepit, quod regulam & normam præscriberet credendi & vivendi; Apposite Socrates *lib. 1. cap. Hist. Eccles.* Τότε, ὡς ἂν τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι καὶ ἄλλα, τινὰ ἐγγράψαντες, ἃ κανόνας ὀνομάζειν εἰώθασιν, αὖθις κατὰ πόλεις ἀνεχώρησαν. Et Sozomenus *Hist. Eccles. lib. 1. cap. 23.* ἡ δὲ σύνοδος ἐπανορθῶσαι τὸν βίον σπουδάζουσα τῶν περὶ τὰς ἐκκλησίας διατριβόντων, ἔθετο νόμους, οὓς κανόνας ὀνομάζουσιν. *Concilium vero ad mores eorum, qui in Ecclesiis ætatem degunt, rite instruendos omni cura & cogitatione incumbens, leges, quas vocant, canones sancivit.* Mutuo sumpto nomine a scripturis sacris, iisque canonicis, ideo sic dictis, quia suprema Lex credendi & vivendi in iis tradebatur; ad quas tamen etiam translata est vox primum ab artificibus mechanicis, qui ad canonem exigebant, an quid rectum esset; adposite Æschines. ὥσπερ ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μή, κανόνα προσφέρομεν. Ab his postea omnes cæteræ significationes sumptæ, & per metaphoram vox translata est ad leges, quibus quod rectum præscriptum; item ad scientias, in quibus regulæ, seu canones inventi & traditi, ad quos rectitudo scientiarum examinanda erat, docente id eleganter *Porphyrio in Harmonicis, ex Ptolemaide Cyrenaica* clarissima fœmina, de scientia canonica, quæ postea Harmonica dicta est, a qua ad alias scientias hæc transferri possunt; verba Ptolemaidis hæc refert Porphyrius. Ἡ δὲ κανονικὴ πραγματεία κατὰ τίνας μᾶλλόν ἐστι καθόλου; κατὰ τοὺς Πυθαγορικούς. Ἣν γὰρ νῦν Ἁρμονικὴν λέγομεν, ἐκεῖνοι Κανονικὴν ὠνόμαζον. Ἀπὸ τίνος κανονικὴν αὐτὴν λέγομεν; Οὐχ ὥς τινες νομίζουσιν, ἀπὸ τοῦ κανόνος ὀργάνου παρονομασθεῖσαν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς εὐθύτητος, ὡς διὰ ταύτης τῆς πραγματείας τὸ ὀρθὸν τοῦ λόγου εὑρόντος. Latina sic verti possunt: *Canonicum vero studium, juxta quos est generalius? Juxta Pythagoricos. Quam enim nos nunc vocamus Harmonicam, illi appellabant Canonicam. Sed cur illam Canonicam vocamus? Non ut censent quidam a Canone instrumento, sed a rectitudine. Quoniam ratio invenit id, quod rectum est, quando utitur regulis seu canonibus harmonicis.* Hic canon num a קנה *Kaneh*, deducatur, ut *Stephanus* notat, quod septuaginta Interpretes κάλαμον vel καλαμίσκον reddunt, unde & *Canna*, videtur esse, quod antiquitus ea recti esses mensura; an rectius per Metathesin ab : נגר quod *canonem* seu perpendiculum notat; ut ex *Beckmanni* originibus, hoc cum multis aliis notat Clarissimus *Vossius*, aliis dispiciendum relinquimus. Neque etiam nunc evagandum in disquisitione variarum significationum hujus vocis, abunde id viri Doctissimi fecerunt, & maxime de lingua Græca bene meritus *Hen. Stephanus* in The-

1 Origo, & causa conciliorum.

2 Concilia primis seculis rara.

3 Conciliis decretum canon dicebatur, & quare.

4 Origo vocis canonis

5 Variæ significationes vocis canonis.

in Theſauro; nobis tantum tradendæ ſignificationes eccleſiaſticæ, quæ potiſſimum ad inſtitutum noſtrum faciunt. Harum quinque Magnus Beza Stephano ſuggeſſit, quas præpoſtero ordine recenſebimus, quia
6 Prima is maxime facit ad rem præſentem. Primo κανὼν, eſt ἐκκλησιαστικὴ τάξις Synod. Laod. 24. id eſt catalogus eorum, qui eccleſiis in quocunque munere ſerviunt, quorum alios vocabant *Clericos* generali nomine, ut *Apoſt. Can.* 25. 31. 85. & 1. *Conſtant. ſynod. can.* 6. & horum rurſus alii ἱερατικοὶ vocabantur, puta Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, quos Ordines poſtea maiores vocarunt, alios vero *Clericos* ſpeciali nomine, ut animadvertere licet ex *Apoſtolico canone* 17. & *Laodic. Syn. c.* 24. 27. 30. & aliis nonnullis. Cæteros autem ſic a laicis diſtinguebant, ut non eſſent quidem ἐν κλήρῳ κατειλεγμένοι, quoniam χειροθεσίαν non habebant, ut loquitur 2. *canon Chalced. ſynod.* qui etiam dicuntur οἱ ἐν ἐκκλησιαστικῷ τάγματι ejuſdem *ſynod. can.* 6. & κατειλεγμένοι *can.* 10. & εἰς ἐκκλησίαν πλάττεσαν. 20. ſed illa generali appellatione dicerentur ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, ut *Nic. ſyn. can.* 14. & οἱ τῷ κανόνι *Chalc. ſyn. can.*
7 Secunda 2. Secundo κανὼν λειτουργίας, a quibuſdam Græcis Theologis & Latinis recentioribus certæ benedictionis
8 Tertia cœnæ myſticæ formulam denotat. Tertio κανὼν eſt poſitus, pro fidelium epiſcoporum & præſertim Martyrum catalogo, quorum in ſolemnibus precibus memoria celebrabatur; cujus conſuetudinis aliqua veſtigia in Græcæ & Latinæ liturgiæ canone adhuc retinentur. Hunc autem olim etiam morem fuiſſe ex quorundam veterum Theologorum ſcriptis liquido conſtat, & ex recentioribus ſcriptoribus, *Nicephorus* præſertim multis explicat *lib.* 14. *cap.* 25. & 26. ubi contentionem illam narrat de Chryſoſtomi nomine in Myſticas tabulas referendo, inde factum arbitror, ut *canonizati* dicti ſint, quorum memoria publico Eccleſiæ conſenſu celebrabatur, unde orta tandem divorum invocatio (1). Porro κανὼν ideo pro catalogo ponitur,
9 Quarta quod catalogus certa norma & regula eſſet, iis dignoſcendis, qui in illo recenſebantur. Quarto κανὼν pro ſacrorum librorum catalogo, ut multis locis nominat Euſebius, quorum inviolabilis eſt auctoritas, & ad quos velut certiſſimam normam exigenda ſunt omnis Chriſtianæ religionis dogmata, ut in *canone Apoſtolico* 85. hanc inſcriptionem habent quædam editiones, κανὼν βιβλίων ἁγίων, qui hujus vocis uſus invenitur *in ſynopſi divinæ ſcripturæ Athanaſio* attributæ, ubi & κανονικὰ βιβλία vocantur libri ea
10 Quinta comprehenſi. Tandem quinto κανὼν eſt regula & norma diſciplinæ ſive politiæ Eccleſiaſticæ, ut eſt Apoſtolicis primum παραδόσεσι, deinde ſynodis legitimis deſcripta, unde & *canones* vocantur conſtitutiones his de rebus factæ; interdum copulantur hæc duo, διατυπώσεις & κανόνες, tum alibi, tum in Græca *concilii Nicæni hiſtoria*. Ab hac autem κανόνος ſignificatione jus canonicum, quod vocant, nomen
11 Examinatæ hæ ſignificationes. invenit. Verum harum ſignificationum prima & tertia, ſunt eædem, & eſt tum κανὼν idem cum diptychis eccleſiaſticis, de quibus late a nobis actum eſt in *Schediaſmate de Suſceptoribus Infantium ex baptiſmo*. Ubi *dyptycha* eccleſiaſtica diſtinximus in vivorum & mortuorum, *vivorum* dyptica ſunt κανὼν eorum, qui Eccleſiis ſerviebant in quocumque munere; *Mortuorum* vero ſunt in quæ nomina, ſtatus, ordo, & obitus Epiſcoporum referebatur. *Vid. pag.* 57. & *ſeq.* Ubi & de aliis dyptichis. Secunda ſignificatio ad quintam referenda eſt, quia κανὼν ille λειτουργίας nil aliud eſt, quam definitio per canonem eccleſiaſticum formulæ, quomodo myſtica cœnæ benedictio peragi debeat; quemadmodum κανὼν in jure & legibus vocatur, quod lege eſt definitum & determinatum; item tributum illud, quod certa lege eſt ſtatutum & indictum, ut videri poteſt apud *Aſconium Pedianum*, qui inter præſtationum genera vocat *canonem*, *oblationem*, & *indictionem*; & qui hunc canonem exigebant *canonicari*, vocantur *Novella* 30. & 136. item apud Caſſiodor. *lib.* 11. & 12. *var.* & Centies in jure noſtro *canon* vocatur præſtatio quædam, quæ legibus vel pactis eſt definita. Cujus tractatio non eſt hujus loci: Sed, quod magis affine eſt noſtræ tractationi, ἀκανόνιστοι σύνοδοι leguntur, in *ſynodi Chalcedonenſis canone*, qui in *Codice canon. Eccleſ. univerſæ eſt* 197. *iſtius ſynodi* 19. quas interpretatur Juſtellus, *canonibus conditas ſynodos*, Dionyſius Exiguus & *cod. canonum Eccleſ. Rom. ſtatuta concilia*; intelligit autem canon iſte, provincialia iſta concilia, quæ canonibus eccleſiaſticis ſunt ſtatuta & mandata, ut bis quotannis convocentur. Quarta vero ſignificatio eſt primaria & vere eccleſiaſtica, qua libri ſacri, quia perpetuam
12 Unde propriæ conſtitutiones eccleſiaſticæ canones dictæ. vitæ & morum regulam præſtant, *canonici* ſunt dicti; a qua, ut ſupra memoratum, decreta eccleſiaſtica, quæ dogmata fidei vel ritus determinant, aut mores informant, *canones* ſunt dicti, quod adinſtar ſcripturæ vitam hominis Chriſtiani dirigant. Non tamen pari virtute & obligatione. Major enim ſine ulla comparatione ſcripturæ canonicæ eſt auctoritas, quam canonis eccleſiaſtici in concilio decreti; il-
13 Diverſa canonum efficacia.

lius

(1) In more fuiſſe Apoſtolicis etiam temporibus, Sanctorum, & præſertim Martyrum nomina in tabulis myſticis conſcribendi, inter alios rerum Eccleſiaſticarum peritiſſimus Franciſcus Florentinus tradit in animadverſione 2. ſuo præmiſſa Martyrologio; idque factum affirmat, ut juxta præceptum Apoſtoli, eorum memoria recoli poſſet, qui in Domino obdormierant. Non quidem cultus, & invocatio Sanctorum ex Tabulis originem ſuam in Eccleſia dignoſcunt, cum potius Tabularum uſus ad invocationem, & cultum cum ordine præſtandum fuerit fortaſſis invectus. Invocatio ſervorum Dei longe antiquior quam Tabulæ advenitur, cum in Judæorum etiam Eccleſia ſervaretur, ut Divina teſtantur monumenta: „ Propter David „ ſervum tuum (ajebat Salomon, Pſalm. 131.) non „ avertas faciem Chriſti tui “. Danielis 3. „ Ne auferas miſericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſac ſervum tuum, & Iſrael Sanctum tuum “. Hæc verba tanquam canonica admiſit Eccleſia, quanvis in Hebraicis exemplaribus, ætate S. Hieronymi ſuperioribus deeſſent, cum in verſionibus Theodotionis, Aquilæ, & Simmachi, nec non ſeptuaginta Interpetrum legerentur. Eccleſia tunc temporis Theodotionis utebatur verſione, ut teſtatur S. Hieronymus in proœmio ad Danielem. Jacob Patriarcha, dum Joſephi benedicebat filiis Geneſis 48. ℣ 16. „ Angelus, ait, qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris iſtis, & invocetur ſuper eos nomen meum; „ nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Iſac “. Quodnam clarius valeat proferri ex veteris teſtamenti ſcripturis teſtimonium, quo Proteſtantium impudentia revincatur, dum ſanctorum invocationem conantur expungere? Verum in ſcriptis etiam Apoſtolicis non deeſſe pro Sanctorum invocatione monumenta compertum eſt ex Apocalypſis cap. 1. ℣ 4. ubi legimus: „ Gratia vobis, & pax ab eo qui eſt, & qui „ erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui „ in conſpectu Troni ejus ſunt “. Hoc autem modo ab Angelis pacem deprecari, quid aliud eſt, quam eorum advocare Patrocinium? In Divina ergo revelatione ſanctorum invocatio continetur certum, eſt, non autem ex myſticis tabulis ſumpſit exordium. W.

lius enim prætoria est, hujus nulla, nisi illi innitatur & cum ea consentiat. Illius infallibilis est, hujus fallibilis, quod multis canonibus vel unius concilii Tridentini firmari posset, si quis hospes in antiquitate Ecclesiastica de eo dubitaret. Non dant concilia ejusque canones nobis novas veritates in scriptura non revelatas, sed sunt tantum suffragia & sententiæ, de veritatibus antea revelatis, quas mali quidam, aut non satis docti, detorserunt in pravum sensum, aut non recta intellexerunt. Hæc de dogmatibus fidei intelligimus, in quibus concilia ejusque decreta, nobis non magis sunt norma fidei, quam Judicis sententia juris & justitiæ. Sed ut hæc secundum jus & justitiam ferri debet, ita illa scripturæ inniti, siquidem nos ad credendum obstringere velint [2]. In ritibus autem Ecclesiasticis, quæ libertati Ecclesiæ Christus & Apostoli sæpe reliquerunt, magis proprie decreta conciliorum canonem seu regulam vivendi & parendi præscribunt, quam quisque observare tenetur, dummodo generalis illa ordinis decentia, sit observata. Utraque tamen definitio conciliorum & de dogmatibus fidei, & de ritibus ecclesiasticis, non inconcinna nomine *canonis* tolleratur, ut sint regula fidei ac morum, quatenus Scripturæ innituntur, & veritates illius comprobant, aut morale illud ordinis determinant. Placuit id nomen antiquis magis, quam illud *juris* nomen, aut *juris ecclesiastici*, aut *juris canonici*, quod serius, forte fastu & æmulatione Romani Pontificis introductum est; de quo postea pluribus (3). Exinde patet canones esse duplicis generis, quidam agunt de fidei capitibus eaque ex scriptura determinant, quidam vero tantum mores, disciplinam, ritusque ecclesiasticos respiciunt, quod & specialibus vocibus veteres videntur indicasse, eos enim canones conciliorum, quibus fidei capita determinant δόγματα, latini *decreta*; quibus vero mores & disciplina Ecclesiæ regitur, *canones* appellarunt. Illustre hujus rei documentum habemus in *Imp. Nostri Justiniani Nov.* 131. quæ inscribitur περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων, καὶ προνομίων τῆς εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας: quod in rubrica vertitur, *de Ecclesiasticis titulis & privilegiis*: in procemio vero, *de regulis ecclesiasticis & privilegiis*, melius. In hac Novella *capite primo*, diserim δόγματα & κανόνες distinguuntur a se invicem, & tamen in principio omnes sub nomine canonum ecclesiasticorum continentur. Cape Verba Imperatoris Græca: Θεσπίζομεν τοίνυν, τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας, τουτέστι τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη. καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν. πατέρων, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη, καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι, καθ' ἣν Εὐτύχης μετὰ Νεστορίου ἀνεθεματίσθη, τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων καὶ τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς, δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. Quæ ita vulgo versa leguntur, sive a *Berguntio Pisano* ut vult *Anton. Augustin.* sive ab alio; dubitat enim Contius in *Dedicatione Novellarum ad Jacobum Cambreum*. *Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis exposita sunt, aut firmata, hoc est in Nicæna trecentorum decem & octo, & in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges observamus.* Manifeste Imperator ecclesiasticos canones in principio vicem legum vult obtinere, sub quibus illa de fide capita, & de moribus & ritibus regulas simul complectitur, quæ postea distinguit, illa *dogmata* (quam vocem interpretes quoque retinuit, cum potuisset vertere *decreta*) has *canones* vocans. Postea etiam Imperator in fine verborum citatorum, quoad observantiam diversitatem quamvis male, videtur agnoscere inter *canones* & *dogmata* seu *decreta*; dum dogmata quatuor illarum synodorum sicut sanctas Scripturas, nos dicit accipere, canones sicut leges observare. Apud *Euseb.* quoque *lib. 6. cap. 35. H. E.* ubi de Concilio Romano contra Novatum agit, in quo doctrina ejus: non dandam esse pœnitentiam lapsis tempore calamitatis & persecutionis fratribus, damnatur; quod Episcopi cæterique decreverunt, δόγμα vocatur: δόγμα, inquit, παρεστάθη τοῖς πᾶσι. quod Christophorsonus reddit *a quibus omnibus tandem decernitur* nimis generaliter, ita ut emphasis vocis pereat: melius, *decretum ab omnibus factum est.* Locum totum Eusebii paulo post adduco. Ipse etiam *Lucas* illa quæ in concilio Hierosolymitano *Actor.* 15. decreta erant δόγμα-

14 *Antiquis magis* canonis, *quam juris nomen placuit, quod postea invaluit.*

15 *Differentia seu species canonum.*

16 δόγματα & decreta *quæ.*

17 *Novella* 131. *explicata.*

(2) Maximum utique inter Canonicas scripturas, atque Conciliorum etiam universalium definitiones, ut infallibiles, interesse discrimen Catholici omnes confitentur: Omnis quippe scriptura divinitus inspirata est, monente Paulo 2. ad Timoth. 3. ℣. 16. Spiritu enim Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines, ut ait S. Petrus Epist. 2. cap. 1. ℣. 21. Nova itaque revelatio scriptoribus sacris affulgebat, Divinusque Spiritus eorum mente, & calamum ita dirigebat, ut vel in minimis etiam errori non essent obnoxii; nulloque studio, & humana scientia, quidquid scripsere, proferebant; quod quidem Episcopis in Synodo congregatis nequaquam contingit, cum eis utique assistat, præsideatque Spiritus Sanctus, ne, in fidei, vel morum doctrina definienda, erratici inveniantur. Sunt ergo Ecclesiæ Pastores, & Episcopi, custodes Divini depositi, non vero revelationis novæ precones, sicuti erant scriptores sacri, spiritu veritatis afflati; hinc priusquam definitiones suas edant Episcopi, diligentiam in scripturis perscrutandis, in conquirenda traditione; in quæstionibus expendendis adhibere tenentur; quo facto, juxta promissiones Jesu Christi toties in Evangelio repetitas, in fidei dogmatibus, & in morum doctrinis decernendis inerrantia donatos esse Episcopos legitime congregatos non diffitemur, eo quod eorum decisiones Divinæ scripturæ, doctrinæque revelatæ, si de fide, & moribus tactæ sint, semper congruere, nec a Christi doctrina posse discrepare, fide Divina credimus, cum Christi promissa deficere nequeant. Neque in Tridentina propterea, neque alia quacumque œcomenica synodo ab Ecclesia tamquam legitima suscepta quid erratum in rebus fidei, & morum invenire poterunt Hæterodoxi, quidquid clamitet Mastrichtius cum suis. W.

(3) Injuria prorsus ἐγκαλεῖ in Romanos Præsules Mastrichtius, quasi ex eorum ambitu fastuque contigerit ut *Canonis* nomen *Juris Ecclesiastici* appellationem fuerit transformatum; nonne compertum est omnibus *Jus* ab *justo* derivari, ut in Can. *Jus generale* 2. dist. 1. notatum est? Juris nomina cum possit ulterius collectio quædam intelligi præceptionum ad bonum, & æquum pertinentium, ut celeberrimus tradit Duaranus cap. 2. in titulo de Justit. & Jure; quid mirum si *juris Ecclesiastici* nomine data fuerit illa canonum collectio, in qua leges, atque præcepta Ecclesiæ disciplinam divinumque religionis cultum spectantia continentur? W.

δόγματα vocat, *Act.* 16. v. 4. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. ubi Beza δόγματα vertit, *Placita*; Piſcator, *Inſtituta*; vulgatus retinet græcam vocem, quam tamen *Act.* 17. v. 7. vertit *decreta*. ut & *Epheſ.* 2. 15. & *Col.* 2. 14. ubi Beza illud ἐν δόγμασι vertit *in ritibus*. Lucæ vero 2. uterque vertit δόγμα *edictum*, *Gloſſæ nomicæ a Labbeo* editæ, δόγμα interpretantur Θέσπισμα.

18 Differentia inter δόγματα & canones non eſt perpetua.

Non tamen inficias imus iſtam differentiam inter *canones* & *dogmata* ubique forte non ſemper, neque tam accurate obſervari, quia unum pro alio poſitum inveniatur. Maxime poſterioribus temporibus & conciliis, quibus indifferenter omnia decreta, ſive dogmata fidei, ſive ceremonias eccleſiaſticas reſpiciant, *canones* vocarunt. Item *decreta* & *capitula*, probantibus id affatim conciliorum inſcriptionibus. Primis tamen temporibus & poſtea diu adhuc, ſaltem ad tempora uſque Juſtiniani Imperatoris noſtri, ut patet ex ejus ſupra addicta *Novella* 131. videtur diſtinctio *decretorum* ſeu *dogmatum* & *canonum* alicujus obſervationis fuiſſe, quamvis nec hoc affirmare auſim, perpetuum fuiſſe, ut non aliquando unum pro alio poſitum ſit.

19 Pauticas canonum primis ſæculis, quia pauca concilia habita.

Nunc ad originem canonum progrediendum. Primis Chriſtianiſmi temporibus uſque ad ſæculum tertium tantum ſcriptura in eccleſia audita eſt, nulli fere canones, quia pauciſſima concilia habita, velut Hieroſolymitanum illud, quod actis Apoſtolicis inſertum eſt; in quo actum de legibus ceremonialibus Moſaicis, & an Chriſtianos obligarent; adſerta in eo Chriſtiana libertas, decreta facta, ut ob ſcandala Judæorum in diſtrictu Antiochiæ, Syriæ & Ciliciæ, abſtinerent ab idolothytis, ſanguine, ſuffocato & ſcortatione (4).

20 Concilium Hieroſolymitanum.

21 Concilium Romanum contra Novatum.

Sæculo ſecundo conventus quidam in Aſia, Syria, Paleſtina, in Occidente Romæ & in Gallia habiti contra hæreſes Montani & Cataphrygum, & controverſiam Paſchalem. Dein medio fere ſæculo tertio & quod excurrit Romæ contra Novatum ejuſque ſequaces, in quo tamen, canones non ſunt editi, ſed δόγμα illius refert Euſebius lib. 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 35. ἐφ᾽ ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης συγκροτηθείσης ἑξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων, πλειόνων δὲ ἔτι μᾶλλον πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων, δόγμα παρίσταται &c. *Ob quam rem concilium maximum Romæ cogitur, in quo ſexaginta Epiſcopi & Presbyteri totidem & amplius, una cum diaconis in unum conveniunt. A Paſtoribus etiam ſeparatim per ſingulas cujuſque regionis provincias, quid ea de re agendum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt. Ab omnibus* δόγμα *decretum conſtituitur, Novatum ejuſque fautores tanta ſuperbia inflatos & quotquot illius inhumaniſſimæ & a fraterna charitate alienæ ſive opinioni aſſentirentur, in eorum numero, qui erant ab eccleſia excluſi haberi: Fratres autem qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pænitentiæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtitui.* Aliæ quoque hoc ſæculo habitæ ſynodi paſſim in Africa, Aſia, Occidente, ſed nulli fere in his canones in diptycha eccleſiaſtica & ex his Codicem Canonum relati.

22 Primi Canones Codicis canonum, in ſynodo Ancyrana ſcripti, quando hæc habita & quot ejus Canones.

Primi canones, qui in eo exſtant, ſcripti ſunt in ſynodo Ancyrana provinciali, viginti quatuor; qui tantum genuini ſunt; habita eſt hæc Ancyræ civitate Galatiæ, principio ſæculi quarti, ut quidam volunt ſub Imp. Diocletiano, alii ſub Conſtantino Imperatore, & Silveſtro Papa Romano, A. C. 314. inter quos eſt Baronius. Pontacus An. Chr. 302. habitam putat. Hinc excepit & ſupplevit ſynodus Neocæſarienſes, itidem provincialis Neocæſariæ habita, ut quidam conjiciunt, (de tempore enim certi quid ſtatui vix poteſt, neque etiam multum noſtra intereſt ad præſentem tractationem) Sub Conſtantino & Miltiade Pontifice, Anno 312.; Baronius in Annum 314. conjicit. Canones habet quatuordecim, qui quoque in Codicem canonum conjecti.

23 Secundi in Neocæſarienſi, ejuſque tempus & numerus canonum.

Poſt has ſynodos quidam cenſent habitam ſynodum Laodicenam, in qua LIX. canones ſcripti, qui etiam leguntur in codice canonum Eccleſiæ univerſæ. Hujus ſententia eſt Baronius qui Laodicenam locat inter Neocæſarienſem & Nicænam ad annum 319. velut ejus epitomator eam recenſet An. 314. quam tamen alii rejiciunt in Annum 364. Pontacus in annum 368. alii 355. ut recte doctiſſimus Lydius de tempore hujus concilii dixerit, Œdipum illud non facile divinare poſſe.

24 Laodicena ſynodus, ejuſque tempus, & numerus canonum.

Baronii rationes ante Nicænam habitam hanc ſynodum valde probabiles ſunt de tempore Laodicenæ Synodi & ſententia Baronii & Binii, vide quæ habet Dallæus in *Pſeudep. Apoſtolic pag.* 317. & *pag.* 675. ubi anno 364. habitam dicit. Apparent quoque in Codice canonum antiquiſſimo Eccleſiæ Catholicæ viginti canones ſynodi Gangrenſis, cujus quoque certum tempus ignoramus, quia vero per Oſium Gangris Civitate Paphlagoniæ habita fuit, ex tempore quo Oſius in Oriente ab Imperatore Conſtantino ex Hiſpania evocatus, hæſit, recte conjicit Baronius Anno 319. circiter habitam eſſe, Pontacus rejicit in annum ſæculi quarti XXVIII. alii in XXXVI. tum alii longius. Clariſſimus Dallæus eodem anno cum Nicæna, attamen poſt eam habitam cenſet, in *Pſeudepig. Apoſtol. lib.* 2. *cap.* 21. *pag.* 675. Eſt hæc quoque provincialis ut præcedentes.

25 Gangrenſe concilium ejuſque canones.

26 Nicæna ſynodus prima & Œcumenica, ejuſque canonum numerus.

Eam excipit famoſiſſima illa Nicæna, Synodus Œcumenica 318. Epiſcoporum, a pleriſque in annum C. 325. conjecta, in qua XX. Canones ſcripti, teſte vel unico codice canonum Eccleſiæ univerſæ, quos plerique antiqui & recentiores tantum pro authenticis habent, rejectis octuaginta, quos Turrianus & Piſanus ex Arabico Latinos fecerunt & orbi obtrudunt, cujus erroris cauſam poſtea ſumus detecturi.

27 Cur Nicæni canones in codice canonum Catholicæ Eccleſiæ, primo loco poſiti.

Hi quia in ſynodo Œcumenica ſcripti, primo loco in codice canonum Eccleſiæ univerſæ, ſeu catholicæ comparent. Quam rationem etiam ipſe codex canonum Catholicæ Eccleſiæ adducit poſt canones Nicænos

(4) Plures Apoſtolorum temporibus pro Eccleſiæ regimine conditas fuiſſe leges, nec ſolius ſcripturæ uſum, ſed aliorum etiam præceptorum invaluiſſe primis tribus ſæculis, non ſolum Canoniſtæ arbitrantur, ſed etiam ex divinis Literis, ac vetuſtiorum, quæ ſuperſunt, ſcriptorum monumentis compertum eſt; quoniam ejuſmodi leges, atque ſanctiones viva plerumque voce, non ſcriptis, fidelium mentibus inſinuari ſolerent. Harum legum, & præceptorum, non obſcurum legimus teſtimonium in 1. ad Corinth. cap. 11. ℣. 2. ubi laudat Apoſtolus illius Eccleſiæ Chriſtianos, quod ſicuti illis tradiderat, præcepta ejus retinerent: Et ℣. ultimo ejuſdem Capitis promittit Apoſtolus, varia diſpoſiturum cum eo pervenerit; hinc legitime concludi poteſt plurima fuiſſe ab Apoſtolis præſcripta tam circa Sacramentorum adminiſtrationem, quam circa alia Eccleſiæ diſciplinam reſpicientia, quorum nonnulla a S. Juſtino Martyre in Apologia 2. pro Chriſtianis verſus finem, nec non a Tertulliano in libro de corona militis, commemorantur, quæ ab omnibus ſervabantur fidelibus, & in ſola traditione continebantur; nec primis itaque Eccleſiæ ſæculis ſola utebantur Scriptura Chriſti fideles, & Sacerdotes, quemadmodum Maſtrichtius ad elevandam Canonum auctoritatem, & Eccleſiaſticas traditiones conclamitat. W.

nos, τοὺς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδῳ κανόνες κέ. οἵ τινες πρωτεύεσθαι μέν εἰσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, μετετέθησαν δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν. *Concilii Ancyrani canones XXV qui quidem priores Nicænis, sed ideo postpositi sunt propter auctoritatem synodi Œcumenicæ*, & iterum post hos Canones: *Concilii Neocæsariensis canones XIV. qui quidem sunt Ancyranis posteriores, Nicænis vero antiquiores.* Ab hoc tempore probabile est, cœptam esse collectionem canonum, ita ut canones Nicæni primo loco ponerentur, iisque subnecterentur canones, Nicænis anteriores, jam relati Ancyrani, Neocæsarienses, Gangrenses, & Laodiceni hoc enim ordine in codice sæpe citato canonum Ecclesiæ Catholicæ comparent. Nisi quod Laodicenis, præmittantur Antiocheni XXV. scripti in synodo Antiochiæ habita a provincialibus Episcopis in causa Athanasii potissimum; sub Constantino & Constante Imperatoribus & Julio Papa Romano anno Christi 341. De hujus Concilii canonibus hoc est Magni Dalæi judicium *lib. 3. cap. 21. Pseudepigr. Apostol. pag.* 672. fin. & seq. *esse eos profectos ab auctoribus parum probatis Arianismique merito suspectis conditos*: Tum sequuntur in eodem Codice septem canones Concilii Œcumenici secundi, Constantinopolitani vero primi, quod habitum sub Theodosio Imperatore, anno Christi 381. juxta *Baronium*, juxta alios 383. vel 386. contra Macedonium. Hos excipiunt Ephesini concilii Œcumenici tertii, Canones octo, quæ habita est seculi quinti anno XXXI. contra Nestorium sub Theodosio secundo. Claudunt tandem codicem canonum XXIX. canones Concilii œcumenici quarti Chalcedonensis, sub Martiano Imperatore habiti, seculo quinto medio fere contra Eutychen. Ex horum conciliorum canonibus conflatus est Codex Canonum Ecclesiæ Catholicæ, quorum tantum ideo placuit facere mentionem, quia faciunt ad institutam a nobis Historiam Juris Ecclesiastici. Sunt quidem alia concilia, synodiqua & in iis scripti canones, antiquiores relatis; veluti concilium Eliberinum, quod in Hispania in principio sæculi quarti, anno nimirum, ut melior fert sententia, quarto vel quinto ad restituendam collapsam lapsorum disciplinam in Occidente habitum. Cui rei quoque in Oriente Petrus Alexandrinus Episcopus eodem tempore scripserat suos canones pœnitentiales, qui & hodie perennant, & leguntur in bibliotheca Patrum tomo septimo, & apud Theod. Balsamonem in Nomocanonis fine. Habita item Arelatensia concilia, primum & secundum, sed quia horum canones in codicem ecclesiæ universæ non sunt relati, ideo consulto præterimus, & inquirimus potius, quando habuerit initia sua iste codex canonum Ecclesiæ universæ. Valde verisimile est, ut jam dictum, initia ejus fuisse statim post concilium Nicænum, cujus quisque Episcopus exemplar ad ecclesiam suam & ibidem in dyptica ecclesiastica retulit. Non vero solos tantum canones Nicænos, sed etiam memoratos supra, Nicænis anteriores, quia itidem ad disciplinam ecclesiasticam faciebant, & a Nicænis patribus adoptati & confirmati esse videntur; probante id non obscure Novella Imperatoris nostri 131. in qua per θεσπισθέντας, intelligit Imperator canones priorum conciliorum. Ex quibus verosimile, quod primus codex canonum habuerit tantum canones, CXXXVIII. viginti nempe Nicænos, XXV. Ancyranos, XIV. Neocæsarienses, LIX. Laodicenos, & XX. Gangrenses. Qui postea crevit ad tempora concilii Chalcedonensis, a quo ut & Imperatoris Justiniani Novell. 131. confirmatus est, ad canones CCVII. accedentibus Antiochenis XXV. Constantinop. VII. Ephesinis VIII. & Chalcedonensibus XXIX. Ordo horum conciliorum in concilio Constantinopol. in Trullo canone ἐπισφραγίζομεν est idem, qui in Codice universæ Ecclesiæ invenitur observatus. Post tempora itaque synodi Nicænæ primæ, ecclesia duplici jure cœpit regi divino, quod in sacris literis, & canonico, quod in Codice canonum continebatur. Qui codices ambo in conciliis in medio consessus ponebantur, ut ea iis dogmata pietatis explorarentur, obortæ hæreses refutarentur, & controversiæ ad disciplinam ecclesiasticam, sacramque politiam, pertinentes, dirimerentur. De sacris propositis literis testimonium habemus, in *Epistola synodica concilii Aquilejensis, tom. 1. concil.* cui præfuit Ambrosius Mediolanensis Episcopus, *ad Gratianum Valentinianum & Theodosium* Impp. *Propositæ*, inquit, *divinæ in medio scripturæ*; item in *Apologia Cyrilli ad Theodos. de synodo Ephesino Œcumenica tertia*, & passim in *actis concilii Chalcedonensis, Constantinopolitani in Trullo, Nicæni secundi*, quorum loca Doctissimus *Christophor. Justellus*, optime de jure & antiquitate ecclesiastica meritus, *in præfatione ad Codicem canonum Ecclesiæ universæ* refert. De proposito codice canonum habemus testimonia *concilii Chalcedonensis*, quod ex eo canones citat, & de controversiis ex iis pronunciat. *Sic actione IV. Ætius Archidiaconus Constantinopolis, dixit: Regula est hæc cum aliis posita a sanctis Patribus, quam custodientes sanctissimi Episcopi, docent & Clericos & Monachos & omnes Christum colentes: si autem inveniant aut insultantes, aut acquiescere non volentes, hac utuntur, regula: & ex Codice relegit hæc* (nempe canonem V. concilii Antiocheni) *si quis Presbyter aut Diaconus suum contemnens Episcopum* &c. *Omnes Episcopi clamaverunt, hæc justa regula, hæc regula patrum.* Iterum *actione XI. Stephanus Episcopus Ephesi dixit; supplico ut canones relegantur, qui dicunt: ut is, qui in alia civitate ordinatus est, constitui non possit in altera. Gloriosissimi judices dixerunt: relegantur hi canones: Leontius reverendissimus Episcopus Magnesiæ ex Codice relegit regulam nonagesimam quintam* [est iste canon 16. concilii Antiocheni, in codice vero canonum Ecclesiæ universæ, canon XCV.] *si quis Episcopus vacans, super ecclesiam vacantem* &c. *Idem Reverendissimus Leontius ex eodem* Codice *legit regulam nonagesimam sextam. Si quis Episcopus Ordinationem acceperit Episcopatus &c.* tandem Actione XIII. *Gloriosissimi judices dixerunt Canones legantur. Beronicianus Secretarius divini Consistorii ex* Codice *legit: Episcopos oportet quidem præcipue ab omnibus Episcopis provincialibus ordinari &c.* qui est canon quartus synodi Nicænæ. Exinde parent duo, primum, quod volebamus probare, etiam codicem canonum in conciliis præsto fuisse, & ex eo diremtas controversias; Item alterum, quod quædam collectio canonum, post concilium Nicænum facta fuerit; quod ex eodem Chalcedonensi concilio etiam odoratus est; *Baronius tomo 3. An. 341. n. 34. Illud compertum est*, inquit, *ex quadam antiquiori nobis incomperta collectione* (quæ nunc edito Codice canonum Ecclesiæ Catholicæ Græco notissima est) *in concilio Chalcedonensi duos canones Antiochenæ synodi, in actione IV. atque XI. ad verbum esse citatos, sed absque titulo Antiocheni concilii, quorum quidem in eo codice, qui in synodo probatus & lectus est, actione XI. prior nonagesimus quintus, alter nonagesimus sextus erat numero consignatus; cum tamen iidem in concilio Antiocheno sextus decimus & septimus decimus ordine describantur. Ut plane appareat non ex ipso Antiocheni concilii codice editos esse, sed ex quadam ante jam facta collectione, communi majorum auctoritate probata.* Hujus concilii Chalcedonensis beneficio, modum restituendi codicem antiquum expiscatus est *Auctor anonymus*, sed Doctissimus, consultationis de contro-

28 *Quando cœperint colligi canones.*

29 *Concilium Constantinopolitanum primum, Œcumenicum secundum & ejus canonum numerus.*

30 *Ephesina synodus Œcumenica tertia, & numerus canonum.*

31 *Concilii Chalcedonensis Œcumenici quarti canones XXIX. claudunt codicem canonum Ecclesiæ universæ.*

32 *Canones conciliorum antiquiores, sed non relati in codicem canonicum; velut concilii Eliberini.*

33 *Canones pœnitentiales Petri Alexandrini Episcopi.*

34 *Quæ initia habuerit codex canonum.*

35 *Qui canones cum Nicænis recepti.*

36 *Quot canones in principio habuerit codex canonum.*

37 *Quot postea accreverint.*

38 *Ecclesia post tempora Nicæni concilii scriptura & canonibus cœpit regi.*

39 *Codices duo scripturæ, & canonum in conciliis propositi.*

40 *Testimonia de codice S. Scripturæ.*

41 *Item de codice canonum.*

42 *Adserta collectio canonum post concilium Nicænum.*

versia inter Paulum Quintum Papam Romanum & Remp. Venetam, qui est *Jacobus Leschasserius*, ubi docte multa de hoc codice commentatur. Eoque concilii Chalcedonensis testimonio noster Antonius Augustinus, lib. 1. dial. XI. nostræ editionis pag. 64. probat Canones Antiochenos esse authenticos & probatos. *Receptos*, inquit, *esse constat*, & *in corpore canonum positos ante concilium Chalcedonen-*
43 *Nomina hujus collectionis, corpus canonum.* *se, ut in ejus concilii actione XII. Græcis, Latinis XI. apparet: ex libro etiam Latino, quem eodem nomine*, Corpus Canonum *dicimus, quem aperte Leo IV. in Epist. ad Episcopos Britanniæ approbat.* Vocat Augustinus librum illum *corpus canonum*, quem nos cum antiquis rectius, *Codicem canonum* dici-
44 *Codex canonum.* mus, adstipulantibus citationibus plerisque sequentibus. βιβλ☉ κανόνων Græcis appellatur. Hujus etiam mentionem *Justellus* in doctissima sua *Præfatione*, fieri testatur *in synodo Bracharensi prima, can. XVIII.*
45 *Testimonia antiqua de Codice canonum.* *Toletana IV. can. III. apud Nicolaum & Leonem quartum Papas Romanos*, quos citat *Gratianus*, *c. Si Romanorum dist.* 19. & *de libellis dist.* 20. *Burchardus* quoque memorat eum inter libros, quibus in sua collectione est usus, & *Gratianus c. Hæ vero* 27. *q.* 1. item *Gregorius Pontifex Romanus in inscriptione c. Non liceat.* 10. *de prebend.* & *dignitat.* Tribus manuscriptis exemplaribus hujus codicis ex vaticana bibliotheca depromptis, usos se testantur in Præfatione, selecti sæculo anteriore viri ad emen-
46 *Editio hujus Codicis, & error Justelli.* dationem Gratiani. Putat Doctissimus Justellus editum fuisse hunc codicem primum Moguntiæ sæculi anterioris anno XXV. dein Lutetiæ anno superiori [id est nono hujus sæculi] quum is ea scriberet, sed is, quod & credo de Exemplaribus manuscriptis Vaticanis, non est Codex ecclesiæ universæ, sed Ecclesiæ Romanæ, qui Moguntiæ 1525. & Parisiis 1609. est editus, attamen ex illo codice Ecclesiæ universæ depromptus, quod & confitentur ipsi Recognitores Romani, de quo postea, ubi ad collectionem Dionysii Exigui pervenero. Græce primus sæculi superioris anno quadragesimo ex antiquiss. Ecclesiæ Hilarianæ Pictaviensis codice, Canonum codicem edidit Jo. Tilius, Lutetiæ, qui post hanc editionem, quam Cardinali Turnonio dicaverat, Episcopus Meldensis est factus, sedulus in hisce antiquitatis ruderibus eruendis & publicandis; dedit quippe & Codicem Theodosianum; item auro contra caros, libros Caroli Magni, de imaginibus, quos ipse primus sub nomine Eli Phili in Galliis publicavit, sæculi anterioris anno 1549. addita sua præfatione, cujus authenticum exemplar adservamus in bibliothecula nostra, contra Pontificiorum vanos conatus, hunc fœtum νοθείας incusantium & exemplaria bonæ notæ in Gallia edita, abolentium. Vide sis Amicum nostrum Virum Nobiliss. & Consul-
47 *Vocatur corpus canonum & corpus codicis canonum, liber canonum. Patrum Canones &c.* tiss. Dn. *Vincentium Placium J.C. Hamburgensem*, quem honoris causa nomino, in Tractatu nuper edito, de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis detectis, in *Caroli Magni Imperat. scriptis pag.* 174. (5) Cœpit postea hic *Codex canonum* vocari *corpus canonum*, observante id *Ant. Augustino* nostro, loco jam adducto. & c. *Si Romanorum dist.* 19. ubi *corpus codicis canonum* appellatur, item Innocentio III. in *Epistola ad Petrum Compostellanum tom.* 2. *concil. Emeritense*, sunt verba ejus, *concilium authenticum esse, multis rationibus adstruebas, tum quia cum aliis conciliis continetur libro, qui CORPUS CANONUM appellatur.* Vocatus etiam est *Liber canonum*: vide infra *Bedam* & *Gregor. Turon.* Inscriptio Codicis M S. Chr. Justelli. *Incipit liber, qui appellatur corpus canonum*, qui tamen fuit Isidori Mer-
48 *Causa cur canones in corpus congesti.* catoris: Item *Patrum canones & canonicarum constitutionum liber.* synod. Nicæn. II. act. II. *Tharasius sanctissimus Patriarcha inquit: legatur canonicarum constitutionum liber.* Quare autem in corpus vel volumen certum compactum a veteribus fuerint Canones; tradit *Leschasserius*, in laudata *consultatione*; Voluerunt, inquit, Patres, Ecclesiam habere corpus certum regularum sui juris, quas ea certis conciliis collegerint, & concilia certo ordine disposuerint, certoque & immutabili numero canones illorum complexi sint, cui neque addi neque detrahi a quoquam posset, ut hoc quasi vallo & muro septum juris corpus adversus falsi crimen undique tutum esset. Neque tantum ut falsum prævenirent solebant veteres jura sua in certa corpora colligere, sed etiam ut vim omnem juribus extra collectiones publica auctoritate factas vagantibus & dispersis adimerent. Ob easdem causas Theodosius Imperator Novella de confirmatione corporis suarum Novellarum, ait se in corpus unius codicis constitutiones prædecessorum suorum redegisse: ne aliter nisi ea ipso codice in judicio proferrentur. Eandem rationem & consilium sequutus Justinianus codicem suum fecit, constitutiones in multa volumina dispersas in unum corpus colligendo, quod ipse testatur, *l. unic. C. de emendatione codicis Justiniani*: unde jura extravagantia posteritas appellavit, quæ non in corpore codicis, sed extra corpus divagarentur, ut Justiniani verba usurpem, quibus eodem loco usus est. Ea fuit primum, antequam componeretur codex Theodosianus, pro-

(5) Non immerito dubium inter nonnullos Catholicæ communionis criticos emersit an libri de Imaginibus ad Hadrianum Papam a Carolo Magno transmissi, genuinum sit ejusdem Imperatoris opus; vel potius collectio sit ex diversorum Auctorum scriptis congesta, & a Carolo Pontifici summo, ut de ea judicium proferret, directa; Quandoquidem si Hadriani consideretur Epistola, qua Libri isti refelluntur, quæque apud Labbè Tomo 8. Concil. column. 1553. videri potest, non leve desumitur fundamentum opinandi, libros illos non Caroli esse legitimum fœtum, sed plurium Auctorum opiniones in unum collectas volumen. Pontifex siquidem iste plures semper indicat auctores, dum objecta refellit; in responsione enim ad cap. 26. action. 5. „ O insania, inquit, frementium „ contra fidem, & religionem Christianam, ut asserant non colere, aut venerari imagines, in quibus „ figuræ sunt Salvatoris “. In responsione ad cap. 51. „ Isti, ait Hadrianus, qui hoc ex sensu scripserunt “ & in responsione ad cap. 56. „ Ecce ipsum unum tenorem in hoc capitulo sæpius referunt “. In responsione denique ad reprehensionem cap. 11. action. 4. subjungit Hadrianus „ In hoc capitulo, qui hæc „ scripserunt incriminari moliuntur, & contradicere „ veritati nituntur “. His aliisque Pontificis testibus, plures, non unum respicientibus auctorem, nec non aliis urgentibus conjecturis merito suspicari videntur Baronius ad annum Christi 794. Num. XXX., Binius in notis ad Francofordiense Concilium apud Labbè Tom. 9. Concil. column. 115., Bellarminus Lib. 2. de Imaginibus cap. 15. quod Carolo Magno Libri isti adscribantur immerito. Plures Catholicorum ab opposito in ea versantur opinione, in qua persistit Maltrichtius, quamquam Pontificios omnes, ut ipse ait, sed injuria certe τῆς νοθείας horum librorum stare contendat. Sibi retineant Heterodoxi arma contra earos hujusmodi libros, de quibus ita cum Bellarmino lib. citato concludimus „ Quod si etiam constaret, Carolum ipsum hunc Librum scripsisse, & in omnibus „ cum Calvinistis convenire, quid haberent aliud, quam „ testimonium unius hominis laici, & militis, quod „ opponere velle Concilio Generali Episcoporum stultitia est manifesta. Nam ut recte ait Damascenus orat. „ 2. de Imaginibus, Christus non commisit Ecclesiam „ regibus, & Imperatoribus, sed Episcopis & Pastoribus “. W.

providentia & vigilantia Patrum Ecclesiæ catholicæ, quæ collectionem suam *corpus codicis canonum nun-cupavit*, quamadmodum & Imperatores *corpus codicis constitutionum* suarum dixerunt. Quare etiam in more habebat Ecclesia alia jura, quæ illi obtrudebantur codice suo non comprehensa, velut notha & adulterina nulliusque auctoritatis rejicere, quod Gallicani Episcopi factitarunt, reste acerrimo auctoritatis Romanæ defensore Nicolao. I. Papa, qui in epistola quam ad illos scripsit relata in codicem Gratiani can. Si Romanorum dist. 19. hæc illorum verba recenset, *Quamquam*, inquit, *quidam vestrum scripserint haud illa decretalia priscorum pontificum in toto corpore codicis canonum inveniri descripta.* Neque illud negligendum canones Ecclesiasticos in diptycha Ecclesiastica & quidem speciatim ad hanc rem comparata, fuisse conjectos. Fidem faciet Justiniani *l.* 7. *C. de summ. Trinit.* §. 5. Μηδεὶς τοίνυν ὑμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τῶν εἰρημένων. δ. συνόδων ἐπράξαμεν ἢ πράξομεν ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων δ. συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν ἱερωμένων τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. *Nullus itaque frustra nos turbet spe vana innixus, quasi nos contrarium a supradictis quatuor conciliis fecerimus aut faciemus, aut fieri a quibusdam permittamus, aut aboleri eorumdem sanctorum quatuor conciliorum piam memoriam ex dictis Ecclesiæ diptychis sustinemus.* Quod confirmatur *sexta synodo collat.* 2. *Nam sanctas quatuor synodos Majestas ipsius* (Justinianum intelligit) *sacris diptychis inseri & publicari fecit: quod ante imperium ei divinitus concessum non procedebat.* Hocque forte denotat verbum περιπτύσσεσθαι in *Novell.* 115. *cap.* 4. §. 14. *pr.* quod tum perperam verteretur *amplecti* & recitare, melius *diptychis inserere vel inscribere*, tumque hæc verba ejus Novellæ, ἐν ᾗ πάντες οἱ μακαριώτατοι Πατριάρχαι τὰς ἁγίας τέσσαρας συνόδους, τῆν ἐν Νικαίᾳ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι, περιπτύσσεσθαι, ἤγουν ἀναφέρειν γινώσκονται; melius sic verterentur: *in qua beatissimos Patriarchas sanctas quatuor synodos Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam & Chalcedonensem in diptychis describere & publice recitare compertum est.* Quod, ut & morem hunc observavit quoque Philippus Bertherius πιθανῶν diatrib. 2. cap. 6. pag. 226. Alium etiam morem, quod veteres Patres, cum convenissent Imperatoris auctoritate in Conciliis Œcumenicis, canones conscriptos & subscriptos postea ad Imperatorem mitterent, petentes solemni formula confirmationem. Vide in *Præfat. Justelli ad cod. Eccl. Afr. pag.* 310. *Bibliotheca juris canon. veteris.* Confirmatus est Codex ille, canone primo concilii Chalcedonensis, sexcantorum & triginta Episcoporum sæculo quinto medio fere. *Canones sanctorum Patrum, per unamquamque synodum nunc usque constitutos obtinere statuimus.* Postea eundem confirmavit Imperator noster Justinianus Novella 131. quæ scripta anno 541. Ex qua merito cum clarissimo Eichelio præfatione, ad Procopii ἀνέκδοτα colligimus, Codicem hunc esse partem nostri juris Justinianei. Meritoque istam novellam constitutionem sequeretur, utpote qui Justiniani auctoritate confirmatus, vim legis obtinet. Verba Constitutionis supra sunt relata. Maxime cum statim ex synodi sextæ collatione 2. adsertum, hoc primum ab Imperatore Justiniano introductum, ut prima quatuor concilia Œcumenica in diptycha Ecclesiastica referrentur, publice recitarentur, & vim legis haberent (6); quod quando factum sit, indicat Victor Tunnunensis in Chronico: *Justiniano Augusto Cos. Orientales Ecclesiæ ejusdem Principis jussione quatuor synodos præsentibus sacrificiis publica voce suscipiunt recitari.* Notandum porro, Imperatorem mentionem facere in d. Nov. 131. canonum ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντων, ἢ βεβαιωθέντων *constitutarum*, aut *confirmatorum*; per *constitutos* canones intelligit canones in ipsis quatuor conciliis sancitos, per *confirmatos* intelligit canones priorum conciliorum ante Nicænum primum, qui in eo sequentibus sunt suscepti & confirmati, nempe synodorum Ancyranæ, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiochenæ, Laodicensis. Quorum canones pari passu, in iisdem diptychis asservabantur, in quibus ipsi canones quatuor conciliorum. Ex hoc codice passim deprompsit suas constitutiones Ecclesiasticas Imperator noster Justinianus, qui in Codice & Novellis extant, quod demonstrat passim in notis *Christophorus Justellus* doctissimis, quas ad hunc codicem scripsit. Post Justinianum Imperatorem Græci quædam huic codici addiderunt, quæ enumerantur in synodo sexta Œcumenica, can. II. anno 681. celebrata. Canones nempe Apostolorum LXXXV. de quibus postea dicemus, Sardicensis concilii canones XXI. item Africæ concilia, sanctorumque Patrum canones sive Canonicas quasdam Epistolas, Theophili, Dionysii, Petri, Athanasii, Timothei Alexandrinorum Episcoporum; Gregorii Neocæsariensis, Basilii Cæsareæ Cappadociæ, Gregorii Nysseni, Gregorii Theologi, Amphilochi, Iconii & Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani. Quem postea sic auctum confirmat synodus Nicæna secunda anno 787.; citat enim ex eo canonem LIII. Apostolorum, & VIII. synodi Nicænæ I. Videatur ejus actio II. & *Christophori Justelli Præfat. ad codicem* illum sæpius jam laudata, ubi recte ab hoc Codice jus canonicum, quod nunc vocamus, dicit, originem duxisse; atque antiquissima illa canonum collectione, utramque cum Orientis, tum Occidentis Ecclesiam diu usam fuisse. Ex Oriente quippe canones & eorum collectiones in Occidentem & Africam transiverunt; ita ut Orienti originem juris canonici merito tribuamus. Occidentalis Ecclesia ante concilium Nicænum nullos canones noverat, sed sacræ scripturæ auctoritate, moribus seu jure non scripto utebatur; post Nicænum concilium, ejus canones solos recepit, usque ad tempora Innocentii Primi, qui sæculo quinto in-

49 Canones in diptycha Ecclesiastica relati.

50 Quid in novella 115. verbum περιπτύσσεσθαι significet.

51 Confirmatur in concilio Chalcedonensi, & a Justiniano Imperatore.

52 Codex canonum est pars juris civilis.

53 Novella 131. explicata.

54 Quid additum post Justinianum tempora.

55 Iterum confirmatus a concilio Nicæno secundo.

56 Ab hoc Codice jus Canonicum habet originem.

57 Collectiones canonum studium ex Oriente progreditur in Occidentem & Africam.

58 Occidentales quando canones uti cœperunt.

(6) Nil clarius in Divinis Literis, sanctorumque Patrum scriptis fortassis ostendi potest, quam quod Canones Conciliorum universalium res Ecclesiæ, atque religionis cultum respicientes vim legis obtinuant ab Episcopis & Ecclesiæ Pastoribus, a quibus tantummodo condi queunt. Episcopi sunt, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Actor. 20. v. 28. Hinc eorum est leges Ecclesiasticas edicere, quibus fideles obligantur; nec quid roboris, aut valoris eis ponit sua confirmatione adjungere Justinianus, cum sacri canones extra spharam omnino sint laicæ potestatis: hoc perspicuum ipsis Imperatoribus fuit, & præsertim Valentiniano seniori, de quo ita scripsit S. Ambrosius Epist. 32. lib. 5. Editionis Parisiensis 1539. „ Nec quisquam contumacem judicare me debet, cum „ hoc asseram, quod augustæ memoriæ pater tuus non „ solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: *in causis fidei, vel Ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis.* Hæc enim verba rescripti sunt; hoc est sacerdotes „ de sacerdotibus voluit judicare". Si ergo isti solummodo possunt judicia præstare, ab istis etiam leges Ecclesiasticæ vim habent obstringendi, non ab Justiniano. W.

ineunte feu anno fecundo ad Epifcopatum Romanum pervenit, quod probat *ejus Epiftola ad Clerum Conftantinopolitanum* apud *Sozomenem, lib. 8. c. 26.* relata his verbis: ὅτι καὶ περὶ τῆς τῶν κανόνων παραφυλακῆς τούτοις δεῖν ἕπεσθαι γράψομεν οἵτινες ἐν Νικαίᾳ εἰσὶν ὡρισμένοι, οἷς μόνοις ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ τούτοις γνωρίζειν· εἰ δὲ ἕτεροι ὑπό τινων προσφέρονται οἵτινες ἀπὸ τῶν κανόνων ἐν Νικαίᾳ διαφωνοῦσι, καὶ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐλέγχονται συντετάχθαι, ἤτοι παρὰ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων ἀποβάλλονται &c. *Nos enim quantum ad canonum obfervantiam attinet, illis obfequendum effe fcribimus, qui Nicææ determinati funt, quibus folis obtemperare & fuum fuffragium addere Ecclefia catholica debet. Si qui vero & alii quibufdam proferuntur, qui a canonibus Nicænis difcrepant, & ab hæreticis compofiti deprehenduntur, hi vero ab Epifcopis catholicis rejiciuntur. Hæreticorum enim commenta catholicis canonibus adjuere non licet, femper enim vel per contraria, vel per illicita, labefactare ftudent voluntatem concilii Nicæni. Non folum igitur his non obtemperandum effe dicimus, fed ipfa potius una cum hæreticis ac fchifmaticis dogmatibus effe condemnanda: Quomodo & antea in Sardicenfi fynodo ab Epifcopis prædecefforibus noftris factum eft.* Ita ex recitato loco Sozomenis arbitratur *Petrus de Marca, lib. 3. cap. 4. de concord. facerd. & Imperii.* Vereor tamen, ne fub Nicænis canonibus in hac Epiftola Innocentii, etiam lateant ii, qui ante fynodum Nicænam in particularibus conventibus funt fanciti, quos fupra retulimus effe confirmatos & receptos a fynodo Nicæna, ut & hos habuerit Ecclefia Romana, cum Nicænis primos in *diptychis fuis Ecclefiafticis*, feu in *corpore fuo* canonum. Quamquam eos conetur removere *cap. 3. loc. cit. Petr. de Marca.* Quod mihi ideo probabilius videtur, quia ut fupra adfertum n. 28. & 34. poft Nicæna tempora cœptum eft ftudium colligendi canones atque in corpus feu codicem congerendi, & in prima conceptione fuerunt præter Nicænos, Synodorum provincialium anteriorum canones, probati & fufcepti a patribus Nicænis, quos per θεσπισθέντας intellexit Juftinianus *Novella* 131. Si itaque Romana Ecclefia recepit Nicænos canones, oportet quoque eos qui in eodem corpore, feu libro cum Nicænis edebantur Ancyranos, Neocæfarienfes, Gangrenfes & Laodicenos receperit, quia hi omnes apud antiquos fæpe nomine Nicænorum tamquam primorum & principalium veniebant; ut patebit ex fraude Zofimi, qui ftudens eminentiæ Epifcopi Romani, collegit Nicænos canones, iifdemque Sardicenfes fubjecit, hofque etiam fub Nicænis vendere voluit; quam col-

59 *Prima collectio materiam dedit fequentibus.* lectionem quia a Nicænis orfus fuerat, ab iis quoque fequentes denominaverat omnes, de qua fraude poftea [7]. Illud hic inferendum eft, quod fupra poft numerum marginalem trigefimum feptimum poni debuiffet; illam primam collectionem materiam fequentibus vel collectionibus vel additionibus dediffe, primamque illam Nicæni concilii & in ea adfumptorum canonum non habuiffe certum auctorem,

60 *Nullum habuit certum auctorem.* nulliufque collectoris nomen; fed poftea cum crefceret illa collectio, ab illis qui fequentia addiderunt, aliquando accepiffe nomen. Sic cum Stephanus Epifcopus quidam Ephefinus, tempore a Theodo-

61 *Accepit poftea nomen etiam ab iis qui fequentium fynodorum canones addiderunt, ut patet exemplo Stephani Epifcopi Ephefini.* fii Magni, poft Concilium Conftantinopolitanum primum, canonibus Nicænis, Ancyranis, Neocæfarienfibus, Gangrenfibus, Antiochenis & Laodicenfibus, addidiffet Conftantinopolitani primi canones feptem, fuum quoque nomen præfixit, quod prætulit Codex vetus bibliothecæ eheu! quondam Palatinæ, quem vidit Chriftophorus Juftellus, ut refert Petrus de Marca, Archiepifcopus Tholufanus. Ex quo male deducere mihi videtur, Henricus Juftellus, Chriftophori filius, qui patris bibliothecam juris canonici veteris, cum Guilielmo Voello Parifiis ante quatuordecim annos edidit, *in Præfatione bibliothecæ ipfi præmiffa;* Codicem Ecclefiæ univerfæ, cœpiffe demum poft concilium Conftantinopolitanum primum, id eft poft annum 381. fub Theodofio Magno, ejufque collectorem effe Stephanum illum Ephefinum Epifcopum, idque ob memoratam infcriptionem codicis, quondam Palatini; cum

62 *Duo errores Henr. Juftelli filii.* ille Nicænis canonibus, & qui cum Nicænis ambulabant, tantum feptem Conftantinopolitani concilii, aut forte etiam XXV. Laodicenos provinciales addere potuerit, Nicæni vero cum quatuor conciliis anterioribus, in unum collecti corpus ante eum fuerint. Accuratius idem poftea in Præfatione præfixa Codici canonum Dionyfii Exigui, in tempus inquirit. *Vide eum in Biblioth. juris veteris canon.*

63 *Codex Ecclefiæ univerfæ, a pofteriori codice Ecclefiæ Orientalis diftinctus.* Stephanum illum poftea imitati funt Epifcopi fequentes, qui fuo tempore addiderunt canones concilii Ephefini & Chalcedonenfes. Itque fuit Codex Ecclefiæ univerfæ, feu Catholicæ, quo ufus Oriens, & quem Occidens in Latinum vertit. Quem Juftellus fæculi hujus anno X. vulgavit & reftituit, iterumque publicavit filius anno 1661. in bibliotheca juris canonici veteris, additis canonibus Ephefinis & Chalcedonenfibus. Qui paulo obfcuratus fuit, poftquam Græci habita fynodo Conftantinopoli in Trullo ediderunt alium Codicem, qui fuit Codex Ecclefiæ Orientalis, paulo diverfus, a Codice Ec-

64 *Refutatus Perronii error.* clefiæ univerfæ. Quæ neglecta & ignorata diftinctio impulit Cardinalem Perronium *in refponf. ad Magnæ Britanniæ Regem lib. 1. c. 53.* ut imperitiæ & malæ fidei fine caufa Chriftophorum Juftellum ar-

(7) Solita eft Reformatorum confuetudo pro fua honeftate, ac benignitate reformata in pravum fenfum Romanorum Pontificum gefta femper interpretari; ita Magdeburgenfes Centuriatores, & poft eos fuggeffit in Sanctiffimos Pontifices Zofimum, Bonifacium, & Cæleftinum Maftrichtius, cui nil poffet commodatius exprobari, quam verba Quenellii in præfatione ad Opera S. Leonis expreffa „ Alterum eft, inquit, „ ex eodem codice repelli, ac funditus convelli im„ pudentem calumniam, quam famofi illi Magdebur„ genfes Centuriatores adverfus fanctiffimos Ponti„ fices Romanos Zofimum, Bonifacium, & Cæleſti„ num fceleratiffime ftruxerunt; cum eos palam, & „ publice traducunt velut Nicænorum canonum *adul„ teratores, falfatores, corruptores: quafi per commune fcelus „ & impietatem, ac furiofam ambitionem* a Zofimo Papa „ fciente ac volente fuppofiti fint Sardicenfes canones „ pro Nicænis, cum illos fub Nicænorum nomine „ Carthaginenfi concilio per legatos fuos obtulit in ce„ lebratiffima illa Appiarii Presbyteri caufa. . . . cer„ ta erit deinceps ex codicis infpectione non dicam „ modo apud Catholicos, fed & apud quofvis non de„ fperatæ confcientiæ homines, & fcelerata hominum „ mente corruptorum protervia; & finceritas, can„ dorque Epifcoporum Romanorum, qui quod acce„ ptum a majoribus in fuo Codice legebant, bona fi„ de protulerunt: quos ob eam rem ignorantiæ ex„ cufare non poffis, quin Africanos Epifcopos, Orien„ tales ac pleroſque Occidentales pariter fimiles, „ quibus nullatenus, vel obfcure admodum innotue„ rant Sardicenfes canones, ac Nicænorum numerus, „ de quo ad noftram ufque ætatem perfeveraverit e„ ruditorum controverfia ”. Hæc Quenellii verba ad quamcunque rationem tendunt, quæ poffit in Maftrichtii Hiftoria reperiri, accufationem in Romanos Pontifices quamvis fufficiunt; videatur tamen obfervatio [33] in notas Maftrichtii ad Dialogos Antonii Auguftini. W.

arguerit, quod in Codicem universæ Ecclesiæ Sardicenses canones non admiserit. *Cum certissimum sit*, sunt verba filii patrem excusantis, in præfat. bibliothecæ juris canonici præfixa, *ut omnes eruditi norunt Codicem Ecclesiæ universæ, non debere confundi cum eo, qui nunc Orientalis Ecclesiæ Codex dicitur, qui a Jo. Tilio* [ex quibus rogo, ut explicea, quæ supra num. 46. de Tilii editione dicta sunt] *editus est primum Lutetiæ, anno 1540, ex M. S. Codice Ecclesiæ Pictaviensis, illius summi viri tota argumentationis structura corruat necesse est, cum falsa innitatur fundamento; Et certe non erat cur in Justello genuinum infringeret ob canones Sardicenses; cum inter emunctæ naris viros compertissimum sit, synodi Sardicensis Canones in illo primario codice non extitisse. Hujus adsertionis testis idoneus est Dionysius Exiguus, qui codicem Græcum versione nova donavit, dum in Præfatione ad Stephanum Episcopum ait, in Chalcedonensis synodi decretis finem esse Græcorum canonum, quibus se subjicere Sardicensis, & Africani concilii decreta, quæ Latine sunt edita, declarat. Ex quibus verbis colligimus, synodum Sardicensem a Græcis inter Orientales synodos non fuisse relatam, quippe cujus canones non Græce sed Latine primum editi fuissent; sed alia æque potissima ratio extitit, cur statim ab initio illius synodi canones ab Orientalibus Ecclesiis non fuerint admissi; nimirum ob canones de appellationibus ad Romanam sedem, qui e Diametro canonibus Antiochenis adversabantur, quos Episcopi Orientales ediderant, qui appellationes extra diœcesim graviter & iniquo animo ferebant. Quemadmodum & Africani patres, qui eandem ob causam Sardicenses canones neglexerunt, nec appellationes transmarinas lubenter admittebant, quippe qui eadem qua Orientales prærogativa se tuebantur, ut ex variis Codicis Ecclesiæ Africanæ canonibus palam est.* Vindicandus etiam hic est titulus, *Codicis canonum*, qui dicitur esse *Ecclesiæ universæ* seu *catholicæ*, quem perstringit Franciscus Florens *in dissert. de orig. jur. Canonic. part. 2.* Idque verbis ejusdem Justelli, quia nobis non licuit inspicere istam Florentis dissertationem, etiamsi longe lateque conquisitam: *Rationes* inquit, *quas ad astruendum, decorari codicem illum, titulo specioso & nimis generali ECCLESIÆ UNIVERSÆ, adsumit. Fr. Florens, adeo leves sunt, ut per se facile dissolvantur. Non enim necesse est, ut illa collectio codicis universæ Ecclesiæ titulo gaudeat, ut omnes conciliorum canones a singulis Ecclesiis receptos & editos complectatur; sed sufficere videtur, quod primis Ecclesiæ temporibus, quibus editus fuit hic Codex, illo solo, nec alio, uteretur Ecclesia universalis in disceptandis de disciplina controversiis, quemadmodum a concilio Chalcedonensi factum legimus.* Sed e diverticulo in viam; certum est non diu Ecclesiam Romanam solis Nicænis, & qui cum Nicænis ambulabant canonibus, usam fuisse. Sed eam eodem studio cum Orientalibus collegisse canones, quibus cum iisdem hostibus, qui utramque impugnabant Ecclesiam pugnaret. Eos autem conquisivit ex Oriente, & in Latinam linguam vertit. Fuisse enim Codicem canonum in Ecclesia Romana, ante versionem *Dionysii Exigui*, apparet affatim: primo ex fraudulenta illa collectione Zosimi Pontificis Romani, qui seculi quinti anno decimo septimo, ad synodum sextam Carthaginensem 417. Episcoporum Faustum Potentiæ Episcopum, Philippum & Asellum Ecclesiæ Romanæ presbyteros misit, potissimum ut Episcopi Africæ ad Romanum appellarent. Quod ut probaret allegavit canones synodi Nicænæ, sed ex sua collectione, quæ continebat Nicænos canones XX. Ancyranos XXV. Neocæsarienses XIV. Sardicenses XXI.; qui simul computati faciunt canones LXXX. Hanc collectionem Zosimus nomine canonum Nicænorum protrusit patribus; a potiori parte nempe canonibus Nicænis, & Nicæna synodo probatis, quibus adjunxit Sardicenses ab Orientalibus ut statim adsertum & Africanis patribus repudiatos, iisque tamquam Nicænis adstruere appellationes ad Romanam sedem voluit. Tantum etiam negotii patribus illis fecit, ut pro detegenda fraude ad Constantinopolitanum, Alexandrinum & Antiochenum Episcopos mitterent, petitum canones authenticos Nicænos. Vide totam rem accurate narratam & examinatam a *Doctissimo Mornæo in Mysterio iniquitatis, mihi pag. 51. edit. Gorichemiensis.* Inde forte natus error de LXXX. canonibus Nicænis, & disputatio de numero canonum Nicænorum. Quorum tamen constat, viginti tantum esse genuinos, quos probant, præter Codicem canonum Ecclesiæ universæ, ejus versiones variæ & historia Ecclesiastica verior [8]. Vide *Theodoretum* itemque *Socratem, Stephanum Papam cap. 19. dist. 16.* quam rem disquisitioni accuratiori reservabimus: & nunc tantum Lectorem remittimus ad observationem Christoph. Justelli, ad Codicem canonum Ecclesiæ Africanæ, ad illa verba Codicis Africani Statuta quoque Nicæni Concilii in XX. capitulis similiter recitata sunt; *in Bibliotheca juris canonici, veteris pag* 420. & nunc monemus istos LXXX. quos Alphonsus Pisanus & Franciscus Turrianus Jesuitæ ediderunt ex Arabico translatos, esse spurios & suppositos. Acceperunt autem illos, ut fertur, ab Alexandrino Patriarcha duo Legati, quos ad eum miserat Pius Quartus, ut ad concilium Tridentinum invitarent. Secundo patet versionem antiquam Codicis canonum, usque ad Chalcedonensem synodum habuisse Ecclesiam Romanam, ex justis Dionysii Exigui querelis, ad Stephanum Episcopum Salonitanum, cujus hortatu suam versionem suscepit; in qua se *prisca translationis confusione offensum* dicit, quod & Magnus Baronius ad annum 527. n. 72. adserit; Dionysium ideo Græcos canones transtulisse, non *quod Latina Ecclesia hactenus caruisset iisdem canonibus latinitate donatis, sed quod sive vitio interpretis, sive librariorum incuria iidem reperirentur valde mendosi.* Sed quid opus est conjecturis, cum ipsam versionem antiquam habeamus ex bibliotheca *Christophori Justelli*, quam filius ejus in *bibliotheca juris canonici* veteris tomo primo pag. 277. repræsentavit. Est illa a cæteris editionibus editis latinis diversa. Edita ex Codice M. S. literis majusculis & bene quadratis, quod antiquitatem illius Codicis demonstrat. Præfat. Henr. Justelli *in Bibliotheca juris canonici veteris, pag.* * IIII. Conjicit enim Justellus septingentorum annorum fuisse. Continet canones conciliorum Ancyrani, Neocæsariensis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Chalcedonensis, & Constantinopolitani I. Perierant injuria temporis in illo Codice canones Laodiceni omnes, maxima pars Sardicensium, & pars postrema subscriptionum concilii

65 Adfertum titulum Codicis Ecclesiæ Catholicæ seu universæ.

66 Regressus ad Ecclesiam Romanam quæ non diu usa fuerit canonibus Nicænis.

67. Id probatum, spuria seu fraudulenta collectione Zosimi Papæ.

68 Origo erroris LXXX. canonum concilii Nicæni.

69. Verus numerus canonum Nicænorum adseritur.

70 Probata iterum versio antiqua Latina Codicis canonum.

71 Ipsa versio antiqua edita a Justello.

lii

(8) De Philippi Mornæi, viri, ut Mastrichtius ait, doctissimi, *Libro Mysterium iniquitatis* inscripto, hoc Sacra Parisiensis Theologiæ facultas die 22. Augusti anni 1611. in solemnibus Comitiis ista de causa sub juramento habitis, judicium protulit „ Omnes & singuli magistri Theologiæ censuerunt dictum librum „ (mysterium iniquitatis) tamquam legi divinæ, naturali, & canonicæ Patrum antiquorum doctrinæ, „ praxi Ecclesiæ Catholicæ, sacrisque ritibus ab omni „ memoria hominum in Ecclesia usitatis, ac receptis „ omnino contrarium, hæreticum, furiosissimum, seditiosissimum, impudentissimis calumniis, atque mendaciis refertissimum, damnandum, execrandum, ac „ populo Christiano penitus interdicendum “. Sibi propterea tanti viri doctrinam eondicens, invidia procul Reformatores. W.

lii Nicæni. Justellus putat hunc interpretem & collectorem non dignitatem conciliorum, sed ordinem temporis secutum fuisse, quod Ordo enumeratus conciliorum, qui & sic in editione invenitur, satis probat: neque obstat, quod Chalcedonensis synodus ante Constantinopolitanam ponatur, & canon XXVIII. Chalcedonensis inter Constantinopolitanos; hoc enim magis descriptori quam collectori imputandum esse videtur, ut & errata quæ passim in isto libro occurrunt, & ex religiosa antiquitatis observantia, ut invenerat, a Justello sunt typis expressa, additis sphalmatis in margine. Putat Petrus de Marca in Concordia sacerdotii & imperii lib. 3. pag. 414. *Post synodum Chalcedone habitam canones Græcos Latinitate donatos esse, & Occidentibus communicatos, interpretatione in eam rem elaborata, cujus meminit Dionysius Exiguus.* Meminit ibidem exemplaris quod extat in antiquissima bibliotheca vaticana, & alterius quem habuit Justellus, quem editum esse diximus. Ex allato supra Innocentii primi testimonio, vereor ne aliter statuendum, nempe jam ante tempora Chalcedonensis synodi in Ecclesia Romana receptos canones Nicænos, & cum iis a Nicæna synodo adoptatos, itemque versos ex Græco, & post concilium Chalcedonense tantum sequentium conciliorum canones additos & versos fuisse.

72 Quamdiu usa sit Romana Ecclesia antiqua versione.

Usa est Ecclesia Romana antiqua codicis Græci versione minus accurata, usque ad tempora Imperatoris Justiniani, quibus vixit *Dionysius Exiguus* Abbas Romanus, qui rogatu Stephani Episcopi Salonitani (male *Sixtus Bibliothecarius lib.* 2. observante idem *Cl. Justello*, putat id fecisse Stephanum urbis Episcopum cum temporibus Justiniani neque duobus seculis post ea sederit Romæ Stephanus) vertit ex græco Codicem canonum.

73 Quis fuerit Dionysius Exiguus; & quæ ille Codici in sua versione addiderit.

Fuit autem hic Dionysius ex Scythia oriundus, Exiguus cognominatus, instituto Monachus, dignitate Abbas. Elogium Bellarmini de eo est hoc: *Dionysius Exiguus, natione Scytha, sed moribus Romanus, quemadmodum cognomento Exiguus, sed doctrina & sanctitate Maximus.* Sub Theodorico Rege & successoribus claruit, & scripsit: Qua de re est elogium Henr. Justelli in Præfatione editionis Codicis hujus nostri Dionysii, (quod vide) & quidem primo Cyclum Paschalem, ab an. 525. in quo, omissa profana numeratione annorum Æræ Diocletiani Imp. computare annos cœpit a nativitate Domini Nostri: Illustre est ejus elogium apud *Cassiodor.* ejus synchronum *de Divin. lect. cap.* 23. quod affabre virum hunc depingit: Generat etiam hodieque Catholica Ecclesia viros illustres probabilium dogmatum decore fulgentes: fuit enim nostris temporibus, & Dionysius monachus, Scytha natione, sed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctissimus, reddens actionibus suis, quam in libris Domini legerat æquitatem, qui scripturas divinas tanta curiositate discusserat, atque intellexerat, ut undecunque interrogatus fuisset, paratum haberet competens sine aliqua dilatione responsum, qui mecum Dialecticam legit, & in exemplo gloriosi magisterii plurimos annos vitam suam Domino præstante transegit. Pudet me de consorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas: ut in nullo se vel extremis famulis anteferret, cum dignus esset Regum sine dubitatione colloquiis. Interveniat pro nobis, qui nobiscum orare consueverat: ut cujus hic sumus oratione suffulti, ejus possimus, nunc meritis adjuvari. Qui petitus a Stephano Episcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus canones Ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magnæ eloquentiæ luce composuit, quos hodie usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos assidue legere, ne videamini tam salutares Ecclesiasticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex Græco transtulit in Latinum, quæ utilitati possunt Ecclesiæ convenire. Qui tanta Latinitatis & Græcitatis peritia fungebatur; ut quoscunque libros Græcos in manibus acciperet, Latine sine offensione transcurreret, iterumque Latinos Attico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum, quod os ejus inoffensa velocitate fundebat. Longum est de illo viro cuncta retexere, qui inter reliquas virtutes hoc habuisse probatur eximium, ut cum se totum Deo tradidisset, non aspernaretur sæcularium conversationibus interesse. Castus nimium, cum alienas quotidie videret uxores, mitis cum furore gentium vesano turbine pulsaretur. Fundebat lacrimas motus compunctione, cum audiret garrula verba lætitiæ: jejunabat sine exprobratione prandentium, & ideo conviviis gratanter intererat, ut inter corporales epulas inquisitus spiritales copias semper exhiberet. Quod si tamen aliquando comederet, parvo quidem cibo, sed tamen escis communibus utebatur. Unde summum genus æstimo patientiæ, inter humanas esse delicias, & abstinentiæ custodire mensuram. Sed, ut bona mentis ejus infucata laude referamus, erat totus Catholicus, totus paternis regulis perseveranter adjunctus, & quicquid possunt legentes per diversos quærere, in illius scientia cognoscebatur posse fulgere. Cujus nomini aliqua pravi homines calumniose nituntur ingerere, unde sua videantur errata aliquatenus excusare. Sed ille jam sæculi perversitate derelicta, præstante Domino, in Ecclesiæ pace sepultus, inter Dei famulos credendus est habere consortium, dicerem adhuc fortasse reliqua de sancto viro quæ nobis tutius probationis veritate comperta sunt, sed necesse est ut propositum nostrum potius exequamur, ne cum simus debitores alterius promissionis, aliud diu referre importuna loquacitate videamur. Addo aliud *Bedæ, de temp. rat. cap.* 45. *Primi decennalis circuli cursu temporum ordo præfigit; quem Græci calculatores a Diocletiani principio annis observavere: sed* Dionysius *venerabilis* Abbas *Romanæ urbis & utriusque linguæ Græcæ videlicet & Latinæ non ignobili præditus scientia, Paschales scribens circulos, noluit eis* [*sicut ipse testatur*] *memoriam impii persecutoris innectere, sed magis elegit ab incarnatione Domini Nostri Jesu Christi tempora prænotare; quatenus exordium spei nostræ notius nobis existeret, & causa reparationis humanæ, id est, passio redemptionis nostræ evidentius eluceret.* De eo Jo. Trithemius quoque & ejus operibus *in lib. de scriptor. Eccles.* hæc habet: Dionysius, Abbas Romanus, cognomento Exiguus, vir ingenio & scientia Magnus atque Clarissimus, in scripturis sanctis eruditus, & in disciplina sæcularium literarum nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, computista & calculator temporum egregius, scripsit latino sermone nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperi subjecta. Annorum DXXXII. Cyclum Paschalem Magnum. Transtulit de Græco in Latinum vitam sancti Pacomii Abbatis, librum quoque Gregorii Emisseni de conditione hominis, & scripta Proterii Alexandrini Episcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoavit autem Cyclum suum anno Domini DXXXI. claruit sub Justiniano Magno anno DXL. Hæc ex supra relatis sunt emendanda. Romæ ejus summam æstimationem fuisse, adserit *Baron. ad ann.* 523. *n.* 30. *fin.* Scripta ejus in Bibliotheca sua fuisse testatur *Cassiodorus in divin. instit. cap* 23. Quid autem Dionysius hic præstiterit in versione canonum, id ex ejus Epistola ad Stephanum Episcopum Salonitanum patebit, quam ex collectione canonum Cresconii subjicimus. Habet eam quoque *Baronius in Annal. ad annum* 527. *n.* 73. Et edita est cum Indice cano-

num

num collectionis ipsius ea manuscripto Viri eruditissimi N. Fabri, tandemque inserta bibliothecæ Juris Pontificii Henrici Justelli.

Domino venerabili mihi, patri Stephano Episcopo Dionysius Exiguus in Domino salutem.

Quamvis charissimus frater noster Laurentius assidua & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas Ecclesiasticas de Græco transferre impulerit, confusione credo prisca translutionis offensus: nihilominus tamen ingestum tuæ beatitudinis consideratione suscepi, cui Christus omnipotens Deus, solita populo pietate prospiciens, summi sacerdotis contulit dignitatem; ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Ecclesiam Domini morum sanctitate condecoras, etiam sacratissima jura Pontificalibus per Dei gratiam digestis conventibus intemerata conservans, perfecta regimine clerum plebemque moderareris; nullatenus nostri sæculi more contentus, qua pronius desideramus recta nosse quam facere: sed divino junctus auxilio, quæ fieri præcipis, ante perficias, ut efficacissimo Fidelibus prosis exemplo. Magna est siquidem jubentis auctoritas, eadem primitus jussa complentis: quatenus inconvulsa Ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permanens, ad capessendum perenne præmium Christianis omnibus præstat accessum: per quem & sancti Præsules paternis muniantur regulis & obedientes populi spiritualibus imbuantur exemplis.

In principio itaque canones, qui dicuntur Apostolorum, de Græco transtulimus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum ignorare vestram noluimus sanctitatem: quamvis postea quædam constituta Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, sive quæ ante eam, sive quæ postmodum facta sunt usque ad Synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habetur in Græca auctoritate, digessimus. Tum sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus.

Ne quid præterea notitiæ vestræ videamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis concilii, atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta. Universorum vero definitionum titulos post hanc præfationem strictius ordinantes, ea, quæ in singulis passim sunt promulgata conciliis, sub uno aspectu locavimus, ut ad inquisitionum cujusque rei compendium aliquod attulisse videamur.

Ex qua patet, Dionysium Exiguum suæ interpretationi, in qua Græcos canones continua, nec interrupta serie numerorum computavit ad modum codicis Græci, addidisse *Canones*, qui vocantur Apostolorum, Sardicense concilium, item Africana quædam concilia. Cujus codex in eo diversus est a Codice Romano, qui Moguntiæ & Parisiis est editus, ut supra notatum, quod hic non numeret canones una serie, seu non interrupto ordine; sed cuique concilio suos adsignet, atque novo incipiente concilio, novos quoque incipiat numeros; decurrit autem Dionysii Codex usque ad numerum CLXV. qui est tertius canon concilii Constantinopolitani primi, cujus septem inveniuntur in codice Ecclesiæ Universæ Græco, tres vero etiam tantum in Codice canonum Romano. Canonum Ephesinorum non meminit Dionysius, forte quod Codex Græcus in concilio Constantinopolitano finitus fuerit. Quæ forte etiam causa est, quare in Codice Romano non inventi sint canones Ephesini, quia ab Dionysio non erant versi nec inventi; sunt tamen a Justiniano cum aliis probati. Postea apud Dionysium nova numeratione sequuntur XXVII. canones concilii Chalcedonensis, & nova item numeratione canones synodi Sardicensis, qui tantum Latine editi sunt. Tandem claudunt tamen ex variis Africanis conciliis, itidem nova numeratione ejus canonicam collectionem CXXXVIII. canones Africani. Adeo ut Dionysianus hic codex partim ex Græcorum partim ex Occidentalium synodis collectus & compilatus fuerit. Meminit hujus collectionis Hincmarus Remensis Archiepiscopus, *in opusculo LV. capit. adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum cap. 43. Qui sunt*, inquit, *quos & Apostolica sedes, & omnes Episcopi per universum Orbem, & omnis Ecclesia catholica canones appellat? Quique a Nicæno concilio, quod primum in nostris codicibus, quos ab apostolica sede majores nostri acceperunt sequendos, per ordinem usque ad Africanum concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis, retinent.* Hisce conciliorum canonibus Dionysius Exiguus Romanorum Pontificum decreta, quotquot invenire potuerunt, sub una numerorum serie, eodem quo patrum canones digessit modo, & primus collectioni canonum subjunxit. Antiquiores enim Collectores decretales Pontificum Romanorum Epistolas omiserunt, synodorum contenti regulis. Incipit autem a Siricio, quod indicium, eum antiquiores non reperisse: in Anastasio desinit. Quæ vero ab Hilario ad Gregorium Juniorem visuntur, ad hanc primam collectionem Dionysii non pertinent, sed ab aliis Dionysio posterioribus additæ sunt. Est vero hæc collectio Decretalium inscripta Juliano presbytero, titulo S. Anastasiæ, a Dionysio; qui Presbyter subscripsit synodis Romæ celebratis, sub Felice Papa Dioamio & Siphidio Coss. ann. Christi 488. & sub Symmacho post Cos. Paulini, ann. 499. Hocque nobis monstrat tempus collectionis Dionysianæ, nempe vel sub finem sæculi quinti, vel principio sæculi sexti factam esse, & quidem primo eum vertisse canones Græcos, postea collegisse Decretales. Ipsa Epistola ad Julianum præmissa est a Justello Patre & Filio, collectioni decretalium ejus. Hæc est collectio, quam Zacharias Papa in Epistola ad Pipinum majorem domus, & Episcopos Galliæ LIBRUM DECRETORUM vocat, atque ex eo citat quædam capitula Siricii, Innocentii, Leonis, & Gelasii. Observanda quoque obiter differentia inter codicem Dionysii Exigui, & Codicem Ecclesiæ universæ, nam canones, I. IV. V. XVI. & XVII. concilii Antiocheni, quod ex concilio Chalcedonensi probatur, in veteri Græco codice XXC. XXCIII. XXCIV. & XCV. & XCVI. fuere, qui in Latino Dionysii Exigui codice LXXIX. XXCIV. XXCV. XCVI. & XCVII. sunt. Verum hæc differentia, orta videtur, quod Ancyranum concilium in Græco canonum codice habeat viginti quinque canones, & Neocæsariense quindecim, in Latina vero Dionysii collectione quatuordecim & viginti quatuor tantum. Canonesque quartus & quintus Ancyrani concilii, item tertius & quartus decimus Neocæsariensis pro unico habeantur; ut ea codicum collatione facile est observare. Vide iis, *Doctissimum Leschasserium in consultatione de controv. inter Paul. V. & Remp. Venetam, & Henr. Justell. Præfat. in codicem Dionysii Exigui.* Illud de collectione & versione Dionysii observandum ex ejus συγχρόνῳ Cassiodoro supra relato, eam potissimum ab Ecclesia Romana esse probatam & receptam, quare etiam absolute CORPUS CANONUM appellari meruit c. 1. dist. 19. eoque nomine a posterioribus laudari solet. Quod confirmant Gratiani emendatores Romani, *in præfat. quam Gratiani decreto præfixerunt:* Accusat tamen eam Meier. *in Præfat. Cod. canon. Eccles. universæ*: præmissa, quod labore studio partium, & Dionysius nimium addictus sedi Romanæ fue-

74 Quid differat Codex Dionysii Exigui, a Codice Romanæ Ecclesiæ.

75 Dionysius primus collector Decretalium.

76 Decretales incipiunt a Siricio.

77 Differentia inter codicem Dionysii Exigui, & Ecclesiæ Universæ in dinumeratione canonum.

78 Dionysii collectio & versio statim Romæ recepta.

fuerit: Hæc ab Adriano I. Papa Carolo Magno ad ordinandas Eccleſias occidentis Romæ data eſt. Quod quando factum diſquirit Doctiſſ. *Sirmund. in Tomo II. conciliorum Galliæ pag.* 117. ubi probat non epitomen canonum Orientalium & Africanorum, quæ edita Ingolſtadii primum tomo II. Antiq. Lect. Caniſii, deinde Coloniæ tom. III. conciliorum, ut ibidem dicitur; ſed integram collectionem canonum & decretalium Dionyſii Exigui, quæ codex canonum vocatur, Carolo Magno oblatam eſſe. Hoc declarant plurima, quæ in Bibliothecis Galliæ viſuntur, collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa eſt, Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit, DOMINO EXCELL. FILIO CARULO REGI HADRIANUS PAPA. Epiſtola autem ipſa ſic habet, tum in aliis paſſim, tum in vetuſtiſſimo S. Germani codice, Caroli ipſius Magni temporibus exarato, anno regni ejus XXXVII. id eſt Chriſti DCCCV.

Epiſtola Hadriani Papæ ad Carolum magnum Regem, quæ in antiquis exemplaribus Codici Canonum præponitur.

DOMINOECCELLFILIOCARULOMAGNOREGIHADRIANUSPAPA

Divina fulgens doctrina ſceptra præcellit regni,
Origo regum felix, ſemper genitura beata,
Molem perſpicimus legis gratiam laudis habere.
Iuſto gignitur rege Eccleſiæ almæ defenſor,
Numquam enim vinci poteſt diſciplina cæleſtis,
Olim jam ſumens paterni triumphans regni
Exemplum, quo devota fides victoria gaudet,
Chriſto juvante, ac beato clavigero Petro,
Cunctas adverſas gentes regalibus ſubdit plantis.
En radix beata iſtar contulit prole.
Læta Deum colere, legem ſemper amare divinam,
Laudabilem ſervare fidem, ſanctamque defendere vitam.
Fautorem prorſus habens janitorem in triumphis cæli.
Ipſius, freta virtute victrice perſiſtit ſemper.
Lumen ſequens doctrinæ fidei Apoſtolicæ Sedis,
In hanc ſanctam ſedem magnus Rex Carulus ſplendet.
Omnibus per eum ditata bonis triumphat ubique,
Cæleſte ſemper in his habere meruit regnum.
Arma ſumens divina gentes calcavit ſuperbas.
Reddidit priſca dona Eccleſiæ matri ſuæ,
Urbeſque Magnas, fines ſimul & caſtra diverſa.
Langobardam & Erulam virtute divina proſtravit gentem.
Ovans amplectitur fidem, quam ſuſcepit ab avis.
Magna proſapia hæc in toto rutilat mundo:
Altus, nobilis, nitens, regit diverſa regna.
Gaudens celer ad limina venit Apoſtolorum ſoſpes,
Nimis laudibus hymniſque populo celebratur ab omni.
Obnixe pro ſe ſummum orare Antiſtitem poſcit,
Redimi ſibi noxas a juventute commiſſas.
Exutus ſuffragia almis ſpondebat lingua magiſtro
Genium ſervare ſanctæ Eccleſiæ in ævo Romanæ,
Iuſtitias almi Petri ſui protectoria tueri
Habilem ut ſuper donans in ejus Confeſſione libavit.
Adhæc Hadrianus Præſul Chriſti prædicit triumphos,
Dextera protegi diu divina Petro comitante Pauloque.
Romphæam victoriæ donantes, atque pro te dimicantes,
Inlæſus cum tuis victor manebis, nempe per ipſos
Aditum petunt urbis Papiæ te ingredi victorem.
Neſa perfidi regis calcabis Deſiderii colla,
Vitrea ejus proſternens merges baratro profundi.
Septus Langobardorum regno, munus reddes tuum
Pollicita facta dona clavigeri aulæ Petri,
Amplius donans tibi victoriam, ſimulque honorem
Per ſæcla regnare cum tuis hic, in futuroque ſoboli.
A lege nunquam diſcede, hæc obſervans ſtatuta.

Hactenus Hadriani Epiſtola, ut ex corruptis exemplaribus elici potuit. Eſt ea monumentum vergentis ad barbariem ſæculi. Quod vero ad tempus attinet, cum Carolum ter in urbem Hadriano ſuperſtite venerit, anno nimirum DCCLXXIV. cum Papiam obſideret, anno iterum DCCXXCI., cum ejus filii Pippinus Italiæ, Ludovicus Aquitaniæ Reges ab Hadriano inuncti ſunt, anno denique DCCXXCVII. cum inde Capuam quoque, ac Beneventum adverſus Grimoaldum Ducem profectus eſt: nos, tametſi res incerta eſt, codicem Hadriani ad poſtremam potius profectionem referendum diximus, quam quod aliis placuit ad primam, cui multa, quæ in ejus Epiſtola leguntur, convenire vix poſſint. Præter Sirmondum in Gallia multa exemplaria manuſcripta proſtare teſtatur *Anonymus, in Præfatione Breviarii canonum Fulgentii Ferrandi*, quam præfixit editioni Pariſienſi anni 1609. Inſertæ ſunt poſtea huic codici, ut dictum, Epiſtolæ Paparum Romanorum, Syricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis & Gelaſii; Quorum etiam meminit Creſconius in ſuo Breviario, item Hilarii Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, Gregorii Junioris, qui Epiſcopatum Romanum ſæculo quarto decurrente uſque ad octavum incipiens, adminiſtrarunt. Hoc ordine quoque recenſet ſeriem codicis hujus Leo IV. *Papa.* Apud Gratianum *c. de libellis diſt.* 20. De libellis, *inquit*, & commentariis aliorum non

con-

convenit aliquem judicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum canonibus, quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, & cum illis regulæ præsulum Romanorum, Sylvestri, Syricii, Innocentii, Zozimi, Cælestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Qui ordo comparet quoque in Codice canonum Romano Moguntiæ & Lutetiæ edito, nisi quod ille codex non habeat Epistolam decretalem quæ Sylvestro tribuitur, & synodi Ephesinæ canones octo; sed loco eorum *Joannes Wendelstinus*, qui istum codicem Moguntiæ primus anno 1525. edidit, se synodicam Epistolam Ephesini concilii, cum XII. capitulis contra Nestorium huic adjunxisse scribit. Quod facile condonandum homini, qui illo sæculo quod potuit præstitit, & non animadvertit, istos anathematismos non esse concilii Ephesini, sed esse Cyrilli & synodi Diœcæseos Egypti. Quod inscriptio epistolæ, quæ actis concilii Ephesini inserta legitur in editione Romana anni 1608. sat probat, & observavit Doctiss. Justellus *ad canonum* 171. *Cod. Eccles. univers.* cujus filius istam Epistolam cum anathematismis in Bibliotheca juris Pontificii, Gr. & Lat. Codici Dionysii Exigui, ex ejus interpretatione subjecit, cum Præfatione ad Petrum quendam Episcopum; vide sis *Præfat. Henr. Justelli ad Cod. Dionys. Exig. in fine.* Habet deinde iste Codex Bonifacii I. & Anastasii secundi Epistolas, quarum nec Cresconius, neque Leo in citato *C. de libellis* meminit. Est & alia levis differentia, quam observavit *Anonymus ille in consultatione de controv. inter Paulum Quintum & Rempub. Venetam*, quem diximus esse *Doctiss. Jacob. Leschasserium.* Quod nimirum canon XVI. synodi Antiocheni, in codice canonum, quo usa est synodus Chalcedonensis, sit nonagesimus quintus in codice vero Romano, in quo suo loco restitui debet omissum concilium Ephesinum (quod tamen non animadvertit, saltem non monuit Leschasserius) nonagesimus quartus, & in codice Greco quem edidit Tilius, sit nonagesimus sextus, unde diversitas illa promanet, ipse Leschasserius late disquirit, & causas indicat, quæ eædem fere sunt, quas nos retulimus supra, num. 77. Hæc initia & progressus sunt codicis canonum in Ecclesia Romana, nunc lustrandæ aliæ Occidentis Ecclesiæ, videndumque quæ fata in iis habuerit. In Galliam eum deportandum dedisse Carolo Magno Adrianum Papam Romanum sæculi octavi an. 773. ut vult Justellus, anno vero 787. ut voluit supra Sirmondus, dictum. Sed ante hæc tempora Galliam habuisse codicem Latinum, vel ex antiqua versione, vel ex versione Dionysii Exigui probat illustris locus ex Gregorio Turonensi, seu potius acta concilii Parisiensis ann. 583., in causa Prætextati Episcopi Rothomagensis, a Gregorio relata. *Ipse vero* (Rex Chilpericus) *ad metatum discessit, transmittens librum canonum, in quo erat quaternio novus adnexus, habens canones quasi Apostolicos, continentes hæc: Episcopus in homicidio, adulterio & perjurio deprehensus, a sacerdotio divellatur.* Est ille canon apostolicus 25. Ita censet *Doctissimus Justellus.* Mihi ex hoc loco valde probabile, imo certum videtur, Ecclesiam Gallicam habuisse versionem antiquam primo, non illam Dionysii Exigui; Quod in secunda editione Præfationis codicis canonum Ecclesiæ universæ video probasse Christoph. Justellum *pag.* 21. ubi præfixa est a filio *Bibliotheca jur. can. veteris.* Quia Gregorius dicit, librum illum canonum, habuisse adsutum quaternionem novum, in quo continebantur canones *quasi Apostolici.* Hi enim in versione antiqua non continebantur; ex Præfatione enim Dionysii Exigui supra relata, patet, eum primum eos vertisse, & suæ collectioni inseruisse. Ita ut probabile sit, Chilpericum codici illo antiquo & in Gallia recepto (novum enim nunc concilio obtrudere non audebat) addidisse ex versione Dionysii istos canones quos vocat Gregorius *quasi Apostolicos*, ad hæc usque tempora in Gallia incognitos, saltem non receptos. Imo circa tempora Dionysii Exigui mentio *Gallicanorum canonum* invenitur: refert *Gratianus c. Si quis Diaconus, dist.* 50. testimonium Hormisdæ Episcopi Romani, anni 515. *Secundum titulos antiquorum Patrum sancto spiritu suggerente conscriptos, & secundum sententias CCCXVIII. Episcoporum, quas etiam GALLICANI CANONES continere videntur, clerici in adulterio deprehensi &c.* Facit & horum mentionem canon XI. concilii Tarraconensis anno 517. habiti. *Ut nullus Monachorum Forensis negotii susceptor vel exsecutor existat, nisi id quod monasterii poscit utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante.* Canonum *ante omnia* Gallicanorum *de eis constitutione servata.* An vero per Gallicanos illos *canones* sit intelligendus codex canonum Ecclesiæ universæ, ambigo, probo hac in re Doctissimi Justelli sententiam, qui [quod etiam in plerisque aliis Ecclesiis videmus factum, ut postea patebit] duplicem codicem Ecclesiæ Gallicanæ agnoscit, * unum quem cum Ecclesia universa recepit; alterum, qui Gallicanos canones habuit, id est eos qui in conciliis Galliæ erant decreti. Probat id Hormisda Papa apud Gratianum, *c. Si Diaconus, dist.* 50. Adde Christ. Justellum *in Præfat. cod. canon. Ecclesiæ universæ, secunda editionis, ubi ea præmissa est bibliotheca juris canon. veteris.*, *pag.* 23. Quod non obscure collegit ex duobus Agobardi Lugdunensis Episcopi locis, qui sub Ludovico Caroli M. Filio vixit. Primus est ex libro *de dispens. Eccles. Sunt*, inquit, *qui* Gallicanos canones *aut aliarum regionum putent non recipiendos, eo quod Legati Romani seu Imperatoris in eorum constitutionibus non interfuerint.* Ex quo clarum loqui illum de Galliæ conciliis, & hos eum vocare *canones Gallicanos.* In œcumenicis enim conciliis & legati Imperatoris, & Episcopus Romanus vel ipse vel legati ejus comparebant. Alter est *ex Epistola ad Imperatorem de duello. Huc accedit quod pia consideratione dignum videtur de* canonibus *scilicet* Gallicanis, *qui quasi superflui aut inutiles a quibusdam respuuntur, eo quod Neoterici Romani eos non commendaverint, cum antiqui religiose eos venerati sint; neque hoc idcirco dicitur, ut passim omnium Episcopalium conventuum sanctiones æquali auctoritate recipiendæ credantur, ut Nicæni, Chalcedonensis & cæterorum Generalium ex totius Mundi consensu congregatorum & receptorum; sed quia congrua veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides sit eis adhibenda religione debita.* Quod idem videtur confirmare concilium Vasense II. anni 529. canone primo, dum distinguit, inter *canones antiquos* & *novellos*; ubi per *antiquos canones* indicatur codex canonum Ecclesiæ universæ, per *novellos* vero ii, qui proprii sunt conciliorum Galliæ. Clarius id probat causa Ingeltrudis, sub Childeberto Rege, in qua Gregorius canonum Nicænorum nomine citat canonem XVI. concilii Gangrensis, *Canonum*, inquit, *Nicænorum decreta relegi, in quibus continetur.* Quia si qua reliquerit virum & thorum in quo bene vixerit, dicens quia non sit portio in illa cælestis regni gloria, qui fuerit conjugio copulatus, anathema sit. *Vid. Gregor. Turon. lib. 9. c.* 33. Præterea & Synodi quædam Gallicanæ, ut Valentina, Rhegensis, Arelatensis II. Agathensis, & Epaonensis

79 *Conveniratia & dissensus codicis Romani cum ordine memorato Leonis Papæ.*

80 *Aliæ Ecclesiæ Occidentis præter Romanam, habuerunt quoque olim codicem canonum, habuit Gallia.*

81 *Cujus versionis disquisitum.*

82 *Duplex Codex Ecclesiæ Gallicanæ.*

* *Et assidue demonstrat Christ. Justellus in Præfat. ad Cod. Can. Eccles. Afric. quæ sedes adde pag. 312. Bibliotheca juris canonici veteris.*

cirant canones Nicænos, Ancyranos & Laodicenſes ex veteri translatione apud Gallos tunc recepta, quæ apud Iſidorum Mercatorem reperitur, qua ſemper liberius uſi ſunt, quam Dionyſiana, uſque ad Caroli Magni tempora, ut ferunt curæ ſecundæ Chriſtoph. Juſtelli *in Præfat. Cod. canon. Eccleſ. univerſ. præmiſſ. Bibliothec. jur. canon. veter.* a filio *pag.* 21. unde cætera repete. Succeſſu temporis in hunc

83 Quomodo crevit codex Gallicus ex conciliis Africanis.

codicem Gallicum adoptati etiam canones exterorum conciliorum. Veluti Africani, qui & in codicem Eccleſiæ Romanæ ſuot recepti. Colligi id poteſt ex *Concilii Matiſconenſis II.* quod celebratum an. 588. *canone VI. Jam enim* (ſunt verba canonis) *de tali cauſa, & in conciliis Africanis definitum eſt, quam definitionem noſtro quoque dignam duximus ſociare decreto & adlocare: ut ſacramenta altaris, non niſi a jejunis celebrentur.* Receptas etiam quaſdam decretales epiſtolas Pontificum Romanorum, eſſe, probat

84 Ex decretalibus.

concilii Agathenſis celebrati anno 506. canon IX. ubi Siricii decretalis adſumitur, & canonibus inſeritur. Quæ eſt *Siricii epiſtola ad Himerium Tarraconenſem*, quæ legitur in codice canonum Romanæ Eccleſiæ. Ut valde probabile ſit, antiquum illum codicem Gallicum ambulaſſe pari paſſu cum Romano, eo creſcente etiam creviſſe. Quod non obſcure quoque probant capitularia Caroli Magni, quæ varia capitula ea codice Romano & epiſtolis decretalibus Epiſcoporum Romanorum in eo contentis, laudant.

85 Quæ decretales in codicem Gallicum receptæ.

Quod tamen verum tantum de Decretalibus, in codicem Romanum antiquum relatis, non de iis quas poſtea Iſidorus Mercator, (de quo infra dicemus) collegit, vel finxit & ſuppoſuit a Clemente ad Silveſtrum: de quibus verum, quod *Epiſcopi Galliæ* ſcribunt ad Nicolaum primum urbis Epiſcopum anno 860. *Decretalia priſcorum Pontificum in toto corpore Codicis canonum non inveniri deſcripta*, contra quos inſurgit Nicolaus Papa in *c. Si Romanorum* 1. *diſt.* 19. Sed ut dictum, id accipiendum de decretalibus a Siricio uſque ad Gregorium Juniorem, quouſque comparent quoque in codice canonum Romanæ Eccleſiæ. Patet id ex citatione Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, qui temporibus Nicolai primi vixit; qui paſſim illas tantum decretales citat; Exemplum præbeat Epiſt. 6. cap. 23. ubi Innocentii Papæ Romani laudat epiſtolam ad Victricium Rothomagenſem Archiepiſcopum, *ex ſacris canonibus promulgatam.* Improbat vero Silveſtri decreta, *Epiſt.* 8. *cap.* 22. & 23. *Ceterum*, inquit, *quoniam quidam quaſi in auctoritatem proferunt S. Sylveſtrum Papam decreviſſe talia quæ catholica Eccleſia inter ſynodalia decreta non computat, quæ majores noſtri inde nobis tenenda ſure poſteris reliquerunt, hic neceſſarium ponere duximus. Scriptum namque eſt in quodam ſermone ſine acceptoris nomine de geſtis S. Sylveſtri excerpto, quem Iſidorus Epiſcopus (Hiſpalenſis) collegit cum Epiſtolis Romanæ ſedis pontificum a S. Clemente uſque ad B. Gregorium, eundem Sylveſtrum decreviſſe, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre, &c. quæ dicta quam adverſa ſibi & quam diverſa a ſanctis canonibus, & ſacris legibus ſint, nemo eſt qui dubitet, qui & hæc dicta cum ratione attenderit, & ſacras regulas, ac leges diligenter legit.* Ubi per Iſidorum intelligendus Iſidorus Mercator, de quo poſtea. Ex Gallia in Hiſpaniam

86 Codex canonum in Hiſpania receptus.

transeamus, ubi quoque codex canonum receptus, & quidem ut in Gallia duplex. Antiquus ille, Eccleſiæ univerſæ, quem probabile eſt, eos accepiſſe a Romanis. Eum habere primo potuerunt ex antiqua Latina, poſtea etiam ex nova Dionyſii Exigui verſione, uſque ad Martini Bracharenſis Epiſcopi

87 Duplex ille Eccleſiæ univerſæ.

interpretationem; Quamquam non valde probabile, eos Dionyſii Exigui verſionem habuiſſe aut recepiſſe, quia ea ſatis accurata erat, ut nova verſione Martini Bracharenſis potuiſſent ſuperſedere; Utraque enim eodem ſæculo adornata eſt, nempe ſexto, illa Dionyſii Exigui paulo ante, vel ſub Juſtiniano Imperatore, altera Martini Bracharenſis ſeptimo anno poſt mortem Juſtiniani, nempe anno 572. Solet is codex Hiſpanicus Eccleſiæ univerſæ, citari ſub titulo *Priſcorum canonum*, ut cenſet *Doctiſſimus Juſtellus, in ſua ſæpius allegata Præfat. Cod. can.* item *antiquorum canonum.* Veluti in ſubſcriptione concilii Toletani ſecundi, quod habitum fere circa ea tempora, quibus Dionyſius Exiguus ſuam interpretationem adornavit, *Salva auctoritate priſcorum canonum.* Imo & *Codicis canonum* mentio fit, in *concilii Bracharenſis primi canone XVIII.* quod Novennio ante verſionem Martini Bracharenſis eſt habitum, ſecundum quoſdam. Canonis verba ſunt hæc: *Lucretius Epiſcopus dixit: Neceſſarium arbitror ſi veſtræ fraternitati videtur, ut inſtituta ſanctorum Patrum, recitatis antiquis canonibus, innoteſcant: quæ etſi non omnia, certe pauca vel quædam, quæ ad inſtructionem clericalis diſciplinæ ſuſtinent, relegantur. Omnes Epiſcopi dixerunt: placet, quod dictum eſt, congrua res eſt; ut quibus fortaſſe per incuriam abolita fuit eccleſiaſtica conſtitutio, audiant ſanctorum canonum regulam & obſervent. Relecti ſunt ex CODICE coram concilio, tam generalium ſynodorum canones, quam localium;* & canone XL. *Placuit ut præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire:* Fit quoque mentio *Codicis Canonum* in *concilio Toletano quarto*, ſeculi ſeptimi anno trigeſimo tertio habito, Can. III. *Diaconus CODICEM CANONUM in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronunciet.* Alter

88 Et alter ſpecialis conciliorum Hiſpaniæ.

Codex Canonum Hiſpaniæ ſpecialis, & collectus fuit ex conciliis potiſſimum Hiſpaniæ. Quibus *Clariſſ. Juſtellus* addita probat quædam ex conciliis Galliæ, item epiſtolis decretalibus Pontificum Romanorum. Concilium Tarraconenſe anni 517. can. XI. jubet obſervari canones Gallicanos. Ilerdenſe concilium habitum anno 524. & Valentinum can. 2. ſynodi Agathenſis & Rhegienſis meminere; plura teſtimonia vide apud *Juſtellum.* Decretalium pontificum Romanorum facit mentionem concilium Toletanum III. canon. I. Anno 589. & Barcinonenſe canone III. anno 599. Quas itidem Juſtellus probat eſſe eas epiſtolas, quæ in codice canonum Eccleſiæ Romanæ leguntur. Quia Canone XVI. Conc. Toletani IV. dicitur: *Synodica Præſulum Romanorum decreta apocalipſim Joannis inter divinos libros recipiendum conſtituere*, idque factum apparet Epiſtola *Innocentii I.* ad Exuperium Tholoſanum Epiſcopum. Deinde quia in concilio Toletano VI. anni 638. laudatur Leonis I. Papæ Romani ſententia, ea Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ſcripta. Utraque autem & Innocentii & Leonis Epiſtola in Codice canonum Eccle-

89 Codex Eccleſiæ Britannicæ.

ſiæ Romanæ legitur. Oceanum ſi trajiciamus in Britanniam, cognitus ibidem fuit codex canonum, ſed qualis ille fuerit, an Eccleſiæ univerſæ, an vero particularis quidam proprius, non ita clarum. Item nec quo tempore collectio illa facta, aut recepta. In *Antiquitatibus Britannicæ Eccleſ.* proditum eſt, Theodorum Archiepiſcopum librum protuliſſe qui *Patrum canones* vocabatur, quem & in concilio Herefordienſi anno 673. probatum eſſe, ex *lib.* 4. *Hiſt. Eccleſ. venerab. Bedæ conjicere licet. Anno tertio* inquit, *Egfridi Regis Theodorus cogit concilium Epiſcoporum, una cum eis qui canonica Patrum ſtatuta diligerent & noſſent magiſtris eccleſiæ pluribus* &c. Subjicit poſtea Theodori præſidis hujus concilii verba: *Rogo dilectiſſimi Fratres ut quæque decreta ac diffinita ſunt a ſanctis ac probabilibus Patribus, incorrupta ab omnibus nobis ſerventur. Hæc & alia quamplura, quæ ad charitatem pertinebant, unitatemque Eccleſiæ conſervandam perſecutus ſum. Cumque expleſſem prolocutionem, interrogavi unumquemque eorum*

rum per ordinem, ſi conſentirent ea quæ a Patribus canonice ſunt antiquitus decreta cuſtodire; ad quod omnes conſacerdotes noſtri dixerunt: optime omnibus placet, quæque definiverant ſanctorum canones Patrum nos quoque omnes alacri animo libentiſſime ſervare. Quibus ſtatim protuli eundem Librum Canonum, *& ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram quia nobis maxime neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi.* Hactenus ille. Ut vero guſtus iſtius codicis exhibeatur, ex eodem Beda decem illa capitula ſubjicimus.

Primum Capitulum.

Ut ſanctum diem Paſchæ in commune omnes ſervemus dominica poſt XIV. Lunam primi menſis.

90 Specimen codicis Britannici.

Secundum.

Ut nullus Epiſcoporum parochiam alterius invadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.

Tertium.

Ut quæque monaſteria Deo conſecrata, nulli Epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare: nec quicquam de eorum rebus violenter abſtrahere.

Quartum.

Ut ipſi Monachi non migrent de loco ad locum, hoc eſt de monaſterio ad monaſterium, niſi per miſſionem proprii Abbatis: ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt.

Quintum.

Ut nullus Clericorum relinquens proprium Epiſcopum, paſſim quolibet diſcurrat, nec alicubi veniens abſque commendatitiis literis ſui præſulis ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus eſt, & noluerit invitatus redire, & ſuſceptor & is qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubjacebit.

Sextum.

Ut Epiſcopi atque Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato; nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale abſque permiſſu Epiſcopi, in cujus parochia cognoſcitur, agere.

Septimum.

Ut bis in anno ſynodus congregetur. Sed quia diverſæ cauſæ impediunt, placent omnibus in communi ut Kal. Auguſti in loco qui appellatur Clofats ſemel in anno congregetur.

Octavum.

Ut nullus Epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ.

Nonum.

In communi tractatum eſt, ut plures Epiſcopi creſcente numero fidelium augerentur; ſed de hac re adpræſens ſilemus.

Decimum.

Pro conjugiis, ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium. Nullus inceſtum faciat, nullus conjugem propriam, niſi, ut ſanctum Evangelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quod ſi quiſquam propriam expulerit conjugem, legitimo ſibi matrimonio conjunctam, ſi Chriſtianus eſſe recte voluerit nulli alteri copuletur. Sed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi.

His itaque capitulis in communi contractis ac definitis, ut nullum deinceps ab aliquo noſtrum oriretur contentionis ſcandalum, aut alia pro aliis divulgarentur; Placuit ut quæque diffinita ſunt, unuſquiſque noſtrum manus propriæ ſubſcriptione confirmaret. Quiſquis igitur contra hanc ſententiam juxta decreta canonum, noſtra etiam conſenſione ac ſubſcriptione manus noſtræ confirmatam quoquo modo venire vel venire, eamque infringere tentaverit, noverit ſe ab omni officio ſacerdotali & noſtra ſocietate ſeparatum. Divina nos gratia in unitate ſanctæ Eccleſiæ ſuæ viventes cuſtodiat incolumes; Facta autem eſt hæc Synodus anno ab incarnatione Domini DCLXXIII.

Hactenus ſpecimen codicis canonum Britannicorum ex Beda. Fuit autem hic Theodorus Roma miſſus in Angliam, ut Archiepiſcopus Doruvernenſis eſſet, Patria Tharſenſis, ſeculari & divina literatura & Græce inſtructus & Latine, ut de eo refert Beda eod. *lib.* 4. *cap.* 1. Valde itaque probabile, illum *librum canonum* quem ille protulit in concilio Herefordienſi, fuiſſe codicem canonum Eccleſiæ Romanæ; in allocutione enim ad Epiſcopos, rogat *Si conſentirent ea quæ a PATRIBUS CANONICE ſunt ANTIQUITUS decreta*; Reſpondent illi: *Optime omnibus placere, quæ definiverunt SANCTORUM CANONES PATRUM.* Quibus verbis ſatis innuere videntur eos intelligere antiquorum conciliorum canones; qui continebantur libro illo, quem Theodorus protulit in concilio. Illud unde habeat Juſtellus *Præf. ad cod. can. Eccleſ. univerſ.* ſcripſiſſe Theodorum hunc librum canonum, invenire non potui, ſaltem Beda ea quo ſua probat, nil de eo tradit, & ex dictis magis probabile illum, ut jam conjectum, fuiſſe Codicem Romanæ Eccleſiæ. Deinde etiam auſim affirmare nec Theodorum hunc fuiſſe collectorem illius Codicis vel Libri. Idque ex eo conficio, quod in allocutione jam memorata Theodorus roget Epiſcopos, de iis, *quæ a Patribus Canonice ſunt ANTIQUITUS DECRETA*; illis annuentibus, dicit ſignificanter Beda, eum protuliſſe *eundem librum Canonum*. Quæ antea *antiquitus a Patribus decreta* nominaverat, poſtea dicit ſe proferre in libro, aut *eundem Librum* ſe proferre qui continebat *quæ a patribus antiquitus canonice ſunt decreta*. Neque etiam auſus fuiſſet Theodorus alium Codicem quam Romanum Eccleſiæ Britannicæ obtrudere quia Inſpector ei additus erat Adrianus Monachus; *ut Doctrina* ait Beda l. c. *cooperator exiſtens, diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati; fidei Græcorum more, in Eccleſiam cui præerat, introduceret.* Ipſi etiam canones ſupra memorati ſatis conveniunt, ratione materiæ, cum canonibus antiquis, quod facile demonſtrari poſſet, ſi quidem id otium & properans typographus nunc permitterent. Colligunt alii etiam aliquid de Codice Anglicanæ Eccleſiæ ex Leonis IV. Epiſtola *in c. Ex libellis, diſt.* 20. adi Juſtellum in Præfat. *allegata.* Vetuſtiores autem eſſe adhuc Eccleſiæ Anglicanæ canones, probat editio conciliorum Angliæ; Henr. Spelmanni, ex quibus patet abunde, Anglos Græcis canonibus & Africanis & Gallicanis uſos eſſe. Ex Anglia in Germaniam properemus. Qualem hæc habuerint codicem, & quam collectionem, non uſque adeo clarum eſt. Certe pars ejus mature ad fidem chriſtianam converſa eſt, quo autem codice canonum uſa ſit primis temporibus, ob hiſtoricorum penuriam & ſilentium vix poteſt determinari. Temporibus Ricalphi Epiſcopi Moguntini, Iſidori Mercatoris compilatio vel potius ſuppoſitio in Germaniam delata eſt, de qua re dicemus poſtea, ubi ad Iſidori collectionem pervenerimus. Africa nobis quoque adeunda eſt, ibi quoque codex canonum duplex in uſu,

91 De Auctore hujus Codicis disquiſitio, ubi arguitur, eſſe eum Theodorum Archiepiſcopum.

92 Adſeritur eum eſſe Codicem Eccleſiæ Romanæ.

93 Probatur neque eſſe ab eo collectum.

94 Germani quem codicem, quam canonum collectionem habuerint.

95 Africa duplicem habuit codicem.

96 *Eccleſiæ univerſæ.* uſu, ille univerſæ Eccleſiæ; deinde particularis quidam ex ſynodis Africanis compilatus. De codice univerſæ Eccleſiæ in Eccleſiis Africanis uſitato, facit fidem collectio Fulgentii Ferrandi Diaconi Eccleſiæ Chartaginienſis, de quo infra dicemus, quam ille ex conciliis ſupra memoratis, quæ in codice Eccleſiæ catholicæ continentur, compoſuit ac digeſſit; Habuit autem Latinam antiquam verſionem, floruit enim Ferrandus cum Dionyſio Exiguo ſub Juſtiniano, qui novam Latinam ex Græco fonte fecit. Specialis collectio canonum Eccleſiæ Africanæ, eſt ex conciliis propriis Africanis facta ſequentibus:

97 *Et ſpecialem Africanorum conciliorum.*

I. Concilio Chartaginenſi, poſt Conſ. Honorii XII. & Theodoſii VIII. Ann. Chriſti 419. cujus canones XXXIII. præmittuntur, idque ideo, quia in hoc concilio confirmatus eſt hic Codex particularis Africanus.
II. Concilio Hipponenſi, Theodoſio III. & Abundantio Coſſ. Anno Chriſti 393. habito.
III. Chartaginenſi, Arcadio III. & Honorio II. Coſſ. Anno Chriſti 394.
IV. Chartaginenſi, Cæſario & Attico Coſſ. Anno Chriſti 397. cujus memorantur canones XXIII.
V. Chartaginenſi alio iiſdem conſulibus.
VI. Chartaginenſi, poſt Conſ. Honorii IV. & Eutychiani V. Anno Chriſti 399.
VII. Chartaginenſi, poſt Conſ. Fl. Stiliconis. Anno Chriſti 401. cujus ſunt canones IX.
VIII. Chartaginenſi, Vincentio & Flavito Coſſ. eodem anno Chriſti, cujus ſunt canones XX.
IX. Milevitano, Arcadio & Honorio V. Coſſ. Anno Chriſti 402. cujus memorantur canones V.
X. Chartaginenſi, Theodoſio & Rumorido Coſſ. Anno Chriſti 403. cujus ſunt canones VI.
XI. Chartaginenſi, Honorio VI. Coſſ. Anno Chriſti 404. cujus tantum unicus eſt canon.
XII. Chartaginenſi, Stilicone II. & Anthemio Coſſ. Anno Chriſti 405. cujus quoque unicus tantum recenſetur canon.
XIII. Chartaginenſi, Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. Anno Chriſti 407. cujus numerantur canones XII.
XIV. Chartaginenſi, Baſſo & Philippo Coſſ. Anno Chriſti 408.
XV. Chartaginenſi, Honorio VII. & Theodoſio III. Coſſ. Anno Chriſti 409.
XVI. Chartaginenſi, poſt Conſulatum Honorii VIII. & Theodoſii III. Anno Chriſti 410.
XVII. Chartaginenſi, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. Anno Chriſti 418.
XVIII. Chartaginenſi, poſt Conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Anno Chriſti 419. cujus ſunt canones VII.

Quæ concilia memorantur in actis concilii Chartaginenſis ſupra primo loco poſiti, in quo hic Codex Africanus a CCXVII. Epiſcopis eſt confirmatus. In fine enim primæ ſeſſionis, quæ VIII. Kal. Jun. habita eſt, in qua etiam editi canones XXXIII. hæc leguntur: *Recitata ſunt etiam in iſta ſynodo diverſa concilia univerſæ provinciæ Africæ tranſactis temporibus Aurelii Chartaginenſis Epiſcopi celebrata.*
98 *Num privata auctoritate, an vero publica ſit collectus ille codex Africanus.* Fuit itaque ante hæc tempora codex ille, ſed ab hoc tempore confirmatus auctoritate CCXVII. Epiſcoporum Africæ & publice receptus in tota Provincia, & actis concilii inſertus, in quibus etiam hodie extat. Cardinalis Perronius *in Reſponſ. ad magnæ Britanniæ Regem* in utramque partem diſquirit, an hæc collectio ſit privati alicujus induſtria facta, an vero ſit concilium aliquod, & prius magis probat, cum tamen poſterius verius ſit, probantibus id ſatis *Editoribus Bibliothecæ juris Canonici veteris, in præfatione.* Ex eo, quod Dionyſius Exiguus *in Præfatione ſuæ collectionis*, hoſce canones Africanos, vocet *Concilium Africanum*, & in contextu *incipit ſynodus apud Chartaginem Africanorum quæ conſtituit canones CXXXVIII.* Deinde quia in *Capitularibus* Caroli Magni & in aliis collectionibus Anonymis iidem canones ſub titulo hoc, *ex concilio Africano* citati leguntur, quem titulum manuſcripti codices, itemque codex Eccleſiæ Romanæ retinuerunt. Tertio Creſconius etiam in utraque collectione ſua, cap. XXX. & CLIV. hanc ſynodum Africanam vocat, *concilium Chartaginenſe univerſale*, non quod concilium totius Africæ diœceſeos velit indicare, tum enim omnia Chartaginenſia potuiſſet vocare univerſalia, ſed quia hoc ex pluribus conciliis Africanis compactum & compilatum erat. Porro nil evidentius dici poteſt, quam quod ſupra ex actis concilii Chartaginenſis adductum eſt, eſſe hanc collectionem poſt illud concilium publicatam; quibus tandem addi poteſt, quod ante triginta canones hujus concilii dicitur: *Deinde quæ in conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.* Græci etiam, ut poſtea patebit, & ex Photio, Zonara, Balſamone conſtat, hanc collectionem ſemper concilium Chartaginenſe vocant. Illud facile conceſſerim, ante concilium illud Chartaginenſe, in quo probata hæc collectio, a privato quodam vel potius a ſingulis Epiſcopis ad uſum Eccleſiaſticum factam eſſe; poſtquam autem in concilio probata fuit, non amplius pro privata collectione cenſeri debet. Scriptus eſt hic codex, primum Lingua Latina, poſtea ex ea in Græcam traductus, quo
99 *Scriptus primum latine, poſtea in Græcum verſus.* auctore incertum eſt. Quamquam alii aliter cenſeant, arbitrantes Græce Africanos ſua concilia ſcripſiſſe. Sed illi falluntur, quod ſatis oſtendit Dionyſius Exiguus, in Epiſtola ſuæ collectioni præmiſſa ſupra relata, ubi *ſtatuta* dicit *Sardicenſis concilii atque Africani, quæ latine ſunt edita ſuis numeris certis diſtincta*, Dionyſius quoque Alexandrinus Epiſcopus, ſynodicam Epiſtolam concilii Chartaginenſis anno 254. tempore Cypriani habiti contra Novatum, Latine ſcriptam dicit apud Euſebium *lib. 6. H. E. cap. 25. Epiſtolæ quidem Cornelii Epiſcopi Romani ſcriptæ ad Fabium Epiſcopum Eccleſiæ Antiochenæ, ad nos pervenerunt, quæ tum, illa quæ acta ſunt in concilio Romæ habito, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta fuerant, evidenter declarant, aliæ item extant Epiſtolæ Latino ſermone a Cypriano & aliis, qui cum illo erant, in Africa compoſitæ.* Lingua quoque Latina magis in Africa uſitata quam Græca, quæ videtur cum Imperio Romano recepta eſſe cum lingua Punica, quæ poſtea, rarior fuit ipſa Latina, quod vel unus Auguſtini locus, *de verb. Apoſt. ſerm.* 25. ſatis probat. *Proverbium notum Punicum, quod quidem Latina vobis dicam, quia punice non omnes noſtis;* quod pluribus demonſtratum vide apud *Chriſt. Juſtell. in Præfat. codicis canonum Eccleſiæ Africanæ,*
100 *Infertur Codici Eccleſiæ Orientalis.* *prope finem.* Quando verſus ſit hic codex in Græcum idioma incertum eſt. Poſtquam autem verſus fuit, ſub titulo *concilii Chartaginenſis* inſertus eſt codici Eccleſiæ Orientalis, teſte concilii Conſtantinopolitani VI. Œcumenici, anno 692. habiti, canone II. in quo concilia recepta in Oriente, interque ea Africana recenſentur, quem ordinem etiam repræſentat codex canonum Eccleſiæ Orientalis Joann. Ti-
101 *Receptus quoque in Codicem Romanæ Eccleſiæ.* lii anno 1540. Græce editus. Facit quoque ad auctoritatem hujus codicis Africani particularis, quod in codicem canonum Eccleſiæ Romanæ ſit relatus & receptus. Fecit hoc primum Dionyſius Exiguus, qui ſuæ verſioni ex Græco Africana concilia, eodem ordine & numerorum ſerie diſtincta, inſeruit, & codici Eccleſiæ univerſæ notabile hoc augmentum addidit. Juſtellus loco citato, putat Græcam verſio-

sionem post tempora Dionysii Exigui factam esse, sed nullam suæ conjecturæ rationem adfert, potest dari ea, quod Dionysius Exiguus in sæpe laudata præfatione, dicat expresse post canones Chalcedonensis *Græcorum Canonum finem esse; se addere statuta Sardicensis concilii atque Africani.* Ordo varius invenitur in hoc codice. In Dionysii Exigui editione ut & editione Græco Latina, omnes numeri canonum decurrunt a primo usque ad centesimum trigesimum octavum. In codice vero Ecclesiæ Romanæ, primo ponuntur XXXIII. canones concilii Carthaginensis, tum nova numeratione anteriorum conciliorum; in hoc concilio confirmatorum, canones recensentur centum & tres, qui cum memoratis triginta tribus juncti, eundem numerum centum & triginta octo canonum efficiunt. Græce & Latine edidit hunc codicem Christophorus Justellus primum anno 1614. Parisiis, doctissimasque notas adjecit; postea secundum filius, in bibliotheca juris canonici veteris, anno 1661. Editus autem est ea vetustissimo codice manuscripto Nicolai Fabri, quem suprema voluntate Justello commiserat, ut post editionem Magno Jacobo Augusto Thuano restitueretur, ut testatur Justellus in *Epistola dedicatoria* ad memoratum Thuanum, qua ei quoque suam editionem & notas inscribit. Græca repræsentavit Justellus ea codice Tilii, quibus Manuscriptis usus sit ostendit in principio notarum. Recepit postea Ecclesia Africana Codicem Ecclesiæ Romanæ ex versione Dionysii Exigui, quod probat Cresconii Collectio, quæ ea versione Dionysii Exigui est concionata. Vid. Justelli *Præfat. ad Codicem Eccles. univers. in biblioth. jur. can. veter. pag.* 21. Atque hæc sunt fata codicis canonum Ecclesiæ universæ, cujus quanta fuerit auctoritas, ex prædictis patet, quæ evincunt fuisse quasi jus aliquot gentium receptum utrobique. Imo Justinianus in Novell. 131. tantam agnoscit quatuor synodorum Oecumenicarum, quæ in codice canonum universæ Ecclesiæ habebantur, auctoritatem, ut non vereatur dicere: Τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων καὶ τὰ δόγματα καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Prædictorum conciliorum dogmata, sicut divinas scripturas accipimus, & canones sicut leges servamus.* Neque novum est, ut propter excellentiam hæc concilia quatuor oecumenica prima compararentur scripturæ sacræ, non quasi ejusdem plane auctoritatis cum scriptura habita sint, sed quod post eam maximum momentum & pondus habuerint in decidendis controversiis religionis & ordinandis ritibus ecclesiasticis. Ideoque *Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 16. quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina, quatuor venerabiles synodos totam principaliter fidem complectentes,* esse licit; non simpliciter *evangelia*, sed *quasi evangelia*, quod similitudinem quandam infert, nominat. Nimium progreditur Gregorius Papa Romanus, relatus in *cap. Sicut sancti, dist.* 15. Qui se, *sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari fatetur.* Itaque recte Doctissimus Rittershusius *part.* 1. *Nov. cap.* 2. *n.* 17. monet verba Imperatoris Justiniani in d. *Nov.* 131. cum grano salis accipienda esse; ne scilicet ob id parem auctoritatem pee omnia tribuamus quorumlibet conciliorum decretis, illa veneratione, quæ sacris debetur. Nam conciliis & horum canonibus credimus propter scripturam: sed scripturæ sacræ, quæ sit αὐτόπιστος propter se ipsam, quia divinitus est inspirata. Deinde scriptura sacra infallibilem habet certitudinem: concilia vero non aliter nisi quatenus ejus vestigiis insistunt, apposite *Salvianus Massiliens. lib. 3. de provid. seu' gubernatione Dei, in edit. Rittershusii p. 68. Alia omnia idest humana dicta, argumentis ac testibus indigent, Dei autem sermo ipse sibi testis est: quia necesse est, quidquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium veritatis.* Potissima tamen auctoritas concilio Nicæno delata, cujus venerabilis quædam & decisoria vis in singulis fere id sequentibus conciliis est firmata & repetita. Quare etiam merito ab eo exordium collectionis canonum constituitur. Quod agnovit quoque non obscure Isidorus, quando canones a temporibus Constantini cœpisse adserit. *lib. 7. Etymol. c. 16. relatus* a Gratiano *in c. Canones, dist.* 15. *Canones,* inquit, *generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hæreses scissa est: quia non erat licentia Episcopis in unum conveniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari, sub hoc etiam sancti patres in Concilio Niceno, de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt.* Sed magnam nobis controversiam faciunt illi, qui non a Nicænis temporibus, ut a nobis factum, sed a temporibus Apostolicis canones deduci volunt, idque famosis, si non fumosis, Constitutionibus Apostolorum [quarum libros octo sub nomine Clementis, Romani Episcopi obtrudunt] deinde etiam 85. vel 92. canonibus Apostolorum, probare nituntur. Quare antequam ad alias digestiones & compilationes canonum transeamus, hæc collectio constitutionum Apostolicarum primum, dein & hi canones Apostolici ad examen revocandi sunt. Esse utrumque opus suppostitium, falsique nominis & falsæ antiquitatis, evicit singulari commentario, invictisque in eo argumentis demonstravit, antiquitatis Ecclesiasticæ promus condus, Johannes Dallæus, *in Pseudepigraphis Apostolicis, libris tribus.* Quare nos summa capita tantum tangemus, & quæ in adversariis collegimus, variorum judicia subnectemus; plura desiderantem lectorem ad ipsius Dallæi commentarios ablegamus. Adscribuntur autem constitutiones istæ Apostolicæ Clementi Episcopo Romano; Primo [siquidem Petrus non fuit Romæ aut Episcopus Romanus] an tertio hic non longe disquiremus, quia non conveniunt hic historici, probamus interea opinionem adferentium, hunc Clementem cum Lino, & Cleto, eodem tempore fuisse Romæ Compresbyteros, tanquam magis verisimilem (9). Esse eum, cujus facit mentionem Paulus Apostolus *in Epistol. ad Philipp. c. 4. vers.* 3. quidam censent. Annos eum tradunt in Episcopatu Romano transegisse novem & dimidium. Scripta varia ei tribuuntur, pleraque adfinguntur. Epistolæ binæ ad Jacobum Fratrem Domini, qui septennio ante Petri Martyrium fatis jam concesserat. Deinde tres aliæ adhuc, quas omnes tot argumentis invincibilibus νοθείας convicit & peregit Magnus Blondellus, *in Pseud-Isidoro & Turriano vapulante a pag. 1. usque ad* 101. (ubi quoque ipsæ Epistolæ legi possunt) ut nemo amplius contra mutire possit. Præterea tribuuntur ei Epistolæ encyclicæ tres. Interpretatio Epistolæ S. Pauli Apostoli ad Hebræos, liturgia, Disputatio Petri & Appionis, Disputatio Petri contra falsitatem Simonis Magi, Libri decem Recognitionum, quæ & Odeporicon, vel circuitionum, vel periodorum, vel itinerarium Petri, vel a Beda Historiæ Clementis vocantur. Item constitutionum Apostolicarum seu præceptionum libri octo; quibus solent accedere Canones Apostolorum, Concionum Petri in populo suo habitarum compendium. De Ro-

102 *Ordo varius.*

103 *Editiones.*

104 *Auctoritas Codicis canonum Ecclesiæ universæ.*

105 *Objectio de constitutionibus & Canonibus Apostolicis.*

106 *Constitutiones Apostolicæ examinatæ, & νόθαι accusatæ.*

107 *Quis fuerit ille Clemens Romanus, cui adscribuntur constitutiones apostolicæ.*

108. *Quæ ejus scripta, supposita & genuina.*

[9] Videatur observatio [1] in notas Mastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

Responsionibus Petri ad interrogata Tripolitanorum, quæ pleraque in censum Apocryphorum sunt relata a Gelasio, in *c. Sancta Romana, dist.* 15. ab Hieronymo, Honorio Augustodunensi olim, postea etiam a plerisque Pontificiis, & Protestantibus, Riveto *lib.* 1. *Crit. sacr. c.* 7. *&* 6. Rob. Coco aliisque bene multis: Unicum adhuc genuinum cunctis, præter Gathakerum Cinni pag. 19. hujus Auctoris monumentum superesse creditur, Epistola ejus prior ad Corinthios scripta, quam & laudat Hieronymus in Cathalogo, eamque valde utilem & nonnullis locis publice lectam dicit, quæque ei videtur charactêri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Laudant eam quoque Euseb. *lib.* 3. *c.* 12. Iren. *lib.* 3. *c.* 3. Clemens Alexandrinus *lib.* 4. 6. *&* 7. *strom.* Quam Baronius, Bellarminus, Miræus, aliique periisse arbitrati sunt; sed cum fragmento secundæ, A. 1633. Oxoniæ in lucem producta est, ex reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecæ Regiæ Anglicanæ, notisque illustrata a Patritio Junio viro clarissimo Regis Britanniarum Bibliothecario. Postea secundum edita & adserta est a Joach. Joann. Madero Helmæstadii 1654. quorum præfationes inspici possunt. Nobis cum constitutionibus, & canonibus Apostolicis nunc res est, quibus historica nostra collectio canonum impetitur. Hosce foetus esse supposititios nobis probandum.

109 *Varia judicia de constitutionibus Apostolicis.* Varia de hisce constitutionibus sunt Doctorum judicia, quibusdam probantibus, quibusdam improbantibus & reiicientibus, quibusdam interpolatas clamantibus. Inter Evangelicos uno ore hæc sententia resedit, & invictis argumentis adserta est, mentiri has constitutiones nomen & ætatem Apostolicam. Pontificiorum quidam probant, quidam in totum reiiciunt.

110 *Probantium.* Probantium sunt paucissimi, & plerique vel obscuri vel quos partium studium adversus nos agit præcipites. Inter hos præcipui sunt & alicujus nominis Carolus Bovius Episcopus Ostunensis, qui eas in Latinum transtulit, & anno LXIII. sæculi superioris edidit. Franciscus Turrianus Jesuita, Famosus defensor istiusmodi quisquiliarum, qui easdem Latine vertit. Lambertus Gruterus, qui cum omnibus Clementis operibus eas Coloniæ Agrippinæ ann. 1570. recudi curavit, & præfatione defendit. Item Th. Stapletonus Jesuita; qui quod parum a blasphemia abest, *in def. Eccles. au lor. lib.* 2. *c.* 11. non veretur de iis adserere, librum harum constitutionum, *Spiritu Apostolico plenissimum esse: & in princ. fid. doct. contr.* 5. *q.* 2. *art.* 5. *nullam rationem obstare, quin si præsens Ecclesia referret has constitutiones Apostolicas, a Clemente editas in canonem sacræ scripturæ; nos eas pro canonicis admittere debeamus, æque atque Epistolam Jacobi*. Ejusdem tenoris sunt hæc Alani Copi, *dial.* 3. *c.* 5. *pag. m.* 232. *Summo Dei beneficio Clementis* διατάξεις *&* *Cyrilli* κατηχήσεις, *multis seculis recondita, ad reprimendam Magdeburgensium & Apologeticorum istam contra sanctos insolentiam in lucem prodierunt. Quorum certe testimonia, etiamsi alia deessent, homini non nimis præfracto, ad hanc totam, quæ de agitur, quæstionem sufficere possent.* Alios, qui superstitiones iis fulcire conantur, easque probant, vid. apud Rob. Cocum, *in censura scriptorum veterum, non longe a principio.*

111 *Improbantium.* Alii contra Doctiores & emunctioris in literis nasi e Pontificiis, nobiscum sentiunt esse supposititias: Inter quos est Bellarminus *de scrip. Eccles. in Clemente*, ubi Clementis Recognitiones cum inter Apocrypha retulisset, subjicit: *De libris constitutionum Apostolicarum, quæ Clementi auctori tribuuntur, idem fere judicium fieri debet, ac de libris recognitionum*; addit porro: *Multa in illis utilia sunt, & a Græcis veteribus magni fiunt; sed in Ecclesia Latina nullum fere nomen habere, ipsosque etiam posteriores Græcos in concilio Trullano can.* 2. *improbare has constitutiones, ut ab hæreticis depravatas. Audio Æthiopes his constitutionibus uti, ut vere Apostolicis, & ea de causa in erroribus versari circa cultum Sabbati & diei Dominicæ, & circa ministrum Sacramenti baptismi, & in aliis quibusdam dogmatibus. Nam lib.* 7. *cap.* 24. *jubent servari diem Sabbati & Dominicæ, & lib.* 5. *const. cap.* 10. *prohibent absolute, ne laici baptizent, & lib.* 6. *cap.* 15. *jubent baptizari eos, qui baptizantur ab hæreticis, ea de causa, quia hæretici non sunt Sacerdotes. Ac ne forte obiiceretur, quod Philippus Diaconus baptizabat, ut dicitur Act.* 8. *in iisdem constitutionibus lib.* 6. *cap.* 7. *dicitur Philippum, qui baptizavit Simonem magum, fuisse Apostolum, quod manifeste falsum est. Habentur in iisdem constitutionibus alia non pauca, quæ abhorrere videntur a veritate: ut quod lib.* 3. *cap.* 2. *quartas nuptias appellent manifestam fornicationem. Lib.* 5. *cap.* 6. *distinguant Mariam Magdalenam a Maria sorore Lazari lib.* 8. *cap.* 14. *Jacobum fratrem Domini velint esse Apostolum ex duodecim, & lib. eodem c.* 26. 27. *&* 28. *velint imponi manum Subdiacono, & Lectori, & ipsi etiam Diaconissæ, dum ordinantur: & lib. eodem cap.* 32. *dicant, Exorcistas non ordinari, & cap.* 38. *licant, ancillam soli domino obsequentem recipi; si eam aliis intemperans fuerit, reiici.* In eadem sententia est Baronius, *ad ann.* 32. §. 18. Ubi quædam cum sibi ex his libris de Maria Magdalena obiecisset, tamquam diversa a Maria Lazari sorore; *Uno verbo*, inquit, *hic liberari possemus, si apocryphum esse librum exciperemus, sane quidem, si hæc dicta sunt a Clemente, quomodo ea latere potuerunt tot antiquos Patres, qui de ea re scripserunt? Cum præsertim tanti Auctoris præcipua fuerit auctoritas in Ecclesia; ut licet ejus Epistola ad Corinthios scripta penitus exciderit; tamen quod sæpius citata reperiatur, nunc revivisca integra in fragmentis.* Idem quoque *ad ann.* 44. §. 36. Apocryphis accenset; adde eum *ad annum* 102. §. 9. Neque abit ab his judicium Jacobi Davii Perronii Cardinalis, *lib.* 2. *c.* 1. *de Eucharistia pag.* 174. ubi hæc de opere constitutionum habet. *Hoc opus a multis gravioribus auctoribus veteris ac recentioris memoriæ in dubium vocatur. Epiphanius Hæres. Audian. libri meminit id nomen præferentis, atque multos suo tempore in dubium revocare, se vero eum nequaquam reiicere. Synodus Constantinopoli in Trullo, multis post Epiphanium temporibus sub Justiniano Rhinotmeto habita, opus condemnat. Photius in Bibl. cod.* 113. *ipsa illa synodo recentior, vix Arianismo purgari posse ait. Quod suspicari cogit librum hunc vel non eundem esse cum eo, qui Epiphanii tempore hoc nomine censebatur, vel certe ab Arianis postea corruptum adulteratumque fuisse. Sane multa apud veteres inde descripta reperiuntur, quæ cum iis, quæ nunc circumferuntur, exemplaribus non congruunt. Cardinalis Bessario Marco Ephesio*, Sixt. Senens. in biblioth. sanct. *quandam ex his constitutionibus locum objectanti, respondet opus esse Apocryphum.* Idem lib. 1. *Replic. cap.* 24. *Quæ Clementis nomine Apostolicæ constitutiones circumferuntur, non sunt ejus fidei, ut in rebus ad religionem pertinentibus, auctoritatem habeant decisivam, sive enim ab initio Clementis nomine suppositus, sive ab hæreticis postea interpolatus atque adulteratus fuerit hic liber, constat suspectam ejus esse auctoritatem.* Margarinus de la Bigne, editor bibliothecæ Patrum, *tom.* 3. *in Anast. Nic. q. in script. col.* 44. in margine pro Apocryphis habet has constitutiones Clementis: & Gabriel Albaspinæus *obs. Eccles. lib.* 1. *c.* 13. *p.* 37. non tantum Apocryphas censet, sed insuper eos, qui aliter sentiunt, stultitiæ insimulat, tacite supramemoratos perstringens. Hæc autem sunt ejus verba; *Certe si quis esse quæ canones Apostolorum, &*

Di-

Divi Clementis constitutiones Apostolorum auctoritate funcitas publicatasve certo affirmaret, imperitus censeretur. Nam qui antiquarum consuetudinum gnari, quo quidque tempore, aut loco observari desitum sit, aut mutari coeptum noverunt, de iis ne quidem dubitare possunt. Quod ille postea pluribus ostendit, & nos infra ostendemus. Eandem sedisse Doctissimo Jesuitæ Petavio sententiam patet, quia ad locum Epiphanii agnoscit alias fuisse constitutiones illas Apostolorum, quam quæ hodie libris octo circumferuntur, quæ tamen etiam dubiæ habitæ sunt; nec ea etiam in hodiernis, imo contraria inveniri. Et ad eundem Epiphan. *in Expos. Fid. pag. 349. & 360.* expresse *Pseudodiataxin Clementis* vocat, & *in Dogmatis Theolog. tom. 2. lib. 1. de Trinit. c. 3. §. 7. pag. 15. Poterat*, inquit, *ante omnes illos*, nempe Athenagoram Tatianum, Theophilum, Irenæum, *vetustatis unius nomine commemorari Clemens Romanus; siquidem Germana essent, quæ illius inscripta nomine circumferuntur, sed non sunt. Hic igitur in constitutionibus Apostolicis ridiculum nescio quid & hæreticum posuit.* Quod nos postea in argumentis adducemus. Non necesse est, plures ea recentioribus addere, e choro Pontificorum, uti memorati eruditione & nominis claritate omnes vincunt. Hi itaque si constitutiones has Clementis nomen mentientes, pro *dubiis, incertis, apocryphis, falsis, corruptis, adulteratis, & nullius in religionis fidei, vel auctoritatis* adferant, & merito nos e numero canonum & juris Ecclesiastici deiicimus, nec ab iis nostram Historiam & canonum collectionem ordimur. Antiquorum judicia etiam addemus. Humbertus 112 *Antiquorum judicia Latinorum.* Cardinalis, Episcopus Sylvæ Candidæ, qui vixit sæculi XI. anno LIV. fuitque legatus Pontificis Constantinopolim, Nicetæ Pectorato, *in Tractatu contra hunc Nicetam scripto tom. 4. biblioth. Patr. part. 2. p. 242. a. b. & in append. tom. II.* Annal. Bar. quædam loca ex his constitutionibus obiicienti, respondet, *cum sue adferere ex Apocryphis libris, & canonibus pari sententia sanctorum Patrum repudiatis: Nam Clementis Librum, id est, Itinerarium Petri, & canones Apostolorum numeravere inter Apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis Orthodoxiæ adjungenda. Unde nos quoque omne Apocryphon abiicientes dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini.* Ea quo loco & id videtur notandum, Humbertum non recognitionum opus, & itinerarium Petri, nomine Clementis editum, ut fecit, & censet Bellarminus; sed libros constitutionum & itinerarium Petri, ut vocatur, pro iisdem habere, & a Gelasio inter apocrypha relatum putare. Quod quidem numerus librorum confirmare videtur; nam recognitionum libri referuntur decem, itinerarii ut & constitutionum libri octo. Quod si verum, jam pateret sæculi quinti anno 94. ab Ecclesia Romana inter Apocrypha relatas has constitutiones Pseudapostolicas Humbertum censuisse, quam ejus sententiam videntur innuere hæc verba jam citata: *Pari sententia sanctorum Patrum repudiatis.* Ante hæc Gelasii tempora, nulla extat memoria constitutionum harum Apostolicarum sub nomine Clementis editarum: non apud Hieronymum in Cathalogo; quod satis arguit ei notas non fuisse; ut vana & falsa sit conjectura Bovii & Turriani in Præfatione ad has constitutiones, quando hos libros ab Hieronymo, ut concilient eis auctoritatem, versos suspicantur. Cum apud omnes in confesso sit, a nato Christo usque ad Hieronymum in quatuor sæculis inter Latinos nullum fecisse harum constitutionum mentionem, quod tamen fieri debuisset, si auctor fuisset Clemens, isque Episcopus Romanus. Æthiopes 113 *Æthiopum.* habent has constitutiones pro vere Apostolicis, teste Bellarm. *de script. Eccles. A. D. 99. in Clemente.* Quod firmat Alvares *in suo de Abyssinis libro, c. 81. extr. in vol. navig. di Gioan. Batt. Romasio*, ubi narrat. Æthiopes habere *librum in octo partes divisum, quem ab universis Apostolis Hierosolymæ congregatis scriptum ferunt: quemque ipsi vulgo* Manda & Abetilis *vocant.* Quæ bene conveniunt cum constitutionibus Pseudoapostolicis, quarum etiam feruntur libri octo. Sed an idem sit liber ille apud Æthiopes, & eadem referat, quæ constitutiones Apostolicæ a Bovio & Turriano versæ, illud non est proditum. Græci numquam hasce constitutiones æstimarunt; ut falsus sit Bellarminus l. c. qui *Græcis veteribus magni* 114 *Græcorum.* *fieri scribit, apud Latinos nullius esse nominis.* Antiquissima constitutionum Apostolicarum mentio apud Epiphanium, qui floruit sæculi quarti, anno 75. Hic variis locis eas laudat, quas tamen ipse Hæresi 70. §. 10. dubiæ apud multos fidei fuisse dicit. Loca ipsa congessit & examinat late Doctissimus Dallæus *in Pseudepigraphis Apostol. lib. 1. cap. 2.* probatque cum Petavio, quia multa ex citatis ab Epiphanio in hodiernis Bovii & Turriani constitutionibus non, imo contraria inveniuntur, non esse easdem Epiphanii & Bovianas constitutiones Apostolicas. Ideoque turpiter abuti & fallere incautos Turrianum, auctoritate Epiphanii, dum adserit in *proœmio versionis suæ Latinæ. Tales habere nostram ætatem Apostolorum Constitutiones, sanas scilicet & incorruptas, quales Epiphanii ætas habuit.* Probat deinde multis invictissimis argumentis, neque Constitutiones Apostolicas, quas Epiphanius habuit, pro Apostolicis esse habendas, aut receptas ab Ecclesia aut pro Apostolicis habitas, sed & ipsas falsas, & Apostolis adfictas esse. Producit quoque Bovius pro suis Constitutionibus Cyrillum Hierosolymitanum, qui *in Cateches.* 18. *p.* 213. ex Clemente recenset fabulam Phœnicis, quasi hæc ex quinto libro Constitutionum apostolicarum sit decerpta: sed & is in eo lapsus est. Invenitur enim hæc fabula in genuina & ab Hieronymo aliisque sæpius laudata Clementis epistola ad Corinthios priore, ex qua desumsit auctor Catecheseos eam, quod ex collatione phrasium & verborum satis patet; utitur enim sæpe iisdem verbis, quæ reperiuntur apud Clementem in Epistola ad Corinthios, non vero iis quæ in constitutionibus Bovianis leguntur; quare, sola hac diversitate observata, Doctissimus Rigaltius *in obs. ad lib. ad Tertull. de resurrectione*, diversos auctores Epistolæ & Constitutionum facit. *Etsi*, inquit, *ejusdem Phœnicis historiæ exemplum reperiatur etiam in Constitutionibus supra citatis, tamen ex earum cum epistola Clementis comparatione hoc videmur adsequi, vix esse, ut ejusdem auctoris utrumque opus censeri debeat.* Aliud testimonium ex Athanasio & Eusebio detortum de libro, qui διδαχὴ τῶν ἀποστόλων olim vocatus, apud quosdam in usu, communiter tamen pro spurio habitus & reprobatus fuit, nil facit ad Constitutiones Apostolicas Bovianas, quoniam ex ipso Athanasio patet, Clementis opera & hasce διδαχὰς ἀποστόλων esse diversas, nec etiam Eusebium *lib. 3. c. 25. edit. Gr. Christophorsoni. c. 19.* eas adscribere Clementi, quia in aliis locis ubi expresse de Clementinis scriptis genuinis & spuriis agit, hasce διδαχὰς ἀποστόλων ei non adscribit. Vid. eum *lib. 3. c. 57. 58. & 59.* Verum itaque est, quatuor primis sæculis nullam fieri mentionem apud quenquam Græcorum Constitutionum Apostolicarum; deinde quarum meminit Epiphanius, eas non fuisse receptas & probatas pro apostolicis, neque etiam esse easdem cum Bovianis. Antiquissima mentio occurrit in Concilio Constantinopolitano in Trullo, habito ann. 692. in quo a patribus ibidem congregatis, *can.* 2. reii-

ciun-

ciuntur. Canonis verba sunt hæc: Τὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις πάλαι ὑπὸ ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες. *His Apostolorum per Clementem Constitutionibus jam olim ab iis, qui a fide aliena sentiunt, ad Labem Ecclesiæ aspergendam, adulterina quædam & a pietate aliena introducta sunt, quæ divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt, has constitutiones ad christianissimi gregis ædificationem ac securitatem conducibiliter REJECIMUS, hæreticæ falsitatis fœtus neqnaquam admittentes, & germanæ ac integræ Apostolorum doctrinæ inserentes.* Post hos Patres earum meminit Photius in Biblioth. cod. 113. qui vera argumenta, quare reiicienda essent vidit, sed studio partium contra Latinos, qui ex iis oppugnari poterant, excusari posse contendit. Post hunc pleríque omnes Græci reiiciunt, uno aut altero excepto, qui ob idem partium studium contra Romanos iis utuntur. Balsamo, qui in fine sæculi duodecimi scripsit, ad *Canon.* 85. *Pseudapostol.* hæc de iis habet: Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς εἰ καὶ γέγραπται ἐνταυθοῖ ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διαταγὰς τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτάς, ἀλλ' ὁ β' κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γενέσθαι παραποίησιν ἐν αὐτοῖς. *Tu autem intelligas, quod etsi hic scriptum est, constitutiones Clementis legi a nobis, sed non divulgari debere, synodi tamen sextæ canon secundus earum lectionem prohibuit, quod in eis adulteratio facta sit.* In eundem canonem Zonaras hæc habet: Αὗται παρὰ κακοδόξων τινῶν, ἐνοθεύθησάν τε καὶ παρεφθάρησαν, διὸ καὶ ἀναγινώσκεσθαι ὅλως αὐτὰς ἀπηγόρευσεν ἡ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος. *Ab heterodoxis & sectariis quibusdam adulteratæ & corruptæ fuerunt. Quapropter istas omnino legi vetuit Œcumenica sexta synodus.* Similia habet Alexius Aristenus apud Usserium *dissert. de Ignat.* ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας διαταγάς, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναι τινὰ νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας. *Secundus canon synodi sextæ in Trullo habitæ, hasce constitutiones omnino reiicit, propterea quod iis nonnulla adulterina ab heterodoxis adjecta fuerint atque a pietate aliena.* Ut quoque sciamus quid recentiores Græci de hisce sentiant, addo Hieremiæ Patriarchæ Constantinop. judicium ex ejus *Resp.* 1. c. 13. p. 103. *ad Wirtenbergenses*: νενοθεῦσθαι τὰς Κλημεντείους διατάξεις, *adulteratas fuisse Clementinas Constitutiones.* Ex quibus testimoniis vidimus quid de hisce Pseudapostolicis constitutionibus censuerint Græci, quid Latini, quid Antiqui, quid recentiores; nempe esse eas spurias, confictas, suppositas, depravatas, heterodoxiis maculatas, & uno verbo apocryphas, inter quæ etiam habet noster Antonius August. *in Dialogo 6. lib. primo pag. edit. nostræ* 41. *& seqq.* ex quo pete ejus de hisce constitutionibus judicium, quod omittendum hic nec negligendum erat. Quodnam sit Cardinalis Bonæ *lib.* 1. *liturg. cap.* 8. §. 5. de hisce constitutionibus judicium, id commodius infra referemus, ubi de tempore suppositionis aliquid dicemus. Alios bene multos magni nominis Viros, Salmasium, Vossium, Usserium, Filesacum, Voetium, & innumeros præter a præterimus, qui omnes in censum scriptorum suppositiorum & quæ sunt dubiæ fidei hasce constitutiones retulerunt, quorum testimonia ex adversariis adducere possemus, nisi superiora sufficere censeremus. Non vero auctoritatibus sed & rationibus cadat auctoritas harum constitutionum Pseudapostolicarum, ex bene multis quas Doctissimus Dallæus coacervavit paucas adducemus.

115 *Rationes quare pro spuriis habendæ constitutiones Pseudapostolicæ.*

Magnum argumentum exinde peti potest, esse has constitutiones alicuius impostoris, non Apostolorum, quod cum Apostolorum nomen referant, tamen nunquam cum aliis Apostolorum scriptis in canonem scripturæ, neque a Græcis neque a Latinis receptæ sint; quod certe oportuisset fieri, si vere essent apostolicæ, & oporteret eos facere, qui pro Apostolicis constitutionibus Orbi audent obtrudere. Quanquam enim Auctor falsarius in canone 85. seu ultimo, ut suæ inserviret causæ, eas ante acta Apostolorum, inter canonicos libros Novi Testamenti collocaverit, attamen ipse Bovius, qui eas edidit & vertit, in Præfatione fatetur, *nunquam obtinuisse, ut in canonem sacrarum Scripturarum referrentur, nec se iis tantam auctoritatem tribuere*; quo velut una litura delet, quidquid constitutionum Apostolicarum Orbi sub Clementis nomine ausus est obtrudere. Pro Apostolorum constitutionibus habere, & non in canonem scripturæ referre, apud Theologos implicat contradictionem; ut & pro apostolico aliquid protrudere, nec auctoritatem tantam, idest sacræ scripturæ, ei attribuere. Hoc argumentum urget, in repudianda Christi ad Abgarum Epistola, Bellarminus, *de scriptor. Eccles. in Petro: int. Ea,* inquit Epistola, *nunquam fuit admissa ab Ecclesia inter scripturas canonicas, inter quas sine dubio admissa fuisset, si ab ipso domino scriptam fuisse constaret.* Porro etiam sermo & voces quædam harum constitutionum a charactere Apostolorum sunt alienæ: exempli causa paucas recenseo, *lib.* 2. *c* 10. & alibi νεοφώτιστος ponitur pro *recenter baptizato*, μύησις pro *baptisma*, κατηχούμενος & ἀκροώμενος *lib.* 8. *c.* 7. pro *catechumeno*, & *audiente*. Θυσία & θυσία ἀναιμακτική, pro *Eucharistia*. ἀρχιερεὺς *lib.* 8. *c.* 12. *Pontifex* pro *Episcopo*, ἱερεῖς *lib.* 8. *c.* 13. *Sacerdotes* pro *Episcopis & Presbyteris* ἱερατικὸς κατάλογος *lib.* 2. *c.* 15. *Sacerdotum catalogus* vel *dyptyca*, θυσιαστήριον *altare lib.* 8. *c.* 12. pro *mensa domini.* Eiusmodi voces ista significatione apud Apostolos non, sed scriptores sequentium sæculorum inveniuntur; sicque probant, sequentibus sæculis, non vero ab Apostolis esse scriptas. Quod etiam scriptor stylo suo, qui est inflatus aliquando & Rhetoricus, non humilis & depressus: imo ipso etiam sæpe loquendi modo, qui est eorum, qui post Apostolos vixerunt, sufficienter prodit: Exempla *vid. lib.* 2. *c.* 41. *lib.* 5. *c.* 16. ubi quoque ex controversia celebrandi Paschatis satis colligitur, post sæculum salt in secundum vixisse scriptorem, add. *lib.* 6. *c.* 10. Omnem vero stultitiam superat, quod *lib.* 7. *c.* 47. occurrit: περὶ δὲ τῶν ὑφ' ἡμῶν χειροτονηθέντων ἐπισκόπων ἐν τῇ ζωῇ τὰ ὀνόματα γνωρίζομεν ὑμῖν. *De Episcopis vero, qui a nobis dum vivimus*, vel *in vita nostra ordinati sunt, certiores vos facimus.* Quæ satis ostendunt, scriptas esse post mortem Apostolorum. His addi possunt tertio, quæ contra Apostolorum doctrinam hæ constitutiones habent de Dei filio, quem negant esse Deum, *lib.* 6. *c.* 6. ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ὑποπτεύουσιν. *Alii ex iis [hæreticis] suspicantur ipsum Jesum esse Deum super omnia.* Quæ magis Arriani, Photiniani vel Ebionæi, quam

Apo-

Apostuli sunt voces; his adde ejusdem fere commatis *ex lib.* 5. *c.* 6. *&* 10. *lib.* 8. *c.* 12. *lib.* 2. *c.* 44. & non meliora de Spiritu Sancto *lib.* 2. *c.* 26. *lib.* 3. *c.* 17. *lib.* 8. *c.* 37. *pr.* & alibi. Quæ causa est, quare Petavius, supra memoratos dicat, *tomo* 2. *Theol. dogm. pag.* 15. *Clementem videndum nescit quid, & hæreticum de Trinitate posuisse, lib.* 2. *c.* 26. *Nam Episcopum in Ecclesia instar Dei patris esse ait; Diaconum itidem ut Christum, qui patri adsistit, & in omnibus ministrat, quæ si Christus ut homo est, consideretur, non improbe dicta videri possunt. Sed pestilens est, quod addit, Diaconissam figuram Spiritus Sancti habere: quæ nihil sine Diacono facere debeat, aut loqui; Quemadmodum neque Paracletus a seipso aliquid loquitur aut facit, sed Christum glorificans voluntatem illius expectat. Quod quidem Macedonianum pus, ac venenum sapit. Photius de Clementis operibus agens cod.* 113. *in constitutionibus* asserit quædam inesse Arianæ impietatis vestigia, quæ non nisi violenter excusari possint. *Cujusmodi iste locus fuerit, quem adduximus, neque alius modo ad similem labem implicatus occurrit.* Hæc Petavius; cujus sequentia, quæ huc aliquid adhuc faciunt ex ipso peti, & ipsi alia insuper loca hujus impietatis ex supramemoratis, suggeri possunt; maxime ex *lib.* 6. *c.* 25. Fatetur etiam Bovius ipse in præfatione constitutionum, Auctorem istarum *de Spiritu Sancto exiliter loqui, de verba quoque duriora quasdam interdum voces fundere.* Tamen cum summa impudentia, non veretur orbi pro Constitutionibus Apostolorum obtrudere, iisque adfingere voces *exiliter* & *dure* ubi de mysteriis fidei loquuntur. De conjugio non est æquior sententia constitutionum *lib.* 3. *c.* 2. *Tertium conjugium intemperantiæ signum esse ajunt, quartum vero conjugium & deinceps manifestam esse fornicationem & indubitatam impudicitiam.* Mitior non verior de fornicatione *lib.* 8. *c.* 38. *edit. Bovii & Lamb. Gruteri. Pellex infidelis ancilla, soli domino obsequens recipiatur, si cum aliis intemperans fuerit rejiciatur.* Quæ Bovius, similis suis Apostolis aut Impostoribus hæc scribentibus his excusat: *Cum Ancilla sui corporis potestatem non habeat, merito culpa non in eam, sed in dominum est rejicienda.* Quod si Josepho olim istiusmodi interpres legis divinæ adfuissent, potuisset & ille Dominæ morem gerere impune, quia ejus servus erat, & culpam in eam conjicere. In baptismo *lib.* 3. *c.* 15. 16. *&* 17. *lib.* 7. *c.* 23. præter aquam oleum etiam requirunt, & post baptismum Chrismate inungi præcipiunt, quod nec ab Apostolis constitutum, nec apostolici seculi est, & nisi addita sint hæc, *lib.* 7. *c.* 45. *Baptizatum in solam aquam descendere* dicunt, *ut Judæum & corporis tantum non etiam animæ sordes deponere.* Neque etiam apostolici seculi est, infantibus seu pueris dare Eucharistiam, sed seculi tertii & sequentium, uti nec illa frequens distinctio Episcoporum, & Presbyterorum, *lib.* 2. *c.* 25. *lib.* 3. *c.* 11. *lib.* 8. *c.* 28. *& c.* 46. qui Apostolis unius officii nomina sunt, seculo demum tertio, secundum Blondellum, distincta (10). Inauditæ etiam tempore Apostolorum, Subdiaconorum, Acolythorum, Exorcistarum, Lectorum, Ostiariorum, voces & officia, quæ passim occurrunt in constitutionibus istis. Inaudita potestas illa quam passim tribuunt Episcopis, *l.* 2. *c.* 11. *&* 12. *&* 14. *&* 20. *&* 26. 28. 30. *&* 52. tributa *lib.* 2. *c.* 34. & decimæ *ibid. & c.* 35. De conjugio Personarum Ecclesiasticarum, quod non liceat Episcopis & Presbyteris, si jam sint ordinati & in ministerio ducere uxores, neque ad secunda vota migrare: contraria docent veris Apostolicis constitutionibus in S. Scriptura revelatis *lib.* 6. *c.* 17. (11). Contra quas inducunt quoque delectum ciborum, *lib.* 5. *c.* 18. Jejunia stata, *lib.* 5. *c.* 12. 14. 19. 20. *lib.* 7. *c.* 24. festos dies, *lib.* 5. *c.* 12. *c.* 17. *c.* 19. *c.* 20. *lib.* 8. *c.* 33. Sabbathi & Dominicæ celebrationem *d. lib.* 8. *c.* 33. *lib.* 7. *c.* 24. Jejunium ante baptismum *lib.* 7. *c.* 23. precationem versus Orientem baptizati: quæ ceremonia est quarti seculi, teste Cyrillo, non Apostolici, *lib.* 7. *c.* 46. *& lib.* 2. *c.* 57. Porro Cathecumenorum, & pœnitentium ritus, qui seculo tertio & quarto demum cogniti in Ecclesia & politi, satis probant mentiri constitutiones istas Apostolorum nomina & ætatem: vid. eas *lib.* 8. *cap.* 6. Absurdum est, quod prohibent fideli etiam domi cum cathecumeno precari, *lib.* 8. *c.* 34. *fin.* Baptizari statim eum, qui imprudenter eucharistiam gustavit, *lib.* 5. *c.* 19. *lib.* 7. *c.* 26. Ridicula quæ mandantur in celebratione Eucharistiæ, *lib.* 8. *c.* 12. *Duo Diaconi ex utraque parte altaris teneant flabella ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo, ut parva animalia volitantia abigant, ne in pocula incidant.* Otiosorum hominum, non Apostolorum est, hasce minutias sectari, ut & tam operose præscribere formam Basilicarum, *lib.* 2. *c.* 57. Falsum & contra historiæ veritatem in actis Apostolicis proditam est, quando septem diaconi Hierosolymæ, una cum Paulo Apostolo congregati finguntur, *lib.* 8. *c.* 4. ad scribendas istas constitutiones; cum jam Stephanus ante Pauli Apostolatum fuerit sublatus; quem stupidus ille impostor in eodem hoc libro ante scriptionem constitutionum harum pro Christo vitam impendisse memorat, vide *c.* 46. *adde lib.* 5. *c.* 7. *& lib.* 8. *c.* 33. Ejusdem commatis est, quod Jacobum Zebedæi filium, Joannis fratrem ab Herode gladio *act.* 12. *V.* 2. sublatum, septennio post mortem fingat interesse concilio Hierosolymitano *Act.* 15. & historiam narrare, *lib.* 6. *c.* 22. cum *lib.* 5. *c.* 7. inter Martyres recensuerat. Item per Clementem Romanum Episcopum missas istas constitutiones, qui certe ante mortem Jacobi anno Christi

(10) Non idem esse munus Episcopi, & simplicis Sacerdotis constantissima semper fuit Catholicæ Ecclesiæ doctrina, hinc Aerium in primis detestata fuit, ut monet Epiphanius hæresi 75. Wiclefum pariter ejusdem erroris innovatorem in Synodo Constantiensi sess. ultima, & tandem Lutherum & Calvinum, in Tridentina Synodo sess. 23. can. 4. & can. 7. eo quod parem in Episcopis atque Presbyteris dignitatem, & potestatem defenderent condemnavit. Videri potest hac de re nota [a] ad caput 7. libri 1. Duareni de Ecclesiast. Minister. & Benef. Lucanæ edit. Tom. 4. W.

(11) Et quanam fronte de divina in sacris Literis expressa revelatione adversus Clericorum cœlibatum sibi blandiri non verentur Heterodoxi? Quæ Latinos inter, & Græcos hac de causa simultates, & jurgia insurrexerint quis ignorat? nec tamen obtrudentes Latini apostolicam traditionem, & praxim Ecclesiæ, erroris convicti fuerunt ab adversariis; non clam, & furtim in fidelium mentes suam de clericorum cœlibatu opinionem insinuare satagebant, sed in publicis Synodis sententias, atque definitiones pro eadem statuebant Latinæ Ecclesiæ Patres, quin divinam revelationem sibi opponi posse dubitarent; ita se inter alios gesserunt Concilii Africani Patres anno Christi 390. canonum tertium hoc pacto statuentes: „ Gradus isti tres, qui constrictione quadam castitatis per „ consecrationes adnexi sunt Episcopos, inquam, Pres- „ byteros, & Diaconos ita placuit, ut condecet sa- „ cros Antistites, ac Dei Sacerdotes, nec non Levi- „ tas, vel qui Sacramentis Divinis inserviunt conti- „ nentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod „ a Domino postulant impetrare, ut, quod Apostoli „ docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque „ custodiamus“. Ex isto canone satis fit palam quæ fuerit Apostolorum doctrina de Clericorum cœlibatu. Legatur nota [a] ad caput 7. libri 4. Duareni de Ecclesiast. Minist. & Benef. W.

44. non potuit esse conversus. Lepidissimum porto est id, & ad risum excitandum aptissimum, quod *lib.* 2. *c.* 57. de libris suis legendis ita præcipiunt Apostuli: *Deinde acta nostra legantur, item Epistolæ Pauli cooperarii nostri, & postea Diaconus aut Presbyter legat, quæ ego Matthæus & Joannes tradidimus vobis, & quæ Pauli cooperarii Marcus & Lucas acceperunt & reliquerunt vobis.* Cum Evangelium Joannis demum post ejus revocationem ex Pathmo, id est annum domini 97. sit scriptum; quo tempore omnes fere Apostoli fatis concesserant. Hujus est quoque farinæ, quando *lib.* 6. *c.* 6. mentionem faciunt *Ebioneorum*, qui secundum Epiphanium *Hæres.* 30. §. 2. & Baron. *a.* 74. §. 6. post excidium Hierosolymæ cœperunt, quo tempore non modo Jacobum, sed & Petrum & Paulum, itemque alios ex Apostolis vita excessisse cuncti consentiunt; qui tamen finguntur hasce constitutiones scribere. *Lib.* 7. *c.* 48. narr. se Jacobo in Hierosolymitano Episcopatu Simeonem Cleopæ suffecisse, qui secundum Halloixium *in notis ad vitam Ignat. c.* 2. post Clementem nostrum vixit; qui tamen fingitur hisce constituentibus adfuisse. *Lib.* 6. *c.* 8. mentionem faciunt hæreticorum *Marci Basilidis & Saturnili*, quos ex Irenæo scimus post Clementis & Apostolorum mortem exortos esse: vid. eum *lib.* 3. *c.* 3. *advers. hæres.* & Euseb. *lib.* 4. *H. E. cap.* 6. *e lit. Gr. & in Chron.* in quo a. 136. Basilidem exhibet; cui concinunt Theodoret. *lib.* 1. *hæret. fabul. c.* 2. & Clemens Alexandr. *Stromat. lib.* 7. Adducunt etiam ad probandam resurrectionem versus decem Sibyllinos, *lib.* 5. *c.* 6. cum opera Sibyllina sub Antonino Pio & Marco Aurelio, XXX. vel XL. annis post mortem omnium Apostolorum ficta demum sint, & in lucem edita. *Lib.* 6. *c.* 24. *Romanos in Deum cœlestem, & a Deorum multitudine atque injustitia discessisse dicunt*, quod non ante Imperium Constantini, sæculo quarto factum. His adde testimonia librorum Apocryphorum eorumque laudes, Susannæ *lib.* 2. *c.* 51. Judithæ *lib.* 3. *c.* 17. Baruchi *lib.* 5. *c.* 2. Ecclesiastici *lib.* 4. *c.* 11. [12] quod veros Apostolos non fecisse constat: item falsam Etymologiam & significationem vocis Israel ὁ ὁρῶν Θεὸν, *lib.* 7. *c.* 37. & *lib.* 8. *c.* 15. & contra eam Hieronym. *tradit. Hebr. in Genes. c.* 32. *tom.* 3. *mihi pag.* 220. *editionis Froben. Basil.* 1553. Falsa est adsertio *lib.* 6. *c.* 7. de Philippo Apostolo, qui fuit tantum Diaconus [13]; ut & de Jacobo Domini Fratre, cui apostolatum abrogant, & Episcopum Hierosolymitanum ordinatum a se dicunt, *lib.* 6. *c.* 14. & 12. *lib.* 8. *c.* 4. *lib.* 7. *c.* 48. contra quod vid. Bellarm. *de script. Eccles. in Clement.* & Baron. *ad ann.* 44. §. 36. & 37. Porro falsum quod Mariam Lazari sororem faciunt diversam a Maria Magdalena *lib.* 3. *c.* 6. contra quod insurgit Baron. *ad ann.* 32. §. 10. & Bellarm. *l. c.* Falsum etiam quod *l.* 6. *c.* 24. adseruntur vetare *Mosen Judæos Aram extra Hierosolymam ædificare, & legem extra Judææ terminos legere*; & *lib.* 5. *c.* 20. Judæos Baruchum legere consuevisse. Falsa item est citatio *lib.* 6. *c.* 2. ubi Ἀδδαδὰν citant, qui 2. *Sam.* 20. *V.* 1. Schebah dicitur: quod hausisse videtur Falsarius ille ex Pseudignatii Epistola ad Magnesianos [14]. Ex quibus omnibus abunde patet, non esse has Constitutiones Apostolorum.

116 *Non sunt scriptæ a Clemente.* Non esse quoque a Clemente Episcopo Romano scriptas: primo patet ex ipsis constitutionibus, quæ eas non a Clemente, sed ab totis Apostolis scriptas dicunt, Clementis vero tamquam portitoris vel ministri, qui ad Episcopos & Ecclesias deferat, meminerunt: vid. eas *lib.* 6. *c.* 14. *lib.* 8. *c.* 4. & *lib.* 6. *c.* 18. Epiphanius etiam, qui, ut supra dictum, sæpius meminit διατάξεων τῶν Ἀποστόλων, nunquam tamen eas Clementinas vocat, aut Clementi adscriptas refert, sed simpliciter aut Ἀποστόλων διατάξεις, vel singulari numero διάταξιν appellat; vid. eum *Hæres.* 80. §. 7. *Hæres.* 70. §. 10. & *Hæres.* 75. §. 6. *Hæres.* 45. §. 2. Neque etiam Athanasii & Eusebii διδαχὴ τῶν Ἀποστόλων ullibi adscribitur Clementi. Iraque non immerito dubitat Dalæus, an non illa διὰ Κλήμεντος addita fuerint titulo ab alia manu; temporibus Trullani concilii Constantinopolitani, videntur jam habuisse id nomen; in ejus enim *Canone secundo* eas Patres vocant τὰς τῶν Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις. Neque negligenda hæc nobis ejusdem Dalæi conjectura, *lib.* 1. *c. ult. Pseudepigraph. Apost.* ex antiquis Constitutionibus Apostolorum, Epiphanii temporibus notis, & διδαχὴ τῶν Ἀποστόλων Athanasio & Eusebio memoratis, hoc quod Bovius opus propinavit forte potuisse esse consarcinatum, & majoris auctoritatis causa Clementi inscriptum. Verum hæc tantum conjectura est. Id majori attentione dignum; quod libro secundo latissime & solidissime probat, neque ipsi Clementi, cui adfinguntur cognitas fuisse ex ejus genuina epistola; neque postea Justino Martyri & Philosopho, neque Athenagoræ, neque Irenæo, neque Clementi Alexandrino, Tertulliano, Origeni, Cypriano, Dionysio, vel Petro Alexandrinis, neque Patribus Illiberitanis, aut Nicæni concilii quidquam de his innotuisse, neque Arrianos aut Catholicos quarti seculi, neque Laodicenos Patres, neque Basilium, neque quinto seculo nisi decurrente Græcos vel Latinos, eorum notitiam habuisse: sequentibus autem seculis apud Latinos usque ad undecimum, imo ante Bovii editionem vix innotuisse, nunquam receptas fuisse. Si quis conjecturæ tamen locus ex ri-

117 *Non nominantur patribus priorum trium seculorum.*

118 *Extantæ Latinis usque ad Bovii editionem.*

[12] Mira quidem Calvinistarum procacitas est, dum e sacrorum librorum censu nonnullos expurgare, ac inter Apocryphos ablegare contra Catholicæ Ecclesiæ definitionem, præsumant, Libros Baruch, Judith, Ecclesiastici, & Historiæ Susannæ divinos esse, & Canonicos definit Synodus Tridentina sess. 4. cap. unic. Liber Baruch tamquam divinus agnoscebatur a sanctis Basilio, Ambrosio, Cypriano, Clemente, Alexandrino, aliisque Patribus, quamquam sub nomine Jeremiæ citari soleret. Liber Ecclesiastici inter Hagiographa ab Judæis reponebatur, & velut divinus habebatur a SS. Ecclesiæ Patribus: quemadmodum etiam alii duo libri; de quibus omnibus plurima tradit Natalis Alexander dissert. 10. in quartam Mundi ætatem art. 12. dissert. 7. in sextam mundi ætatem art. 7. & art. 4. dissert. 1. in sextam mundi ætatem art. 2. Proposit. 4. quibus horum librorum canonicitatem demonstrat. W.

(13) Philippum qui Samaritas, & Eunuchum baptizavit, Diaconum fuisse tantum, diversumque ab Apostolo illo, qui Philippus etiam appellabatur extitisse Isidorus Pelusiota lib. 1. Epistolarum, Epist. 447. & sequentibus in Bibliotheca Patrum Tomo 7. pag. 577. evidenter ostendit; quamvis ut Valesius in notis advertit, vetus fuerit error, quo antiquorum nonnulli, ut Papias, Polycrates, Clemens Alexandrinus, aliique Philippum Diaconum, & Evangelistam, cum Philippo Apostolo confunderunt. W.

(14) Quam grandis animi fidentia in Mastrichtio, dum Ignatii ad Magnesianos Epistolam, contra venerandæ antiquitatis luculentissima testimonia νοθείας insimulare non timet! Epistolarum Ignatii in sua ad Ephesios Epistola meminit Policarpus, & S. Hieronymus eamdem in Cathalogo Scriptorum, in Ignatio commemorat; opposita Dallæi argumenta levissima sunt, eademque Natalis Alexander dissert. 23. in Historiam seculi 2. convulsit. W.

ritibus tertii, quarti & quinti sæculi, qui in iis obvii, censet Dalæus in fine sæculi quinti esse scriptas & suppositas, non post quintum, quia quæ post id sæculum recenter sunt inducta, non memorantur in iis: nil de imaginibus & reliquis ritibus invectis. Ab hac sententia non abludere videtur, quod eodem tempore, quo scriptæ propter multas absurditates in nativitate quasi oppressæ videantur, a Gelasio & 70. Episcopis in concilio Romano, in quo damnatæ, inter apocrypha relatæ taodiu delituerunt, donec iterum in lucem a Bovio revocarentur. Hugo Grotius *lib. 1. de jur. bell. cap. 2. in not. ad §. 9.* conjicit scriptas constitutiones has Pseudapostolicas præcipite sæculo secundo. Blondellus refert ad decurrens sæculum tertium, *in Apolog. pro Episc. & Presb. sect. 3. pag.* 231. Herm. Coring. *in animadvers. de purgator. n. 32. ad sæculum quintum.* Usserius vero *de scriptis.* Ignat. *cap. 6. ad sæculum sextum.* Salmasius agnoscit eas esse antiquas *lib. de coma.* Varia tempora & varios scriptores eis adsignant Halloix *not. ad vit.* Policarp. *cap. 6.* & Albaspinæus *lib. 1. obs.* 13. Mutetiam impostor inficetus ex scriptura, Ecclesiasticis ritibus & disciplina, suo tempore usitata, tum etiam libris quibusdam ritualibus, veluti Epiphanii tempore notis Constitutionibus Apostolicis, & doctrina Apostolorum Athanasii & Eusebii memorata forte hausit, & stultissime digessit. Quod en magis probabile, saltem de constitutionibus Apostolorum, quia & ab iis titulum mutuatus videtur, & quædam quæ Epiphanius ex iis recenset, hodie in Bovianis constitutionibus leguntur; quædam vero, ut supra quoque dictum, non comparent. Hæreticum & Arriana labe infectum fuisse harum constitutionum scriptorem, ex iis satis superque colligi poterit, quæ de filii & Spiritus Sancti persona ex eo in medium produximus. Rectissime itaque suam ersin Magnus Dalæus hisce finit, *vix ullum aliud esse opus Apocryphum, quod sic undique ab omni parte laboret, ut Boviane διατάξεις.* Hanc etiam causam esse arbitror, quare in editione conciliorum anni 1636. Parisiis facta constitutiones hæ Pseudapostolicæ penitus ex opere isto exturbatæ sint. Ex quibus, hactenus disputatis, judicare lector poterit quid de judicio Cardinalis Bonæ sit statuendum, & quo id loco habendum, quod ille, ut suam fulciret Missam Pseudoclementinam, de hisce constitutionibus Pseudapostolicis, in *lib. I. liturgicon cap. 8. §. 4. pag. mihi* 51. *edit. Parisiens.* prodidit: Recenseri item, *inquit*, potest inter Apostolicas sancti Clementis Romani Liturgia in libro constitutionum descripta & ab Apostolis accepta, ut ille ait, a qua paucis me expediam. Testimonium de illa perhibet Proclus initio tract. *de traditione Missæ*, asserens B. Clementem Apostolis dictantibus eam edidisse: cujus sententiæ adhærent Baronius anno 102. num. 23. Bellarminus, *lib. de Scriptorib. Ecclesiasticis*, & alii, qui eam legitimam esse putant, sed auctam a successoribus. Sicut enim formulam Symboli ab Apostolis traditam Patres deinde auxerunt, ut fidei mysteria clarius exprimerent; ita Liturgiæ ab illis prout ferebant tempora contextæ, ab aliis postea amplificatæ fuerunt. Alii tamen non infimi subsellii scriptores, qui negant Clementem apostolicarum constitutionum auctorem esse, ab eo consequenter Missam abjudicant, quæ pars illarum notabilis est. Photius Cod. 112. tria capita ipsis constitutionibus opponi ait, sed quæ facile dilui possint. Epiphanius hæresi 70. num. 10. citat Librum constitutionum Apostolicarum, cum ait: *Qui Liber tametsi dubiæ apud nonnullos fidei sit, non est tamen improbandus; Nam in eo quæ ad Ecclesiæ disciplinam attinent, omnia comprehenduntur; neque quidquam aut in fide ac Catholica professione depravatum, aut Ecclesiæ administrationi ac decretis contrarium continet.* Sed has constitutiones, quas Epiphanius citat, diversas videri ab his, quæ octo libris comprehensæ circumferuntur, observat Petavius in suis animadversionibus: quædam enim illarum sententiæ ab Epiphanio citatæ in vulgatis non extant. At hæc Petavii conjectura est, qua non obstante haud improbabile existimo easdem esse, sed interpolatas, & aliquibus in locis vel librariorum incuria, vel hæreticorum fraude depravatas. Quidam putant ad eas allusisse Dionysium Alexandrinum in epistola, quam refert Eusebius lib. 7. cap. 7. in qua nihil prorsus deprehendo, quod ad Clementem referri possit. Quicquid autem sit de Auctore harum constitutionum, certum apud omnes & exploratum nunc est, quod si ab Apostolis immediate dictatæ non fuerunt, Concilio tamen Nicæno antiquiores sunt, & iis continetur disciplina Ecclesiastica, qua Orientalis Ecclesia sub Ethnicis Imperatoribus ante Magnum Constantinum regebatur, ut Vir eruditissimus Joannes Morinus docet *Parte 2. de sacris Ordinat. pag.* 20. Cui adstipulatur Joannes Fronto in prænotatis ad Kalendarium Romanum §. 5. Petrus item de Marca *lib. 3. Concordiæ cap.* 2. ejus libri Auctorem saltem sæculo tertio floruisse ait, idque omnibus hodie persuasum esse. Est igitur Missa Clementis antiquissima, ejusque testimonio sæpius utar, si non præcise ut ab Apostolis editæ, & a successoribus auctæ, quod valde probabile est; saltem ut a Patribus secundi vel tertii sæculi usurpatæ. Hæc ille: Oscitanter inspectas constitutiones oportet esse a Cardinale, qui ait, Clementem dicere in Constitutionibus illis Pseudapostolicis, se liturgiam ab Apostolis accepisse, quod ille in toto opere non scribit. Sed paucissima tantum verba hæc, *lib. 8. c. 46.* profatur: *Et ego Clemens: constitutus sum ab Apostolis Episcopus.* Ubi autem Clementis fit mentio, ea tamquam de ministro fit, ut supra dictum; vid. *lib. 6. cap. 18. const. Pseud-Apost.* Sed his diutius non est opus immorari, quia alii sufficienter probarunt omnes istas liturgias veteres esse aut suppositas, aut saltem depravatas, quod posterius vel ipse Bona, de sua Clementis Liturgia fatetur. Ut possit itaque jactura hæc alicujus auctoritatis esse, accessiones tolli primum debent, & probari quæ sint genuina; quod Cardinalis Bona non magis in hac Clementis, quam in aliis liturgiis ipse vel quisquam alius unquam facere poterit. Iis vero, quæ adfert de interpolatione istarum Constitutionum, opponimus ea, quæ in eadem materia contra Trullanos Patres, easdem interpolatas & depravatas adserentes solidissime disseruit, sæpius jam laudatus D. Dalæus in *Pseudepigr. Apost. lib. 2. cap.* 15. & iis, quæ ille de ætate harum constitutionum profert, quasi Concilio Nicæno sint antiquiores, eundem *lib. eod. capitib. octo prioribus*, & quæ jam disputata sunt. Nunc ad canones Apostolorum, ut vocantur, transimus. Sunt hi pars libri octavi constitutionum Pseudapostolicarum secundum Turrianum *cap. 1. pro canonib. Apost. contra Magdeburg.* in cujus editione, post ultima capitis XLVI. verba, sequuntur, *Canones Ecclesiastici*, ut ibidem vocantur illi, qui vulgo appellantur Apostolorum; quod & videtur firmare canon eorum ultimus, ubi ipsi Apostoli ita ad Episcopos se convertunt. *Hæc vobis, Episcopi, constituimus &c.* Inde forte totum opus hoc constitutionum Apostolicarum *Auctor Operis imperfecti in Matthæum*, antiquus quidem sed tamen hæreticus, vocat *Libros Canonum Apostolorum*, & citat librum octavum *Homil.* 53. cujus citata inveniuntur libri 8. *const. cap.* 2. Hoc si verum, quod anterioris operis, latulime refutati, partem faciant, hi canones; non opus foret, pluribus contra eos

119 *Conjectura de tempore scriptionis & suppositionis.*

120 *Unde hausta.*

121 *Cardinalis Bonæ judicium rejectum de Const. Pseudapostolicis.*

122 *Canones Apostolorum pars constitutionum Pseudapostolicarum sunt juxta quosdam.*

exprofesso agere: sed videtur verius & probabile magis Impostorem quendam canones & constitutiones,
123 *Verius autem & probabilius videtur, impostorem hos canones sua farragine infersisse.* duo diversa opera combinasse, & novus quosdam iis addidisse, quod vel istud solum evincere potest, quod ea, quæ in canonibus leguntur, pleraque in ipsis constitutionibus fusissime inveniuntur. Adde, quod canon ultimus Pseudapostolicus etiam satis indicet esse diversum opus illud canonum a Constitutionibus Pseudapostolicis, & quod Gelasius in *c. Sancta Romana, dist.* 15. distinquat hæc duo opera. Item Photius in *Bibliotheca Cod.* 112. & 113. Quare, & quia hi canones magis adhuc, quam præcedentes constitutiones Apostolicæ, ad Historiam nostram Juris Ecclesiastici facere videntur, & quia jam a multis retro seculis, collectionibus Juris Ecclesiastici additi sunt, opus ut seorsim eos examinemus.

124 *Sententiæ Doctorum de canonibus dictis Apostolicis.* Diversæ sunt hic quoque Doctorum sententiæ. Turrianus homo ferrei stomachi, & æneæ frontis in propugnandis apocryphis singulari volumine eos defendit contra Magdenburgenses Centuriatores, & omnes pro Apostolicis habet. Quem sequitur Lambertus Gruterus, in sua Clementis Romani operum editione, *quæ prodiit Colon. anno* 1570. Baronius, *ad ann.* 102. §. 14. & Bellarmin. *de Script. Eccles. in Clemente*, quinquaginta pro genuinis agnoscunt, cæteros XXXV. vel secundum alios XXXIV. repudiant. Hisce subscribit Possevinus *in apparatu verb. Clemens*, & Binius quoque ita tamen, ut & cæteri, excepto LXV. & ultimo per eum inter authenticos haberi jure meritoque possint; vid. ejus *not. in tit. Can. Apost. tom. 1. concil.* & miraberis judicium, quod eodem halitu probet eos canones, & a Gelasio Papa inter apocrypha relatos confitetur. Apostolis certo adscribere nemo audet, Baronius loc.

125 *De scriptore eorum.* cit: *incertum esse*, ait, *ab ipsis Apostolis esse conscriptos*, neque id ipsum, *Turrianum contendere*. Qui diserte id negat: *tract. pro iis in princ. Quis*, inquit, *unquam ex Catholicis scriptos ab Apostolis dixit*. Postea tamen a Clemente omnes scriptos contendit, & quidem impudentissime fingit ab Apostolis post decretum de legalibus factum Hierosolymæ constitutos, a Clemente exceptos, idque anno Christi XLV. Claudii VI. P. Valerio Asiatico II. Cos. Binius, incertum relinquit, quis quinquaginta priores scripserit, quos maxime pro certis & indubitatis habent, hos *traditione Apostolica vult ad nos dimanasse*. De cæteris dubitat, *an sint ex Apostolorum Canonum Codice a Pontificibus conciliis ac Patribus accepti, an potius ex ipsorum sententiis in hunc Codicem translati*. Aliud est Judicium de auctoritate, nomine & auctoribus Gabrielis Albaspinæi *lib. 1. observat. c.* 15. ubi pro *imperitis habet, qui canones istos Apostolorum auctoritate sanctos publicatosve certo adfirmant*. Tum *Ab antiquitate eos Apostolicos appellatos esse existimant. Nam*, addit, *cum eorum aliquot ab Apostolorum successoribus, qui teste Tertulliano de Præscriptionibus* Apostolici *Viri nominabantur, facti essent*, Apostolicorum *primum canones; deinde nonnullorum Latinorum ignorantia aliquot literarum detractione*, Apostolorum *dicti sunt. Et apud Græcos quoque eos ita processisse videtur. Aucti sunt postea, cum adjecti essent, & eodem volumine comprehensi Græcæ Ecclesiæ canones*. Græci hos canones, non priores quinquaginta tantum, sed & posteriores triginta quinque jam ultra mille & quod excurrit annos, habuerunt pro apostolicis. Patet id ex *Canone 2. Synodi Con-*

126 *Græcorum sententia.* *stantinopolitanæ in Trullo*, seculo septimo decurrente habitæ. Cujus verba hæc sunt: Ἔδοξε καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν, καὶ ἰατρείαν παθῶν τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. *Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrime & honestissime placuit, ut deinceps ad animarum medelam & perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui ab iis, qui nos præcesserunt, Sanctis & gloriosis Apostolis traditi sunt octuaginta quinque canones*. Ipse etiam Justinia-

127 *Novella 6. Just. explicata de canonibus Apost.* nus Imperator noster in constitutione ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolit. hisce canonibus perhibet testimonium luculentum *Novell.* 6. quæ etiam refertur in princ. nomocanon. Jo. Scholastici: Καλῶς δ' ἂν ἅπαντα πράττοιτο, καὶ προσηκόντως, εἴπερ ἡ τοῦ πράγματος ἀρχὴ γένοιτο πρέπουσα καὶ φίλη Θεῷ. τοῦτο δὲ ἔσεσθαι πιστεύομεν, εἴπερ ἡ τῶν ἱερῶν κανόνων παρατήρησις φυλάττοιτο, ἣν οἵ τε δικαίως ὑμνούμενοι καὶ προσκυνούμενοι, καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Θεοῦ λόγου παραδεδώκασιν ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐφύλαξάν τε, καὶ ἐξηγήσαντο. *Recte*, inquit, *atque congruenter omnia agerentur, si ipsum rei initium gratum Deo esset, quod quidem certe futurum credimus, si sacri illi canones* (vulgatus interpres habet *regulas*) *diligenter observentur, quos nunquam satis laudati, adorationeque digni, & qui ipsi filium Dei conspexerunt, illique ministrarunt Apostoli nobis reliquerunt, ac sancti Patres custodiverunt & interpretati sunt*. Intelligi autem hic Canones Apostolorum octuaginta quinque a Justiniano Doctissimus Usserius *dissert. ad Ignat. cap. 6. pag. 37. & seq.* evincere conatur. Primo quod totidem in Nomocanonem ab ipso Justiniano confirmatum, & eidem Epiphanio commendatum relatos fuisse fides fit ex Arabico illius Codicis interprete, qui in Oxoniensi bibliotheca habetur, a Thoma Roe, ex Oriente allatus, & donatus. Deinde quia idem numerus a Joanne Scholastico, de quo postea, relatus est in ejus Nomocanonem, qui vixit sub Justiniano, quam

128 *Canones Apostolici pars corporis juris.* causam esse arbitror, quare in corpus nostrum juris relati sint hi Canones Apostolici, non tamen suo loco: vel enim post hanc Novellam sextam, ut Codex canonum Ecclesiæ Catholicæ post Novellam 131. vel saltem post novellas Justiniani Constitutiones collocari debuissent, non in fine ante consuetudines feudales. Tanti hos fecit Joannes Damascenus, quod nullus Græcorum ausus est, *ut lib. 4. c.* 18. de orthodoxa fide eos retulerit in canonem sacræ Scripturæ. Ita enim ille: Παύλου Ἀποστόλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Ἀποκάλυψις Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ. Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος. *Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim, Apocalypsis Joannis Evangelistæ. Canones sanctorum Apostolorum per Clementem*. Hujus singulare est judicium, ut & Photii, qui unus fere Græcorum, quantum quidem nobis compertum est, quosdam de hisce canonibus dubitasse scribit, in *Prolegomenis Nomocanonis sui* in principio fere, quæ nunc ex Bibliotheca Justelli edidit Filius, in *Bibliotheca juris Canonici veteris; Tom. 2. p.* 790. ἀλλὰ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο. *Nec non* [digessimus] *etiam eos canones, qui sanctorum Apostolorum esse dicuntur. Quamvis nonnulli quibusdam causis moti, pro dubiis eos habuerint*. Quos ille putet, qui dubi-

129 *Latinorum sententia de canonibus Apostolicis.* taverint de hisce canonibus, incertum est. Putat Dalæus eum forte intelligere Latinos; quod non est necesse, quia ex Græcis aliqui & forte ipse Photius, librorum censor accuratissimus dubitavit. Latinis tantum cogniti canones quinquaginta, quod satis patet ex Dionysii Exigui versione, qui primus, ut supra ex ejus præfatione indicatum, quinquaginta canones Apostolicos suæ versioni præmisit, & tot agnoscit quoque codex Romanæ Ecclesiæ Moguntiæ & Parisiis editus, qui fere idem cum Dionysii codi-

dice, exceptis quibusdam, quæ supra sunt indicata. Idem confirmat *c. Clementis, dist.* 16. quod falso inscribit Gratianus Leoni IX. cum sit Humberti Cardinalis; de quo vid. Ant. August. *lib.* 1. *dial.* 6. *a pag.* 43. *nostræ edit. & seq.* Neque plures Isidorus Mercator, Impostor ille, suæ collectioni inseruit, His quinquaginta, qui Latinis noti fuerunt, apud eos non ejusdem fuerunt auctoritatis, qua apud Græcos: nullo apud eos, ut Græcos concilio sanciti aut recepti, sed manifeste jam sæculo quinto exeunte a Gelasio & 70. Episcopis reprobati & inter Apocrypha relati *c. Sancta Romana, dist.* 15.

130 *Auctoritas apud Latinos non eadem quæ apud Græcos.*

Cui concinit Isidorus Hispalensis, qui sæculi septimi anno 39. vita functus est, relatus *a Gratiano in c. Canones, dist.* 16. *Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recepit, nec sancti Patres illis adsensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur: tamen ab auctoritate canonica atque Apostolica eorum gesta placet esse remota, atque inter Apocrypha deputata.* Quem Isidorum dubie separant ab Isidoro Mercatore in notis Emendatores Gratiani, qui in *eadem distinctione c. Placuit* contraria dicit: quod masculo facit l. c. Anton. Augustinus noster, quem vide. Notabile est hoc Isidori testimonium, quo adempta est omnis auctoritas hisce canonibus Pseudapostolicis. Quos enim Turrianus, ab Apostolis conditos, a Clemente scriptos mentitur, ille *ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositos dicit.* Quos ille receptos persuadere conatur, Isidorus, *receptos vel a Patribus probatos* negat; quos ille pro legitimis & Ecclesiasticis obtrudit, hos Isidorus, *inter Apocrypha deputatos & ab auctoritate Canonica, atque Apostolica remotos fuisse*, adserit. Quod certum indicium sæculi septimi principio, non fuisse alicujus apud Latinos auctoritatis hos canones Pseudapostolicos, quare etiam Ferrandus Diaconus Carthag. qui eodem tempore fere, quo Dionysius Exiguus vixit, suum Breviarium canonum scripsit, eos suæ digestioni non inseruit. Agnovit hoc quoque Dionysius Exiguus, qui idcirco hæc præfationi supra relatæ inseruit; *In principio itaque canones* QUI DICUNTUR, *Apostolorum de Græco transtulimus, quibus quia* PLURIMI CONSENSUM NON PRÆBUERE FACILEM, *hoc ipsum vestram noluimus ignorare sanctitatem; quamvis postea constituta Pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse videantur.* Quibus suam versionem videtur voluisse mitigare & munire, cum sciret non ita diu a Gelasio damnatos esse hos canones, & ut conciliaret quondam iis auctoritatem subjecisse: *postea Constituta Pontificum ex ipsis canonibus adsumpta videri.* In quo certe non omnino falsus fuit, posteri enim, quanquam semper cum odii cujusdam contestatione & timide, eos admiserint, & aliquo loco habuerint, nunquam tamen tanti æstimarunt, ut quod inscriptio cantat pro Apostolicis reputaverint. Ex his patent fata horum canonum apud Latinos. Nempe primo inter apocrypha relatos esse a Gelasio, mox a Dionysio Exiguo versos, & canonibus conciliorum additos, attamen adhuc, ut constat ex Isidoro supra relato, reprobatos esse; donec tandem a Leone IV. sæculo nono medio admitterentur. Turrianus ut Gelasii auctoritatem eluderet, homo in fabulis comminiscendis major Æsopo fabulatore celeberrimo, fingit sine ulla antiqui testis auctoritate, canones Apostolicos a Priscillianistis suppositos, eosque damnare Gelasium. Isidori auctoritatem fœdissima ignorantia eludere conatur, opponendo Isidorum Isidoro *in cap.* 1. *&* 4. *dist.* 16. tanquam eundem; quos tamen recte Antonius Augustinus noster ut supra monstratum, agnoscit esse diversos, unum Hispalensem, & alterum Mercatorem. Vide accuratissime Turriani commenta refellentem Dallæum in *Pseudepigr. Apostol. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 442. *& multis seqq.* Aliter enervat auctoritatem Gelasii Bellarminus, *de script. Eccles.* qui cum Humberto sæculi undecimi medii scriptore & legato Pontificis, agnoscit quinquaginta genuinos; triginta quinque spurios, & de posterioribus vult loqui Gelasium. Sed hoc commentum ipse Gelasius *in d. c. Sancta Romana, dist.* 15. inspectus abunde refellit; qui totum librum canonum Apostolorum inter Apocrypha refert, nullos genuinos aut priores, a spuriis & posterioribus distinguit. Deinde etiam Dionysius Exiguus, qui eodem fere cum Gelasio tempore vixit, & quinquaginta canones Codici canonum primus adjunxit, ille de his quinquaginta dicit, *plurimos his consensum facilem non præbuisse*; porro ipse Isidorus Mercator, qui etiam quinquaginta tantum conciliis præposuit, *eos a quibusdam Apocryphos dici* scribit *d. c.* 4. *dist.* 16. Neque plures quam quinquaginta agnoscit Gratianus *ante c.* 1. *dist.* 16. neque plures non aut compositi fuerunt tempore Gelasii. Certum itaque est hos ab eo & patribus septuaginta fuisse damnatos, cæteri enim XXXV. postea conficti sunt, & a Justiniano Imperatore & Joanne Scholastico in Nomocanonem relati. Quod vel ex eo patet, quod Dionysius non longe post Gelasium vivens, tantum quinquaginta verterit, cæteros certe etiam versurus, si extitissent, quod non obscure agnoscit Baronius ad Ann. 102. §. 11. *qui tantum quinquaginta reperisse Dionysium Exiguum* ingenue refert, & confitetur hos quinquaginta canones a Gelasio inter apocryphos esse relatos; Sed alio effugio, ejus damnationem evitare, aut interpretari conatur: *Ea*, inquit, *ratione*, canones isti, *quod cum Apostolorum nomine conferentur non essent in Canone librorum Novi Testamenti, merito sunt Apocryphorum censura signati; quod vero a sanctis Patribus, privatim & a sacris Synodis publice sunt recepti, merito authentici dici debent.* Sed & hoc commentum absurdum obvelandæ veritatis causa fictum, ipsum decretum Gelasii satis refellit, quod prima parte præter scripturas sacras recenset etiam ea scripta, quibus Ecclesia Catholica utetur, sed infra sacræ Scripturæ auctoritatem. Posteriori vero parte enumerat scripta, quæ repudiata sunt, iisque diserte accenset *Librum Canonum Apostolorum*, adeoque nec sacris, nec Ecclesiasticis libris annumerari vult eos; imo quod magis est ipse Gelasius accenset libris, *qui ab hæreticis sive schismaticis conscripti, vel prædicati sunt, quos nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia; e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credidi esse subdenda.* Post recensionem illorum librorum, & inter hos canonum Apostolicorum subdit: *Hæc & cætera his similia, quæ Simon Magus, &c. nec non & omnes hæretici eorumque discipuli, sive schismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana Catholica & Apostolica Ecclesia eliminata atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.* Ejusmodi vero libros Baronius nobis pro Ecclesiasticis obtrudere conatur, quos diserte Gelasius in æternum damnatos dicit, & cum aliis pessimæ notæ libris *apocryphis* accenset, quæ sola vox *apocryphi* Baronii fucum eludit & eliminat, concinente vel ipso Bellarmino, *lib.* 1. *de verb. Dei, c.* 20. cujus verba rei præsenti aptissima recensebo: *Interdum vocant apocryphos libros eos, qui errores admixtos habent. Sic utitur hac voce Origenes homil.* 1. *in Cantic. Hieronymus in Epistola ad Lætam de institutione filiæ. & Augustinus lib.* 15. *de civit. Dei c.* 23. *Quam significationem secutus Gelasius, in decreto de libris Ecclesiasticis, eos libros vocat Apocryphos, qui sunt editi ab aucto-*

ri-

ribus hæreticis, vel certe ſuſpectis. Neque quidquam Turrianum juvare poteſt figmentum, quaſi ipſe Gelaſius multa ex hoc Apoſtolicorum canonum libro laudet in Epiſtolis ſuis, quoniam hoc aperte falſum eſt, & clarum, quod ille ſua vel ex ſacris Scripturis, vel ex Concilii Nicæni ſcitis hauſerit, quæ Turrianus impudenter eum ex hoc ab ipſo damnato libro adſerre fingit. Vide ſis Dalæi *Pſeudep. Apoſt. lib. 3. c. 4.* Zephyrini Papæ Epiſtolam ſumma cum impudentia a Gelaſio probatam adſerere audes Turrianus, quam infra ab Iſidoro Mercatore ſeptem ſæculis poſt Zephyrinum confictam demonſtrabimus. Verum itaque eſt de his canonibus judicium Magni Dalæi *lib. 3. Pſeudepigr. Apoſt. cap. 4. pag. 479. & ſeqq.* quod adſcribo; *Profligatis ergo quæcunque ad hunc locum a Turriano, Bellarminoque & Baronio objecta, vel excogitata ſunt, firmum ac verum ſtat Gelaſii in Romana 70. epiſcoporum Synodo decretum,* Liber canonum Apoſtolicorum apocryphus. *Unde clarum certumque fit primo Dionyſium Exiguum quinquaginta Apoſtolorum canones a ſe in Græcis exemplaribus inventos, temere ac inſcite & præter diſertiſſimum Epiſcopi, Conciliique Romani ſententiam Eccleſiaſtico codici primum omnium inſeruiſſe; multo pejus, atque periculoſius paulo poſt peccaſſe Juſtinianum, & Joannem ex Scholaſticis, qui eundem canonum Apoſtolicorum librum, & quidem triginta quinque capitulis auctiorem, in publicum Nomocanonem retulerunt; graviſſime omnium peccaſſe Damaſcenum, qui non modo falſos ac nuperos, ſed etiam a Papa & Concilio Romano damnatos canones divinis libris per intolerabilem, planeque ſacrilegam audaciam exæquavit; peccaſſe & Trullanos Patres, qui eundem librum firmare & auctoritate ſumma donare non dubitarunt, eodemque in flagitio hærere reliquos omnes Græcos, qui hujus Synodi placita ſequuntur; erraſſe poſtremo Leonem IV. & Nicolaum I. & cæteros Latinos, quotquot Dionyſiacæ collectionis ſpecie decepti, adverſus ſacra canitie veneranda Gelaſii & majorum ſtatuta, ac contra luculentiſſimam Iſidori Hiſpalenſis admonitionem, damnatos, qui Apoſtolorum dicuntur, canones, inter Eccleſiaſticas regulas habere ac recenſere auſi ſunt. Horum omnium quicunque, ac quamcunque de cætero ſint, auctoritatem omnem obterit antiquius Gelaſii, Romanæque Synodi decretum; neque ullis poſteriorum ſententiis convaleſcere poſſunt, quæ jam tot ante ſæculis legitima, ac canonica, non Romani modo Præſulis, & quidem ejus, qui inter ſapientiſſimos habetur, ſed & Romanæ, & quidem LXX. Epiſcoporum Synodi, ſtatuto convulſa & ex Eccleſiæ Catholicæ finibus exterminata fuerunt. Hoc ego Romanæ veteris Eccleſiæ decretum omnibus recentiorum ſcitis, ac diſputationibus oppono; hoc unum pluris facio, quam & Trullanæ Synodi, & Græculorum omnium canones & pſephiſmata. Neque ſatis mirari poſſum degenerem Turriani & aliorum ignaviam, qui in tota hac cauſa Romani nominis dignitate fœdiſſime prodita, unius Scythæ nugas, & Græcorum levitatem ſui Gelaſii, ſuæque Synodi auctoritati anteponunt. Ac illis quidem, ſi moribus, quos jactant, Romanis vere eſſent, hæc ad contemnendos, & ad Apocrypha relegandos Apoſtolorum, quotquot* 131 Cauſæ quare propugnent poſteriores Pontifices Conſtitutiones & Canones Apoſtolicos. *dicuntur,* Canones, *ſatis eſſe deberent* [15]. Non ſatis poteſt mirari degeneres Latinorum animos Dalæus, quod tanquam pro aris & focis propugnent conſtitutiones, & canones Pſeudapoſtolicos; ego deſino hoc mirari, quando video eos præcipua ſua dogmata ex iis confirmare. Conſtitutiones citat Bellarminus *lib. 1. de clericis c. 12.* pro antiquitate ordinum Eccleſiaſticorum, *lib. 2. de Monach. c. 26.* pro voto continentiæ, *lib. 1. de purg. cap. 6.* pro oratione pro mortuis, *lib. 3. de cultu ſanct. cap. 7.* pro aqua luſtrali, *lib. 4. c. 4. de Euchar.* pro reſervatione ſacramenti, *& cap. 10. ibid.* pro mixtione vini & aquæ in ſacramento Euchariſtiæ, *lib. 2. c. 15. de miſſa,* pro lotione manuum ante conſecrationem, *lib. 2. de confirm. cap. 3.* pro confirmationis ſacramento. Anglo-Remenſes citant eaſdem, ut probent ab Apoſtolis inſtitutum eſſe quadrageſimæ jejunium, *in annot. ad Luc. 4. 1.* Canones Apoſtolorum adducuntur fere ab omnibus Pontificiis. Bellarminus canonem primum laudat, *lib. 1. de Cler. cap. 3. & lib. 4. de not. Eccleſ. cap. 8.* ut probet, Epiſcopum non niſi a tribus Epiſcopis ordinandum eſſe. Canonem item 3. & 4. idem pro ritu altarium, ut probet Miſſam eſſe ſacrificium proprie dictum, *de Miſſa lib. 1. c. 16.* Canon. 12. 13. & 15. pro diſtinctione Clericorum & Laicorum, *lib. 1. de Cler. c. 1.* Canonem 27. pro cœlibatu ordinibus initiatorum, *ibid. c. 19.* Canon. 48. pro indiſſolubilitate matrimonii quoad vinculum, *de matrim. lib. 1. c. 26.* Canon 68. pro jejunio quadrageſimali, *lib. 2. c. 14. de bon. operib.* Canon. 2. adducit Stapleton, *relect. contr. 2. q. 4. art. 3.* ut probet Presbyterum ab uno Epiſcopo eſſe ordinatum. Canon. 34. pro appellationibus ad Pontificem Romanum, *ibid. contr. 3. q. 7.* Alanus Cardinalis canonem ultimum profert, ad probandam auctoritatem canonicam librorum Machabæorum *lib. de ſuffragio pro defunct. c. 3.* Alii alios laudant, ut ſuas quiſquilias colorent. Atque hæc eſt cauſa, quare haſce Apocryphas delicias ita affectent, ut ex orco, in quem damnatæ ſunt a Gelaſio & 70. Patribus, revocent, quo fucum multis faciant & novis inventis antiquitatis ſpeciem & faciem concilient (16). Non abs re itaque erit, larvas paucis detrahere his apocryphis quoque ca- 132 Auctoritates, & argumenta pro Canonibus Pſeudapoſtolicis examinatur. nonibus; Bellarminus *in Clemente de ſcript. Eccleſ.* itemque Poſſevinus, laudant pro canonibus Apoſtolorum, teſtimonium Tertulliani in libro adverſus Praxeam. Sed utrumque decepit Sixtus Senenſis *lib. 2. Bibliothec.* Tertullianus enim ut jam antea obſervavit Magnus Uſſerius, *in Diſſert. de ſcript. Ignatii c. 6. pag. 55. & ſeqq.* neque in libro adverſus Praxeam, neque in aliis libris meminit canonum Apoſtolicorum, aut *dicit eos eſſe nobis per manus Apoſtolorum traditos,* quod Bellarm. & Poſſevinus aſſerunt. Quin ſi certum eſt Tertulliano nullos fuiſſe iſtiuſmodi canones cognitos, multa enim alias ex eorum auctoritate firmaſſet, aut aliter quam fecit, decidiſſet. Falſa quoque eſt allegata a Sixto & Bellarmino auctoritas Athanaſii, vel alius auctoris ſynopſeos, qui nullibi meminit Canonum Apoſtolicorum, ſed tantum τὰ Κλημέντια *Clementina* refert inter ea Novi Teſtamenti, quibus contradicitur cum Petri, Joanniſque & Thomæ periodis, ſive itinerariis. Per Clementina autem non intelligi poſſe canones Apoſtolo-

(15) Canones qui ſub Apoſtolorum nomine circumferuntur, apocryphos a multis etiam Catholicorum Criticis haberi compertum eſt; quamvis canonum iſtorum aliqui, a quocunque tandem fuerint conſtituti, diu ante Synodum Nicænam extitiſſe dicantur. Videatur obſervatio (1) in notas Maſtrichtii ad Dialogos Antonii Auguſtini. W.

[16] Quem unquam Catholicorum, niſi imperitum omnino, atque in controverſiis dogmaticis, hoſpitem proſus palam nobis facient Hætherodoxi, qui fidei Chriſtianæ dogmata, aut laudabiles Eccleſiæ conſuetudines ea ſolis, qui Apoſtolici dicuntur, canonibus comprobare præſumpſerit? quamvis hiſce canonibus ad explodendum novitatis caracterem doctrinæ, & moribus Romano Catholicæ Eccleſiæ a reformatis impactum, ſæpe ſæpius utantur Controverſiſtæ. Inconcuſſa omnino propugnacula contra inimicos Chriſti, & veritatis, limpidiſſimos revelatæ doctrinæ fontes cœnoſis Hereticorum undis Catholici opponunt, quod & a Bellarmino per actum fuiſſe in locis a Maſtrichtio citatis, inermi etiam oculo intueri quis poteſt. W.

lorum, vel ex eo patet, quod multis demum post Clementem annis sint scripti & congesti, ut postea patebit. Testimonia primorum Urbis Romæ Episcoporum, Anacleti, Alexandri, Julii, Eleutherii, Marcelli, Fabiani, Eusebii, Aniceti, Callisti, Lucii, Eutychiani, pro canonibus Apostolicis, nemo cordatus, qui in antiquitate Ecclesiastica non est totus Hospes, etiam ex Pontificiis, pro genuinis habet, sed impudentis sæculi noni ineuntis impostoris, quod postea, ubi de Isidoro Mercatore, ejusque collectione nobis sermo erit, pluribus demonstrabimus. Mentitur porro strenue Turrianus, *pro canonibus istis contra Magdeb. pag. 69.* & Binius, *in canon. 51. Apost. tom. 1. Bibl. Patr.* quando notos & citatos Origeni dicunt canones istos, *lib. 8. & 3. contra Celsum*, quia quædam refert, quibus similia leguntur in canonibus Apostolorum; cum vel pueri sciant nullum legitimum argumentum inde duci posse; mores quidam in usu tertio sæculo decurrente, laudati ab origine, inveniuntur quoque in canonibus Pseudapostolicis, ergo Origini illi fuerunt noti, & ab eo citari. Eodem modo adducit Turrianus quædam ex Cypriano, & synodis quarti sæculi, quæ certe si doceret Turrianus patres illos ex canonibus Apostolicis hausisse, aut hausta dicere, jam probaret, quod sibi adsumpserat. Manifque verum, imo forte certum est, quod Impostor ille, qui sæculo quinto exeunte (ut probabile est) hos canones Apostolis supposuit, sua ex conciliis aut Patribus, quam Patres aut concilia sua ex his canonibus, quos ignorarunt, sumpserint. Maxime cum nullibi sua Patres muniant auctoritate canonum Apostolorum, quod religiosi certe non prætermisissent, si scivissent tales extare. Neque etiam Nicæni Patres passim τ κανόνα simpliciter, can. c. 2. 15. citassent, sed illud Α'ποστόλων, vel illud Α'ποστόλων διὰ Κλήμεντος, itemque numerum procul dubio subjecissent, si Apostolos tradidisse, & extare illos canones iis compertum fuisset. Verum hic mos est Turriani, si apud quendam ex Patribus, aut in concilio tantum legatur: *secundum canonem, regulam, morem Ecclesiasticum*, & simile quid inveniatur in Canonibus Pseudapostolicis, statim id sufficiens argumentum est, & probatio, Patrem illum, vel Synodum respexisse vel citasse canones Apostolicos. Sic adducit *cap. 12. pro canonibus hisce pag. 31. & seqq.* ex sæculo quinto Epistolam Innocentii Romani Episcopi ad Victricium Rothomagensem, quæ est Anno 404. in qua tota ne γρῦ invenitur pro hisce canonibus. Quædam ex tredecim capitulis quæ ibid. leguntur, inveniuntur quidem præcepta etiam in canonibus hisce, sed non dicit se ea hausisse ex iis Innocentius, nec horum auctoritate ista fulcit; quod certe non neglexisset, cum in capite primo & septimo citet synodum Nicænam, si habuisset eos cognitos. Qui neglectus firmius argumentum contra Turrianum præbet, tum incognitos fuisse, & postea ex hac Epistula in suam rapsodiam transtulisse quædam auctorem istorum canonum; quam convenientia dictorum quorundam pro Turriano & canonibus. Nec magis patrocinatur synodus Ephesina, in cujus act. 7. Turrianus iis *cap. 13. & 14. d. tract.* præter fidem codicis canonum Ecclesiæ universæ, Latinæ versionis, & editiones conciliorum pro voce πατέρων legit Α'ποστόλων, quam lectionem editiones conciliorum Græco Latinæ in margine habent & notant, quæ a Græcis hos canones probantibus, videtur efficta & excogitata. Ejusdem notæ sunt, quæ ex synodo Chalcedonensi, Cyrillo & Leone pro canonibus istis a Turriano proferuntur, quæ recensione & refutatione indigna sunt, qui ea desiderat, adeat Dalei *Pseudepigr. Apost. lib. 3. cap. 10.* Sufficiat demonstrasse non esse istos canones Apostolicos, neque ab Apostolis, neque a Clemente constitutos aut scriptos [17]. Quod de posterioribus triginta quinque Latini contra Græcos tam veteres quam recentiores præter Turrianum fere omnes, saltem celebriores defenderunt, Humbertus, Ant. Augustinus noster, *lib. I. dial. 6. pag. nostræ edit. 44. & seqq.* Bellarminus, Baronius, qui omnes post Turrianum scripserunt. Quod & probant illi ex Latinis, qui tantum quinquaginta agnoscunt; Dionysius, nempe Exiguus, item Cresconius Afer in concordia canonum sæculo sexto, Hadrianus primus sæculo octavo, Isidorus Mercator sæculi noni scriptor, Impostor volebam dicere, Gratianus compilator Decreti sæculo duodecimo. Neque scio, quod quisquam, præter unum Turrianum, intra quindecim & quot excurrit sæcula, usque dum ille suam infelicem Apologiam sæculi superioris anno 73. pro his canonibus edidisset, dissentiat. Probat falsitatem posteriorum 35. canonum primus, alias in ordine 51. qui lapsos promiscue recipiendos sanxit; quod ante sæculi tertii medium, quo tempore de lapsis dispensari cœpit, ignotum fuisse, ipse agnoscit sagax eruditor antiquitatis Ecclesiasticæ Albaspinæus, *lib. 1. obs. cap. 13.* deinde ante Cyprianum rigor ille in lapsos idolatras nondum fuit remissus, hoc est anno Christi 254. Patet idem ex canone nono supra quinquagesimum, in quo τὰ ψευδεπίγραφα τ ἀσεβῶν βιβλία, *falso inscripti libri impiorum* publicari ab Ecclesia prohibentur. Intelligit autem edita Apostolorum nomine scripta supposititia (de quibus nos, Deo volente, ad famosum Gelasii & 70. Episcoporum capitulum, relatum a Gratiano *dist. 15. c. Sancta Romana*, aliquid commentabimur,) quæ sane non nisi post Apostolos fuerunt vel potuerunt publicari aut prohiberi. Evincit hoc etiam in canone 62. adducta ratio prohibiti esus sanguinis, quæ hæc est: *quia lex id prohibuit.* Quæ sane non est ratio Apostolorum; qui ob scandalum Judæorum ad tempus id prohibuerunt. Lex enim, utpote cæremonialis, abrogata jam erat; scandalum autem temporalem abstinentiam adhuc suadebat, vid. *Apol. I. ad Corinth. 10. V. 25. & 27.* Quod latissime executus est præter alios contra Schookium & Curcellæum. Joann. Henr. Heideggerus *in Hist. Patriarcharum & tractatu proprio:* Canonem 65. non esse Apostolicum, evincet pro nobis Baronius, *ad Annum 102. §. 15.* & cum eo Bellarmin. *de Pontif. Roman. lib. 2. c. 27.* Possevinus *in apparat. sac. verb. Clemens.* Binius in not. ad istum canonem, Petavius & alii. Canonis verba sunt hæc: *Si quis Clericus inventus fuerit jejunare die Dominico vel Sabbatho, præterquam uno solo, deponatur; sin autem Laicus segregetur.* Ad hæc notat Baronius; *Quonam, quæso, tot tamque disertos antiquos Patres, qui de jejunio Sabbathi instituerunt Disputationem, canon ille præteriit, ut a nemine citatus reperiatur? Vel quonam pacto, obsecro, Romana Ecclesia contra omnium Apostolorum* ca-

(17) Quæ in antiquissimorum Patrum, & Conciliorum scriptis leguntur iis similia, quæ in Canonibus Apostolicis continentur, ut observat. 1. in notas Mastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini dictum est; statim ex Patrum, & Conciliorum lectione canonum eorum compilatorem decerpsisse; minime vero a Patribus ex iis canonibus desumpta fuisse Mastrichtius pronunciat. Verum advertamus oportet Patres illos perversos, atque Concilia hisce formulis: *Cum sit statutum omnibus nobis: valeat sententia secundum canonem: quæ ab initio obtinuit Patrum canon:* aliisque similibus loquendi modis usos fuisse; ex quibus intelligi non posse videntur, cur ad canonum aliquem prævium non respexerint. W.

canonem Sabbathi jejunium suscepisset, vel eorum Episcopus Clemens id fieri permisisset, qui quod statuissent Apostoli & ipse sceipsisset, perquam optime sciret? vel quomodo ex traditione Petri & Pauli Apostolorum Principum, ejusmodi dies Sabbathi jejunii sibi vendicari est solita eadem Ecclesia observantiam, quam Apostolorum canoni penitus adversari nosset. Petavius *ad Epiphanium pag.* 359. reiicit hunc canonem tamquam spurium, negatque *fieri potuisse, ut is ab Apostolis communi decreto constitueretur*, ob illam Augustini, præscriptionem *neque scripturæ auctoritate, neque universalis Ecclesiæ traditione determinatum esse, sabbatho ne jejunare deceat an prandere, sed ejus in qua versaris Ecclesiæ consuetudini obtemperandum esse.* Quod probat Tertullianus quoque *de coron. milit. capit.* 3. & latius exequitur tractatu singulari Doctiss. Dalæus *de jejunio*, & in *Pseudepigr. Apostolicis, lib.* 3. *cap.* 12. *pag.* 562. Eadem rationn se prodit canon 58. qui quadragesimæ jejunium sancit, quod temporibus Apostolorum incognitum, nec ab Apostolis institutum fuit. Ita nec Apostolos aut eorum ætatem redolent, quæ canone 71. leguntur: *Si quis vel Clericus vel Laicus ceram vel oleum a sancta Ecclesia abstulerit, segregandus est.* Nullum enim oleum nulla cera cognita Apostolis in usum Ecclesiæ, uti nec aurea vel argentea vasa vel vela sanctificara, de quibus loquitur cann. 72. Insipidus quoque & contra plerosque Patres est ille canon sacræ Scripturæ, qui in canone ultimo 85. aliis penultimo & ultimo legitur. In quo libri Machabæici omnes, contra Eusebium, Athanasium, Gregorium Nazianzenum, Amphilochium Iconiensem, Cyrillum Hierosolymitanum, Epiphanium Damascenum, Hilarium, Philastrium, Ruffinum, Hieronymum in canonem admittuntur. In quo etiam contra omnium sententiam, etiam ipsam Synodum Tridentinam admittitur & canonizatur [ut hac voce hic utar] liber tertius Machabæorum. Porro Constitutiones Pseudapostolicæ, supra repudiatæ in censum Apocryphorum, etiam in numerum sacrorum voluminum cum summa impudentia adsumuntur; in quo articulo etiam ipsi Græci, alias horum canonum propugnatores acerrimi hos respuunt. Tertio duæ Epistolæ Clementis pro divinis scripturis obtruduntur, quas nec vetus nec recentior ecclesia pro talibus agnovit. Quarto in canone omittit Esdram in Veteri, in Novo Testamento Apocalypsin (18). Illud, ne omnia sectemur, ridiculum est, quod cum hi Apostoli, & quidem ut supra Turrianus voluit ann. 45. æræ Christianæ, constituant canonem Novi Testamenti, in eum etiam referant Evangelia, actus Apostolorum & Epistolas, quorum omnium nil, aut fere nihil eo tempore scriptum fuit. Saltem non Evangelium Joannis, quod constans fama vult scriptum esse in fine vitæ ejus, & sic quinquaginta annis post hujus canonis constitutionem, in quo tamen tanquam jam scriptum recensetur, & quidem ab omnibus Apostolis, cum tempore scriptionis ejus nullus præter Joannem superesset. Quibus ineluctabilibus argumentis moti Latini omnes, præter unicum impudentissimum Turrianum, hunce trigesimum quintum canonem, in Apocryphorum numerum lubentes meritoque ablegarunt, videatur unus pro omnibus Baronius *ad Ann.* 102. §. 15. &

172 *Quinquaginta priores canones examinati.*

16. Neque magis genuini fuat quinquaginta priores, quos Græci pariter & Latini pro Apostolicis recipiunt, & defendunt: Gelasius vero & septuaginta cum eo Episcopi in synodo Romana damnant, & in Apocryphorum censum referunt. Dionysius Exiguus supra in Epistola ad Stephanum, qui fere circa natales horum canonum vixit, multos fatetur, *iis non præbuisse consensum facilem.* Postea septimo sæculo Isidorus Hispalensis testis classicus, *negat ab Apostolica sede receptos esse*, negat *a sanctis Patribus esse probatos* sæculo nono præcipite Hincmarus, *lib. quinquaginta quinque cap.* 24. *pag.* 473. ait de his canonibus, *non credi ab Apostolis esse conscriptos, quædam in iis esse non servanda*, eos duntaxat *ad instructionem propter vulgatam famam seorsim ante concilia in canonum libris poni; sic legendos, ut sequamur cautelam a Gelasio* (intelligit, *c. Sancta Romana, dist.* 15. de Apocryphis) *præmonitam; Cum hæc ad Catholicorum manus advenerint, B. Pauli Apostoli præcedere debere sententiam: Omnia probate, quod bonum est retinete.* Istud vero non tantum testes, sed & rationes evincunt. Ex can. 1. & 2. videmus distingui Presbyteros & Episcopos, quæ duo vocabula synonimos veris Apostolis usurpata fuerunt, & demum sæculo tertio cœperunt distingui, de quo latissime Blondellus *de Episcopis*, Salmasius *de primatu & de Episcopis*, Seldenus & alii (19); Clerici quoque non fuerunt noti Apostolis, præter Episcopos, Presbyteros & Diaconos; quibus tamen canon secundus *alios Clericos* addit. Ejusdem notæ sunt primitiæ, quas canon quartus jubet solvi Episcopo & Clericis. Incognitum Apostolis quoque est Θυμίαμα seu incensum, quod tempore sanctæ oblationis offerri jubet canon tertius, in Dionysii editione quartus: quod etiam notum non fuit tempore Tertulliani, cujus hæc sunt *Apologet. cap.* 24. *Thura plane non emimus; si Arabiæ queruntur, scient Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam aliis fumigandis.* Canon septimus de celebratione Paschæ prodit se ipsum, qui jubet celebrari Pascha post vernale æquinoctium, non ante cum Judæis; quæ controversia est tertii sæculi; & contrariam traditionem Apostolicam refert Epiphanius, quæ tamen utraque falsa est; nil enim Apostoli de Paschate celebrando statuerunt unquam [20]. De octavo canone, in quo communione privantur Clerici, qui facta oblatione non communicant, pro me loquatur Binius ad istum canonem: *Totum hoc*, inquit, *decretum non divino sed humano jure constitutum, jam contraria consuetudine est abrogatum*, quæ satis probant non esse eum Apostolicum. Eadem consuetudo apud Romanos nonum abrogavit, qui Dionysio est decimus, utpote apud quos plerique sunt ingredientes Ecclesiam, auditores verbi pauci communicantes, quod est contra canonem, qui severissime non communicantes, communione privat. Pariter abolitus est decimus sextus canon, vel 17. Dionysio, in quo Bigami & concubinarii sunt irregulares, ut loquuntur nunc Canonistæ, quod hodie de concubinariis secus est, & teste Binio secundum Magnum illum Juris C. Covarruvium *Clement. Si furiosus, part.* 1. §. 2. *n.* 2. *usu nunc revocatum & sublatum.* Ea quoque quæ can. 21. 22. 23. vel aliis 22. 23. 24. de Eunuchis, & qui seipsos ca-

(18) Solum divinorum Librorum canonem ab œcumenica Tridentina Synodo exaratum, a Christi fidelibus respiciendum, ac fide divina retinendum, fatentur quotquot veræ Christi Ecclesiæ communionem non respuunt. W.

(19) In nota [10] præcedenti loca, quibus error convellitur de Episcopotum cum simplicibus Sacerdotibus æqualitate, indicantur. W.

[20] Aliquid oreteuus saltem de Paschæ celebratione traditum ab Apostulis fuisse Sacerdotibus eorum in Ecclesiæ regimine successoribus, controversia inter Victorem Papam, atque Polycratem, nec non celebratæ ista de causa tam in Oriente, quam in Occidente Synodi, in quibus hinc, & utrinque Apostolorum prætendebatur institutio, non obscure demonstrant. Legenda est hac de quæstione observatio (2) in notas Mastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

castrant, leguntur, magis factum Origenis cujusdam, ejusdemque, vel quod adhuc probabilius est, posteriorem ætatem, quam Apostolos eorumque tempus redolent; uti quoque quæ 33. canone aliis 35. de Metropolitanis eorumque juribus statuuntur, qui sæculo tertio cœperunt demum innotescere, & quarto in synodo Nicæna sanciri & fulciri; de quibus synodus ipsa provocat ad antiquam tantum consuetudinem, *can. 6.* nullius Apostolicæ legis vel canonis meminit; quod certe non intermisisset illa, si ipsi cognitus fuisset iste canon Apostolicus: firmius quippe sanctione Apostolica expressa, quam consuetudine fulcirentur jura Metropolitanorum. Tandem ex canone penultimo 49. aperte constat non esse canones hos Apostolicos, in quo præcipitur depositio illius Episcopi vel Presbyteri, qui sine trina mersione quemquam baptizaverit. Quod plerique Patres, qui ejus meminerunt, adscribunt antiquæ traditioni. Tertullian. *de coron. milit. c. 3.* inter eas *observationes, quas sine ullius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, & exinde consuetudinis titulo vindicabant*, numerat diserte, *ter mergitamur*. Basilius *de Sp. Sanct. c. 27.* quærit, τὸ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; *jam illud ter immergi, unde est?* Id est ut ex antecedentibus patet ἐκ τίνος λόγου γεγραμμένου; *ex qua scriptura?* quod facere quæreretur, si extaret scriptus a Clemente canon Apostolicus. Huc quoque faciunt hæc, quæ habet Hieronym. *dialog. advers. Lucifer. Multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt, veluti in lavacro ter caput mergitare.* Qua de re latissime videatur, Clariss. Vossius: *de Baptism. disp. 2. thes. 1. & seq. a pag. 41.* & Vicecomes *de antiquis ritibus Baptism. lib. 4. cap. 8.* quod his verbis incipit: *Utrum vero unica an trina immersio fieret, nihil certi respondere possit, utrovis enim modo quondam in Ecclesia baptismum vere confectum esse, ex S. Gregorii Epist. 41. ad Leandrum Episcopum & concilio Toletano 4. cap. 5. satis apparet.* Postea tamen pag. 612. impudenter vel imprudenter hæc, de trina immersione eludit: *Quidquid autem sit, de traditione vel præcepto, nemini dubium esse debet, quin ab ipsis Apostolis sæpe idem traditum fuerit. Nam canon. 49. Episcopos vel Presbyteros, qui simplam mersionem usurpaverint, sacerdotali honore spoliari jubent.* Ex quibus patet, quam frivole & sine reverentia, isti homines Apostolicos canones & traditiones habeant; quando neglecta illa, de qua nemini dubium esse dicit, traditione Apostolica, utroque modo baptismum rite administratum veteribus esse, in principio capitis supra citato adserit; quod etiam Gregorius Magnus & concilium Toletanum quartum probat. Sed ad canones revertamur, ipsa oratio, phrasis & voces etiam probant, eos non esse sæculi Apostolici. Invenitur enim Κληρικός, pro eo *qui in functione Ecclesiastica est*, item ἀναγνώστης & ψάλτης, ἱερεύς, ἱερατικὸς κατάλογος, ἱερατικὴ λειτουργία, quæ denotant *lectorem, cantorem, sacerdotem, sacerdotalem catalogum, sacerdotii administrationem*; legitur & κατάλογος τῶν κληρικῶν, *catalogus clericorum*, θυσιαστήριον *altare*, pro mensa Eucharistiæ, can. 3. c. 30. θυσία *sacrificium* pro mensa Eucharistiæ, can. 45. & προσφορὰ *oblatio* pro eadem; πρῶτος ἐν ἐπισκόποις, *primus inter Episcopos*, can. 33. (35.) est ille Metropolitanus. Τὰ κυριακὰ, *Dominica*, pro rebus ab Ecclesia possessis, c. 39. quas & vocant τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα *Res Ecclesiæ*, can. 37. [39.] Ὑπερβερεταῖος *October*, can. 38. [36.] Quæ voces ab Apostolis ista significatione non leguntur usurpatæ, sed a patribus sequentium sæculorum, & liquido probant, sequentibus sæculis hos canones etiam esse confictos & Apostolis suppositos. In dogmate de rebaptizandis iis, qui ab hæreticis sunt baptizati ab orthodoxa, itemque Romana Ecclesia dissentiunt, utpote, qui rebaptizari semel ab hæreticis baptizatum volunt; can. 45. (46.) & can. 67. cujus jam ab ultima antiquitate, & Episcopatu Stephani, anno nempe 254. Ecclesia Romana contrarium observavit, & can. 19. Nicænus, tantum a Paulianistis rebaptizandos sancit. Ex quo certissimum ducitur argumentum Cyprianum & Patres synodi Carthaginensis ignorasse hos canones, qui quidem eandem cum hisce fictitiis canonibus Apostolicis sententiam fovent, pro ejus, eorum auctoritate utuntur, quæ sola alias suffecisset ad hujus controversiæ decisionem; Neque etiam Donatistæ, qui Cypriani sententiam hac in parte sequuti sunt, Augustino ullibi canonum Pseudapostolicorum auctoritatem objiciunt, quod indicium quinto sæculo ineunte, non fuisse illos cognitos. Quibus argumentis adductus, negat Albaspinæus, hos esse Apostolorum canones: *Observ. lib. 1. c. 13. pag. 27. Si Canones*, inquit, *isti constitutionesque ab Apostolis probatæ, sancitæque fuissent, quis existimet ea in dubium fuisse revocata, quæ ab Apostolis decreta sancitaque fuissent? An adeo ignorantes erant illius ætatis Patres, ut si extitissent illi Apostolorum canones, eos continuo non produxissent?* Adde Possevinum, qui ob canon. 67. *in apparatu verbo, Clemens* omnes triginta quinque posteriores spurios esse adserit; & tacite simul quinquaginta priores, utpote qui eadem de rebaptizandis ab hæreticis baptizatis constituunt, quos tamen ille omnes probat. Eodem modo errat Bellarminus *de script. Eccles. in Clemente, vers. At contra.* Adde his, ut absolvamus hoc de canonibus Pseudapostolicis examen, neminem Patrum in quatuor sæculis prioribus facere ullam horum tanquam ab Apostolis sancitorum, & a Clemente scriptorum mentionem; & cum jam exeunte sæculo quinto compositi & suppositi essent, non fuisse probatos, teste Dionysii Exigui supra relata Præfatione; ideoque nec a Ferrando in Breviarium, nec a Martino Bracarensi in collectionem Orientalium canonum relatos. Repete quoque huc supra num. 81. adductum testimonium Gregorii Turonensis, quod probat in Gallia anno 580. ignotos fuisse, *Quaternione novo* codici canonum annexos, & ad imminuendam eorum fidem & auctoritatem vocari QUASI APOSTOLICOS. Huc quoque facit Hincmari *in libro quinquaginta quinque capitulor. cap. 43.* testimonium sæculi noni decurrentis, quod clare probat, neque tunc temporis in codice canonum Gallico probatos fuisse & receptos. Adserit ille ibidem esse canones, *quos & Apostolica sedes & omnes Episcopi per universum orbem a primæ sedis Pontificia, usque ad illum, qui novissime etiam post Te* [Hincmarum Laudunensem putat] *est ordinatus Episcopus; imo & omnis Catholica Ecclesia canones appellant, quique a Nicæno concilio, quod primum in nostris codicibus (quos ab Apostolica sede majores nostri acceperunt) sequendos per ordinem usque ad Africanum concilium pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis retinent; & Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Cælestinus, Leo, Hilarius, Symmachus, Gelasius, Hormisda, Gregorius, & cæteri quique observandos canones nominant.* His itaque abunde satis confectum censemus, esse istos canones opus spurium, futile, quod nunquam Apostolos, vel Clementem Apostolorum discipulum habuit auctores, aut Apostolicis temporibus, aut etiam primis quatuor sæculis natales; sed in fine sæculi quinti a tenebrione & hæretico quodam Græco quinquaginta primos ex variis conciliis, moribus & ritibus Ecclesiæ esse corrasos, atque ut auctoritatem

134 *Origo, auctor & tempus suppositionis horum canonum.*

ſibi nomine ſuo magnam ſtatim conciliarent, vocatos eſſe Apoſtolicos. Quos ſtatim in natalibus, tanquam ab hæreticis fictos, & Apoſtolis falſo ſuppoſitos, Gelaſius Epiſcopus Romanus inter Apocrypha merito damnavit. Poſt hoc decretum damnationis, probabile eſt acceſſiſſe poſteriores triginta quinque, vel ab eodem nebulone, vel alio, qui ejuſmodi nugis delectatus fuit: deinde ab Imperatore Juſtiniano commendatos, & a Joanne Scholaſtico in nomocanonem omnes 85. ſuſceptos eſſe; quod factum paulo poſt annum 560. quo tempore ille Joannes floruit, ut infra demonſtrabimus. Quare nullius momenti eſt Albaſpinæi judicium, Magni alias in antiquitate Eccleſiaſtica Viri, *lib. 1. Obſ. cap. 13.* qui cenſet, non uno tempore eſſe conditos iſtos canones, ſed alios primo, alios ſecundo ſæculo ab Apoſtolicis Viris, quos vult eſſe Apoſtolorum ſucceſſores, poſtea alios ſucceſſive eſſe additos ſæculo tertio, retento tamen *Apoſtolicorum* canonum nomine, quod poſtea oſcitantia vel ignorantia Latinorum in *Apoſtolorum* degeneravit; Nihilque aliud eſſe hanc farraginem, quam *Breviarium & epitomen privatorum conciliorum & rerum ab Epiſcopis privatis, ſancitarum, qui Eccleſias Græcas ante Concilium Nicænum adminiſtrarunt.* Illud primo a vero videtur alienum, quod hic codex Albaſpinæo videtur eſſe epitome privatorum conciliorum & rerum ab Epiſcopis Græcis ſancitarum, cum manifeſte contineat contraria Græcis dogmata, quod vel ille canon ſacræ ſcripturæ in ultimo canone relatus liquido demonſtrat. Deinde ſi ante Nicænam ſynodum fuiſſet id *Breviarium Eccleſiaſticorum Decretorum*, procul dubio codici canonum Eccleſiæ Univerſæ fuiſſet inſertum, tanquam antiquitatis illuſtre monumentum; aut ſaltem citaſſent Ancyrani, Neocæſarienſes, Nicæni aut Antiocheni Patres, idque ſub certis numeris, ſiquidem hoc Breviarium collectum fuiſſet: quemadmodum videmus factum a Patribus Chalcedonenſibus, qui ſuo ſuis numeris laudant codicis Eccleſiæ Catholicæ canonem quartum, octuageſimum tertium & quartum; item nonageſimum quintum & ſextum, ut ſupra indicatum eſt. Porro ſi fuiſſet id Breviarium, quod Albaſpinæus ex eo facit, ab apoſtolicis Viris compoſitum & ab Epiſcopis ſancitum ante concilium Nicænum, certe a Gelaſio & Epiſcopis LXX. cum eo congregatis, Apocryphis accenſeri non debuiſſet; deinde etiam in hoc Breviario, ſeu collectione, ut in aliis Græcorum omnibus, habita fuiſſet ratio temporis, ſi non ab uno, nec uno tempore, quod vult Albaſpinæus, ſed ſucceſſive conſcriptum fuiſſet, auctores quoque & concilia, ex quibus deſumpti eſſent hi canones, nominata fuiſſent, ut in aliis quoque factum collectionibus diverſorum auctorum videmus. Inſpiciatur ſolummodo Codex Eccleſiæ Catholicæ, & Codex Eccleſiæ Orientalis; ubi novæ ſynodi canones incipiunt; id ſemper ſolet indicari, item ſi ex Baſilio aut alio quid ſit depromptum. Sed manifeſte refutant, ipſi canones Albaſpinæi ſententiam, qui non plures ſibi ſuccedentes auctores, diverſiſque ſæculis ſcriptos, ſed Apoſtolos auctores agnoſci volunt, quod etiam argumentum eſt, non eſſe a Clemente conſcriptos. Quod non tantum ex calce & peroratione, ſed ipſis etiam canonibus apparet tam prioribus, quam poſterioribus triginta quinque. Canone 29. (30.) qui eſt contra Simoniacum, Petrus nominatur unus ex auctoribus, & dicit: *Dejiciatur & ipſe & ordinator ejus & a communione modis omnibus excindatur, ut Simon Magus a me Petro.* Iterum Canon. 49. [50.] ex verſione Dionyſii: *Non enim dixit Nobis* (Apoſtolis) *Dominus in morte mea baptizate, ſed euntes docete omnes gentes, baptizantes &c.* Item canon. 81. in quo de ſervo termo, atque hæc leguntur: *Qualis noſter quoque Oneſimus viſus eſt.* Ex quibus ſatis patet, Impoſtorem illum voluiſſe & intendiſſe hos canones tanquam ab ipſis Apoſtolis profectos orbi obtrudere. Quod ſi itaque Albaſpinæus velit ſuam defendere ſententiam, unum ex duobus confiteri debet, vel canones ipſos mentiri, quod veriſſimum eſt; vel ſi veraces ſint, ab ipſis Apoſtolis, non a Clemente aut Patribus ſequentium ſæculorum ſcriptos eſſe; & ſic perit quoque ejus ſomnium de Viris Apoſtolicis, a quibus ſcriptos putat, & oſcitantia Latinorum, qui eos in Apoſtolos levi mutatione verterunt. Vide hæc latius contra Albaſpinæum exequentem Dallæum *d. l. c. 21.* & ſi plura deſideras de hiſce Canonibus & eorum νοθείᾳ, præter Dallæi libros ſæpius laudatos, *Pſeudepigraphos Apoſtolorum*, adi Criticos ſacros: Rivetum, *in crit. ſacr. lib. 1. cap. 1.* Cocum, *in Cenſur. in princ. fere.* Doctiſſ. Uſſerium in accurata *diſſert. de ſcriptis Ignatii Polycarpi, Apoſtolicis conſtitutionibus & canonibus Clementi Romano tributis, quæ præfixa Polycarpi & Ignatii Epiſtolis ex editione ejus Anni 1644.* Melchiorem Canum celebrem inter Pontificios Epiſcopum, *in locis Theolog. lib. 2. cap. XI.* ubi pro Apoſtolicis non habet eos, nec inter ſacros libros numerari vult *lib. 5. c. 5.* item Caſp. Zieglerum *Diſſert. præmiſſ. Lancell. Inſtit. Jur. can. §. 8. & ſeqq.* & multos alios. Noviſſime Jo. Cabaſſutium *in Notitia Concilior. pag.* 16. ubi iis detrahit auctoritatem Apoſtolicam; cujus utpote Pontificii judicium, quod conſenſu ſuperiorum, ut illi dicunt, nupereſt editum, adſcriberem, quia liber iſte adhuc paucis eſt cognitus, niſi prolixius eſſet, & jam refutatio noſtra Conſtitutionum & Canonum Pſeudapoſtolicorum ſub manibus nimium crevißet. De numero hæc tantum addo, neminem agnoſcere plures quam octuaginta quinque:
125 *De numero Canonum Apoſtolicorum error Lambert. Gruteri notatus.* unicus Lambert. Gruterus, in editione operum Clementis Romani, quæ prodiit Coloniæ An. 1570. poſt dedicationem & præfationem, ubi Elenchum in editione iſta contentorum exhibet, LXXXX. Canonum Apoſtolorum, conſcriptore Clemente meminit; qui tamen in ipſo volumine, ut alii, tantum LXXXIV. repræſentat Græce & Latine, poſtea vero cum Scholiis Balſamonis Latinos LXXXV. Ut appareat priorem numerum nonaginta canonum eſſe mendum typographicum. Hæc autem eſt cauſa, quare ſupra §. 105. conſulto duplicem numerum expreſſerim, 85. vel 90. canonum; quanquam ſciam, ab omnibus, qui poſteriores etiam agnoſcunt, non ultra 85. agnoſci, ab aliis tantum octuaginta quatuor. Alios inſuper impudentiſſime finxit, vel ſaltem fictos obtrudit nobis canones Apoſtolicos
126. *Alii Canones Apoſtolici Antiocheni ſpurii & ficti.* novem Antiochenos Turrianus, quos Apoſtolos in Synodo Antiochena, in antiquitate Eccleſiaſtica inaudita, a nullo hiſtorico fide digno memorata, vult conſtituiſſe & ſanciviſſe; non alio fine, quam ut hiſce fulciat improbum imaginum cultum (a1). Hos operoſe refellere non eſt operæ pretium, ſufficit altiſſimum quindecim & quod excurrit ſæculorum, uſque ad Turriani ſomnia ſilentium, deinde abunde ſufficiunt, quæ contra hos ſolide diſſeruit Magnus Dallæus, in *Pſeudepigraphis Apoſtolicis, lib. 3. cap. 22. & ſeqq.*

Refutatis itaque iis, quæ contra certa initia collectionis Canonum ex conſtitutionibus & canonibus Apoſtolicis adferri poterant, perſequamur Hiſtoriam noſtram & collectiones ſequentes, quæ multæ

(a1) Nefariam contra debitum ſacris Imaginibus cultum objurgationem intuemur affatim retuſam obſervationibus 14., 15., 16., in notis Maſtrichtii ad Dialogos Antonii Auguſtini. W.

tæ & variæ fuerunt, ideoque quædam de varia colligendi & digerendi methodo vel modo sequentium *137. Methodus & modus*
Canonistarum præmittenda; tum observato ordine temporis singulos eorumque collectiones & opera per- *diversus colli-*
sequemur & attexemus. Genera colligendi & digerendi potissimum quinque observo, quæ sequentes *gendi & dige-*
collectiones confirmabunt. Primum & simplicissimum genus est, enumerare & recensere tantum nude *rendi canones.*
canones eo ordine, quo in conciliis sunt scripti & subscripti, hocque vel est unius tantum concilii, *138. Primus.*
veluti Nicæni, Constantinopolitani, vel diversorum conciliorum, habita tantum ratione temporis, sub
una serie numerorum: & hæc collectio vocata fuit *corpus*, vel *codex canonum*, de quo supra late. In-
ter quæ duo tamen, quod obiter hic addo, Doctissimus Capellus in tractatu *de sedis Romanæ fido,*
seu stellionatu cap. 5. hanc agnoscit differentiam: *Ex canonibus*, inquit, *ad disciplinam pertinentibus* *139. Corpo-*
conflatum syntagma minus & vetustius dicebatur corpus, ubi augescere cœpit codex dictus est. Quod spe- *ris & codicis*
ciose quidem dictum, sed veritati mihi consonum non videtur; a Græcis enim primum collectiones *differentia Ca-*
factas supra docuimus hi autem: βίβλον κανόνων, ut supra quoque observavimus, appellarunt collectio- *pelli.*
nem istam, quod vel unica Synodus Chalcedonensis affatim probat, quæ sæpius meminit βίβλιυ τοῦ *140. Reje-*
κανόνων. *Action.* 4. καὶ ἀπὸ βιβλίυ ἀνέγνω ταῦτα. *& ex Codice relegit hæc*: & iterum καὶ λα- *cta.*
βὼν τὴν βίβλον Α᾽ έτιος Α᾽ ρχιδιάκονος καὶ πριμικήριος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἀνέγνω. *Sumptoque*
Codice Ætius Archidiaconus & Primicerius Magnæ Ecclesiæ legit. Iterumque sic occurrit actione XI.
& act. XIII. ejusdem synodi pag. 377. & 388. tom. 2. edit. Roman. Apud Latinos passim sine diffe-
rentia legas, *Codicem canonum*, *Corpus canonum*, & *Corpus codicis canonum*, ut supra notatum &
probatum est. Hoc genus posterius, quando plurium conciliorum canones una serie numerorum decur-
runt, Græci vocarunt ἀκολουθίαν κανόνων. Concil. Ephesin. act. 2. *Cum* διὰ τὴν ἐκκλησιαστικῶν θε- *141. ἀκο-*
σμῶν ἀκολουθίαν, *Per Ecclesiasticarum Sanctionum CONSEQUENTIAM controversias in medium posi-* *λουθία κα-*
tos examinari oporteat, & postea: *Cum animadverteremus causæ suæ defensioni diffidere, quæ temere* παρὰ *νόνων quæ.*
τὴν τοῦ κανόνων ἀκολουθίαν, *contra CANONUM CONSEQUENTIAM adversus Cyrillum & Me-*
mnonem scripto mandaverat ea irrita & prorsus vana judicavimus. Ita quoque apud Georg. Alexandrin.
in vita Jo. Chrysostomi, καὶ δὲ παραγενόμενοι ἐπίσκοποι καὶ μητροπολῖται, κατὰ τὴν κανόνων ἀκολου-
θίαν ἐκοινώνησαν τῷ Ιωάννῃ, *Advenientes autem Episcopi & Metropolitani*, *juxta* Canonum conse-
quentiam, *Joanni communicarunt*, & concil. Chalcedonens. act. 3. ἁγιωτάτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος,
τρίτην ἤδη κλῆσιν ταύτην ποιουμένη, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων. *Sancta & universalis synodus*
tertiam jam hanc vocationem faciens, *secundum* consequentiam *sanctorum canonum*. Addo novum locum
adhuc ex collectione Canonum Joannis Antiocheni Presbyteri Scolastici, ex quo constat ratio deno-
minationis, qui hanc ἀκολουθίαν seu consequentiam se omisisse, dicit: Τὰ, inquit, ὁρισθέντα κατὰ
καιροὺς διελόντες εἰς τίτλους ν. ἡ τάξιν τινὰ ἢ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν. *Quæ pro tempore de-*
finita sunt, (canonica nimirum decreta) *in titulos quinquaginta distribuimus*, *non servato ordine, ut*
vides, & consequentia numerorum. Quia numeri se consequuntur sine interrupta serie, ideo hæc colle-
ctionis species vocata est ἀκολουθία. Quam *ECCLESIASTICAM CONSEQUENTIAM* vocant Epi-
scopi Provinciæ Europæ *tom. 2. concil. pag. 477. edit. Roman. Eos, qui in damnationem*, inquiunt, *lo-*
cus ab eo [Timotheo] *sunt constituti*, *sive Episcopi sunt*, *sive Archimandritæ*, *sive Presbyteri*, *sive Dia-*
coni, *sive quilibet in Clero humiliori consistens*, *hos indignos gradum*, *in quibus sunt præter ECCLE-*
SIASTICAM CONSEQUENTIAM ordinati, *decrevimus.* Vocatur & alibi passim hæc species τάξις *142. τάξις*
τῶν κανόνων, *series canonum* ex eadem ratione. Actione prima Concilii Ephesini *tom. 1. pag. 327.* *τῶν κανό-*
edit. Rom. Proinde quæ jam præ manibus sunt ea capessantur, riteque κατὰ τὴν τῶν κανόνων τάξιν, *se-* *νων.*
cundum SERIEM CANONUM constituantur. In Concil. Chalcedon. *act. 3. tom. 2. pag.* 243. & a-
pud Evagr. *Hist. Eccles. lib. 2. cap. 2. Manifesta facta sunt, quæ a Dioscuro quondam Alexandriæ Ma-*
gnæ civitatis Ecclesiæ Episcopo commissa sunt, κατὰ τῆς τοῦ κανόνων τάξεως καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κα-
ταστάσεως, *contra CANONUM SERIEM & Ecclesiasticam disciplinam.* Et in Epistola *Moppini Ar-*
chiep. Remensis ad Nicetium Episcopum Trevirens. in concil. Galliæ tom. 1. pag. 293. Licet nihil novi
vos de his rebus invenire cognoscimus, quod prisca Patrum solertia non potuit reperire, tamen absurdum
esse videtur, ut a nobis recipiantur, quæ vobis secundum SERIEM CANONUM Ecclesiastica severitate
abdicantur. Secundus collectionis & digestionis modus est eorum, qui acta cum canonibus colligunt & *143. Secun-*
recitant, non nudos tantum canones, & hic modus multum facit ad historiam, & seriem rei gestæ, *dus modus col-*
itemque dogmata Ecclesiastica. In actis enim plerumque recensentur disputationes & argumenta de do- *lectione.*
gmatibus fidei, quæ ab hæreticis & contra hæreticos sunt ventilata. Istiusmodi collectores fuerunt no-
ti jam ab ultima antiquitate. Socrates *lib. 1. Hist. Eccles. cap.* 5. ἐκυροῦτο τε ἤδη καὶ ἐγγράφως δ᾽
ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. *Jam vero quæ communi omnium sententia decreta erant cum*
cujusque manu subscripta essent, rata habebantur, & in commentarios referebantur. Exemplum statim
subjicit in Sabino Socrates *ibidem*: Σαβῖνος ὁ τῶν ἐν Ἡρακλείᾳ τ. Θρᾴκης Μακεδονιανῶν ἐπίσκο-
πος, συναγωγὴν τῶν Διάφοροι συνόδων ἐγγράφως ἐξέδωκεν, ποιησάμενος &c. *Sabinus Macedoniano-*
rum, qui Heracleam civitatem Thraciæ incolunt, Episcopus, tum ea, quæ varia Episcoporum concilia scri-
ptis ediderant, in unum volumen colligit. Ex quo duo patent: primum ante hunc Sabinum Episco-
pos jam varia concilia scriptis complexos edidisse, deinde hæc acta omnia & concilia in unum volu-
men compegisse Sabinum. Non tamen ex fide, subdit enim Socrates: *Quinetiam nonnulla dedita opera*
prætermittit, quædam etiam pervertit, quæ autem ad eum exitum, quem sibi proposuerat, facere videban-
tur, omnia diligenter excerpit, & postea *libro 2. cap.* 13. Σαβῖνος μέντοι ὁ τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως,
οὗ καὶ ἤδη πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, τὰς παρὰ Ἰουλίου ἐπιστολὰς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνόδων οὐκ ἔθηκεν.
&c. *Sabinus erroris Macedoniani propugnator, de quo jam antea mentionem feci, quanquam in libro*
ejus, qui rerum in conciliis gestarum collectio inscribitur, Epistolam Episcoporum Antiochiæ convocatorum
ad Julium scriptam minime prætermisit, Epistolas tamen ipsius Julii in eadem neutiquam inseruit. Du-
plicem hunc modum colligendi facit Doctissimus Christ. Justellus, *in Præfat. ad Codic. canon. Eccles.*
African. non longe a principio: Synodicarum autem collectionum, *inquit*, duo genera fuisse constat,

 qua-

quarum primum conciliorum acta, quæ ad dogmata, & fidei doctrinam spectant, continebat; Et
συναγωγὴ τῶν συνόδων, vel συνοδικῶν, a Socrate vocatur *lib. 3. Hist. Eccles. cap.* 21. Alterum ve-
ro canones conciliorum, qui ad disciplinam Ecclesiasticam sacramque πολιτείαν pertinent, & βιβλίον
κανόνων in Chalcedonensi nuncupatur, *Actione* 4. 11. *&* 13. Hinc frequens Διατυπώσεων & κανόνων
distinctio apud Græcos Ecclesiasticæ historiæ scriptores. Ac synodalium quidem gestorum monumenta
pauca exstant, permulta desiderantur, hæc Justellus. Nobis autem videtur posterior ille modus melius
referri ad primum illum simplicem, quem supra retulimus; & debere distingui *acta* & *sancita* in conciliis a se
invicem, ut qui *sancita* tantum referunt, ad primum modum referantur, qui vero acta & sancita conjungunt ad
secundum. Quod faciunt operosa illa Generalium & Provincialium conciliorum volumina, quorum hodie
144. Editiones conciliorum. habemus editiones varias, quarum præcipuas obiter hic recensemus, quia multum conferunt ad studium
juris Ecclesiastici. Prima prodiit Coloniæ An. 1530. postea Petrus Crabbe edidit An. 1551. secundum
duobus voluminibus; hunc excepit Surius, qui quatuor voluminibus concilia edidit, An. 1567. Domi-
nicus Nicolinus quinque, Severinus Binius Canonicus Coloniensis Volum. octo Colon. 1606. & 1618.
Romæ quoque Conciliorum Generalium Ecclesiæ Catholicæ, Græco Latina facta est editio jussu Sixti V.
An. 1608. & novissime Collectio Regia Lutetiæ Parisiorum prodiit 37. voluminibus cum Indice se-
paratim excuso anno 1636., cui cum decretalibus Romanorum Pontificum epistolis, inserta sunt con-
cilia Gallica Jac. Sirmondi, Hispanica Garsiæ Loaysæ, Anglicana Henr. Spelmanni, Lemovicense e
Bibliotheca Thuani, Florentinum Horatii Justiniani, &c. Sed hæc obiter. Ad modos colligendi re-
145. Tertius modus colligendi & digerendi. vertimur. Tertius modus colligendi est magis artificiosus, priores illi magis naturales; Estque quan-
do sub certos titulos & rubricas referuntur & digeruntur canones diversorum conciliorum, qui de iis-
dem rebus agunt, aut qui sunt ejusdem argumenti, veluti concilii Niceni, Gangrensis, Chalcedonen-
sis. Hic modus est duplex iterum, aliquando enim Canones diversorum conciliorum unius tenoris &
146. Duplex. sententiæ, seu de iisdem rebus agentes, sub uno titulo aut rubrica digeruntur & citantur tantum, ut
quis sciat esse concordantes, non vero recitantur verba; quod vocant veteres *Breviationem Canonum*,
147. Breviatio canonum & breviarium canonum quid. & hujusmodi opera seu collectiones *Breviaria*, quale Cresconii infra videbimus; aliquando vero insu-
per etiam recitantur verba canonum concordantium, & hoc appellant *concordiam canonum*; cujus ex-
empla postea quoque occurrent. Quartus digerendi modus itidem artificialis est, & tertio modo insu-
148. Concordia canonum quæ. per aliquid adjungit. Recitat nempe, aut citat canones diversorum conciliorum concordantes, sub certis titu-
lis, tum etiam subjungit, concordes Imperatorum leges; quam collectionem, quia sociantur leges & ca-
nones, *Nomocanonem* appellare solent; cujus exempla præbebit infra Joannes Scholasticus & Pho-
149. Quarta digerendi ratio. tius. Tandem quinto latissime se diffundunt collectores, & canonicus, Leges Imperatorum, Decreta-
les Epistolas Pontificum & Episcopum, sententias Patrum suo certos titulos seu rubricas corradunt &
digerunt; quale opus exhibebunt postea plures maximæ molis Gratianus. Possunt & aliæ collectionum
150. Nomocanon quis dictus. differentiæ observari, nempe quod sint vel *publicæ*, quæ publica auctoritate fiunt; vel *privatæ*, quæ
privatorum industria perficiuntur. Deinde & collectiones quædam sunt particulares, quæ tantum unius
Ecclesiæ Canones colligunt, de quibus supra satis actum, & demonstratum, pleratque Ecclesias habuisse
151. Quintus colligendi modus. collectionem Codicis Ecclesiæ Universæ, & insuper collectionem privatam suæ Ecclesiæ; inde diversi-
tas codicum; Africani, Romani, Gallici, Hispanici, &c. Aliæ sunt Collectiones Universales, eæque
iterum duplici respectu, ut supra observavimus, vel quod complectantur omnes omnium synodorum
152. Aliæ Collectionum differentiæ. canones universalium & particularium; qualis collectio fortasse nondum extat; in hoc Genere perfe-
ctissima est Collectio Regia, cujus jam facta est mentio: vel idem universalis dicitur, quod ubique
recepta sit in Orbe Christiano, & ejusmodi habita fuit olim auctoritate & confirmatione Concilii
Chalcedonensis & Justiniani Imperatoris, *Codex canonum Ecclesiæ Universæ seu Catholicæ.*

153. Digestiones post codicem canonum Ecclesiæ Universæ. His prælibatis, ipsas collectiones aggrediamur, habita ratione tantum temporis, quo sibi succes-
serunt. Post primæ illius collectionis, quæ post concilium Nicænum cœpit, & lente, ut dictum, per se-
quentia concilia progressa est, confirmationem, cœpit magis magisque studium colligendi canones in-
clarescere, ut plerumque fieri solet, progressu temporis, quando utilitatem, laudem, & favorem stu-
dia conciliant; tum quilibet animum ad ea solet applicare. Maxime hic fervor se cœpit exserere tem-
pore Justiniani, a quo non tantum confirmatus Codex Ecclesiæ Universæ, & laudati atque commen-
dati ex facilitate quadam, quam passim in hoc Imperatore taxant interpretes nostri, canones Pseud-
apostolici: sed sub eo etiam multi collectores & compilatores canonum floruere; forte accensi famo-
154. Dionysii Exigui duæ Collectiones. sa illa digestione juris civilis. Prima hoc tempore est collectio Dionysii Exigui, de qua supra abunde
dictum; qui primus canones Apostolorum Latinos fecit, & Codici canonum Ecclesiæ Universæ adje-
cit. Hic duas fecit Collectiones, unam canonum, alteram vero Decretalium Epistolarum Romanæ
urbis Præsulum, ut supra notarum: quibus hoc tantum adjicimus, recte Justellum Patrem & filium
utramque collectionem distinguere, & Præfationibus, quas singulis præmisit Dionysius, ornare, ut vide-
ri potest in Bibliotheca juris Canonici veteris tom. 1. Excipiat hanc Dionysii collectionem ea, quam
155. Fulgentii Ferrandi collectio. adornavit Fulgentius Ferrandus Ecclesiæ Carthaginiensis Diaconus; quæ si non præcessit eam, saltem
simul aut paulo post adornata est, ita ut alterum alterius labores non vidisse, sit verosimile. De Fer-
156. Quis fuerit quando vixerit. randi enim Collectione Henr. Justellus filius adserit, nullam esse apud Latinos antiquiorem; floruit
enim Justini & Justiniani temporibus in Ecclesia Carthaginiensi, in qua Diaconatus officio functus est,
ut ex Chronico Victoris Tununensis constat, qui eum claruisse refert, anno sexto post consulatum
Basilii, id esset, anno Christi 547. Cum Fulgentio Ruspensi Episcopo vixisse, eumque Magistrum a-
gnovisse & se discipulum ejus, ex scriptis ejus constat. Excessit autem vita Fulgentius Ruspensis an-
no 529. Doctiss. Vossius *de Histor. Latin. cap. 6.* id vult Anno 527. contigisse. De Ferrando nostro
hæc refert Auctor incertus, *de XII. script. Ecclesiast. qui Isidoro & Ildefonso subjici solet, cap. XI. Fer-
randus, Carthaginiensis Ecclesiæ Diaconus, multum in Scripturis sacris floruisse adseritur; multasque cum
beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium & Anatolium Roma-
nos Diaconos consulentes eum utrum liceat quenquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic lo-
cutus est, dicens: Quid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si quis in corpore mortis hujus accu-
satus & damnatus, antequam mereretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi ulterius non potest hu-
mano judicio. Si quis accusatus & absolutus ante diem sacri examinis, repentina vocatione præventus est,
intra sinum matris Ecclesiæ constitutus, divino intelligendus est judicio reservari. De hoc nullus homo*

pe-

poteſt manifeſtam proferre ſententiam: cui ſi Deus indulgentiam dedit, nihil nocet noſtra ſeveritas, ſed ſi ſupplicium præparavit, nihil prodeſt noſtra benignitas. Meminit ejus quoque cum honore, Facundus Epiſcopus Hermianenſis, *pro defenſione trium capitulorum Chalcedonenſis Concilii ad Juſtinian. Imperat. noſtrum, lib. 4. cap. 3. pag. mihi 169. edit. Jac. Sirmondi. Nam venerabiles Pelagius & Anatolius Romani Diaconi, debitam officio ſuo & loco ſollicitudinem pro Eccleſia Dei gerentes, Laudabilis in Chriſto memoriæ Ferrando Carthaginenſi Diacono ſcripſerunt, ut habito de cauſa diligenti tractatu, cum Reverendiſſimo ejuſdem Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopo, vel aliis, quos & zelum fidei, & divinæ ſcripturæ ſciret habere notitiam conſulentibus reſponderet, quid obſervandum in commune omnibus videretur:* & quibuſdam interjectis: *ſed & ille qui conſultus fuerat, reſcribens interrogantibus, retractandam non eſſe docuit epiſtolam, quam univerſalis ſynodus approbavit.* Prodiere hi libri Facundi, ut tradit Victor Tunnunenſis in Chronico, anno X. poſt Conſulatum Baſilii, id eſt Chriſti 551. quo tempore jam mortuus fuit noſter Ferrandus, qui ſexto anno poſt Conſulatum Baſilii, ut ſupra ex eodem Victore obſervatum adhuc floruit. *157. Quando deſiit vivere.* Meminit quoque reverenter Ferrandi Creſconius in Præfatione ſui Breviarii, ubi *reverendiſſimum Carthaginis Eccleſiæ Diaconum* vocat, & poſtea *Virum ſapientiſſimum.* Scripta ejus memorant varia. Parænticum ad Reginum Comitem, qui in Bibliotheca Patrum extat, item Epiſtolam amplam ad Anatolium Diaconum urbis Romæ, & alias duas ad Fulgentium Epiſcopum Ruſpenſem, aliam adhuc ad Eugypium Abbatem, Theſauri ex operibus S. Auguſtini concinnatorem, quæ primum Romæ ſunt publicatæ, poſtea inſertæ *tomo 6. Bibliothec. Patr. edit. Colon.* *158. Scripta ejus.* Sunt quoque qui eum cenſent auctorem eſſe vitæ S. Fulgentii Ruſpenſis, Epiſcopi, quam habemus *in vict. ſanct.* inter quos eſt Juſtell. Patet in Præfatione ad Ferrandi noſtri Breviationem; & Miræus *in notis ad incerti ſcript. opuſculum de XII. ſcriptor. jam citatum in Biblioth. Eccleſ. p. 106.* Scripſit quoque *Breviationem Canonum*, quæ pertinet ad inſtitutum noſtrum. *159. Breviatio canonum.* Eam primo edidit cum Creſconii Breviario, Petrus Pithœus ex Codice MS. Eccleſiæ Trecenſis, Lutetiæ An. 1588. quod falſo Altaſerranus Nicolao Fabro adſcribit; edita eſt poſtea cum codice canonum Eccleſiæ Romanæ Pariſiis an. 1610. a Chiffletio vero Auguſtorii Pictonum anno 1630. & ab Altaſerrano Divione 1649. tandem vero in Bibliothecam juris Canonici veteris retulerunt Voellus & Juſtellus Filius, ex deſtinatione tamen Patris. Non ſequitur in hac Collectione Ferrandus canonum conſequentiam ut Dionyſius, ſed, habita materiarum ratione, canonicam omnem diſciplinam capitibus ducentis, & triginta duobus incluſit, & ſingulis capitibus concordantes canones & decreta ſubjecit. Duplex vel triplex error Baronii ex his cavendus: Primus, quod Ferrando trecenta tribuat capitula, *tom. 5. ad Ann. 419. n. 90.* his verbis: *160. Errores Baronii.* *Ferrandus Diaconus Carthaginenſis Eccleſiæ in hujus ſæculi fine magno ſplendore claruit non Carthagine tantum, ſed in univerſa Eccleſia Africana, hic quidem in ſuo Breviario, ſeu concordantia Canonum, quam diligenter elucubratam trecentis diſtinxit capitibus, eorundem (Sardicenſium) canonum mentionem habet, recenſens eos ſub titulo concilii Sardicenſis.* Citat tum in margine *Breviarium Ferrandi, c. 149. 153. apud Creſconium.* Pergit porro: *Immo ipſe recte interpretatus, alteri hujuſmodi præfixit titulum: De provinciali ſynodo retractanda per vicarios Epiſcopi Urbis Romæ, ſi ipſe decreverit.* In margine citat, *Conc. Sard. c. 7.* Secundus, quod hic & *tom. 7. Anno Chriſti 527. n. 76.* Ferrandi & Creſconii Breviarium confundat; & cenſeat, *Creſconium ſuæ collectioni ſubjeciſſe, eam, quam eodem ferme tempore elaboravit Ferrandus, ſed alio plane ordine dum ſub unoquoque collegit capite & citando eos, non recitando, qui diverſorum conciliorum de eadem re tractantes reperirentur canones, collocavit; quod opus jure Creſconius Breviarium appellandum putavit.* Tertius, quod Creſconium faciat æqualem Fulgentio, qui fere duobus ſæculis poſt eum vixit, ut poſtea videbimus, ubi de eo ex profeſſo agendum eſt; obſervarunt hoc Voellus & Juſtellus in *Bibliothecæ juris Canonici veteris præfatione.* In qua poſt indicatos errores, hæc, quæ multa ſingularia de utriuſque collectione continent, ſubjiciunt. Etenim licet in methodo & ratione tradendi conveniant: Ordo tamen Ferrandi multo ſpectabilior eſt & accuratior, quam Creſconii. *161. Convenientia & differentia Ferrandi & Creſconii.* Si de materia item quæſtio ſit, non parum inter ſe differunt, quippe multa habent propria & peculiaria. Ferrando certe propria ſunt, quæcunque refert ex conciliis Conſtantinopolitano, Zellenſi ſeu Telleuſi, Suffetulenſi, Septimunicenſi, Macrianenſi, Junccenſi, Mazaranenſi ſeu Maradianenſi, Thenitano & Thuſdritano, ſeu Thuſduritano, quorum ne meminit quidem Creſconius. Similiter Creſconio proprii ſunt Canones Apoſtolorum & Chalcedonenſis concilii, decreta item Romanorum Pontificum, Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis & Gelaſii, quæ a Ferrando nuſquam laudantur. Ferrando quidem & Creſconio communes ſunt canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes & Antiocheni, Laodicenſes & Sardicenſes. Sed cum hoc diſcrimine; quod Creſconius has ſeptem ſynodos ex editione Dionyſii Exigui iiſdem verbis & numeris exhibeat, non item Ferrandus, qui codicibus uſus eſt in utroque plane diverſis & Dionyſiana editione vetuſtioribus. Quod indicium eſſe poteſt, Ferrando labores Dionyſii Exigui fuiſſe ignotos, & nunquam viſos; ideoque non diu unum ante alium ſuam collectionem perfeciſſe. In Ferrando quoque diverſi ſunt numeri canonum Carthaginienſium, a Dionyſianis & Creſconianis. Quæ diverſitas ex eo nata eſt, quod omnes pariter collectione Canonum Carthaginienſium uſi non ſunt; Græci enim, itemque Dionyſius Exiguus omnes CXXXIII. una ſerie numerarunt, tanquam unius ſynodi, ut revera ſunt. Alii vero ex una ſynodo quaſi duas fecerunt, nec eodem plane modo. Nam Codex vetus canonum Eccleſiæ Romanæ editus Moguntiæ Anno 1525. prius exhibet primos XXXIII. canones ſub nomine concilii Africani. Eadem diviſione uſus eſt Creſconius, qui canones illos XXXIII. priores adſcribit concilio, quod Carthaginenſe ἀγελαῖς nuncupat, ſed alios centum velut ex altero concilio refert, quod cap. 30. & 154. Carthaginenſe Univerſale appellat. At Ferrando minus placuiſſe illam collectionem veroſimile eſt; ſive quod in ea quædam deeſſe, quædam redundare, alia inconcinne ſejuncta vel connexa eſſe deprehenderit: ſive quod ipſos fontes adire, quam ipſos rivulos ſectari maluerit. Quapropter ex toto illo concilio anni CDXIX. ex quo Africana Collectio emanavit, ſex tantum ultimos canones, qui ſoli ſunt ejus proprii, ſpectavit, & ex eis titulos 2. 3. 4. & 6. capitulis ſuis 73. 195. 196. & 197. inſeruit, reliquos canones, ex quibus Africana conſtat Collectio, non ex ipſa Collectione, ſed ex ſingulorum conciliorum Africæ integris actis retulit. Plures convenientias & differentias oſtendet duplex ille index, quem in Fulgentium & Creſconium publicarunt Voellius & Juſtellus in ſæpius laudata *Bibliotheca juris Canon. veter.* ex manuſcripto Guillelmi Blueti, in Senatu Pariſienſ. Advocati, quorum unus materiam canonum, alter vero conſonantiam & diſcrepantiam inter utrumque declarat.

Fer-

162. *Joannis Antiocheni Presbyteri collectiones.* Ferrandum sequitur Joannes Antiochenus Presbyter, qui Scholasticus vocatur; quod quidam volunt fuisse officii cujusdam Ecclesiastici nomen, & idem cum Protonotarii esse, sed falso. Temporibus enim Justiniani & anterioribus Scholastici vocabantur Advocati & Patroni, qui in foro causas dicebant.

163. *Quare Scholasticus vocatus.* Probat hoc vel unicus Agathias, quem Suidas *Scholasticum* vocat: Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος, ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τ Καισαρέα. *Agathias Scholasticus Smyrnaeus scripsit historiam post Procopium Caesarensem.* Agathias autem ipse cujus fuerit professionis docet *lib.* 1. *Histor.* Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μυρίνα δὲ πατρίς, Μεμνόνιος πατήρ, τέχνη δὲ τὰ Ρωμαίων νόμιμα, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. *Agathias mihi nomen est, Murrina patria, Memnonius Pater, ars quam profiteor, jura Romana & judiciorum certamina*; Quod iterum testatur *libro* 3. vide quoque Synesii Epistolas, in quibus causidici passim vocantur Scholastici. *Epist.* 105. 155. & 156. *ad Domitianum Scholasticum.* Hoc quoque nomine judices per Provincias sunt appellati. Sigebert. *in Chronico: Franco Scholasticus Leodicensium & scientia literarum & morum probitate claret.* Walafridus Strabo *de reb. Ecclesiasticis cap. XXV. Quales composuerunt Ambrosius, Hilarius, & Beda Anglorum Pater, & Prudentius Scholasticus Hispaniorum.* Scholae tum temporis erant Collegia Jurisperitorum. Vid. Jo. Meurs. Glossar. *Graeco barbar.* voce Σχολαστικός, & Vossium *de Histor. Graec. lib.* 2. *cap.* 22. in vita Agathiae. Fuerunt & alii Scholastici dicti, sed hos nunc, quia ad institutum nostrum nil faciunt, praetermittimus. Noster Joannes inde quoque

164. *Fuit Presbyter & Apocrisiarius; & quale hoc officium.* est dictus σχολαστικός, quia in foro ex Scholasticorum seu advocatorum numero erat. Fuit primum Presbyter Antiochiae, & Apocrisiarius, quales vocabantur, qui legati Ecclesiae negotia tractabant. Justin. Novell. 6. c. 2. διὰ τῶν τὰ πράγματα πραττόντων τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, οὓς ἀποκρισιαρίους καλοῦσι. *Propterea sancimus, si propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos Apocrisiarios vocant &c.* Postea tamen indifferenter pro quovis legato positum legitur. Incepit hoc munus & nomen temporibus Constantini Magni. Hincmarus *Epist.* 3. *cap.* 13. *Cujus* [Apocrisiarii] *ministerium eo tempore sumpsit exordium, quando Constantinus Magnus Imperator Christianus effectus propter amorem & honorem sanctorum Apostolorum Petri, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis sacramenti pervenit, &c.* Habuerunt honorem hunc primum Episcopi; postea, quia satius ut illi ecclesias curarent, plerumque adhibiti Presbyteri aut Diaconi. Officium eorum erat regere omnem palatii Clerum; habebant adjunctum Protocancellarium; dicti quoque fuerunt *Capellani*, & *custodes Pallatii.* Videatur Hincmarus d. l. Ex Apocrisiario Joannes noster factus est

165. *Postea Patriarcha Constantinopolitanus factus est.* per Justinianum Imperatorem Patriarcha Constantinopolitanus, idque in Eutychii locum, qui in exilium ejectus fuit. Factum id an. 564. vid. Baron. *ad istum Annum num.* 14. ubi hoc ei tribuit elogium vel potius vituperium: *ubi primum autem de exilio Eutychii sententia lata est: continuo de successore eligendo actum delectusque fuit Joannes cognomento Scholasticus ex apocrisiario Ecclesiae Antiochenus, homo plane servus gloriae & nundinator rerum sacrarum, quique pretio adulationis eam mercatus est dignitatem.* Quod tamen elogium ille nullius auctoritate probat. Sedit in Episcopatu usque ad annum 578. quo tempore

166. *Scripta ejus & collectiones.* revocatus est Eutychius, post mortem Justiniani. Hujus est duplex opus in jure ecclesiastico elaboratum, primum praefert titulum συναγωγῆς κανόνων, *Collectionis canonum*, alterum *Nomocanonis.* In collectione omnium conciliorum canones in codice Ecclesiae Universae se secundum temporis rationem

167. *συναγωγὴ κανόνων.* consequentes, in quinquaginta titulos digerit, & eos, qui sunt ejusdem argumenti, sub eadem capita seu titulos refert, οὐ τάξιν τινὰ, καὶ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν, inquit ipse in *Praefatione collectioni praefixa*, ἀλλὰ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις ὡς οἷόν τε συναρμόσαντες, καὶ ἴσω κεφαλαίῳ συμπλέξαντες, *Non ordinem quendam & seriem numerorum servavimus: sed similia similibus, quantum fieri potuit, copulantes, & par pari capiti connectentes &c.* Inferuit suae collectioni primus inter Graecos Canones Apostolicos LXXXV. ante semi fere saeculum efflictos & suppositos, Sardicenses XXI. eosque praemittit Antiochenis antiquioribus, & Basilii LXVIII. quos omnes non summatim recenset, sed longe lateque descripsit. Ad hanc Collectionem respexisse videtur Nicolaus I. Papa, eamque vocare *concordiam canonum*, quia unius argumenti canones, sub eodem titulo in concordiam rediguntur; ita enim scribit ad Photium, Patriarcham Constantinopol. *Quomodo non sunt penes vos canones Sardicenses, quando inter quinquaginta titulos, quibus CONCORDIA CANONUM apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur.*

168. *Nomocanon.* Alterum ipsius opus est *Nomocanon*, idque est epitome Collectionis quinquaginta istorum capitum seu titulorum, omissis integris canonibus, notata tantum sententia & numero, quibus concordes leges, τὰ συνᾴδοντα νόμιμα, potissimum Justiniani Imperatoris Novellas Constitutiones subjicit. Ad hunc Nomocanonem Joannis Scholastici putat Justellus Pater *Praefatione ad eum*, respexisse Theodorum Balsamonem *ad canonem* 1. *Concil. Constantinopol. in Trullo* habiti, in exemplari Graeco Joann. Tilii, quo olim usus Gentianus Hervetus, in cujus Latina interpretatione haec verba reperiuntur, quae in Graeca editione Parisiensi desiderantur: *Nomocanonum autem*, inquit, *quod in quinquaginta titulos leges & canones redegit, & reliquas Justiniani Novellas, quae inoleverant, ut quae in Imperio non sunt receptae, & alias quasdam leges ex Digestis & Codice.* Hinc facile est colligere Joannem Scholasticum, cum adhuc Presbyter esset Antiochiae Collectionem suam Canonum quinquaginta titulis distinctam composuisse, Nomocanonem autem postquam Patriarcha Constantinopolitanus designatus est. Sunt qui συναγωγὴν κανόνων, seu Collectionem canonum non Joanni Scholastico, sed Theodoreto Cyri Episcopo ad-

169. *Theodoreto quidam collectionem hanc adscribunt.* scribunt, qui centum & triginta annis nostrum Joann. Scholasticum praecessit, inter quos est, auctor in jure Canonico alias non hospes, Francisc. Florens, *de origine Juris Canonici, part.* 2. qui deceptus est a codice Manuscripto Bibliothecae Regiae, in quo Nomocanon habetur, qui praefert auctorem Theodoretum Episcopum Cyri, quasi Joannes Scholasticus tantum leges subjecisset. Hunc titulum Justellus d. l. vocat *adjectitiam*, & *suppostitiam epigraphen*, & subdit, *Nec enim alibi unquam, ab ullo quovis auctore Graeco, ejus Nomocanonis, sub Theodoreti nomine, mentio facta est, sed Joann. Scholastico tribuunt omnes codices MSS.* Sic enim habet Codex Illustrissimi Franciae Cancellarii Petri Seguierii: Ἰωάννου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ μετὰ Εὐτύχιον, συναγωγὴ κανόνων εἰς ν. τίτλους διῃρημένη: Codex vero Claromontensis: Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας, ἀπὸ σχολαστικῶν οὗτος συντάττει τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν. τίτλους. Codex Oxoniensis: Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους

τλως διῃρημένη. & postea: Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τον νομοκανόνα πρόλογος. Quin imo ipse Codex Manuscriptus Regius in fine exprimit, nomen Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν. *Unde planum est*, subdit Justellus, *& indubiam, utramque hanc collectionem esse ejusdem auctoris, Joann. videlicet Scholastici. Nec sane Theodoreto digna est hæc Collectio, cujus stylus non redolet gravitatem tanti Viri, planeque Doctissimi. Nec verosimile est Theodoretum inseruisse canones Apostolicos & Sardicenses, sua ætate a Græcis nondum receptos* (adde quoad canones Apostolicos, nondum effictos aut suppositos) *nec veteri Codici canonum, quo usa est Ecclesia universa in concilio Chalcedonensi, cui ipse interfuit insertos, & quos Joann. Scholasticus, Collectionis quinquaginta titulorum & Nomocanonis auctor, suæ Collectioni primus inseruit, & postea Ecclesia Orientalis in synodo Trullana probavit, & confirmavit, anno demum DCCVII. sub Justiniano II. Imp. Sunt & multa alia, quæ eam collectionem non esse Theodoreti, atque post ejus obitum, factam indicare videantur: sed in tanta luce sufficit hæc adnotasse.* Conatur nihilominus Fr. Florens *dicto loco* suam sententiam adstruere, esse collectionis auctorem Theodoretum, quia concilii quinti Œcumenici sub Justiniano celebrati collectio illa mentionem non facit. Præterea quod Theodoretus conciliorum & Patrum canones non integros referat, sed sententiam tantum brevissimo verborum compendio certis titulis includat. Denique quod ex duabus Basilii Epistolis tantum XXVII. non plures canones auctor collectionis adducat. Quæ omnia si vera essent, attamen non evincerent, quod Fr. Florens intendit, nempe Theodoretum, non Jo. Scholasticum esse auctorem istius collectionis. Tum etiam nititur falso supposito primum argumentum, quasi synodus illa sub Justiniano ediderit canones, quæ nullos edidit; tandem duo sequentia ex ipsa inspectione apparebunt esse falsa. Quod judicium est, Florentem non vidisse labores Jo. Scholastici, qui tum adhuc in bibliothecis delitescebant. Produxit eos primus Justellus Pater, & Filius in Bibliotheca juris Canonici veteris, in cujus tomo secundo utrumque opusculum primum occupat locum Græce & Latine versum. Tria, ut Nomocanonis jam recensita, sic etiam συναγωγῆς κανόνων, seu *Collectionis Canonum* memorantur manuscripta. Unum perquam vetustum Romanæ in Bibliotheca Vaticana, Heidelberga allatum, insigne quidem & eximium, sed exesum & mutilum. Alterum æque antiquum, sed integrum in Bibliotheca Franciæ Cancellarii Petri Seguierii, Tertium in Bibliotheca Collegii Claromontani Parisiensis, quod a Jacobo Sirmondo accepit Justellus, & typis exprimi curavit. Collectiones hæ Joannis Scholastici ab initio fuerunt magni usus & auctoritatis, utpote quæ in suo genere diu apud Græcos solæ fuerunt. Deinde Magnus Usserius *in dissert. de script. Ignatii, cap. 6. pag. 37. & seq.* prodidit, ejus Nomocanonem ab Imperatore Justiniano fuisse confirmatum, & Epiphanio Patriarchæ, ad quem *Nov. 6.* scripta est, commendatum. Sed tum ante Patriarchatum debet supponi scriptus Nomocanon, contra quam supra Justellus censuit. Verba Usserii subtexemus: *Cum igitur*, inquit, *sub sexti sæculi, ut diximus initia*, quinquaginta, *tantum extiterint Canones, iidemque a pluribus habiti apocryphi*: triginta quinque *alios a falsariis, de qua nunc agimus, mox adjectas animadvertimus*; Justiniani *Imperatoris temporibus & primum natos, & in ecclesiasticum* Nomocanonem *una cum reliquis mox admissos: tum illum, quem a se confirmatum Epiphanio Constantinopolitano Patriarchæ commendavit ipse* Justinianus (*si qua fides Arabica hujus Codicis interpreti adhibenda, quem Viri clarissimi & optimi* D. Thomæ Roe, *equitis aurati & Serenissimi Regis nostri apud Turcarum Imperatorem nuper Oratoris, beneficio Bibliotheca Oxoniensis jam possidet*: *tum alterum, a* Joanne Epiphaniensi Scholastico (*qui* Eutychio *in Patriarchatu Constantinopolitano, sub finem imperii* Justiniani, *est suffectus*) *concinnatum; cui in quibusdam exemplaribus* Theodoreti Cyrensis *Episcopi nomen perperam est adscriptum.* Hæc ille. Postea vero testante Balsamone *in supplem.* per Photii Nomocanonem pleniorem & uberiorem hi Joannis labores penitus sunt offuscati, & memoria fere plane deleta. Ex eo quod octuaginta quinque canones Apostolicos non ita diu fictos & Apostolorum nomine ornatos, a nullo adhuc probatos vel receptos, statim ille admiserit, & collectionibus suis inseruerit, forte etiam Justiniani eorum commendationem persuaserit, videtur colligi posse, fuisse Hominem non magni judicii: [alias facile hos canones deprehendisset, nil minus quam Apostolos auctores aut ætatem spirare] sed ingenii Græci, quæ facilitatem in admittendis istiusmodi nugis. Quamobrem non obscure, nec immerito nostrum hunc Scholasticum taxat, Doctissimus Dalæus de *Pseudepigraph. Apostolicis, lib. 3. cap. 3. pag. 456. & cap. 21. fin. pag. 686.* 170. *Auctoritas Collectionum Joannis Scholastici.*

Ordo temporis nunc exigit, ut Martinum, primum Dumiensis Monasterii Abbatem, postea Episcopum Bracarensem in scenam producamus. Fuit is natione Pannonius, teste Gregor. Turonens. *Hist. Franc. lib. 5. c. 38.* Errat itaque Garsias Loaysa, *Præfat. ad Mart. Bracar. capit. in collect. concil. Hispan.* qui eum Græcum fuisse bis terve affirmat, & ne existimes eum id de cognitione linguæ Græcæ intellexisse, diserte *hominem Græcum* vocat. En Elogium ejus: *Martinus Bracarensis Episcopus capitula edidit synodorum Græcarum, quæ citantur a Gratiano cap.* Propter Ecclesiasticas, *distinct. 18. Erat Græcus, & hæc capitula Græca Latina fecit, vocatur liber Capitulorum Martini. Hic cum esset Græcus ad utilitatem Ecclesiarum Hispaniæ hæc capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & a Græcis aliqua detraxit, ut est in cap.* Propter Ecclesiasticas, *quod desumptum est ex concilio Antiochen. cap. 20. Alia etiam ex Toletanis conciliis posuit* Græcus homo, *& ad mores nostrorum hominum Græcos ritus sancte & prudenter accommodavit.* Ex patria in Orientem progressus, bonas literas & scientias ibidem hausit, & tantos in iis profectus fecit, ut doctissimos sui temporis æquaret, aut superaret. Ex Oriente in Galliciam trajecit, ibique conversis ob Arriana impietate Suevorum populis, regulam fidei & sanctæ religionis constituit. Ecclesias confirmavit, Monasteria condidit; vid. Isidor. Hispal. *de Viris Illustr. cap. 22. alias 35.* Qui etiam in *Histor. sive Chron. Gothor.* hæc de eo refert: *Post multos deinde Reges regnum Suevorum suscepit Theudemirus, qui fidem Catholicam adeptus, Arrianæ impietatis errore destructo, Suevos unitati fidei reddidit. Hujus temporibus Martinus, Monasterii Dumiensis Episcopus, fide & sanctitate claruit; cujus studio & pax Ecclesiæ reddita est, & multa monasteria condita.* Ipsius quoque Dumiensis Monasterii conditor dicitur; vid. *Concil. Toletani. X. decret. 3.* cujus fuit primum Abbas, & ex Abbate factus est Episcopus Bracharensis; in quo sacerdotio eum *plus minus* triginta annis exegisse, & plenum virtutibus ad Dominum migrasse dicit Gregor. Turon. *cit. loc.* & Aimoinus Monach. *de gestis Francor. lib. 3. c. 38. alias 39. Ea tempestate*, inquit, *B. Martinus Galliciensis migravit ad Dominum. Hic Pannonia oriundus loca in Oriente circumiens, abunde se illis litteris imbuit, & per Galliciam revertens, in basilica, quæ prima apud Hispanos in honore S. Martini dedicata est, Pontifex ordinatus, triginta in hoc officio explevit annos. Anno 7. Childeberti Regis*, qui 171. *Martinus Bracharensis, eodem tempore in Hispania collectionem, aut versionem novam fecit.*

fuit

fuit 21. *Chilperici atque Guntramni, &c.* Testamenti ejus fit mentio in *Concilii Toletani X. decret.* 3.
172. *Scripta ejus.* Scripta ejus recenset Isidorus, *loc. cit.* a quo omissa supplet Miræus in *Bibliotheca Ecclesiast.* Hæc recenset Isidorus: *Copiosa præcepta piæ institutionis composuit. Cujus quidem ego (ipse) legi librum de Differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen Epistolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem, & conversationem fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia cultum virtutum omnium, & pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in Republica, & Athanagildas in Hispaniis imperium tenuerunt.* Eadem fere ad verbum habet: *Honorius Augustodun. de luminarib. Ecclesiæ, sive de Scriptorib. Ecclesiast. lib. 3. cap. 4.* Quæ hisce supplet Miræus: *Martinus Dumiensis in Galæcia monasterii primum Abbas & conditor, postea Bracarensis in Lusitania Episcopus anno 572. floruit, Æra 598. Bracarensi synodo primæ, & Æra 610. secundæ præfuit. Baronius existimat ipsum anno 573. obiisse. Scripsit librum de quatuor virtutibus, falso Senecæ a nonnullis attributum, sive Formulam honestæ vitæ, quæ tomo VI. Bibliothecæ Patrum extat. Isidorus huic libro dat titulum de quatuor virtutum Cardinalium differentia. Idem* Collectionem Canonum ex Græcis synodis *adornavit, quæ in Tomis Conciliorum legitur. In appendice ad vitas Patrum typis Plantinianis 1628. editas, extant sententiæ Ægyptiorum Patrum ab homine Græco anonymo collectæ, & a Martino Dumiensi in Latinum translatæ. Fuit autem natione Pannonius, ut ex ejus epitaphio constat.* Interrogationes illæ, quarum in fine meminit Miræus, translatæ sunt per manum Paschasii Diaconi, ut refert Sigebertus, *de Scriptor. Eccles. cap. 117. Martinus*, inquit, *Episcopus transtulit per manum Paschasii Diaconi interrogationes & responsiones plurimas sanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumiensi Monasterio.* Idem librum de quatuor virtutibus, inscriptum docet; *Honestæ vitæ formulam, cap. 19. de iisd. Script. Eccles.* Ad nostrum
173. *Collectio canonum ejus.* institutum tantum pertinet *Collectio Canonum* ejus, quæ facta est eodem fere tempore, quo Dionysius Exiguus Romæ suam Collectionem & versionem; & in Africa & quidem Carthagini suam Digestionem adornaret Ferrandus. utrique tamen posterior est; nam Ferrandus, ut supra notatum ex Facundo Her-
174. *Quando facta.* mianensi anno 551. jam vita excesserat, & Dionysius Exiguus in principio Justinianæi Imperii, sæculi sexti anno trigesimo præter propter suam versionem adornavit, aut etiam citius adhuc, ut supra ex eo ostendimus, quod decretales, quæ post versionem canonum sunt collectæ, Juliano Presbytero sunt inscriptæ, vid. *num. marg.* 76. Martinus autem noster, si triginta annis in Hispania, ut supra probatum, exegit, & anno 573. secundum Baronium, vel 580. secundum Dallæum vita excessit, anno 43. vel 50. in Hispaniam venit. Propius ad eam accedit συναγωγὴ κανόνων Joann. Scholastici, quæ facta
175. *Quare suam collectionem fecerit Martinus.* ante annum 564. ut supra quoque observavimus. Collectionem suam fecit eandem ob causam, ob quam Dionysius Exiguus suam versionem adornavit, nempe, ob antiquæ versionis incommoditatem; quod ille in *Præfatione*, quam suæ collectioni præmisit satis, innuit: *Canones*, inquit, *qui in partibus orientis ab antiquis Patribus constituti sunt, Græco prius sermone conscripti sunt; postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est, ut simpliciter aliquid ex alia lingua transferatur in aliam; simulque & illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura. Ideo visum est ut cum omni diligentia, & ea, quæ per translatores obscurius dicta sunt, &, ea quæ per*
176. *Unde hauserit.* *scriptores sunt immutata, simplicius & emendatius restaurarem.* Quod tamen non satis accurate observavit, aut prædicit. Pleraque quidem ex Græco vertit, aliqua tamen immiscuit ex conciliis Occidentalibus, Africanis, item Hispanicis, veluti Toletano I. & Bracharensibus, quia ibidem erat antistes. Aliquando etiam non ita Latina facta sunt, ut habentur in Græcis, sed ex duobus aut tribus capitibus diversorum conciliorum unum ille facit caput, quod observat Anton. Augustinus, *in judicio de Colle-*
177. *Quomodo digesserit.* *ctoribus canonum, quod extat, part. 2. Epit. jur. Pontif.* Opus ejus bipartitum est, & aliqua arte & methodo pollet. Prima pars continet canones, qui de personis, rebus & ritibus Ecclesiasticis agunt, altera res ad Laicos, ut vocant, pertinentes, complectitur. Quod & ipse in statim laudata *Præfat.* indicat: *Id primum*, inquit, *observans, ut illa, quæ ad Episcopos vel universum Clerum pertinent, una in parte conscripta sint: similiter & quæ ad Laicos pertinent, simul sint adunata, ut de quo capitulo scire*
178. *Editionum diversitas.* *aliquis voluerit, possit celerius invenire.* Hujus collectionis duæ sunt editiones, una vulgaris & vetus, quam omnes conciliorum collectiones exhibent; Altera recens, quam ex antiquis Manuscriptis dicit se edidisse Garsias a Loaysa in collectione conciliorum Hispaniæ. Veterem illam & vulgarem exhibuere Editores sæpius laudatæ *Bibliothecæ juris Canonici veteris* Voellius, & Justellus Filius *in appendice tomi I.* ita tamen ut novum opus, ut illi præfantur, jure censeri ac dici mereatur, ut quæ singulari cura ab eruditissimo Viro *Joanne Doviatio* sacrorum Canonum interprete Regio cum cæteris editionibus & libris manu exaratis collata sit, annotatis, ad marginem versionibus tum variis lectionibus, tum conciliis, ex quibus, tanquam fontibus suos Martinus canones deprompsit. In quo id monendus es, lector,
179. *Canones Apostolici Martino ignoti, error Doviatii cavendus.* ne credas Doviatio, aut ei, qui in editione Voelli & Justelli fontes adiecit, quando in indicandis fontibus etiam memorat canones Pseudapostolicos; hos nunquam in suam Collectionem retulit, nec eorum meminit, neque etiam eo tempore, quo is in Oriente fuit, ante nimirum sæculi quinti medium ficti aut Apostolis suppositi fuerunt, ut patet ex iis, quæ late supra disputata sunt. Faciunt huc quæ refert Doctiss. Dallæus *in Pseudepigr. Apostolic. lib. 3. cap. 19. pag. 653. fine: Itaque*, inquit, *non Latinis magis, quam Græcis, quarto sæculo, quintoque jam ad annum 51. adulto cogniti erant isti Apostolorum canones. At inmersi sexto ineunte sæculo quinquaginta Dionysiaci jam extarent, ne tum quidem inter regulas Ecclesiasticas ab omnibus admissi sunt. Nam neque iis Ferrandus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus locum ullum in Breviario canonum dedit, quod circa sexti sæculi principia concinnavit, atque publicavit; neque qui in Hispania A. D. 580. obiit, Martinus Bracarensis, eos vel memoravit, vel usurpavit, aut inseruit in sua illa Græcorum Canonum interpretatione, quam* Collectionis Orientalium Canonum *nomine ad Nitigesium A. D. 572. missam edidit.* Quod & observavit & fatetur Antonius Augustinus, sta-
180. *Martini hæc collectio per errorem, pro Martini Papæ canonibus habita.* tim adducendus. Illud hic non negligendum sed monendum, quod ante Antonii Democharis editionem Decreti Gratiani, Collectio hæc Martini Bracharensis citata sit, quasi essent capitula Martini Papæ Romani, qui tamen multis annis posterior est Martino nostro. Hosce errores Gratiani correxit in sua editione Demochares & Contius, qui in margine, quando Gratianus scribit: *Ex concilio Martini Papæ*, notant: *Martini Bracharensis* nomen, ex capitulis Græcarum synodorum. Latissime hac de re agit Ant. Augustinus noster, *Dialogorum lib. 1. Dialog. X. XI. & XII.* quorum primum sic incipit, & hæc,

quæ

quæ potissimum ad rem præsentem faciunt, habet. Credo vos non ignorare, si Gratiani librum ab Ant. Demochare, vel ab Ant. Contio editum legistis, in omnibus fere capitibus, quæ habent hanc inscriptionem: *Ex concilio Martini Papæ:* additum esse in margine *Martini Bracharensis* nomen, ex capitulis Græcarum synodorum. Quod a Demochare factum est, sumitur ex libris conciliorum, in quibus post secundum Bracharense concilium, illa capita sunt Martini Episcopi, qui se ex Orientis conciliis ea sumere dicit, offensus varia interpretatione eorum. Unde autem singula capita sumantur, non adscripsit, quod sciam. Sed ego ea conferens cum Græcis inveni, paucis exceptis, quæ non in Græcis, sed in Latinis conciliis reperta sunt. Concilium Martini Papæ insigne fuit contra Monothelitas habitum ante sextam synodum, in quo non hi canones editi fuerunt, neque confirmati. Tamen nescio quomodo a collectoribus referri solent, ut Martini Papæ in synodo. Sic fit, ut a Gratiano Martini Papæ appellentur, & cum Græcis conjungantur quasi diversi. Exemplum sumamus a concilio Niczeno; nam canones Apostolorum præteritos ab eo esse video. Idem observavit *in secunda parte Epitom. juris Pontificii* Ant. August. Baronius *ad ann.* 572. *num.* 14. postquam ipsam Martini Præfationem recitasset, subjungit: *Extat ipsa collectio canonibus octoginta quinque locupletata.* Intelligit, nisi fallor, Canones Apostolicos, qui sunt additi collectioni Martini, ab ipso autem, ut dictum, neglecti.

Nunc ad Cresconium transeamus, ejusque Collectionem. Fuit ille Episcopus Africanus, Eruditissimis Viris annumeratus ætate Leontii Imperatoris. Carmine panxit historiam eorum, quæ Joannes Patricius gessit in Africa, cujus libri summam ex Cedreno cognoscere possumus, qui refert, quod, cum Arabes tertio Leontii anno (is erat Christi 696.) Africam occupassent, Leontius Imperator eo misit Joannem Patricium virum strenuum, qui hostes fuderit, castraque eorum in Africa ceperit universa. Vid. Vossium *de Histor. Latin. lib.* 3. *cap.* 3. quem miror Cresconium neglexisse in Poetarum Latinorum historia. Eadem testatur inscriptio Codicis MS. Bibliothecæ Vaticanæ, quam adducit Baron. *ad Ann.* 517. *num.* 76. quæ est hæc: *Concordia Canonum a Cresconio Africano Episcopo digesta, sub capitibus trecentis. Iste bella & victorias, quas Joannes Patricius apud Africam de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit.* In jure Canonico duplex ejus fertur opus, vel ut alii volunt, unius operis duæ partes. Una, quæ *Canonum Breviarium* vocatur. Cujus epigraphe est hæc in editione Parisiensi, quæ Codici Ecclesiæ Romanæ est annexa, & in Bibliotheca Juris Canonici Veteris: CRESCONII. EPISCOPI. AFRICANI. BREVIARIUM. CANONICUM. HIC. HABETUR. CONCORDIA. CANONUM. CONCILIORUM. INFRASCRIPTORUM. ET. PRÆSULUM. ROMANORUM. ID. EST. CANONUM. APOSTOLORUM. NICÆNORUM. NOVÆCESARIENSIUM. GANCRENSIUM. ANTIOCHENSIUM. LAODICENSIUM. CHALCEDONENSIUM. SARDICENSIUM. CARTAGINENSIUM. ITEM. PRÆSULUM. SIRICII. INNOCENTII. ZOSIMI. CÆLESTINI. LEONIS. ET. GELASII. In hoc opere disciplinam Ecclesiasticam ad exemplum Fulgentii Ferrandi, trecentis titulis vel summulis inclusit, citatis tantum canonibus aut Pontificum decretis, non recitatis verbis. Quem modum supra *Breviarium Canonum* vocari diximus. Ipse Cresconius, in Præfatione sua, Fulgentii opus vocat *Breviatum.* Alterum opus ejus, seu altera pars operis eodem ordine, iisdem numeris & titulis decurrit usque ad trecentesimum, & iidem canones conciliorum, & decreta Pontificum citantur non tantum, sed διὰ πάντων etiam recitantur. Quod opus in Manoscriptis inscribitur CONCORDIA CANONUM, vel LIBER CANONUM. Ita docti hactenus censuerunt, & opus vel Opera Cresconii distinxerunt: mihi ruminanti accuratius suspicio oritur Cresconium tantum scripsisse posterius opus, in quo canones integri recensentur; Idque ex eo conjicio, quod ille in Fulgentii Breviario taxet, quod illud magis ad recolligendam memoriam sit scriptum, quam ad instructionem & doctrinam imperitorum: quoniam citabantur quidem capitula & decreta ex variis libris, quibus multi carebant, aut in quibus citata quærere nec invenire poterant. Huic difficultati occurrere volens Cresconius, non tantum, quemadmodum Ferrandus curavit concordes canones, verum etiam ipsa canonum verba subjecit. Res magis aperta fiet ex ipsius Cresconii verbis, *quæ ex præfatione ad Liberinum*, vel ut alii libri habent *Liberium Pontificem*, *Breviario præfixa* (quam tamen secundum dicta *Concordiæ* vel *Libro* canonum præmitti potius debere censemus) *hæc sunt: Cælesti auxilio præmunitus, obsequi malui imperatis, vestrisque votis, Deo favente, libentissime subservire, illa maxime invitatus ex parte, quod antefatus venerabilis Vir* (Ferrandus) *ad conversationem memoriæ eorum hoc effecisse noscitur Breviatum, quia illa ipsa jam bene cognita perceperant, quo per eum cum voluerint, quæ cupiunt, recordentur; Indoctorum vero, quorum est maxima multitudo, in eodem opere studium probatur, ut ita dixerim, sequestrasse, dum eos ad inquisitionem earum rerum præmisit, quæ nec ab omnibus reperiuntur, nec repertæ sine fastidio perleguntur. Nulli siquidem dubium est, quam molestissime perferat Lector, dum avidius cujusque rei cognitionem exoptat, & ad librum præmittitur, quem aut forte non legit, aut ubi reperiat, non novit. Quamobrem antefati Viri laude prælata, necessarium duxi profectui subserviens parvulorum, juxta vestrum imperium, cuncta ecclesiastica, ut dictum est, constituta, quæ ad nostram notitiam pervenerunt, in hoc opere sub titulorum serie prænotare; & eis consulere valentibus, & volentibus dubitationis ambagem auferre; ut eorum plena instructio non ex difficultate scriptoris, sed ex desidia jam dependeat Lectoris.* Ex quibus apparet illum voluisse aliquid corrigere, quod Ferrandus neglexerat, nempe, ne tantum doctis, sed insuper quoque indoctis & rudibus novum scriberet suam collectionem: deinde quoque succurrere eis, qui sub certis titulis tantum nude citatos canones vel non poterant ob defectum librorum, & investigandi imperitiam, aut nolebant ob desidiam quandam requirere & investigare; huic fini observata methodo Fulg. Ferrandi, conquisivit ex variis libris integros ipsos canones. Sed quid tum fiet Breviario? Potest id esse decerptum ab alio, cui Cresconii opus prolixum nimis, vel qui nudam notitiam tantum memoriæ causa habere voluit. Quod & in aliis videmus factum. Exemplum potest præbere syllabus & tituli illi canonum Dionysii Exigui, qui seorsim sunt editi, & ab opere seu versione & collectione Dionysii avulsi; quod præter alia demonstrat satis editio Parisiensis Codicis canonum Ecclesiæ Romanæ, in cujus fine cum Præfatione Dionysii Exigui, subjiciuntur tantum lemmata & tituli canonum, ex quo tamen nemo dixerit duo opera Dionysium edidisse, unum quod titulos canonum, alterum quod ipsos canones contineret. Si quis tamen aliter verba Cresconii supra adducta interpretari, & utrumque opus Cresconio adscribere velit, non multum repugnabo. Est hæc tantum conjectura nostra; non enim inficias imus, posse etiam hæc: Ne-

181. *Progressus ad Cresconium, quis ille.*
182. *Scripta ejus historica.*
183. *Canonica.*
184. *Disquisitio de opere Cresconii accuratior.*

Necessarium duxi, subserviens profectui parvulorum, cuncta Ecclesiastica constituta in hoc opere sub titulorum serie prænotare, & ea condiscere valentibus, & volentibus dubitationis ambagem auferre &c. Ad utrumque opus applicari, ita ut *prænotare* illud denotet *Breviarium Canonum*, ad colligendam tantum memoriam juxta exemplum Ferrandi factum; cætera *Concordiam Canonum* indicent, qua *condiscere valentibus & volentibus dubitationis ambagem voluit auferre, ut eorum plena instructio non ex difficultate scriptoris, sed ex desidio jam dependeat lectoris.* Quæ supra de convenientia & differentia, item de confusione Ferrandi & Cresconii, & tandem de erroribus Baronii dicta sunt, non opus est hic repetere, videantur *numeri marginales* 160. 161. Illud monendum adhuc, in *Concordia Canonum*, seu *Libro Canonum* Cresconii initium non esse ipsius Cresconii, sed ab aliena manu profectum & additum ipsi libro, post Cresconii scriptionem. Videtur autem præmissum titulo primo *de ordinatione Episcopi*, quia cum isto titulo affinitatem habet. Monuerunt hoc quoque editores Bibliothecæ juris Canonici veteris in margine. Incipit illud additamentum, ob res, quas continet, non quidem contemnendum; *Qui Episcopus ordinandus est*: exit: *sed Patrum diffinitionibus acquiescat.* Solet addi Cresconii Breviarium, ob materiæ affinitatem Ferrandi Breviario, cujus variæ editiones supra memoratæ sunt; vid. *num. marg.* 159. commendanda imprimis ea, quæ est in Bibliotheca juris Canonici veteris, & ea quam Petrus Franciscus Chiffletius Jesuita Divione anno 1649. cum suis notis emisit. *Concordiam vero canonum*, vel *Librum canonum* Cresconii anno hujus sæculi LXI. in publicam lucem Editores sæpius laudati Bibliothecæ juris Canonici veteris, *in appendice tomi primi*, ex Manuscripto antiquo Bibliothecæ Collegii Claromontani, beneficio Caroli Labbæi Jesuitæ, primum protulerunt, & contulerunt cum Manuscripto Bibliothecæ Thuaneæ, qui Cresconii quidem nomen præferebat; sed multis canonibus & decretis interpolatus, & diversa methodo abs vero & genuino Cresconii fœtu conscriptus erat.

185. *Initium Concordiæ canonum Cresconii ab aliena manu additum.*

186. *Editiones variæ.*

187. *Cresconius primus decretales Epistolas Pontificum Romanorum inter canones locavit.*

Illud etiam non prætereundum, Cresconium primum Romanorum Pontificum Epistolas inter Canones retulisse, & eas canonizasse, ut ita loquar, seu iis auctoritatem canonicam addidisse, quæ antea non majoris fuerunt valoris, quam aliorum Episcoporum Responsa (22); Decretales hæ Epistolæ a consulendo habent originem, quemadmodum enim in civilibus Imperatores Sacratissimi, ita in spiritualibus & sacris consulebantur Episcopi. Inter quos cum emineret Romanus, is quoque præ aliis consultus sæpius, ejusque responsa majorem præ cæteris auctoritatem acquisiverunt, & diligentius etiam adservata sunt; reliquorum vero Episcoporum non tanti æstimata perierunt pleraque. Hæc causa Cresconium forte movit, quare Decretalibus Romanorum Pontificum tantam detulerit auctoritatem, ut inter canones conciliorum ausus sit eos locare. Verum quidem est, quod Dionysius Exiguus primus cœperit colligere Decretales, orsus a Syricio. Sed ille tantam iis auctoritatem non detulit, ut inter canones recensuerit; verum speciali volumine vel opere hanc collectionem, ut supra memoratum, digessit, quod postea incuria, vel potius quia ejusdem auctoris erat, cum Codice canonum ex conciliis versorum coaluit, aut cum eo editum est; non tamen in eum finem, ut ejusdem cum canonibus conciliorum auctoritatis essent. Hoc forte Cresconium, qui non bene Canonum & Decretalium differentiam distinguebat, seduxit; ut, cum Codicem Dionysii, qui tantum ordinem temporis, tam in canonibus quam in decretalibus sectabatur, in concordiam canonicam redigere vellet, utramque Dionysii collectionem sine distinctione inexcusabili audacia vel imprudentia digesserit. Ad hoc exemplum postea in Orientali Ecclesia cœperunt valere, adservari & colligi responsa Patriarchalia, uti postea patebit ex codice Ecclesiæ Orientalis. Hæc hic obiter monenda fuerunt; de Decretalibus vero, eorumque collectoribus postea exprofesso tractabimus.

188. *Codex Ecclesiæ Orientalis.*

Cresconii Collectionem sequitur Codex Ecclesiæ Orientalis; de quo jam aliquid dictum supra *numero marg.* 54. qui in concilio sexto Œcumenico Trullano anno 681. vel potius in quini-sextæ synodi canone secundo confirmatus & approbatus est. Constat autem ex Codice Canonum Ecclesiæ Universæ, deinde additionibus iis, quas ipse Canon 2. refert, quem Latine subjicimus, ut eum editio Parisiensis Gr. Latin. repræsentat: *Hoc quoque huic sanctæ Synodo pulcherrime & honestissimo placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui a sanctis Patribus, qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati, atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum & gloriosorum Apostolorum nomine, LXXXV. canones. Quoniam autem in his canonibus nobis præceptum est, ut eorumdem SS. Apostolorum per Clementem ordinationes susciperemus, quibus jam olim ab iis, qui a fide aliena sentiunt, adulterina quædam & a pietate aliena introducta sunt, quæ divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt; has constitutiones ad Christianissimi gregis ædificationem ac securitatem convenienter rejecimus, hæretica falsitatis fœtus nequaquam immiscentes, & germanæ ac integræ Apostolorum doctrinæ inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis & beatis nostris Patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem & octo sanctis ac divinis Patribus, qui Nicææ convenerunt: iisque, qui Ancyræ, & iis etiam, qui Neocæsareæ, similiter & qui Gangris, præterea & iis, qui in Antiochia Syriæ, atque iis etiam, qui in Laodicea Phrygiæ: præterea autem & CL. Patribus, qui in hac Dei cultrice & Imp. civitate convenerunt; & ducentis, qui in Ephesiorum Metropoli prius coacti sunt: & sexcentis triginta sanctis & beatis Patribus, qui Chalcedone: similiter & iis, qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rursus in hac Dei cultrice & Imp. urbe convenerunt sub Nectario, qui Imperiale huic civitati præsidebat; & Theophili, qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus. Quinetiam canones Dionysii, qui fuit Archiepiscopus magnæ Alexandrinorum civitatis, & Petri, qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus & martyr: Gregorii Neocæsareæ Episcopi, qui Θαυματουργὸς, id est mirabilium operum effector, dictus est: Athanasii Alexandrini Archiepiscopi, Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, Gregorii Episcopi Nyssæ,* Gre-

(22) Longe a communi Catholicorum sententia hoc in loco Mastrichtius aberrat, si canonicam auctoritatem Paparum Epistolis esse a Cresconio tributam adfirmat, ex eo quod easdem inter canones recensuerit; nullam autem canonum, aut constitutionum collectionem cujuscunque percelebris viri studio diligentiaque congestam posse vim legis obtinere, nisi a publica potestate ea vis hujuscemodi collectioni tribuatur, Theologi omnes, & canonistæ contendunt; hinc decreto ipsius Gratiani, quacunque extimatione in Ecclesia olim recepto legis naturam inficiantur inesse, quod privati hominis auctoritate conscripto nequaquam legislativa potestas, juris naturam sit impertita, Canonibus tamen, atque decretis in illo collectis eadem vis auctoritatis super esse existimatur, quæ eorum, priusquam a Gratiano colligerentur, propria erat. Idipsum ferendum de Romanorum Pontificum decretalibus per Cresconium collectis judicium. W.

Gregorii Theologi, Amphilochii Iconii, Timothei Archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli ejusdem Alexandriæ Archiepiscopi, & Gennadii, qui fuit Patriarcha hujus Dei cultricis & Imp. civitatis. Præterea vero, & a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit Archiepiscopus & martyr, & synodi, quæ sub eo fuit, emissum canonem, qui in prædictorum Præsulum locis, & solum secundum traditam eis consuetudinem, servatus est. Et nulli liceat prius declaratos canones adulterare vel abolere, vel alios præter prius hic propositos canones admittere, a quibusdam falsa adjecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari ausi sunt. Si quis autem, quod prædictorum canonum aliquem innovare vel subvertere conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronuntiat Canon, pœnam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens. Ex quo canone patet, quod multa sint addita a Trullanis Patribus Codici Ecclesiæ Universæ, post Justinianum Imperatorem: nempe, canones Pseudapostolici, (quam temere supra abunde dictum) item canones Sardicenses, Africanorum conciliorum, de quibus supra, ubi de Codice Ecclesiæ Africanæ actum est. Deinde etiam Episcoporum & Patrum & Patriarcharum quorundam canones & Epistulæ, quia idem factum videbant ab Occidentalibus. Quæ additamenta ex editione Parisiensi anni 1620. cum Balsamonis commentariis in Codicem hunc Canonum Ecclesiæ Orientalis, ad intellectum allegati Nicæni canonis omnia subjicimus. Sunt autem isthæc: Beati Dionysii Archiepiscopi Alexandrini Epistola ad Basilidem de diversis capitibus, ad quæ per Epistolam Dionysius responsa dedit, quæ tanquam canones sunt admissa. Canones Beati Petri Archiepiscopi Alexandrini & Martyris, qui feruntur in sermone de pœnitentia. Epistola Canonica sancti Gregorii Archiepiscopi Neocæsariensis, qui Thaumaturgus dictus est, de iis, qui in barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiserant, Santi Athanasii Archiepiscopi Alexandrini epistola ad Ammum monachum. Ejusdem ex XXXIX. festiva epistola. Ejusdem epistola ad Ruffinianum. Sancti Patris nostri Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, ad Amphilochium Iconii Episcopum Epistola Canonica prima. Ad eundem Canonica epistola II. Ejusdem alia epistola ad Amphilochium, de differentia ciborum. Ejusdem ad Diodorum, de eo qui duxit duas sorores in matrimonio. Ejusdem Epistola ad Gregorium Presbyterum, ut separetur a muliercula, cum qua habitat. Ejusdem ad Chorepiscopos, ne sine ipsis fiant ministri præter canones. Ejusdem ad Episcopos, qui et suberant, ne pecuniis ordinent. Ejusdem ex XXVII. capite, eorum quæ de sancto Spiritu ad beatum Amphilochium scripta sunt, & ejusdem ex XXIX. cap. ejusdem operis excerpta. Epistola canonica sancti Gregorii Nysseni Episcopi ad sanctum Letojum Melitines Episcopum. Responsa canonica Timothei sanctissimi Alexandrini Episcopi, qui fuit unus ex CL. Patribus, qui Constantinopoli convenerunt. Edictum Theophili Archiepiscopi Alexandrini cum Theophania in die Dominico instarent. Ejusdem commonitorium quod accepit Ammon propter Lyco. Ejusdem exposito de iis qui dicuntur Cathari. Ejusd. Ep. ad Agathonem Episcopum, & altera ad Menam Episcopum. Sancti Patris Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Epistola canonica & altera ad Episcopos, qui sunt in Lib. & Pentapoli. Sancti Patris nostri Gregorii Theologi ex metricis ejus poematibus quinam libri sint legendi veteris & novi testamenti. Sancti Amphilochii Episcopi Iconii ex Jambis ad Seleucum de eodem argumento. Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani & sanctæ cum eo congregatæ Synodi ad sanctissimos omnes Metropolitanos, & ad Papam urbis Romæ epistola circularis, quæ incipit: *Religiosissimo & sanctissimo in sacris comministro Gennadius, & quæ in Christi amante regia civitate Constantinopoli coacta est sancta synodus.* Ex epistola Magni Basilii ad Nicapolitanos quædam. Post Trullanam approbationem, quæ facta seculi octavi anno septimo, accesserunt canones ipsi Trullani in synodo quini sexta sanciti CII. & canones XXII. synodi Nicænæ secundæ anno 787. habitæ. Ex quibus omnibus constat codex canonum Ecclesiæ Orientalis a Nicæna prima, ad Nicænam secundam synodum, cui titulus est Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν συνόδων; & hic est Codex ille, quem supra diximus editum esse seculi superioris anno XL. a Joann. Tilio, Græce ex Bibliotheca Canonicorum Divi Hilarii Pictaviensis, quem postea Elias Ehingerus ex Bibliotheca Augustana Witebergæ, A. clↄ Iↄc. XIV. iterum edidit, ad quem Zonaras & Balsamo suas interpretationes fecerunt. Illud de hoc codice Orientali observandum, in eum primum sententias patrum esse receptas & canonibus exequatas; ad modum Cresconii, qui in Occidente decretales Pontificum Romanorum, canonibus immiscuerat primus; nisi quod antea etiam Joann. Scholasticus Basilii canones suo Nomocanoni addiderit.

189. Quid additum sit Codici Ecclesiæ Orientalis, quod in Codice Ecclesiæ Universæ non continetur.

190. In codicem canonum Ecclesiæ Orientalis primum receptæ sententiæ Patrum.

191. Hadriani Papæ Collectio.

Eodem tempore fere, quo in Oriente in synodo Nicæna secunda confirmatus Codex Ecclesiæ Orientalis, & in Occidente sua incrementa habuit Jus Canonicum. Hadrianus enim primus Papa Carolo Magno misit collectionem canonum & Epistolarum Decretalium, ad usum Ecclesiarum Occidentis: quam olim Dionysius Exiguus concinnarat, qua de re supra *num. marg.* 78. Hanc quoque in Germaniam nostram, si non antea, saltem tum transiisse valde probabile, usque ad tempora Riculphi Episcopi Moguntini, qui Isidori Mercatoris, Impostoris volebam dicere, collectionem in eam pertulit, ut infra, ubi Mercatoris collectio examinanda est, observabimus. Hujus Collectionis auctor non fuit Hadrianus, quare ideo nec inter Collectores canonum locum aut laudem meretur. Sed alia est ejus Collectio Canonum aliquot, in gratiam Ingelrami Episcopi Metensis seu Mediomatricæ urbis, ex Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis atque Decretis Præsulum & Principum Romanorum facta & tradita Ingelramo An. 785. Indict. 9. 13. Cal. Octobr. Complectitur canones septuaginta duos, quos collectioni suæ inseruit Isidorus Mercator. Eosque forte intelligendos esse conjicit Doctissimus Blondellus, *in Pseudo-Isidoro & Turriano vapulante*, quorum idem Impostor meminit in supposita Epistola Zepherini Papæ prima. Ita ille *in censura illius Epistolæ in fine pag. 246. Si quis*, inquit, *in re obscura conjectandi locus esse debeat, suspicari non immerito quis possit, non alias 70. Apostolorum sententias Mercatori nostro in mentem venisse, quam quas A. D. 785. Indict. 9. 13. Cal. Octobr. in gratiam Ingelramni Metensium Episcopi*, ex Græcis & Latinis canonibus, & synodis Romanis, atque decretis Præsulum ac Principum Romanorum *collegisse dicitur Adrianus primus urbis Episcopus. Sunt enim numero 72. eas semper in ore habet impostor, præter 6. 12. 28. 35. 36. 38. 40. 41. 44. 45. 46. 52. 55. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 68. 72. quas vel silentio præterire, vel oblique tantum tangere videtur; reliquas 50. citat sub nomine Apostolorum, quorum his 70. sententias memorat; & synodi Nicænæ, cui totidem canones tribuit. Vide Epist. Pseudo-Athanasii ad Marcum, Pseudo-Marci, Pseudo-Julii secundam, & Pseudo-Felicis secundi primam.* Nisi quis velit præferre sententiam Magni Usserii, *in Dissert. de script. Ignatii, cap. 6. pag.* 39. qui mendosum locum Pseudo-Zepherini Epistolæ de can. Apost. intelligit & corrigit

g 2 ex

ex Gregorii Presbyteri Polycarpo, ubi non *septuaginta sententiæ*, sed *quinquaginta* leguntur, quam sententiam ut simpliciorem & vero magis similem probat Doctiss. Dallæus *de Pseud. epigraph. Apost. lib. 3. cap. 4. pag.* 478. De numero Canonum hujus farraginis dissentiunt auctores. Baronius *ad Annum* 786. §. 6. Octoginta agnoscit. Vide ejus verba: In Conciliorum vero *tomi tertii part. 1. sect. 1.* enumerantur tantum septuaginta duo canones. Hincmarus Rhemens. Archiep. *in libr. 55. capitul. adversus Hincmarum Laudunensem Nepotem cap.* 24. de hujus collectionis auctore dubitanter loquitur, forte quia indigna videbatur, ut conjicit Blondellus, Adriano Primo earum collectio, utpote in qua *dissona inter se habebantur, & diversa a sacris canonibus & a judiciis ecclesiasticis discrepantia.* Hanc collectionem Impostorem Pseudo-Isidorum Mercatorem in Epistolas, quas primis Episcopis supposuit, fere totam retulisse, & earum pseud-epistolarum materiam & fontem esse, censet Doctiss. Blondellus *in Pseudo-Isidoro & Turriano Vapulante* in Prolegom. *cap. 5. pag. 20. in fin. & seqq.* ubi vide quædam, multum hic utilia. Quid illa collectione intenderit Hadrianus Papa, id judicant hæc ex citato Baronii loco verba: *Quem absolutum, hisce canonibus communitum remisit ad suos. Postulabat id causa, ut colligeret idem Pontifex canones spectantes ad accusationem Episcoporum.* Et ad jura Romanæ Ecclesiæ pertinentes, ex *quo* &c. Hæc præcipua causa, quare non immerito Hincmaro illi canones suspecti & dissona inter se, ut & diversa a sacris canonibus & a judiciis ecclesiasticis discrepantia habere visi sunt. Ad stabiliendam enim immensam illam potestatem pene illi æquissimi canones cedere & reformari debebant. Hanc Adriani collectionem Ludovicus Jacob a S. Carolo, Cabillonensis Burgundus Ordinis Carmelitarum Alumnus (auctor futilis, qui in omnibus fere paginis errores cumulat, maxime ubi de Scriptoribus pontificatibus loquitur) *in Bibliotheca Pontificia lib. 1. in vita Hadriani, pag. mihi* 102. vocat: *Conciliorum volumen*, & hæc de eo refert. Scripsit Hadrianus primus, *Conciliorum volumen, ubi præfixit præfationem & epigrammata Acrostichis versibus, seu Collectionem canonum octoginta a se elaboratam, quam dedit Ingelramno vel Angeramno Episcopo 36. Metensi, tunc Romæ commoranti. Extat ex versione Dionysii Exigui.* De quorum veritate & pondere ex jam dictis judicare æquus Lector poterit. Antonius Augustinus ad hanc Collectionem Hadriani Primi scripsit. Vid. Blondell. *in Prolegom. Pseudo-Isidori cap. ult. pag.* 112.

192. *Caroli Magni Leges Ecclesiasticæ.* Temporibus Hadriani vixit quoque Carolus Magnus Gloriosissimus Imperator, cujus multæ extant leges Ecclesiasticæ, ut & successorum ejus, quæ postea collectæ sunt ab Ansegiso Abbate Lobiense, & Benedicto Levita. Ad Imperium pervenit Carolus Magnus Longobardis devictis sæculo nono incipiente, & usque ad annum decimum & quartum imperavit. Magnam rei ecclesiasticæ curam gessit: concilia, & synodos varias habuit; de quibus multa passim vitæ ejus scriptores, ita Reghino Abbas Prumiensis *in Chronico sub ann.* 813. de eo refert: *Concilia jussu ejus super statu Ecclesiarum per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt, quorum unum Moguntiæ, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillone, quintum Arelata congregatum est, & constitutiones, quæ in singulis factæ sunt, ab Imperatore confirmatæ sunt; quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quanquam & earum exemplaria in archivo Palatii habeantur.* Memorabilis quoque est synodus Francofurtensis ab eodem celebrata, ubi contra Græcorum synodum Imaginum adoratio est damnata, unde profecti libri illi de imaginibus sacris, qui Caroli Magni nomen præferunt a Tillio editi, de quibus supra aliquid in transitu dictum (23). Has leges Ecclesiasticas Caroli Magni, ut & Ludovici Pii ejus filii, & Lotharii ejus Nepotis collegit Ansegisus Abbas Laubiensis, vel Lobiensis, [quod est Benedictinorum illustre cœnobium ad Sabim Fluvium in diœcesi Cameracensi, sed sub ditione Leodicensium] postea Archiepiscopus Senonensis quod & inter alios Val. Andreæ refert, sed errorem esse, arguunt alii. Vide pag. liii. lin. 26. & in duos & sæculares leges itidem in duos libros retulit, publicavitque anno Christi 827. Imperii Ludovici Pii Anno XIII. Indict. quinta, ut ipse testatur *in Præfationis initio*, quam capitulis præmisit: in qua quia totius operis rationem reddit & modum digestionis, eam subjicere operæ pretium duximus: *Dominante per sæcula infinita omnium dominatore Christo salvatore nostro, creatore universæ creaturæ, Anno incarnationis ipsius DCCCXXVII. indictione V. anno vero XIII. Imperii gloriosissimorum Principum domini Ludovici Augusti Christianæ religionis magni protectoris, & Lotharii Cæsaris filii ipsius, Ansegisus nullis præcedentibus meritis, sed gratia omnipotentis Dei abbas, pro amore bonæ memoriæ domini Caroli Magni Imperatoris Christianorum, atque præcellentissimi ac piissimi domini Ludovici Augusti filii ipsius sincera dilectione, necnon & præclari Lotharii Cæsaris filii piissimi Ludovici Imperatoris, hæc subter descripta adunavi capitula. Quæ procul dubio quia ad sanctæ Ecclesiæ profectum facta sunt, pro utili firmiter tenenda sunt lege. Fuerant namque quondam tempore prædicti magni domini Caroli Imperatoris, necnon & nunc præfatorum Principum hoc in tempore domini piissimi Ludovici Augusti, & præclari Lotharii Cæsaris jussu per intervalla temporum ad Christianam religionem conservandam, atque ad concordiam pacis & dilectionis in Ecclesia Catholica tenendam edita: sed quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur pro dilectione nimia, ut præfatus sum, prædictorum gloriosissimorum Principum, & pro amore sanctissimæ prolis eorum, sed & pro sanctæ ecclesiæ statu, placuit mihi prædicta in hoc libello adunare, quæ invenire potui, capitula prædictorum Principum jussu descripta: ut ad sanctæ ecclesiæ statum longævis conservandum temporibus, atque ad meritum præfatorum Principum gloriosius in vita perpetua augmentandum proficiant. Amen. Sed hoc notum sit Lectori, quia prædicta capitula, quæ per intervalla temporum a præfatis sunt principibus edita, in quatuor distinxi libellis. Illa scilicet quæ dominus Carolus Imperator fecit ad ordinem pertinentia ecclesiasticum in prima adunavi libello. Ea vero ecclesiastica, quæ dominus ac piissimus Ludovicus Imperator & Lotharius Cæsar filius ipsius ediderunt, in secunda descripsi. Illa autem, quæ dominus Carolus in diversis fecit temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunavi. Ipsa vero, quæ dominus Ludovicus præclarus Imperator & Lotharius Cæsar filius illius fecerunt ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarta congessi.* Præmittitur libro primo ipsius Caroli Magni præfatio, quæ est suasoria & confirmatoria capitulorum; lectu sane digna, quæ merito subjici deberet, nisi nimium cresceret hæc tractatio, & festinatio operarum aliud juberet. Complectitur liber ille primus capitula CLXVIII. Secundum incipit Ansegisus alia, sed brevi præfatione, in qua tantum monet se in eum librum conjecisse capitula Eccle-

193. *Ansegisi Abbatis collectio Capitularis Caroli Magni & Ludovici Pii.*

sia-

(23) De Imaginibus cultu, & Ecclesiasticis Legibus per Carolum Magnum editis observatio (36) in notas Mastrichtii ad Dialogos Augustini, & nota (5) præcedens videri possunt. W.

siastica, quæ dominus Ludovicus Cæsar piissimus & Lotharius Imperator filius ipsius condiderunt, completiturque ille capitula XLVII. quorum primum est præfatio ipsius Imperatoris. Tertium librum itidem nova præfatione ut & quartum orditur Ansegisus, monens se tertio *illa ad mundana augmentum legis pertinentia, quae Dominus Karolus Imper. edidit*, & quarto ejusdem argumenti, *quæ præclarissimus Dominus Ludovicus Augustus & Lotharius Cæsar fecerunt, capitula adnotavisse libello.* Continet tertius capitula LXXXIX. quartus vero LXXV. Post librum IV. sequuntur tres appendiculæ. De hisce libris, seu collectione Sigebertus Gemblacensis Monachus *in Chronica an.* 827. *Ansegisus*, inquit, 194. *Ansegisus; vita & obitus.*
Abbas Lobiensis edicta Imperatorum Karoli Magni & Ludovici filii ejus ad Ecclesiasticam legem pertinentia duobus libellis digessit. Idem eorum etiam edicta ad Mundanam legem pertinentia in duobus aeque libellis digessit. Longævum fuisse & alia de eo scimus ex Odoranni Monachi Senonensis Chronico: *Anno ab Incarnatione Christi* DCCCLXXXII. *obiit Ansegisus venerabilis Senonum Archiepiscopus, totius Galliæ & Germaniæ Papa secundus feliciter,* VII. *Kalend. Decembr. & sepultus est in monasterio S. Petri. Hic Karolum Calvum unxit in regem, & postquam primatum totius Galliæ obtinuit, & superna moderatione secundus Papa appellari meruit, in synoda habita in loco, qui dicitur Pontigonis,* XVI. *Kal. August. ann.* DCCCLXXVI. *Indict.* IX. *Judaeos certis causis & moniales ab urbe Senonica expulit, & ne ulterius in ea habitaculum manendi haberent, sub anathematis jugulo interdixit. Mortuo Epitaphium hoc scriptum est:*

Antistes Senonum, reverentia magna potentum
Ansegisus in hoc conditus est tumulo.
Ut primas fieret Gallorum, Papa Joannes
Instituit, meritis hoc tribuenda suis.
Karli Romana sinxit caput iste corona,
Et dedit in cunctos imperium populos.
Gregorii Papæ secum caput abstulit inde.
Hic locus ossa fovet, spiritus astra tenet.

Melius forte Sammarthani Fratres *in Gallia Christiana tom.* 1. *f.* 623. Hunc faciunt diversum ab illo superiore, qui Capitula Caroli congessit, taxantque illos, qui hunc confundunt cum alio Juniore, Gallo etiam, e Diœcesi Remensi ortum, qui Anno 871. ad Senonensem Archiepiscopatum evectus, Carolum Regem unxerit, & Anno 883. fatis concesserit. Vidi etiam ex Sammart. id referentem Olearium *in Abaco Patrologico, voce Ansegisus.* His quatuor libris ab Ansegiso non satis diligenter, aut potius 195. *Collectio Benedicti Levitæ.*
satis plene collectis, postea Benedictus Levita libros tres, quintum nempe, sextum & septimum adjecit, in quos non tantum supra memoratorum Impp. capitula, sed alia insuper inseruit, quorum rationem ipse optime, quanquam paulo prolixius, sequente præfatione, reddit: *Praecedentes*, inquit, *libelli nonnulla glo-* 196. *Præfatio ejus collectioni præmissa.*
riosissimorum Karoli atque Ludovici Imperatorum continent capitula, quæ eorum tempore ab Ansegiso abbate sunt collecta, atque in prædictis coacta libellis, sicut in eorundem proœmio continetur. Sed quia ab eo nec multa, ut certi sumus, sunt forsitan inventa vel collecta, necesse erat, ut a fidelibus ubicumque inveniri potuissent, quærerentur, & ob recordationem tantorum principum, vel eorundem capitum ita emendo, utilitatem coadunarentur, & membranis infererentur, atque a fidelibus memoriæ commendarentur. Qua propter ea, quæ ille aut invenire nequivit, aut inserere fortasse noluit, & illa, quæ postmodum a fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & Pipini ac Karoli atque Ludovici didicimus, in jam dictis libellis minime esse inserta, pro Dei omnipotentis amore, & sanctæ Dei Ecclesiæ ac servorum ejus, atque totius populi utilitate fideliter investigare curavimus; & in tribus subsequentibus libellis distincte cum titulis suis coadunare. Ac Ludovico, Lothario que, atque Karolo nobilissimis regibus, filiis videlicet Ludovici piissimi Imperatoris habenda & omnium Christianorum fidelibus tradenda scribere non distulimus; ut sciant qualiter juxta normam avi, proavi, ac genitoris, secundum Domini scilicet voluntatem, sicut & illi fecerunt, clerum & populum sibi commissum Domino opem ferente mererentur. Hæc vero capitula, quæ in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis, & in diversis schedulis, sicut in diversis synodis, ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus * *maxime sanctæ Magantiacensis metropolis Ecclesiæ scrinio a Riculfo ejusdem sanctæ sedis metropolitano recondita, & demum ab Autcario secundo ejus successore atque consanguineo inventa reperimus, quæ in hoc opusculo tertiore suprascripto inserere maluimus. Monemus ergo Lectores, ut si eadem capitula duplicata vel triplicata repererint, non hoc nostræ imperitiæ reputent, quia ut diximus, diversis ea in schedulis invenimus. Et ob id tam cito hæc emendare nequivimus: sed cunctis scientia repletis Lectoribus hæc corrigenda dimisimus. Invenimus insuper quædam ex his paria initia habentia, & imparem finem: quædam vero pares fines: sed non paria initia. In quibusdam autem minus, & in quibusdam plus. Et propterea illa sic dimisimus, sicut invenimus. Precamur etiam omnes, ut si deinceps plura ex his invenerint, quæ memoratus Ansegisus non inseruit, nec nos potuimus hactenus invenire, ut ea illis in quarto aut quinto libello distincte inserere non pigeat, quatenus ipsi ex hoc gratiam Dei habeant, & clerus ac populus eorum utilitatibus non careat. Quoniam valde sunt utilia hæc capitula, & scire volentibus oppido profutura: quæ pro lege tam Ecclesiastica, quam & sæculari jure firmissimo sunt tenenda. Primo igitur in loco posuimus nonnullos versiculos in laudem prædictorum Principum metrice compositos: deinde sequuntur capitula primi libelli subjectis numeris suis, ut facilius inveniri possit sententia, quæ quæritur. His ita peractis, est in fronte primi libelli posita Zachariæ Papae epistola omnibus Episcopis, ac reliquis Ecclesiastici ordinis gradibus, & cunctis ducibus atque comitibus, omnibusque Deum timentibus per Gallias, & Francorum provincias constitutis directa, sicut in ea continetur. Quam sequuntur duo generales conventus, quos sanctæ Romanæ & Apostolicæ ecclesiæ legatus Bonifacius memoratæ Magontiacensis Ecclesiae Archiepiscopus vice supradicti Zachariae Papae una cum Carlomanno Francorum principe canonice tenuit, ut agnoscant omnes haec praedictorum Principum capitula maxime Apostolica auctoritate fore firmata. Post ista quoque, quæ sequuntur, eadem auctoritate maxima, ut diximus, ex parte, & omnium Francorum utriusque ordinis virorum assensu sunt roborata. Secundo vero in libello post capitulorum numerum prima fronte posita sunt quaedam ex lege divina excerpta capitula, sicut ea sparsim in earum multa capitulis reperimus, ut omnes haec capitula legibus divinis, regulisque canonicis concordare non ignorent. Tertio si-*

qui-

* Notat Doctiss. Blondellus *in Prolegomenis ad Pseudo-Isidor. cap.* 5. *pag.* 20. ubi hæc verba citaverat in margine, *Lector, Benedictum hunc* sparsim editum, *invenisse quæ descripsit.* Adde cætera.

quidem in libello post ejusdem libelli capitulorum numerum quaedam ex canonibus a Paulino Episcopo, & Albino magistro, reliquisque jussione Karoli invictissimi Principis magistris sparsim collecta sunt incerta capitula, & quibusdam interpositis sequuntur alia regulae monasticae congruentia, & demum ea, quae sequuntur, ad sanctae Dei Ecclesiae servorumque ejus atque totius Christiani populi utilitatem sunt conscripta capitula, sicut in eodem continentur libello. Precamur quoque lectores omnes, cunctosque judices & sapientes, ut non ea sinistra interpretatione ulla unquam tempore dignentur exponere: aut quemquam injuste judicare, vel eo quod non sint quaedam ex his juxta regulam Grammaticae artis composita reprehendere, sed pro ipsis Principibus eorumque & sanctae Dei Ecclesiae fidelibus, qui haec eadem simul cum eis tractaverunt, atque pro nobis, qui ea colligere ac describere certavimus, orare studeant: & jam dicta capitula pariter nobiscum & cum illis amplecti, venerari, amare, legibusque tene-
197. *Lotharii nomen quomodo in praefationem Ansegisi irrepserit, conjectura Pithoei.* *re decernant, annuente Domino, ut parem omnes ex hoc mercedem habere mereamur. Amen.* Quare in Ansegisi Praefatione nomen Lotharii adjectum sit, cum tamen in ista collectione nil sit Lotharii proprium, illud explicat Pithoeus in Praefatione ad capitularia his verbis: „ Sane quod in Ansegisi praefationibus Lotharii nomen adjectum est, datum id scias exemplarium quorundam antiquitati, quae „ sub ejus ditione, ut verisimile est, primum descripta, non hoc solum ipsius honori tribuerant, sed „ & ex versibus, qui Benedicti collectionem praecedunt, in Lotharii sui gratiam illos de Ludovici filiis ita permutatos habuerunt:

Ex quo prosequitur soboles veneranda per orbem
Ipsius insigni nomine digna patris.
Lotharius primum regnum fortitus avitum
Ardennae nemoris incola factus erat.
Hinc Hludowicus heros Rhent cis littora genti
Imperat, & populis effera colla terit.
Tum Karolus cari species genitoris amata
Gallorum coetus ordinat atque domat.
Illis nos qui fata tenent loca partibus aequis
Haec ferimus. . . . .

„ Et tamen Lotharii ejus inter haec nihil proprium esse putamus, cujus tantum nomine extant quaedam ex his ipsis decerpta Capitula ad Italiae regnum, quae jam olim Langobardicarum legum libris „ inserta & Karoli cujusdam Cotti Siculi, sive is Tuccus fuit, commentario ante annos CCCLXXX. „ exposita leguntur. Sed neque Karoli fratris [quem nostrum, id est, Francorum GalloruMve regem vere proprieque dixeris] quicquam hic adjectum reperias praeter ea Capitula, quae circa initia regni sui in Sparnaco probaverat, observarique praeceperat". Haec Pithoeus. Continet quintus capitula CCLI. sextus CCCXXX. septimus CCCLXXII. Sequuntur tunc appendices, prima capitulorum
198. *Quid contineat collectio Benedicti Levitae.* LXXX. quae anno Christi 817. Imperii vero Ludovici Principis IV. Sexto Idus Julii Aquisgrani in domo Palatii, quae Lateranis dicitur, communi consilio inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt, ut habet inscriptio haec in meo Codice, pag. 330. *Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi* DCCC. XVII. *Imperii vero Gloriosissimi Principis Ludovici IV. VI. Idus Julii, cum in domo Aquisgrani Palatii, quae Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus una suis resedissent monachis, quae subsequuntur capitula communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt.* Secunda capitulorum XXV. quorum haec est inscriptio: *Capitula, quae deinceps sequuntur, non tunc quando praescripta, velut in subsequentibus habeatur, inventa, collecta, ordinata, huique inserta esse noscuntur, sed postmodum a fidelibus reperta hac in schedula, sicut acta erant sunt inserta, ut facilius a fidelibus, quoties necesse fuerit, reperiantur.* Tertia continet capitula LXXIX. quibus haec praemittuntur: *Haec capitula proprie sunt ad Episcopos vel ad ordines Ecclesiasticos pertinentia, quae non solum observari, sed etiam sibi subjectos, vel commissos facienda perdocere debent.* Quarta capitulorum CVIII. cujus etiam capitula in vetustis quibusdam exemplaribus cum praecedentibus numeris continuata sunt. Inscriptio eorum est haec: *Sequentia quaedam capitula ex sanctorum Patrum decretis & Imperatorum edictis colligere curavimus, atque inter nostra capitula lege firmissima tenenda generali consultu Erchembalda Cancellario nostro inserere jussimus.* Claudunt hoc volumen capitula XX. Caroli Imp. Ludovici filii, quorum haec est inscriptio: *Haec, quae sequuntur, capitula excerpta sunt a Domino Rege Karolo Domni Hludowici Imp. filio & Principibus ejus ex capitulis, quae anno* DCCCXLVI. *ediderant Episcopi in synodis, Wenilo scilicet cum suffraganeis suis, Gunthboldus cum suffraganeis suis, Ursmarus cum suffraganeis suis, Hincmarus cum suffraganeis suis, Amalo cum suffraganeis suis: & oblata sunt eidem Principi, sicut ipse jusserat, collecta ad relegendum in Sparnaco villa Remensis Ecclesiae. Et quia factione quorundam motus est animus ipsius Regis contra Episcopos, dissidentibus regni sui primoribus ab eorundem Episcoporum admonitione, & remotis ab eodem concilio Episcopis, ex omnibus illis capitulis, haec tantum observanda & complacenda sibi collegerunt, & Episcopis scripto tradiderunt, dicentes, non amplius de eorum capitulis acceptasse quam ista, & ista se velle cum Principe observare.* Quando facta sit collectio, quoad certum annum determinari non potest; attamen intra annum 840. & 849. prodiisse in lucem exinde colligi potest, quod Otgarius vel Autgarius, cujus hortatu Benedictus Levita suam collectionem fecit, mortuus sit Anno 847. ut supra adsertum; deinde quod Benedictus suam collectionem miserit & dedicaverit Lothario & Fratribus, qui Anno 839. ad Regnum pervenerunt. Tandem quod huic collectioni in fine addita est ultima appendix ex Decretis Wenilonis Senonensis, & Hincmari Rhemensis deprompta anno Caroli Calvi XI. seu Anno D. 849. de qua num. marg. 198. pag. 217. dictum; sequitur itaque, ante appendicem editam esse oportere, alias ipsa appendix in opus adsumpta fuisset. Baron. *ad An. D.* 845. post annum Dom. 854. promulgatam fuisse adserit. Vid. §. 38. Blondelius intra Annos 847. & 850. vel 855. *in Prolegom. ad Pseudo-Isidor. cap.* 5. *pag.* 25. Sed hoc non videtur probabile, duas ob rationes; prima est, quod Otgario vivente & instigante seu jubente ediderit collectionem
199 *Libri posteriores diversos collectores habuisse videntur.* Benedictus, is autem e vivis excessit Anno 847. dein quod Wenilonis decreta, quae Anno 849. prodierunt in appendicem sint rejecta, & quidem ultimam, ex quo sequitur, collectionem jam fuisse factam. Videtur Pithoeus in ea opinione esse, quasi libri isti tres posteriores diversos habuerint praeter Benedictum collectores, & post eum diversis temporibus diversa accrementa, non tantum ex capitulis Imperatorum, sed canonibus Gallicanis, poenitentialibus libellis, Patrum sententiis, Juliani Antecessoris Novellis.

Haec

Hæc enim habet in Præfatione: „ Illud etiam verendum est, ne nos quoque in hac rutuba non pauca
„ fefellerint: quamquam nec fortassis fuerint illa tanti, præsertim quæ post Ansegisum pro cujusque
„ collectoris ingenio & proposito, confuse nulloque ordine aut delectu, non certa etiam plerumque
„ auctoritate & fide, ex Gallicanis canonibus ac pœnitentialibus libellis, SS. quoque Patrum sententiis, quæ-
„ dam etiam ex Juliani Antecessoris CP. Novellis & Alarici breviario, Anianique ad illud interpre-
„ tationibus, quin & ex Wisigothorum Langobardorumque legibus nonnulla addita facile recognoscent,
„ quibus hæc curæ erunt: quæ nec ipsa tamen omissa voluimus, ne quis desideraret ac requireret ".

200. *Unde hausti & collecti libri posteriores.*

De Benedicto Levita hoc habemus incerti scriptoris elogium, quod præmisit Pithœus editioni pri-
mæ Capitularis Caroli Magni: „ Benedictus Moguntiacensis Ecclesiæ levita, Capitula quædam Re-
„ galia, synodalia, & alia collegit ex iis, quæ in scriniis ejusdem Metropolis reponi fecerat Ricol-
„ fus Archiepiscopus, qui monasterium S. Albani renovavit, & Moguntinæ synodo sub D. Karolo
„ præfuit, & Otgarius ejus consanguineus & secundus post Haistulfum successor, quorum uterque hu-
„ jusmodi Capitulorum percuriosus fuit, & erga S. sedem Rom. valde devotus; adeo ut Otgario et-
„ iam Apostolicus Gregorius suas vices in Germania aliquando commiserit. Hic Hludovici Imp. filiis
„ contra patrem favit, sed postea reconciliatus est, & decedens ao. DCCCXLVII. Lotharii Imp.
„ VII. successorem habuit in Archiepiscopatu D. Rhabanum Abbatem Fuldensem ".

201. *Benedictus Levita quis fuerit.*

Ex quibus patet, quod & prodit affatim recitata Præfatio, Benedictum hunc Levitam valde favisse & addictum fuisse sedi Romanæ. Quod si late demonstratum desideras, adi sis Doctissimum Blondellum *in Prolegomenis Pseudo Isidori Vapulantis cap. 5. pag. 25. in fin. & seq.* quam fidus autem collector Benedictus fuerit, id hæc Blondelli *eodem capite pag.* 24. satis demonstrant. Quæ quanquam prolixiora, hic addi, & legi merentur.

202. *Fautor Pontificis Rom. fuit.*

Adversus Benedictum eundem suspicionem augere potest editum ab eo, in ipsa, quam suo nomine evulgavit, capitularium collectione, malæ fidei specimen. Audierat circa A. D. 787. sub Paulini Aquilejensis Patriarchæ Romanæ sedis legatione fungentis auspiciis primam Capitulorum collectionem Aquisgrani prodiisse; & *Carolum regem ann.* 802. *legatos per imperium misisse, & 24. capitula constituisse:* ac tandem Ansegisum Abbatem A. D. 827. quæcunque repererat capitula magna cum laude digessisse: hujus Miltiadis tropæis a somno excitatus Benedictus parisque adoreæ consequendæ ardore inflammatus, quæcunque vel invenit primus vel ab aliis inventa interpolavit, studiosissime convasavit: ne cui autem mirum videretur post Ansegisi laborem tantam capitulorum e tenebris nescio quibus erepentium scaturiginem momento velut e terra nasci; finxit *ob Ansegiso nec media inventa forsitan* fuisse *vel collecta*, necesse fuisse, *ut a fidelibus ubicumque inveniri potuissent, quærerentur. Ideo, ea se, qua ille aut invenire nequivit, aut inserere fortasse noluit, & illa quæ postulans a fidelibus S. Dei Ecclesiæ, & Pipini ac Caroli atque Ludovici didicit in jam dictis libellis minime esse inserta, pro Dei omnipotentis amore, & S. Dei Ecclesiæ ac servorum ejus atque totius populi utilitate fideliter investigare curavisse, & in tribus libellis distincte cum titulis suis coadunata, ac Ludovico, Lothariaque, atque Carolo nobilissimis regibus filiis videlicet Ludovici piissimi Imperatoris habenda & omnium Christianorum fidelibus tradenda scribere non* distulisse. En hominis in re seria ludentis technas: *Virtutis vere custos rigidusque satelles, Tertius e cælo cecidit Cato*, cui *populi salus suprema lex* esse videatur: at quisquis penitius in omnes operis ab ipso publicati partes introspexerit, is vel insulsa mendacia, vel centones πολυποικίλους, vel certe Canones maxima ex parte interpolatos sæpissime deprehendet; ac si inter libros tres postremos capitularium & priores quatuor, in quibus etsi forte non omnia purissima, nihil adeo portentosum aut adulterinum occurrit, comparationem instituerit, facile comperiet quantum distent æra lupinis. Conferantur [si placet] Concilii Paris. A. D. 829. celebrati lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. 6. 9. 10. 16. 20. 27. 33. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 50. 53. cum cap. 164. & 165. lib. 5. Capitularium, cap. 160. lib. 6. capitibus 166. 167. 163. lib. 5. cap. 1. 3. 4. addit. 2. ad 7. capitular. cap. 175. 174. 168. & 169. lib. 5. cap. 6. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 10. 7. 8. 9. 17. addit. 2. ad 7. librum Concilii Paris. lib. 2. partis 1. cap. 4. & 13. cum cap. 2. addit. 2. ad finem lib. 7. capitul. Epistola Episcoporum ad finem lib. 2. partis 1. Concilii Paris. & cap. 2. ejusdem partis, cum cap. 22. additionis jam dictæ. Concilii Paris. lib. 2. part. 2. cap. 2. 3. 22. 23. 24. 25. 26. 27. cum capp. 18. 17. 23. 24. 25. ejusdem additionis Concilii ejusdem lib. 2. part. 2. cap. 8. 9. 14. 17. 18. cum capp. 163. 179. 180. 181. lib. 5. Capitularium Concilii Aquisgran. sub Greg. 4. part. 1. cap. 6. 7. 8. cum cap. 171. 172. 173. libri 5. eorundem capit. ejusdem Concilii part. 2. cap. 1. 2. 3. 4. cum cap. 21. & 22. additionis 2. ad librum 7. capitul. Concilii Cabilonensis sub Leone III. cap. 25. 26. 27. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 42. 43. 47. 48. 40. cum capp. 23. 25. 26. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 41. additionis 2. ad lib. 7. eorundem capitul. Officit & hoc valde collectioni Benedicti, quod cœnosis & supposititiis Isidori Mercatoris fontibus suam collectionem conspurcaverit, forte ipse auctor. Adde Blondell. *pag. 96. & 108. d. l.*

203. *Conjunctio collectionis Ansegisi & Benedicti Levitæ.*

De conglutinatione collectionum Ansegisi & Benedicti, hi leguntur in antiquis codicibus versiculi:

Quattuor explicitis Lector venerande libellis,
Qui canonum recitant jura tenenda satis,
Quosque Pater quondam collegit nobilis apte,
Ansegisus ovans, ductus amore Dei,
Otgario, ita emendo, *demum, quem tunc Magontia summum*
Pontificem tenuit, præcipiente pio.
Post Benedictus ego ternos levita libellos
Adnexi, legis queis recitatur opus.
Quos patet inventos præfatio pandit ut ipsa,
Distinctim titulis subpositisque suis.
Hos igitur relegens devoto pectore bibles,
Gratanter studeas fundere posra preces.
Quatenus æterno doneris munere cælo,
Hæc pia sanxerunt qui quoque jura pie.

204. *Collectiones hæ confusæ, factæ & nullo ordine.*

Vide quoque de hoc capitulari, quæ breviter & accurate satis differit Ant. noster Augustinus, *de emend. Gratiani, lib. 2. dial. 10. & seq.* ubi de ratione ordinis hæc habet: *pag. 444. nostra editionis, vel* 238. *edit. Parisiens. Ordinem noli ab eo exposcere, contenti simus ipso collectionis opere, &, ut ajunt, quod dant,*

deat, accipiamus. Omnia fere sine ulla inscriptione proponuntur, etiam si ex aliis libris intelligamus cujus fiat. Et paulo post pag. sequent. *hæc de auctoritate subjungit*:

205. *Auctoritas capitulariorum.*

„ Quia de auctoritate Capitularium „ dubitabas, licet verum sit, hæc fragmenta esse constitutionum trium Imperatorum a privatis hominibus collecta, tamen ut Benedictus ait, *Apostolica auctoritate confirmata fuere.* Lege etiam verba „ *concilii Meldensis cap. LXXVIII. Ut capitula ecclesiastica a Domno Carolo Magno Imp. nec non & a „ Domno Ludovico Pio Aug. promulgata, omnino observari præcipiantur, sicut & legalia observanda esse „ noscuntur*, & *cap. LXXX.* ad Carolum Calvum Ludovici Pii filium. *Capitula patris vestri sint vestra „ gratione de cetero conserventur, ac capitulis vestra religionis ab exiguitatis nostræ ministerio oblatis hoc „ diploma, si complacet, adnectatur.* Sic multa capita referuntur hujus collectionis in concilio Trosle„ jano, in Ticinensi, & in Coloniensi sub Carolo tertio. Leonis IV. ex epist. ad Lotharium Aug. „ verba referunt Ivo, & Gratian. liber Cæsaraug. *De capitulis vestris, vestrorumque prædecessorum irre„ fragabiliter custodiendis, & conservandis, quanto valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc, & „ in æternum conservaturos, modis omnibus profitemur* “.

206. *De integritate capitularium.*

De integritate capitularium, quæ sequuntur, apud eundem Augustin. illa ex supradictis emendari debent: *Multa*, pergit, *desiderantur, ut apparet in triplici appendice post librum quartum, & libro VI. post caput CCLXXXIII. usque ad CCCXXX. & lib. VII. post caput CDLXXVIII. ad DLVIII. Adjecta sunt postea duabus collectionibus capita XXVIII. & capita CCXCVI. Ex quo evenit, ut non omnia, quæ Ivo, & Anselmus, & Deusdedit, & alii collectores in Capitularibus esse referunt, inveniantur.* Habuit Augustinus codices mutilos, nec videre editionem Parisiensem Pithœi anni 1588. potuit, biennio antea jam sublatus, in qua Lacunæ libri sexti expletæ, & in libro septimo quædam, quæ bis aut sæpius posita erant, sunt sublata, ideoque iste non excurrit ultra numeros supra memoratos, cum Augustinus adscribat ei capitula 558. Testatur hoc posterius ipse Pithœus in Præfatione his verbis: „ Nos jam ex pluribus nostris alienisque codicibus plura & integriora edi curavimus, bona saltem „ fide, Tilii ex magnum judiciumque sequuti, qui non ex Benedicti modo, sed & ex Ansegisi ipsius „ collectione eadem non semel posita sustulerat, similibus tantum quibusdam relictis, numeris etiam „ capitulorum consequenter mutatis. Quod eo monere visum est, ne quis eadem post hac ex iisdem „ aut aliis etiam exemplaribus augere aut supplere conetur frustra “. Quantæ auctoritatis fuerint Capitularia in Gallia non tantum ex dictis patet, sed magis patebit, si inspiciantur testimonia illa, quæ Pithœus suæ editioni præmisit: ita ut Codex ecclesiæ Gallicæ, si non per ea absorptus, saltem valde

207. *Quis Capitularia primus ediderit.*

obscuratus fuerit. Primus de restituendis Capitularibus superiori sæculo sollicitus fuit Joann. Tilius, cujus supra facta mentio, verum ille morte sublatus perficere non potuit, pauca folia post obitum ejus prodierunt, quibus usi recognitores & emendatores Gratiani. Perfecit opus ex pluribus exemplaribus Petrus Pithœus, de literis optime meritus, atque sæculi anterioris anno 88. cum Glossario vocum obscurarum in capitularibus repertarum Lutetiæ edidit, quod ibidem recussum est, anno tertio hujus sæculi. Non præfert quidem editio nomen Pithœi, attamen ex Miræi *Bibliotheca Ecclesiastica, pag. 14. & 229.* & *Præfatione* Sirmondi *ad Capitula Caroli Calvi* scimus eum edidisse, & Præfationem præmisisse; suo Pithœi quoque nomine citat Justellus illam Præfationem, *in fine suæ Præfationis, quam Codici Canonum Ecclesiæ universæ præmisit*, ubi de Capitularibus adferri, omnia in iis fere de-

208. *Ludovici Pii liber, qui Reformatio abusum cleri inscribitur.*

sumpta esse ex Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ & Isidori collectione: subdit deinde hæc de Ludovici Pii libro: *Nostra*, inquit, *an inter collectiones Gallicanas Canonum recensendus sit liber Ludovici Pii in concilio Aquisgranensi anno DCCCXVI. celebrata, confirmatus, cujus exemplar habemus Coloniæ editum anno MDLIX. cum hac inscriptione*: Reformationis abusum Cleri formula per Ludovicum cognomento Pium, Romanorum Imperii Imperatorem optimum, Karoli Magni filium. *Ipseque Ludovicus Imperator testatur, in Epistola ad Arnulphum Saltzburgensem Episcopum, quæ etiam inter constitutiones Imperiales a V. C. Melchiore Goldasto nuper editas, extat.* Miræus in notis ad Sigebertum Gemblacensem *de scriptor. Eccles. cap. 81. Bibliotheca Ecclesiastica pag. 146.* Memorat extare & Codicem Carolinum, a Gretsero in Germania editum, qui nunquam ad manus meas pervenit, neque ejus etiam meminit

209. *Caroli Calvi Capitulare.*

a la Gambe in Bibliotheca Jesuitica, in vita & scriptis Gretseri, quæ longa serie enumerat. Hisce capitulis Caroli Magni & Ludovici Pii accedit aliud capitulare Caroli Calvi, primum Regis Galliæ, post mortem Ludovici Secundi, etiam Imperatoris, in qua dignitate paucos annos tantum exegit. Fuit ille Caroli Magni Nepos, ex Ludovico Pio & Judita filia Welphi Suevi secunda Ludovici uxore. Hic ad exemplum Avi & Patris rei ecclesiasticæ curam habuit (24), & Avi & Patris capitula, *in conventu apud Carisiacum Anno* DCCCLXXVII. *tit. 45.* confirmavit: quod caput, quia præbet quoque illustre testimonium ipsius Caroli Calvi capitulari, subjicimus: *Capitula, quæ Avus & Pater noster pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ ac ministrorum ejus & pro pace ac justitia populi & quiete regni constituerunt, & quæ nos cum fratribus nostris Regibus & nostris ac eorum fidelibus communiter consti-*

210. *Sirmondi editio capitulare Caroli Calvi.*

tuimus; sed & quæ nos consilio & consensu Episcoporum & cæterorum Dei & nostrorum fidelium, pro suprascriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus, permanere inconvulsa decernimus, similiter & a filio nostro inconvulsa conservari volumus & mandamus. Edidit hæc, ac digessit capitula inter Jesuitas Doctissimus & magni in literis & antiquitate numinis, Jacobus Sirmondus, cum aliorum

211. *Aliorum sequentium Regum Galliæ capitula.*

successorum capitulis, hujus sæculi anno XXIII. Parisiis; in qua editione præter Caroli Calvi memorata, habentur Ludovici II. Caroli filii, Carolomanni Regis Ludovici II. filii, Caroli Simplicis Regis capitula, & tum sequuntur Coronationes Caroli Calvi, & Ludovici ejus filii Regum, Judithæ item filiæ & Hermintrudis conjugis Caroli. Quibus omnibus doctas suas, ut solet, notas adjecit. Col-

212. *Ex quibus libris collecti & editi sunt.*

legit hæc ex diversis locis & quinque Codicibus manuscriptis antiquis, quorum primi duo, unus ex bibliotheca Jo. Tilii, alter ex bibliotheca Thuani, ultra titulum XVI. non progrediebantur; sequentes vero usque ad XLIII. partim ex Belluacensis, partim ex Laudunensis Ecclesiæ libris, partim ex Me-

213. *Differentia inter Capitularia Caroli Magni & Ludovici Impp. & Caroli Calvi.*

tensi desumpta sunt. Coronationes vero Regum, quæ capitulis subjiciuntur, ex Monasterii Laurentiani Leodicensis exemplari solo descripsit. Ipse Sirmondus titulorum numeros & nomina, in longioribus Manuscriptorum titulis commodioris usus gratia prænotavit. Tituli Capitulorum Caroli Calvi sunt XLIII. Ludovici Balbi III. Carolomanni II. Caroli Simplicis II. Coronationes IV. Illud interest inter Capitularia, quæ edidit Pithœus, & quæ edidit Sirmondus, quod in Ansegisi & Benedicti collectioni-

(24) Quamquam de rebus Ecclesiæ curam gesserit Carolus Calvus, & num id sine Episcoporum consilio, consensuve præstiterit, satis indicat ipsius Principis testimonium hic a Mastrichtio relatum. W.

nibus, Regum tantum leges ſint nullo fere ordine digeſtæ, nullaque temporum vel locorum nota diſtinctæ. In illis quæ Sirmondus edidit, ſynodi & conventus ipſi regales, in quibus conſtituta ſunt, exhibentur; & quo quisque conventus anno ac loco, quas ad res, & per quos coacti celebratique ſunt, exprimitur. Vide ſis Sirmondi *Præfationem Capitulis Caroli Calvi præmiſſam*, a quo etiam dices, conſtitutum fuiſſe Pithœo poſt capitula Caroli Magni & Ludovici edere quoque ea, quæ a ſequentibus Regibus profecta ſunt. *Capitularia* autem vocantur a capitulis, hæc a capitibus, qua voce notabant leges Regum, ut obſervat Sirmondus, *in Præfat.* jam laudata: *In Anſegiſi*, inquit, *Abbatis & Benedicti Levitæ Collectionibus, unde Regum ac mera leges ſunt, quæ* CAPITULA *vocabant*; Quod & factum in jure noſtro videmus, *in l. 26. §. 5. C. de adminiſtr. tutorum*, quanquam & aliter ibidem capitulum interpretari poſſimus; nempe pro certo articulo, ſententia, puncto rei, de qua tractamus & agimus. Dicta autem Capitula propter brevitatem, quia conciſe cardinem, ſummam, & caput rei proponebant.

214. *Quare Capitularia & Capitula vocentur.*

Apposite Papias: *Capitulum brevis multorum complexio, ſic dictum, quod breviter capiat totam ſummam, ſive quod quaſi alterius ſententiæ caput.* Item Catholicon: *Capitulum primo parvum caput. Secundo ille parvus locus, in quem conveniunt clauſtrales. Tertio illa congregatio clauſtralium. Quarto aliqua diſtinctio in quolibet libro; unde verſus; diſtinguit, minuit, locat & collectio ſertur*; & iterum: *Capitula librorum dicta, quod breviter capiant & contineant aliquam ſententiam: ſive quaſi caput & titulus majoris ſcripti.* Græci etiam in oratione κεφάλαια vocant, quæ Latini capita & ſummas. Iſocrates *ad Nicoclem*; κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων *Summa vero ſupradictorum.* Sic quoque Apoſtolus *ad Hebr. cap. 8. verſ. 1.* κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα. quod vulgatus vertit: *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.* Beza vero: *Eorum, quæ dicimus, hæc ſumma eſt*; adde ejus notas ibid. Æſchines *contra Cteſiphontem*; ἅττα κεφάλαια διὰ βραχέων ἐγὼ προερῶ. Plinius *lib. 2. cap. 12. Hiſt. nat.* effert apposite: *De iis breviter & capitulatim attingam*. Inde & capitula, nervoſæ ſummulæ, quæ breviter referunt contenta tractationis majoris. Hinc & noſtris capitularibus nomen eſſe inditum, probabile eſt, quia conciſe exhibent ſummam ejus, quod conſtitutum eſt. Capitula enim Caroli Magni non ſunt integra acta aut totæ leges, ſed cardo & medulla ſeu potius ſententia legis, paucis verbis expreſſa; ideo capitula diſtinguuntur ab ipſis integris actis. Alii capitula dicta volunt, quia in capitulis, id eſt locis ubi Eccleſiaſtici conveniunt, a capitularibus conſtituuntur. Alii *capitularia, capitulares* libros dictos volunt, quia libri illi multa capita complectuntur. Ita forte Gloſſa *in authent. Caſſa. C. de Sacroſ. Eccleſ. Capitularia* interpretatur *libros ſtatutorum*; quod ſequitur Gothofred. *ibid.* Audi Anton. Auguſtinum, *de emendat. Gratian. lib. 2. dial. 11. pag. noſtræ editionis 451.* „C. Latinamne vocem, an barbaram eſſe dicemus *Capitulare*: ſive *Capitularia*? A. An non recte deducitur a *capite capitale* crimen, & *capitalis* homo. C. Recte. A. Sic igitur a „ *capitulo capitularis*, & *capitulare* pro *capitulalis*, quod ineptum eſſet; ſic etiam a *ſæculo ſæcularis*, ab *an*„*gulo angularis* dicitur. C. Quis ex veteribus Latinis hac voce uſus eſt? A. Non omnium veterum libros „ habemus: ex illis deperditis exiſtima hanc erutam vocem fuiſſe. *Acta capituli* multi *capitularia* di„cunt, & ſyndicum capituli *capitularem*: non ineptiſſimum id quidem videtur. C. Qui *librum capitu*„*larem* dicunt, quod *capituli* ſit, minus peccare videntur: quam qui ideo volumen *capitulare* dicunt, „ quod in multa dividatur *capitula*, & quaſi collectio ſit multorum capitulorum. A. Non igitur de vo„ce ipſa quærendum fuit, an eſſet Latina, ſed de uſu vocis in hac notione? Et quidem a barbaris „ inductam eſſe arbitror Caroli, & Anſegiſi, & Theodulfi temporibus. Sed ut ad Gratianum redeamus, „ is hac voce uſus eſt *cauſſa XI. cap. XXXVIII.* Nam poſt duas conſtitutiones relatas ſic ait: *Hæc ſi* „ *quis antiquata contendat, quia in Juſtiniani Codice non inveniuntur ita inſerta: per Carolum renovata* „ *cognoſcat, qui in ſuis* Capitularibus *ait inter cætera. Volumus, atque præcipimus &c.* Sic etiam Anſel„mus inſcripſit, *In Capitularibus Caroli Imperatoris* “. Fallitur Anton. Auguſtinus, qui vocem inventam putat Caroli Magni, Anſegiſi & Theodulfi temporibus, qui vixerunt ſæculo nono; nam ſæculo octavo ineunte occurrit Capitulare Gregorii ſecundi, qui anno 714. ad Epiſcopatum Romanum evectus eſt. De eo hæc habet Ludovicus Jacob. a S. Carolo, *in Bibliotheca Pontif. lib. 1. pag. 88. Capitulare Gregorii II. datum Martiniano Epiſcopo, Georgio Presbytero &c. in Bavariam ablegatis, legitur etiam tomo 5. Concil. Binii, ex Codice M. S. membranaceo vetuſtiſſimo Monaſterii Weingartenſis, & ab Eruditiſſimo Marco Velſero Duumviro Auguſtano communicato. Extat M. S. in Bibliotheca Bodlejana, ut ex librorum indice edito, colligo.* In quo & ego illud obſervo. Eſt itaque antiquior Carolo Magno iſta denominatio; ſuperioribus enim temporibus & apud Græcos & Latinos κεφάλαια & *capita*, ut jam probatum, deſignabant ſummulas, ſententias, conciſa dicta, & aliorum longius dictorum compendia; ſæpe occurrit vox apud Ciceronem, ſed alia atque alia ſignificatione. Item adhibitæ voces *capitis & capituli* in diſtinctionibus librorum, quod in Gellio, aliiſque obſervamus. Sed diu ſatis nos capitula & capitularia detinuerunt, alii nos vocant collectores, aliæ collectiones; hoc tamen adhuc de Capitulari Caroli Magni & Collectione Benedicti addendum, eum capitula collegiſſe mandato & inſtinctu *Otgarii* (qui & *Odogarius* & *Audegarius* vocatur) Archiepiſcopi Moguntini, qui ab an. 826. vel 827. uſque ad 847. in Archiepiſcopato Moguntino ſedit; de quo Serrarius *in rerum Moguntinar. lib. 4. pag. m. 620.* Colligo hoc ex verſibus iſtis ſupr. n. 203. de conjunctione collectionis Anſegiſi & Benedicti Levitæ poſitis; quorum hic reddenda ratio emendatorum. Leguntur vulgo ſine ſenſu:

215. κεφάλαια.

216. *Capitulare Gregorii ſecundi Papæ.*

217. *Benedictus capitula Caroli collegit inſtinctu Otgarii.*

Quæſane Patre quondam, collegit nobilis apte
Anſegiſus ovans, ductus amore Dei.
Aut cario demum, quem tunc Moguntia ſummum
Pontificem tenuit, præcipiente pio.

Illa *aut cario*, ſunt nullius momenti, & relicta a Pithœo, qui antiquam ſcripturam in prima editione (ſecundam enim non vidi) non ſatis percepit, aut examinavit, itaque reſtitui veram, de quo nullus dubito lectionem

Otgario demum, quem tum Moguntia &c.

Cui emendationi tempus concinit, vixerunt enim eodem tempore Benedictus & *Otgarius* ſæculo nono, ſal-

ſaltem uſque ad annum quadrageſimum ſeptimum. Deinde ex Præfatione Benedicti Levitæ, ſupra recitata ſcimus, Riculphum & Otgarium, (qui ibidem, quod magis adhuc ad veterem ſcripturam accedit, *Autcarius* vocatur) ſtudioſus fuiſſe in colligendis ejuſmodi Legibus & Capitulis eccleſiaſticis. Vide poſtea ita legiſſe & edidiſſe Doctiſſ. Blondell. *in Prolegom. ad Pſeudo-Iſidorum cap.* 5. *pag.* 25. Errat Baronius *ad Ann.* 835. §. 38. qui ex Concilii Meldenſis *cap.* 78. colligit *exigente concilio* Benedictum Levitam collegiſſe & digeſſiſſe poſteriores tres libros Capitularium. Quia rogat, *ſervari præcipi*, neque nova deberi promulgari, verum, *promulgata* legis vim habere poſtulat. Convincitur Baronius affatim etiam ex antedictis, in quibus patet ex confeſſione ipſius Benedicti; ſe Otgario præcipiente, ſuam collectionem adornaſſe: illud quoque ex Pithœi præfatione obſervavimus, capitularia antiqua non habuiſſe titulum. Qui in Pithœi editione eſt, illum Joann. Tilius, ex non adeo vetuſto codice editioni ſuæ imperfectæ præfixit, quem etiam Pithœus retinuit. Non eſt animus contra Baronium multis hic excurrere, an capitula hæc Imperatorum & Regum Galliæ, quod ille volt, cum conſenſu & approbatione ſummi Pontificis ſcripta & promulgata ſint, hoc enim ad hiſtoriam, quam teximus, nil facit. Negant id Galli in hodiernum uſque diem. Dicit quidem Benedictus Levita in Præfatione ſua fuiſſe auctoritate Apoſtolica (ſic tum temporis ſedes Romana vocabatur) firmata, ſed & abſque iſta auctoritate valuiſſent. Verum hoc ideo Benedictus Levita, ſedi Romanæ addictus, ut ſupra quoque monitum, ſuæ Præfationi inſeruit, ut & ex hoc capite capitulis alibi auctoritatem conciliaret; deinde etiam obſervandum hac in re faciliorem fuiſſe Ludovicum Pium, ſub quo vixit Benedictus, quam Carulum ejus Patrem. Sed ut dixi, hæc fuit alterius loci. Habet multa huc facientia Nobiliſſimus Morœus in *Myſterio iniquitatis*, quod Baronio oppoſuit, quæ legiſſe non pœnitebit [25].

218. Antiqua capitularia M. S. carent titulo, & unde titulus hodiernus.

219. Baronius capitularia conſenſu & auctoritate Pontificum prodiiſſe multis conatur adſerere.

220. Iſidori Mercatoris collectio.

221. Elogium e Blondello.

Hoc eodem tempore, nempe ſæculo nono incipiente, in lucem prodiit Collectio Impoſtoris nequiſſimi, qui ſe Iſidori nomine tegere auſus fuit. De quo veriſſimum eſt elogium Magni Blondelli: *Erepſit*, inquit, *ante annos* 800. *e ſolo Ibérico, lumbricus neſcio quis* Iſidori Hiſpalenſis *larva tectus, qui veliſſimos ſacer, preticſiſſimos antiquorum avoir Epiſcoporum titulis appoſuit, ſempiternæ gloriæ, (ſi divina providentia pateretur) commendaret, ecclo propemodum ſeculorum decurrit ordo, tantiſper dum Latinorum omnium patientia abuteretur, excæcatiſque orbis oculis ſuis ſublimeret oſſuciis, ingenio hebes, vita turpis, exiſtimatione damnatus, impudentia atque audacia, ſuper quam dici poteſt, fretus, projectæ nequitiæ tabula*; & poſtea, vocat, *nebulonem perditiſſimum eorum omnium, qui ſcientiam ex conſcientiæ puritate æſtimant, cantero injuſtum*; & ejus collectionem, *mendaciorum mercem*. Collegit Impoſtor ille vel potius ſuppoſuit Pontificibus Romanis primis a Clemente uſque ad Siricium epiſtolas Decretales; cum vel unica compilatio Dionyſii, primi Decretalium & ſedulo conquiſitoris, demonſtret, ultra Siricii tempora eum nullas inveniſſe ab Epiſcopis Romanis ſcriptas. Similis audaciæ exemplum in omni antiquitate reperiri non memini; poſſet quidem comparari cum hoc nebulone, Joannes Annius Viterbienſis Monachus, qui *Beroſo* libros quinque antiquitatum, *Manethoni* ſupplementorum ad Beroſum librum unum, *Xenophonti* Æquivoca, *Fabio Pictori* de aureo ſeculo & origine urbis Romæ libros duos, *Myrſilo Lesbio* de bello pelaſgico librum, *M. Catoni* fragmenta de originibus, *Archilocho* librum de temporibus, *Antonino Pio Cæſari Auguſto* itinerarium, *C. Sempronio* de diviſione Italiæ librum, *Metaſthani* (Megaſtheni volebat dicere) de judicio temporum & annalium Perſarum librum, *Philoni* Breviarium de temporibus ſuppoſuit, & ſuppoſita commentariis illuſtravit; vide ſis de hac fraude præ multis aliis Amicum noſtrum Clariſſ. & Conſultiſſ. Dn. Vincent. Placcium, JC. in *Notis ad Joann. Rhodii auctores ſuppoſititios, quos præmiſit Syntagmati nuper edito de Scriptoribus anonymis & pſeudonymis, pag.* 12. *& ſeqq.* & multos ab eo ibidem citatos. Sed quanto periculoſius eſt errare in ſacris, quam in profanis; ita multo gravior in iis quoque eſt impoſtura & ſuppoſitio. Quare & multis paraſangis Iſidori illius ſuppoſititii fraudulentia præcellit illam Annii Viterbienſis, quia ejus fraus tantum circa hiſtoriam, Iſidori vero circa religionem, illius circa ethnicas, hujus vero circa Chriſtianas res occupata eſt. Epiſtolas autem decretales, ut vocant, ſuppoſuit nebulo ille ſequentibus Epiſcopis Romanis. *Clementi* quinque; *Anaceto* tres; *Evariſto* duas; *Alexandro* tres; *Sixto* duas; *Teleſphoro* unam; *Hygino* duas; *Pio* quatuor; *Aniceto* unam; *Soteri* duas; *Eleutherio* unam; *Victori* duas; *Zephirino* duas; *Calliſto* duas; *Urbano* unam; *Pontiano* duas; *Antero* unam; *Fabiano* tres; *Cornelio* duas; *Lucio* unam; *Stephano* duas; *Dionyſio* duas; *Felici* tres; *Eutychiano* duas; *Cajo* unam; *Marcellino* duas; *Marcello* duas; *Euſebio* tres; *Melchiadi* Epiſtolam unam, de primitiva Eccleſia, & Munificentia Conſtantini Magni Imperatoris erga eandem, dein quoque decretalem Epiſtolam unam. *Synodo Nicænæ* Epiſtolam ad Sylveſtrem Papam, & *Sylveſtri* reſcriptum ad eam; *Ægyptiis* ad Marcum Papam Epiſtolam, & *Marco* reſponſoriam ad eandem; *Julio* Epiſtolam unam; *Orientalibus* ad Julium unam, & *Julio* reſponſionem; *Liberio* Epiſtolam XII. *Athanaſio & Epiſcopis* Ægypti Epiſtolam ad Liberium, & *Liberio* reſponſoriam ad eam Epiſtolam. *Athanaſio & Ægyptiis* ad Felicem ſecundum Epiſtolam, & *Felici* ſecundo reſponſoriam, deinde eidem alteram quoque ſuppoſuit; *Damaſo* Pontifici Epiſtolam tertiam ad Hieronymum, & *Hieronymo* reſcriptionem; *Africano concilio* epiſtolam ad Damaſum, *Damaſo* reſponſoriam, quartam epiſtolam, eidem quintam de Chorepiſcopis, & ſeptimam ad Epiſcopos Italiæ. *Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo* ad Damaſum, & *Damaſo* reſcriptum; *Siricio* Papæ quartam Epiſtolam; *Anaſtaſio* Papæ duas; *Sixto III.* Epiſtolam tertiam; *Leoni* epiſtolam LXXXVIII. *Joanni primo* Epiſtolas duas; *Felici quarto* Epiſtolas duas; *Bonifacio ſecundo*, epiſtolam unam; *Juſtino & Juſtiniano* exemplar precum; *Joanni ſecundo* Epiſtolam unam; *Agapeto* Epiſtolam quintam; *Silverio* epiſtolam unam; *Amatori* Epiſtolam ad Silverium, & *Silverio* reſponſoriam ad eam, quæ eſt epiſtola ſecunda; *Pelagio primo* epiſtolam unam; *Joanni tertio* epiſtolam unam; *Benedicto primo* Epiſtolam decretalem; *Pelagio ſecundo* epiſtolam primam, ſecundam, octavam, nonam; *Gregorio Magno* privilegium Medardi Monaſterio collatum; *Felici Siciliæ Epiſcopo* Epiſtolam ad Gregorium Magnum; *Gregorioque Magno* reſcriptionem, quæ eſt lib. XII. epiſtol. 32. *Deuſdedit Papæ* Epiſtolam unam (26). Hæ ſunt merces im-

222. Quid ſuppoſuerit.

223. Quibus ſuppoſuerit Decretales Iſidorus.

(25) Quanti ſit facienda momenti auctoritas Morœi, quove ſpiritu hic hæreticus dum adverſus Baronium ſcribebat, raperetur, ſat Pariſienſis facultatis in eum edita cenſura in nota (8) præcedenti propoſita demonſtrat. W.

[26] De ſuppoſitis ab Iſidoro Mercatore Decretalibus Romanæ Eccleſiæ Prælatibus Van-Eſpen in tertia part. Commentarii in Jus novum canonicum ſect. 1. Diſſert. 1. conſulatur. W.

Impostoris, quas supposuit, & orbi pro genuinis veterum urbis Episcoporum epistolis impudenter obtrusit: quæ sunt quas, defendunt, collegisse Isidorum Hispalensem Episcopum; inter quos est Possevinus *in apparat. sacr.* parum tamen sibi constans, imo contrarius, utpote qui in verbo *Isidorus Hisp.* eum facit auctorem. In verbo *Burchardus*, contrariam sententiam tuetur, eos nempe *errare, qui hanc* (compilatorum canonum) *eandem S. Isidori Hispalensi tribuunt.* Nititur primo Possevinus hoc futili argumento, *quod multa verba, quæ in Præfatione collectionis hujus leguntur, extent in libro quinto etymologiarum Isidori Hispalens.* Quod argumentum fortius stringit pro contraria sententia, nisi velimus dicere Isidorum Hispalensem Hominem Doctum esse inanem blateronem, qui sine necessitate recoctam crambem bis lectoribus apponat. Tum etiam constat, libros etymologiarum non esse editos ab ipso Isidoro, sed a Braulione post mortem Isidori, teste Ildephonso, *ad finem libri Isidori de Viris illustribus*, & Braulione in *Catalogo operum ipsius Isidori*, qui ambo cum Isidoro vixerunt. Idem quoque colligi potest ex ipsius Isidori *Epistola ad Braulionem*, quæ libris originum est præfixa. Cum itaque post mortem demum Isidori editi sint libri etymologiarum, qui eos descripsit, id necessario debet post mortem ejus fecisse. Alterum argumentum Possevini adhuc futilius est: *quod non solum perantiquus sit hic Isidorus, qui Mercator dicitur, cujus collectio protenditur a canonibus Apostolorum usque ad concilium Hispalense secundum, habeturque in duobus codicibus Vaticanæ Bibliothecæ, & uno Monasterii Dominicani S. Mariæ supra Minervam; verum etiam quod eidem ipsi concilio Hispalensi interfuit, ac primas tenuit.* Præter enim illud, quod nulla vis concludens Logica huic argumento insit, illud perabsurdum imo impossibile est; quod collector ille Pseud-Isidorus, cum dicatur ad secundæ synodi Hispalensis tempora perduxisse collectionem, tamen faciat mentionem Gregorii secundi & tertii, item Zachariæ Pontificum Romanorum, eorumque epistolas laudet, qui omnes post annum DCC. post synodum Hispalensem secundam, & diu post mortem Isidori Hispalensis Episcopi vixerunt, utpote, quem qui longissime vitam ejus protendunt, mortuum dicunt anno 647. ut Vasæus *in Chronic.* vel anno 643. ut Rodericus Toletanus *lib.* 2. *Histor. c.* 18. vel anno 635. ut officium sanctorum Hispaniæ, quod sequitur Andr. Schottus, cujus est anonymus edita Bibliotheca Hispaniæ, *tom.* 2. *class.* 1. *pag.* 183. vel anno 636. quæ verior est sententia, Æra nimirum 674. Cinthila regnum ineunte, Heraclii Augusti anno 26. ut Redemptus Diaconus *de Obitu Isidori*, testis oculatus & Braulio, Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Episcopus, *in catalogo operum Isidori* Lucas Tudensis antistes *lib.* 3. *Chron.* & alii multi; Quod & probat Magnus Blondellus *in Pseudo-Isidori prolegomenis*, *cap.* 2. In quo tractatu tam plene hunc Isidorum ejusque commenta, item Fr. Turriani hominis, ad propugnanda apocrypha nati, apologiam pro istis decretalibus, seu potius nugis, refutavit, ut vix aliquid addi possit. De quo verissimum est elogium, quod ei scripsit Joann. Dalæus, *de Pseudepigraphis Apostolicis, lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 476. *Itaque*, sunt verba ejus, *nihil ad Gelasium quicquid bonus ille Zephyrinus in straminea sua epistola delirat. Quæcunque vero pro ea constituenda in hoc ipso opere attulit Turrianus, ea accurate dissolvit Doctissimus Blondellus noster; ipsamque & ceteras ejusdem commatis priorum urbis præsulum ad Siricium usque Latinas epistolas, ita plane, liquidoque demonstravit post a. D.* 800. *a nequissimo & imperitissimo Impostore fuisse confictas; ut ne ex ipsis quidem adversariis quisquam in eum totis his viginti annis, a quo scilicet ipsius liber lucem vidit, pro epistolis cerator surrexerit*: & postea pag. 493. *Neque nos necesse est in confodiendis istis Decretalibus immorari; quas eruditissimus Blondellus noster proprio ac singulari opere copiosissime atque accuratissime impugnavit, ac profligavit, sigillatim confutatis iis omnibus, quæ pro illis Turrianus totis quatuor verbosissimis libris attulerat; clarissimeque ostendit, eas omnes epistolas ex ejusdem Impostoris officina circa noni sæculi initia prodiisse.* Tertium, quo pugnat Possevinus, argumentum est, *Quod constans ferme fama per omnia tempora percrebuerit, auctorem collectionis ejus fuisse Isidorum Hispalensem. Hincmarus Rhemensis Archiep. in libro de synodis, Joann. Gerson, Trithemius testentur ab eodem Isidoro Librum Decretorum fuisse conscriptum*: Quartum vero argumentum ducit inde, *quod expurgatores atque emendatores Decreti ac Decretalium Gregorii decimi tertii Pont. Maximi jussu editarum, in hanc ipsam videntur satis liquido propendere sententiam, sicuti initio ante corpus decreti significarunt, quamobrem &* Collector *sive* Compilator, *est dictus.* Quibus addere poterat Possevinus Pighium *Hierarch. Eccles. lib.* 6. *c.* 6. Coccium *Thesauri Cathol. tom.* 1. *lib.* 7. *art.* 6. Bellarminum *de Roman. Pont. lib.* 2. *cap.* 14. Turrianum *pro* Stramineis *illis &* suppositittiis, *epistolis lib.* 5. *cap.* 23. Pamelium, *in Tertullian. de pudic. cap.* 1. si plus recentibus novisque testibus deferre & iis pugnare voluisset; quam ab oculatis Braulione & Ildephonso, qui cum ipso Isidoro vixerunt, ejusque operum catalogos reliquerunt, veritatem petere; qui nullibi collectionem hanc, aut ullam aliam ei adscribunt. Ex quibus affatim apparet, non fuisse hujus collectionis auctorem Isidorum Hispalensem antistitem, sed alium esse ab eo diversum, qui vel idem cum eo nomen habuit, vel ejus nomen per fraudem & falsi crimen adsumpsit & cognomine distinguitur; est autem illud in quibusdam libris, *Peccatoris*, quod ex facto in eum quadrat; vel ut alii libri manuscripti ferunt, *Mercatoris*; vid. Baron. *ad Martyrol.* 4. *Aprilis*; & Ant. August. *lib.* 1. *de emend. Grat. dial.* 6. *pag.* 101. *&* 102. *nostra editionis.* Prius illud adsumere potuisse conjicit Blondellus, quia sæpius exquisitis phrasibus peccata deploravisse pœnitentem Isidorum Hispalensem, cujus nomine se tegere voluit, compererat; vel quia alios id ex modestia epitheton in subscriptionibus suis addidisse legerat. Sic in concilio sexto Tolesano *Silva*; in septimo *Bosconias*, *Gotomarus*, *Farus*, *Suna*; duodecimo *Julianus* & *Liuba*, alii in aliis subscripserunt, quos forte imitari voluit; & quid ni nunc retineret homo peccator, qui tam multa peccavit, finxit, mentitus est, & alios decepit; cui ludus fuit Dei & hominum patientiam tentare? Mercatoris vero denominatio, unde proficiscatur, in obscuro est; fatente ipso Blondello; subnectit tamen, *l. c. Quidni Mercator dicatur, qui tot scorias coaquivivit, quas specioso titulorum augustiorum velamine circumtectas Christianis venales obtruderet, & callidiorum quos prisca tulit ætas fucum vota nuncupare o re sua duxisse videtur,* Sancta Laverna, da mihi fallere, da Sanctum justumque *videri*? Creditum fuit Hispanum fuisse & ex Hispania allatas has merces, quia Hispani Antistitis nomen habuit, vel adsumpsit. Sed hoc displicet Clarissimo Blondello, primum quia isto sæculo, nempe Caroli Magni Hispani durissimo barbarorum jugo pressi, si non oppressi fuerunt, ita ut de supponendis Canonibus, & Decretalibus non, sed magis de vita & quali quali cura Ecclesiæ atque exercitio religionis solliciti fuerint; Deinde, quia parce nimis Hispaniæ ejusque Provinciarum meminit, aut paucissimas decretales ad Hispanicas provincias commentus est, cum tamen plurimas ad Gallos Italosque dictatas mentiatur. Bis meminit tantum Hispaniæ,

224. Isidorus Hispalensis, ut a quibusdam dicitur, non est auctor hujus suppositionis.

225. Vocatur hic Isidorus Peccator vel Mercator in antiquibus libris.

226. Cujas fuerit suppositor ille.

nempe Pseudo-Sixtus II. *in Ep.* 2. & Pseudo-Melchiades; bis Beticæ, Pseudo-Anterus scilicet, & Pseudo-Eutychianus *epist.* 2. semel Cordubensis provinciæ, Pseudo-Dionysius nempe *epist.* 2. quod non credendum fecisse Hispanum, etiam de patriæ gloria ex Pseudepigraphis scriptoribus paranda sollicitus. Tertio, quia in turbulenta harum epistolarum congerie, multi Gallo Francorum & Longobardorum Idiotismi leguntur, Hispanorum vero, quales ex Eterii & Eulogii scriptis annotari possunt, a curiosis nulli. Conjicit itaque eum fuisse Germano Francum, vel Gallo Francum, idque primum ob sermonis barbari, & Idiotismorum affinitatem, quam habet cum scriptoribus temporum Caroli Magni, Stephani scilicet tertii & quarti, Adriani primi, Leonis tertii & successorum epistolis, Anastasii Bibliothecarii scriptis, Germano-Francicis sub Pipino, Carolo & Ludovico Pio congregatis conciliis, & Capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii, & Caroli Calvi libris. Deinde si spurcissimi sermonis vitia abessent, absurdissima illa commenta imperitissimum historiæ politiæque non modo primitivæ Ecclesiæ, sed etiam veteris Romanorum reipublicæ nebulonem produnt, non excedere eum Caroli Magni ætatem. In hunc censum refer priscorum Magistratuum conficta nomina. *Archiflamines, Protoflamines, primates legis seculi, primos leges, seculi Doctores.* vide sis Pseudo-Clementis *Epist.* 1. Item, *Primates, Archiepiscopos: Patriarchas etiam universales* in Ecclesia ante sæculum quartum ignotos; Huc quoque refer *appellationes* ex toto orbe ad Romanum Episcopum. Huc paradoxa vix opinabilia. *Non licere populis, imo nulli fas esse Episcopos accusare; Concilia hæc sola rata esse, quæ Antistes Romanus rata habuerit; Licere quidem Metropolitis Episcoporum causas audire, at solius Papæ esse sententiam definitivam pronunciare.* Tertio, quoque videtur de patria conjectura duci posse, quod cum quinque Epistolas ad Hispanos tantum, ad Italos & Campanos octo, ad Ægyptios tres, ad Afros & Maulos duas, ad Orientales quinque, ad Gallos Germanosque decem finxerit; ut exinde Galliam Veteribus urbis Episcopis charam forte ostenderet. Quartum argumentum Blondellus pro patria hujus nebulonis ducit, quod maleferiatus Impostor inter alia plurima, post annum 700. edita scripta, Bonifacii Moguntini Epistolam ad Ethibaldum Regem, post annum Domini 744. datam, & Cangith Abbatissæ Epist. aliam post annum 720. ad eundem Bonifacium scriptam defloravit. Quæ familiares epistolæ vix eo sæculo in Hispanorum, tam longe Moguntia dissitorum, nullum commercium cum iis habentium & vix animis trahentium manus venire: Germano vero Franci eas habere poterant, quia inter eos Bonifacius ab anno 719. usque 754. vixit. Quintum pro hac sententia adducit, quod primi omnium Moguntini, epistolarum harum Romanis Pontificibus suppositarum collectionem in medium protraxerint, & per totum orbem disseminaverint. Quod probat Præfatio Benedicti Levitæ, quam supra num. 196. retulimus, verba autem huc facientia, pag. 412. linea nona & sequentibus inveniuntur. Aliud hujus rei testimonium anonymi exhibuimus *numero marg.* 201. Quibus tertium adjungo ex Hincmari Rhemensis Archiepiscopi libro, adversus Hincmarum Laudunensem post annum 870. scripto cap. 24. hoc nimirum: *Quia forte putasti neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præter te habere, & idcirco talia libere te existimasti colligere, res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra: Sicut & de libro collectarum Epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculphus Moguntinus Episcopus, in hujusmodi, sicut & in capitulis Regiis studiosus* (alii monent in M. S. *curiosus* legi) *obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit.* Ex quibus testimoniis Blondellus concludit ex scriniis præsulum Moguntinorum promanasse primum & disseminatas esse hasce supposititias merces primorum urbis Episcoporum; sive Riculphi, qui anno 786. vel 787. ad Episcoparum venit, & obiit anno 814. vel 815. vid. Serrarii *Histor. rer. Magunt. lib.* 4. *pag.* 613. & *seqq.* sive, quod magis adhuc probat, aliorum, qui Riculpho supervixerunt arte conquisitas fuisse. Non obstante Hincmari testimonio, qui credidit sub Riculpho innotuisse, & eum ex Hispaniis allatas, in vulgus sparsisse. Quia adsunt argumenta, quæ suadeant Riculpho vel integram Pseudoisidori Mercatoris collectionem vel saltem epistolas aliquot, quales nunc habemus, incognitas fuisse. Argumenta hæc ipsius Blondelli verbis proferemus. Ita ille „ *loc. cit. cap.* 5. *pag.* 22. Porro ne quis vel Pseudo-Isidorianæ compilationis, vel Epistolarum omnium, quas hodie farrago illa complectitur, sive auctorem, „ sive collectorem Ricolphum fuisse suspicetur, quod post Hincmarum alii crediderunt; clarissimo, „ & quod arte nulla elui queat argumento, fieri id non posse probamus: Quod scilicet, cum ab„ surditate non careat Ricolphum anno Domini 814. vita functum, Centones ex scriptis totis quatuor„ decim annis post editis consarcinatos, vel fareivisse vel novisse Epistolas quasdam, verbi causa, „ Pseudo-Urbani & Pseudo Joannis 3. in quibus Concilii Parisiis sub Luduvico Pio A. D. 829. * coa„ cti, sententiæ ad verbum leguntur; vel penitus, vel quales hodie sunt, ignotas Ricolpho fuisse „ nemo jure dubitare possit“. Et quibusdam interjectis: „ Id etiam obiter moneo, de secunda Pseudo-Joan„ nis primi Epistula dici posse, eandem ejus ac epistolarum Pseudo-Urbani & Pseudo-Joannis tertii rationem „ esse debere, quandoquidem in ea notari possunt imitationes quædam phraseon, quibus usus est Jonas „ Aurelianensis in epistola ad Carolum Calvum, quem regnare cœpisse anno ** a Ricolphi obitu 25. „ nemo negaverit: idem forte in aliis Epistolis alii observaturi sunt “. Ex quibus cum pateat, post

227. *Benedictus Levita suspectus de supposititiis vel collectis epistolis.* obitum Riculphi oportere factam esse collectionem Pseudo-Isidorianam, (nisi velimus dicere, quod sæpe in ejusmodi collectionibus factum videmus, eam tempore crevisse & auctam esse) suspicio maxima cadit in Benedictum Levitam, de quo supra dictum, eum tres Capitularis Caroli & Ludovici Impp. libros posteriores collegisse; is enim primus epistolas secuit, & sine mentione titulorum in Capitulare Caroli M. & Ludovici Pii locavit; vid. *Capitular. lib.* 6. *cap.* 119. Accedit huic styli identitas in Epistolis supposititiis, & tribus posterioribus capitularium libris, item similis phrasium sordities periodorum inconcinna constructio; tum etiam, quod isto tempore Eulogii Frater Isidorus ex Hispania, conditione vitæ Mercator, exul inter Germano-Francos; & quidem Moguntiaci habitaverit, ex qua urbe prima disseminatio, si non etiam in ea fabricatio epistolarum facta; cujus vel

228. *Argumenta contra Epistolas, easque suppositas evincuntia.* nomine abuti eo inscio vel volente Benedictus potuit, quæ late exequitur, & conjecturam hanc illustrat Blondellus in sæpe laudatis *Prolegom. cap.* 6. *pag.* 28. & *seqq.* quam tamen Lectoris arbitrio permittit, ut quantum ei tribuendum sit, judicet. Quisquis sit tandem Auctor epistolarum, illas suppositas esse non tantum multa argumenta, verum etiam testes evincunt. Recte centuriatores Magdebur-

* *Annus Domini 829. est 15. a Ricolphi obitu, & 3. ab Aistulphi, qui Ricolpho successit dormitione.*
** *A. D. 839. obiit enim Ludovicus Pius 12. Kal. Julii hoc anno.*

burgenses *cent. 2. cap. 7. Materias*, inquiunt, *rerum, quas temporis status requirebat, citra controversiam, arguere, non esse epistolarum auctores Romanos illos primos Episcopos, cum de rebus & statu eorum temporum, ne unum quidem verbum habeant, nil de persecutionibus, nil de periculis Ecclesiæ, nihil de doctrina, de officio Episcopali, de cura gregis, de consolatione Martyrum, de refutatione hæreticorum &c. dicant*, & si quid adferant, *id cum controversiis & rebus sæculi hujus secundi non congruat*, veluti, *quæstio isthæc: an filius sit major patre, an filius solus habeat immortalitatem? quæ Arrii tempore agitata est, non vero sæculo secundo.* Quæ frustra conatur eludere Turrianus harum quisquiliarum defensor, de quo verissimum est Jo. Rainoldi Angli Doctissimi judicium, *tom. 1. Apochyphor. Franciscus Turrianus Jesuita quinque libris scriptis probare conatur, has epistolas esse scriptas ab Episcopis istis; sed ita impudenter, ut nullam credam opus unquam esse scriptum, quod potuerit Jesuiticæ impudentiæ insignius esse & luculentius documentum.* Deinde Consulum in fine epistolarum falsa & erronea consignatio, magnum suppositi partus argumentum præbet, ut Baronio non plures quam decem cum vera consulum annotatione, aut saltem quam ille sequitur, conveniant; vid. eum *ad annum 69. §. 35. & seqq. An. 80. §. 3. A. 103. §. 2. A. 121. §. 1. A. 142. §. 3. A. 158. §. 1. A. 167. §. 1. A. 175. §. 2.* & ad alios quoque sequentium Pontificum annos, quibus supponuntur epistolæ. Cujus causam confert Annalium Pater, quod mendosissimam libri Pontificalis chronologiam ubique ferre secutus fuerit suppositor istarum epistolarum. Tertio usus vulgatæ versionis tempus, quod ætatem Hieronymi sequitur, evincit. Quarto in omnibus epistolis idem elucet stylus, ex quo certo concludendum, non diversis temporibus, & quo quisque præsulum vixit, sed uno eodemque quisquilias has scriptas esse. Eadem quinto ubique barbaries, quæ nonum sæculum redolet, observari potest. Specimen præbeant hi flosculi. *Episcopi sunt obediendi, non detrahendi, sunt portandi & amandi.* Pseudo-Evarist. Epistol. 2. *Nocere aliquem* Pseudo-Victor. in Epist. *Loqui*, Pseudo-Callist. Epist. 2. *Tueri*, Pseudo-Sixtus I. Epist. 2. *Persequi* passive posita, Pseudo Alexandr. Epist. 2. *Malis alicujus particeps effici*, iterum Pseudo-Alexandr. Epist. 3. *Continentia literarum paternas disciplinas injuriare*, Pseudo-Marcellin. Ep. 2. *Charitative*, Pseudo-Stephanus. Ep. 2. *Potestative*, Pseudo-Felix Ep. 1. *Rigorosus*, item *se cavere*, Pseudo-Euseb. Epist. 1. Sexto ubique se prodit Impostor, quod alios auctores deflorет, qui sæculis aliquot, post eos vixerunt, quibus ipse Epistolas supposuit; Istiusmodi Antichronismata Blondellus in omnibus epistolis observat, *In prolegomenis Pseudo-Isidori cap. 13.* quod unicum sufficit ad extorquendam etiam ab invitis sententiam, esse coactas istas merces spurias *Mercatoris.* Nos, quia per omnes ire non possumus, unum tantum aut alterum exemplum recensebimus. Clemens Romanus sedisse dicitur ab anno Domini 93. ad annum 103. In Epistola prima ei supposita leguntur verba versionis Bibliorum per Hieronymum correctæ post A. D. 372. loci aliquot Recognitionum per Ruffinum post annum 386. latine redditarum; apostrophe Cyrilli Alexandrini adversus Theodorum Mopsuest. A. D. 435. disputantis; Sententia e concilio Romano quinto sub Symmacho Papa congregato A. D. 503. petita; Caput quartum regulæ a Benedicto post A. D. 494. quo eremum adiit scriptæ; Initium expositionis symboli per Venantium Fortunatum circa A. D. 590. elucubratæ; Flosculi e Gregorii Moralibus in Jobum A. D. 591. editis, & ex Isidori Hispalensis sententiis post annum 600. collectis, excerpti. Hujus epistolæ quidem mentio & versio antiqua Ruffini extat, verum Impostor ille Decretalium ei appendicem adfinxit. Aliud exemplum ab Anacleto mutuo sumemus. Hic ab A. Domini 103. ad 112. in Episcopatu Romano fuisse fertur. Huic epistola supposita prima, Damasi ad Episcopos Illirici epistolam A. D. 369. datam; Ambrosiani de dignitate hominis libelli caput 33. Concilii tertii Carthaginensis A. D. 397. coacti caput 9. Versionem Bibliorum vulgatam & Psalterii versionem ex Hebræo Hieronymo Auctore circa A. D. 380. editam; Pseudo-Clementis epistolam primam Ruffino interprete circa Annum Dom. 380. Innocentii Epistolam secundam A. D. 494. scriptam; Leonis Ep. paulo ante A. D. 456. datam; Ennodii, quem ab anno 490. ad 521. floruisse constat, dictiones 8. 9. & 11. lib. 2. Epist. 14. 19. 22. lib. 4. Epist. 4. 8. 9. 19. 24. Aniani interpretationes editas A. D. 406. Histor. tripartitam circa annum D. 545. collectam. Canguih Abbatissæ Epistolam ad Bonifacium An. D. 721. scriptam; Bonifacii Moguntini Epistolam ad Ethibaldum Regem A. D. 745. datam, deflorat. Sic porro, per omnes Epistolas demonstrat Solertissimus Blondellus fontes, unde sumptæ & ἀντιχρονισμοὺς, quibus scatent epistulæ. His addere possumus septimo & illud argumentum, quod nemo veterum ex epistolis mutuatus sit sententias, & in sua scripta transtulerit, aut se transtulisse confiteatur, aut auctores citet harum epistolarum; quod certe non omissuri fuissent Patres religiosi alias veterum laudatores, si extitissent, aut si earum testimonio usi fuissent. Quod argumentum urgent quoque Centuriatores Magdeburgenses; *centur. 2. cap. 7. Auctoritate*, inquiunt, *Eusebii, Hieronymi, aliorumque testium excusari veteres urbis Antistites, ne Epistolarum, quibus apposita sunt ipsorum nomina auctores censeantur.* Nec tantum illorum nominatorum, sed omni auctoritate usque ad ann. 830. destituuntur; ad hoc enim usque tempus miseri illi Præsules, & pretiosissima hæc cimelia delituerunt; postea vero ab Antegiso abbate, forte eorum parente, aut collectore saltem obstetricio, Burchardo, Anselmo Lucensi, Ivone, tanquam utiles in officinas suas decretales merces, sine ullo judicio & inquisitione admissæ sunt, & laudatæ; Ab anno 830. quinam eas laudarint & citarint diligenter collegit Blondellus in sæpe laudatis *Prolegom. cap.* 18. in cujus fine etiam recenset ex protestantibus quosdam, qui per Isidorum hunc subdolum Mercatorem decepti sunt, nempe Bezam, qui *adversus Saravium cap.* 24. citat epistolas de Chorepiscopis Damasi & Leonis nomine scriptas; Fr. Junium *advers. Bellarmin. de Pontif. Rom.* qui Clementinam primam & Joann. Rainoldum *Censura Apocryph.* qui Joannis primi epistolam primam laudat, posteriorem vero Magdeburgenses *centur. 6. cap.* 15. Defendit sæculi superioris anno 73. emisso tractu Fr. Turrianus Jesuita, contra Magdeburgenses Centuriatores, eas, quæ Clementi, Anacleto, Evaristo, Alexandro, Sixto, Telesphoro, Hygino, Pio, Aniceto, Soteri, Eleutherio, Victori & Zepherino afflictæ sunt, cæteras indefensas reliquit. Hunc ita excepit Doctissimus Blondellus, quod jam occupatum est, ut nemo hactenus Turriani defensionem suscipere ausus fuerit; nec tantum Turriani istas, sed & alias, quas antiquissimorum Urbis Episcoporum nomine vulgavit Mercator Isidorus, demonstravit spurias & suppositas esse. Varia præterea argumenta contra has Epistolas & Pseudo-Isidorianam collectionem suggerere possent *canones illi Isagogici ad criticam Ecclesiasticam*, quos nuper clarissimus & acutissimus Theologus & Historicus, *Fridericus Spanhemius*, Magni Spanhemii patrissans Filius, in celeberrimo Leidensi Lyceu Professor, quem honoris causa hic nomino, elegantissimæ suæ

in-

introductioni ad historiam & antiquitates Ecclesiasticas, majoris operis prodromo, (quod utinam publice promissum, publice hic interpellatus, monitus & rogatus bono reipublicæ literariæ repræsentaret) subjunxit; si ad eos Pseud-Isidori suppositos partus examinare vellemus; aut si cordatus quispiam de nostris harum in rerum dubitarent amplius. Itaque missis argumentis ad testimonia dignum tantum intendimus, quæ idem cum argumentis figmentum convincunt. Non desunt testes antiqui, nec recentiores.

229. Testes Isidori Mercatoris collectionem suspectam habentes, recusantes, & damnantes.

Codex canonum Ecclesiæ Romanæ vetus, de quo supra multis actum, qui tredecim tantum Pontificum Epistolas agnoscit, Siricii nempe, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cælestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Gelasii, Anastasii secundi, Symmachi, Hormisdæ & Gregorii junioris, affatim testatur, & evincit antiquiores decretales non fuisse receptas, aut notas; quas etiam tantum probat Leo IV. qui A. D. 847. ad Episcopatum pervenit, nisi quod Silvestri meminerit, Bonifacium & Anastasium omiserit, aut eorum oblitus, aut descriptorum incuria peccatum sit, *c. De libellis. dist.* 20. Hoc argumentum urgebant Episcopi Galliæ circa annum 865. qui idcirco Isidori suppositam collectionem pro canonibus admittere nolebant, *quia in toto Codicis canonum corpore non continebantur descriptæ.* Hincmarus Laudunensis, qui ex facilitate primo harum epistolarum testimonio usus fuit, postea cognito errore, earum auctoritatem destruere conatus est: Non enim tantum veris auctoribus restituit, quæ Pseud-Isidorus ex iis decerpserat, cap. 12. 2?. 25. 36. *in libro quinquaginta quinque capitum*, sed etiam docuit, epistolis esse canonibus receptis & sibi contrarias: *Scriptum est*, inquit, *in præfatis Epistolis, ut accusationes Episcoporum non recipiantur, & in eisdem habetur, qualiter recipiantur, & ut a suis ovibus Episcopi accusari non valeant: lib. 55. cap. 20. capit.* & paulo post: *In iisdem epistolis scriptum est, non debere vel posse synodum sine jussione, vel consensu Romani Pontificis: & sacri Niceni Canones dicunt: bene placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari.* Et quamquam in d. c. conetur contradictionem excusare distinctione temporum, rerum & caussarum, attamen apud Flodoardum *lib. 3. c. 22.* diserte asserit, ab Hincmaro Laudunensi *collectas sententias inter se dissonas & contra Evangelicam & Apostolicam atque Canonicam & Apostolicæ sedis auctoritatem immixtas*; & cap. 24. lib. 55. capitum, observat ipsum Collectorem seu Impostorem hasce epistolas reliquis decretalibus æquiparare non fuisse ausum: *Differentiam quoque*, inquit, *inter Epistolas, quas collegit, & sacros canones, ex verbis B. Gelasii, quibus & sua verba interposuit, fecit.* Nicolaus quoque primus, qui Gallicis Episcopis occurrere studuit, consulto tamen abstinet, citans Clementis epistulam 1. a Lacinia Pseudo-Isidori, ut & a ceteris Clementis, Anacleti, & aliorum suppositis epistolis; quod & odoratus est Baronius, qui hæc notat *ad an. D.* 865. §. 7. *Ab ipsa quidem Isidori*, inquit, *Collectione consulto visus abstinuisse, quippe cum in his controversiis frequens esset, in quibus de appellatione ad sedem Apostolicam ageretur, & ex illis epistolis multiplicia suppeterent, eademque fortissima testimonia sanctissimorum Pontificum eorundemque Martyrum, quorum summa auctoritas in Ecclesia esse posset; abstinuit tamen ab illis penitus, quas saltem dubias intellexisse, non dubium sit; illis tantum usus, de quibus nunquam in Ecclesia Dei fuerat dubitatum, quod illis adventitiis & recens inventis, non egeret Ecclesia, cum eadem ex Germanis, sinceris, omnino legitimis securis, certisque, Romanorum Pontificum Epistolis abundantur, accipere licuisset.* Post hæc tempora invalescente potentia Romana, invaluit quoque auctoritas; ut ad sæculum decimum quintum vix duo inveniantur, qui se Pseudo-Isidorianis commentis opposuerint, nempe Marsilius Patavin. qui claruit anno 1324. *defens. pacis, de re Imperatoria & Pontificia, cap. 27. part. 2.* & Gobelinus *in Cosmidromio.* Post hæc tempora crebra contra subdolas Pseudo-Isidori merces disputatio; videatur Nicolaus de Cusa Cardinalis, *Concordia Catholica cap. 34. lib. 2. & libro 3. cap. 2.* scripsit, anno 1432. Henricus Kaltheysen *in Tractatu, an Imperium sit unquam a Romanis ad Græcos translatum*, a Centuriatoribus allegatus, obiit iste A. D. 1465. Post hos catervatim docti abjecerunt hæc figmenta, Jo. de Turrecremata Card. Erasmus, Driedo, Claud. Espencæus, Didac. Covarruvias, Gregor. Cassandr. *in defens. libelli de offic. viri pii.* Anton. Contius *in editione Corpor. Canonici*, qui in *c. 70. dist. 16.* quæ manum censorum Belgicorum effugerunt, hæc habet: *Multas supra in præfatione rationes addixi, quibus omnes Pontificum, qui Sylvestrum præcesserunt, decretales falsas esse manifeste ostendi.* Ipsa præfatio a censoribus suppressa est. Adde his Carol. Bovium Ostunens. Episcop. *in præfat. præmiss. constit. Pseudopost. a se in Latinum versis.* Bellarminus earum propugnator *lib. 2. de Pont. Roman. cap. 14.* hæc sibi tamen excidere passus est. *Aliquos errores in has Epistolas irrepsisse non negaverim, nec indubitatas esse affirmare audeam.* Baronii judicia in annalibus variis locis sunt dispersa; excerpta tamen & cuique epistolæ subjecta a Clarissimo Blondello, digitum intendo in locum prolixiorem. *Ad A. D.* 865. §. 5. & in *Notis ad Martyrol. ad 4. Avril.* Vide & Edmundum Richerium, *lib. de Eccles. & polit. potest.* ex nostris Molinæum in Vate *lib. 2. cap. ult. pag.* 129. & 132. Claud. Salmasium de Coma *pag. 186. & seq.* Dalæum *de jejunio & quadrages. lib. 3. c. 10. & 11. pag. 537. & lib. 4. c. 6. pag. 751. In Pseudepigraphis Apostol. lib. 3. cap. 2. pag. 427. & pag. 434. & 448. posteriori, 476. & seq.* 493. Jo. Rainold. *tom. 1. Apocryph.* Magnum Jacob. Usser. *de success. in Occid. Eccles. cap. 2. pag. 60. & 61.* Robb. Cocum passim *in censura.* Rivetum *in Critico sacro lib. 1. cap. 8.* Withakerum *de Pontifice Rom. controvers. 4. quæst. 5.* Jo. Gerhardum, *tom. 1. conf. cathol. lib. 1. part. 2. cap. 9.* Caspar. Zieglerum, *in dissert. de orig. & increm. jur. Can.* quam præmisit Lancelotti *Instit. jur. Can. §. 25. & seqq.* Agmen claudat elogium, Cardinalis Joann. Bonæ, quod de hac Collectione Pseudo Isidoriana edidit nuper *in liturgicis lib. 1. cap. 3. princ.* „ Allucinantur, *inquit*, Baronio Joseph Vicecomes, & Jo. Baptista Scortia, in suis *Tractatibus de sacrificio Missæ*, & Stephanus Durantus, *libro de ritibus Ecclesiæ*, atque alii recentiores, qui ut probent Missæ nomen Apostolicæ ætatis esse, & Christianæ religioni coævum, ex *Romanis Pontificibus primi & secundi sæculi* testimonia *nullius roboris* coacervant: dudum enim ab Eruditis observatum est illorum *Epistolas decretales usque ad Siricium supposititias esse*: a quodam Hispano sub nomine Isidori, quicunque ille fuerit sub finem septimi sæculi " (*imo octavi vel initio noni, & forte non ab Hispano, sed Germano-Franco aut Franco-Gallo, ut supra latius dictum est*) „ pia fraude " [*pace Card. Bonæ id liceat mutare in impiam impostura*] " & ex sententiis veterum canonum, legum etiam civilium & Sanctorum Patrum, qui quarto & quinto sæculo floruerunt, turpi anachronismo, eodemque fere stylo ac dicendi charactere, magna ex parte contextas; quas primum ex Hispania in Galliam detulit " (*non detulisse, dixit Hincmarus Remensis, ex quo id Cardinalis colligere forte potuit, sed delatas disseminasse, ut patet ex loco supra adducto*) „ labente octavo sæculo Riculphus Episcopus Moguntinus; & inde in alias Re-

„ gio-

,, giones disseminatæ, ac communiter receptæ sunt. Sed tandem *Impostura* detecta est, & Baronius de
,, his epistolis disserens anno 865. earum falsitatem agnoscit, & aperte fatetur, ne quis, *inquit*, ca-
,, lumniari possit, ab Ecclesia Romana aliquid hujusmodi commentum esse. Earum igitur testi-
,, moniis tanquam *falsis* & *inutilibus* rejectis, certiora ex veris & legitimis Pontificum ac Pa-
,, trum scriptis proferenda sunt ". Est hoc ingenuum Cardinalis testimonium, quod vel ex Blondello,
vel alio ejusdem Sectæ homine hausit, vel veritas extorsit. Aderta itaque affatim impostura improbis-
sima, totius hujus compilationis auctoritas concidit; quæ quid contineat ipse subdolus Impostor in præ-
fatione collectioni præmissa ostendit ,, In principio, *inquit*, hujus voluminis, qualiter concilium apud *230. Quid Pseudo-Isidori collectio contineat.*
,, nos celebratur, posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant.
,, Denique propter eorum auctoritatem cæteris conciliis præposuimus canones, qui dicuntur Apostolo
,, rum, licet a quibusdam Apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & Sancti Patres eorum
,, sententias synodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde qua-
,, rundam epistolarum decreta Virorum Apostolicorum interseruimus, id est Clementis, Anacleti,
,, Evaristi & cæterorum Apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas, usque ad Silve-
,, strum Papam. Postmodum vero Nicænam Synodum constituimus, propter auctoritatem ejusdem ma-
,, gni concilii, deinceps diversorum conciliorum Græcorum ac Latinorum, sive quæ ante seu quæ post-
,, modum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum, capitulis suis distincte sub hujus volumi-
,, nis aspectu locavimus; subjicientes etiam reliqua decreta Præsulum Romanorum usque ad San-
,, ctum Gregorium &c. " Vide sis *cap. Placuit*, *dist.* 16. in quod partem præfationis Pseudo-Isidoria-
næ conjecit Gratianus. Laudat M. S. suum codicem Justellus, in quo se protendit collectio usque
ad concilium Toletanum XII. quod celebratum anno 682. Inserti quoque sunt canones ab Hadriano
primo Papa Ingeltramno dati, de quibus supra. Doctissimus Justellus, *in Præfat. quam codici canonum*
Ecclesiæ universæ præfixit, de hac Isidori collectione dicit, eam privatam fuisse, usque ad Alexandrum *231. Auctoritas hujus collectionis.*
Papam Romanum, id est, annum 1061. ab eoque approbatam videri, ut Innocentius tertius *in episto-*
la ad Petrum Compostellanum tom. 2. concilior. testatur, cujus hæc verba refert: *Emeritense Concilium*
Authenticum esse multis rationibus adstruebat, tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui COR-
PUS CANONUM appellatur, quem Alexander Papa per interlocutionem authenticum approbavit. Sub-
dit dein Justellus ,, Nec enim dubium est, hoc loco *Corporis Canonum* nomine, collectionem Isidori
,, significari, quæ aucta multorum canonum accessione in nomen illud transiit, ut etiam Liber seu Cor-
,, pus canonum diceretur. Sic enim habet inscriptio in meo Codice M. S. *Incipit Liber qui appellatur*
,, *Corpus canonum.* Nisi quis existimet his verbis apud Innocentium Codicem canonum Ecclesiæ Hi-
,, spanicæ significari, cum Emeritense illud concilium in vulgatis Isidori codicibus nusquam reperiatur ".
Quæ sane certissima & evidentissima ratio est, non posse apud Innocentium intelligi Collectam cano-
num Isidori Mercatoris, cum in eo codice Emeritense concilium non legatur. Quæ causa forte est,
quare Justellus in curis secundis hæc omnia omiserit, *in Præfatione Codicis Canonum Ecclesiæ univer-*
sæ secundæ editionis, quam Filius præmisit *Bibliothecæ juris canonici veteris*; vide *tom.* 1. *pag.* 26. *&*
pag. 24. *fine & seq. initio*, ubi satis clare Justellus refert Innocentii verba ad Codicem Hispanicum
specialem, non vero ad Pseudo Isidori collectionem. Usus vero est Pseudo-Isidorus versione canonum
antiqua, non Dionysii Exigui, nec Martini Bracharensis, ut testatur editio conciliorum Coloniensis. *232. Qua versione usus sit Isidorus in sua collectione.*
Scopus quis hujus collectionis fuerit, iisdem defensionis Turriani, ex iis, quæ hactenus disputata sunt,
affatim patet: huic nempe fini epistolæ effictæ sunt, ne deessent Ecclesiæ Romanæ, aut potius Pon- *233. Scopus collectionis Pseudo-Isidorianæ & defensionis Turrianicæ.*
tificibus Romanis antiquorum testimonia Episcoporum, potentiæ, eminentiæ & auctoritatis; item ut
stabilirentur & fulcirentur jura appellationum ex toto orbe ad sedem, ut illi vocant, Apostolicam.
Hoc enim argumentum tractant potissimum epistolæ, neglectis veris illorum sæculorum rebus, ut su-
pra observarunt Magdenburgenses; fatente vel ipso Baronio, adeo relato, qui *multiplica* exinde &
fortissima argumenta depromi posse dicit. Hæc forte causa, est cur Nicolaus primus Gallis persuadere
conetur, ut eas recipiant, quod detractabant, quia suspectæ videbantur, recentes, nec inter cæteras
decretales in codice canonum legerentur. Id caute tollere tentat Pontifex, ad is eam satis prolixe
disputantem apud Gratianum *cap. Si Romanorum, dist.* 19. Hæc quoque causa fuit, cur operosam suam *234. Defensio Turriani qualis.*
defensionem scriberet contra Magdenburgenses Turrianus, quasi res tota Romana staret & caderet cum
sublesta & suppositia hæc Pseudo-Isidori merce; Hanc in rem omnes ingenii nervos intendit, omnem
industriam impendit, ut per argumenta & figmenta auctoritas Epistolarum, magis tamen summi Pon-
tificis sarta & tecta maneret [27]. Hanc in rem etiam fingendi iterum novi testes, novi libri, qui
non prostant, neque forte prostiterunt, aut prostare possunt. Quales sunt *Eusebii Alexandrini* Ser- *235. Auctores a Turriano M. S. non extantes citati.*
mones lib. 1. pro Epistol. c. 21. & lib. 2. c. 6. & 12. & alibi. *Eusebius Cæsariensis* adversus Mar-
cellum lib. 5. cap. 7. *Hippolytus martyr. & Thebanus* lib. 2. cap. 18. *Magnes* adversus Theosthe-
nem, lib. 1. cap. 5. lib. 2. c. 3. & 13. lib. 4. cap. 7. *Theodotus Ancyranus*, lib. 2. cap. 14. *Seve-*
rianus Gabolonensis in 1. ad Corinthios, lib. 5. cap. 5. *Apollinaris* in Numeros, lib. 4. c. 14. *Leon-*
tius in Matthæum, lib. 4. cap. 10. *Eustratius Constantinopolitanus* de operatione animæ, lib. 4. c. 14.
Damascenus de jejuniis, & de communione corporis, lib. 5. cap. 8. & 18. lib. 4. cap. 1. *Theodorus*
Antiochenus, ille scilicet qui Mopsuestenam Ecclesiam rexit, lib. 2. cap. 20. lib. 4. cap. 8. & lib. 5.
cap. 6. *Theophanes* in Symphonia Veteris & Novi Testamenti, lib. 2. cap. 28. & lib. 4. c. 13. *Con-*
stantinus ἀπὸ σχολαστικῶν, lib. 1. cap. 28. *Photii*, Lexicon, quæstiones ad Amphilochium, Commen-
tarii in Epistolas, lib. 3. c. 11. & 12. lib. 5. cap. 18. lib. 2. cap. 13. lib. 4. c. 12. *Nilus* in Lu- *236. De Turriano elogia, & ejus errores historici.*
cam, lib. 5. cap. 6. *Pamphili* Canones, lib. 1. c. 25. Quæ excerpsit & observavit Blondellus in Pseu-
do-Isidoro & Turriano vapulante *in prolegom. sop.* 1. *pag.* 7. quibus subjungit sequens hoc elogium,
& specimina errorum: Plurimæ sane, *inquit*, lectionis, sed frontis perfrictissimæ, judicique tenuis-
si-

(27) Tametsi quæ ex Decretalibus suppositititiis argumenta nonnulli Catholicorum deprompserunt, ad aliquid circa fidem, vel Ecclesiæ disciplinam adstruendum, in præceps ruunt, haud proinde vel fidei doctrinam, vel supremam in Ecclesia universa auctoritatem Divo Petro, ejusque successoribus a Christo collatam defuturam catholici pertimescant, cum ex Divinis Literis utramque, & ex traditionibus, & praxi ipsimet Ecclesiæ coæva possint ostendere. W.

ſimi, homo *aſper & improbus ira*, gloriæ animal, Pyrgopolinices alter, qui Hincmarum Rhemenſis Eccleſiæ in Gallia Belgica Præſulem, lib. 1. cap. 15. & lib. 3. cap. 3. *Germanicæ nationis Epiſcopum* fuiſſe ſcribit; qui lib. 2. cap. 20. &c. infamem illum Theodorum, quem 126. poſt obitum annis quinta Synodus anathemate percuſſit, & lib. 2. c. 15. lib. 3. cap. 16. & 18. lib. 5. cap. 12. & 16. Sixti vel ſecundi vel tertii titulos invadentem ſcriptorem, Pelagianæ lepræ tabe fluentem, & nigro theta notatum teſtes laudat; Qui lib. 5. c. 10. Synodum Eliberitanam, quam A. D. 305. Marcello ſedente celebratam conſtat, ſub Silveſtro coactam vult; Qui lib. 2. c. 13. Theodoſium majorem A. D. 395. mortuum, Chryſoſtomi anno 407. defuncti reliquias Conſtantinopolim anno 438. tranſtuliſſe credit; Qui ibid. & c. 9. Lirinienſes Epiſcopatus in Gallia, Paſchaſios Romæ, lib. 5. c. 2. Euſebios Alexandriæ Epiſcopos, lib. 1. c. 21. &c. Pictavorum in Britannia reges, lib. 5. c. 19. & Eccleſiam ſive Garolitanam, lib. 5. c. 2. ſive Garopolitanam a canonicis regularibus, ad hanc uſque diem adminiſtratam in Sco ia comminiſcitur; Qui lib. 2. c. 13. & lib. 5. c. 24. Ruffinum primæ Clementinæ interpretem fuiſſe, modo ait, modo negat; Qui Victorem, lib. 5. c. 17. quem ad A. D. 203. perveniſſe volunt adverſarii, 230. amplius annis ante Synodum Nicænam A. D. 325. congregatam ſediſſe; Rabanum lib. 5. c. 19. A. D. 856. mortuum, ante annos 900. vixiſſe; Germanum, lib. 5. cap. eod. quem diem ultimum A. D. 730. clauſiſſe ſcribit Baronius, ante annos 900. obiiſſe; Henricum Kaltheyſen, lib. 5. c. 20. & 23. quem Papalis primum palatii Magiſtrum, deinde Nidroſienſi & Cæſarienſi Archiepiſcopatu auctum, & Baſilienſi concilio interfuiſſe docent Bernardus de Luxemburgo, in catal. hæret. [ubi vocatur *Inquiſitor hæretica pravitatis*, *Profeſſor ſacræ Theologiæ in celeberrima Colon. Academia*; qui orat. habuit coram Concil. Baſil. *de libera prædicatione verbi Dei*, adverſus Udabricum orphanorum presb. A. D. 1433. per tres dies hebdomadis pœnoſæ: de quo vide Bellarm. *de ſcript. Eccleſ.* & Poſſevin. *in apparatu*, & appendicem ad concil. Baſil.] *ignotum hominem*, & *annis ſexaginta*, Dominicæ æræ an. 1573. quo ſcripta eſt pro Decretalibus Epiſtolis defenſio, ſuperiorem fuiſſe opinatur. Quid memorem fœdos perpetuoſque lumiculoſi ſed φλυαρητοῦ Theologi paralogiſmos, & frequentia ἀνεγνώκατε jactabundi Critici, quem nihil præter novas Lectiones, manuſcriptos Codi-

237. *Quenam auctoritas Iſidorianæ collectioni deferenda.* ces, Bibliothecas, *Vaticanam*, *Florentinam*, *Sancti Marci*, *Cryptæ ferratæ*, cum incredibili antagoniſtarum, divinæque quam vel renitente conſcientia vellicat, veritatis contemptu, crepare audias. Cui elogio ſis adde ea, quæ habet Dalæus in *Pſeudepigraph. Apoſtolicis*, *pag.* 22. 417. 419. 690. *& ſeqq.* & ex dictis liquido concludas rogo, quantæ auctoritatis ſit collectio Pſeudo-Iſidoriana, & quid tot figmentis, quibus paſſim dogmata fidei ſtabiliuntur, ſit deferendum.

238. *Photius.* Vocat nos Ordo ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum, celeberrimi inter collectores & digeſtores Juris Canonici nominis. Fuit ille nobili protapia ortus; Protoſpatharius dignitate, ut refert Cedrenus, quæ dignitas magna, & inter magnificas numerata, Gloſſæ Baſilicorum, *illuſtres* interpretantur: Πρωτοσπαθάριος Codino dicitur ὅ τι ἦν μὲν τὸ παλαιὸν πρῶτος τῶν σπαθαρίων τεταγμένων, *Quod erat primas ſtationem Spathariorum*; σπαθάριος Cedreno eſt σωματοφύλαξ; videſis Jo. Meurſ. *in Gloſſario Græco Barbaro*, *pag. mihi* 463. & Jul. Cæſar. Bulenger *de imperio Roman. lib.* 8. *c.* 26. *pag.* 662. Imperatori a ſecretis interfuiſſe Photium; divitiis & ſcientia rerum ſecularium pollentem, & antiquis comparandum fuiſſe, dicit Nicetas. Zonaras eum appellat ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτοασηκρῆτις τότε τυγχάνοντα ἐν λόγοις ὀνομαστότατον: *Virum inſignem, primarium a ſecretis, tunc eruditionis nomine celebrem*, vixit ſub Imp. Michaele tertio & Ludovico ſecundo. Ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum pervenit anno 858. in locum Ignatii dejecti fraude Bardæ. Multæ ei lites cum Pontificibus Romanis fuere, quare durus in eum Baronius, qui ubique eum inſectatur & proſcindit, videantur ejus annales ab anno 858. uſque ad 886. quibus vita ejus & geſta ſunt incluſa

239. *Scripta ejus.* (28). Vir fuit multæ Lectionis, quod ejus Bibliotheca quam Μυριόβιβλον inſcripſit, ſatis demonſtrat. Bellarm. eum in *lib. de ſcript. Eccl.* vocat Virum *Magnæ eruditionis*. Sed addit, *majoris nequitiæ*, procul dubio ob lites, quas habuit cum Romanis Pontificibus. Defendit tamen eum contra Baronium & Bellarminum Richardus Montacutius, Epiſcopus Norvicenſis in Anglia; qui Epiſtolas ejus edidit Græce & Latine Londini an. 1651. in Bibliothecam ſeu Μυριόβιβλον retulit auctores omnes a ſe lectos & argumenta ſcriptionis, addidit etiam judicia. Fecit hoc opus rogatu Taraſii Fratris ſui, cum ab Imperatore miſſus eſſet legatus in Syriam, ut ipſe teſtatur in Præfatione. Edita eſt Bibliotheca Græce Auguſtæ vindelicorum A. 1600. Græce & Latine edidit & notis illuſtravit Andr. Schottus, Rotomachi, ſæculi hujus anno quinquageſimo tertio, cujus de Photio vide Prolegomena. Adſcribitur ei Etymologicum manuſcriptum Græcum, quod poſſidet Clariſſ. & Eruditiſſ. Marquardus Gudius, ut teſtatur, id allegans, Vir Nobiliſſ. & Clariſſ. Ezechiel Spanhemius, Sereniſſimorum Electorum Brandenburgici & Palatini Conſiliarius intimus, & in Unis, ut vocant, Reſidens, in elaboratiſſimis & politiſſimis diſſertationibus de uſu & præſtant. numiſmatum antiquorum; *editionis poſterioris Amſtelodamenſis*, *diſſert.* 4. *pag.* 358. Tribuitur quoque ei *Liber de Spiritus ſancti proceſſione*, & alius, quo probare nititur *Spiritum ſanctum a ſolo patre procedere*, quos M. S. citat Blondellus *in Johanna Papiſſa*, qui poſtea Londini ſunt editi. Sed hos Mareſius ſuſpectos habet, an ſint Photii, *in Johanna Papiſſa reſtituta*, *pag.* 47. apud quem & loca Blondelli vide *pag.* 45. De his, quæ ejus nomine laudavit Fr. Turrianus, Lexicon nempe, quæſtiones adverſus Amphilochium, & commentarios in Epiſtolas, ſupra dictum *num. marg.* 234. Ejus eſt quoque opuſculum de ſeptem ſynodis Œcumenicis, Græce & Latine

240. *Nomocanon.* editum in Bibliotheca Juris canonici veteris. Ad Inſtitutum noſtrum tantum facit ejus Nomocanon; qui eſt quaſi compendium aliquod ſeu qui continet elementa totius juris Canonici Græci, & tanti ſit

241. *Ex quibus Conciliorum & Patrum canonibus compilatus ſit.* a Græcis in omnibus collectionibus eum præmittere ſoleant, etiam ipſi Codici canonum. Diviſus eſt in quatuordecim titulos, & hi iterum in certa capita. Congeſſit in eum, ut docent prolegomena, nunc demum in Bibliotheca juris Canonici veteris vulgata, ſequentes canones conciliorum, Patriarcharum, Epiſcoporum & Patrum.

Canones, qui ſanctorum Apoſtolorum dicuntur, Clementis opera collecti LXXXV.

Synodi Nicænæ ſanctorum Patrum [*deeſt hic numerus, adde itaque CCCXVIII.*] Can. XX.

Sy-

(28) Obſervatio [47] in notas Maſtrichtii ad Dialogos Antonii Auguſtini videatur. W.

Synodi Ancyranæ canones XXV.
Syoodi Neocæſarienſis canones XIV.
Synodi Gangrenſis canones XX.
Synodi Antiochiæ in Syria can. XXV.
Synodi Laodicenæ Phrygiæ can. LIX.
Synodi Conſtantinopolitanæ Sanctorum Patrum centum & quiquaginta Canones VII.
Synodi Epheſinæ ſanctorum Patrum CC. canones VII.
Ejuſdem Synodi epiſtolam ad Pamphiliæ Epiſcopos.
Syoodi Chalcedonenſis DCXXX. ſanctorum Patrum canones XXVIII.
Synodi Sardicenſia canones XXI.
Synodi Carthagioenſis can. CXXXVIII.
Synodi Conſtantinopolitanæ can. I.
Synodi ſextæ canooes CII.
Synodi ſeptimæ canooes XXII.
Syoodi Conſtantinopolitanæ primæ & ſecundæ canones XVII.
Diooyſii Archiepiſcopi Alexandrini ex epiſtola ad regioam, canonea IV.
Petri Archiepiſcopi Alexandrioi & martyris ex oratione de pœnitentia, canones XIV.
Ejuſdem ex ſermone in Paſcha canooem I.
Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis epiſtolam canonicam.
Baſilii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ e tribus canonicis epiſtolis ad Amphilochium Iconii Epiſcopum, canones LXXXIV.
Ejuſdem ex alia epiſtola ad eundem Amphilochium Epiſcopum, canonem I.
Ejuſdem Epiſtolam canonicam ad Diodorum.
Ejuſdem Epiſtolam canonicam ad Diodorum.
Ejuſdem Epiſtolam canonicam ad Gregorium presbyterum.
Ejuſdem Epiſtolam canonicam ad Archiepiſcopos.
Ejuſdem Epiſtolam canonicam ad Epiſcopos ſibi ſubditos.
Ejuſdem ex his, quæ ad Amphilochium ſcripta ſunt de Spiritu ſancto.
Gregorii Epiſcopi Nyſſeni ex epiſtola canonica ad Letojum Melitenum Epiſcopum, can. VIII.
Timothei Archiepiſcopi Alexandrini veteris dicti ex interrogationibus & reſponſionibus ab eo ſcriptis, canones XV.
Theophili Archiepiſcopi Alexandrini allocutionem de ſancta Dei apparitione, quæ vulgo Epiphania dicitur.
Ejuſdem ex commentario propter Lycopolim Ægypti urbem facto, canones X.
Ejuſdem epiſtolam ad Aphyggium Epiſcopum.
Ejuſdem epiſtolam ad Agarium Epiſcopum.
Ejuſdem epiſtolam ad Menam Epiſcopum.
Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini ex epiſtola ad Domnum, canones III.
Ejuſdem ex epiſtola ad Epiſcopos Libyæ & Pentapolis, canones IV.
Geonadii ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſanctæque ſynodi cum eo congregatæ circularem epiſtolam ad omnes ſanctiſſimos Metropolitanos.
Primi Geonadii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani quædam.

His ſubiciuntur tum leges Imperatorum Eccleſiaſticæ, ad eoſdem titulos & capita pertinentes; Canones ſub titulis citantur tantummodo, non recitantur, leges vero citaotur & breviter recitantur. Compilationis rationem reddit ipſe Photius in prologo, qui diu deſideratus, tandem, ut dictum ex M. S. Bibliothecæ Oxonienſis, in lucem protractus eſt a Joſtello filio in *Bibl. jur. Can. veter.*; ex cujus fine collectum cognoſcimus Nomocanonem Anno Mundi, ſecundum Græcos, 6391. Is eſt æræ Chriſtianæ 883. Hunc commentariis illuſtravit Balſamo, ut infra dicemus, ubi de eo inter Interpretes Græcos juris Canonici diſſeremus. Latinæ Nomocanonis verſionea extant duæ; unam, quam Gentianus Hervetus, alteram, quam Henricus Agylæus elaboravit, quæ tantum Latine primo prodierunt ſine textu Græco, poſterior illa Agylæi duplici nomine præ illa Herveti commendanda, quia plenior, utpote quæ ex pleniore exemplari Græco facta eſt; deinde quia magis accedit ad ſtylum Juriſconſultorum. Primus Græce ex Codice Bibliothecæ Palatinæ edidit Chriſtophorus Juſtellus, anno 1615. poſtea Græce & Latioe editus eſt Nomocanon Pariſiis eum commentariis Balſamonis ex Typogr. Regia, & interpretatione Gentiani Herveti; Patris labores repetivit Filius Henr. Juſtellus in bibliotheca juris Canon. veteris, qui accuratiſſime Græce & Latine ex interpretatione Agylæi cum Commentariis Balſamonis edidit, additis diu deſideratis Photii prolegumenis ab Uſſerio & aliis ex Manuſcriptis citatis. Quid præſtiterit, illud cum ſuo ſocio, Guilielmo Voello in præſatione his verbis declarat; Photius *inter præclara ingenii ſui monumenta reliquit & hunc, quem tibi exhibemus, Nomocanonem, de quo cum multi eruditi & graviſſimi Viri quererentur, quod in præcedentibus editionibus infinitis propemodum mendis ſcateret, quod in multis etiam deficeret, ut quam plurima confuſe & interturbato ordine contineret, nec Latina cum Græcis ubique bene convenirent, tandem ad hoc præſtantiſſimum antiquitatis monumentum integrum Græce & Latine typis & prælo committendum nos accingimus. Itaque in hac editione pro exemplari ſumpſimus editionem, quam Juſtellus olim Lutetiæ emiſerat a Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ, quam cum alia ſubſequenti, quæ Lutetiæ etiam Græce & Latine edita eſt anno 1620. diligenter contulimus, & utrumque cum antiquiſſimis MSS. Bibliothecæ Eminentiſſimi Cardinalis Julii Mazarini, quos humaniſſimus Poterius hujus divitis & numeroſæ ſupellectilis promuſcondus nobiſcum lubentiſſime communicavit; ſicque illius beneficio opus illud inſigne ſanitati perfectæ, integritati priſtinæ, nativoque ſplendori reſtituimus. Græco textui addidimus Latinam tranſlationem, non eam, quam Gentianus Hervetus, ſed quam Henricus Agylæus olim elaboraverat; tum quod Agylæus meliori uſus eſt, & ampliori Codice Græco quam Hervetus: tum etiam quod Agylæi tranſlatio magis ad ſtylum, & genium juris peritorum accedit, in quorum potiſſimum gratiam novus hic a nobis ſuſceptus eſt labor. Ita tamen ut quæ in ea deficerent verſione nova ſupplerentur, quæ cum Græco non omnimode congruerent, emendarentur, mutatis etiam nonnullis, quæ*

242 *Quando compilatus.*

243. *Ejus diverſæ interpretationes.*

244. *Agylæi verſio melior.*

245. *Nova editio, quæ extat in bibliotheca juris canonici veteris commendata.*

246. *Codicis Dionysii Exigui accessiones usque ad Leonem IV. Papam.*

minus proprie in rebus Theologicis viderentur expressa. Hoc tempore aut usque ad hoc tempus videtur Codex Dionysii Exigui accepisse accessiones sequentium eum Episcoporum Romanorum, & dictis Patrum major auctoritas dari, canonica nimirum & decisoria, ut colligimus ea Epistola Leonis quarti, [qui sæculi noni anno quadragasimo septimo pervenit ad Pontificatum Romanum, & in eo fuit usque ad annum quinquagesimum quintum; ideoque Photio anterior, eique præmitti debuisset] ad Episcopos Britanniæ, relata a Gratiano, *in c. 1. dist.* 20. his verbis: *De libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum canonibus, quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones Apostolorum, Nicanorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinopol. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, & cum illis regula præsulum Romanorum, Sylvestri, Syricii, Innocentii, Zosimi, Calestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisda, Simplicii, & Gregorii junioris. Isti omnino sunt, & per quos judicant Episcopi, & per quos Episcopi simul judicantur, & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit insuetum negotium, quod minime possit per istos definiri: tunc si illorum, quorum meministis, dictu, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius magna voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (sive sit ille Episcopus, sive Clericus, sive Laicus) non indifferenter recipere convincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem nec sancta quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur.* Pudum posteriorum hujus capitia verborum & tantæ auctoritatis, Anselmum, Deusdedit Cardinalem, & Gregorium Presbyterum in Polycarpo, ideoque posteriora impia satis verba Leonis, ut monent quinque Correctores Romani in notis ad istud caput, ita legunt: *Qui eandem indifferenter non recipit, ipse se convincit minime Catholicam & Apostolicam fidem ad effectum sua retinere salutis.* Quæ sane tolerabiliora sunt, quam Leonis verba, comparantis Epistolas Paparum, aliquando non satis pias neque saluti necessarias, cum quatuor Evangeliis, quæ sane intolerabilis est audacia, & complementum eorum redolet, quæ Paulus Apostolus prædixit a. *Thessal.* 2. ℣. 4. (29) Sed ad rem. Apparet exinde Codici aut Collectioni decretalium prima a Dionysio Exiguo factæ, tempore Leonis quarti additas esse decretales Hilarii, Simplicii, Felicis, Symmachi, Hormisdæ & Gregorii junioris; quod bene in Editione Justelli est observatum, qui distinxit has collectiones in primam & secundam: primam incipit a Siricio usque ad Anastasium, octo Pontificum, quæ a Dionysio Exiguo facta est; secundam ab Hilario ad Gregorium juniorem, cui hic titulus præfixitur: Collectio II. Decretorum Pontificum Romanorum Ab Hilario Ad Gregorium II. Collectioni I. Dionysii Exigui Addita. Ex utraque putat Anton. Augustinus in Præfatione *ad antiquas Decretalium Collectiones* Codicem Romanum esse factum, & quidem eum, qui Moguntiæ primum est editus. An hæ accessiones contigerint simul & semel temporibus hujus Leonis quarti, an sub singulis Pontificibus factæ sint, illud conjectu difficile est. Ea collatione memorati capitis cum Codice Canonum Romanæ Ecclesiæ Moguntiæ & Parisiis edito, patet, quod supra quoque observavimus, esse verum, eosdem esse Codices, illum, qui a Leone quarto vel auctus vel probatus est, & illum, qui in memoratis locis typis descriptus est; nisi quod Leo mentionem faciat Sylvestri, cujus decretales non extant in codice canonum Ecclesiæ Romanæ, ejusque nomen vitio ex scriptoris in textum irrepsisse, ideoque expungendum esse, quia ea tempestate Sylvestri canones recepti non erant, docet Petrus de Marca, *De concordia Sacerdotii & Imper. lib. 3. c. 4.* Dein Bonifacii I. & Anastasii II. nomina sunt omissa vel incuria Leonis, vel descriptorum, tandem & Felicis decretales comparent in editione Parisiensi, pag. 507. item in secunda post primam Dionysii Exigui collectione, cujus etiam non fit mentio in Epistola Leonis quarti.

247. *Progressus ad sæculum XI.*

Post Leonem magis magisque literarum & scientiarum splendor decrescere, barbaries invalescere cœpit, ortaque sunt ista tempora & sæcula, quæ obscura, barbara, ferrea, merito dixeris. De quibus gravissimi Scriptores conqueruntur, quorum querelas nunc mittimus. Quievere itaque per sesqui, & quod excurrit sæculum Collectiones Juris. Orientales Photii Nomocanone, & Basilicis; Occidentales vero Codice canonum, & Capitularibus Caroli & Ludovici aliorumque Imperatorum contenti vivebant, usque ad sæculum undecimum & duodecimum, in quibus certatim iterum magno numero Collectores in canonum & juris Ecclesiastici studium incumbere ceperunt, tam in Oriente, quam in Occidente. Sæculi decimi initio celebre nomen habuit Regino natione Germanus, Monachus Benedictinus cœnobii Prumiensis in diœcesi Trevirensi. Cujus etiam Anno 892. ut ipse in Chronico testatur, factus est Abbas, in qua dignitate non diu perstitit, sed a Richario quodam calumniatore vexatus, & tandem de gradu dejectus est. Ipse Regino in Chronico promittit rei narrationem, sed vel fato præreptus, non addidit, quod innuere videtur ille, qui margini adscripsit illa: *Omissum est, quod dicere propesuit*; aut improba & invida manu, ne impia Richarii traductio & depulsio ad posteros manaret, recisum est. Quæ ipse de se Chronico inserui ad annum 892. hæc sunt: *Per id tempus Faraberius Abbas Prumiensis Cœnobii pastoralem curam sua sponte per concessionem Regis deposuit, & ego quamvis indignus secundum regularem auctoritatem per electionem Fratrum in regimine successi.* Detorbatus & regimine Abbatiæ, studiis incubuit, & Chronicon scripsit usque ad Ano. 908. ut ipse refert in proœmio, in opere vero Ann. 906. leguntur hæc; *Huc usque Regino. Hæc vero, quæ sequuntur a Monacho quopiam fortasse addita sunt.* Collegit ille ex Conciliis capitolaribus & aliis collectionibus libros duos de disciplina Ecclesiastica, quorum primus Clericos, secundus Laicos respicit. Titulus M. S. Vironensis est; *Libellus de disciplinis Ecclesiasticis & religione Christiana.* Clarissimus Joach. Hildebrandus, qui primus hos libros ex MS. Acad. Juliæ publicavit, titulum fecit: *Reginonis Prumiensis de disciplina Ecclesiastica veteris presertim Germaniæ, lib. II.* Prodiit prima editio Helmestadii, anno 1659. in cujus Præfatione, de hoc Auctore multa vide relata ab Hildebrando. Altera editio edita & notis illustrata est a Stephano Baluzio anno 1671. ad quam remittit Lectorem in Præfatione ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani §. 17. & nos remittimus eundem, multa enim ibidem egregia de hoc auctore observat Bellarminus; quia Romæ, nec in Bibliotheca Vaticana invenit hoc Reginonis opus non extare cre-

[29] Legatur observatio (47) in notas Mastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

credidit, *de script. eccles.* Chronicon ejus edidit primum Sebastianus a Rotenhau Eques auratus & JC. sæculi superioris anno XXI. Moguntiæ. Multum possunt hi libri conferre ad cognoscendam disciplinam Ecclesiasticam Germanorum, quia auctor Teuto fuit, quod observat quoque Hildebrandus in laudata statim præfatione. Primus sæculo XI. occurrit Burchardus, Wormatiensis Episcopus, patria Hassus, & primum Lobii Monachus & discipulus Olberti, Monachi Lobiensis & postea Abbatis Gemblacensis. *248. Burchardus Wormatiensis.* Ex Monacho factus est Burchardus Episcopus Wormatiensis, anno 96. noni sæculi, in quo sedit usque ad annum 1025. vel 1026. quo mortuus est. Hic, quia in *sua diœcesi canones & pœnitentium jura confusa, imo discrepantia videret, ut aut ex toto neglecta, aut omni pene auctoritate destituta, vel modice in Ecclesiastica disciplina instituti apparere potuerint*, ut ipse in Præfatione operis sui loquitur; rogatu Brunichonis præpositi Ecclesiæ Wormatiensis cœpit congerere & digerere jura Ecclesiastica, ad utilitatem suæ Ecclesiæ, ob negligentiam & inscitiam, ut ipse loquitur, sacerdotum; *249. Ad utilitatem suæ Ecclesiæ colligit decretorum lib. XX.* Fontes autem & partes sui operis, ipse recenset, *in fin. memoratæ Præfationis*: *Synodalia*, inquit, *præcepta, sanctaque instituta, tam ex sanctorum Patrum sententiis, quam ex canonicis scriptis adjutore Deo in unum fascem ex amplissimo orbe collegi: eaque, ut potui, uno veluti corpore connexa, viginti libris distinxi*; Et quibusdam interjectis: *Quantis autem hoc laboribus atque vigiliis præstiterim, Deus Optimus judicabit, quem quod pro nostra Ecclesiæ necessitate fecerim, non latet; Quare etiam si nostræ Provinciæ limites non exierit, nihil omnino ægre feremus, modo nostrorum ministrorum manibus teratur. Porro legentibus etiam id persuasum esse cupimus, nihil de meo in hoc opere additum esse, sed ex divinis testimoniis scripturarum*, (quænam hoc tempore hic & supra *divinæ scripturæ* & *canonica scripta* dicta fuerint, id proh dolor statim patebit) *singula esse decerpta, ea sane fide, ut perpetuam auctoritatem habitura non dubitem. Ex quibus autem scriptis selegerem, ordo sequens indicat*: *250. Fontes & Materia hujus collectionis.*

Ex Canonibus, qui Corpus canonum vocantur.
Ex Apostolorum Canone.
Ex transmarinis Conciliis. Intelligit Orientalia.
Ex Conciliis in Germania, Gallia, Hispania celebratis.
Ex Romanorum Pontificum Decretis.
Ex Evangeliis, Apostolicisque scripturis.
Ex Veteri Testamento.
Ex libris Sancti Gregorii. Ex Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Benedicto, Basilio Magno, Isidoro.
Hic tamen: non omnes enumerat Burchardus:
Ex pœnitentiali Romano.
Ex pœnitentiali Theodori.
Ex pœnitentiali Bedæ.

Distinxit Burchardus opus suum in libros viginti, quorum quilibet sua capita seu canones habet, quodlibet autem caput est tantum unius canonis; cuique tamen canoni titulus, seu summarium prænotatus legitur. Summam librorum hanc præmisit ipse Burchardus: *251. Summa librorum viginti Burchardi.*

Primus liber continet de potestate & primatu Apostolicæ sedis, Patriarcharum, cæterorumque primatuum, metropolitanorum, & de synodo celebranda, & vocatione ad synodum, De accusatis, & accusatoribus, & testibus, De expoliatis injuste, De judicibus ac de omni honore competenti, ac dignitate, & diverso negocio, & ministerio Episcoporum.

Secundus liber continet de congruenti dignitate, & diversa institutione, ac nutrimento vel qualitate vitæ, & diverso negocio, & ministerio presbyterorum & diaconorum, seu reliquorum ordinum ecclesiasticorum.

Tertius liber continet de divinarum domorum institutione, & cultu, & honore. De decimis, & oblationibus, & justitiis singulorum, & qui libri in sacro catalogo recipiantur, qui vero apochryphi, & quando apponendi sint.

Quartus liber continet sacramentum baptismatis, & ministerium baptizandorum, & baptizatorum, & consignandorum, & consignatorum.

Quintus liber continet de sacramento corporis & sanguinis domini, & de perceptione, & observatione eorum.

Sextus liber continet de homicidiis sponte & non sponte commissis, & de parricidiis, & de fratricidiis, & de illis, qui uxores legitimas, & seniores suos interficiunt, & de occisione ecclesiasticorum, & de observatione, & de pœnitentia singulorum.

Septimus liber continet de incesta copulatione consanguinitatis, & in quo geniculo fideles, & conjungi, & separari debeant, & de revocatione & de pœnitentia singulorum.

Octavus liber continet de viris ac fœminis Deo dicatis, & sacrum propositum transgredientibus, & de revocatione, & de pœnitentia eorum.

Nonus liber continet de virginibus & viduis non velatis, de raptoribus earum, & de separatione eorum, de conjunctione legitimorum connubiorum, de concubinis, & de transgressione & pœnitentia singulorum.

Decimus liber continet de incantatoribus, de auguribus, de divinis, de sortilegis, & de variis illusionibus Diaboli, & de maledicis, & de contentiosis, & de conspiratoribus, & de pœnitentia singulorum.

Undecimus liber continet de excommunicandis, & excommunicatis, de furibus, & de prædatoribus, & de præsumptione, & contemptu, & negligentia, & reconciliatione, & pœnitentia eorum.

Duodecimus liber continet de perjurio, & de pœnitentia ejus.

Tertiusdecimus liber continet de veneratione, & observatione sacri jejunii.

Quartusdecimus liber continet de crapula, & ebrietate, & de pœnitentia eorum.

Quintusdecimus liber continet de Imperatoribus, de Principibus, & de reliquis laicis, & de ministerio eorum.

Sextusdecimus liber continet de accusatoribus, de judicibus, de defensoribus, de falsis testibus, & de pœnitentia singulorum.

Septimusdecimus liber continet de fornicatione, & incestu diversi generis, & de pœnitentia utriusque sexus, & diversæ ætatis.

Octavusdecimus liber continet de visitatione, & pœnitentia, & reconciliatione infirmorum.

Nonusdecimus liber, qui corrector vocatur, continet correctiones corporum, & animarum medicinas, & docet unumquemque sacerdotem, etiam simplicem quomodo vel qualiter unicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine, pauperi, diviti, puero, juveni, seni, decrepito, sano, infirmo, in omni ætate, in utroque sexu.

Vigesimus liber speculationum vocatur; speculatur enim de providentia, & de prædestinatione divina, & de adventu Antichristi, de ejus operibus, de resurrectione, de die judicii, de infernalibus pœnis, de felicitate perpetuæ vitæ.

252. *Ubi & quibus auxiliatoribus decretorum libros compilaverit.* Ubi & quibus auxiliatoribus hoc opus Burchardus perfecerit, docet auctor *Anonymus*, qui post obitum ejus vitam scripsit, cum ipsius decretis editus: *Forestas sylva est*, inquit, *duobus milliaribus a Wormatia distans*, (Forestus ipse vocatur in confirmatione Conradi Regis Forehehe) *abietibus abundans, & hanc palus limosa ex una parte ambiendo circumcingit, in cujus medietate collis pulcherrimus consistit, ad quem vir Dei se transferri præcepit, & quia mundanos tumultus devitare voluit, arboribus fruticibusque succisis collem explanavit. Ibi quoque primum fecit oratorium, deta aliis officinis perfectis, cellam egregiam construxit. Illuc se post concilia regiaque colloquia, & post curam synodalem diversosque mundi strepitus receperat. Ibi quoque negotiis secularibus post tergum projectis, totis viribus in obsequia Dei studebat. Eodem quippe tempore in Collectario canonum in hac cella non modicum laboravit. Nam domino Walterio Spirensi Episcopo adjuvante, & Brunicone præposito exhortante & suggerente, canones in unum corpus collegit. Non pro alia arrogantia, sed, ut ipse dixit, quia canonum jura pœnitentiumque judicia in Episcopata suo omnino fuerant neglecta ac destructa, hoc vero corpus sive Collectarium distinxit, & in viginti libros distribuit.* Sigebertus in Chronico ad annum 1008. refert, *collaborante Magistro suo* Olberto Abbate, *Viro undiquaque doctissimo, magnum canonum Volumen edidisse*, & in libro *scr.pt. Eccles. cap.* 141. hæc de eo refert: *Burchardus Episcopus urbis Vangionum, quæ dicitur Wormatia, magnum canonum volumen,*
253. *Nomen Operis.* *quod a nomine ipsius BURCHARDUS denominatur, multo studio composuit; quod testimoniis omnium authenticorum conciliorum & decretis Romanorum Pontificum, & sententiis omnium pene Catholicorum Patrum auctorizavit; ex quo adhuc omnium conciliorum decreta auctorizantur.* Ea, quæ de auxilio Olberti in Chronico scripserat, confirmat in vita Olberti *de script. Eccles. cap.* 142. *Burchardus Episcopus Wormatiensis ejus Olberti magisterio ad hoc provectus, ut ita Ecclesiasticæ utilitati intenderet, & ejus* studio, ore, & manu *illud magnum canonum Volumen ad communem omnium utilitatem ederet.* Præter illud opus quidquam scripsisse, non inveni. Mortuus est Burchardus, ut videmus post vitam ejus notatum, anno 1024. vel 1025. Ultimum sequitur Miræus *in Biblioth. Ecclesiast. in scholiis ad caput* 141. *Sigeberti*, Baronius anno 1026. mortuum narrat, *vide eum ad istum annum.* In quæ tempora inciderit ejus vita, & quæ tum facies Ecclesiæ, quantaque morum corruptio fuerit, patet ex libro 19. in quo continentur quæstiones spurcissimæ etiam sequiori sexui proponendæ in confessione, quarum specimen exhibet Molinæus in Novitat. Papismi, *sexta contr. cap.* 5. (30). Ejus decretorum opus editum est primum Coloniæ Agrippinæ,
254. *Quid de hac collectione habendum.* anno 1548. quo ego usus sum, & iterum anno 1549. Parisiis. In Collectionem hanc quisquilias ex Isidoro Mercatore seu ejus suppositis epistolis plurimas retulit: quod indicium est, non magno judicio usum esse. Specimen exhibebunt sequentia exempla: Ex *Pseudo-Clementis epist.* 1. lib. 1. cap. 124. 125. 126. 127. 133. 137. & 155. lib. 2. cap. 94. lib. 6. cap. 28. lib. 14. cap. 16. *ex epist.* 2. lib. 3. cap. 216. lib. 5. cap. 11. & 14. *ex epist.* 3. lib. 2. cap. 93. lib. 3. cap. 59. lib. 4. cap. 15. *ex Pseudo-Anacleti prima*, lib. 1. cap. 4. 59. lib. 2. cap. 154. lib. 3. cap. 71. 77. lib. 11. cap. 18. *ex epist. secunda* lib. 1. cap. 1. & 15. lib. 2. cap. 5. *ex tertia* lib. 1. cap. 136. 152. 178. *ex Pseudo-Evaristi secunda* lib. 1. cap. 76. 99. 34. 40. lib. 11. cap. 9. *ex Pseudo-Sixti primi, secunda* lib. 3. cap. 214. *ex Pseudo-Alexandri prima* lib. 1. cap. 129. 130. 132. lib. 2. cap. 51. lib. 5. cap. 5. *ex Pseudo-Telesphori* epist. lib. 3. cap. 63. *ex Pseudo-Hygini priore* lib. 1. cap. 65. *ex Pseudo-Pii secunda* lib. 11. cap. 29. *ex Pseudo-Aniceto* lib. 1. cap. 28. 63. *ex Pseudo-Soteris epist. posteriore* lib. 3. c. 215. *ex Pseudo-Eleuthero* lib. 16. cap. 30. *ex Pseudo-Victoris priore* lib. 1. cap. 176. lib. 4. cap. 3. *ex Pseudo-Zephyrini priore* lib. 1. cap. 154. lib. 16. cap. 13. *ex posteriore* lib. 2. cap. 3. *ex Pseudo-Callisti priore* lib. 11. cap. 38. *ex posteriore* lib. 1. cap. 66. 80. 135. 171. lib. 3. cap. 49. lib. 7. cap. 1. lib. 10. cap. 64. Vide & lib. 9. cap. 7. *ex Pseudo-Urbano* lib. 3. cap. 3. 143. lib. 1. cap. 1. *ex Pseudo-Antero* lib. 1. cap. 77. lib. 4. cap. 66. *ex Pseudo-Fabiani secunda* lib. 1. cap. 147. 148. *ex tertia* lib. 1. cap. 183. lib. 2. cap. 10. *ex Pseudo-Cornelii secunda* lib. 1. cap. 193. lib. 12. cap. 12. 19. *ex Pseudo-Lucio* lib. 1. cap. 54. lib. 11. cap. 19. *ex Pseudo-Stephani priore* lib. 1. cap. 173. *ex posteriore* lib. 1. cap. 142. 161. 177. vide & lib. 16. cap. 19. *ex Pseudo-Sixti secundi posteriore* lib. 1. cap. 143. 192. *ex Pseudo-Dionysii secunda* lib. 3. cap. 43. *ex Pseudo-Felicis primi, prima* lib. 1. cap. 157. 169. lib. 16. cap. 11. *ex secunda* lib. 1. cap. 174. *ex Pseudo-Eutychiano* lib. 5. cap. 7. *ex Pseudo-Cajo* lib. 1. cap. 139. *ex Pseudo-Eusebii prima* lib. 1. cap. 138. 165. *ex secunda* lib. 11. cap. 25. 27. *ex tertia* lib. 4. cap. 63. *ex Pseudo-Melchiadis priore* lib. 3. cap. 2. 4. 5. *ex posteriore* lib. 1. cap. 2. lib. 1. cap. 61. *ex Pseudo-Marco* lib. 1. cap. 98. *ex Pseudo-Julii secunda* lib. 1. cap. 144. 170. & *ex prima* lib. 1. cap. 175. *ex Pseudo-Felicis secundi priore* lib. 1. c. 141. 163. 167. 180. 221. 222. lib. 16. cap. 11. *ex Pseudo-Damasi quinta* lib. 1. cap. 153. 156. 172. 179. lib. 16. cap. 31. *ex Pseudo-Anastasii priore* lib. 3. cap. 103. & *ex posteriore* lib. 19. cap. 149. *ex Pseudo-Felicis quarti secunda* lib. 3. cap. 57. 58. *ex Pseudo-Joannis secundi, priore* lib. 3. cap. 32. *ex Pseudo-Pelagii secundi, nona* lib. 3. cap. 69. *ex Pseudo-Gregorii epist. ad Felicem* lib. 7. cap. 19. *ex Pseudo-Deusdedit* lib. 17. cap. 44. Prætertea

(30) Quæstiones spurcissimæ etiam sequiori sexui proponendæ, ut arbitratur hoc loco Mastrichtius, quæ in antiquissimo codice Burchardi in Bibliotheca Illustrissimi Canonicorum Capituli Cathedralis Ecclesiæ Lucanæ asservato legi possunt, maximam indicant ea ætate, in Burchardi Diœcesi corruptionem morum extitisse inter fideles: Quæstiones tamen hujuscemodi non cuilibet pœnitenti sunsa proponendas tenemus pro certo; cum potius ea methodo scriptas opinemur a Burchardo, ut Sacerdotes, si aliquod ex illis peccatis audirent commissum, facilius pœnitentias pro quolibet eorum designatas in eodem libro, atque Pœnitentibus præscribendas possent memoriæ sibi commendare, easque pœnitentibus imponere. Verum id unum scimus Ecclesiam semper voluisse, ut pœnitentiæ Sacramentum, in quantum fieri potest, caste & sancte administretur, ut ex legibus hac de re editis fit palam. W.

terea multa alia congerit nescio unde hausta, quæ tribuit *Evaristo* lib. 3. cap. 17. lib. 18. cap. 16. *Alexandro* lib. 1. cap. 59. lib. 19. cap. 100. *Sixto* lib. 4. cap. 46. *Hygino* lib. 3. cap. 11. 21. 39. lib. 4. cap. 24. *Pio* lib. 3. cap. 72. 124. lib. 5. cap. 17. 47. lib. 6. cap. 37. lib. 8. cap. 18. lib. 12. cap. 4. 15. lib. 15. cap. 10. lib. 19. cap. 63. *Aniceto* lib. 5. cap. 29. *Soteri* lib. 3. cap. 73. 74. lib. 5. cap. 20. 44. lib. 12. cap. 18. *Zephyrino* lib. 8. cap. 40. *Callisto* lib. 18. cap. 2. *Fabiano* lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 17. 24. 25. 26. lib. 7. cap. 21. lib. 9. cap. 30. lib. 10. cap. 59. 60. lib. 12. cap. 40. lib. 12. cap. 8. *Eutychiano* lib. 1. cap. 01. 92. 93. 94. lib. 5. cap. 35. lib. 8. cap. 17. lib. 9. cap. 59. 60. lib. 11. cap. 30. lib. 11. cap. 14. lib. 14. cap. 2. 9. 10. lib. 19. cap. 105. *Marcello* lib. 3. cap. 139. *Eusebio* lib. 3. cap. 99. lib. 8. cap. 19. lib. 9. cap. 13. lib. 13. cap. 17. lib. 14. cap. 7. lib. 18. cap. 11. lib. 19. cap. 110. *Lucio* lib. 19. cap. 69. *Julio* lib. 2. cap. 127. lib. 3. cap. 1. 204. lib. 5. cap. 1. lib. 7. cap. 7. lib. 9. cap. 18. lib. 18. cap. 21. *Liberio* lib. 13. cap. 13. 14. 18. *Felici* lib. 1. cap. 51. lib. 16. cap. 5. lib. 19. cap. 62. *Damaso* lib. 1. cap. 25. *Bonifacio* lib. 1. cap. 73. 131. 184. 202. lib. 3. cap. 26. lib. 11. cap. 17. *Silverio* lib. 3. cap. 23. lib. 5. cap. 19. lib. 13. cap. 12. *Pelagio* lib. 12. cap. 9. Citavit etiam *Pseudo-Isidori præfationem* lib. 1. cap. 42. Quæ cum collegisset Doctissimus Blondellus, *in prolegomen. Pseudo-Isidori & Turriani vapulant. cap.* 18. in margine addit: *Scripsit* [Burchardus Wormatiensis Episcopus] *A. D.* 1008. teste *Sigeberto*, *obiit A. D.* 1026. *A Baronio & Bellarmino sanctus habetur, cui tot nugæ placuerunt.* Plura de vita ejus vide præter auctorem Anonymum supra citatum in vita ejus, apud Henricum Pantaleonem *de Viris illustrib. German. part.* 2. *pag. mihi* 46. *& seq.* qui an. 996. ad Episcopatum pervenisse, paulo post annum 1025. exactis fere XXX. annis in Episcopatu decessisse dicit.

255. Potentia Romana ad summum culmen sæculo XI. surrexit.

Hoc sæculo immensa illa potestas & auctoritas Pontificis Romani, & Mysterium illud iniquitatis ita stabilitum est, ut merito ad virilem ætatem adscendisse, neque ultra adsurgere potuisse, jure meritoque dici queat. Per octo fere & quod excurrit sæcula in eo desudatum est, sed hoc demum sæculo ad ἀκμὴν pervenit [31]. Sæculo secundo decurrente Victor Papa illud monstrum violenta disputatione de Paschate parturiit, eamque secundum suam suæque sedis sententiam decidi, aliisque præfracte obtrudere voluit. Sæculo quarto, adserto Metropolitanatu in Concilio Nicæno, Romano Italicarum, seu potius Suburbicariarum regionum Metropolitanatus adsertus est. Sæculo quinto Zosimus, Bonifacius I. & Cælestinus Controversiam de appellationibus ad sedem Romanam urserunt, & jura sibi adserere conati sunt in Ecclesias Africanas, ita ut & falsi canones pro Nicænis concilio Carthaginensi obtrusi fuerint; vide quæ supra disseruimus de Zosimi collectione *num. marg.* 67. *& seq.* Sed opposuit se synodus, appellationesque transmarinas & jura Pontificum Romanorum inhibuit. Sæculo sexto præcipue Gregorius Magnus cum Constantinopolitano de primatu contendit, quem fugere & abominari se simulabat. Sæculi septimi initio Bonifacius probata impietate Phocæ, ab eo primatum obtinet, manentibus tamen perpetuis imposterum disputationibus inter Romanos & Constantinopolitanos Episcopos (32). In Occidente vero feliciter successit primatus, & passim Ecclesiæ eum agnoverunt. Sed Principes, seu Imperatores Romano-Germanici, nimium potentes adhuc erant, Pontifices ipsos & Episcopos passim constituebant, vel approbabant, investiebant, & juramenta fidelitatis exigebant, quibus multos sibi obstringebant. Hoc itaque aboleri adhuc debebat, ut potentia Papalis etiam super solium Imperatoris adscendere posset:

256. Gregorius VII. alias Hildebrandus potentia Papalis stabilitur.

Illud hoc sæculo audacissime aggressus est Hildebrandus; qui natione Tuscus Soanensis, professione Monachus Cluniacensis, malis artibus, ut Benno Cardinalis & Archipresbyter Romanus testatur, ad Pontificatum maximum anno 1073. pervenit; cum antea sub aliquibus Pontificibus Papa fuisset, omnia jura Imperatorum invertit, & summam Episcopo Romano potentiam adseruit. Ipse sine consensu Imperat. ad Episcopatum venit, investituras laicales publicato decreto proscripsit & prohibuit, Imperatorem excommunicavit, & Imperio privavit, totam denique in republica Romano-Germanica mutationem induxit. Vide rem accurate excussam & traditam a Mornæo in mysterio iniquitatis (33); & perpende hæc Onuphrii Panvinii verba de eo, in vita ejus: *Huic uni*, inquit ille, *cum omnes*

[31] Omnes ubicunque Veterum Orthodoxi de primatu Summi Pontificis sancti Petri in Cathedra successoris divinitus instituto, & de fine, & de scopo exercendæ hujus summæ potestatis, ad religionis videlicet incrementum, & ad ædificationem Ecclesiæ consenserunt. Hinc e Romanis præsulibus ad quaslibet Christiani Orbis partes Legati, dum opus erat, mittebantur antiquioribus etiam Ecclesiæ temporibus, censurarum fulmina vibrabantur in Episcopos, & alios quoscunque, ordinationi Pontificis obedire renuentes, aliaque supremæ auctoritatis exercebantur officia, ut Thomassinus de veteri, & nova Ecclesiæ disciplina Part. 1. lib. 1. cap. 6. tradit, quin ullus catholicorum in dubium aliquando hanc Pontificis jurisdictionem revocaverit, quidquid in oppositum Mastrichtius, aliique garriant blasphemi reformatores. Hac de re videatur nota [a] ad cap. 1. libri 3. Francisci Duareni de Ecclesiast. Minist. & Benefic. W.

[32] Vafertima in Sanctissimos Victorem, Zosimum, Bonifacium, aliosque Pontifices Mastrichtii blasphemia Observat. (2) in notas ejusdem Mastrichtii ad Dialogos Augustini atque in nota (7) præcedenti satis rejecta est. Metropolitanus autem Romano Pontifici in Concilio Nicæno adversus quidem, sed non concessus fuit. W.

[33] Quam impias, quam blasphemas, sui teterrimi virus spirantes in sanctissimum Pontificem Gregorium VII. hoc in loco eructare Calvinianorum more conatur Mastrichtius! sed vincat veritas necesse est, sive negantem, sive contententem. Ad quatuor priorum Ecclesiæ sæculorum disciplinam, quam sæpe Reformatores, dum in Romani Pontificis auctoritatem arietant, nos provocare non desinunt; ecquor ad eamdem, ætatem, cum de Imperatorum jurisdictione circa Pontificum electionem disputare volunt, non revertuntur? Veritatem reformidant Heterodoxi, idcirco debacchari potius in sanctos catholicæ communionis viros, quam eorum gesta accurate disquirere malunt. Compertum itaque est primam omnium sæcularium Principum constitutionem, quæ Romani Pontificis electionem cum Imperatoris consensu faciendam præscribat, esse, quam Rex Odoacer statuit, atque in synodo Romana sub Symmacho Papa anno 502. lecta, eaque tanquam sacris canonibus contraria reprobata fuit, ut accuratiores Historici testantur; antea vero libera semper extitit electio Pontificum, quamadmodum in annalibus Italicis ad annum 526. celeberrimus Muratorius confitetur. A Theodorico tamen, & Athalarico Regibus jus aliquod in Pontificum electionem fuisse usurpatum, ac postea, cum aliqua tamen interruptione, servatum fuisse Ecclesiastica monumenta palam faciunt. Gregorius denique VII: primum canonum observantiam restituit, atque libertatem electionum, quibus jure divino concessæ erant, vindicavit. Legatur hac de re nota (16) ad cap. 1. lib. 3. Duareni de Ecclesiast. Minist. & Benefic. Quibus tandem ab-

omnes Latinæ Ecclesiæ, cum præcipue Romana acceptum referre debet, quod libera sit & ab Imperatorum manu eruta, quod tot divitiis, opibus, & prophana ditione locupletata; quod Regibus, Imperatoribus, Christianis Principibus sit præfecta: a quo postremo, ut omnia verbo uno complectar, maximus iste eximiusque status, in quo Ecclesia Romana est omnium Christianorum domina, cum antea tanquam vilis ancilla non ab Imperatoribus modo, sed a quovis principe Romani Imperatoris præsidiis fulta, premeretur: ab hoc maxime illius & omni seculo tremenda venerandaque Romani Pontificis & infinita pene potestatis jus manavit. Nam etsi ante Romani Pontifices, tanquam Religionis Christianæ capita, Christique Vicarii & Petri successores colerentur; non tamen eorum auctoritas ultra protendebatur, quam in fidei dogmatibus vel asserendis vel tuendis. Cæterum Imperatoribus suberant; ad eorum nutum omnia fiebant: ab eis creabantur: de eis judicare vel quicquam decernere non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII. armis Nortmannorum fretus, opibus Comitissæ Mathildis mulieris per Italiam potentissimæ confisus, discordiaque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammatus, præter majorum morem contempta Imperatoris auctoritate & potestate, cum summum Pontificatum obtinuisset, Cæsarem ipsum (a quo si non electus, saltem confirmatus fuerat) non dico excommunicare, sed etiam regno imperioque privare ausus est. Res ante ea secula inaudita. Nam fabulas, quæ de Arcadio, Anastasio & Leone Iconomacho circumferuntur, nihil moror. Unde Otho Frisingensis horum temporum Scriptor: Lego; inquit, & relego Romanorum Regum & Pontificum gesta, & nusquam invenio aliquem eorum ante hunc Henricum a Romano Pontifice excommunicatum vel regno privatum &c. Hoc regno & potestate stabilita, & leges seu canones ei congruentes fieri & cudi debuerunt, qui explosa simplicitate & humilitate Apostolica veteri, splendorem Imperii & vicarii Christi redolerent, & culmen illud potentiæ impostenum moderarentur & defenderent. Huic rei DICTATUS suos invenit Gregorius aptissimos nomine & omine ad finem obti-
257. *Ejus* **DICTATUS.** nendum quem intendebat; De his ita Onuphrius Panvinius *loc. cit. Gregorius in media quadragesima, inquit, Romæ in Basilica Lateranensi quæ Constantiniana appellatur, primo synodum generalem multorum Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum congregavit; in qua circa triginta edidit capitula, seu canones, quos* DICTATUS *appellavit: quorum major pars antea parum in usu fuerat, & a nemine prædecessorum suorum unquam attentata; verum ad firmissimum Ecclesiæ statum jaciendum, & ad omnia tentanda, quæ animo agitabat, idonea.* DICTATUS hi a Cæsare Baronio *in Annalibus ad annum 1076. num. 31. 32. & 33.* tanquam PRIVILEGIA APOSTOLICÆ SEDIS ET ROMANI PONTIFICIS memorantur; ubi de iis ipsius Gregorii septimi *lib. 2. Epistolam 55.* laudat, & ex iis *Dictatus* PAPÆ appellatos scribit. Eos tanquam ipsius Gregorii collectionem, in perpetuam Pontificiæ almipotentiæ stabilitæ monumentum subjicimus. Sunt autem viginti septem sequentes:

I. *Quod Romana Ecclesia a solo Domino sit fundata.*
II. *Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur universalis.*
III. *Quod ille solus possit deponere Episcopos vel reconciliare.*
IV. *Quod Legatus ejus omnibus Episcopis præsit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis possit dare.*
V. *Quod absentes Papa possit deponere.*
VI. *Quod cum excommunicatis ab illo, inter cætera nec in eadem domo debemus permanere.*
VII. *Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & e contra, divitem Episcopatum dividere, & inopes unire.*
VIII. *Quod solus possit uti Imperialibus insigniis.*
IX. *Quod solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur.*
X. *Quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur.*
XI. *Quod unicum est nomen in mundo, Papæ videlicet.*
XII. *Quod illi liceat Imperatores deponere.*
XIII. *Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.*
XIV. *Quod de omni Ecclesia quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.*
XV. *Quod ab illo ordinatus alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.*
XVI. *Quod nulla Synodus absque præcepto ejus debet Generalis vocari.*
XVII. *Quod nullum Capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur absque illius auctoritate.*
XVIII. *Quod sententia illius a nullo debeat retractari; & ipse omnium solus retractare possit.*
XIX. *Quod a nemine ipse judicari debeat.*
XX. *Quod nullus audeat condemnare Apostolicam Sedem appellantem.*
XXI. *Quod majores causæ cujuscunque Ecclesiæ ad eum referri debeant.*
XXII. *Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum Scriptura testante errabit.*
XXIII. *Quod Romanus Pontifex si canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus, testante sancto Ennodio Papiensi Episcopo, ei multis sanctis Patribus faventibus, sicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur.*
258. *Quare* DICTATUS *vocati.* XXIV. *Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.*
XXV. *Quod absque synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.*
XXVI. *Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ.*
259. *Ex dictatibus hisce crevit jus Canonicum & nomen adsumpsit juris.* XXVII. *Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.*

Quare hæc axiomata & egregia sedis Romanæ privilegia, quæ *a nemine Antecessorum attentata*, dixit supra Onuphrius, DICTATUS vocaverit Gregorius, illud non obscure ex ipsis dictatibus colligi potest. Dictaturam summum olim in Repub. Magistratum, & quidem non per sex menses, sed ad Julii Cæsaris exemplum perpetuo illi stabiliunt & defendunt; a Dictatura itaque recte DICTATUS appellantur.

Ex

artibus ad summum Pontificatum fuerit evectus Gregorius, quave ratione, quave justitia in Henricum Imperatorem exarserit, affatim nobis describunt, qui a percelebri Muratorio in Annalibus Italicis ad annum Christi 1073. & sequentibus nominantur Auctores, quibus satis Mastrichtii aliorumque Hereticorum calumniæ, atque mendacia in Sanctum Gregorium conspurata refelluntur. Nullius autem momenti facienda, quæ schismaticus, mendax, impiusque Pseudo-Cardinalis Benno ignorantia non minus, quam intolerabili petulantia contra Sanctum Gregorium evomuit. Mornæi tandem narrationes, & scripta, quo pretio sint habenda, superius in nota (8) ex Parisiensis facultatis Theologicæ judicio notum fecimus. W.

Ea iis in immensum crevit Jus Ecclesiasticum; nam cum appellationes omnes sibi Romana sedes, & cognitionem in causis Episcopalibus & aliis majoribus, solus Pontifex adsereret, jam non tantum canones circa dogmata & personas ritusque Ecclesiasticos, quæ antea fere objecta canonum erant, occupati; sed & de litibus & disceptationibus forensibus ordinandis & dirigendis solliciti fuerunt [34]. In tota Dionysii Exigui & aliorum antiquorum Collectionibus nil de litis contestatione, & simillibus aliis ad processum pertinentibus legitur; nunc vero magna pars Juris Canonici absolvitur, titulis, de officio & potestate Judicis ordinarii & delegati, de Treuga & pace, de pactis, de transactionibus, de postulando, de procuratoribus, de syndico, de his, quæ vi metuve facta sunt, de arbitris, de alienatione judicii mutandi causa facta, de foro competente, de libelli oblatione, de plus petitionibus, de causis possessionis & proprietatis, de missione in bonorum possessionem, de attentatis, de sequestratione possessionis, de testibus, fide instrumentorum, de præscriptionibus, de sententiis, de appellationibus, & similibus rubricis ad Jus Civile pertinentibus, ut hodie modus litigandi in jure Canonico præscriptus sit concinnior, perfectior, & accuratior, quam quidem ille, qui in jure civili est descriptus, ideoque passim receptum, eum pleraque tribunalia sequuntur (35). Quare nec immerito Canones ab hoc tempore nomen perdiderunt, atque *Juris* illud adsumpserunt; & ad differentiam *civilis*, prius nomen proprium & substantivum distinctionis gratia in appellativum & adjectivum *Canonici* commutatum est. Habuerunt quidem prisci Episcopi indulgentia Principum *audientiam*, seu notionem causarum quarundam inter eos, qui sponte ad eos irent, in eosque tanquam arbitros compromitterent, id pii Principes a temporibus Constantini videntur detulisse Episcopis, ut pacem inter Christianos foverent & redintegrarent; Jurisdictionem autem nullam habuerunt. Non moror hic leges tres supposititias de judicio Episcopali, quæ additæ sunt Codici Theodosiano; harum enim fucum ut & totius appendicis Codicis Theodosiani a Sirmundo editæ suppositionem Doctissimus & Solertissimus Jacobus Gothofredus, in elaboratissimis ad Codicem Theodosianum Notis & Commentariis, affatim & luculenter demonstravit *tom. VI. pag.* 303. *& seqq.* In hac per gratiam concessa audientia juxta Regulas Christianæ pietatis & sacræ scripturæ, item leges Imperatorum judicabant, non ipsi leges ferebant, nec forum habebant, aut cum strepitu judicii causas audiebant; ut totum hoc, quod habuerunt Episcopi, sit tantum indultum quoddam Imperatorum, ad resecandas & cito componendas lites. Videturque primum ex consuetudine non mala inter Christianos, sub Principibus Ethnicis invaluisse [occasionem dante Apostolo 1. *ad Cor.* vi.] ut clanculum ad Episcopos irent, qui controversias haberent; postea sub Principibus id esse firmatum, & ex gratia probatum, tandem ut exempla non subsistunt, ubi incipiunt, in jus conversum esse, sibique plura arrogasse & pedetentim extorsisse ab Imperatoribus Episcopos, potissimum Romanos; Qua de re aliorum latissimæ tractationes inspici possunt, quæ docent, quomodo audientia in jurisdictionem, voluntaria editio in necessitatem, arbitrium in legem transierit. Quod masculе promoverunt, hi *Dictatus* Gregorii septimi, ut non immerito Auctor Apologiæ Cleri Leodiensis dixerit, *ultimam manum sacris Canonibus imposuisse solum Hildebrandum*; qui si tantam, quantam sibi potestatem arrogavit, haberet, solus condendæ legis & juris potestatem sibi jure meritoque arrogaret; nec tum minus ejus Canones & Dictatus, quam civilia placita nomen CORPORIS JURIS, si Deo placet, ferre merentur. Ipsos dictatus examinare, ut non est nostri instituti, ita nec operis nostri ratio id patitur: facile alias esset adserere Onuphrii Panvinii sententiam; quod major pars eorum, imo omnes antea in usu non, sed recenter a Gregorio introducti fuerint. Aliquid præstitit hic Doctiss. Mornæus in *Mysterio iniquit. mihi pag.* 223. *Editionis Gorichem. anni* 1662. qui de ipso Gregorio, ejusque artibus, *p.* 226. *& seq.* videri potest. Sed vocat nos series ad alios Collectores.

Cum Gregorio septimo vixit Anselmus Mantuanus, quem Alexander II. ad Episcopatum Lucensem A. D. 1073. destinavit, & ob investituram ad Imperatorem miserat, a quo primum detrectavit accipere, postea vero accepit investituram & Episcopatum, sed relicto eo se in Cluniacense Monasterium abdidit, ex quo Gregorius septimus eum, tanquam causæ suæ utilem, revocavit, & Episcopatui Lucensi, siquidem fides habenda anonymo vitæ ejus scriptori, a Baronio laudato, præfecit. Ludov. Jacob. a S. Carolo, *lib.* 2. *Bibl. Pontif. pag.* 667. facit ex eo Cardinalem presbyterum. Hic causam Gregorii contra Henricum Imperatorem defendit, ideoque charus ei fuit. Scripta ejus refert Baronius ad *Ann.* 1086. quo mortuus est Anselmus, ex Anonymo illo vitæ ejus scriptore, qui ejus pœnitentiarius fuit, & quidem ipsius verbis: *Ex multis ac diversis sanctissimorum Patrum voluminibus unum compilavit Canonicarum sententiarum non modicum Corpus.* Extat illud ipsum integrum jam cusum. De quo ipso volumine in vita illa prolixius scripta hæc leguntur: *Apologeticum unum ex diversis sanctorum Patrum voluminibus compilavit, quibus Domini Papæ sententiam & universa ejus facta, atque præcepto canonicis defenderet rationibus. Multos libellos propriis manibus conscripsit. In lamentationes Hieremiæ dulcissimam fecit expositionem. Psalterium quoque rogatu benedictissimæ Dei* [ex quo famosa Fœminæ elogio, de

260. Anselmus Lucensis, quo tempore vixerit.

261. Scripta ejus.

[34] Miram in modum pravo genio reformatores adversus Romanæ Ecclesiæ Pontifices ferri se sinere ostendunt. Quandoquidem si quid ab illis bene gestum ab Historicis pluribus referatur, uno contradicente Mornæo, vel Launoio, vel Blondello, statim apocryphum, dubium, & falsum esse conclamitant: Si quid vero in Pontificum dedecus reperiatur conscriptum, id quicumque membranis consignaverit, esto Launoius, & qualiscunque vir alter contradixerit, verum nihilominus a reformatis prorsus habetur. Unde tanta de rebus judicandis diversitas, nisi ab animo male affecto atque præcipiti? Launojus igitur ipse, teste Natale Alexandro differt. 3. in Historiam sæculi undecimi, pernegat in Epistola ad magistrum Antonium Faurum Parisiensem doctorem dictatus illos viginti septem, genuinum esse Sancti Gregorii VII. fœtum, Launoii opinionem ipse Natalis tuetur. Videat modo Mastrichtius, videant Calviniani, quo valido fundamento in Sanctum Pontificem succenseant. Pontificum Tribunal, prout Pontificum est, de causis solummodo Ecclesiasticis disquirit, causas autem mere civiles nequaquam agnoscit. W.

[35] Solitam hic audimus Hæreticorum cantilenam dicteria videlicet, atque obtrectationes in ipsam canonicam legem, ut Ecclesiæ auctoritatem, vel deprimant, vel saltem irrideant. Explicatius quidem nostris hisce temporibus jus Canonicum intuemur, ut in ferendis judiciis de Ecclesiæ rebus & Personis fraudis a. vitentur, & ἀδικίαι. Ceterum Episcoporum ab antiquis Christianismi sæculis fuisse Ecclesiasticas dirimere lites atque sententias proferre satis in nota [a] ad cap. 4. lib. 1. Duareni de Ecclesiast. Minister. & Benefic. demonstratum est. W.

de ſcriptore hoc conjectura capi poteſt, quantum ei ſit deferendum] *Mathilde, expoſuit luculentiſſime breviter quidem, ſed utiliter, uſque ad illum locum: Benediximus vobis in nomine Domini; ibi ſiquidem expoſitionem finivit, nobiſque omnibus ut alter Patriarcha Jacob benedixit.* Apologia illa eſt ſcripta contra Guibertum, ut Baronius & alii vocant, Antipapam, qui ab Imperatore & ſynodo, Abdicato Gregorio ſuffectus erat. Extat in *tomo 6. Antiq. Lect.* Henr. Caniſii, vide, & Sigebertum *de Scriptorib. Eccleſ. cap.* 161. & ibid. Miræum *in ſcholiis Biblioth. Eccleſ. pag.* 156.

262. *Ejus Collectio Canonum.* Memorata hæc ejus Collectio canonum utramque fere paginam facit in emendatione Gratiani, juſſu Gregorii facta, & apud Anton. Auguſtinum, de emendat. Gratiani. Qui eam tamen in dubium videtur vocare, *lib. 2. dial. 5. princ. fere*, ubi hæc habet: *Deuſdedit Urbani ſecundi tempore ſcripſit, item Anſelmus Lucenſis, ſive is, cujus collectionem habemus*, & *Dial. 1. lib. 1. pag. 5. Anſelmi Lucenſis voluminis inſcriptionem ſine nomine ejuſdem in tribus libris legi: Unius eorum hoc eſt.* Incipit authentica & compendioſa collectio regularum & ſententiarum ſanctorum Patrum & auctorabilium Conciliorum. *Et poſtea pag. 7. Anſelmus hoc titulo*: Authentica collectio regularum ſive canonum: *collectiones ſuas vocat.* Ita enim ſolemus loqui, de eorum ſcriptis, de quibus dubitamus. In utrumque Opus Anſelmus retulit ſuppoſititias Epiſtolas Collectionis Iſidori Mercatoris. Libro I. adverſ. Guibertum Antipapam teſtes advocat Pſeudo-Clementem *Epiſt.* 3. Pſeudo-Pium *Epiſt.* 1. & Pſeudo-Fabianum *Epiſt.* 3. Lib. 2. Pſeudo-Callistum *Epiſt.* 1. Pſeudo-Stephanum *Epiſt.* 2. Pſeudo-Marcellinum, *Epiſt.* 2. In Collectionem Canonum omnes fere Pſeudo-Iſidori Epiſtolas in partes diſcerptas inſeruit. Verba ſunt Doctiſſ. Blondelli *in prolegomen. Pſeudo-Iſidori, cap.* 18. *pag.* 98. Epiſtolarum librum ad diverſos ei quoque adſcribit Bibliotheca Simleri. Ejus canonum collectionem antiquam editam eſſe ab A1000. Auguſtinus dicit Scottus *in Bibliotheca Hiſpan. pag.* 313.

263. *Ivo Carnutenſis.* Poſt Burchardum & Anſelmum ad colligendos canones, eodem ſæculo XI. præcipue, ſe accinxit Ivo, natione Gallus, ex præpoſito Monaſterii Quintini Belluacenſis, ordinis Canonicorum, ut vocant regularium B. Auguſtini, Epiſcopus Carnutenſis in Gallia, anno ſæculi undecimi XCII. uſque ad annum XIV. ſæculi duodecimi. Homo ſuo tempore clarus, & multis negotiis implicitus, ut quidem produnt epiſtolæ ejus, cujus fama ob id unicum, a Baronio *ad ann. D.* 1099. §. 8. Quod *de inveſtituris vetitis* (laicorum Regum & Principum nempe) *nimis obiecte loquatur*; a Baronio in diſcrimen vocatur, & *nomen Glorioſum, quod ex defenſione Apoſtolicæ ſedis & Catholicæ veritatis ſibi digniſſime comparaverat, in diſcrimen adduxiſſe* dicitur. Ita facile pereunt cuncta, quæ feciſti bona, etiam *nomen Glorioſum meritiſſime comparatum*, ſi vel literula, etiam

264. *Ejus ſcripta.* aliax ſecundum veritatem ſcripta, exciderit contra ſententiam Papæ Romani. Scripſit varia. Librum de corpore Domini, qui extat in bibliotheca Patrum, *tom.* 3. Volumen Epiſtolarum ad diverſos. De divinis & Eccleſiaſticis officiis & præcipuis Feſtis diebus Sermones XXI. qui cum aliis de divinis officiis Scriptoribus

265. *Canonum collectiones ejus nomen referentes.* uno volumine prodierunt Colon. Agrippinæ 1568. præter hæc, ad inſtitutum noſtrum facientia duo ſub ejus nomine habentur ſcripta, quibus canones colliguntur & digeruntur, *Decretum* & *Pannomia*. Primum Opus indubitato ab omnibus adſcribitur Ivoni; Ad id primum accenſus opere Burchardi Wormatienſis; quod ejus collectioni leges civiles & jura Romana, deinde alia quædam, ob novum, ut putat Berengarii

266. *Decretum.* hæreſin, potius veritatem, deeſſe cenſeret. Primam videbat factam a Græcis, apud quos Nomocanones in uſu, hactenus apud Occidentales ignoti, qui contenti canonibus Eccleſiaſticis, leges Imperatorias Eccleſiaſticas quidem ſequebantur, ſed Corpori Canonum aut Collectionibus nondum inſeruerant, aut ſufficere arbitrabantur Caroli & aliorum Capitularia, in quibus eæ ſimul habebantur. Burchardus enim Juris civilis non meminit, latebat enim adhuc ejus tempore. Codicis Theodoſiani ſemel iterumque facit mentionem. Ivo in omnibus fere ſequitur Burchardum, ab eo parum verbis & ordine diſcedit. Diſpeſcit decretum in libros ſeu partes decem & ſeptem; quorum non opus contenta referre, ex

267. *Pannomia.* ſuperioribus quæ de Burchardi collectione diximus, ſatis manifeſta eſſe poſſunt. Alterum opus ejus nomen referens, eſt *Pannomia*, vel *Panormia*, utroque enim modo legitur. Poſteriori appellatione utitur plerumque Anton. Auguſtinus paſſim in emendat. Gratiani. Alii melius *Pannomiam* vocant, ut tota compoſitio ſit Græca a πᾶν & νόμος; quia omnis generis leges complectitur, quæ in *Panormia* eſt partim Latina, quod tamen non eſt novum. Hoc opus Ivonis non eſſe, recte Bellarminus, *de ſcriptor. Eccleſ. in Ivone & Gratiano*, cenſet; *Quia multa lib. 8. ſunt decreta ex Innocentio ſecundo Papa, & ex hiſtoria Sigeberti, qui Ivone poſteriores fuerunt. Vocari tamen Ivonis, quia ex decreto Ivonis maxima ex parte ſit deſumptum, eſt enim quaſi compendium Decreti Ivonis.* Sedit autem Innocentius ſecundus, ab anno 1130. uſque ad 1143. Sigebertus vero Gemblacenſis mortuus eſt anno 1112. vide ſcholia Miræi ad Sigebertum, *in bibliothec. Eccleſiaſt. pag.* 158.

268. *Error Contii duplex.* Cavendus itaque error Antonii Contii duplex. Unus quod utriuſque operis facit auctorem Ivonem, alter quod utrumque opus ſcripſiſſe tradat circa annum Chriſti 1136., quo tempore jam per viginti præter annos Ivo ex vivis exceſſerat, ſi credendum Baronio, qui ad ann. 1114. §. 14. circa ann. 1114. mortuum conjicit, aut ſaltem tempora Paſchalis ſecundi Pontificis non exceſſiſſe probat, qui anno 1118. mortuus eſt: quia in Catalogo Epiſcoporum Carnutenſium ab hoc tempore alius invenitur Gothofredus quidam, ad quem extant quædam Epiſtolæ Bernardi. Quam Baronii conjecturam poſtea comperi firmatam ab Auctore Magni Chronici Belgici, cujus auctor perhibetur Canonicus quidam Regularis S. Auguſtini prope Nuſſiam, qui expreſſit Annum Obitus Ivonis, eumque ponit in Annum X Henrici V. Imperat. quem Patri Henrico ſucceſſiſſe ſcribit Anno 1107., ut Mors Ivonis in Annum 1117. collocanda ſit; citat ille Wernerum *in faſciculo temporum Auctorem*, verba ejus adfero *in addendis ad num.* 267. *pag.* 311. *lin.* 13. Ex quibus apparet Ivonem noſtrum cum Sigeberto vixiſſe, & aliquot annos ſupervixiſſe, Innocentio autem ſecundo poſteriorem & falſum fuiſſe Bellarminum, qui utrumque Sigebertum & Innocentium ſecundum Ivoni poſteriorem facit; Quod ideo forte fecit, ut eo melius poſſet ſemel probatos *lib. 2. de Pont. Rom. c.* 29. *lib.* 1. *de Cleric. c.* 9. & *lib.* 1. *de translat. Imp. cap.* 13. canones 22. & 23. *diſt.* 63. apud Gratianum, falſo falſitatis arguere, & tanquam a Sigeberto confictos, monitus in *retractatione Operum* & *lib. de Scriptoribus Eccleſ.* rejicere: quos tamen vindicarunt præter M. Ant. de Dominix *lib. 6. de rep. Eccleſ. cap.* 7. operoſe Goldaſtus, in *Rationali ad conſtitut. Imper.* & *in replicat. cap.* 13. Item Clariſſimus Conring. *de Germanor. Imper. Roman. cap. 6. & de conſtitut. Epiſcop* §. 27. & 28. Anton. Auguſtinus quamquam non obſcure abdicet Pannomiam Ivoni, putat tamen Innocentii addita eſſe Pannomiæ non partem operis facere. Sed eſt hæc tantum conjectura ejus, ut ex his *lib. 2. dia-*

lo-

loge 5. *princ.* colligi potest. C. *Apud Ivonem extrema Panormia Innocentii minoris verba referuntur, quo Callisto posterior fuit. A. Negare possum Ivonis eum librum esse. Sed malo hoc affirmare, additum esse concilium Innocentii Panormiæ non esse partem ejus collectionis. Ostendere possum veterem librum, in quo neque id concilium, neque nomen Ivonis, neque excerptionum præfatio continetur. Et in Epistolis Ivonis ea præfatio temporibus Paschalis minoris scripta est.* Quomodo alias idem Augustinus opera Ivonis distinguat in *Pannormiam* & *Excerptiones*, tradit hisce in Dial. 1. lib. 2. pag. 4. *in dialog.* 9. *lib. post. pag. nostræ Editionis* 440. *Ivonis*, inquit, *nomine, duo libri nuncupantur, quos te video* Panormiam & Excerptiones *appellare, & dubitare utrum ejusdem sint scriptoris. Panormia usus fortasse est Gratianus. Excerptiones non vidisse existimo.* Illud tamen certum Ivonem scripsisse decretorum Volumen ante mortem Sigeberti, meminit enim ille ejus & decreti *de Scriptorib. Eccles. cap.* 167. sed meminit solius decreti quod vocat *Volumen Canonum insigne* non *panormiæ*; quod quoque argumentum est Panormiæ Auctorem non esse Ivonem, sed alium post ejus mortem. De utroque volumine hæc habet Ant. Contius: *Secutus est*, inquit, *Ivo Episcopus Carnotensis, qui in certos quidem locos & titulos illos canones ab Isidoro & Burchardo editos digessit: sed multa tamen similia, multa inter se pugnantia in suum librum transtulit, & librum suum Pannomiam inscripsit. Cæterum duplex ejus volumen hoc titulo insignitum reperi. Unum majus & magnitudine sua longe excedens Gratiani volumen, quod ex Bibliotheca S. Victoris Parisiensis nobis aliquando communicatum est. Huic volumini inscriptum titulum hunc invenimus, DECRETA JOVINIANI. Verum hanc inscriptionem falsam esse puto, & ignorantia librariorum adscriptam, cum eadem illic sit præfatio, quæ apud Ivonem in minore volumine Pannomia, & idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes, & titulos, & canones, in septemdecim quippe partes divisum. Aliud vero minus volumen, quod & in eadem Bibliotheca extat, & passim in aliis, cujus etiam manuscriptum exemplar nobis comparavimus [nam & olim in Germania impressum est, sed mendosissimum] in septem duntaxat partes est divisum. Inscribitur autem hoc volumen in prædicta Bibliotheca DECRETA PARVA IVONIS.* Quod dicit decretorum volumen vocatum in Manuscripto, *Decreta Joviniani*, est error scribentium, si modo recte legit Contius, levi mutatione recte vocatur, *Decretum Ivonianum.* Auctorem Panomiæ Pancirollus, *de claris Legum interpret. lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 403. facit Ugonem Catalaunum non diu post editum opus ab Ivone, illud contrahentem. Sed ex quo auctore id habeat non addit. Monstravit mihi postea Doctiss. Baluzius *in Præfatione ad Anton. Augustinum de Emend. Gratiani*, §. *XX.* id haustum esse ex Vincentii Bellovacensis *Specul. Histor. lib.* 25. *c.* 84. ubi testatur Hugonem illum ex volumine Decretorum Ivonis abbreviato libellum portatilem composuisse, qui *Summa Decretorum* Ivonis appellatur. Habet ibidem quædam de Epitome quoque Decretorum Burchardi, quæ supra neglecta sunt, quare totum locum addo, maxime cum non versetur liber in omnium manibus: *Post Isidorum*, inquit, *Burchardus* [*c.* 2. 73. *distinct.*] *Wormatiensis Episcopus rudem indigestamque illius Decreti molem methodice ordinavit, ac primus Jus Pontificum in sua loca digestum xx. libris complexus est, qui ob longæ lectionis tædium intermissi brevi interiere. Nam quæ ejus nomine circumfertur Epitome plures quidem libellos, sed vix sextam justi operis partem continet. Cum vero novis exortis sectis, etiam Berengarius in Sacrosanctam Eucharistiam blasphemus extitisset, Ivo genere Gallus, qui primo Canonicis a D. Augustino institutis præfectus postea Carnutensium Antistes fuit, post annos nonaginta, quam Burchardus scripsit, præter alia opuscula, amplissimum Decretorum volumen decem, & septem libris distinctum concinnavit, in quo Burchardum omnino secutus verbis, aut ordine parum ab eo discessit. Quasdam tamen veterum Scriptorum sententias adversus Ecclesiæ turbatores, & multa ex Jure nostro Civili testimonia adjecit, quæ ille, velut parum suo instituto necessaria, omiserat, vel quod juribus Romanis non dum apparentibus Caroli Magni tantum leges, vulgo Capitula vocata, frequentabantur; nunquam enim Juris civilis, & bis tantum Codicis Theodosiani meminit. Cæterum Ivonis opus cum alia, & ipsius etiam Isidori Decreta magnitudine superaret, Ugo Catalaunus, non multo post quam scriptum est, in compendium redegit, ac Pannormiam, sive Summam Decretorum Ivonis nuncupavit. Ea etsi tota mendis, & erroribus scatebat, adjutus Gratianus plura inde, & ex Burchardi Epitome excerpsit, autographi enim texturam, aut Burchardi nunquam vidisse videtur, cum errores in compendiis inventos in suum opus transtulerit.* Et postea *cap.* 3. *Cæterum Burchardi & Ivonis decretis ob librorum magnitudinem neglectis, eorum tantum compendia, quorum meminimus, legebantur, in usuque erant.* Inveni postea Hugonis hujus mentionem apud Wernerum Rolevink *in fasciculo temporum, ad Ann. Christ.* 1104. *editionis Pistorii fol.* 75. ante finem. *Ivo Carnotensis Episcopus abbreviando compilavit Decretum Apostolicum post Isidorum, & post eum Hugo Catalaunensis, post quem Gratianus.* Item auctor *Magni Chronici Belgici*, Anno Henrici V. Imperatoris decimo hæc habet: *Isto anno* (Henrici V. decimo) *obiit Ivo Carnutensis Episcopus Vir multarum virtutum*, (*ut dicit Helinandus*) *& litterarum, qui decreta abbreviavit, & multa alia utilia scripsit. Iste Ivo Carnutensis Episcopus abbreviando compilavit Decreta Apostolica. Post Isidorum, & post eum Hugo Cathalaunensis, post quem Gratianus, Hæc Wernerus in fasciculo temporis.* Edidit Decretum Ivonis Lovanii sæculi superioris anno sexagesimo primo Joannes Molyneus, Pannomia prodiit Basileæ anno 1499. Opera Ivonis omnia prodierunt Parisiis A. D. 1647. Conspurcata est utraque collectio & Decretum & Pannomia quisquiliis & fictis aut suppositiis Isidori Mercatoris decretalibus, item multis aliis fictis & suppositiis Decretis. Quarum bene longum & accuratum Catalogum contextum vide apud Doctiss. Blondellum *in Pseudo-Isidoro vapulante cap.* 18. *pag.* 100. *& seq.*

269. *Ugo Catalaunus auctor Panormiæ.*

270. *Compendia Burchardi & Ivonis tantum in usu.*

271. *Editiones Decreti Pannomiæ & operum Ivonis.*

272. *Isidori Mercatoris spurias decretales in opus suum adsumpsit.*

273. *Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & aliud scriptum de privilegiis Romanæ sedis.*

Eodem, quo Ivo, tempore, vixit, sed ante Ivonem scripsit, Deusdedit Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli SS. Apostolorum, ut dicit Baronius *ad ann.* 1080. *n.* 30. postea *ad ann.* 1087. *n.* 22. tit. S. Eudoxiæ, qui tamen est unus idemque. Hujus duplex extat scriptum, primum *de Privilegiis Romanæ sedis*, *& alterum COLLECTIO CANONUM.* Quem tractatum Blondellus putat scriptum anno 1080. sed falso; est enim inscriptus Victori tertio, qui demum anno 1086. ad Pontificatum Urbis Romæ pervenit, melius itaque conjicitur cum Baronio in annum 1087. Hic tractatus quadripartitus est, cujus ipse rationem reddit hac Præfatione ad Victorem tertium:

Beatissimo atque Apostolico viro Pontifici domno Papæ Victori Tertio, & Clero sanctæ Romanæ Ecclesiæ Deusdedit exiguus presbyter tituli Apost. in Eudoxia.

Novit beatitudo vestra, quod sancta Romana Ecclesia idcirco omnium Ecclesiarum mater scribitur & creditur &c. Itaque ego auctoritatis ipsius Romanæ Ecclesiæ privilegium, quo omni Christiano orbi præmi-

minet, ignorantibus patefacere cupiens, Domino mihi opem ferente, ex variis sanctorum Patrum & Christianorum Principum auctoritatibus perioribus, quibusque in unum congestis, presens deflorari opusculum, quadrifaria dispartitum partitione. Nam primus liber continet privilegium auctoritatis ejusdem Romanæ Ecclesiæ. Et quoniam sine Clero Ecclesia esse non potest, nec Clerus absque rebus, quibus temporaliter subsistat, huic subjunxi secundum & tertium de Clero & rebus ejusdem Ecclesiæ. Quia vero sæculi potestas Dei Ecclesiam subjugare nititur: libertas ipsius Ecclesiæ & Cleri & rerum ejus tertio, & maxime quarto libro evidenter ostendi ne.

Ex hac Præfatione patet, quo partium studio scripserit hic Cardinalis. Alterum ejus scriptum est Collectio canonum. Utriusque meminit Indiculus librorum, quem emendatores Romani præfixerunt Corpori Can. seu Gratiano, ubi utrumque opus hoc modo citatur. *Deusdedit Cardinalis Collectio canonum, & libri quatuor de rebus ecclesiasticis*; additur: accepisse emendatores hos libros Manuscriptos ex Bibliotheca Vaticana. Typis descriptos extare non novi, Manuscripti in bibliothecis adhuc adservantur. Præter Vaticanam, habuit exemplar Antonii Augustini, ut testatur passim ejus citatio, & provocatio ad Cardinalis Deusdedit lectionem in libris de emendat. Gratiani, in quorum 2. *dialog. quinto, pag. 386. nostr. edit.* dicit *Deusdedit*, Cardinalem, *scripsisse tempore Urbani secundi*; quod forte verum de Collectione Canonum, quam tamen Blondellus post tractatum de privilegiis sedis Romanæ scriptam arbitratur; Meminit Baronius a textus adhuc operis, quod latet in Bibliotheca Vaticana Manuscriptum, *ad ann. 1087. n. 23.* quod conjicio itidem ex canonibus esse corrasum. Vocat id Baronius *nobilem lucubrationem adversus invasores, Simoniacos & reliquos schismaticos: opus*, addit, *egregium, elaboratum ab eo tempore Urbani Papæ successoris Victoris Pontificis.* Collectionem canonum Deusdedit compilatam dicit Blondellus ex quisquiliis Pseudo Isidori, *in Prolegumen. ad Pseudo Isidor. cap. 18. pag. 99. in fin.*

274. Gregorii Presbyteri collectio quæ Polycarpus dicitur.

Num & in hoc undecimum an sequens sæculum referendus sit Gregorius Presbyter, non satis scio, ita obscura est ejus fama & historia; ejus quoque Collectio canonum impressa, quod scio, non est, eam vocavit *Polycarpum*, forte quia in particulas multas est discerpta. Manuscriptam citant ex Bibliotheca Vaticana Romani Emendatores Gratiani in indiculo, citat quoque Manuscriptam Antonius Augustinus, qui in Præfatione ad Antiq. Collectiones Decretalium diserte dicit se eo carere; *Extare*, inquit, *dicitur Gregorii Presbyteri collectio, Polycarpus inscripta, qua nos adhuc caremus.* Et hæc verba dele: *qui in dialogis ejus meminit.* De eo & Bernardo Papiensi, item Auctore libri *Populeti* hæc notat Clarissimus

275. Bernardus Papiensis, & auctor libri Populeti.

Blondellus, *in prolegumenis ad Pseudo-Isidorum vapulant, cap. 12. pag. 99. in fine. Gregorius Presbyter similem collectionem* (qualem nimirum Deusdedit & Ivo) *publicavit, quam* Polycarpum *nominavit; ut & Bernardus Papiensis* [de quo tam in nos infra agemus] *& Auctor libri* Populeti: *Sed hæc ad manus non sunt, nec quo tempore vixere auctores nobis compertum est.*

276. Sæculo XII. inter Græcos & Latinos ferbuit studium Canonicum.

Sæculo duodecimo apud Græcos & Latinos, tam in explicandis quam colligendis canonibus gnaviter desudatum est. Videntur a temporibus Photii per duo & quod excurrit sæcula Græci quievisse, nisi quod Imperatores passim adhuc curam rerum Ecclesiasticarum habuerint, & novellas quasdam ad hanc rem ediderint, de quibus postea suo loco dicemus; hoc sæculo iterum ad studium Canonicum accedunt; in quo se offert primo Joannes Zonaras, qui magnos in Imperio Constantinopolitano honores primo gessit; Fuit enim Magnus Drungarius, seu præfectus Drungi; *Drungus* autem est

277. Jo. Zonaras.

Globus militum: occurrit vox apud Vopiscum & Pollionem. Magni Drungarii duo erant, τῆς βίγλης & τοῦ στόλου, seu Drungarius vigiliæ & Drungarius classis. Postremus Amiralio imperabat Protocomiti,

278. Drungarius Magnus fuit & quis ille.

Drungariis inferioribus & Comitibus, ipse soli magno Duci subjectus; alterius munus erat constituere vigilias ex præscripto Magni domestici, & ex his noster Zonaras fuit. Vide late de hoc officio Jul. Cæsar. Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 4. cap. 37. & lib. 8. cap. 94.* Doctiss. Meursium in Lexico Mixobarbar. voce Δρουγγάριος Codinum & alios. Fuit præterea Zonaras Protosecretarius. Postea Mo-

279. Monachus factus scripsit historiam.

nachus factus ad scribendum animum applicuit, & historiam χρονικὴν seu universalem composuit, usque ad Alexii Comneni Imp. obitum, seu annum 1118. in qua passim Dionem sequitur. Scripsit præterea alia, quæ ad nostrum Institutum faciunt, sunt commentarii in Photii Nomocanonem, &

280. Et ad Photii Nomocanonem item canones conciliorum.

Canones Apostolorum, conciliorum Generalium & Provincialium, seu in codicem Ecclesiæ Orientalis; Græce & Latine prodiit opus ex variis versum Lutetiæ Parisiorum hujus sæculi anno XVIII. Et ejusdem expositio canonicarum Epistolarum ibidem Gr. & Lat. anno XXI. Manuscripti Codices passim in Bibliothecis adservantur, vide Theoph. Spizelii *sacra bibliothecarum arcana retecta.*

281. Alexius Aristinus.

282. Ejus σύνοψις seu Epitome canonum.

Post Zonaram inter Græcos Canonistas locum occupat Alexius Aristinus, Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut illum appellat Gilbert. Genebrand. *in libro de Trinitate.* Scripsit ille Epitomen Canonum jussu Imperatoris Joannis Comneni, ut observat Leo Allatius *in libro de collatione Ordinum.* Factum id sæculi duodecimi anno trigesimo. Inscribitur opusculum hoc ἡ ὑπὸ Ἀριστηνοῦ σύνοψις τῶν κανόνων πάντων. Genebrandus gloriatur habere se fragmentum hujus auctoris, quod inscribitur συνόπτικος τῶν ὅλων κανόνων τῶν ἐκτεθέντων παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων ἕξ συνόδων, καὶ τῶν μεταξὺ τῶν αὐτῶν τοπικῶν. Continet hoc opusculum tantum Epitomen, seu Indicem Codicis Canonum Ecclesiæ universæ, servato ordine priorum conciliorum; Nicæni videlicet, Ancyrani, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, omissa tamen serie seu consequentia numerorum; additis in principio canonibus Apostolicis tum Sardicensibus, Africanis XXI. Trullensibus, tribusque epistolis Canonicis S. Basilii, ut tradit Christophorus Justellus *in Præfatione part. 2. Biblioth. juris canon. veteris*, qui & opusculum seu compendium hoc Canonum Græce & Latine in eadem Bibliotheca publicavit. Omni arte caret hæc collectio, & videtur tantum in subsidium memoriæ composita esse.

283. Constantinus Harmenopulus.

284. Quis fuerit.

Clari quoque nominis est, qui vixit hoc sæculo ad medium procurrente, Constantinus Harmenopulus in utroque Jure Civili & Ecclesiastico versatissimus; Dignitates ejus indicat titulus, qui præfigitur ejus epitome divinorum canonum, in quo vocatur πανσέβαστος σεβαστὸς, νομοφύλαξ καὶ κριτὴς Θεσσαλονίκης κύριος Κωνσταντῖνος ὁ Ἁρμενόπουλος. Sebasti & Protosebasti dignitates fuerunt sub sequioribus Imperatoribus cognitæ, quales tamen fuerint, id non satis constat, quædam de iis congessit Jul. Cæsar. Buleng. *de Imperio Rom. lib. 8. cap. 5.* & Meurs. *in Glossario*, ex quibus tamen vix quid-

quam

quam colligere possumus, quam dignitates fuisse. Qoale quoque officium Nomophylacis Constantino-
poli fuerit, id quoque nescimus, vid. Bulenger. *lib. cit. cap.* 109. De tempore quo vixit, hæc habet *285. Quo tempore vixerit.*
Clarissimus Marquard. Freherus, *in Chronologia, quam Juri Græco-Romano præfixit ad ann.* 1143. *Con-
stantinus Harmenopulus, Judex Thessalonicensis hoc ævo vixisse videtur, qui hucusque Principum novellas al-
legat.* Scripsit in jure Civili πρόχειρον νόμων, Promptuarium juris vel legum. Quod superioris sæculi an-
no 56. edidit & Latine vertit Joannes Mercerus Professor Regius Lutetiæ, postea Græce & Latine e- *286. Quid scripserit.*
didit Dionysius Gothofredus cum paratitlis ad singulos titulos, variis lectionibus & nomenclatore Græ-
carum dictionum anno 1577. Adscribuntur ei in tomo secundo juris Græco Romani collectiones tres,
legum militarium Rufi, legum Colonariarum, & legum Navalium, sed ex conjectura, quia plerumque
ejus libris adjectæ inveniuntur. Ad Institutum nostrum facit ejus Ἐπιτομὴ τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν κανόνων, *287. Epitome canonum.*
Epitome divinorum & sacrorum canonum; quam collegit ex codice canonum Ecclesiæ Orientalis, seu sy-
nodorum Œcumenicarum & Provincialium item Patrum Græcorum canonibus, quarum rationum, hi-
storiam & numerum cum in Præfatione breviter tradidisset, collectionis suæ Methodum hanc describit:
Τούτων τοίνυν, inquit, ἡμεῖς τὴν ὑπόθεσιν ἐν ἐπιτομῇ νῦν ἐνταῦθα διαλαμβάνομεν, τιθέντες ἰδίᾳ
πρῶτον, τοὺς περὶ ἐπισκόπων διαλαμβάνοντας, καὶ ὅσοι τούτων εἰσὶν ἐχόμενοι. εἶτα τοὺς περὶ πρεσβυτέ-
ρων, διακόνων, καὶ ὑποδιακόνων, καὶ ὅσοι τούτων ἐχόμενοι μετὰ ταῦτα τοὺς περὶ κληρικῶν, καὶ ὅσοι
τούτων ἐχόμενοι· μεθ' οὓς τοὺς περὶ μοναχῶν, καὶ μοναστηρίων· καὶ μετ' αὐτοὺς, τοὺς περὶ λαϊκῶν, καὶ ὅσοι
καθολικοί εἰσι καὶ τέλος, τοὺς περὶ γυναικῶν. ἐν ἓξ τμήμασι τὴν πᾶσαν τῶν κανόνων πραγματείαν
περιλαβόντες καὶ ποιησάμενοι. ἕκαστον δὲ τῶν τμημάτων, ἐπιγραφὰς πάλιν κέκτηται μερικὰς, εἰς
συντομωτέραν ἅμα καὶ σαφεστέραν εὕρεσιν τοῦ ζητουμένου. *His ergo quidquid continetur, compendio nos
isto nunc complectimur, collocatis primo seorsum canonib. iis, qui de Episcopis tractant, & quotquot his
adfines sunt; deinde, qui de Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, atque his adfines: postea, qui de
Monachis & Monasteriis: ac secundum illos, qui de Laicis agunt, & quotquot sunt generales: in extremo,
qui de mulieribus: sectionibus omnino sex universa canonum tractatione comprehensa & absoluta. Harum
vero sectionum qualibet rursus particulares habet titulos, ut ratione magis compendiaria, & dilucidiore, quod
quæritur, inveniri possit.* Inseruit hanc Epitomen in tomum primum juris Græco Romani Joannes Le-
unclavius, quem credidit Clarissimo Marquardo Frehero, qui publicavit Francofurti, sæculi superioris
anno XCVI. cum ejusdem Auctoris libro de sectis & veræ fidei confessoribus Græce & Latine.
Inter Græcos Canonistas citatur & Matthæus Blastares, quo tempore præcise vixerit non satis mihi *288. Matthæus Blastares.*
compertum; Anton. Augustin. *in Præfatione ad antiq. Decretal. Collect.* hæc de eo habet: *Joannes Scho- 289. Scripta.*
*lasticus & Photius ambo Antistites Constantinopol. & Matthæus Blastares Monachus, & Constantinus Har-
menopulus; & his omnibus brevior Arsenius, sub certis quibusdam titulis sententias canonum comprehenderunt:
adjectis etiam legum de eisdem rebus decretis, ex quo factum est, ut id genus librorum Nomocanones ap-
pellarent. Horum Antiquissimus Johannes est, cognomento Scholasticus, quo Patriarcha Justinianus legum
Romanarum Collector est mortuus. Photius Isidori Hispalensi posterior fuit, Constantinus & Matthæus,
Ivone & Gratiano antiquiores non fuerunt.* Citat eum quoque inter Nomocanonum scriptores Justellus
Pater *in Præfat. ad Cod. Canon. Eccles. Univers.* Synopsin ejus conciliorum citat Meursius *in Glossario
Mixobarbaro*, verbo ἄλβον & ineditam citat Christophorus Justellus *ad canon.* 22. *Codic. Canon. Eccles.
univers. pag.* 158. *fin.* In Catalogo manuscriptorum Codicum Bibliothecæ Patriarchæ Constantinopoli-
tani, legitur hic titulus: *De legibus Magnum Volumen habens explicationem trium Doctorum, explicanti-
um canones, & leges Imperiales. Initium Johannis Monachi Zonaræ, deinde Theodori Balsamonis Pa-
triarchæ Antiocheni, postremo Matthæi Blastaris*, in charta *bombacina*. Ego hactenus nil de eo vidi, nec
puto Justellum Patrem aut Filium habuisse hujus scripta; quia Bibliothecæ Juris Canonici veteris, &
aliis Græcis collectoribus non adjunxerunt, procaldubio id facturi si habuissent. Leo Allatius in famo-
so Tractatu, *de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetua DISSENSIONE*, [ita enim rectius in-
scriptus fuisset ille tractatus quam *consensione*] in indiculo auctorum, & hunc Matthæum Blastarem
collocat inter auctores ineditos.
Hoc quoque tempore vixit Simeon Magister & Logotheta, sæculo nimirum duodecimo medio, *290. Simeon Magister & Logotheta.*
inter Collectores aut Epitomatores canonicos non prætereundus. Eum Aristino posteriorem facit Justel-
lus. Dignitatem ejus indicat, quod Magister dictus sit & Logotheta. De priore Constantinus Porphy- *291. Quis Magister.*
rogenneta *in vita Basilii Macedonis*; hæc de Basilio refert: Τὰς δὲ πρώτας ἀγῶνας τοῦ Βασιλείου ἀ-
μηχάνως πρὸς ὅπερ ἐβάλετο, εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ τῆς στρατείας ὑποστροφὴν ἐρποιεῖται τοῦτον ὁ Βασι-
λεύς. Ἐτύγχανε γὰρ καθάπαξ οἰκείας γονῆς ἀκληρῶν, καὶ τῆς τῶν Μαγίστρων ὑπερλάμπτας τιμῆς
ἀξιοῖ. ἐφ' ὧν τῇ βασκανίᾳ ῥηγνύμενος ὁ λογοθέτης Συμβάτιος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Veruntamen providentia
ferente Basilium, ad id, quod libebat apicem, illico post illam exercitationem & reditum, Imperator
eundem pro filio, quod ipse nullos liberos habebat, adoptat, & Magistrorum præfulgente dignitate conde-
corat. His rumpitur invidia Logotheta Symbatius.* Ipsi Imperatorum filii ad eam adspirabant. Intimis
Imperatorum consiliis admittebantur, magnoque in honore habebantur; *Novella prima* Romani senioris
περιβλέπτους & τερφανεῖς vocat Cassiod. *lib. 6. var. Reverendum honorem sumit, quisquis Magistri nomen ac-
cepit.* Inter Patritios censebantur, imo postea & supra hos habiti; ante quos & apud Codinum collo-
cantur. Ad συντακτικὰ Imperatorum aliquando adsciti; nec tantum filii, ut dictum, sed & consangui-
nei Imperatoris hoc titulo ornati leguntur, vide sis Doctiss. Meursium *in Lexico Mixobarbaro in μαγί-
στρος*, item & Leonem Allatium *in Diatriba de scriptis Simeonum, pag. 25. & seqq.* item Jul. Cæsar.
Bulenger. *in libris de Imperio Rom.* Logotheta insuper vocatur Simeon, qui duplices in Imperio *292. Logotheta quis.*
Constantinopolitano, Ecclesiastici, quorum munus describit Codinus *de Offic.* ὁ λογοθέτης εἰς τὸ λο-
γογραφεῖν, καὶ εἰς τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Politici, qui rationes fisca-
les vel publicas cognoscunt, disceptant & discutiunt; quare & discussores aliquando vocantur. Varii
& hi fuerunt, vide sis Meursium *in γενικὸν & in χαρτῶν & in λογοθέτης*, item accurate & eun-
dem Leonem Allatium *dicta Diatriba, pag. 28. & seqq.* & cujus ille forte scripta compilavit. Jul. Cæ-
sar Buleng. *de Imperio Rom. lib. 3. c. 22.* de Logistis & Logothetis, *lib. 8. c. 11.* de Logotheta ma-

gno, *lib.* 8. *c.* 91. de Logotheta genico seu generali, *& cap.* 29. de Logotheta cursus, *cap.* 30. de Logotheta secretorum, *cap.* 39. de Logotheta gregis, *cap.* 51. de Logotheta τῶν οἰκειακῶν seu privatorum, *cap.* 57. de Logotheta militaris ærarii. Edidit Simeon Magister Epitomen canonum, eodem
293. *Simeonis Epitome canonum.* quo Alexius Aristenus modo, diverso tamen ordine, præmittit Canones Apostolicos, tum quatuor concilia Œcumenica sequuntur, dein particularia, Ancyranum, Sardicense, Neocæsariense, Gangrense, Antiochenum & Laodicenum; addidit etiam canones Africanos XXCIV. & Trullenses tum Epistolas tres canonicas Basilii. Artis prorsus est expers & tantum ad memoriam scripta collectio. Edidit eam in Bibliothecæ juris Canonici veteris tomo secundo, ex Codice manuscripto Bibliothecæ Regiæ Christophorus Justellus Græce & Latine. Leo Allatius *in Diatriba de Simeonibus & eorum scriptis*, nil de hoc nostro Simeone Magistro & Logotheta habet, sedulus alias sequioris Græciæ scriptorum, antiquitatum & historiæ rimator, quamvis non semper sine partium studio.

Ex Græcia, seu potius Orientali Imperio, iterum in Occidentem trajiciendum nobis, & quid interea Latini in canonum studio & collectione præstiterint hoc sæculo lustrandum. Occurrit hic clari
294. *Gratianus.* nominis collector Gratianus, qui, ut Ant. Augustinus *in præfat. ad Antiq. Collect. Decret.* dixit, *eorum omnium*, quos ex collectoribus canonum enumeraverat, *luminibus obstruxit*. Fuit is Patria Clusi-
295. *Quis fuerit.* nus, e Thusciæ civitate. In Pomerio Ecclesiæ Raveonatis & apud Matthæum Westmonasteriensem ad ann. 1151. legitur fuisse *de Classa civitate Thusciæ*, sed est error vel mendum *Classa* positum pro *Clusio*. Hic error forte inde est, quod alii dixerunt fuisse Gratianum Monachum Classensem prope Raven-
296. *Natales ejus.* nam; vide iis Baron. *ad annum* 1151. *num.* 6. item Epitaphium, quod infra adducemus. De natalibus ejus variant auctores, quidam spurium fuisse dicunt Anton. Florent. *part.* 3. *tit.* 5. *cap.* 6. *specul.* & Petri Lombardi, qui Magister sententiarum vocatur, & Antistes Parisiensis fuit, & Petri Comestoris historiæ Scholasticæ scriptoris Fratrem germanum, tresque hos uno puerperio ex adulterio aut scortatione esse prolatus. Præpositus *in proœmio decretor.* Panciroll. *de clar. leg. interpret. lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 405. Addunt etiam, eam Matrem stupri pœnitere non posse, quod tam præclaros Viros genuisset, sacerdotem cui confitebatur jussisse, ut saltem pœniteret, quod pœnitere non posset. Tiraquell. *de nobilitat. cap.* 15. *n.* 32. Sed hæc ab aliis pro fabulis habentur & exploduntur: *Falso id dici*, tradit Panciroltus *d. l. fundamento caret hanc opinionem.* Bellarm. *de script. Eccles. in Petro Lombardo*, quia in patria non conveniunt: Gratianus enim Etruscus fuit ex Clusio civitate, Magister Petrus Lombardus ex Novaria, Petrus Comestor, Gallus ex Trecis. Sed alii eludunt hoc argumentum, quod ea diversitate patriæ tantum sequatur, non esse eos tergeminos; non vero, non esse Fratres aut Spurios, cum Mater diversis temporibus & diversis locis cum patribus conventitiis Plautinis consuescere potue-
297. *Professio.* rit. Cum monachus Benedictinus Clusiensis Monasterii factus esset, sacris literis delectatum dicit in Chronico Martinus, & Alber. in Dictionario, §. *Forma.* a. *quæst.* 6. Vixit Bononiæ tempore Conradi
298. *Tempus quo vixit.* III Imperatoris, cum ibidem Alexander, qui postea Pontifex factus est Romanus, Theologiam doceret. Ad Canones colligendos & ordine artificiose digerendos animum adjecit; & ut quidam volunt
299. *Ubi vixerit & canones collegerit.* in Monasterio D. Felicis, quod probat quoque Epitaphium infra adducendum, item inscriptio, quæ legitur in Æde D. Felicis in saxo vetusto, relata a Pancirollo, *d. l.*

Hanc ædis partem Lector reverenter adito:
Namque loci Monachus Decretum hic condidit hujus,
Divinum Gratianus opus quant cuilibet æcla
Conventus septi: quod, reparando caducum
Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse.
Id tamen Abbate constructum est Bartholomæo,
Mille trecentenis decies septem atque quaternis
Annis a Christo, pura de Virgine nato.

Alii in D. Proculi cœnobio, ubi diu vixit, vid. Cœpo. *in tract. de cognit. libr. jur. canon. in*
300. *Volumen decretorum.* *princ.* & Præposit. in *Proœm. decret.* Composuit grande illud Volumen Decretorum; quod hodie primam partem facit Corporis Juris Canonici. Obtulit hunc librum Eugenio tertio Pontifici, cui valde placuit, adeo ut Gratianum Ecclesiæ Clusinæ patriæ præficeret; vid. Martin. *in Chron.* & Alber. *in Dictionar.*
301. *Eugenio oblatum.* Sunt qui probatum & canonis seu legis auctoritatem accepisse volunt ab Eugenio tertio; sed nunquam prolata sanctio illa fuit, neque pro lege hactenus habitum. Magnæ tamen semper fuit auctoritatis, &
302. *Ejus auctoritas.* ex eo quod scholis ad prælectionem datum, posset inferri vis canonica seu legis. De auctoritate ejus hæc refert Panciroltus *d. l. Tantæ postea auctoritatis fuit, ut vulgo Magister vocatus, maximum in de-*
303. *Bacillarii & Baccalaurei unde dicti.* *cidendis causis pondus habuerit, etsi velut privati hominis ejus dicta vim legis non obtinent. Itaque qui ejus opus ita edidicisset, ut aliis prælegere posse videretur, baculo velut pro arrha doctrinæ more Longobardorum accepto Doctoris titulo honestabatur, & a bacillo* Bacillarius *vocabatur, qui mos tum demum Bononiæ institutus a* Parisiensibus, *ubi tum Decreta, & summulæ locebantur, fluxisse fertur, in quorum vetustis Constitutionibus* Bacillarii *nominantur.* Sed de hoc postea, ubi accuratius Volumen Decretorum Gra-
304. *Tempus collectionis.* tiani expendendum est. Quando scripserit Gratianus, discordant Auctores, Trithemius *lib.* 2. *de Vir. Illust. Ord.* Benedicti anno 1127. scripsisse refert, alii plerique omnes, an. 1151. quam sententiam confirmat epitaphium Gratiani. Bellarminus utramque sententiam conciliat, *lib. de script. Ecclesiasticis*, conjectura, quæ aliis non displicet, quod anno 1127. inceperit, & anno 1151. perfecerit opus seu collectionem suam. Christ. Justellus *in fine præfat. quam Codici canonum Ecclesiæ universæ præmisit* Gratianum decretorum volumen composuisse refert sub Innocentio II. anno 1131. quod proxime accedit ad traditionem Trithemii. Alii editum narrant anno 1150. Caldeeinus *in proœmio Decret.* Cardinal. Alexander *in Pesf. Decreti*, quos sequitur Valent. Forster. *in hist. Jur. Civ. lib.* 3. *cap.* 7. Freherus *in Chronol. juri Græco-Roman.* præmissa, anno 1154. Gratianum *scribit Decretum scripsisse, quod Decretum Magnum vocatur.* Sed hoc abit ab omnium sententia, qui sub Eugenio III. Decretorum opus editum scribunt, illo vero anno 1154. sedebat Romæ Hadrianus IV. nisi forte Freherus de progressu vitæ & additionibus sit intelligendus. Ex forma Apostolorum; quæ habetur *cap. Post appellationem*, 2. *q.* 6. videtur colligi posse anno 1161. scripsisse adhuc Gratianum, sed est mendum pro MCLXI. debet reponi facili mutatione MCXLI. ut quoque monent ibidem Correctores Romani, *in notis*, & late Antonius noster Augustin. *lib.* 2. *Dial.* 9. *pr.* id satis firmat annus indictionis quartus, qui anno 1161. est septimus; Anno vero

ro 1141. currebat indictio quarta; quod fulcit conjecturam supra relatam diu occupatum fuisse Gratia-
num in collectione Decretorum. Inscripsit ipse opus suum *Concordiam discordantium canonum.* Vide sis 305. *Titulus operis.*
Anton. Augustin. de emendat. Grat. lib. 1. dial. 1. princip. fere, ubi & docet falso *Decretum* vocari.
Melius adhuc *Decreta.* Quomodo & Antonius Demochares, qui *Decretorum collectanea*, & Ant. Con-
tius, qui *Decretorum Canonicorum Collectanea* inscripsit in sua emendatione, quia non unum ista col-
lectio complectitur decretum, sed est farrago multorum decretorum. Idem firmat Henr. Gandavensis
de Scriptor. Ecclesiast. cap. 44. *Gratianus*, inquit, *Monachus*, *Bononiæ habitans*, *Codicem*, *quem* Decre-
ta *vocant*, *compilavit.* Quare vero ipse Gratianus inscripserit *concordiam* & quidem *discordantium cano-* 306. *Ratio ejus.*
num ex fine ejus satis patet. Videbat Ecclesiastica decreta & canones sibi invicem contrarios, diversos,
dissentientes, inter hos dissidentes, concordiam ille instituere voluit aliter quam olim concordia ca-
nonum accipiebatur, nempe pro collectione sim[illegible]n sententiarum: hic autem a Gratiano significat,
dissidentium canonum conciliationem. Animadvertit id quoque Ant. August. *lib.* 1. *de emend. Grat.*
dial. 1. *pag. nostr. edit.* 5. *Ad Gratianum*, inquit, *redeamus*, *in cujus libris veteribus illa inscriptio*
est, *quam audisti:* Concordia discordantium canonum. *Similem legi Romæ in veteri libro Cresconii:*
Concordia canonum, & ipsi canones. C. *Quid est*, *quod his verbis significare voluerunt? an putandum*
est, *canones conciliorum ita esse inter se contrarios*, *ut egeant concordia? A. Quantum ego potui ex Cresco-*
nii libro dicere, concordiam *vocat collectionem similium sententiarum*, *ut qui scripturæ sacræ verba colle-*
gerunt, *Concordantias Bibliæ appellarunt*; *quibus verbis*, *quod pace vestra dicere liceat*, *nihil excogita-*
ri potest ineptius. C. Gratianus igitur sic Concordiam dicit, *quasi collectionem similium canonum. Cur ve-*
ro addit verbum discordantium, *quæ sola refugit hanc interpretationem? A. Vere tu quidem ais. Nam si in-*
scripsisset, Concordiam canonum, *ut Cresconius fecit; aut* Concordiam concordantium, *&* discordantium
canonum: hanc reciperet interpretationem. Nunc vero significare videtur, *concordiam inter discordes versa-*
ri. Gratianum ad Collectionem Decreti accessisse putant correctores Romani ejus, *in Admonitione ad* 307. *Quid eum ad colligendos canones impulerit.*
Lectorem, ex consilio Ivonis cum Guido Pancirollus *in lib.* 3. *de Clar. interpr. cap.* 2. notet eum, nun-
quam Ivonis aut Burchardi opera vidisse, qui in Præfatione suæ collectionis quædam de conciliatione
discordantium canonum tradiderat, ipse vero neglexerat. Verba eorum sunt hæc: *Novissimus istorum o-*
mnium præter auctorem Pannormiæ [*nam is recentior fortasse est*] Gratianus *monachus Benedictinus non*
tantum decretis colligendis (*quod superiores fecerant*) *operam dedit: sed Ivonis fortasse præfatione excita-*
tus, *eo potissimum incubuit*, *ut certis quæstionibus propositis*, *quid in utramque partem in Canonibus*, *qui*
inter se nonnunquam pugnare videbantur, *dici posset*, *ipse & afferret*, *& explicaret: omnimque rerum*
varietatem, *quæ speciem dissensionis habebat*, *ad concordiam revocaret. Cæterum in longo ac perdifficili o-*
pere multa a parum æquis hominibus exagitabantur, *nonnulla pii etiam & verecundi interdum desiderabant.*
Antequam ejus decretorum volumen penitus lustremus, videndum exactius quam supra factum, cu- 308. *An pro lege aut canone valeat decretorum volumen.*
jus sit auctoritatis. Hic diversæ sunt Doctorum sententiæ. Quidam in utroque extremo, alii in medio
incedunt. Seu aliqui legis Auctoritatem aut saltem canonis, alii prorsus nihil aut saltem non magis quam
privo Doctori tribuunt, nullam obligandi vim. Tertii dispescunt collectanea ex fontibus, & pro diversitate
eorum, diversam attribuunt auctoritatem. Illi qui primam sententiam defendunt, id non faciunt pari mo- 309. *Variæ sententiæ hac de re.*
do. Alii iterum simpliciter adserunt ab Eugenio esse approbatum. Inter quos est Anonymus Auctor vitæ
Gratiani & Trithemius, de script. Eccles. a quibus hoc in alios manavit, & accepit Gesnerus & Simlerus
in Bibliotheca & alii: sed ut supra monui ipsa approbatio nusquam comparet, aut a nemine producta un-
quam est, aut visa *neque diligens in rebus ejusmodi*, ut inquit Chiffletius, in Apolog. pro Architect. juris
cap. 5. *Antonius Archiepiscopus Florentinus neque quisque probatus auctor id adfirmat*; quare alii ad consue-
tudinem confugiunt & per eam conciliant Gratiano auctoritatem. Abbas Panormitanus *in c.* 2. *n. de*
rescript. Sed ego dico, inquit, *ex quo ille liber communiter a multis annis citra fuit publice lectus in*
Scholis, *& ipsius dicta communiter recepta sunt*, *hodie tacite approbata & per omnes recipienda.* Ejusdem
est sententiæ Robb. Maranta *de Ord. Judiciorum part.* 3. *n.* 34. *Quidquid sit*, ait, *quia est communiter*
approbatus a populo, *& publice legitur in Scholis sicut alii libri authentici*, *ex hoc censetur authenticus*,
& facit plenam fidem. Huc inclinat quoque Paulus Laymann. *lib.* 1. *Theol. Moral. tract.* 4. *cap.* 6. §.
3. *n.* 12. qui consuetudine refert Decretum Gratiani receptum esse; *Dicta vero Sanctorum Patrum*, sunt
verba ejus, *ipsiusque Gratiani ac Paleæ*, *quæ ecclesiasticis regulis ac moribus non repugnant*, *licet per se*
nullam juris auctoritatem habeant, (*cum in jure condendo*, *causisque definiendis non sola scientia sed ma-*
gis etiam potestas necessaria sit juxta c. 1. *dist.* 20.) *nihilominus consuetudo obtinuit*, *ut in externo foro*
etiam illa ad causarum decisionem inserviant. Vim quoque legis tribuit Vallensis ei, *in Proœm. parat.* §.
8. *n.* 12. *Maxime cum Gregorius XIII. summus Pontifex reliquis partibus juris illud annumeraverit*, *at-*
que adeo recognosci, *corrigi ac repurgari & retineri mandaverit*, *non est*, *quod in hac parte amplius labo-*
remus. Adde sis, Cardin. Tusch. *conclus.* 170. *verb. Jus Canonicum.* Sed statim ille, non minus ac ipse
Laymannus, suæ adsertionis oblitus, iterum resolvit in sua principia, & sic iterum Gratiano adimit
omnem auctoritatem, quemadmodum etiam Laymannus, qui tantum probat, quantum *ecclesiasticis re-*
gulis bonisque moribus non repugnat; cum pro ecclesiasticis regulis protruduntur Gratiani decreta, ver-
seturque hoc in quæstione. Verba Vallensis *l. d.* sunt hæc: *Modo tamen singula*, *quæ in eo comprehensa*
sunt, *ad suos fontes & origenes revocentur*, *eo quod ratione auctorum*, *a quibus decreta adsumuntur*, *ma-*
jor vel minor sit auctoritas. Si usus & consuetudo firmavit, tum firmavit omnia, & par omnium est
auctoritas, eaque ex consuetudine, non ex fontibus & origine; si Gregorii XIII. auctoritas hic legem
facit ex dictis Gratiani, & ansam *amolit. deliberandi*, ut ait Vallens. præcidit, jam pariter toti col-
lectioni conciliat. Quare melius alii huic consuetudini & auctoritati contradicunt, inter quos est Fr.
Suaresius *de Legib. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 7. *Consuetudo*, ait, *quam allegant*, *non est in sensu juxta conceptum*
communem sanctorum introducta. Vid. & Zoesium *comm. ad Decret. n.* 10. *in præfat.* Quare & alii quo-
ties libet, & si aliter elidere objectiones ex Gratiano non possunt, ejus auctoritatem rejiciunt. Vid.
Boerium Epoc. *lib.* 2. *de jure Sacr. num.* 135. Petr. de Marca, *de concord. sacerd. & Imp. lib.* 3. *c.* 6.
n. 2. apposite: *Cum Gratiani*, inquit, *collectio privato studio instituta sit*, *quæ refert auctorum testimo-*
nia, *non majore pollent auctoritate*, *quam antea obtinebant.* Alii contra veteres & recentiores plenis buc-
cis in ejus errores debacchantur, quod mascule facit Antonius August. passim in dialogis, vid. *lib.* 1.
Dial. 1. *item* 16. *& seqq.* Bellarmin. *de scriptor. Eccles.* in Gratiano. Adde Gloss. *ad c. Paulum*, 7.
q. 3.

q. 3. Jo. Andr. *ad c.* 2. *de rescript.* Alber. Gentil. *de lib. Jur. Canonici cap.* 2. *pag.* 17. *& seq.* Matth.
310. *Fontes Decretorum.*
Stephani, *in Præfat. tert. part. de jurisdict. pag.* 16. *& seq.* Tertia sententia, in quæstione de auctoritate Gratiani, dispescit ejus capita quadrifariam & diversimode de singulis respondet Marant. *de ord. judic. part.* 3. *n.* 35. Latius Augustinus Barbosa *ad Proœm. Decret. n.* 6. Prima classis continet dicta Patrum, secunda verba Gratiani, tertia Paleas, quarta jus Civile. Addi quinto possunt canones Conciliorum & Decretales Pontificum Romanorum, nisi sub prima classe velis complecti, & Patres in privos, seu singulares vel simul congregatos dispescere, quæ & mens est Barbosæ. Privos iterum in eos, qui arrogant summam sibi auctoritatem, ut facit Pontifex Romanus; & minorem, quo referendi Patriarchæ Metropolitani, & Episcopi; & nullam, quales sunt cæteri Patres, qui scriptis Codices Sacros aliaque dogmata Ecclesiastica illustrarunt. Barbosa in prima Classe dictis Patrum ex consuetudine, non per se vim legis defendit. Nos melius cum Augustino Viro supra invidiam Magno, *c.* 3. *& c.* 5. *Dist.* 9. negamus, quæ sodes inspice, & adjunge hæc Suarezii, *ex lib.* 4. *de legib. cap.* 5. *n.* 6. *& 7. Dicendum est, sententias seu dicta sanctorum per se & quatenus nituntur auctoritate eorum, non habere vim legis. Et ratio est, quia lex non est actus doctrinæ tantum, sed potestatis. Sancti autem Patres non habebant potestatem hanc, neque etiam hac intentione talia scripta tradebant. Dixi autem per se & quatenus eorum auctoritate nituntur, quia interdum ipsi testificantur de precepto vel a Christo vel ab Apostolis tradito, vel Ecclesiæ traditione introducto, & nunc ex illis colligitur preceptum tanquam ex testibus, non tanquam ab auctoribus. Unde juxta modum, quo de re aliqua seu obligatione testificantur, & juxta majorem vel minorem consensum Sanctorum inter se, eo majorem vel minorem fidem efficiunt. Addo præterea, sententias Patrum non accipere vim legis, eo quod a Gratiano in suo Decreto inserta sunt, nisi ab aliquo Pontifice fuerint canonizatæ, ut inter Decretales aliquando inveniuntur. Ratio est, quia nec Gratianus habuit potestatem dandi vim legum, neque Pontifex aliquis pro legibus approbavit omnia, quæ in illo decreto continentur &c.* Et Doctissimi Dalæi tractat. *de usu & auctoritate Patrum passim, potissimum lib.* 2. *cap.* 2. Vide sis Alberic. Gentil. *de libr. juris Canon. cap.* 2. *pag.* 19.
311. *Conciliorum canones cujus auctoritatis sint.*
Dicta porro singulorum Patrum non sunt leges &c. Sub ista classe continentur & conciliorum canones, quæ Barbosa pro legibus habet; quasi Patres in concilio congregati habeant potestatem condendi Canones: nos melius edocti supra *num. marg.* 13. Conciliis potestatem legislativam abrogavimus, declarativam adseruimus, quid nempe cum Scriptura sacra conveniat. Prima itaque quæstio in obligatione conciliorum esse debet, utrum sit conforme Sacræ Scripturæ, & tum obligat, non ex auctoritate concilii, sed divina. Animadvertit id Gratianus ipse *c. Placuit*, 36. *q.* ubi recitato canone concilii Aquisgranensis, quod raptor raptam ne quidem cum voluntate Parentis ducere possit; subjungit: *Hæc auc-*
312. *Et Epistola decretales.*
toritas non præjudicat auctoritati Hieronymi, maxime cum illa testimonio divinæ legis nitatur. Tandem tertio Epistolæ decretales summorum Pontificum ex hypothesi Pontificiorum a Barbosa ob imaginariam illam summam ejus potestatem pro legibus habentur. Quam quia negant, & solide destruunt Protestantes, concidit quoque earum auctoritas (36). Neque majorem in sua diœcesi suburbicaria olim habuit ille auctoritatem, quam quilibet alius Episcopus in sua. Ut vera sit hic Augustini adsertio, *lib.* 2. *de Baptismo contr. Donatist. cap.* 3. quam refert Gratian. *c. Quis nesciat, dist.* 9. *Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quam novi testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cujuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum graviorem auctoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte veritate deviatum est?* Vid. & Caspar. Ziegleri *dissert. de Jur. Canon. origine, sect.* 43. *& anteced.*

313. *Item Gratiani dicta cujus auct.*
Secundo occurrunt ipsius Gratiani verba, quibus solet connectere capitula & canones; item ordiri distinctiones suas & quæstiones, easque distinguere in partes; conciliare discordantes canones. De hisce Barbosa sic judicat: *Auctoritas Gratiani compilatoris hujus voluminis a nulla Pontifice reperitur approbata, nec est authentica.* Nihil itaque tribuit Gratiano Barbosa, cum inter Patres eum numerare potuisset, & eandem ei tribuere auctoritatem. Sed hoc forte facere noluit, quia cum Bernardo fere Patres expirarunt, & sequentes scriptores vix inter patres numerentur, quanquam & ipse Gratianus cum Bernardo Abbate Claravallensi, qui A. D. 1153. obiit, vixerit. Non tamen in album Sanctorum relatus est, ut Bernardus, quod ei auctoritatem patris conciliasse videtur. Quidquid sit, ex hypothesi Pontificiorum majorem Gratiano auctoritatem deferre debuisset Barbosa, maxime cum opus ejus publice in Scholis prælegatur, & a Pontificibus publice prælegendum sit datum. Plus ei adhuc defert Casp. Ziegler. *in d. dissertat. sect.* 45. *Non rejicimus testimonium Gratiani historicum, quatenus facit ad cognitionem doctrinæ eo tempore publice in Ecclesia traditæ; verosimile enim est, eum bene sensisse, quid sua ætate in capitibus fidei & disciplina morum stetuerit Ecclesia, & hinc non privatam, sed publicam retulisse de rebus religionis sententiam.* Paucissima tamen sunt, quæ Gratianus de suo addidit, ut verum sit Petri Gallesii judicium apud Ant. August. *lib.* 1. *dialog.* 1. *pag.* 9. *Non is sum, inquit, qui operæ pretium esse existimem, tam multa de solo Gratiano dici. Hic enim, ut nosti, & ut facile omnes concedunt, compilator insignis, nihil fere habet valde utile, quod proprium dicere possis: sed cornicula illi similis, ut est in fabulis, risum scientibus, admirationem ignorantibus movet. Si verba consideres, nihil illa teterius; si artem requiras, & ordinem dicendi, frustra laborabis. Ita multa refert alieno loco posita, ita pro certis incerta constituit; ut malis illa eadem in ipsis libris non solum conciliorum, sed etiam Burchardi, & Ivonis, & aliorum collectorum requirere. Itaque tum in quid apud Gratianum mutandum sit, dices; in veteri me confirmabis opinione, qui frustra hunc scriptorem mendis purgari putem.* Adde sis; Alberic. Gentil. *de libr. jur. Canon. cap.* 2. *pag.* 21. *& seq.* & quomodo tamen Gratiani opus utilissimus dici possit, Consf. Jo. Dalæum *de Pseudepigr. Apostol. lib.* 3. *cap.* 21. *pag.* 667.

Ad

• [36] Suæ reformatæ sectæ perducebatur affectu Mastrichtius dum Conciliis potestatem legislativam non esse a Christo concessam, quemadmodum etiam supremo Ecclesiæ Capiti, & ejusdem Christi in terris Vicario Romano Pontifici mentiebatur. Catholici omnes Divinæ Scripturæ innixi auctoritatibus tuentur oppositum, hinc et decretales, quæ legum instar a Supremo Ecclesiæ Pastore Christi fidelibus dantur, vim legis quomodocunque frendeat in eas reformatorum rabies, semper in tota Ecclesia consequuntur. Videatur nota (6) præcedens, & observatio (5) in notas Mastrichtii, ad Dialogos Antonii Augustini. W.

Ad tertiam speciem transeo, ad Paleas, quæ in Opere Gratiani occurrunt. Hic variæ Doctorum sententiæ, opiniones, aut potius conjecturæ occurrunt, quare ita inscriptæ sint. Quatuor diversas recenset Guido Pancirollus, *de clar. leg. interpret. lib. 3. cap. 2. Cum vero Gratianus librum Eugenio III. Pontifici offerendum Romam detulisset, Cardinali cuidam viro alioqui erudito, sed ambitioso, cujus opera ad Pontificem introduci volebat, legendum tradidisse fertur. Ille alienam laudem in se transferre cupitus, volumini quadam a Gratiano omissa inseruit, seque aperte auctorem esse jactitabat. Monachus, hominis fraude intellecta, additione illas paleas esse respondit, quæ grano alibi condito inanes reddebantur; Paleam enim veteres Theologi literam fructu carentem vel sterile opus vocabant.* Theoph. in Naum Prophet. cap. 3. *Itaque capita illa postea semper pro paleis sunt inscripta.* Cœpoll. in d. tract. *Alii paleas ab eodem Cardinali Protopalea*, (Hunc alii Quota Paleam vocant, vid. Matth. Stephani *in Præfat. part. 3. de jurisdict. pag. 17. fin. & seq.*) *nuncupata, quo nomine etiam hodie oppidum in Subalpinis, & familia vocatur, dictas fuisse censent. Nonnulli a Palea Gratiani discipulo*, Imol. in R. de verbor. oblig. sub n. 5. *qui diversas ejus libri inscriptiones quandoque etiam improbatas fecit*, Specul. in tit. de disput. & allegat. §. ult. in fin. Cœpoll. in d. tract. n. 14. Præpos. Alex. in prooem. decret. Jas. in rub. de act. n. 12. *paleas nominatas fuisse autumant. Nec desunt, qui hæc fabulosa existimantes, Decreta quædam novissime adjecta, velut suspecta, & fide carentia, paleas appellatas fuisse credant, opus, quod Patrum, Pontificumque Decretis scateat, Decretum inscriptum fuit.* Huic posteriori sententiæ videtur accedere Jacob. Cujacius *ad cap. 1. a. de despons. Imp.* qui tamen & suam quintam sententiam adjicit: *Paleæ nomine quidam significari putant, quod cassum est, & irritum, ut cassa palearum dixit Solinus in India. Itaque Paleam dici per contemptum canonem nullius fidei vel auctoritatis, ut apud Joannem Cremonensem ad Abbatem Urspergensem Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valde infensus erat post Alexandriam conditam in Liguria de nomine Alexandri III. eam Paleam vocat, quasi factam ex cassis palearum, ex stramine. Equidem verius puto, hoc nomen præponi antiquioribus canonibus & decretis, & scribi debere eum diphthongo Palæa, quia & in Basilicis sæpe video παλαιὸν nominari simpliciter antiquum Interpretem, & ita hanc constitutionem cum sit Hormisdæ, qui ex antiquioribus Pontificibus est, recte Palæam appellari.* Refert hanc eandem sententiam posteriorem Cujacii Ant. Contius, ad c. 2. *dist. 5.* Sed suam sextam conjecturam addit: *Cur hoc*, inquit, *& pleraque capita sic inscribuntur, sæpe etiam inter doctos dubitari animadverti. Qui rectius sentire & sapere existimantur, quasi παλαιὰ i. e. antiqua nuncupata volunt. Ego autem paleam inscribi hoc caput existimo, & cætera similia, quia addititia sunt, nec a Gratiano primitus huic libro inserta, sed ab interpretibus, prout cuique commodum videbatur, ad marginem Gratiani adscripta, & plerumque in emendatioribus & antiquioribus exemplaribus prorsus omissa. Cui rei fidem facit antiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando usus sum, in quo pleraque ejusdem paleæ desunt.* Pleræque fere sententias recensent, & tandem quid ex collatione Manuscriptorum observaverint, addunt Emendatores Romani *in Præfatione Gratiani ad Lect. De nomine Paleæ sunt varia doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leves contineantur, hoc nomine appellari censuerunt: alii quasi τὰ παλαιὰ, id est, antiqua: alii quasi additiones quasdam, derivata aut potius depravata voce ab adverbio πάλιν, id est, rursum, qua scriptores etiam Latini tempore Gratiani utebantur. Verum Joannes Andreæ in additionibus ad Speculatorem, titulo de disputationibus & Allegationibus prope finem (quem Imola in Rubrica de verborum obligationibus, Alexandrinus in proœmio Decretalium, Jason in Rubrica titulo de Actionibus, & alii sunt secuti) putat, quendam Protopaleam, quem Jason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adjunxisse. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, quæ in impressis, quamvis vicissim in illo aliqua sint, quæ in his non habentur. In alio litteris perantiquis descripto Palea ipsa recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In cæteris habentur aut omnes, aut pleræque: & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero sine ulla a cæteris capitibus discrimine. Ex qua observatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut fit) inter componendum, aut relegendum, quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quod multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiani collectores habentur, quod suis locis indicabitur.* Septima sententia est eorum, quos refert Hilliger. *Donelli Enucleati lib. 16. cap. 2. lit. A. pag. mihi 1394. & seqq.* cum Gratianus librum suum Eugenio III. Pontifici obtulisset recognoscendum, hanc vocem *Palea* adscriptam esse: *Papam enim veluti asterisco notasse, quæ nulla auctoritate valitura, ut sicuti Palea ad grana vilia sunt, ita capita illa omni pondere carere innueret.* Gibbert. *Reg. I. Enantiop. 25.* Octava sententia est Curtii *de feud. quæst. 1. Quatenus*, inquit, *ratione non juvantur dicta Gratiani, dicuntur Paleæ.* Quæ omnes meræ sunt conjecturæ, ut cuique liberum sit accedere, quæ ei maxime probabilis videtur. De Auctoritate eorum constans est fere omnium sententia, non multum iis deferendum esse, nec esse integræ auctoritatis. Correctores Romani, ut jam relatum non contemnendas censent, quia multæ in Decretalibus & vetustioribus collectionibus sint. Ad quæ regerit. Alber. Gentil. *de libr. Juris Canonici cap. 2. prope fin. Verum & aliud est contemni, aliud non allegari pro authenticis, Illa*, c. 14. dist. 96. *qua tribuit Constantinus magna omnia Romano Pontifici, licet sit palea, & pro palea inferatur, multum tamen tritici attulit Ecclesiæ, ut de Imola relatum aliquando legi.* Rubr. *de verb. obl.* Alciat. 12. *part.* 3. hæc habet: *Constat consensu omnium, ea quibus talis est inscriptio, certæ fidei non esse, neque cum authentica allegari posse.* Paria fere habet Arthur. Duck *de Auctor. jur. lib. 1. cap. 7. sect. 3. Sunt in decreto, quæ* Paleæ *dicuntur, nullamque juris auctoritatem habent, sive fuerint ipsius* Gratiani *sive alterius, de quibus varie tradunt interpretes.* Felinus *in cap. ex part. de rescript.* Curt. *de feud. q. 1.* Marant. *p. 3. n. 31.* Alciat. 12. *parerg. c. 3.* Mart. *de jurisd. p. 1. c. 30. Eas quæ paulatim irrepsisse in codicem Decreti, & paucissimas in libris antiquioribus reperiri.* Et de iis est hæc adsertio Alber. Gentilis *in dissert. de libr. jur. canon. cap. 2. in fin. Verum est crevisse paleas cum Gratiani collectione. Etiam in Gratiani libris omnibus non eadem sunt; pauciores in vetustioribus sunt. Hujus autem Paleæ qui discipulus fuit Gratiani.* Speculator de disp. ubi Jo. Andr. Imol. d. tract. de verb.

314. *Palea unde dicta.*

315. *Cujus sint auctoritatis.*

verb. obl. Cœp. de lib. jur. can. Alb. l. 1. C. de fi. do. de. Alc. l. 1. fi cert. pet. *Si rubricæ decreti sunt, sive ipsiusmet Gratiani, non obligant; etsi perfectam habeant orationem: quæ & falsæ aliquando sunt, neque Pontificum, neque conciliorum sunt. Adde ad Cæpollam, qui habet rationes plures; Ad Alciatum qui negat, quod & alii faciunt, Gratiani. Et sic quoque de paleis, quæ in Decreto. Nam quæ sunt in Decretalibus, ea vim habent legis.* Ex quibus & aliis pluribus, quæ adduci possent, patet, neminem Paleis multum detulisse, sed nomioi parem virtutem apud omnes fere retinuisse.

316. *Legum auctoritas in decreto.* De legibus civilibus, quas Gratianus in decretum suum retulit, non est opus late disquirere cujus sint auctoritatis; retinuerunt eæ suam vim in decreto, quam habuerunt a Majestate Imperatoria extra decretum. Quanquam Barbosa iis deneget vim juris Canonici, nisi sint per canonem approbatæ. Fecit hoc, ut recentiori Pontificiorum sententiæ inserviret, quæ Papam & leges Papales supra Imperatorem & omnes ejus leges, contra scitum Apostoli *Rom.* 13. 1. effert; secus quam olim factum est. Sed hæc alterius loci sunt. [37].

317. *Pseudepigrapha supposita & conficta quæ in decretum retulerit Gratianus nullius sunt auctoritatis.* Hisce quatuor adde multa falsa, spuria, conficta, aliis supposita, quæ Gratianus sine ullo judicio in suum opus corrasit; vel uti suppositititias illas Epistolas Pseudo-Isidori Mercatoris, quas integras fere descripsit; item Pseudepigrapha, quæ affinxit primis urbis Episcopis, quorum omnium accuratissimum & bene longum Catalogum contexuit Doctiss. Blondellus *cap.* 18. *in fine sui Pseudo-Isidori vapulantis*, quem vide. Quæ cujus auctoritatis sint, jam satis supra disquisitum est in Pseudo Isidori collectione. Quid de mutationibus Gratiani sentiendum quidve tribuendum, si aliter in legibus aut Patribus, aliter in Gratiano legatur, vide sis Alber. Gentil. *de lib. jur. Canon. cap.* 2. *pr.*

318. *Judicia de Gratiano.* Judicia de Gratiano sunt varia. Quidam laudant, quidam taxant & vituperant, quidam ferunt & tolerant. Passim in eum insurgit Anton. August. *in libris de ejus Emendatione*, qui aliquando totum opus una litura deletum cuperet; aliquando iterum paucis excusat. Vehementer insurgit Ant. Contius lect. cap. 10. ubi *errorum monstra quædam*, ut vocat, recenset. Alii vero excusant, alii laudant: Apologeticum ei scripsit ex professo Joann. Chiffletius JC. Vesontinus, *in Apologetica dissertat. de utriusque jur. Architect. cap. V.* Sed qui satis exilis est; In Gratianum debacchatur Joannes Molynæus, quem supra Decretum Ivonis edidisse diximus; contra eum amarissime insurgit Boetius Epo, *de jur. sacr.* qui Gratianum defendit, & Molynæum prævaricatorem vocat in sua professione. Ut Ivonis decretum, quod edilderat, extolleret, dicit, Gratiani depressisse. Longa nimis sunt ipsa judicia, quam ut hic inseri possint. Unum atque alterum subiicio. Nobilissimus Mornæus *in Mysterio iniquitatis, pag. mihi* 285. *edit. Gorichem.* de Gratiano hoc habet: *Per idem etiam tempus, Gratianus Decretum consarcinat, non felicius quam Pandectas Justinianus; ex Canonibus & Decretis antiquis, quæ quidem ipse pluribus locis ad temporis corruptelam accommodat, Romanæ ambitioni præsertim servire cogit: quamquam multa nobis vestigia relinquit, quorum ope, antiquam Ecclesiæ & doctrinam & usum investigare sedulo quærentibus datur. Aventinus sane antiquitatis studiosissimus nobis author, ante Gratianum Jus Canonicum longe diversum fuisse: Etenim, inquit,* uti est in nostris Bibliothecis sincerum, duas continet partes, prima, Acta sunt universorum Conciliorum, quæ quidem recepta esse constat; altera, Constitutiones, Epistolas, Rescripta maximorum Pontificum complectitur, ut quæque gesta fuere: causæ, adsessores, testes, adducti locorum temporumque momentis, commemorantur: *Quod utinam ab hoc labore abstinuisset; & hoc interim Ecclesiæ annobis, & in omnibus universitatibus legi jubet, haud dubie quia sub unius Pontificis jugum universam Ecclesiam redigebat; Bernardi Consiliorum in libris de considerationibus quam parum memor. Eadem methodus Petri Lombardi, (is Gratiani frater) in 4. Sententiarum libris, quas ex Patrum locis hinc inde collectis, in certum ordinem compingit, quas & ipse immutato, omisso, addito interdum alieno verbo, forma servire cogit, ad corruptam avi sui Theologiam inflectit; ut deinceps unus Gratianus consulatur, unus in scholis prælegatur Lombardus; In his tota seu Jurisprudentia, seu Theologia Christiana posita sit; fontem reperere in sacris veteris & novi Testamenti scripturis, in Patrum adeo monumentis antiquiorumve Conciliorum actis, nemo debere credat; penitus eum introspicere hæresis censeatur.* Huic subiicio judicium Magni Erasmi *in libro singulari antibarbarorum. Gratianus de quibusdam quæstionibus in utramque partem disputat, & quidem pari copia, parique facundia: quod idem olim Gorgiam, & Carneadem fecisse legimus. Lectori autem, ubi jam longa lectione cerebrum vertigine rotari, & caligare acies cœperit, non multo certior surgit, quam Demipho ille Terentianus, qui ex tribus advocatis consultis, cum unus suasisset, alter negasset, tertius deliberandum censuisset; Fecistis, inquit, probe, incertior sum nunc multo, quam dudum.* Et Hotomanni *in Bruto fulmine Sixti V. Et tamen execrata illa Papæ Symmachi blasphemia prolo nost in c. Multi, Chrysostomi verbis contexitur. Ex qua, & sexcentis aliis Gratianici decreti locis, de illius libri stultitia existimari potest.* Vide alia apud Sleidan. *lib.* 3. *de quat. summ. Imp.* Adde sis Fleccium Illyricum *in Catalogo test. veritat. pag. mihi* 610. *& seq. editionis novæ Francofurtensis anni* 1666. *in antiq. vero p.* 704. Ubi Gratianum inter quatuor Satanæ Apostolos collocat. Antno. Augustin. de emend. Grat. lib. 2. dial. 17. *Stupidum hominem fuisse dicit, multisque in rebus nihil vidisse*; Adde quæso integrum locum, & judicium Caspar. Ziegleri *in differt. de jur. Can. orig. & increment.* §. 38. Covarruv. *resol. lib.* 4. *c.* 12. *& seq.* Baronius nimis credulum fuisse adserit, nec accuratum judicium adhibuisse, *ad annum* 774. *n.* 4. *& annum*

319. *Non omnino rejiciendum opus Gratiani, ejus usus indicatur contra Pontificios.* 664. *n.* 4. Vid. etiam Besoldum *de lib. juris cap.* 8. *pag.* 42. Matth. Steph. *Præfat. part.* 3. *de jurisd. pag.* 18. [38].

Non tamen meo judicio integrum opus Gratiani penitus abolendum aut omni utilitate carere censeo. Sunt in eo multa, quæ historiam, ut supra dictum, ejus & anteriorum temporum juvant. Sunt multa, quæ erroribus Pontificiorum contraria sunt, & multa ipsam Pontificis Majestatem oppugnant, & convellunt, etiamsi contra intentionem forte scribentis, qui in promovenda Monarchia Pontificia mul-

[37] Non recens Catholicorum sententia est, quod Ecclesiæ Pastores de rebus, & Personis divino cultui mancipatis leges edere queant; si quas autem de hujusmodi objectis constitutiones emisit Civilis potestas, non antea eadem legis robur, quam ab Ecclesia reciperentur, sunt consequutæ, ut ex vetustis, ac recentibus Communionis Catholicæ scriptoribus in nota (6) ad cap. 5. lib. 1. Duareni de Ecclesiast. Minist. & Benefic. ostensum est. W.

(38) Cujus momenti sint, quæ de Gratianeo decreto proponuntur judicia a Mastrichtio abunde observatione (4) in notas ad Dialogos Augustini ejusdem Mastrichtii traditum est. W.

multum momenti attulit; Quod solide & accurate demonstravit Magnus Jurisconsultus Innocentius Gentiletus Delphinas, *in Apologia pro Ecclesiis Reformatis*, in qua controversias, quæ inter Protestantes & Pontificios agitari solent, solidissime & feliciter satis decidit. Specimen hujus rei quoque edidit ex Joanne Hallero Alstedius Encyclop. *lib.* 25. *Theol. sect.* 4. *cap.* 4. ubi ideam exhibet symphoniæ Catholicæ Juris Canonici seu Decreti Gratiani cum scripturis Canonicis in XXXV. capitibus religionis majoris ponderis. Quæ sola ratio Studiosos, interque eos etiam potissimum Theologos excitare debet ad studium Juris Canonici, ex quo, tanquam armamentario arma sufficienter contra adversarios promere, eosque proprio gladio conficere possunt. Hæc causa est, quare sæpe vapulet Gratianus apud Theologos Pontificios. Videatur Baron. *ad Ann.* 774. §. 4. & 964. §. 4. Huc facit Delrii testimonium: *Neminem*, ait, *qui jus Ecclesiasticum vel a limine salutavit, ignorare posse multa in Decreto haberi, quæ postea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extravagantibus abrogata fuerunt; nonnullaque a Gratiano per errorem inserta esse, quæ cum veritate pugnare deprehenduntur.* Neque minus Apostasiæ, sordium, absurditatum multarum ex decreto convinci potest Ecclesia Romana. Specimina vide *c. Dilectiss.* 12. *q.* 1. ubi communio inducitur omnium rerum, etiam ex republica Platonica, conjugum, *cap. Is qui.* & *cap. Christiano*, *dist.* 34. concubinatus permittitur (39).

320. Operis Gratiani consideratio ejusque partes.

Sed vocat nos tempus, ut ipsum Gratiani opus aggrediamur. Dispescuit hoc in partes tres, prima continet distinctiones centum & unam; secunda habet causas triginta sex, & quælibet causa suas varias quæstiones. Post quæstionis trigesimæ tertiæ quæstionem tertiam, immiscetur tractatus de pœnitentia, qui absolvitur septem distinctionibus. Tertia pars voluminis est de consecratione, quæ absolvitur quinque distinctionibus.

321. Dubitant quidam an de pœnitentia & consecratione sint tractatus Gratiani.

De duabus istis posterioribus tractationibus pœnitentiæ nimirum & consecratione, a quibusdam dubitatum esse, an sint a Gratiano scriptæ, didici ab Ant. Augustino, *lib.* 1. *de emend. Gratian. dial.* 18. causa est, quia iis non satis orthodoxus videtur in duabus hisce partibus Gratianus, & magis imaginarium illud, sed utilissimum Pontificiæ Monarchiæ Sacramentum pœnitentiæ evertere quam stabilire [40]. Ipsum Augustinum audiamus, pag. 288. sed præcedentia addi debent. *B. Vis dicam, quod sentio? A. Quid est, cur opus sit, veniam petere? B. Tota hæc distinctio* plus nocet nobis, quam prodest. *Mala autem incerta sunt hæc, ut* quæstio tertia caussæ XXXIII. *& postea aliæ quæstiones, & caussæ additæ. Præstitisset de pœnitentiis post omnes causas ante tractatum de consecratione conscribere. A. Sunt, qui putent hos duos tractatus non esse Gratiani, quamvis Gratianus ipse aliquot locis in caussis eorum faciat mentionem; & in quibusdam libris non esse distinctos capitibus separatis; numeris autem capitum certum est nullum Gratiani volumen fuisse distinctum ante Contianam editionem. C. Cur tu eos numeros non sequeris, sed aliam rationem? A. Ego numeros addidi ante eam editionem; neque divinare potui, quid in ea scripturus esset Contius. Varietatis caussa est, quod ille caput secundum appellat, quod ego primum esse puto. Principium enim quæstionis primum caput appellare voluit quotiens verbis Gratiani constat. Est etiam alia varietatis caussa in capitibus Paleæ nomine adscriptis, quæ ab eo nonnunquam omittuntur, aliquando numerum augent. Sed quid Romani selecti viri de hoc primo distinctione statuunt? B. Hæc verba in scheda inveni.* Tractatus hic de pœnitentia non videtur esse Gratiani, sed alicujus paulo antiquioris, & totus huc videtur translatus; deestque in exemplaribus antiquis. *A. Non esse antiquioris Gratiano apparet, quia multa ex Digestis adfert, & ex aliis libris juris civilis, quæ omnia sunt Gratiani tempore quasi postliminio restituta. B. Nimius est in his referendis, & valde ineptus, sed alia verba referam selectorum virorum. Verbis Gratiani in extrema hac distinctione* Cui autem harum &c. *hæc adscribi jusserunt.* Errat in hoc Gratianus, & non est dubitandum, quin peccata mortalia, quantumcumque occulte, sacerdoti secreto sint confitenda: & nullus defendit alteram opinionem, quam quisque voluerit. Hæc illa.

322. Adseruntur Gratiano.

Non tamen ausi fuerunt Correctores illi Romani exemplaribus editis adscribere, quod duo isti tractatus non sint Gratiani; Neque ullas etiam firmas rationes adferunt, quare Gratiano abjudicandi sint, cum nullus veterum hoc faciat. Maneant itaque tantisper Gratiani, donec evidentiores rationes sint allatæ. Cui sententiæ non obscure favet Anton. Augustinus in supra relatis, quando probat, contra quam Censores Romani notarant, non esse scriptoris antiquioris Gratiano, qui duos istos de pœnitentia & consecratione scripsit tractatus. Mihi verius videtur, si ex modo connectendi, & stylo judicium ferendum sit, cum utrumque tam in Decreto, quam in duobus illis tractatibus de pœnitentia & consecratione sit sibi simillimum, etiam utrumque esse Gratiani. Maxime cum ipse Gratianus, fatente supra Ant. Augustino, in causis faciat eorum ipse mentionem. Totum hoc Decretum habet capitula 3848. connumeratis quæstionibus, quæ in certa capitula non sunt dispositæ, uti refert, Doctissimus ac Clarissimus Jurisconsultus, D. Jacobus Brandmullerus, Antecessor Basiliensis, Promotor meus Venerandus, *in præliminarib. ad dissert. jur. Civil. & Canon. cap.* 4. *pag.* 5. *fin.*

323. Allegationes seu Citationes Decreti.

De citationibus Decreti seu allegationibus, non opus multum dicere: translatitium est, siquidem & minutiae hasce hic memorare convenit; in prima parte allegari capur, seu canonem vel per numerum, vel per initialia verba, vel per utrumque, subjuncto distinctionis numero in quo continetur; veluti: *c. Sancta Romana.* 3. *dist.* 15. Hoc in hac parte observandum, citari eam a Pepiense, per *tractatum ordinandorum*, quem Gratianus ipsa solet ita vocare a distinctione XXIII. usque ad causam primam, test. Alber. Gentil. *de lib. jur. Can. cap.* 8. *pr. fere.* In secunda parte Decreti, eadem ratione canon, vel per numerum vel per initialia verba vel per utrumque citatur, subsequi solet numerus, qui vel adjunctam habet C literam, vel illud *caus.* vel etiam quod sæpissime fieri solet, nihil; semper autem designat ille numerus causam; hunc excipit. lit. q. vel illud. Quæst. tum subjicitur numerus; ut sciamus cujus causæ, & cujus quæstiones sit canon vel capitulum; Exemplum hujus citationis est, *c. Institutionis nostræ*, 7. 25. *q.* 2. Vel *cap. Institutionis nostræ. c.* vel *caus.* 25. *q.* 2. Quod si in hac secunda parte occurrat canon in tractatu de pœnitentia, citatio nihil differt ab allegatione primæ partis, nisi quod addatur, illud, *de pœnit.* Veluti *c. Pœnitentiam agere*, 6. *dist.* 3. *de pœnit.* Pro voce *pœnitentia* in tertia parte decreti substituitur vox de *consecratione*; servete eadem ratione allegandi quæ obtinet in parte prima, ut docet hoc exemplum: *c. Hoc quoque statutum*, 61. *dist.* 1.

Tom. III. l *de*

(39) Criminationes, & maledicta, quæ in sanctam Dei Ecclesiam proferre Mastrichtium non puduit, prædicta Observatione (4) in notas ad Dialogos Augustini reiiciuntur, W.

(40) Execrabilem in sanctissimum Pœnitentiæ Sacramentum blasphemiam observatione (35) *in notas* Mastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini exsufflatam intuemur, W.

324. *Nota emendatorum, & rejectiones ad auctores: item, partes Gratiani.*

de consecrat. Præter hæc, ut omnes minutias simul demus, observandum, occurrere in editione Decreti *notas* Emendatorum Romanorum, qui jussu Gregorii XIII. superiori sæculo, ut infra docebimus, decretum repurgarunt, quæ singulis capitulis soleat subjici; deinde adjectas esse ab iisdem *rejectiones*, quibus docent, apud quos Collectores canonum anteriores idem canon inveniatur; quæ rejectiones in editione Romana, & Corpore Juris Canonici Glossat. in margine leguntur, in aliis editionibus in finem paginæ sunt rejectæ. Ab his notis, quæ subjiciuntur canonibus, distinguenda sunt verba Gratiani, post canones iisdem posita, quæ per *partes*, quas alii paragraphos vocant, ille distinxit: addito parti cuique numero; quas partes continuat sæpe per multa capita, donec alia quæstio aut articulus occurrat. Sunt autem in novis exemplaribus alio charactere ab ipsis canonibus distinctæ; in antiquis, quia illud artificium erat ignotum, id non invenitur. Cujus rei unicum exemplum afferemus, ut sciant Studiosi, quæ sint *annotationes* Correctorum Romanorum, quæ sint eorum *rejectiones*, quæ sint *partes* Gratiani, & quæ sit *continuatio*. In *causa 16. quæst. 7. cap. 35.* subjicitur hæc annotatio Correctorum, quam indicat hæc ¶. nota. *In capitularibus & legibus Longobardicis, & apud Burchardum & Ivonem, qui ipsi citant in Decretis Gregorii Papæ sic habetur &c.* Rejectionem in illo capitulo indicat litera f. in editione vero Romana vel Corpore Glossato tantum in margine notatus numerus capitis; Rejectio autem hæc est: *lib. 5. cap. 44. & in Legib. lib. 3. tit. de Episcop. & Cler. l. 44. Ans. l. 1. c. 8 Burch. l. 3. c. 41. Ivo, p. 3. c. 45.* Qua indicant, illud capitulum inveniri in lib. 5. Capitularis Carol. Magni c. 44. & in lib. 3. tit. de Episcopis & Clericis legum Longobardicarum. Item apud Anselmum lib. 1. c. 8. Burchardum lib. 3. c. 41. Ivonem part. 3. c. 45. In sequenti porro capite 36. ejusdem causæ 16. & quæstionis 7. invenitur distinctio Gratiani, post Capitulum enim hæc leguntur, *4. part. Ut ergo ex his auctoritatibus colligitur de manu Laicorum Ecclesia recipienda non sunt, nisi cum consensu Episcoporum, juxta illud Concilii Moguntini &c.* Quæ distinctio Gratiani continuatur post caput 38. ejusdem caus. & quæst. idque sine numero novo aut etiam nota hac ¶ cujus supra memini. Verba continuationis sunt hæc: *Sicut ergo auctoritate Hieronymi decimæ male possessæ a Laico, Episcopo consentiente licet Monachis recipere &c.* Guido Panciroll. *lib. 3. de Clar. leg. interpr. cap. 2.* in vita Gratiani, testatur, Gratiani verba, duplici cruce aut paragraphi (potius partis, ita enim appellatur, quamvis in vetustis hoc non addatur

325. *Numeri & summaria capitum unde.*

exemplaribus) charactere ab aliis esse distincta. Numeri autem & Summaria, quæ singulis capitulis præmittuntur, non sunt ab ipso Gratiano; quinimo longo post Gratianum demum ab Antonio Contio teste Ant. August. supra adducto, numeri sunt adjecti, ab ejus editione etiam per numeros cœperunt allegari capitula. Quando aut a quibus summaria addita sint, non satis compertum habeo. In meo exemplari Manuscripto in membranis nitidissimis & sincerissimis, decretalium cum Glossis non invenio ulla capitulorum summaria, in antiquissimis tamen editionibus Corporis Glossati veluti ea, quæ Parisiis prodiit Anno 1505. inveniuntur, & quidem ut in omnibus rubro-nigris editionibus, colore rubro distincta ab ipso texto. Ab ipsis Glossatoribus non esse, probat, quod in Manuscriptis exemplaribus, saltem in meo, non inveniantur, in quo tamen Glossæ habentur. Probabile est addita esse ab iis, qui additiones Glossarum scripserunt, aut qui editiones primas procurarunt, uti etiam factum in Corpore

326. *Inscriptiones distinctionum & quæstionum.*

Juris Civilis. A quibus forte etiam additæ in marginibus editionibus inscriptiones Distinctionum & Quæstionum, quæ in principio cujusque paginæ conspiciuntur, ut indicent materiam, de qua distinctio aut quæstio agit, ad exemplum rubricarum, quæ in frontispicio paginarum Corporis Juris Civilis solent

327. *Quid vox SUPRA & vox EXTRA in allegationibus significet.*

præmitti, quod in Corpore Juris Canonici Glossato non est observatum, sed in eo præmitti solent principio Decreti. Finem minutiarum faciemus, si illud tantum verbo, addiderimus; quod in veterum, Alani, Vincentii &c. allegationibus capitulorum Gratiani vox SUPRA designet. Addita illa est citationibus, ut indicet esse in Collectione antiquiore, quam sunt Decretales, capitulum: earum quippe collectiones sunt recentiores Opere Gratiani. Qui ergo in citationibus capitum Gratiani vocem *supra* addebant, ut indicarent esse Decretum *supra* Decretales; quemadmodum in citatione Decretalium addebant vocem EXTRA; quo denotabant, capitulum esse extra Decretum Gratiani; videatur hic de re Albert. Gentil. *de libr. jur. Canon. cap. 1.* item Besold. *dissert. delib. jur. cap. 8. quæ præmittitur parti secundæ delibutae jur.* & Matth. Stephan. *in præfat. ad tract. 3. de jurisdict. pag. 10. pr.* Nunc ad

328. *Gratiani fata & mortis latent.*

Gratianum iterum. Quid post perfectum opus Decretorum Gratianus fecerit, aut quando Mortuus sit nec anonymus ille vitæ ejus scriptor, neque quantum scio, alii prodiderunt. Anno 1165. invenio Gratianum factum esse Legati munere pro Pontifice ad Henricum II. Regem Angliæ, in causa ejus Regis cum Thoma Episcopo Cantuariense. Ut refert Flaccius Illyric. *in Catalogo test. veritat. num.*

329. *Epitaphium.*

159. pag. mihi 331. edit. novæ Francof. Epitaphium, quod deinde positum est Bononiæ, refert Guid. Panciroll. *lib. 3. de Clar. leg. interpret. cap. 2.* & Valent. Forsterus *in Histor. jur. Rom. lib. 3. cap. 7.*

GRATIANI CLUSINI CÆSAREI JURIS ET PONTIFICII ENUCLEATORIS PROPE DIVINI, QUI MONACHUS IN MARTYRUM FELICIS ET NABORIS ÆDE ABSOLUTISSIMUM IBIDEM OPUS DECRETORUM ANNO GRATIÆ MCLL COMPILAVIT, SEPULCHRUM QUOD ILLIC CURIÆ RUDERIBUS ABSORPTUM, HIC MAGNIFICENTIUS RENOVATUM, JO. FRANCISCUS ALDROVANDUS BONON. IV. DICTATOR ÆRE PUBLICO INSTAURAVIT.

330. *Cardinalem facit Albericus.*

ANNO SALUTIS MCCCCXCVIII. IDIB. JUNII JOANNE BENTIVOLO II. P. P. REMP. FELICITER GUBERNANTE.

331. *Omnibonus Magister Compilator Concordantiæ discordantium Canonum, ejusque opus Omnibonum.*

Id hic præterire non possum Albericum in Chron. nondum edito referente Chifletio *de Architect. Jur. c. 5. §. 4.* ex Gratiano facere Cardinalem. Cujus hæc sunt ad annum MCXLVI. quæ eo libentius addo, quia novum nobis juris Architectum, Canonum compilatorem hactenus ignotum, proferunt; *Item*, inquit, *in eodem anno, id est, Imper. Friderici quinto, quidam Magister egregius* Omnibonus *nomine librum de concordantia discordantium canonum diligentissime ordinavit in duas partes, primam partem in XVI. distinctiones; secundam in causas XXXVII. per quæstiones diversas satis artificiose positas. Et hic*

332. *Judicium Chiffletii de Cardinalitia dignitate Gratiani.*

liber a nomine Actoris, Omne bonum *appellatur. Et hunc secutus est tempore Alexandri Papæ* Gratianus Cardinalis, *qui multa addidit, ita quod de XVI. distinctionibus centum distinctiones fecit, & per ipsum ista doctrina facta est magis authentica.* Qua de re accipe quoque judicium Chifletii: *Tametsi*, inquit, *nullum honorem esse putem qui in Gratianum* (ita Chiffletius debuit inservire rei præsenti, Apologiam

enim

enim scribebat Gratiano) *collatus, non sit ei qui contulerit magnam judicii laudem allaturus; hunc tamen illi adserere non ausim, quod fraudi fuisse videatur Alberico nominum similitudo. Alexander enim Papa III. Pisanum quendam, cui Gratiano nomen fuit, ex Subdiacono & scriptore Apostolico Cardinalem creavit, & suorum omnium consiliorum participem atque adjutorem esse voluit Anno salutis* MCLXXVII. *Unde forte orta Alberici opinio in eam historiæ speciem coaluit, quam bona fide literis consignavit.* Verior est Magistri titulus, qui passim Gratiano tribuitur, vide sis *Gloss. in cap.* 2. *dist.* 68. Qui ista ætate Doctorem vel juris interpretem denotabat. Sic quoque Trancredus Glossator, Magister appellatur. Vid. Guid. Panciroll. *de Clar. leg. interpr. lib.* 3. *c.* 4. Alber. Gentil. *de libr. Jur. Canon. cap.* 2. *pag.* 21. Postquam Opus Gratiani editum & Scholis ad prælegendum & explicandum traditum esset, jam statim accesserunt Glossographi, qui notas & explicationes ad Decretum scriberent; Quorum Primi memorantur Laurentius Patria Cremensis. Abbas *in c. Cum Joanner. num* 13. *de fide instrum.* Vincentius Castellioneus Mediolanensis Summus Canonista, Abbas *cap. Si quis contra. sub n.* 13. *de for. compet.* & Bernardi Bottoni Præceptor, quem tamen Oldradus *in cons.* 69. *in fin.* Hispanum fuisse adfirmat. Item Hugutio, vel ut alii Hugo Vercellis, quæ ejus patria fuit, postea Ferrariæ Episcopus, de quo quædam etiam habet Anton. Augustin. *libr.* 2. *dial.* 9. *pag.* 448. *& seqq.* Præterea Jo. Semeca Theutonicus, qui anteriorum Glossas reformavit, & paucis additis, suas fecit. Fuit Azonis discipulus, *Gloss. in c. Quondo. dist.* 86. Cum diu juri operam dedisset, Prædicatorum, ut vocant, Monasterium ingressus est, Alberic. *in dict. proœm. in fin.* Postea initio sæculi XIII. præpositus S. Stephani Halberstadensis factus, otium nactus Decretum interpretari cœpit. Cumque Clemens IV. decimas per Germaniam & Gallias ad Palæstinæ loca redimenda exigeret, Joannes Semeca concilium appellavit; quare Pontificis diras meruit, & ab officio remotionem. Controversia paulo post utriusque morte sopita est. Vid. Crantz. *de reb. Saxon. lib.* 8. *c.* 27. Composuit quoque Semeca Summam seu Compendium Confessionis, quod primum inter breviaria locum obtinet; & ubi summa non alio adjecto citatur, hujus opus indicatur. Alberic. *in Proœm. dict. in fin.* Decessit anno 1269. De illo insuper judicium est Pancirolli, *de clar. leg. interpret. lib.* 3. *cap.* 6. *Joannes Semera etsi quandoque ineptis, ut illa ætas ferebat vocibus utitur, non modicam tamen Operi Gratiani lucem adfert; pleraque novi & veteris testamenti loca erudite explicat.* Eum, ut patet ex dictis, Albert. Crantzius *d. l.* & ex eo Henric. Pantal. *de Viris illustr. German. part.* 2. *pag.* 238. forte & Freherus in *Chronolog.* quam Juri Græco Romano præmisit, (qui & hunc errorem cumulat, quod Semecam ponat in annum 1272. cum jam ultra triennium mortuus esset) male *primum* vocant decreti *Glossatorem.* Crantzii locum refert Amicus noster summus Nobil. & Consultiss. D. Vincentius Placcius Jurisc. Hamburgensis, *in Syntagmate* operoso, *de scriptis & Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis,* (in quo utinam festinantia & lucri præpostera cupido Typographi, ut mihi Nobiliss. Auctor conquestus est, nobis non invidisset doctam de tota ἀνωνύμως & ψευδωνύμως scribendi ratione, præfationem & in posterioribus Pseudonymis detectis proliziores excursus) *cap.* 3. *de Anonymis detectis, num.* 128. *pag.* 36. Ante eum enim jam supra relati Glossas ad Decretum scripserant & publicaverant, de quibus vid. Panciroll. *de clar. leg. interpret. lib.* 3. *capp.* 3. *&* 4. Anton. Florentin. *part.* 3. *specul. pr. & tit.* 18. *c.* 6. *fin.* primas defert Huguttioni in scribendis Glossis, cujus Gloriam Joannes Semeca postea in se derivavit & obfuscavit. Vitam ejus inter Jurisconsultos Germanos recitat Melchior Adami: Hujus Glossis quædam adjecit Bartholomæus Brixiensis, Vincentii Castellionei discipulus anno MCCLVI. sedente Alexandro IV. Papa. In quibus errata Semecæ notavit, omissa supplevit, & quæ postea immutata sunt, adjecit; vide ipsum in *Decreti initio.* Hic & temporum historiam scripsit, teste Caccialup. *de modo studend.* Raph. Volateran. *lib. XXI. Antropag.* Vossio *de histor. Latin. libr.* 2. *cap.* 57. Quæstiones diebus Dominicis & Veneris a se disputatas collegit, easque *Dominicales Veneriales que* appellavit, imitatus Pileum, qui *Sabbatinas* vocavit, quæ Sabbati die disputaverat. Ab Alexandro IV. Papa, teste Platina, non contemnenda munera retulit: Patriarchæ Venetiarum seu Gradensi quandoque adsedit. Jo. de Turrecremat. *in c. Episcopus non flagitetur.* II. *q.* I. plures ejusmodi rejectiones & formulas vid. apud Alberic. Gent. *de libr. jur. cap.* 3. *pag.* 28. vide sis Panciroll. *d. l. cap.* 7. quid præter enumerata scripserit, habes apud Simlerum in *Bibliotheca.* Sed ad Collectores nostros revertendum est: si tamen commodo hoc loco præmisero quædam de Glossis, (quæ vox Consultis & Studiosis juris in frequenti usu est) a quibus scribendis, Glossographi & Glossatores dicti sunt, Glossa vel Glossema Græcis vocabatur vox, quæ in communi usu & consuetudine non erat, sed alicui genti propria, ideoque non a singulis intelligebatur, quæ quoad communem linguam ξενική, seu peregrina, vocabatur. Exemplo id illustrat Aristoteles *de Arte Poet.* ubi σίγυννον, vocem, quæ Cypriis propria, & jaculi genus erat, suis dicit γλῶτταν esse, & Eustathius *Iliad. Homer.* Glossam interpretatur ἀποξενωμένην διάλεκτον, Clemens Alexandr. 1. *Strom.* ἀπεριλήπτους τὰς βαρβάρων φωνὰς, quas non dialectos, sed Glossas dici oportere censet, quod Dialecti dictiones sint proprium & peculiarem loci cujusdam characterem, designantes, vel vocabula propriam & commune gentis alicujus idioma significantia, ut quinque Græcorum, præcipue Attica, Ionica, Dorica, Æolia, communis. Quod in Barbarorum linguis reperiri nequit: quas vere dicere possit πρώτας καὶ γενικὰς διαλέκτους. Vide Philipp. Jac. Maussacum *in dissert. critica de Harpocratione*, quam ejus dictionario a se illustrato subjunxit pag. 347. ubi pag. seq. subjungit: *Glossæ igitur barbara & externa vocabula sunt, quæ nemo interpretatur,* γλώσσῃ λαλῶν 1. *Cor.* 14. 2. *non tantum simpliciter lingua loquens, ut vulgo vertunt, sed barbare loquens & per Glossas, quas nemo percipiat, propter ignorationem* δυνάμεως τῆς φωνῆς, *unde apposite Divinus Apostolus exclamat* διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ *V.* 13. *Qui Barbare loquitur, non lingua, oret ut intelligi possit; nisi enim barbare & per Glossas loqueretur, ad quid orare deberet ex Apostoli præcepto, ut ejus verba percipi & intelligi possent? qui lingua loquitur, dummodo non barbare loquatur intelligi potest, ergo frustra oraret, ut intelligeretur, si ut vulgares interpretationes habent, verba illa* λαλῶν γλώσσῃ *interpretemur lingua loquens nude & simpliciter.* Hæc Maussacus, qui quanquam non adsecutus sit mentem Divi Pauli; totus enim contextus flagitat, ut λαλῶν γλώσσῃ interpretemur de iis, qui Spiritus Sancti dono peculiari peregrinis linguis loquuntur: tamen ingeniose facit Paulum inservire hypothesi suæ. Utrumque, γλώσσημα & γλῶσσα occurrit apud Quintilianum, *lib.* 1. *cap.* 1.

333. Verior titulus Magistri, qui tum Doctoribus dabatur.

334. Glossatores Decreti.

335. Glossographi unde Glossa quid.

in fine fere, ubi Glossas vocat, *interpretationes linguæ secretioris: Illud*, inquit, *non pœnitebit curasse, cum scribere nomina pure cœperit, ut hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus perdat, pretium enim potest* interpretationem linguæ secretioris, *quas Græci* γλώττας *vocant, dum aliud agitur edisse*. Et iterum *lib.* 1. *c.* 8. *Circa* Glossemata *etiam, id est voces minus usitatas non ultima ejus professionis est diligentia*. Latius adhuc Glossas extendit Galenus, qui voces *peregrinas*, & *obsoletas* inter Glossas recenset, item Pollux, *lib.* 2. *c.* 4. qui & poeticas voces in hunc censum refert. Utrique occurrit Doctiss. Henric. Stephan. *In Palæst. de latinit. Lipsii, pag.* 43. *Glossæ & Glossemata*, inquit, *nominantur certis dialecti peculiaria, ideoque a communi Græca lingua usu aliena vocabula*. Unde & ξενικά, *quasi peregrina appellabantur; Galenus ut dixi, in meo Thesauro Græcæ linguæ*, γλώττας *peregrina vocabula vel obsoleta esse ait. Cui tamen de hac expositione vix assentiri possum, ut nimis coarctante hujus vocabuli significationem. Verum & a Polluce dissentio, Poetica vocabula Glossas esse nominata, scribente. Ab eo quoque dissentio, inquam, ut alteram in partem peccante, id est nimium hujus usum latius quam par sit extendente. Alioqui enim non parva Græci sermonis portio* γλωττῶν *appellatione comprehendi posset*. Quare autem hæ voces Glossæ vocatæ sint, conjicit, *pag.* 49. *Sed cur ejusmodi vocabula Græci Glossas vocabant? De hoc non dubito, quin Græci, cum tale vocabulum aliquod quale diximus, Glossam, id est linguam vocarent, ellipsi uterentur, seu* ἐλλειπτικῶς *loquerentur, ac perinde esset, ac si dicerent* γλῶττα ἰδία τινῶν, *aut aliquid simile*. Qui istiusmodi voces exponebant *Glossographi, Glossatores, Glossematarii, Glossulorii*, dicti, ut notat Turneb. & docte Maussacus Laudatæ *dissert. crit. pag.* 353. *& seqq.* ubi & originem & progressum multis enarrat, & scriptores ejusmodi recenset. Pertinuit harum vocum interpretatio ad Grammaticam, Varro, *lib.* 6. *de Ling. Lat. In Medo Ennius, Cælitum camilla expectata advenis; salve hospita. Camilla qui Glossemata interpretati, dixerunt administram*: adde sis Maussacum, *d. dissert. Critica, de Harpocratione, pag.* 351. ubi Dorothei ea Photio & aliorum meminit. Libri, in quibus Glossæ ejusmodi seu voces propriæ quibusdam, minus vulgo intellectæ, explicabantur, *Glossaria* vocabantur, quæ & *lexica* dicta a recentioribus; sed Glossaria a lexicis tamen id differebant, quod lexica qualcunque, Glossaria tantum certum genus vocum continuerint; vide sis latissime Maussacum *d. l. pag.* 363. *& seqq.* Postea Glossæ & Glossemata sunt translata, ut non voces ipsas, sed vocum expositiones iis denotarentur; apposite iterum Stephanus, *d. l. pag.* 50. *Sed unde factum esse putas, ut Glossa quod de vocabulo peregrino & plerisque incognito, ideoque egente expositione, dicebatur, a posteris latinis, de ipsa expositione dictum sit? Hunc abusum inde natum esse puto, quod Glossographi iis, quas afferebant, Glossis expositiones adjungerent. Itaque perinde esse ac si remedio nomen mali ipsius appellatio tribueretur*. Probat hoc satis locus Quintiliani *lib.* 1. *cap.* 1. *supra relatus*, & Doctiss. Maussacus *d. l.* qui Glossas vocum Barbararum, & quarumcunque exterarum ἐξηγήτας dicit fuisse; vid. cum pluribus pag. 352. Concludit tandem pag. 353. Glossis Barbarorum primo, deinde peregrinorum omnium, sensui vero obscurorum & non usitatorum vocabulorum interpretationes fuisse. Apposite Doctiss. Casaubonus ad Athenæum *lib.* 3. *c.* 6. *in fine*, ubi hoc firmat, & de antiquis Glossarum Scriptoribus multa habet, quæ tamen Maussacus *d. l.* accuratius & prolixius exequitur. Verba Casauboni sunt hec: Cydonia *mala etiam* ἀσδύλαλα *fuisse olim vocata, probatur autoritate Hermonis, qui Glossas* Κρητικὰς *conscripserat. Non sunt ferendi qui Glossas* κριτικὰς, *id est*, judiciarias, *ut vertunt, sunt commenti, prorsus* ἀκρίτως. *Olim docti multi Glossas, id est, obscurarum vocum interpretationes, & ut nunc vocant* Λεξικὰ *ediderant. Nam* γλῶτταν *&* γλώττημα *nuncupabant vocabulum vulgo incognitum: vel quia peregrinum & barbarum, vel quia jam obsoletum, & oblivioni traditum. Est enim & verborum quidam interitus. Unde illud sapientissimi Imperatoris, M. Antonini Philosophi, lib.* 4. αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν. οὕτως ἂν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλαι πολυυμνήτων, νῦν τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐστιν. *Auctores antiqui Glossarum celebrantur, Amerias, Seleucus, Pamphilus, Nicander Colophonius, Philetas, Philemon Timachides, Hermonax, alii. Sed fuere qui unius tantum gentis vocabulo suscepere interpretanda, ut Philemon, cujus* Ἀττικαὶ λέξεις, *& Aristophanes, cujus* Glossæ Laconicæ *non multo ante laudabantur. Similiter Hermonax Creticæ dialecti tantum voces complexus operi suo, titulum praefecerat* Γλῶσσαι Κρητικαί, *cujus libri aliquoties meminit Athenæus*. Ulterius etiam prolati termini Glossarum cum primo designarentur voces Dialectis peculiares, earumque expositiones, tandem quælibet explicatio verborum & rerum cœpit Glossa dici; & ita Glossæ juris, Glossæ bibliorum natæ sunt; quamquam vetus dictionarium, inter commentum & Glossam distinguat. *Glosa*, [de qua Scriptura vid. Spizelium ad Prudentium *pag.* 215. *edit. Weitzii*] inquit, *dicitur a Glosa quod est lingua, & distat inter commentum Glosam & translationem. Commentum expositio est, verborum juncturam non considerans, sed tantum sensum, deservit enim expositioni alicujus libri; & non construktioni literæ. Accipitur tamen quoque commentum largius, scilicet pro quolibet libro, studio vel doctrina & tunc sic definitur. Commentum est plurium studio vel doctrina in mente habitorum in unum collectio. Glosa est expositio literæ & ipsius sententiæ, quæ non solum sententiam, sed etiam verba attendit. Vel Glosa dicitur expositio sententiæ literam continuans & exponens. Unde dicitur Glosa quasi Glossa, id est, lingua, quod tanquam lingua Doctoris adsistet & exponeret, sic literæ exponendæ insistit & sensum enucleat. Translatio est expositio sententiæ per aliam linguam. Textus est liber, ipsius Doctoris continens tractatum sua literæ vel sententiæ explicationem*. His inquam non obstantibus omnes expositiones sive verborum, sive rerum Glossarum nomine & cultis Barbaris venire solebant; quod affatim ostendunt Glossæ Accursii in jus civile, Jo. Semecæ seu Barth. Brixiensis in Decretum, item Glossa ordinaria in Biblia. Plura qui de Glossis, & Glossographis desiderat, is adeat sæpe laudatam Maussaci *Dissertat. criticam de Harpocratione*, ubi multa accu-

536. Decretalium Collectiones. rate disseruit; subjunxit eam Harpocrationis Dictionario a se edito, Cœlium Rhodigin. *lib.* 7. *c.* 27. *& lib.* 13. *cap.* 4. Jo. a Wouweren *de Polymat. cap.* 9.

537. Decretales quid, earum origo & progressus. Nos ad Compilatores juris Ecclesiastici revertimur; Post Gratianum, cum tam feliciter ei labor cessisset, ad Decretales Pontificum Romanorum epistolas colligendas & digerendas certatim multi provolarunt. Sunt autem Decretales Pontificum Romanorum epistolæ, quibus respondent ii, qui aliqua de re consuluntur; Incrementum enim Pontificis Romani, ex splendore & dominio orbis, ut supra oo-

notatum multus, qui in rebus controversis consilia petebant, ad Romanos Episcopos excivit; qui petentibus rescribebant. Quod & alii Episcopi in Oriente & Occidente soliti facere. Sed horum, ut alibi notavi, epistolæ non tam accurate adservatæ sunt, quam Romanorum præsulum. Erant hæc rescripta Episcoporum, & Metropolitanorum primum tantum consilia, quæ nullam obligandi vim habebant, postea majoris cœperunt esse auctoritatis atque pretii, & inter scripta Patrum haberi & venerari: quod tamen primum factum in fine sæculi quinti, & quidem in Ecclesia Romana. Cujus rei testimonium illustre præbet Synodus Romana sub Gelasio Anno 494. Romæ habita, in qua a LXX. Episcopis inter alia decernitur: *Item Decretales Epistolæ, quas beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt.* Vid. *c. Sancta Romana. dist.* 15. Quo decreto Patres illi auctoritatem Canonis nondum dederunt epistolis decretalibus Paparum; verum tantum in censum eorum librorum retulerunt, qui a Christianis tuto sine periculo hæreseos aut falsi dogmatis, legi poterant, quos *Ecclesiasticos* libros quidam vocarunt; evincit id satis ordo & series dicti canonis, in quo hæ Decretales post opuscula Patrum, *quæ in ecclesia recipiuntur*, ante Martyrum Monumenta recensentur; quæ tamen nemo sanus inter canones retulit unquam, aut vim canonis iis adscripsit. Primus, qui has collegit, est Dionysius Exiguus, sæculo sexto ineunte, de quo supra multis, potissimum, n. 75. & seqq. dictum, quod a Syricio inceperit collectionem suam, quia ultra Syricium genuinas nullas invenit: quod nos supra quoque probavimus, in Isidori Mercatoris Impostoris collectione. Fuisse ante Syricium Decretales Episcoporum Romanorum, id quod ex Concilio Romano statim allatum est, affatim probat. Verum non perennarunt; saltem tempore Dionysii Exigui non extabant: sedulus enim ille rusp'ator harum rerum, cum singulare volumen Decretalium institueret, eas non omisisset. Inter Canones autem noluisse collocare, aut canonicam auctoritatem his tribuere Dionysium, exinde satis clarum esse potest, quod ille singulari eas volumine incluserit & a canonibus separaverit; Primus qui inter Canones iis locum dedit, est Cresconius, ut supra *num.* 187. observavimus. Quod tamen Orientalis Ecclesia nunquam probavit, quæ in suum Codicem Decretales Pontificum Romanorum non recipit, quod tantam in eo Auctoritatem non agnosceret (41); illa tamen Patrum & Episcoporum Orientalium quædam scripta suo Codici adjunxit, non tam propter Scriptorum auctoritatem quam veritatem rerum, usum & utilitatem disciplinæ & controversiarum decisionem. In Occidente paulatim quædam Decretales, prout pro diversitate Ecclesiarum & Provinciarum, utiles Ecclesiis censebant illi, qui Ecclesiis præfecti erant, sed valde parce, neque omnes in Codices Canonum particulares receptæ sunt; quod supra de Codice Ecclesiæ Gallicanæ, & Hispanicæ observavimus. Vid. *num.* 84. & 88. Postea collectores a temporibus Pseudo-Isidori Mercatoris, eas catervatim suis collectionibus inseruerunt, in quibus eandem cum Canonibus Conciliorum, & Patrum dictis auctoritatem habebant. Omnes, quas habere potuit, etiam spurias suæ farragini inseruit Gratianus. Post eum Decretales a canonibus cœperunt separari, & singulatim colligi. Primus qui hic operam, sed privatam, impendit est Bernardus Circa, Papiensis præpositus, postea Antistes Faventinus. Hic Pontificum Decretales & constitutiones usque ad Cælestinum tertium, cujus nullum in ejus collectione extat responsum, collegit, & sub iisdem fere titulis digessit, quibus constat Gregoriana Collectio, qua hodie utimur. Ex Cælestini tempore qui Anno 1191. ad sedem Romanam pervenit, de tempore, quo vixerit, conticimus; quod Doctiss. Blondellus se dicit ignorare. Leguntur in hac collectione Decretales Lucii III. Papæ, qui Anno 1181. ad Pontificatum evectus est, & aliorum usque ad jam nominatum Cælestinum. Hujus itaque tempore oportet adhuc vixisse Bernardum Circam. Hanc *primam compilationem* Henricus Ostiensis, & Joannes Andreæ filius, & Ægidius Bellameta vocant; ipse *Breviarium Extra vel Extravagantium.* Qui Scholia scripserunt librum primum vocant. Sic etiam cæteras compilationes alii compilationem secundam, tertiam, quartam, quintam, alii librum secundum, tertium, quartum, quintum appellarunt. Edita est hæc prima collectio ab Antonio Augustino in antiquarum Decretalium Collectione, ubi primo loco habetur. Notæ autem ejus subjunguntur. Dicitur idem Bernardus sub iisdem titulis summam scripsisse, cujus initium fuit: Profectus discipuli, gloria Magistri; item Scholia & Glossulas eidem primæ collectioni adscriptas; Anton. Augustinus *de quinque veterib. Collect. in præfat. præmiss. antiq. Collect. Decret.* testatur se vidisse Glossulas quasdam sine nomine scriptas, sed multo plures adscriptis nominibus, Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii, & aliorum.

338. *Primo collectio Decretalium Bernardi Circa.*

Ordinem Compilatorum Decretalium, quia seriem temporis sectari, nobis constitutum, interrumpere cogit Theodorus Balsamon; Qui eodem fere tempore floruit, quo Bernardus noster, nempe in fine sæculi XII. & principio sæculi XIII. Nam Anno ejus secundo antequam Constantinopolis a Latinis oppugnaretur, adhuc scripsit, sed posteriora; Fuit ille Primum Diaconus Sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ Constantinopol., Nomophylax & Chartophylax. Quis Nomophylax in Imperio Orientali fuerit, id ignoramus. Chartophylax vero erat sigilli Patriarchalis custos, quod etiam in pectore gestabat, ut alicubi noster Balsamo notat, qui, ut & Codinus eum chartis ad jura Ecclesiastica pertinentibus præfectum, deinde causarum Ecclesiasticarum judicem, matrimonialium cognitorem, Clericorum defensorem, fuisse dicunt. Duo erant: Unus Patriarchius, qui Ecclesiæ Archiva servabat: Alter Oeconomæo inserviebat, & tabulas ecclesiasticorum redituum expensarumque conficiebat ac curabat. Ad priorem testimonia deponebantur, quæ scripta de iis qui sacris initiari vellent, item hierologiæ. Dignitas ejus Maxima. In supplicatione Sanctorum Notariorum jus habebat conscendendi equi Patriarchalis, auream que in capite tiaram, quæ in Cartophylacio adservabatur, gestandi. Vide sis nostrum Balsamonem

339. *Theodorus Balsamon.*

340. *Quis fuerit.*

341. *Nomophylax & Chartophylax qui.*

ad

(41) In Romano Pontifice primatum jurisditionis semper agnitum fuisse ab Ecclesia Catholica, vetustiorum Pontificum atque Conciliorum acta palam testantur, hinc ad eum leges statuendi, canones interpretandi, aut ab eis veniam concedendi potestatem pertinere cuilibet catholicorum omni ævo, omnique ætate suasum fuit: quamquam igitur per aliquod temporis, veluti responsa ad peculiares quæstiones nonnullæ decretales habitæ fiot, vim legis attamen obtinuere postquam in corpore juris a Romanis Pontificibus relatæ leges inferræ, atque Christi fidelibus propositæ sunt; quemadmodum vim legis consequuta fuere responsa prudentum, postquam ab Imperatore in Codice legum instar locata fuerunt juxta illud „ omnia nostra „ facimus, quibus auctoritatem impertimur“ lib. 1. §. Sed neque. C. de veteri jure enucl. Hæc est catholicorum sententia, quam tota Hæreticorum rabies concutere quidem, sed numquam convellere poterit. W.

ad Photii Nomoc. tit. VIII. c. 1. habebat jura Epiſcopi Conſtantinopolitani, ut idem refert *ad canonem IX. ſynod. 7. in fin.* In congregationibus extra ſynodum habebat ſeſſionem ante omnes Epiſcopos, ut idem refert *ad tone.* 1. *can.* 18. Plura de hac dignitate vide apud Joann. Epiſcop. Citri, *in reſponſ.* Codinum *de offic. & official. urbis Conſtant.* Meurtium *in Gloſſar. Mixobarbaro* voce χαρτοφύ-

342. *Primus Blachernorum.* λαξ, ubi, & in voce χαρτουλλάριΘ docet hos male confundi cum Chartulariis. Fuit præterea Balſamo πρῶτΘ Βλαχερνῶν, primus Blachernorum. Extra urbem Conſtantinopolitanam verſus Mare erat templum Blachernarum, quod apud Zonaram extruxit Pulcheria. De Præfecto Blachernarum vid. Jul. Cæſar. Buleng. *de Imper. Rom. lib.* 8. *cap.* 100. Primus Blachernarum videtur eſſe, quem

343. *Balſamon Patriarcha Antiochiæ.* nunc *Præpoſitum* vocant. Poſtea etiam factus eſt Theopoleos, ſive Magnæ Antiochiæ, totiuſque Orientis Patriarcha. Ante autem quam Patriarcha eſſet, commentarios ſcripſit, ut habet Inſcriptio editionis Pariſienſis Anni 1620. quæ Balſamonis Præfationi præmiſſa eſt. Juſſu Imperatoris Emanuelis

344. *Scripta ejus.* Comneni, & Patriarchæ Conſtantinopolitani Michaelis Anchiali, ut habet operis inſcriptio, compoſuit *expoſitionem ſacrorum & divinorum Canonum, Sanctorum & celebratiſſimorum Apoſtolorum & ſanctorum Œcumenicarum ſynodorum, ac etiam localium ac particularium & reliquorum ſanctorum Patrum, præterea eorum legum, quæ ſita ſunt in quatuordecim titulis poſitis in principio canonum, ut ſciatur quæ in uſu ſint, & quæ non ſint*; vide ſis *ejus Præfationem*, quam Commentariis ſuis, ſeu *Scholiis*, ut ipſe

345. *Editiones & interpretes Balſamonis.* vocat, præmiſit. Opus hoc Græce & Latine prodiit Pariſiis, anno 1620. ex interpretatione Gentiani Herveti, Galli, quæ tamen in illa editione eſt interpolata. Latine tantum verſio Gentiani in Photii Nomocanonem prodierat ex exemplari Joann. Tilii, Anno 1561. quo tempore ſuam quoque ejuſdem Nomocanonis verſionem Henricus Agylæus Belga ex exemplari Bibliothecæ Viti Amerbachii Baſileæ edidit; quam poſtea elegit Chriſt. Juſtellus, cum exemplar græcum Photii & Scholia Balſamonis Anno 1615. Pariſiis ederet, & retinuerunt Juſtellus Filius & Voellus in Bibliotheca Juris Pontificii, quia ſtylus Agylæi juri magis accommodatus, ut illi in Præfatione teſtantur, & nos ſupra retulimus. Præterea ſcripſit Balſamon Meditata de Patriarcharum privilegiis, & Reſponſiones ad Marcum Patriarcham Alexandrinum μελέτας ἤτοι ἀποκρίσεις, ut ipſe vocat, quæ exſtant in tomo primo Juris Græco Romani Leunclavii a Frehero editi, lib. ſeptimo: ob quæ & ob Scholia in Photium & Canones conciliorum valde inviſus & exoſus fuit Romanis. Hæcque cauſa, quare in eum toties debacchetur Baronius *tom. XII. Annal. ann.* 1191. §. 49. & 62. quod olim proſequatur Eccleſiam Romanam. Cauſam odii putat eſſe, quod poſt captam a Latinis Conſtantinopolin, acceperit illa Patriarcham Latinum. In quo ſibi ipſi contradicit §. 62. ubi meditata illa ſeu reſponſa de privilegiis Patriarcharum dicit ſcripta eſſe biennium ante quam Conſtantinopolis caperetur. Vide ſis eum *d. Anno* §. 49. & videbis cauſas averſi ab Eccleſia Latina animi eſſe cœlibatum Eccleſiæ Occidentalis in clericis, Jejunium Sabbati, Monarchiam Papæ & alia: ideoque Schiſmaticum appellari paſſim (42). Vide quoque Allatium *de conſenſ. perpet. Eccleſ. Orient. & Occident. lib.* 2. *cap.* 13. §. 4. *pag.* 722. Reſtituerunt etiam Viri docti ſuo parenti Balſamoni dubium opuſculum, quod ſub Paratitlorum nomine ſine Auctoris nomine Latine ediderat Leunclavius, quod non Paratitla vocare debes, ſed quemadmodum in Bibliotheca Juris canonici veteris, editur Συναγωγὴ τῶν κειμένων ἐν τῷ Κώδικι, καὶ τοῖς Διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσι, περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ πραγμάτων ἁγίων, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. *Collectio exſiſtentium in Codice, & Digeſtis, & Novellis conſtitutionibus de Epiſcopis & Clericis, & Monachis & rebus ſacris, atque etiam de Judæis & Clericis*, libris tribus. Quos huic Auctori adſertos vide apud Doctiſſimum Voellum in principio notarum ad hanc collectionem, *in Biblioth. Juris Canon. Veter. pag.* 1377. Juſtellum Filium, *in præfat. ejuſd. Bibliothec. in fine fere.*

346. *Seculum XIII. Collectio Decretalium ſecunda.* In ſeculo XIII. ſe offert ſecunda collectio Decretalium, cujus tres memorantur Auctores. Gilbertus, & Alanus Epiſcopus quidam Antiſiodorenſis, qui Bernardum imitati, collegerunt decretales eorum Pontificum, qui poſt Bernardum Circam vixerunt. Sed his nomen & gloriam præripuit Joannes Gallenſis vel Valenſis, Volterris natus, qui poſt duodecim annos a prima collectione (quod tem-

347. *Gilbertus & Alanus.* pus incidit in ſeculi XIII. initium) Pontificum, qui poſt Bernardi Collectionem aliquas ediderant, decretales ſeu reſcripta ex utriuſque Gilberti & Alani collectionibus, congeſſit; quibus etiam Cœleſtini tertii addidit, & Scholiis ſuis illuſtravit: his poſtea Hugo Ferrarienſis Epiſcopus, ab Innocentio

348. *Jo. Gallenſis vel Valenſis.* tertio ſæpe relatus, & Bernardus major Compoſtellanus Archidiaconus, ſuas interpretationes addiderunt. Anton. Auguſtinus in Præfat. *Collect. antiq. decret.* teſtatur ſe inſuper ſcholia Vincentii Tancredi, Alani, Laurentii & aliorum, non pauca etiam ſine nomine vidiſſe in hanc ſecundam compilationem, quæ cenſet eſſe ejuſdem Joannis Gallenſis. Edita eſt hæc quoque compilatio ab Ant. Auguſtino inter antiquas decretalium collectiones.

349. *Tertia Decretalium Collectio Bernardi Compoſtellani.* Tertiam Collectionem adornavit Bernardus Compoſtellanus, de quo ſtatim dictum, ex regiſtris Innocentii Tertii, quæ Collectio *Romana* dicta eſt. Sed offenſi Romani, quod uſu judiciorum minus recepta referret, ab Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aliqua Collectio ederetur. Quare Innocentius notarium ſuum Petrum Beneventanum anno ſui Pontificatus XII. qui eſt Chriſti

350. *Petri Beneventani, ſeu Innocentii III. Collect.* nati 1210. operi præfecit: Tum primum auctoritate publica, ut refert Ant. Auguſtinus loco citato, facta collectio juris Pontificii eſt. Nam ſuperiores omnes ſive Decretorum, ſive Decretalium Collectores privata auctoritate ſcripſerunt, & reſcripta ab eis relata negari poterant, niſi a ſcriniariis Romanæ Eccleſiæ probarentur. Hujus Collectionis interpretes fuerunt, ut refert Jo. Andr. F. Paulus [illegible]. Ant. Auguſtinus dicit ſe eadem nomina in Scholiis vidiſſe, quæ in aliis collectionibus.

351. *Quarta Collect. Innocentii III.* Quarta Collectio quinquennio poſt tertiam, ſub eodem Innocentio tertio Papa, Anno nempe Chriſti 1215. facta eſt. Cui cauſam dedit Concilium Lateranenſe IV. quod pro generali XII. habet Fr. Longus a Coriolano, *in ſumma Concil. pag.* 824. in quo LXXI. capita conſtituta ſunt, quibus adje-

ctæ

(42) Theodorum Balſamonem inviſum, & exoſum catholicis omnibus ſemper extitiſſe ob criminationes & mendacia, quæ ſumma cum impietate in Chriſti Vicarium evomuit, pluſquam ſatis compertum eſt: Romanum enim Pontificem jure exiſtimandum execrabilem nullaque commemoratione in Græcorum ſacris dignum ore blaſphemo prædicabat, excommunicatum a quatuor Patriarchis Orientis jam fuiſſe incredibili impudentia mentiebatur. Hæc autem omnia in Balſamone ipſi Græci, ut ex eorum teſtimoniis tradit Baronius ad annum Chriſti 1191. num. 62. reprobarunt. W.

ctæ sunt aliæ decretales & rescripta, quæ per quinquennii spatium post tertiam collectionem editæ erant. Duplex tamen extat hujus collectionis editio, una quæ habet tantum LXXI. Canones Concilii Lateranensis, altera cui & alia rescripta sunt addita. Posteriorem exhibet Ant. Augustinus cum suis notis in antiquarum decretalium collectionibus, loco ultimo. Ejus interpres Vincentius fuisse dicitur, Augustinus præterea Ioannem Jacobum & Robertum seu Rogerium se legisse testatur.

352. Quinta Collectio Tancredi Bononiensis.

Quintam Collectionem fecit Tancredus Bononiensis Archidiaconus, in qua sunt Honorii Tertii constitutiones, sub cujus nomine etiam publicari debuit. Prodiit hæc collectio An. Christi præter propter 1227. quo Honorius Tertius, Innocentii III. successor mortuus est. Hujus interpres perhibetur Jacobus Albanus Faventius Episcopus, Henrici Ostiensis Præceptor. Hanc diu desideratam, neque unquam editam, quia Gregorius Honorii successor de nova editione Pontifex factus statim cogitabat, cum Antonius Augustinus inter suas Collectiones non edidisset, tandem in Bibliotheca Albienti repertam, Tholosæ Anno 1645. edidit Innocentius Cironius Academiæ Tholosanæ Cancellarius, & Glossas adjecit Doctissimas, in quibus explicat ea, quæ ad juris cognitionem, & temporum historiam pertinent, quæ a prioribus Glossarum Scriptoribus omissa fuerant. Vid. Arthur Duck. *de Auctor. jur. lib. 1. cap. 7. §. 6.*

353. Sexta Collectio Gregorii noni, facta per Raymundum de Pennaforti.

Hanc tandem excepit sexta Collectio, quæ in Corpore Juris Canonici exhibetur, quæ jussu & auctoritate Gregorii IX. Papæ facta est, a Raymundo de Pennaforti, Papæ Capellano, Anno 1230. Congesta hæc est ex omnibus compilationibus anterioribus; cui quoque ea inserta, quæ in anterioribus omissa fuerunt, item quæcunque ab ipso Gregorio constituta sunt, quæ ille multa ex jure civili hausit, & non consultus respondit; quæ causa quare ejus constitutiones sæpe ad neminem diriguntur, teste Jac. Cujac. *ad c. ult. de sent. & re judic.* Ipse Gregorius *in Proœm. Decret.* operis rationem suggerit & profitetur se multa inutilia resecuisse. Queruntur attamen interpretes sæpe, quod multa utilia detraxerit, aliaque obscura addiderit, quare sæpe ad priores collectiones est recurrendum. Raymundum Collectorem multa detraxisse illæ particulæ, quæ utramque paginam faciunt in Decretalibus, *ET INFRA* affatim ostendunt. Huic fini id factum, ut ipsas constitutiones breviores faceret, sed fecit quoque obscuriores; nisi itaque sæpissime recurramus ad fontes, vix relictorum sententiam deprehendemus. Ex unius sæpe rescripti corpore plura veluti membra sub variis titulis posita, si iterum conjungantur, multo facilius cognoscuntur.

354. Utilitas priorum collectionum.

In primis collectionibus Inscriptionum quoque & nominum certior scriptura est, cujus periculum, ut refert Ant. Augustinus in *Præfat. ad Antiq. Collect. Decret.* fecit Antonius Contius, qui multa in sua editione Corporis Canonici ex hisce Collectionibus restituit. Totius operis ratio & auctoritas ex his Gregorii verbis colligi potest: *Diversas constitutiones, & decretales epistolas prædecessorum nostrorum, in diversa dispersas volumina, quorum aliqua propter nimiam similitudinem & quædam propter contrarietatem, nonnulla etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliqua vero vagabantur extra volumina supradicta, quæ tanquam incerta frequenter in judiciis vacillabant. Ad communem, & maxime studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum capellanum & pœnitentiarium nostrum, illas in unum volumen* [*resecatis superfluis*] *providimus redigendas, adjicientes constitutiones nostras, & decretales epistolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant, dubia declarantur. Volentes igitur ut hac tantum compilatione universi utantur in judiciis, & in scholis, districtius prohibemus, ne quis præsumat aliam facere, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali.* Ad illa verba *resecatis superfluis*, notant Romani censores, *interdum & utilibus, quod & de Triboniano dicitur, qui fuit Raymundo iste doctior.* Quod Scholium Joann. Chiffletio bilem succutit, *in Apologia pro hoc Raymundo*, quæ est quarta, *pro architectis juris, cap. VI. §. 2.* ubi primum dissimulat auctorem Scholii; *Quare*, inquit, *ut ne mentiar sæpe mihi stomachum movit is, qui in Præfationem Decretalium Gregorii IX. notulas quasdam conscripsit, &c.* Deinde post subjecta verba, subjicit: *Equidem miratus sum non semel, homini fortasse non indocto tam ineptum & puerile judicium excidisse.* Sed tum temporis, cum Censores Romani sæculo anteriori jussu Gregorii XIII. recognoscerent Corpus Juris Canonici, nondum erat tanti Raymundus, neque etiam adhuc in Divos relatus. Nil itaque mirum, si veram illi censuram & sententiam, quam multis exemplis comprobarunt in notis suis, de truncationibus rescriptorum a Raymundo factis, ederent. Magis ego miror quæ effutit (ut Raymundi Collectioni auctoritatem conciliaret) Chiffletius de Angelo custode; magis miror illam, quam instituit ejus cum Socratico Demone comparationem, quam ut mecum mireris, Lector; en subjicio ejus verba: *Nolo venditare Decretum Gratiani tanquam Jus Ecclesiæ, & ab ea donatum summa auctoritate. Adscripseris Gratianus interdum Sanctis Patribus, quæ vel his nunquam venerant in mentem, vel etiam iis, quæ ipsi scripta nobis reliquerunt penitus repugnant. Absit tamen, ut vel Gregorium IX. Pont. Max. vel certe Raymundum Barcinonensem, Ordinis Prædicatorum magnum lumen, perversi hac in parte judicii insimulare quisquam audeat, & oscitantiæ traducere. Nam si Socrates, quod illi a puero Genius nescio quis adhæsisset, sapientissimus habitus est secundum Pythii quoque dæmonis suffragium, qui Chærephonti id oraculum elidit, quod in omnium ore est;* Mortalium unus Socrates vere sapit; *in Opere Decretalium concinnando Raymundus non accuratissimus esse non potuit, qui Angelo suo tutelari tam usus est familiariter, ut non raro ad illatas ab eo preces excitaretur.* Non alio fini ex jure Civili multa Gregorium quidam addidisse putant, quam ne necesse esset ad jus Civile recurrere, eoque major auctoritas juri Pontificio accresceret, juris Civilis & Imperatorum splendor decresceret, & supprimeretur; vid. sis Casp. Zieglerum *in Dissertat. de origin. & increment. Juris Canon. §. 53.*

355. Raymundus quis fuerit & ejus vita, scripta & fortè decretalium.

Fuit Raymundus ille de Penna seu Pennia Forte, & Pennafuerte, quem ad hanc Collectionem adhibuit Gregorius IX. Catalaunus, patria Barcinonensis ex Regibus Arragoniæ oriundus, ordinis Prædicatorum tertius Magister generalis, Gregorii Papæ pœnitentiarius, qui præter collectionem istam decretalium scripsit *Summam de casibus*, quæ typis excusa est Romæ 1603. hoc titulo: „ Summa de pœnitentia & Matrimonio cum Glossis Jo. de Friburgo Lectoris Ord. Domin. " Ejus compendium censent quidam esse summulam Raymundi, quæ Coloniæ 1502. edita est, cujus hoc initium est: „ Summula de summa Raymundi prodiit ista ". Obiit anno 1275. ut refert Molanus in Bibliotheca Sacra MS. Anno 1601. a Clemente VIII. Canonizatus, ut loquuntur, seu in Sanctorum Ordinem est relatus, vide de eo Henricum Gandavens. *de Scriptor. Eccles. cap. 43.* & ibidem *Scholia Miræi*, Marianam *in Reb. Hispan. lib. 12. cap. 8. lib. 13. c. 13. & 22. Bibliothecam Hispanic.* cujus Collector est Andr. Schottus, *tom. 2. pag. 186. & 218.* Vitam Hispanice scripsit Salvator Pons, vertit Germanice & Monachii edidit Ægidius Albertinus 1602. ubi multa & magna miracula, quæ fi-

dem

dem excedunt, refert. Vide ſis Jo. God. Olearii *Abacum Patrologicum, pag.* 399. *& ſeqq.* Item Leandr. Albertum *in ejus vita*, & Chiſſletium, *de Architect. Juris, cap. VI.* Diſtincta eſt Collectio Raymundi, ſeu Gregorii IX. quinque libris, quorum ſummam verſiculus ille continet. *Judex* 1. *Judicium* 2. *Clerus* 3. *Sponſalia* 4. *Crimen* 5. Liber quilibet ſuos habet titulos, omnes ſimul centum & octuaginta quinque. Eſt ille ordo quoque in anterioribus compilationibus obſervatus, & exinde hauſtus, quem etiam in poſterioribus omnibus digeſtionibus ſequuti ſunt, quando quid, quod ad titulum pertineret, novi reſcriptum invenerunt; quod ſi deeſſet, ad alium titulum progreſſi ſunt; quæ cauſa eſt, quare in ſexto Clementinis & Extravagantibus ſæpe non tot tituli inveniantur, quam in ſingulis libris collectionis Gregorianæ. De hac compilatione hoc exſtat judicium Franc. Duareni *in Præfatione lib. de Sacr. Eccleſ. Miniſt.* quod ſubjicimus: *In eo Decretalium volumine multa intueri licet, quæ a priſca illa diſciplina, quam Decretorum liber a Gratiano editus continet, multum degenerent. Atque hinc natum eſt illud inter noſtrates tritum ac vulgo jactatum, male cum rebus humanis actum eſſe, ex quo decretis alæ acceſſerunt. Eſt enim hæc rerum humanorum conditio, ut fere in deterius prolabantur:*

. . . . Sic omnia fatis,

inquit Poeta,

In pejus ruere, & retro ſublapſa referri.

Ejus tamen libri lectio negligenda juris ſtudioſo non eſt, quod multa ad juris, non modo Pontificii, ſed etiam Civilis cognitionem utilia contineat. Quæ etiam tempore conſcripta ſunt iſta Epiſtola, quibus Pontifices Romani de jure conſulentibus more veterum Imperatorum reſpondebant, cauſa Eccleſiaſtica antiquam ſimplicitatem jam amiſerant, erantque ejuſmodi, ut ad eas dirimendas ac definiendas JC. ac Pragmatici adhiberentur. Unde factum eſt, ut Canonum peritus, niſi idem juris Civilis ſcientia inſtructus ſit, vulgari proverbio inter rudes & imperitos numeretur. Proverbium illud, cujus meminit hic Duarenus, *Decretis acceſſerunt alæ*, ex lingua Gallica explicandum; ubi Decreta vocantur *Decrets*, & intelligunt Decretum Gratiani; a Gregorio autem additæ ſunt alæ, id eſt ex *Decretis* fecit ille *Decretales*. Verſus illi ante reformationis tempora facti ſunt hi:

Depuis que Decrets eurent ales,
Que Gends d'armes porterent males,
Et moines allerent a Cheval,
Au monde ny euſt rien que mal.

356. *Gloſſographi hujus compilationis.* In hanc & anteriorem editionem Gloſſas ediderunt, ut refert Guido Pancirollus, *de Claris leg. Interpret. lib.* 3. *cap.* 8. quem hic ſequimur, Ruffinus, Sylveſter, Ricardus Anglus, Rodoicus cognomento Modicipaſſus, Petrus Corbolus, vel, ut alii, Boliatus Hiſpanus, *Hoſtienſ. in ſumma de eccl. ſpolio*, §. *Cum quæritur. ad fin. Joh. Andr. in c. Ivas. eod. & in proœm. decretali col.* 3. *verſ. Et ibi compilationes quinque.* Bertrandus, Damaſus, Alanus Anglicus, Petrus Papienſis Præpoſitus, Petrus Galenſis Vulterranus, Bernardus Compoſtellanus, Laurentius, Vincentius, Caſtellioneus Mediolanenſis, Joannes Teutonicus, & Tancredus, qui etiam in Decretum gloſſas ediderunt; Hos ſecuti ſunt Guillelmus Naſo, &
357. *Bernardus Bottonus Parmenſis.* Jacobus de Albenga Epiſcopus Faventinus. Sed horum omnium gloſſas Bernardus Bottonus Parmenſis, ultimam compilationem interpretatus in unum collectas ampliavit, *Archid. in peroratione Decreti*, circiter annum MCCXL. & omnem illarum gloriam in ſe tranſtulit. Eandem Gregorii IX. compilationem alii qui ex prioribus, & alii poſteriores ſunt interpretati: ut Vicentius, Gofredus, Philippus, Innocentius, Hoſtienſis, Petrus Samplo, Abbas antiquus, Bernardus Compoſtellanus, qui opus non perfecit, Egidius Bononienſis, Bonaguida Aretinus, & Franciſcus Vercellenſis, qui tantum ſuper contextu ſcripſit.
358. *Boatinus Mantuan.* Poſtea ſupervenit Boatinus Mantuanus, & Archidiaconus, qui etiam gloſſas ſunt interpretati. Quidam etiam Monachi, quorum nomina ignorantur, ſuper iiſdem Decretalibus opus compoſuere, quod Suffragium Monachorum nuncupatur, quod ut erroneum, ſuperfluum, & mancum fere inutile fuit. Hos ſe-
359. *Frater Jacobus Canonic. S. Joannis in Monte.* cutus fuit Frater Jacobus Canonicus Sancti Joannis in Monte, quorum omnium ſcripta milleglosſematum, aut interpretationum Summam excedebant, prout *in Proœm. Decret.* Joannes Andreæ teſtatur. Ex prædictis Damaſius in primam compilationem gloſſas edidit, ac librum quæſtionum ſuper multis Decretalibus, & Brocarda compoſuit, & Joannes de Albenga Hoſtienſis præceptor Honorianas eſt interpre-
360. *Damaſus.* tatus. Præter memoratos Druianus, & Guandulfus in Decretales gloſſas emiſerunt, & Petrus Man-
decator, & quidam Cardinalis. Cæterum Bernardus Bottonus Bononiæ, ubi etiam Canonicus creatus
361. *Druzianus, Guandulfus.* eſt, diu Decretales profeſſus eſt; poſtea ſacri Palatii quæſtor eſt declaratus, *gloſſ. Bernard. in c. Quod ſicut in vir. dividatur, de electiun.* quem Auditorem, & Summi Pontificis Capellanum vocant; cum enim cauſas ex toto orbe ad Urbem confluentes Pontifex in Sacello, quod Capellam nominant, adhibitis Ju-
362. *Petrus Mandecator.* riſconſultis, audiret, illi a loco Capellani ſunt appellati. Sed hi hodie numero XII. licet alias plures fuerint, ex generali, & priſca delegatione in unum ordinem redacti ſunt, & qui audiendi, cognoſcendique facultatem habent, Auditores cauſarum ſacri Palatii dicuntur, quas ex ſpeciali reſcripto plerun-
363. *Capellani Summi Pontificis qui dicantur.* que decidunt; & etiamnum Capellani nuncupantur, atque in Capella divinis inſerviunt. Bernardus poſtremo Academiæ Bononienſi Præfectus fuit, quem Germanorum vocabulo Cancellarium vocabant. Illi enim cum in Italia imperabant, omnes regionum præfectos Cancellarios appellare conſueverant. In majore templo Bononiæ cum hoc Epitaphio humatus eſt;

BERNARDUS BOTTONUS CANCELLARIUS STUDII BONONIENSIS QUI SCRIPSIT APPARATUM AD DECRETA, JACET HIC.

364. *Cenſorum Romanorum labor in hac Collectione.* Cenſores Romani ſuperiori ſæculo has Decretales contulerunt cum fontibus, Regeſtis nimirum & compilationibus, quæque inconſulto Raymundus detraxerat, & ſine quibus Decretales intelligi vix poterant, ſubjecerunt: ſunt hæc quæ in editionibus vulgatis alio characteris genere ſcripta legimus.

365. *Arſenius Monachus, & Patriarcha colligit ſynopſim canonum, ſeu Nomocanonem.* Antequam Cæteros Romanorum Præſulum labores in colligendis Decretalibus, & fulcienda ſua Pontificia majeſtate atque juriſdictione, recenſeamus, in Græciam nos ordo temporis vocat, ut labores luſtremus Arſenii Monachi, poſtea Patriarchæ Conſtantinopolitani, cum Nicephyrus Blemmydas deſignatus Patriarchatum non iniret. Hic ſub Theodoro Laſcare Juniore circa Annum Chriſti 1255. *Synopſim Canonum* ex Conciliis & Patribus in Concilio Trullano approbatis collegit. In qua accurata methodo univerſam canonicæ diſciplinæ ſcientiam, centum ſupra unum & quadraginta titulis complexus eſt, tum in fine cujuſque tituli νομικὰ quædam κεφάλαια *capita* quædam *legum* concordantium ad-

adjecit. Quare illius opus Nomocanonis quoque titulum in fine Codicis Græci Manuscripti in Bibliotheca Regis Galliarum refert. Unde κεφάλαια illa νομικὰ hauserit, non satis constat. Justellus Filius & Guill. Voell. *in Præfat. Bibliothec. juris Canon. veteris* hanc conjecturam habent: *Unde autem illa* κεφάλαια νομικὰ *deprompserit Arsenius non facile est deprehendere: multa olim & varia juris* πρόχειρα *a Basilio, Leone Philosopho & Constantino Porphyrogenneta Impp. Orientis Basilicorum auctoribus sæpius edita sunt; an autem ea illis sua forte capitula excerpserit Arsenius, non est nostrum definire, sed eruditis & juris Græci peritis disceptandum relinquimus*: Edidit Opusculum hoc Christophori Justelli filius, in Bibliotheca juris Canonici veteris tom. 2. sub hoc titulo: Ἀρσενίου Μοναχοῦ τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει Μονῆς τοῦ φιλοθέου Σύνοψις τῶν θείων Κανόνων. Παρακειμένων ἑκάστῳ κεφαλαίῳ καὶ τῶν ἁρμοζόντων ψήφων τῶν θείων κανόνων. ἀφ' ὧν καὶ ὁ νοῦς εἴληπται. ἃ ἀναγινώσκων ἀκόπως εὑρήσεις τὰ συντείνοντα, πρότερον μὲν ἀπὸ τῶν κεφαλαίων τὸν ἅπαντα νοῦν ἐκμανθάνων· ἔπειτα δὲ τοῖς ψήφοις ἀναζητῶν ἐν τῇ τῶν κανόνων βίβλῳ, καὶ πλατύτερον περὶ ἑκάστου πληροφορούμενος, εἰς δόξαν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος. Ἀμήν. *Arsenii, Monachi ejus, quod est in Sancto Monte Monasterii, Divinorum Canonum Synopsis. Appositis unicuique capiti congruentibus divinorum canonum numeris, ex quibus mens desumpta est. Quæ legendo nullo negotio invenies ea, quæ ad rem pertinent: primum quidem ex capitibus omnem sensum ediscendo, deinde vero numerorum ope in canonum libro investigando, plenius etiam de singulis certior factus, ad gloriam sanctæ & consubstantialis Trinitatis. Amen.*

A Temporibus Gregorii Noni Pontificis, in Occidente prohibitæ erant collectiones privatorum; *366. Bonifacii octavi compilatio.*
Quare cessatum est aliquantisper in colligendis Decretalibus usque ad Bonifacium Octavum, qui
XV. Papa fuit ab excessu Gregorii, & ad sedem evectus est sæculi XIII. anno 94. Hic tertio Pontificatus anno tribus Cardinalibus commisit compilationem Decretalium, Guilhelmo de Mandagotn, ex Archidiacono Nemausensi Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Fredello vel Stredelio Episcopo Niterrensi, & Richardo Patrono de Senis Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario teste *Proœm. lib. VI Decret.* *367. Liber sextus Decretalium vocatur.*
quæ postea *liber sextus Decretalium* vocantur, quia aliis quinque Gregorii addita est. Illa potissimum ex constitutionibus Innocentii IV. Gregorii X. Nicolai III. & ipsius Bonifacii: item constitutionibus duorum Conciliorum Lugdunensium sub Innocentio IV. anno 1245. & sub Gregorio X. anno 1272. celebratorum compilata est. Habet illa itidem libros quinque, ut Gregoriana, & eosdem, ut dictum, titulos, si quid interea, quod ad titulum faciat rescriptum invenerunt compilatores. Richardi cujusdam, qui & auctor hujus compilationis sit, meminit Alber. de Rosat. *ad l. ult. C. de feriis.* Superfuisse etiam Dynum, vid. apud Catellian. Cottam, *in memor.* Idem habet Valent. Forster. *in Histor. juris Civil. lib. 3. cap. 22.* Eam Bladus citat *in tit. de Pace Constantiæ, sub nomine Novellarum*, Vid. Alberic. Gent. *de lib.*
jur. Can. c. 1. p. 51. Fuit hic Bonifacius valde ambitiosus, arrogans, turbulentus, ad discordias promptus & excitandas & fovendas, quod satis ex Platina, & Præfatione Monarchica, quam huic compila- *368. Qualis fuerit.*
tioni præmisit, colligi potest. Cum Philippo Rege, suam regni Galliæ immunitatem defendente, & *369. Inimicitia cum Rege Gallicano Philippo.*
Papalibus Mandatis & rescriptis obedire detrectante, graves inimicitias exercuit. Pontifex in Galliam ad Philippum pulchrum mittit episcopum Apameensem, ut eum ad bellum sacrum incitet. Filio ejus Carolo Valesio dat orientis imperium specie, sed revera eo ut vicario in exterminandis Etruria Gibellinis uti cogitat; cunctanti Philippo anathema intentat. Philippus episcopum in custodiam tradit. Papa eum illico liberari jubet. Episcopis & Patriciis Franciæ Romam ad concilium diem dicit. Non parente Philippo, regnum Franciæ ad ecclesiam Rom. pertinere dicit, proinde abstineat ab ejus administratione subditos sacramento solvit. Philippus prælatos regno excedere vetat, & liberat quidem Apameensem, sed bullam Papæ in atrio palatii Paris. exuri facit, ejus latorem protinus facessere jubet. Cum Papa ea bulla diceret regnum Franciæ & in spiritualibus & in temporalibus sibi subesse, præbendarum collationem ad se spectare, aliud credentes hæreticos putare: respondit per literas Philippus: *Sciat tua maxima fatuitas nos in temporalibus alicui non subesse, aliquarum prabendarum collationem &c. ad nos jure regio pertinere &c. secus autem credentes fatuos & dementes reputamus.* Conveniunt Lutetiæ Ordines regni cum clero & theologis, & multorum scelerum reum agunt Papam, etiam quod non adhibeat fidem conficientibus eucharistiam, quod animas mortales putaret; ideoque ad vacantem sedem, ut ajebant, ad futurum concilium appellant. Interea sancitum ne quis quicquam Romam perferret. Bonifacius concilio Romæ habito regnum Franciæ interdicto subiicit: regem cum posteris ad 4. generationem ecclesia excludit; sed latores bullarum comprehenduntur. Vid. Jacob. Revium *in vita Bonif. VIII.* Mornæi *Mysterium iniquitat. pag. 391. edit. Gorichemens.* Hæc causa quare liber sextus *370. Ob quas liber sextus in Gallia non est receptus.*
Decretalium in Gallia non sit receptus. Duarenus *in Præfat. lib. de Sacr. Eccles. Minist. Ideo*, inquit, *in Francia receptum non esse accepimus, quod qua in eo extant, constitutiones, pleraque in odium & æmulationem Philippi Regis Francorum edita, & ad Romanæ aulæ quæstum excogitatæ creduntur.* Adde Petr. de Marca, *Concord. Sacerd. & Imper. lib. 4. c. 16.* Scripsit in hanc compilationem Glossas Jo. Andreæ; de quo vide sodes late Guidon. Panciroll. *de Clar. leg. Interpr. lib. 3. cap. 19.* [43].

Initio sæculi decimi quarti Clemens V. qui Benedicto XI. & hic Bonifacio VIII. successerat, *371. Seculo XIV. Clemens V. Clementinas collegit.*
novo augmento jus Pontificium beavit, aut potius oneravit. Hic sedem Pontificiam Avenionem in Galliam consilio Cardinalium Gallorum, quos bene multos creaverat, transtulit; eosque demonstravit æque Papam Avenionensem, ac Romanum posse dici, nec necesse esse, ut Romæ hæreat, Petrique, ut volunt, sedibus incubet. Mansit hic statio Pontificum per annos LXXII. Hic libris itidem quinque iisdemque titulis inclusit suas & Concilii Viennensis constitutiones, sed præpropere mortuus vulgare non potuit, imo moriens vetuit, ut Aventinus *libr. VII. Annal.* refert. statim adducendus. Ejus successor Joannes XXII. non obstante prohibitione Antecessoris vulgavit. Aventini judicium de hac editione est sequens: *Septimum Juris Pontificii librum, quem Clemens V. decessor ejus composuerat, sed quod multa, quæ simplicitati Christianæ, libertati Religionis imponerent, ibi continerentur, publi-*

(43) Romanum Episcopum Bonifacium VIII. a maledictis, & calumniis Mastrichtii, & Duareni, ex Gallicanorum Auctorum testimoniis vindicatum inspicere possumus in nota (d) ad Præfationem ipsius Duareni libris de Ecclesiast. Minister. & Benef. præmissa: proindeque non est cur in iis iterum refellendis immoremur. W.

bliceare ſuperſederat, atque animam agens aboleri juſſerat, (Joannes XXII.) edidit, omnia quæ ibidem ſcripta erant, rata fore conſtituit, quæ a Benedicto, qui Joanni ſucceſſit, cenſus antiquata ſunt (44). Noluit has vocari librum ſeptimum Joannes Papa, ejus editor, ſed *Clementinas inſcripſit*, miſitque ad univerſitatem Bononienſem cum Præfatione ſua anno Pontificatus ſui ſecundo, qui eſt Chriſti 1317. Gloſſas ad eas edidit Fr. Zabarella, qui & in decretales ſcripſit.

372. Joannis XXII. Extravagantes. Sub ejuſdem Joannis XXII. nomine vulgatæ extant in Corpore Canonico *Extravagantes* viginti, ita dictæ, quod vagarentur extra Corpus Collectionum Canonicarum, incertæ adhuc, num recipiendæ eſſent. Nam ab ipſo Joanne, neque ab ullo Pontifice ſunt vulgatæ, aut probatæ, ſed privata auctoritate collectæ, anno præter propter 1340. Cujacius *in c. Ad audientiam. 4. de ſponſ. & mutr.* vocat *Joanninas.* Guillelmus Occam, qui circa eadem tempora vixit, a multis has extravagantes reprehendi, pro hæreticis & falſis haberi adſerit, & errores recitat ex libris & ſermonibus Joannis hujus. Vide ſcripta hæc apud Goldaſtum *in Monarchia*; Sleidan. *lib. 2. comm.* & de Scriptis hujus Joannis XXII. Ludov. Jacob. a S. Carolo, *in Biblioth. Pontificia, lib. I.* ubi ejus Regeſtum, & Bullarium in Vaticana Bibliotheca extare refert, *pag.* 40. Scripſit in eas Zenzelinus de Caſſanis, qui alii eſt Gezelinus, vel Jeſſelinus de Coſſanchis.

373. Regulæ Cancellariæ auctorem habent Joannem XXII. Eidem Joanni XII. adſcribuntur *Regulæ Cancellariæ.* Ludovicus Gomes, qui Commentariis illuſtravit has Regulas, *in Proœmii princ.* illud ſatis compertum eſſe dicit, *Regulas Cancellariæ a Johanne XXII. initium & originem habuiſſe, nam in vetuſto quodam membranaceo Codice (quem vulgares Quinternum Cancellariæ Apoſtolicæ vocant) primus omnium in ordine ponitur Johannes XXII. Regularum Auctor, nec ante ipſum alius ſummorum Pontificum invenitur, qui hoc prius tentaverit;* Aliquibus foliis interjectis, idem tradit: ejus teſtimonium quia laudes & fraudes, homo Pontificius, Epiſcopus, ad ipſum Papam Paulum III. (cui ſuos commentarios inſcripſit) uno ſpiritu eructat, non poſſum quin totum, etiam paulo prolixius, apponam: *Redeamus igitur*, inquit, *unde digreſſi ſumus, & dicamus, quod licet ante tempora Joannis XXII. Vicecancellarius, ſcriptores & correctores literarum jam conſtituti fuiſſent, nihilominus regulæ Cancellariæ nondum compoſitæ fuerant: ſed primus omnium Joann. XXII. tanquam bonus domus ſuæ paterfamilias eas introduxit. Nec ſolum regulas, ſed etiam ut rem anguſtam domus juvaret beneficiorum etiam electivorum reſervationes ac taxas, quibus æſtimarentur, invenit. Collegium quoque ſcriptorum Apoſtolicorum, antea ſine ordine vagans, numeris diſtinxit, ut de iſtis Guill. Hiſpanus in Pragmatica Franciæ, ac Polydorus* lib. 8. de Inventoribus rerum cap. 2. *meminerunt. Quinimo beneficiorum annatas, ex quibus tam magnos proventus ſibi & Eccleſiæ comparavit, in concilio Viennenſi ſub contentione dimiſſas, ut refert Jo. Andr. licet mendoſe* in c. Inter cætera. col. fin. de offic. ord. *in uſum revocavit. A leo, ut moriens vigeſies quinquies centum millia nummum aureorum Eccleſiæ dimiſit, ut refert frater Ptolomæus de Luca* in hiſtoria Eccleſiaſtica Pontificum, in vita Joann. *Et hoc idem dicit, tacito authore. D. Petrus Andr. Gam(m)arus Rotæ auditor* in ſcholiis quibuſdam impreſſis ad extravagant. m. Julii II. *Quæ quidem annatarum inventione magnum toto orbi ſcandalum generavit. Nec mirum, quia Joann. XXII. adeo cupidi & audaciſſimi animi fuit, ut non ſolum hoc non malo Eccleſiaſticos Viros gravaret, ſed quod magis mirandum fuit non eſt veritus conſtitutionem facere, qua & regnum Germaniæ a regno Franciæ divideret, & Italiam ab imperio ſegregaret, ut Albericus author eſt. Inter hæc tamen, Rotam novis & ſaluberrimis ſtatutis ornavit, quæ hodie apud nos etiam ſervantur, & quotannis initio audientiarum publice leguntur: Et in ſumma, ille primus adminiſtrationem juſtitiæ, cujus Vicecancellarius caput eſt, quæ in regulis, & Rotæ ordinationibus conſiſtit, invenit. Quæ quidem officia ſucceſſores Pontifices in dies magis propagarunt; nam quod ad regulas attinet Joann. XXII. in ſuis regulis hoc tantum agit, abbreviatores inſtruere, videlicet quomodo literas in cancellaria, juxta ſupplicationum varias ſignaturas, deberent expedire, quas ſummi pontifices deinde magis auxerunt, uſque ad tempora Nicolai Papæ V. qui omnium pontificum primus prædeceſſorum utiliores regulas colligens, ac plures alias judiciales addens, eas omnes in eo ſtatu, in quo nunc reperiuntur, deduxit. Quem ſucceſſores uſque in hodiernum diem paucis immutatis vel additis pro ſe quiſque ſunt ſequuti: Tantus hujus hominis laus Joanni tribuitur. Fuit enim inter cæteros mortales non ſolum eruditus, ſed impenſe curioſus; nam ut ex recentioribus ſolus author eſt Franciſcus Petrarcha* lib. 2. rerum memorabil. tract. 3. cap. 53. *Joann. XXII. fuit adeo rerum omnium curioſus, ut repertoria, ſeu indices ſibi ordine alphabeti conficeret, quibus facile res omnes in promptu, & ad manus haberet. Sic itaque eccleſiæ Dei magnum præſtitit adjumentum & authoritatis prærogativam: nam, ut ea omnia, quæ hiſtorici in ejus vita referunt, omittam, quando aliud de ſe dignum Joannes præſtitiſſet: illud tamen erit omnibus ſæculis memorandum, quod primus omnium Cancellariam & Vicecancellarii dignitatem, ac Rotæ tribunal illuſtravit, quæ ſunt duo in urbe luminaria, & collegia præſtantiora: Nam tres ſunt gradus dignitatum principalium in urbe poſt Papam; primus eſt Vicecancellarii, qui adminiſtrationem juſtitiæ, Regularum Apoſtolicarum, ac conſtitutionum tutelam, & cuſtodiam tenet: circa cujus poteſtatem ſpeciales regulæ Cancellariæ conditæ fuerunt. Et multi ex doct. noſtris de illo notabiles tractatus ſcripſerunt. Secunda dignitas eſt Camerariatus, qui præeſt ærario, ac eccleſiæ patrimonio, ejus reditus, & proventus procurans, ut dicitur* in cap. Ad audientiam. de præſcript. *cujus authoritas olim major fuit, ut ex regulis antiquorum pontificum apparet: de quibus mentionem facit ſuperius, de Auditoribus Rotæ loquens. Tertia dignitas eſt majoris pœnitentiarii, qui præpoſitus eſt foro pœnitentiæ, de qua latiſſimum tractatum compoſui. Primam ad lucem reduxit Joannes. Secundam Eugenius auxit. Tertiam Benedictus XII. in lucem produxit. Eugenius & Sixtus locupletiorem reddiderunt, de quibus omnibus tractatur per cardinalem, & alios in clement.* Ne Romani. de elect. *Et de omnibus iſtis ego latius dixi in Tractat. de poteſtate, & ſtylo officii ſacræ pœnitentiariæ, ubi de officialibus curiæ mentionem facio. Nam ſufficit ex prædictis oſtendiſſe, Regulas, de quibus loquimur, certam originem & initium habuiſſe.* Habes hic oppido egregiam ſummi, ut volunt, Præſulis ſanctitatem; ex qua etiam de conſtitutio-

374. Joann. XXII. multa pro ſede Romana invenit, tempore Reg. Cancell.

375. Reſervationes ac taxas beneficiorum.

376. Annatas revocavit.

377. Divitias in gentes reliquit.

378. Cupidi fuit animi & audaciſſimi.

379. Rotam ordinavit.

380. Fuit Curioſus.

(44) Magno conatu magnas nugas nobis nituntur opponere reformatores, qui nugis, atque calumniis omnino paſcuntur, cum in ſanctam Eccleſiam, ejuſque Paſtores eodem conſpuunt: iſtæ tamen, quæ ab Avenino Hæretico proferuntur, a Raynaldo ad annum Chriſti 1300. num. 53. aliiſque in locis refutantur. Quis autem exiſtimet Clementem V. præcepiſſe, ut ſuæ abolerentur conſtitutiones? ſi paulo antequam ſpiritum exhalaret, in publico conſiſtorio eaſdem promulgaret, quamvis morte præventus ad ſtudia generalia tranſmittere non potuerit, quod tamen a ſuo ſucceſſore fuit adimpletum, ut ſcribit Analricus Augerii apud Pagium Juniorem in Pontificum Breviario in *Clemente V.* W.

tutionum æquitate judicare poteris, quas avaritia dictasse videtur [45]. Sunt hæ regulæ Cancellariæ norma judicii Romani in judicando, & valent tantum per vitam Pontificis, cum eo moriuntur; Pares *de resignat. benef. lib. 11. q. 2. num. 32.* Merlin. *decis. 192. num. 4. & 5.* Gomes. *ad Regul. Cancell. proœm. fol. 8. pag. 1. in fin.* Sequens Pontifex paucissimis immutatis initio suæ creationis iterum eas proponit, teste Carol. Eman. Vizzanin, *in tract. de mand. Principum, in proleg. num. 7.* Ideoque edictis Prætorum eas comparat Francisc. Florens *ad titulum de Rescript. princ.* An leges sint generales aut particulares, late disquirit Gomesius *ad d. constitutiones*, ubi multa arg. pro utraque sententia affert *in quæst. secunda Proœmii, fol. 8. & seqq.* Sed sunt tantum leges particulares vere, Curiam Romanam tangentes, ideoque extra eam non obligant, ut vere decidit Alberic. Gentil. *de libr. Jur. canon. cap. 3. pag. 52.* ubi addit Constitutiones Marchiæ Anconitanæ, quæ Ægidianæ dicuntur jus generale facere in statu Ecclesiastico, extra eum non valere. Adde Besold. *de libr. Juris, pag. 47.* seu *cap. 8. in fin.*

381. Quæ sint regulæ Cancellariæ, & cujus sint auctoritatis.

382. Constitutiones Marchiæ Anconitanæ.

Sæculo demum decimo quinto & quidem decrescente, alia collectio *extravagantium* prodiit, quæ *Communes* vocantur, quia non sunt unius Papæ. Quæ Collectio itidem privata industria facta, a nullo Pontifice approbata legitur; sunt in ea extravagantes quædam Eugenii IV. Callixti III. Pauli II. Sixti IV. qui ad Pontificatum venit Anno 1471. & mansit in eo usque ad Annum 1484; ut necesse sit hoc tempore factam & vulgatam fuisse istam collectionem. Quia a privato facta cujus nomen latet, ideo nec olim magnæ auctoritatis fuit: nunc vero & hæc & anterior Joannis XXII. postquam in Corpus canonicum recepta est: magni apud Canonistas est ponderis. Harum quædam extant cum Glossis Joannis Monachi, Picardi Cardinalis, aliæ cum commentis Gillermi de Monte Laduno, & Joannis Francisci de Paviniis.

383. Seculo XV. Extravagantes communes prodierunt.

Ex his partibus conflatum est Corpus Juris Canonici, quod hodie utimur ad imitationem corporis juris Civilis; ut Gratiani Decretum, Pandectas, Decretales, Codicem, Sextus, Clementinæ & extravagantes Novellas repræsentare possint. Quod si incrementa imposterum tanta a sequentibus Pontificibus acceperit, moles ejus longe jura Civilia excedet, & postea idipsum obruet. Causas incrementorum elegantes enarrat Petrus de Marca *de concord. Sacerd. & Imper. lib. 3. cap. 6. num. 4.* ubi differentias Juris Canonici Veteris & Novi adsignat. Verba sunt quidem paululum prolixa, tamen quia Auctor non est in omnium manibus, tum quia affabre causas depingit, homo Pontificiæ professionis & Episcopus, eum omittere nequeo: *Summum*, inquit, *caput, in quo jus novum ab antiqua differt, in eo jam constitui, quod suprema potestas, quam in plerisque causis judicandis Synodi provinciales obtinebant, penitus extincta est, & ad solum summum Pontificem revocata, & ea, quæ in canonibus condendis versatur, sit adeo imminuta, ut Pontifici soli constitutionum condendarum onus incubuerit, quibus earum rerum formam præscribebat, de quibus apud illum erat disceptandum. Hinc secutus est novus judiciorum Ecclesiasticorum ordo ad cognitiones per rescripta Pontificum instituendas in Provinciis; Unde tot constitutiones emanarunt de Rescriptis, de judicibus delegatis, de officio judicis ordinarii, de dilationibus, exceptionibus, sententiis & appellationibus, & de toto, ut generaliter loquar, judiciorum ordine. Hæc omnia olim non adeo exacte & solemniter exercebantur, ut novis Constitutionibus est decretum; quæ magna ex parte in formulis actionum & in tritura fori, omnia & scrupulose versantur. Ex alio deinde capite nova Ecclesiasticæ Politiæ facies oborta est, scil. ex Beneficiorum ab ordinationibus discretione. Antiquo jure, quod canone Concilii Chalcedonensis probatum erat, nullus ad Clerum adsciscebatur, quin ad certam Ecclesiam sub Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & cæterorum ordinum gradu adscriberetur, adeo ut manus impositionem sequeretur adscriptio in Canonem seu laterculum & matriculam Ecclesiæ. Hoc obtinet adhuc in Episcopis; sed in cæteris gradibus ordinationes ἀπολελυμένως & absoluta fiunt, & absque titulo Ecclesiæ, contra præscriptum Concilii Chalcedonensis. Constitutum quidem fuit in concilio Lateranensi, ne Clerici ordinarentur absque titulo, saltem patrimonii, scil. ne in opprobrium Cleri mendicare cogerentur: sed hoc Decreto non est restituta vetus disciplina, quæ clericos per manuum impositionem suis Ecclesiis addicebat. Separatio ista & discretio ordinationis ab Ecclesia seu beneficii collatione & pinguissimorum redituum copia, novas in jus Canonicum regulas invexit antiquo juri prorsus incognitas de beneficiis acquirendis, conservandis, & amittendis, quæ fere utramque paginam novi juris faciunt. Matrimoniorum impedimenta novis interdictis ad tuendam honestatem publicam introducta, & revocata ad solam Ecclesiam earum causarum cognitiones & cognitionum, quæ hac de re habentur, adjunctus forensibus formulis ordo, novam juri Canonico materiam subministrarunt. Excommunicationum infligendarum & pœnitentiarum publicarum, quæ antiquo jure vigebant, temperatus jure novo rigor novis Constitutionibus explicandus erat. Non omittendæ sunt multiplices Monachorum species & religiosarum domuum diffusa per Europam multitudo, quæ novis regulis & institutis Pontificum curam ad se traxerunt. Quin & indulta monasteriis aut Canonicorum capitulis exemptiones ab Episcoporum jurisdictione, & privilegia varia illis concessa, varias causarum figuras a Pontificibus disceptandas præbuerunt.* &c. Salse traduxit eam molem sæculo decimo quinto exeunte Joannes Geilerus Keisersbergius, Concionator apud Argentoratenses *sermone 3. de orat. Nota*, inquit, *dissipaverunt Dei, per leges humanas: sic Dominus Judæis improperavit: irritum fecistis &c. & per leges positivas, canonicas & Imperiales, per statuta municipalia, provincialia, synodalia, & cujuslibet particularis Ecclesiæ, quod suo tempore lamentatus est beatus Augustinus, ad inquisitiones Januarii. Quod si idem nunc viveret, & videret Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas & tot Lecturas &c. DEUS meus, quid diceret? taceo de legibus iniquis. Plane obruitur lex divina per tot humanas, ne discatur & cognoscatur* (46). De Auctoritate hujus Juris pauca sub-

384. Corpus Juris Canonici comparatum cum Corpore juris Civilis.

385. Causæ incrementorum juris Canonici.

386. Auctoritas juris Pontificii.

[45] Ab Joanne XXII. Romanorum antistite regulis cancellariæ datum esse principium utique Gomesius in proœmio ad easdem regulas quæst. 1. testis est. Quæstione tamen 2. celebris hic auctor animadvertit per hujusmodi regulas officialibus Cancellariæ providere voluisse laudatum Pontificem de modo & forma literas expediendi, nihilque aliud intendisse, ut etiam Van-Espenius Part. 2. Juris Ecclesiast. Tit. 23. cap. 4. num. 4. contestatur: Quomodo autem ex hujusmodi factis scrupulosi reformatores tam sinistram de hujus Pontificis constitutionibus judicium proferri queunt? Quo pacto eorum reformata conscientia, post habitis omnino motivis harum constitutionum ab ipsomet Joanne propositis, soli avaritiæ, atque animi audaciæ constitutiones Joannis adscribit? ipsi videant. W.

[46] Reformatorum deliramentis non valde prodesse queunt, quæ a Petro de Marca a Mathæo proponuntur, si illius Episcopi character, & mores innotescant; ejus ingenium atque eruditionem veneramur quam maxime, verum circumstantiæ temporum

ad

subnectenda sunt. Ea varia fuit, crevit & decrevit. Cum imperium & Majestas Pontificum Romanorum se per totum Occidentem magis magisque diffunderet, etiam supra Imperatores se extolleret, juris quoque Canonici auctoritas eodem impetu se diffudit & crevit, ita ut Blasphemo errore detorta Augustini & truncata sententia *ex lib. 2. de Doctr. Christ.* Gratianus *Can. In canonicis, dist.* 19. Decretales inter *canonicas Scripturas* retulerit; & qui canones violat, qui instinctu Spiritus sancti dicuntur dati esse, dicatur Spiritum S. blasphemare, *c. Violatores.* 25. *q.* 1. Imperatores Romano Germanici non semper ista incrementa aut Mysterium, quod in conscribendis, edendis & vulgandis Decretalibus & obtrusione juris Pontificii, latebat, observare potuerunt; aut si viderent, pacis studiosi tolerarunt; aut potius, quia non poterant impedire, conniverunt. Hinc factum, ut omnes Occidentis populi Jus canonicum receperint, eoque in decidendis causis usi fuerint [47]. De Italia, in qua Auctor ejus juris longe lateque dominabatur, non est, quod auctoritates producamus Galli, deficientibus legibus & consuetudinibus propriis ex jure Canonico causas in suis Curiis decidi patiuntur, teste Eguinar. Baron. *ad l. Nonnunquam.* 11. *D. de justit. & jur.* Rebuffo, *ad Constit. Regias in Proœm. Gloss.* 5. *n.* 126. rejecto tantum libro sexto Decretalium, ut supra adsertum; alioquin in Academiis Galliæ, universum jus Canonicum docetur. Vide Bochell. *in Decret. Eccles. Gall. lib.* 5. *tit.* 14. *c.* 36. Hispani, deficiente jure Regio, ad jus Canonicum recurrunt, ut adseverat Azeved. *ad Constit. Reg. Hispan. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 18. Amat. Rodrig. *de Process. in caus. civilib. cap.* 10. *n.* 26. Vasq. *de Success. creat.* §. 26. *limit.* 31. *n.* 70. Idem de Hungaris testatur Stephan. de Werbeotz, *de jure Hungar. part.* 2. *tit.* 6. De Danis Georg. Lorich. *in Enchirid. Arrest. in Addit. ad conf. posterius, n.* 52. De Anglia id constat ex ipsis Decretalibus. qui magnam partem ad Anglos de controversiis Anglicanis sunt scriptæ, idque testatur Arthur. Duck *de auctor. jur. Civil. lib.* 1. *cap.* 7. §. 15. De aliis videatur Cothmann. *Respon.* 4. *n.* 52. *& Resp.* 30. *n.* 70. *vol.* 1. De Germania nulli potest esse dubium, quoniam in causarum decisionibus, & in Academiis publice nil frequentius quam allegatio, & explicatio juris Canonici. Probant id affatim regulæ, quod jus alteri & in quibus casibus debeat cedere. Si casus in jure Civili non est decisus, vel non expresse, sed ambigue vel obscure positus, idemque in jure Canonico clare & aperte inveniatur ejus dijudicatio in utroque foro ex jure Canonico petenda est; contra, causa decidenda est ex jure Civili ubi in jure Canonico vel penitus nihil vel obscure & ambigue decisum est, *l.* 1. *& ibid. D. de nov. oper. nunc.* Abbas *ad c. Licet. n.* 14. *de for. comp.* Maraut. *in Pract. p.* 4. *n.* 73. Rebuff. *ad constit. Reg. in Proœm. Gloss.* 5. *n.* 126. Christinæus, *decis. Belg.* 54. *n.* 1. *tom.* 2. Si jus Civile & Canonicum contraria sunt, utrumque in suo foro, Civile in Imperio, Canonicum in Dominiis Ecclesiæ viget. Joann. Andr. *ad reg.* 1. *n.* 5. *de nov. oper. nunc.* Card. Tusch. *conclus.* 277. *n.* 36. In causis peccati petenda decisio ex jure Canonico veluti in præscriptione, in qua bonam fidem continuam exigit jus Canonicum; ubi jus Civile-Canonico non est contrarium, dicitur ab eo approbatum, de quibus vide Arthur. Duck *de auct. jur. Civil. lib.* 1. *c.* 7. §. 11. 12. *&* 13. & Clarissimum meum Promotorem, Domin. Jacob. Brandmuller. Antecess. Basiliensem, in præliminaribus operis, *de differ. juris Civil. & Canon. cap.* 5. *in fin. &* 6. *pag.* 12. *

* Capitis hujus postremam partem prætermisimus, & totum quod sequebatur caput 387. cujus erat titulus: *Quanam Doctorum Virorum judicia de jure Canonico.*

388. Seculum XVI. Institutiones Pauli Lancelotti.

Sed nos ad Historiam & sæculum XVI. transimus, deerant corpori Canonico, ut in omnibus cum corpore Civilis Juris conveniret, institutiones. Hic perpetuum nomen & immortalem Gloriam captans, instar Triboniani, Paulus Lancelottus, Pontifici Romano Paulo quarto consilium scribendarum institutionum juris Canonici dedit, & ab eo mandatum, ut ipse *in Præfationem institutionum* refert, verius approbationem propositæ ubi scriptionis obtinuit, quam spatio triennii ipso teste, postquam in patriam a colloquio Pontificis rediit, perfecit. Verius tamen est eum ad minimum per quindecim annos antequam ederet occupatum fuisse in hoc opere scribendo, quod ex literis Jo. Franc. Cardinalis de Gambara ad eum anno 1563. scriptis satis colligi potest, ita ille ad Lancelottum: *Agitur annus sextus decimus, quo ego Perusiæ te Præceptore prima juris civilis initia urgebam & tu jam tum opus hujusmodi sub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, unde quod tamdiu retinueris, erit fortasse qui te accuset.* Perfecto opere, Romam contendens, cum Censores Pontificii Fabius Acoramboni, Julius Oradinus & Antonius Massa opus examinassent, & de dubiis cum Lancelotto contulissent, imo alii Theologi, ipse etiam Diœceseos Perusinæ Inquisitor Matthæus Lachius probassent, attamen a Pontifice approbationem, per integrum biennium quo Romæ hæsit, nec ut Pontificis nomine ederentur, obtinere potuit. Quare delusus, deposita omni spe, in Patriam concessit, & ne a Concilio Tridentino, quod jam ad finem properabat præveniretur, & multa in institutionibus mutare secundum ejus tenorem, novam censuram eamque difficilem petere, tenerentur; opus ipse privato nomine edidit ann. 1563. mense Augusto; & men-

ad gestandam modo Regii Ministri, modo vero Episcopi personam ex eo comparaverat: nos tamen hæc omnia reliquentes, hic, quod de eodem profert Bossuetus ipse, in Dissert. præliminari ad Apologiam pro schola Parisiensi, tom. qua Clero Gallicano, transcribimus: „ Nous ne sommes point etonnences d'entendre parler ainsi ce Prelat, que nous regardons
„ comme un homme d' un tres bau gènie; mais peu
„ versé dans la Thèologie & qui d' ailleurs pars son
„ esprit souple, & variable avoit le malheureuse facilité de passer d'un sentiment a l'autre à la faveur
„ de quelques èquivoques, & de traiter comme en se
„ jouant les matières Ecclesiastiques " id est: „ Nos haud
„ quamquam, vel tantillum miramur audientes hunc
„ Præsulem hoc modo loquentem, quia nobis hominis
„ instar optimo ingenio donati, vel in re Theologica minus quam par est versati consideratur. quique aliquando propter versutum, vagumque spiritum, quo præditus erat, infeliciter etiam facultate ex una in alteram
„ ferebatur sententiam, aliqua sibi ambiguitate faciente;
„ nec non de rebus Ecclesiasticis veluti per jocum disserebat ". Vesana autem Ioannis Guileri perfidia nos unquam morari non poterit; cuilibet etenim suasum est in leges, quibus morum pravitate desperati homines refrænantur, blasphemo etiam ore debacchari, eisdem volupe esse. W.

(47) Non solius Occidentis Oves Sancto Petro pascendas Christus Dominus in Evangelio commisit, sed Ovium in universo mundo existentium curam eidem, proindeque illius etiam successoribus demandavit cum potestate condendi leges, quæ ad optimum totius Ecclesiæ regimen, ad Divinum Cultum & ad fidelium salutem facere poterant. Hujusmodi nihilominus leges per Decretales Pontificum promulgatæ nequaquam Divinis, canonicisque scripturis pares habitæ sunt ab Ecclesia, ejusque Pastoribus, quamvis Pontificum legibus inobedientes, tanquam eos, qui Divinæ ordinationi resistunt respexerit Catholica Ecclesia Apostoli Pauli innixa doctrinæ, qua omnis anima sublimioribus Potestatibus subdita prædicatur; eisdemque resistens, eo ipso Deo rebellis publicatur. W.

mense Decembri concilio finis impositus. Edito concilio sæpe rogatus est Lancelottus, ut mutata in concilio insereret, sed id facere semper detractavit, diaitque se exemplum Justiniani sequi, qui propter mutationes juris in codice repetitæ prælectionis & Novellis, nunquam mutavit institutiones. Vid. Franciscum Mancinum *in Epistol. ad Cardinal. Jo. Francisc. de Gambara.* Hoc seculo XVII. cœpto sub Paulo quinto iterum tentata est approbatio Institutionum Pauli Lancelotti, urgentibus Scipione Cobellutio Cardinale, Galeotto Oddone, Balivo Narniensi, & Leandro Galganetto JC.; sed ab hoc Paulo, non magis impetrari potuit, quam a Paulo Quarto: id solum obtinuit, ut ejus institutiones corpori Juris Canonici adderentur, sine tamen ulla confirmatione, in quo ad famam Lancelotti perennabunt. Vide sis de hisce ipsius Lancelotti Dedicationem ad Pium IV. Pontificem, & Prœmium ad Juris Pontificii Candidatos; & Doctas ad utrumque Jacob. Ziegleri notas.

389. *M. Antonii Cucchi institutiones Juris Canonici.*

Eodem fere tempore, quo Lancelottus, Marcus Antonius Cucchus Jurisconsultus Ticinensis, scripsit privata auctoritate Institutiones juris Canonici, quas edidit Anno 1564. IX. Kal. Augusti, inscripsitque Paulo Aringono Senatus Mediolanensis Præsidi; Hic quoque Concilium Tridentinum prævenire studuit, & operi decem annos, ut in Præfat. testatur, impendit. Videtur eandem cum Lancelotto laudem anhelasse, & unum alteri obstetisse, ne Pontificis nomine alterutrius labor vulgaretur. Scripta adornavit alia, quæ prætereo. Dedit ad Institutiones ejus notas Doctissimus & Celeberrimus Theologus Samuel Maresius. Id tantum moneo, vitandum esse Simleri *in Bibliotheca* errorem, qui hunc Cucchum, Antonium Cunchium ex Oporini Catalogo vocat, & coniicit Antonium Contium esse legendum, quod utrumque falsum.

390. *Pius IV. Pontif. vulgat concil. Tridentinum.*
391. *Eligit Romæ Cardinales, & Doctos Viros ad emendationem Gratiani.*
392. *Pius Quintus aliquot addit.*
393. *Gregorius tertius vulgat Decretum emendatum.*

Pius ille quartus Pontifex, sub quo Institutiones Juris Lancelotti & Cucchi prodierant, inclaruit, vulgatione Concilii Tridentini, cujus historiam, quia multi eam dederunt, maxime Paulus Sarpius, sub nomine Petri Suavis Polani; (de quo vide amicum nostrum Clariss. & Consultiss. Virum Vinc. Placcium, *Syntag. de Scriptorib. Pseudo-nymis num. 716. pag.* 242.) & Pallavicinus; (Prior quidem magis ex veritate, alter magis ad stylum Curiæ Romanæ) nos consulto præterimus. Canones ejus extant in omnium manibus, cum Declarationibus Cardinalium, item Examine Martini Chemnitii Theologi, & Vincentii Gentileti Jurisconsulti. Minus notæ ejus curæ, quas ad emendandum Decretum Gratiani adhibuit. Hanc in rem selegit Romæ Cardinales, & undique conquisitos Viros Doctissimos, qui Gratianum ex fontibus restituerent; Quibus Pius Quintus ejus successor aliquot addidit, opus autem demum perfectum est sub Gregorio decimo tertio, & ab eo vulgatum, Anno 1582. Pontificatus XI. ut indicat Præfatio, quæ Decreto præmissa est. Viri sub Pio quarto & quinto ad hoc opus selecti, ut eos recensee Anton. Augustinus *in fine libri primi de Emend. Grat. in notis, pag.* 342. *nostra edit.* sunt sequentes;

Cardinalium Nomina.

M. Antonius Columna Romanus.
Hugo Boncompagnus Bononiens. postea Greg. XIII. dictus P. M.
Alexander Sforzia Romanus.
Guillelmus Sirletus Calaber.
Franciscus Alciatus Mediolanens.

His additi sunt ab eod. Pio V.

Guido Ferrerius Vercellens.
Antonius Carrafa Neapolitanus.

Doctorum Nomina.

Felix Montaltus Gener. ordin. S. Franc. postea Card. hodie P. M. Xystus V. dictus.
Christophorus Patavinus Gener. ord. S. Aug. eremitar.
Thomas Manricus ord. S. Domin. Magister sacri Palat.
.... Lucatellus Bononiens. Postea Regii Lepidi Episcopus.
Josephus .... Veronens. ordin. S. August. postea Sacrista Palatii, & Episcopus Signinus in Campania.
Franciscus Turrianus Hispanus, postea Societ. Jesus.
Marianus Victorius Reatinus, postea Episcopus Amerinens.
Michael Thomasius Majoricensis, postea Episcopus Ilerdensis.
Hieronymus Parisetus Regiensis.
Antonius Cuccus Mediolanens.
Joannes Marsa Hispanus.
Franciscus Leo Hispan. postea Societ. Jesus.

Additi sunt.

Melchior Cornelius Lusitanus.
Latinus Latinius Viterbiens.
Arnaldus Pontacus Gallus.
Petrus Ciacconius Hispanus.
Franciscus Pegna Hispanus, cujus sunt additiones Decretalium sine nomine, quia templum Dianæ incendisse visus est.

394. *Decretales etiam emendatæ & restitutæ.*
395. *Ex Collectionibus anterioribus.*
396. *Ex regestis vel registris Pontificum, & quid illa.*

Meminit Gregorius Decreti quidem Gratiani tantum in sua Præfatione emendati, sed Decretales restitutas suæ integritati esse, non tantum titulus operis, sed etiam subjectæ singulis fere capitibus verba fontium, & rejectiones ad fontes, ostendunt. Factæ autem illæ tum ex Anterioribus Collectionibus, de quibus supra, tum ex *Regestis* aut detorto *Registris* Pontificum. Est autem Regestum, quod postea degeneravit in Registrum, liber iste in quo suas solebat describere Decretales quisque Pontifex. Quilibet enim habet peculiare; in his integræ scribebantur Decretales, quæ in collectionibus plerumque erant truncatæ, in principio in medio vel fine. Non valde aliena hæc Regesta, a diptychis de quibus supra dictum. Vox occurrit quoque in jure Civili; ducta a more referendi aliquid in volumina singularibus officiis, vel negotiis destinata, quod in ea *regerentur* res. *Regerendi* verbum hac in re proprium est. Quintilianus *lib. 2. c. 11. in fin. Similisque commentariis puerorum fit, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, regerunt.* Et *libr. 3. cap. 8. Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quos puer deduxerat Schola.* Inde *Regesta* dicitur constitutio, *in l. 14. C. Theodos. de indulgent. debit. lib. XI.* id est in acta, seu gesta relata Comitis sacrarum largitionum. Inde Judicum acta, in

quæ

quæ regerebatur constitutio, *Regesta* dicta. Theodosius Junior *in Novella de Codic. Theod. confirmat*,
nullas constitutiones in judiciis extra Codicem istum referri vult: *Exceptis*, inquit, *iis*, *quæ habentur*
apud militem sanctæ principia, *vel de titulis publicis expensarum*, *aliarumque rerum gratia*, *quæ in* Re-
gestis, *diversarum officiorum relata sunt*. Ita quoque apud Justin. occurrit vox, *in l. ante. C. de Codic.*
Justin. confirm. & apud Vopiscum in Probo: *Qui in describenda vita Probi*, *dicit se usum esse* Regestis scri-
barum *porticus Porphyreticæ*, *actis etiam Senatus ac Populi*. Ex quibus locis colligit Doctissimus Jacob.
Gothofredus in opere Immortali ad Codicis Theodos. *d. l. 14. de Indulg. debit.* regesta fuisse monu-
menta, actaque publica diversorum officiorum & judicum veluti Præfectorum Prætorio, aliorumque
judicum, qua civilium, qua militarium, imo & in Urbe Roma, scribarum, de quibus agit *lib. 1.*
Cod. Theod. de sacris officiorum; in quæ inter alia referebantur constitutiones Principum ad cujusque
officium pertinentes. Indeque & *Regerendarii* dicti, test. Cujac. *lib. 15. obs. 37. in fin.* Quemadmo-
dum itaque Actio ipsa, regestio; ita & libri actaque, in quæ regerebantur seu referebantur *Regesta*
dicta. Glossæ nomicæ, κῶντον καὶ ῥεγίσταν, lege ῥεγίστον τὴν ἀπογραφὴν τῶν ἀρχείων, ἀντὶ τῶ
ὑπογραφέως. Ab his forte acceperunt Pontifices ut libros, in quibus suas decretales referebant *Rege-*
sta, postea *Registra* vocarent. Occurrit apud Anastasium in vita Nicolai *Regestum Episcopi*. Budæus
in posteriorib. Comment. ad D. Regesta dicit esse, quæ Græcis ὑπομνήματα, vel ὑπομνηματισμοὶ di-
397. *Originale quid.* cuntur. Idem Regestum Pontificii scriptores vocant *originale*, item dicunt esse *in integra* nempe De-
cretali, id est Originali, vide exempla ex Jo. Andr. apud Alberic. Gentil. *de libr. jur. Canon. cap.*
398. *Bullaria.* *3. pag. 30. & seq.* Ex his Regestis postea sunt *Bullaria* confecta, quæ exhibent constitutiones Pon-
tificum integras ex regestis; Quale Anno 1588. Romæ edidit Laertius Cherubinus de Nursia JC.
399. *Cherubini.* quod magnum vocavit. In eo exhibet Constitutiones Pontificum Romanorum a Gregorio VII. usque
ad Sixtum V. cum rubricis, summariis & lucubrationibus. Summam Bullarii in principio hujus sæ-
400. *Quaranta.* culi dedit Stephanus Quaranta, in qua exhibet Pontificum Constitutiones editas, post libros juris
Canonici vulgatos, usque ad Paulum V. quæ edita est Venetiis 1609. eam continuavit Prosper de
401. *Prosperi de Augustino.* Augustino JC. & additionibus illustravit. Prodiit illa Lugduni 1621. Dicta bullaria a Bullis. Bulla
quid proprie sit, satis notum, nempe id quod in aquis intumescit instar pilæ & cito rumpitur. In
Glossis Cyrilli πομφόλυξ dicitur. Ab his ad diplomata Imperatorum, ab Imperatoribus ad Papalia
402. *Bullæ quid.* diplomata est translata vox: quæ Bullæ dicta, a sigillo, quo munita erant, quod *Bulla* vocabatur,
quia sigillum illud Bullæ formam referebat; nam sigillum ceræ protuberanti instar orbiculi vel um-
bilici imprimebatur. Aut potius ut censet Doctissimus Salmas. *de sub sign. test. cap. 32. pag. 325.* quia bul-
læ formam haberent & eodem modo dependerent ex chartis, ut illæ ex pectore prætextatorum, veteribus
enim Romanis in more positum, bullam auream suspendere in pectore puerorum & triumphantium. Qua
de re vid. Festum Asconium *in III. Verrin.* Macrob. *saturn. 1. c. 6.* & alios. Similia his bullis fuere sigilla, quæ
posterior ætas chartis ac diplomatis affigebat & appendebat. Dependebant hæ bullæ ex metallo vel cera filo li-
neo vel serico annexæ chartis. Nil frequentius apud posteriores Græcos in Imperio Constantinopolitano, quam
βοῦλλαν legere pro sigillo, exempla cumulat Doctiss. Meursius *in Lexico Græco-barbaro* inde βουλλῶσαι
Bullare signare; ἀβούλλωτος, quod bullam vel sigillum non habet. Glossæ Græco-barbaræ, ἀσήμαντα,
ἀσφράγιστα, ἀβούλλωτα. Erant Bullæ quadruplices aureæ, argenteæ, cereæ & plumbeæ, χρυσό-
βουλλον, ἀργυρόβουλλον, κηρόβουλλον & μολυβδόβουλλον. Imperatores diplomata, mandata, ad Re-
ges, Sultanos, aurea bulla muniebant, literis rubris subscribebant, aliquando etiam Argentea; cujus
testimonium habemus apud Phranzem *in Chron. lib. 2. cap. 10. Ego cum literis bulla argentea insigni-*
tis & jurejurando firmatis & multa milite missus sum &c. Item apud Luitprandum *in Legat.* Ad ma-
trem, uxorem, filium utebatur, cerea seu κηρόβουλλω; ad Despotum, Patriarcham, Sabastocratorem &
Cæsarem plumbea seu διὰ μολυβδίνης βούλλης, ut habet Codinus. Cerea iterum duplex erat, Rubra
& Prasina, utraque usus Imperator, Prasina sola Patriarcha. Videatur hac de re Jul. Cæs. Bulengerus
de Imperat. Rom. lib. 2. cap. 10. & Joann. Meursius in Glossar. voce κηρόβουλλον. Qui putat δικήριον
fuisse, quando Imperator duplici cera, rubra & Prasina signabat. Sed melius id Doctiss. Salmasius, *de*
subscr. & subsign. testam. cap. 32. pag. 330. δικήριον explicat de signo utrinque, seu utroque latere expresso,
quam & δίπτυχον βοῦλλαν & δίπτυχον κηρόβουλλον vocarunt; Hoc *duplicem Bullam* vocat, ubi vero ab una
tantum parte signum impressum, *simplex Bulla* dicebatur. Δικήριον hoc facit duplex, rubrum & Pra-
sinum. Vid. Salmas. *ibid.* exempla proferentem. Quod non alienum a moribus bullandi Pontificum
Romanorum, qui ante Coronationem subscribunt, *Datum anno 1. die tertio*, suscepti a nobis officii
Apostolatus; & tunc sigillant non nisi bulla simplici, seu tali, quæ habet tantum ab una parte DD.
Petri & Pauli imagines, in plumbo, ex altera vero parte plana est. Post Coronationem autem scri-
bunt: *Datum Anno Pontificatus nostri* & duplici utuntur bulla: cum prædictis imaginibus ab una &
nomine Pontificis ab alia parte; vid. Gregor. Tholosan. *Syntagm. jur. Univers. lib. 15. cap. 3. n. 24.*
& seqq. Appenditur autem hæc bulla plumbea non nisi arduis diplomatibus; breve apostolicum, quod
est diploma vel rescriptum Papæ vel pœnitentiarii magni scriptura exigua, in parvis concessa nego-
tiis in papyro, non habet eam: sed in cera rubra imprimitur annulus Piscatoris, ut refert idem
Tholos. *ibid. lib. 17. c. 15. n. 13.* Ex his lucem capit Famosa illa aurea bulla Caroli IV. Imperat.
quæ inter leges fundamentales Imperii radiat; ideo aurea Bulla dicta, quia sigillum aureum, vel
sigillum Imperatoris majus adpensum erat. Hanc affabre describit Pileus Cardinalis ab Urbano VI.
Papa in Germaniam missus Anno 1379. non ita diu post promulgatam auream bullam, apud Clariss.
Marq. Freberum ad Petr. ab Andlo *lib. 2. cap. 7.* qui testatur se vidisse & tenuisse *quasdam*
literas Patentes bonæ memoriæ Caroli Imp. Rom. Librum illum Aureæ Bullæ ita describit; *Præ-*
dictus Liber erat scriptus in Pergameno in 24. foliis, cum coopertura grossa, in quo erant scripta di-
versa negotia Sacrum Imperium & Electores ejusdem tangentia: qui quidem Liber transfixus erat cum
filis sericis glauci & rubei coloris involutis, cum Bulla seu Sigillo Aureo rotundo Imperiali appenden-
te, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis in Majestate sedens, cum Corona Imperiali in capite,
habens in manu dextra Sceptrum, & in sinistra manu Pomum cum Cruce desuper modo Imperiali, & a
latere dextro Clypeum cum Aquila, & sinistro Clypeum cum forma Leonis. In circumferentia legebantur

hæ

hæc verba: CAROLUS QUARTUS, DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM AUGUSTUS ET BOHEMIÆ REX. *Ab alia latere. Caſtrum magnum cum duabus Turribus, habens portam inferius in medio, cum literis:* AUREA ROMA. *In circumferentia vero legebantur hæc verba:* ROMA CAPUT MUNDI, REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Hæc ille. Ab hoc more ſignandi Imperatorum, bullas appendendo, ipſa diplomata etiam ſunt *Bullæ* appellatæ. Vide Latiſſime Jo. Pimn. *de Jure publ. cap.* 11. Ab Imperatoribus res tranſiit ad Patriarchas & ad Pontificem Romanum, qui ex quatuor ſpeciebus ſupra relatis, elegit ſibi μολυβδόβουλλον, ſeu plumbeam bullam, vid. *lib.* 1. *Cærem. Eccleſ. Rom. s.* x. *in fin.* Quod privilegium etiam dicitur conceſſiſſe Venetis. Vid. Celeberrimum juris publici Scriptorem Joann. Limn. *lib.* 1. *cap.* 22. *de jur. publ.* Rebuffus 1. *part. prax. benef.* bullam dicit eſſe ſcripturam in membrana, plumbo, auro, argento, vel ære funiculis pendente jure inſignitam. Qui plumbeas haſce bullas membranis appendunt, *Plumbatores* vocantur. Vid. Veſtrium Octavianum *lib.* 1. *Introduct. in R. aul. act. cap.* 3. & ex eo Herm. Hugon. *de prim. ſcrib. orig. cap.* 31. *pag.* 192. De Origine hujus bullæ Pontificiæ ex Polydori Vergilii *libr.* 8. *cap.* 2. *de invent. rerum*, Auctor *Apologiæ* antiq. *Academiæ Oxonienſis lib.* 1. *n.* 114. *pag.* 62. hæc refert: *Conſtat Agathonem, quo ſedente magna ſedi Romanæ facta eſt honoris acceſſio, in cera annulo impreſſiſſe ſigilla. Verum poſtea cum Romanus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuit Stephano III. ac deinde Hadriano I. tabulas Apoſtolicas plumbo obſignari. Fuit is annus ſalutis 772. cum ipſe Hadrianus factus eſt Pontifex, nam antiquius non reperitur ſigillum plumbeum.* Veſtigia quædam vocis tranſierunt in alias quoque linguas, Belgæ *Billet* vocant ſcripturam, in qua quid brevibus notatum, veluti in metatis, ſeu militum inhoſpitationibus, cuique militi adſignatur hoſpitium pittacio, quod vocant *een Billet*, Angli *a Bil*, inſcriptum ſymbolum, ſyngrapham &c. Quia hic in bullas incidimus, non incommodo loco, & alia Pontificiarum Conſtitutionum nomina hic expedimus. Occurrunt hic *Commonitoria*, quæ nulli rei ma- *403. Commonitoria quæ.* gis comparari poſſunt, quam Imperatorum Mandatis, de quibus titulum habemus in Codice; Ut ea dabantur legatis, & iis, qui ad provincias adminiſtrandas ablegabantur ab Imperatoribus, ſic a Pontificibus Legatis, ut vocant, Apoſtolicis, dantur *Commonitoria*, Gloſſæ Baſilic. Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως. & Suidas Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. Gloſſ. vet. ὑπομνηστικὸν Commonitorium. Ita quoque in jure noſtro Commonitorium legitur pro formula & mandato officii *in l.* 10. *Cod. Theod. de Curioſis libr.* 6. *tit.* 29. *Commonitoriis competentibus atque Mandatis inſtructi.* Vid. Jacob. Gothofred. *ad iſtam Legem, & potiſſ. ad l.* 27. *ejuſd. Cod. de erog. militar. annon.* Ammianus *lib.* 28. *Commonitorium repertum eſt, manu inſcriptum Hymetii*, & iterum *Commonitorium cum Auguſti literis traditis*, & Symmachus *lib.* 5. *Ep.* 20. *Commonitorium quo ſummatim muneri præparanda reſcripſi*, & eleganter *Epiſt.* 21. *Quia longum viſum eſt literarum ſerie agenda complecti, non graveris Commonitorio ſtrictim ſignata percurrere.* Vid. quoque Epiſtol. 24. ejuſdem & formulam commonitorii apud Caſſiodor. *lib.* 7. *variar. cap.* 22. Tale Alarici in fronte Codic. Theodoſiani, *Commonitorium Timotheo, V. S. Comiti.* Ab his & in Eccleſiam videntur tranſlata *commonitoria*, vel *commonitoriæ literæ*, quæ & memoriales dicebantur, dabanturque legatis, vel nunciis, ut ſcirent, quid in ſuſcepta legatione deberent agere. Vocis ſignificatio oſtendit ſatis, ideo ſic dicta, quia monerent eos, quibus dabantur, quid agendum eſſet. Occurrit formula Commonitorii in Codice Eccleſiæ Africanæ, Canon. 93. cujus inſcriptio eſt Κομμονιτόριον, ὅπερ ἔλαβον οἱ κατὰ τῶν Δονατιστῶν πρεσβευταί. *Commonitorium, quod acceperunt legati contra Donatiſtas.* Poſtea late inſtruuntur Theaſius & Evodius, quid apud Imp. contra Donatiſtas agere debeant. Vide & Commonitorium Zoſimi Papæ, quod dedit Legatis ad Concilium Carthaginenſe, in principio *Ejuſdem Codicis, in Bibliothec. juris Canonici veteris, pag.* 330. & Juſtell. *notas, pag.* 419. & aliud bene longum in annal. Baronii *tom. X. ad Ann.* 859. *n.* 6. *& ſeqq.* & plura de commonitorio apud Franc. Bernardinum, *de Antiquo Eccleſiaſticorum Epiſtolarum genere, lib.* 2. *cap. ult.* Jo. Savaron. *ad libr.* 8. *Sidonii, Epiſt.* 9. *pag.* 505. *in fin.* Ex his com- *404. Ex Commonitoriis Pontificum, Canones excerpti.* monitoriis Pontificum Romanorum etiam excerpti canones, quos & inde in Decretum ſuum tranſtulit Gratianus. Exemplum præbet caput *extremum* 31. *q.* 2. quod eſſe ex commonitorio Nicolai Papæ, quod dedit legatis ſuis Rodoaldo Portuenſi & Joanni Ficolenſi Epiſcopis, oſtendunt Romani cenſores & correctores ad iſtud capitulum, quos vide, & Anton. Auguſtin. *lib.* 2. *Dialog.* 18. *pag. noſtr. edit.* 535. *& ſeq. in notis.* Neque ex his tantum canones depromebantur, ſed ut appareret, (liceat mihi verba quæ Tribonianus de conſtitutionibus Principum in Inſtitutionibus noſtris habet, huic rei aptare) quid- *405. Profeſſiones fidei Pontificum, Romanorum.* quid Pontifici placet, habere legis vigorem. Tandem ex confeſſionibus fidei Pontificis Romani, canones quoque in Decretum delati. Solebant Pontifices Romani, quando ad Pontificalem dignitatem promovebantur, edere fidei profeſſionem. Docet id nos *cap.* 8. *Sancta octo. diſt.* 16. cujus inſcriptio eſt, *item ex diurno libro, Profeſſio Romani Pontificis.* Ad quæ verba notant Romani Correctores: *Integram Profeſſionem fidei, quando quis in Pontificem Romanum promovebatur, refert Deuſdedit Cardinalis in collectione Canonum, quæ ſervatur in Bibliotheca Vaticana.* Et Anton. Auguſtinus dial. XX. lib. 1. *Emendat. Grat. pag.* 335. *noſtr. edit. Is liber non extat, quod ſciam, hoc titulo, Profeſſionis tamen vidi aliquot exempla.* Nunc e diverticulo in viam. Inter Collectores juris Eccleſiaſtici nomen & memoriam habere *406. Enimundi Bonifidii digeſtio juris Orientalis.* meretur, Enimundus Bonefidius, qui Anno 1573. typis Henrici Stephani vulgavit ſuam juris Orientalis digeſtionem Græce, addita ſua Latina verſione, & notis. In qua multa ad jus Eccleſiaſticum ſunt collecta, quæ quia poſtea in jure Græco-Romano Leunclavii ſunt repetenda, hic tranſimus.

Sæculo XVI. decurrente, Anno nimirum 1590. Petrus Matthæi Juris C. Lugdunenſis privata *407. Septimus decretalium liber a Petro Matthæi collectus.* auctoritate collegit ſeptimum Decretalium librum, quem Cardinali Cajetano inſcripſit, in quem eodem librorum numero & titulorum ſerie, ut in Gregoriana Collectione, conſtitutiones Pontificum, poſt ſextum clementinas & extravagantes ſcriptas conjecit: qui labor, quod ſcio, a nullo Pontifice approbatus, quibuſdam tamen editionibus Corporis Juris Canonici ab iſto tempore adiectus eſt.

Anno Sexto poſt digeſtionem hanc Petri Matthæi, Clariſſimus Vir Marquardus Freherus in *408. Jo. Leonclavii jus Græco-Romanum.* lucem emiſit jus Græco-Romanum duobus tomis, Græce & Latine, quod magna cura & ſolertia collegerat, & fidei Freheri commiſerat Joannes Leonclavius, Amelburno Weſtphalus. Hujus operis tomus primus altera parte poſteriore major, pertinet totus ad jus Canonicum vetus, quare & merito Leonclavius inter juris Canonici Collectores recenſeri debet. Imitatus eſt ille Enimundum Bonifidium, &

quod

quod ejus digeſtioni deerat, ſupplevit. Continet tomus ille libros decem, quorum hic eſt Catalogus:

I. Conſtantini Harmenopuli, nomophylacis & judicis Theſſalonicenſis, epitome Juris Canonici Græcorum.

II. Novellarum Augustalium, de rebus Eccleſiaſticis, liber unus. Habet novellas Imp. Juſtiniani, Heraclii, Baſilii Macedonis, Leonis Philoſophi, Leonis, & Alexandri, Conſtantini Porphyrogennetæ, Nicephori Phocæ, Baſilii Porphyrogennetæ, Iſaacii Comneni, Nicephori Boraniatæ, Alexii Comneni, Calo-Joannis, Manuelis Comneni, Alexii Comneni II. Iſaaci Angeli, Jo. Ducæ Batatzis, &c.

III. IV. Decretorum Synodalium libri duo. Continent ſententias ſynodales & ſanctiones Pontificias Archiepiſcoporum & patriarcharum Conſtantinopoleos, Chryſoſtomi, Gennadii, Taraſii, Nicephori, Siſinnii, Sergii, Alexii, Michaelis, Conſtantini Chliareni, Nicolai Grammatici, Nicolai Muzalonis, Arſenii, Lucæ, Michaelis Anchiali, Theodoſii, Germani, Manuelis, incertorum denique Patriarcharum. *Quorum liber primus antea ab Enimundo Bonefidio editus, nunc multo & correctior & auctior, ejus denique verſio locis innumeris recenſita; ſecundus vero plane novus prodit.*

V. VI. Reſponſorum libri duo. Continent reſponſa, epiſtolas, & ſententias aliorum Epiſcoporum, ſanctorumque Patrum. *Quorum primus itidem auctior correctiorque, quam antea Bonefidio: ſecundus plane novus prodit.*

VII. Theodori Balſamonis, Patriarchæ Antiocheni, meditata ſive reſponſa.

VIII. Matthæi Monachi quæſtiones & cauſæ matrimoniales.

IX. Juſtiniani Imp. Edictum de fide Orthodoxa. *Græce nunc primum editum.*

X. Conſtantini Harmenopuli de ſectis, & veræ fidei confeſſione, liber unus. Alter tomus hujus operis ad jus Civile pertinet.

409. *Incerta Collectiones.* Atque hæc hactenus de certis collectionibus eorumque auctoribus & tempore, de incertis pauca ſubnectenda ſunt. Meminit Baluzius *in notis ad Petr. de Marca Concord. Sacerd. & Imperii lib. 3. c. 3. poſt. n. 6.* Collectionis cujuſdam novæ, quæ Leonis primi Papæ juſſu facta ſit, id eſt, intra ann. 440. & 460. quo tempore ille in Epiſcopatu Romano fuit, ſed in eam accuratius adhuc anquirendum.

410. *Leonis primi.*

411. *Alterius, cujus meminit Jo. Scholaſticus.* Alterius meminit Joannes Scholaſticus *in Præfatione ad ſuam collectionem in fine*, quæ in ſexaginta titulos diviſa fuit, in qua Baſilii Canones fuerunt neglecti. Quis tamen Auctor ejus ſit, non, quid in ea deſideraverit & qualis fuerit, his prodit: Οὐκ αὐτοὶ τοῦτο μόνοι καὶ πρῶτοι τῶν ἄλλων ποιῆσαι ὁρμήσαντες, ἀλλ' ἑτέρους εὑρόντες ταῦτα διελόντας εἰς τίτλους ἑξήκοντα, καὶ μήτε τοὺς Βασιλείου τοῖς ἄλλοις ἐπισυνάψαντας, μήτε δὲ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, ὡς ἔδει, πράγματα συντάξαντας, ὡς ἐν τίτλοις διὰ τὸ πολλοὺς περὶ ἑνὸς κεφαλαίου κανόνας εὑρίσκεσθαι, καὶ δυσχερῆ γίνεσθαι τὰ περὶ τοῦ πράγματος ἑνὸς παρὰ τῶν ὅλων κανονιζόμενα. *Cum non ipſi ſoli & primi inter cæteros ad hoc faciendum incitati fuerimus, ſed alios compererimus ea in titulos ſexaginta diviſiſſe, ac neque Baſilii canones cum aliis conjunxiſſe, neque res ſimiles ſimilibus, ut oportebat, velut ſub titulis compoſuiſſe, propterea quod multi de uno capite canones reperiantur, & ea, quæ ab omnibus de uno re canonibus conſtituta ſunt, deprehenſu eſſent difficilia.*

412. *Tertia, quarta, & quinta.* Tertiæ, quartæ & quintæ mentionem invenio apud Cenſores Romanos, qui in Indice librorum, quibus uſi in emendando Gratiano, lit. C. has tres collectiones recenſent. Collectio *Canonum incerti Auctoris* ex Vaticana: Collectio *Canonum ex Bibliotheca Eccleſiæ Mutinenſis:* Collectio *Canonum Pœnitentialium incerti Auctoris ex Bibliotheca Michaelis Thomaſii Epiſcopi Ilerdenſis.* In hunc cenſum quoque referenda ſexta, quæ Romæ prodiit, apud Heredes Ant. Bladii, an. 1579. Collectio conſtitutionum literarumque Pontificiarum a Gregorio VIII. ad Gregorium XIII. Item Decretalium Epiſtolarum Summorum Pontificum collectio aliquot tomis publicata Romæ, 1582.

413. *Septima Manuſcripta in Bibliotheca Auctoris.* Hiſce ſeptimam liceat addere manuſcriptam in membranis ex Bibliotheca mea, quæ tamen potius excerpta Conſtitutionum Papalium & canonum quorundam ſynodalium continet. Quæ collectio canonum, ſatis nitide, neque recenter ſcripta, & tribus libris eſt diſtincta; Primi tituli ſunt ſequentes, non adſcripto tamen numero, quem ego addidi; Hos ideo adjicio, ut quis forte ex iis de Auctore poſſit aliquid conjicere.

1. *De Primatu Eccleſiæ Romanæ.*
2. *De privilegiorum auctoritate.*
3. *De Monachorum Monaſteriorumque libertate.*
4. *De Ordine accuſationis & de accuſatorum perſonis.*
5. *Ut intra Provinciam terminetur cauſa, & quid ſit certa Provincia.*
6. *Quo ordine inferiores non debent accuſare ſuperiores.*
7. *Quod Rectores Eccleſiæ prius ſint ammonendi quam accuſandi.*
8. *Quod non debent oves accuſare Paſtores.*
9. *De infamatione Epiſcoporum & examinatorum eorum.*
10. *De Epiſcopis ſine Romana auctoritate depoſitis.*
11. *De numero & qualitate judicum.*
12. *Quod nullam vim habeant incerta & injuſta judicia.*
13. *De Indiciis & Synodica vocatione.*
14. *De Conſecratione Præſulum & Archiepiſcopi.*
15. *De Ordinatione Presbyterorum & Diaconorum.*
16. *De munditia Miniſtrorum Altaris.*
17. *Si debeat fieri ſacerdotum mutatio.*
18. *Ut Epiſcopi ſuis terminis ſint contenti;* lego *contenti.*
19. *Ut Pontifices cum teſtibus ſint ſemper.*
20. *De Sacratiſſimo Pontificatu Romano.*
21. *De obſervatione Decretorum Pontificum Romanorum.*
22. *De illatione criminis in Clericos.*
23. *De* lege *Ne crimina ſemel illata indiſcuſſa remaneant.*
24. *De Prælatis imperitis, indignis, Simoniacis, neophytis.*

25. *Qui-*

25. *Quibus sacri ordines sint tribuendi, quibusve negandi.*
26. *Si ignotis sacri ordines sint tribuendi.*
27. *Ne præsumat quis Clericum servum retinere alterius.*
28. *Quæ fœmina cum clericis habitare debeant.*
29. *Ne Clerici sint fœneratores.*
30. *De Ecclesiarum consecratione.*
31. *De Missarum celebratione & sacrificiorum oblatione.*
32. *Ut stando audiatur Evangelium.*
33. *Ne Imagines confringantur, quæ in Ecclesiis statuuntur.*
34. *Ut Sacramentum a Sacerdotibus non exigatur.*
35. *De Clericis in hæresim lapsis & postea reconversis.*
36. *Si debeat destrui quod illicite perpetratur.*
37. *De Pontificali auctoritate & regali potestate.*
38. *De sessione Pontificum, & quod eorum sententia etiam injusta timenda sit.*
39. *De auctoritate prædicandi.*
40. *De lapsorum Episcoporum & reliquorum ordinum reparatione.*
41. *De Monachorum ad ordines sacros promotione.*
42. *De Sacramento baptismatis & manus impositionis.*
43. *De baptismi tempore, iteratione, mersione.*
44. *De virginum consecratione.*
45. *Qualiter custodiri debeant ornamenta Ecclesiæ.*

In secundo libro sunt tituli LVI. In tertio XLVI. In cujus fine subjicitur hæc peroratio: *Si quis in his libris, quos de corpore Canonum excerpsimus, aliquid invenit, quæ*, ita habet Codex, *aut despicienda judicat, ignoscat paupertati sensus nostri. Nos tamen deputamus, plurimorum sententiam singulorum sumptionibus præferendam & in quibuscunque rebus generalium Conciliorum auctoritatem non habemus magis eorum synodorum, quæ per singulas provincias facta sunt, quam proprium vestrum sensum sequendum. Denique ipsa sacra & generalia decreta præcipiunt, ut bis in anno per singulas Episcoporum celebretur Concilium &c.* Subnectitur deinde adhuc farrago aliorum Canonum sine titulis, aut indicatione fontis. Ex hac subscriptione conjicio Auctorem hanc farraginem ex Pseudisidori Mercatoris Rapsodia collegisse, quæ nomen Corporis Canonum etiam habuit; Quam conjecturam firmat, quod potissima pars Decretalium libri primi & secundi in hoc volumine sit deprompta ex suppositis illis Decretalibus primorum Pontificum. Horum enim sequentium Pontificum nomina in ea invenio. Clementis, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Telesphori, Sixti, Pii, Anicii, Eleutherii, Soteris, Zephirini, Calixti, Urbani, Antherii, Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, Felicis, Caii, Marcellini, Eusebii, Melchiadis, Sylvestri, Julii, Damasi; Quibus omnibus Decretales afflictas supra probavimus. Sunt præterea decretales Siricii, Anastasii, Innocentii, Cælestini, Leonis, Hilarii, Gelasii, Simmachi, Silverii, Gregorii, cujus nomen potissimum legitur, Deusdedit, Agathonis, Nicolai, Adriani, cujus libro secundo aliquot Sanctiones semet ordine non interrupto sequuntur. Ex quibus conjicere est non esse magni æstimandam hanc collectionem, nisi ei qui suppositas Pseudo-Isidori nugas, magni facit. In censum incertarum digestionum, quia mihi incerta est, refero duo volumina ingentia, M. S. D. Joannis Abbatis Conventus S. Mariæ, quæ titulum *Memorialis Canonum* referunt, & Florentiæ ad S. Marcum teste Draudio *in Biblioth.* class. asserrantur. Quid autem his contineatur, quia vulgatum opus non est, me latet.

Sic sedecim sæculorum historiam & in his fata juris Ecclesiastici emensi, ad portum properamus, quoniam decimum septimum, non tam ferax, ac anteriora fuit. In eo potissimum occurrunt collectiones & editiones Conciliorum Generalium & Provincialium variæ, quæ supra num. marg. 144. enumeratæ sunt. Nominari hic, & æternum laudari meretur Christoph. Justellus, cujus in colligendis scriptoribus juris canonici veteris solertia indefessa fuit, qui quasi stator & restaurator antiqui & purioris juris Canonici dici potest. Ostendunt id affatim editi ab eo Codices Ecclesiæ Universæ, & Ecclesiæ Africanæ, cum doctissimis notis, item juris Canonici veteris Collectores Græci & Photii Nomocanon cum Scholiis Balsamonis, ab anno 1610. usque ad 1615. & multa alia, quæ ille morte præventus edere non potuit; perfecit tandem Filius Henricus, hic quoque memorari & celebrari dignus, qui cum Guillelmo Voello Theologo & Socio Sorbonico, a Patre magnam partem collectam Juris canonici veteris Bibliothecam, Græcorum & Latinorum digestiones continentem, multorum votis expetitam, sæculi hujus anno LXI. duobus Voluminibus Lutetiæ edidit, cujus nos frequentem passim fecimus mentionem, sæpius ea etiam in hac nostra Historia adjuti. Potuisset Justellus solus hujus Bibliothecæ editæ laudem reportare, nisi Voellum sibi adjungere voluisset, ut eo facilius Opus Lutetiæ prælo subjici posset; pleraque enim collegerat & digesserat Pater; Addiderunt tamen illi quædam non spernenda. Operis seriem, quia non in omnium manibus est, & summam, sequens Elenchus exhibet, asteriscus notat scriptum nunc primum a Justello & Voello publicatum esse.

414. Seculum decimum septimum.

415. Christophorus Justellus.

416. Henricus Justellus & Guillelmus Voellus.

Tomo Primo habetur.

Codex Canonum Ecclesiæ Universæ a Concilio Chalcedonensi, & Justiniano Imperatore confirmatus, Græce & Latine, emendatior quam in prima editione.

Christoph. Justelli Notæ in Codicem Ecclesiæ Universæ, emendatæ & auctæ.

Codex Canonum Ecclesiasticorum Dionysii Exigui: sive Codex Canonum vetus Ecclesiæ Romanæ. Ex antiquissimo Codice MS. Bibliothecæ Christoph. Justelli.

Epistola Synodica S. Cyrilli, & Concilii Alexandrini contra Nestorium a Dionysio Exiguo in Latinum sermonem translata.

Collectio Decretorum Pontificum Romanorum auctore Dionysio Exiguo.

Altera Collectio Decretorum Pontificum Rom. Collectioni Dionysianæ addita.

* *Prisca Canonum editio Latina, complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæsariensis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani, & Chalcedonensis, nunc primum edita ex vetustissimo Codice MS. Christoph. Justelli.*

Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ, Græce & Latine ex editione Christophor. Justelli an. 1615. in multis emendata.
Christoph. Justelli Notæ & observationes in Codicem Ecclesiæ Africanæ.
Fulgentii Ferrandi Ecclesiae Carthaginensis Diaconi Breviatio Canonum.
Cresconii Episcopi Africani Breviarium Canonicum.
* *Indiculi duo in Ferrandum & Cresconium; quorum unus materiam Canonum, alter vero consonantiam & discrepantiam inter utrumque declarat, e MS. exemplari Gulielmi Bineti in Senatu Paris. Advocati, nunc primum editi.*

In Appendice Tomi I.

* *Martini Bracharensis Episcopi Collectio Orientalium Canonum, adscriptis ad margines tum variis lectionibus, tum fontibus, ex quibus Canones illi deprompti sunt, cura & studio Joann. Doviatii sacrorum canonum Professoris Regii, nunc primum edita.*
* *Cresconii Episcopi Africani alterum opus, quod liber canonum, seu concordia canonum inscribitur, in quo integri Conciliorum canones & Pontificum decreta referuntur. Ex codice MS. Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu, nunc primum editum.*

In Secundo Tomo.

* *Joannis Antiocheni Scholastici dicti, Patriarchæ Constantinop. collectio canonum in quinquaginta titulos distributa, Græce & Latine, quæ nunc primum in lucem prodit e codice MS. Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu.*
* *Ejusdem Joannis Scholastici Nomocanon, Græce & Latine e Codice MS. Bibliotheca Regia nunc primum in lucem editus.*
* *Alexii Aristini Synopsis Canonum, Græce & Latine e codice MS. Bibliotheca Regia nunc primum edita.*
* *Simeonis Magistri & Logothetæ Epitome Canonum Græce & Latine e Codice MS. ejusdem Bibliotheca Regia nunc primum edita.*
* *Arsenii Monachi Patriarchæ Constantinop. divinorum Canonum Synopsis, sive Nomocanon, Graece & Latine nunc primum edita ex Codice MS. ejusdem Bibliothecae Regiae.*
Photii Patriarchæ Constantinop. Nomocanon cum Theodori Balsamonis Patriarchae Antiocheni Commentariis, Graece & Latine e codice MS. Bibliothecae Palatinae anno 1615. editus a Justello: in hac vero editione ad codicem MS. Eminentiss. Cardinalis Mazarini collatus.
* *Cum Prolegomenis ejusdem Photii e Codice Bibliotheca Oxoniensis Græce & Latine nunc primum editis.*
Ejusdem Photii opusculum de septem Synodis œcumenicis Græce & Latine.
Nili Metropolitae Rhodii de sanctis & œcumenicis Synodis enaratio synoptica Graece & Latine.
Auctoris anonymi de sex œcumenicis Synodis opusculum Græce & Latine.
Συνοδικον, sive libellus synodicus anonymi auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quam haereticas, a tempore Apostolorum ad octavam œcumenicam complectens, Graece & Latine.
* *Theodori Balsamonis Collectio constitutionum Ecclesiasticarum e Codice, Digestis, & Novellis Justiniani congesta, olim a Leunclavio Latine sub Paratitlorum nomine primum edita, nunc vero e duobus antiquissimis codicibus MSS. inter se collatis Graece primum prodit, cum ejusdem Jo. Leunclavii versione in multis emendata.*
* *Caroli Annibalis Fabroti Notae perpetuae in eamdem collectionem Theod. Balsamonis nunc primum edita.*
Joannis Leunclavii in Paratitla Notatorum libri duo.

417. *Laurentii Bochelli Decreta Ecclesiæ Gallicanæ.* Pro Eccleſia Gallicana hujus ſæculi anno XXI. operam in digeſtione Juris Eccleſiaſtici impendit Laurentius Bochellus, qui Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ ex conciliis ejuſdem Œcumenicis, ſtatutis Synodalibus, Patriarchicis, Diœceſanis, Regiis conſtitutionibus &c. collectorum Libros octo Lutetiæ vulgavit.

418. *Operis epilogus.* Sic fata juris Eccleſiaſtici & Pontificii per ſeptemdecim ſæcula enarravimus. Tu vero, Benevole Lector, accipe hæc, quæ paucis foliis Antonio Auguſtino Præfationis loco præmittere cogitabamus, & ſenſim in librum excreverunt; & magis adhuc creſcerent, ſiquidem eos qui mole ſua jus Canonicum laborans, itemque vaſtiſſimum Conciliorum Oceanum contraxerunt Carantzam, Prateolum, Longum a Coriolano, Staravolzium, Bailium aliosque ſubjungere vellemus; ſed hæc forte, & quæ nunc non ſatis aut perperam dicta ſunt, ſecundis curis emendanda aut ſupplenda reſervamus. Tu humaniſſime Lector, tantiſper his utere, & errantem humaniter mone & inſtrue, ut perperam dicta in ſecunda editione, ſi eam Deus permiſerit, reformare poſſit.



WIL-

WILHELMI CRUSII BEROLIN.

JURIUM D. ET PROF. ORD.

IN GERHARDI V. MASTRICHT

HISTORIAM JURIS ECCLESIASTICI

CARMEN.

SI gratam *Gratianus* opem, nomenque decusque
  Intulit Ausoniis per sua thura sacris;
Præsul & augustum tulit *Augustinus* honorem,
  Commoda contortis substituenda locis;
Quid Tua, quid tantas infra sit gloria luces;
  Qui lucem celebri fundis Utrique manu,
Mysta Sagax, Juris Jubar, Historiæque Medulla,
  Et Consulta Sacri Voxque Manusque Fori?
Te referente suas Ecclesia noscere leges
  Incipit & tanti prodit origo Sacri.
Ortus & accedens ausis Papalibus ætas †;
  Mox grave Juris opus; denique mole ruens;
Et si quid reliquum cupiat mens avida rerum,
  Cuncta patent nitido condecorata stylo.
Nunc *Gratianus* ovat, nunc *Augustinus* in orbem
  Evolat, at fama latus uterque Tua.
Tu tenebris sine fine facem, morientibus ævum
  Affers: an cum ævo Laus Tua fluxa Tuo?
Non, si posteritas dignæ præconia famæ
  Versat; & in calamo vivis abunde tuo.
Affert Svada salem, jungit Themis Alma valorem,
  Qui pereat pretio quod valet atque sale?
Nunc Te plausus habet, speciosa *Colonia* vultum
  Erigit & Nati splendet honore sui.
Gaudet Docta cohors, Tibi tota Academia laudes
  Adiicit & clari nomina clara viri.
Me Tua quem forti Tibi junxit fœdere virtus,
  Et servat fida dextera, cana fides.
Sic nomen celebrabo Tuum, quo Jura decorem
  Ars bona quo pretium protulit usque suum.
Sic Te *Diva* locat: rutilum sic itur ad astrum,
  Quod colit in summo Docta Minerva Polo.
Gratulet his meritis; an nunc Astræa per auras
  Ipsa volat, juncta promere vota manu?
Hoc scio: si geminis facias Te inclarescere Musis;
  Quod magis expectet vix vafer orbis habet.

† Dicterium istud ab Hæretico Auctore conscriptum satis in notis 51. & 47. ad Historiam Mastrichtii refellitur. W.

C

Index rerum, & verborum, quæ notari debent in Mastrichtii Historia Juris Ecclesiastici.

Numerus hic notatus Numerum marginalem indicat.

Co-

Pa-



AN-

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE EMENDATIONE GRATIANI

DIALOGORUM LIBRI DUO

Cum Notis

STEPHANI BALUZII TUTELENSIS

ET

GERH. V. MASTRICHT UBIL.

PRÆFATIO
PRIMI EDITORIS.

CUM Maximi Pontifices hac nostra ætate de Gratiani emendatione tantum laborarint, ut illius erratis corrigendis non quoscumque viros, sed eruditione atque auctoritate valde præstantes, præficiendos esse judicarint, selectis aliis, quorum opera adjuti, quod erat in animo perficerent: sane dubium esse nemini potest rem magni esse momenti, Christianæque reipublicæ universæ plurimum interesse. Ac quidem vero quamvis tot summorum hominum & Ecclesiæ principum auctoritas, etiam sine alia caussa, multum apud omnes valere debeat, tam si res diligenter consideretur, licet eadem indigeremus, ratione item constat majus hoc quiddam esse, quam vulgo homines opinantur, qui totum hoc studiorum genus pro nihilo habentes, jurisque contextum contemnentes, se totos ad interpretes conferunt. Quibus ego, ut eos magni faciant, & tanquam duces ac magistros habeant, cum concessero, illud tamen constare affirmabo, juris pontificii tantam esse dignitatem, ut non solum ipsarum rerum, sed & verborum, immo & litterarum ac interpunctionum sit maxima ratio omnino habenda. Si enim homines splendidi cum ædificia extruenda suscipiunt, non necessitatem aut utilitatem solum, sed pulchritudinem potius ante oculos sibi proponunt, neque tantum atria, porticus, & conclavia, sed etiam partes singulas ut columnas, lapides, eorumque coagmentationem, & res alias minutas considerant, dantque operam, ut singula omnia lepore quodam ita inter se consentiant, ut nusquam nisi venustum & apte connexum quidquam reperiatur, multo magis in juris pontificii contextu, quo non voluptas parva, aut aliqua commoditas exigua quæritur, sed ipsa respublica Christiana regitur, moresque hominum conformantur, ac effrænatæ cupiditates coërcentur, illud curandum est, ut partes omnes aptæ & integræ fiut, nullumque verbum suspiciosum appareat. Quamobrem cum Gratiani collectio, qua magna pars juris pontificii veteris continetur, mendorum caussa, quibus temporum illorum vitio abundat, multorum sibilis exploderetur, summa rei amplitudo jure suo postulare videbatur, ut Maximi Pontifices de illius emendatione cogitarent, & viris exquisitis ingeniis, omnibusque naturæ & doctrinæ præsidiis instructis totum negotium sommitterent. Cumque eutra Urbem non deessent, qui hanc provinciam possent juvare, quod in hoc studiorum genere satis versati invenirentur, unus tantum, quod sciam, vir pro dignitate nunquam satis laudatus, totius Christianæ reipublicæ lumen clarissimum, deque ea optime meritus, Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis, qui superiori anno nobis ereptus fuit, hunc auctorem suscepit scriptis suis illustrandum. Quid effecerit, ex his duobus libris dialogorum more contextis, quos ante Romanam editionem conscripsit, & ea perlecta censuit edendos, licet judicari. Est namque Gratiani contextus ager quidam incultus, tot herbis asperis & agrestibus vestitus, ut licet viri selecti, tanquam diligentes agricolæ, multam culturam adhibuerint, & aratro illum sæpe perstrinxerint, aliquot tamen, si non herbæ, fortasse radicum fibræ,

quæ radicitus evelli non potuerunt, adhuc restare videantur. Quare dabunt ipsi veniam, si fructus laborum santi viri, cujus memoria recens in benedictione est, eritque in perpetuum, communi utilitati percipiendos proponimus; in quibus omnia fere Gratiani erratorum genera notantur, multa emendatione illustratur, ac denique totus ita examinatur, ut non solum rerum ipsarum, verum etiam verborum pondera expendantur.



STE-

STEPHANI BALUZII
TUTELENSIS
PRÆFATIO AD LECTOREM.

Explicaturus primordia & incrementa novi juris canonici, illud ante omnia putavi debere adnotari, jus antiquum unico codice, eoque non admodum magno, comprehensum fuisse, in quo canones priscorum Conciliorum ac nonnullorum praeterea Pontificum Romanorum decreta continebantur (*a*). Eo libro usa est sancta Dei Ecclesia usque ad sæculum Caroli Magni (*b*). Nam tum, quasi aliqua fatali necessitate cum mutarentur regna, mutatum quoque est jus ecclesiasticum, id est, antiquo juri, quod (*c*) per septingentos & amplius annos valuerat, successit jus novum ex suppositiis sanctissimorum Romanæ urbis Episcoporum epistolis ab impudentissimo illo nebulone Pseudo-Isidoro prolatis compactum, & ex novellis eorum constitutionibus, qui post Caroli tempora sedem apostolicam occuparunt. Variis sane ac magnis contradictionibus jactatum fuit illud jus, uti nuper dictum est in præfatione ad libros Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. Vicit tamen, ut sæpe alias, fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius post illa tempora insonuit in auribus Christianorum, quam novellarum istarum epistolarum auctoritas & mentio, præsertim quoties aliquid tentandum fuit adversus mores antiquos, & longo usu receptas provinciarum consuetudines.

II. Jus istud novum, quo exarmata sunt jura, ut Tertulliani verbis utamur, introductum fuisse diximus ævo Caroli Magni, favorabili videlicet, si unquam alias, tempore, ob magnam confusionem, quæ in politiam ecclesiasticam invecta erat ex stupenda ac miserabili Episcoporum reliquorumque Clericorum inscitia & vetustiorum canonum ignorantia. In hac igitur rerum perturbatione emersere famosæ illæ ac nobiles epistolæ, quæ priscis Pontificibus Romanis tribuuntur, in hunc terrarum orbem delatæ a Riculfo Archiepiscopo Moguntino; seu is tum Episcopus erat, sive postea ad eam cathedram conscendit. Perculerunt illæ omnium animos sua nova antiquitate, & quia sanctissimorum Episcoporum nomina præferebant. Hinc suborta in animis hominum religio, fas non esse dubitare de jure, quod in his sacræ antiquitatis monumentis continebatur. Ex eo deinde factum, ut veteres constitutiones, id est, venerandi priscorum Conciliorum canones, & authentica veterum apostolicæ sedis Pontificum decreta, quorum per tot annos maxima fuerat auctoritas, in contemptum paulatim venerint, novisque istis magnus honor habitus sit; ut in epistola XXVI. ad Nicolaum Papam scribit Hincmarus Remensis Archiepiscopus (*d*).

III. Constituto namque hoc novo jure, eo deinceps omnes uti cœpere, qui transalpinæ potesta- tis

(*a*) Contra hanc Baluzii opinionem Mastrichtius num. 75. 187. & 237. suæ Historiæ Ecclesiastici Juris animadvertit, & asserit, nimis tamen fidenter, nullas omnino Romanorum Pontificum Decretales Epistolas usque ad Dionysii Exigui ætatem in Codice illo pervetusto, quo Sancta Dei Ecclesia usque ad Sæculum Sextum usa fuit, insertas extitisse; Cum Pascasius Quenellus in sua Dissertatione 12., in Tom. 3. Appendicis ad Opera S. Leonis Magni editionis Venetæ 1757. existente, plausibilibus argumentis demonstret oppositum, proindeque in ejus sententiam clarissimus etiam Van-Espenius in sua Dissertat. 3. §. 6. *de pristino Codice Ecclesiæ Romanæ* devenit; quamquam non inficiemur refragatos huic sententiæ fuisse Editores Operum S. Leonis in Tract. *De antiquis Collectionibus, & Collectoribus canonum* Parte 2. Cap. 1. §. 4. Hoc unum igitur certum esse videtur, quod a S. Leone Magno prædecessorum Pontificum Decretales nonnullæ tanquam Regulæ in Ecclesia servandæ allegarentur; sive interim Decretales illæ in Codice essent insertæ, sive in Ecclesiarum Γραμματοφυλακίοις servarentur. W.

(*b*) Non uno, eodemque Codice universam Ecclesiam ad ætatem usque Caroli Magni usam fuisse ad evidentiam usque revincitur ex Chalcedonensis Concilii Actione XVI. in qua Lucentius Episcopus, & Sedis Apostolicæ Vicarius inter Synodicas regulas agnoscere noluit Canonem tertium Concilii Constantinopolitani, quamvis iste in Codice Canonum apud Ecclesiam Græcam relatus foret. Ecclesias pariter Africanam, Hispanicam, & Gallicanam ad initium Sæculi Sexti suos habuisse peculiares Canonum Codices demonstrat Van-Espen Parte 1. Commentarii in veteres Canones dissertationibus 6. & 8. W.

(*c*) In Ecclesiæ potestate esse repositum novos disciplinæ Canones instituere, veteres autem juxta rerum conditiones, & temporum necessitates permutare in confesso est apud omnes, sive jus, sive factum attendamus; novi etenim Canones in Synodis passim a sanctissimis Ecclesiæ Præsulibus instituebantur. Hoc unum immutabile prorsus in Dei Ecclesia comperitur, nempe suarum legum Sanctitas, & rectitudo, quæ siquidem invariabilis est, & indefectibilis, quoties universis Ecclesiæ filiis hujusmodi leges servandæ proponuntur. W.

(*d*) Uno semper eodemque Spiritu Sancto Dei Ecclesia dirigitur: Qui enim usque ad Sæculi consummationem Sponsæ suæ adesse promisit, adversus eam inferorum portas prævalere non sinet, quæcumque tandem rerum perturbationes emergant. Veteres igitur Constitutiones, venerandosque priscorum Conciliorum Canones summa cum reverentia semper Ecclesia coluit, eorumve Custodiam, & observantiam in posterioribus Synodis, præsertim in Tridentina, prout circumstantiæ temporum patiuntur, retinendam jussit. W.

tis amplificationem affectabant, & qui rerum omnium impunitam libertatem tenere cupiebant: qui nisi sacrosancti juris antiqui prudentiam & usum ab Ecclesia expulissent, obtinere non poterant licentiam cupiditatum suarum. Sed cum æterno, si superi paterentur, supplicio mactatum esset illud jus, quo uti Ecclesiam voluerunt, qui eam fundavere, lata est quodam modo lex impunitatis, aditu videlicet reserato, januaque patefacta appellandi in omnibus caussis sedem apostolicam & Pontificem Romanum, unde frequentes ac graves querelæ magnorum virorum, Ivonis Episcopi Carnotensis, Hildeberti Cenomanensis, Bernardi Abbatis Clarevallensis, & aliorum. Quantumvis enim aliquis peccasset, etiamsi capitale scelus admisisset, eum provocatio ista liberabat a pœna, quam sustinere debebat secundum priscos canones, spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos. Testis sit idem sanctissimus Bernardus in epistola CLXXVIII. ad Innocentium Papam II. referens querelas Episcoporum Gallicanorum adversus appellationes: *Quique flagitiosi & contentiosi de populo sive de clero, aut etiam ex monasteriis pulsati currunt ad vos. Redeuntes jactant & gestiunt se invenisse tutores, quos magis ultores sensisse debuerant.* Nam si semel refrangas claustra disciplinæ, actum est de moribus nostris, cum disciplina, ut recte observatum etiam a Livio est, sit custos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet.

IV. Primus omnium Angilramnus Archiepiscopus Metensis hoc novo jure, quo Episcoporum judicia Romani Pontificis auctoritati reservantur, usus est, primus, inquam, omnium mortalium contra divinos canones convellere tentavit jus antiquum, *quando pro sui caussa agebatur*, id est, quando accusatus de aliquo crimine, ut ego arbitror, subtrahere se voluit cognitioni suorum judicum. In eam quippe facile sententiam eo, capitula illa, quæ nunc circumferuntur sub nomine Hadriani Romani Pontificis ad Angilramnum non esse Hadriani, sed Angilramni, qui ea ex novitiis veterum Pontificum epistolis ut plurimum collegit, & Hadriano obtulit, ut caussæ suæ præsidium quæreret. Hanc conjecturam multa adjuvant, sed in primis vetus codex MS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis, in quo sic habetur: *Incipiunt capitula collecta ex diversis Conciliis sive Decretis Pontificum Romanorum ab Angilramno Metensi Episcopo, & Adriano Papæ oblata.*

V. Anno dein DCCCXVII. Ludovicus Pius Imperator conventum egit Aquisgrani, in eoque divisionem regni instituit inter Lotharium, Pipinum, & Ludovicum. In actis istius divisionis, quæ apud nos extant, ista decernuntur de regno Italiæ cap. XVII. *Regnum vero Italiæ eo modo prædicto filio nostro*, id est, Lothario, *si Deus voluerit, ut successor noster existat, per omnia subjectum sit, sicut & patri nostro fuit, & nobis, Deo volente, præsenti tempore subjectum est.* Hinc mota Bernardi Regis Italiæ ira: qui tamen etsi se sciret non ex uxore legitima Pipini fratris Ludovici, sed ex concubina natum esse, tamen Italiæ, cujus eum Carolus Magnus Regem fecerat post mortem Pipini patris, possessione se exturbari ægre ferebat. Itaque *per exhortationem malorum hominum*, ut Theganus ait, *extollens se adversus patruum suum, voluit eum a regno expellere, habuitque impios consiliarios hinc inde.* Sed conatus ejus frustra fuit. Deficiente ergo conspiratione, punitisque auctoribus, Episcopi quidam conjurationis rei judicio Episcoporum Gallicanorum apud Aquisgranum anno sequenti congregatorum *depositi in confessione eorum facti sunt*, id est, postquam confessionem criminum suorum apud judices electos, ut tum solebant, edidissent. Unus eorum fuit Theodulfus Aurelianensis Episcopus, qui propterea in monasterium Andegavense ad agendam pœnitentiam projectus est, ubi supremum diem obiit. Hanc suam calamitatem ipse deplorat in epistolis scriptis ad Agiulfum Bituricensem antistitem, & ad Modoinum Augustodunensem, innocentem se semper & ubique contestans. Sed in epistola ad Modoinum ait, se quamvis confessus fuisset crimen, judicari non potuisse ab Episcopis Gallicanis, ob eam videlicet præclarissimam rationem, quia Pallium acceperat a Romano Pontifice.

Esto forem fassus; cujus censura valeret
Dedere judicii congrua fræna mihi?
Solius illud opus Romani Præsulis extat,
Cujus ego accepi Pallia sancta manu.

VI. Novo enim jure, quod ex loco quodam sancti Leonis male intellecto petebatur, Metropolitani, quia Pallium a Romano Pontifice receperant, judicari non poterant ab Episcopis comprovincialibus, sed apostolicæ sedis, *etiam ante judicium*, erat sententia præstolanda, ut ait Hincmarus in epistola XVII. ad Nicolaum Papam. Ex eo privilegio, quod descendebat ex concessione Pallii, sequi contendebat Theodulfus Aurelianensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ut eum vocat Ludovicus Pius, non potuisse se ab alio judicari, quam a Romano Præsule, nimirum ut ea ratione declinaret auctoritatem suorum judicum. Hoc erat unum ex perfugiis novo isto jure repertis. Colligitur istud manifeste ex epistola Nicolai primi ad Actardum Episcopum Namnetensem scripta, cum Pallii usum illi concederet. *Porro censemus*, inquit, *apostolicæque institutionis auctoritate definimus, ut nullus Metropolitanorum antistitum vel cæterorum Episcoporum in controversia criminis, si sedem appellaverit apostolicam, vel ejus speciali expetierit audiri vel discuti fortassis examine, præsumat de se proferre non nostro præmisso decreto judicium, sed*

apo-

apostolicæ sedis tantum reserveris examinandus vel judicandus incunctanter arbitrio, cujus videlicet decreto vel largitate vacanti Ecclesiæ incardinatus & Palliatus esse dignosceris.

VII. Secutum est postea decretum Gregorii IV. in gratiam Aldrici Cenomanorum Episcopi. Timebat ille, nescio an angore ac sollicitudine conscientiæ, sed tamen timebat, ne quis eum raperet in jus, adeoque ante omnem caussæ cognitionem putavit implorandum sibi esse auxilium Gregorii. Iste vero, qui satis intelligeret quantum e republica peteretur, & arripiendam esse occasionem stabiliendi per universam Ecclesiam novi juris canonici, præcipue per Gallias, patrocinium Aldrici lubentissime suscepit; dataque epistola generali ad Episcopos universi orbis, tantum ut unius hominis præmolestiam sublevaret, docuit Episcoporum judicia, præsertim si sedem apostolicam appellaverint, peragi non posse absque interventu auctoritatis Episcopi Romani; Aldricum porro vetuit alibi quam apud sedem apostolicam, aut ante Legatos e latere Romani Pontificis missos judicari.

VIII. Tandem Nicolaus istius nominis primus in sede Petri locatus est, vir, ut ait R. P. Cellorius, ad suscipiendas appellationes etiam adversus Concilia provincialia promptissimus, retinendæ præterea, propugnandæ, explicandæque auctoritatis suæ cupidissimus, & qui dexteritate & audentia incredibili plurima magna & difficilia negotia ad optatum finem perduxit. Pontificatu ejus Rothadus Suessionensis Episcopus judicio Gallicanorum Episcoporum in synodo Suessionensi congregatorum depositus est anno DCCCLXIII. nequicquam eum juvante appellatione apostolicæ sedis, & apostolici Præsulis: mox vero Episcopus alius in loco ejus ordinatus. Nolo cantilenam toties recantatam heic recinere, præsertim cum totam illam historiam eleganter ac erudite pro suo more explicaverit magnus ille Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis in libro septimo de concordia sacerdotii & imperii. Illud tantum dicam, Nicolaum graviter ultum esse hanc *minutionem & abominationem privilegiorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, ut ipsa ejus verba ponamus, cum biennio post in Concilio Romano ageret de restitutione ejusdem Rothadi. Cuncta autem huc vergunt, ut ostendant iniquum fuisse synodi Suessionensis judicium, quæ præter quam quod congregata erat sine auctoritate Romani Pontificis, (*quod nulli fas est*, inquit) Episcopum damnaverat appellantem apostolicam Sedem. Et ut Episcopos Gallicanos facilius induceret ad restitutionem Rothadi, aperit illis vastissimum campum impunitatis, privilegia oimirum Ecclesiæ Romanæ novo jure reperta, id est, jus appellandi sedem apostolicam in omnibus caussis. Hæc sunt ejus verba ad Episcopos synodi Suessionensis, digna profecto quæ heic describantur ad memoriam omnium sempiternam. *Privilegia sedis apostolicæ*, inquir, *segmina sunt, ut ita dicam, totius Ecclesiæ catholicæ. Privilegia inquam hujus Ecclesiæ munimina sunt circa omnes impetus pravitatum. Nam quod Rothado hodie contingit, unde scitis, quod cras cuilibet non eveniat vestrum? Sic Apostolus admonet dicens: Qui putat se stare, videat ne cadat. Quod si contigerit, ut verbis utamur propheticis, ad cujus, rogo, confugietis auxilium?*

IX. Intellexit Hincmarus Laudunensis Episcopus, unus Episcoporum, ad quos scripta erat epistola illa, vim pondusque istorum Nicolai verborum. Nam cum reus postea factus esset in synodis apud Vermeriam, & apud Attiniacum congregatis, suorum scelerum conscientia cruciatus sedem apostolicam appellavit, ut eo pacto effugeret pœnas facinorum suorum. Ista diserte nos docet Hincmarus Remensis in epistola XXXV. quæ data est ad eundem Laudunensem: *Quod dicis te in synodo apud Vermeriam, indeque apud Attiniacum licentiam eundi Romam petisse, & impetrare non potuisse, omnes Episcopi, qui in eisdem synodis fuerunt, liquido sciunt, quoniam cum de tuis insolentiis increpabaris, timens regulare judicium, vel Regis castigationem licentiam eundi Romam petebas. Cum vero videbas, quia Rex & Episcopi erant tibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicebas, sicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut soles, quam semper timendo expecto, iterum facias, de qua compellatus solitam cautionem de licentia tua recantes.* Item in capite XVII. Concilii Duziacensis: *Qui undecumque sibi visum fuit, cum de suis insolentiis increpatus est, licentiam eundi Romam petit, vel sedem apostolicam appellat. Quando vero Rex & Episcopi sunt sibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicit, nec sedem apostolicam appellat* (e).

X.

(e) Suam in scribendo, quæ vera non sunt, ἀναισχυντίαν, suamque in Romanos Præsules ἀσέβειαν satis fecit palam Baluzius de Nicolao I. Pontifice verba faciens. Quis æquo animo ferre queat impactam summo illi Pastori calumniam de oppressa Metropolitanorum Jurisdictione per falsæ Melchiadis Decretalis auctoritatem; cum ipse solas Innocentii I. & Leonis Magni Epistolas præ oculis habuerit, dum ad Galliæ Episcopos scribebat, ut evidens est ex ipsius Nicolai Epistola apud Labbè Tom. 10. Conciliorum edit. Venetæ, column. 281. & 283. Verum ad summi Pontificis venerabilem dignitatem in tuto ponendam legere non pigeat fragmentum a nobis excerptum ex integra Synodica Epistola a Patribus Concilii Tricassini ad ipsum data Nicolaum Anno 867. cujus Synodi Præses fuit Hincmarus Remensium Episcopus = His itaque, ajunt Tricassini Patres, pro quantitate intelligentiæ nostræ decursis, submissæ devotionis obsequio, vestri Apostolatus exoramus magnificam Beatitudinem, ut . . . . . More Beatissimorum Prædecessorum vestrorum, quæ de statu Sacri Pontificalis Ordinis ab eis statuta, & imprevaricabili auctoritate firmata sunt immota de cætero maneant, Mucrone Apostolico quorumcumque Metropolitanorum temeraria præsumptione suppressa, quin etiam reliquorum Episcoporum quorumcumque, seu quantorumcumque aodaci conniventia penitus summota, privilegia, & decreta servari, innovata constitutione, decernatis; itaut nec vestris, nec futuris temporibus, præter consultum Romani Pontificis de gradu suo quilibet Episcoporum dejiciatur, sicut eorumdem Sanctorum vestro-

X. Erat sane porta ista speciosa, nihilque in speciem favorabilius erat Episcopis. Sed quia res humanæ interdum volvuntur deorsum, contingere quoque poterat, ut magnifica illa sedis apostolicæ privilegia, quæ (ut Innocentius III. ait lib. 1. epist. 230. & lib. 2. epist. 13.) instituta sunt ad præsidium oppressorum, implorarentur etiam ad opprimendos Episcopos. Neque nunc longius abierim a pontificatu Nicolai, ut ejusdem omnino temporis exemplum adferam adversus argumentationem ejus. Paulo ante quam is apostolicæ Ecclesiæ thronum conscenderet, Gallicani Episcopi, quibus certum erat Episcopum scurrilem ac dementem arcendum esse a sacerdotio, tentaverant Herimannum Episcopum Nivernensem istis morbis laborantem pellere sede sua, eumque propterea manere interim jusserant apud Metropolitanum suum Wenilonem Archiepiscopum Senonensem, donec agnosci posset, an dementia ejus esset sanabilis. Ea cum sanata videretur anno sequenti, Herimannus suæ Ecclesiæ gubernationi restitutus est. Sed post aliquot exinde annos revolutus ad errores suos, Wenilonis rursum animum in se concitavit. Et is quidem omnino volebat Herimannum ab ea cathedra deturbare, tanquam indignum tanto gradu. Verum quia ille gratia haud dubie fovebatur Caroli Regis *infirmitatem*, id est, levitatem ejus ac jocos facetiasque *nequaquam fastidientis*, ut docet canon secundus synodi Suessionensis secundæ; adeoque facile non erat Episcopis Gallicanis eum loco movere, auxilio subsidioque fuit novum jus canonicum, quo judicia Episcoporum reservantur auctoritati Papæ Romani, præcipue vero epistola Melchiadis ad Episcopos Hispanienses, quæ omnem criminum episcopalium cognitionem interdixit synodis provincialibus. *Episcopos*, inquit, *nolite judicare, nolite condemnare absque sedis hujus auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, & vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus Apostolorum statutum est servari, quod illæsum manet usque in hodiernum diem.* Itaque Wenilo, qui consilia sua in irritum casura esse satis intelligebat, si de judicando Herimanno ageretur intra Gallias, adeoque externam potentiam sibi implorandum, suo suffraganeorumque suorum nomine consuluit super ea re Nicolaum Papam, gnarus videlicet temporum suorum. Quia tamen negotium illud dexteritate quadam tractandum erat, ne justæ iratum caussæ subministrarentur Episcopis Gallicanis, neve, dum Herimannum opprimere studebat, vana & rei, quam agitabat non profutura, ac libertati Ecclesiæ Gallicanæ exitiosa inciperet, sic temperandum esse censuit actum suum, ut licet dubitare maxime videretur de auctoritate epistolæ Melchiadicæ, occasionem tamen Episcopo Romano daret ad se trahendi caussam Herimanni, ratus ea ratione parum præsidii laturum Herimanno favorem Caroli. Igitur ne quid inconsulte ac temere ageret, eo flexit, ut per speciem diligentissimæ inquisitionis caussam revocaret ad examen Episcopi Romani, dum Nicolaum orat, ut exemplum authenticum illius epistolæ ex armario Romanæ Ecclesiæ depromptum ad se mittere dignaretur. *Unde supplicamus*, inquit, *ut statuta illius integra, sicut penes vos habentur, nobis dirigere dignemini.* Æquissima profecto erat postulatio Wenilonis, cum si quis fictam suspicetur Romani cujuspiam Pontificis epistolam, requirere eam debeat in Ecclesiæ Romanæ chartario, ut monuit Hieronymus in apologia adversus Ruffinum. Suspicacem tamen Nicolai animum perculit improvisa istæc & importuna interrogatio. Timebat enim, ne specie reverentiæ tentarentur arcana dominationis, & scire forte, an cuperent Episcopos Gallicanos quid de novis illis veterum Pontificum epistolis sentiret novus Pontifex Nicolaus, & an Melchiadis epistolam ex Romanæ Ecclesiæ armario, ubi manifestum erat eam non exstare, posito omni pudore missurus esset. Ergo vir prudentissimus, ne suspicionis illius aut metus foret manifestus, neve ea per imprudentiam rescriberet, per quæ suam famam dehonestaret, si falsus intelligeretur, Episcopos Senonenses, quoad hoc, sine responso reliquit, postulataque eorum elusit plurima ipsorum laudatione, & multum contestatus Herimannum absentem, & inauditum damnari non debere. Sic inter metus Wenilonis & suspiciones Nicolai Herimannus tutus fuit, & in sede sua remansit. Sed si religiosissimus iste Pontifex ea tum audacia armatus fuisset, qua postea abundavit in caussa Rothadi, Herimannus haud dubie oppressus atque obrutus fuisset sub tegmine privilegiorum sedis apostolicæ.

XI. Nam licet Rothadus canonice a quinque provinciarum Episcopis dejectus fuisset, aliusque in loco ejus secundum regulas ordinatus, ausus est tamen Nicolaus eum sedi suæ restituere, insuper habito synodi Gallicanæ gravissimo judicio. Et qui ad Senonensium Episcoporum interrogationem tremebundus & plenus timoris rescribere noluerat de auctoritate epistolæ Melchiadicæ, quæ una est ex supposititiis Romanorum Pontificum epistolis, ex quibus conflatum est novum jus canonicum, nunc audacior factus in gratiam Rothadi, de restitutione ejus scribens ad Episcopos Gallicanos non dubitavit asserere, sanctam Romanam Ecclesiam penes se in suis archiviis recondita habere decretalia istæc priscorum Pontificum constituta. *Absit enim*, inquit, *ut cujuscumque ipsorum, qui usque ad ultimum vitæ suæ diem in fide catholica perseveravit, vel decretalia constituta vel de ecclesiastica disciplina qualibet exposita debito cultu, & cum sum-*

strorum Antecessorum multiplicibus decretis, & numerosis privilegiis stabilitum modis mirificis exeat = Legitur hæc Synodica apud Labbè Tom. 10. Concil. Columm. 478., & sequentibus. Et sane Gallicani Episcopi nec Canonem 3. Sardicensem, nec Epistolas Julii Papæ I. nescire poterant, in quibus tam evidenter firmatum erat Episcoporum depositiones soli Romano Præsuli esse reservatas, quod & Synodus Tridentina Sess. 13. in Decreto reformat. Cap. 8. nec non Sessione 24. in simili reformationis Decreto cap. 5. renovavit. W.

summa discretione non amplectamur opuscula, quæ dumtaxat & antiquitus sancta Romana Ecclesia conservans, vobis quoque custodienda mandavit, & penes se in suis archiviis & vetustis rite monumentis recondita veneratur. Stabilito hinc novo jure, Rothadum nequaquam cunctans & diffidens, ut antea, sed libere & intrepide restituit gubernationi Ecclesiæ Suessionensis, eumque mox ad Carolum Calvum Regem Francorum in comitatu Arsenii Legati sui misit tectum ac munitum nuper inventis sedis apostolicæ privilegiis. Audacia tamen illa, quamvis feliciter Nicolao cesserit, effugere non potuit reprehensionem vetusti scriptoris annalium Bertinianorum, qui de restitutione Rothadi agens ad annum DCCCLXV. his eam verbis, audaciam audaciæ opponens, perstringit: *Circa medium Julium mensem in Attiniacum palatium Arsenius veniens, Rothadum CANONICE a quinque provinciarum Episcopis dejectum, & a Nicolao Papa non REGULARITER sed POTENTIALITER restitutum, secum reducens, Carolo præsentavit.*

XII. Hincmarus quoque Remorum Archiepiscopus eandem restitutionem iniquam esse pronuntiavit, non quidem palam & aperte, sed verbis subobscuris, quæ tamen ostenderent in ea sententia illum esse, judicia Conciliorum provincialium cassari non posse auctoritate Romani Pontificis. Nam cum Hincmarus Laudunensis Episcopus juvenili petulantia, fretus præterea manifestis Romanorum odiis adversus Remensem, avunculo, ut eum ureret per commemorationem malorum eventuum, exprobraret cassationem depositionis Rothadi, Hincmarus Archiepiscopus, vir antiquæ libertatis, quantum sinebant illa tempora, retinentissimus, insanam ejus temeritatem retellit his verbis in capite quinto opusculi LV. capitulorum, cuncta referens ad vim & auctoritatem Nicolai: *Nostrum judicium PER REGULAS executum sedes apostolica non cassavit, sed Rothado, qui ad eam fecit confugium, humiliter poscenti, (quoniam legati nostri, qui caussam ejus examinavimus, cum literis, sicut præcipiunt canones, prius non venerunt, clusas transire prohibiti, quam ab eo, sed & ab aliis plurimis, suggestionem inde susciperet) sicut suo sapientissimo consilio judicavit, solatii benignitatem impendit.* Itaque ait, non quidem cassatum fuisse judicium synodi Gallicanæ adversus Rothadum, sed a majoris auctoritatis judice Nicolao Papa immutatum. *Quoniam judicium nostrum a majoris auctoritatis judice immutari, non autem aliter cassari CANONICE poterat.*

XIII. Famosa est annalium monumentis historia depositionis ejusdem Hincmari Laudunensis Episcopi, adversus quem Rex Carolus Calvus & Hincmarus Remensis accusationem instituerunt in tribus synodis Ecclesiæ Gallicanæ. Agebatur de spreto Metropolitano, de violata disciplina ecclesiastica, de crimine læsæ regiæ majestatis. Existimant nonnulli injuria sævitum esse in Episcopum Laudunensem, & Remensem in hoc loco arguunt inhumanitatis ac crudelitatis. Viderint illi quas caussas habeant ita sentiendi, livoremne & invidiam adversus memoriam magni viri, an amorem tantummodo justitiæ & veritatis. Ego dum recenseo totam illam historiam, video multa dicta adversus Laudunensem, multa scripta, & rem servato juris ordine procedere. Ipse crimina sua fateri noluit, neque sententiam in se dicere. Pertinacissimam interim contumaciam adversus Metropolitanum suum semper ostendit, etiam cum frequentibus contumeliis. Cum vero urgebatur timore pœnæ, fieri sibi potestatem petebat, ut supra vidimus, adeundi sedem apostolicam, tum ut illic caussam suam audiri procuraret, tum ut votum persolveret, quo se vir pussimus obstrinxerat ad visenda Apostolorum limina. Negatum est semper homini. Sed quibus se ille inter has tempestates armis juvabat? Decretis nimirum apocryphis Romanorum Pontificum, quæ usque ad nauseam recantabat. Res est adeo nota, ut probatione non indigeat. Adferam tamen testimonium Hincmari Remensis ex capite XI. Concilii Duziacensis: *Post hæc quærens adinventiones, ut se a Metropolitana subjectione posset exuere, libellum de antiquorum patrum scriptis ante sacros Nicænæ synodi & aliorum sanctorum canones editis collegit, in quibus sententias inter se dissonas & contra evangelicam & apostolicam atque catholicam & apostolicæ sedis auctoritatem immiscuit. In quo libello cum aliis diversis & sibi adversis sententiis subscripsit, & a Clericis parochiæ suæ subscribi fecit, quia non possunt Episcopi humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit judicio.* Magnos tamen illos conatus infeliciter cessisse constat Hincmaro Laudunensi, & illi parum auxilii attulisse novum jus canonicum, cujus auctoritatem is summo studio extollebat.

XIV. Ex actis Concilii Remensis adversus Arnulfum Archiepiscopum, habiti anno DCCCCXCI. colligi potest extremum ferme, ut ita dicam, spiritum traxisse tum vetus jus canonicum, tamen etsi multa præclare ac fortiter dicta factaque in eo conventu sint ad laudem & gloriam Ecclesiæ Gallicanæ. Arnulfus agebatur reus majestatis, accusantibus Hugone & Roberto Francorum Regibus. Urgebatur reus gravitate accusationum & pondere veterum regularum. Vicit tum vetus disciplina, servataque est venerandæ antiquitati sua reverentia. Fuere nihilominus, qui deploratissimæ caussæ suppetias ferre tentarent. Sed ii tamen nulla ferme alia præsidia in caussam induxerunt præter falsas illas veterum Romanorum Pontificum epistolas, in quibus cavetur, ne Episcopi judicentur absque auctoritate Episcopi Romani, cassaque & irrita decernuntur judicia, quæ prætermisso hoc ordine ferri contingeret. Verum ista magnorum nominum commemoratione non admodum permotos fuisse Episcopos nostros, hæc res indicio est, quod multa primum reverentia usi erga Romanorum Pontificum decreta, quæ proferebantur, licet falsa haud du-

ble esse intelligerent, cum ad eam partem ventum est, in qua certum erat Episcopis non passuros se ut novum jus invalesceret adversus veteres regulas, neque aliquid suppeteret, quo manifesta decretorum istorum verba eludere interpretatione possent, tum decretis illis libere opponunt canones Africanos, qui de judicandis intra provinciam Episcopis decreverunt, etiam in fine actorum propterea describentes Concilium sextum Africanum, sive Carthaginense, ut pluribus diximus in præfatione ad Reginonem. Itaque repudiatis Arnulfi ac fautorum ejus subterfugiis, damnatus est reus, & Gerbertus summo omnium consensu in loco ejus ordinatus secundum canones antiquos.

XV. Hactenus aliqua species libertatis superfuerat. Deinceps autem sapientissimo Romanorum Pontificum consilio visum est, coercendam esse intra certos limites Episcoporum auctoritatem, castigandamque acriter ac severe eorum audaciam, qui caussas quaslibet judicare præsumerent, inconsulta sede apostolica. Initium factum est ab Episcopis, qui concilio isti Remensi interfuerant, adversus quos excandescens Joannes XV. *valde indignatus super hoc facto, interdixit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulfum deiecerant, & Gerbertum ordinaverant*; ut docet continuator Aimoini lib. V. cap. XLVI. Et tamen inerat adhuc aliquid priscæ virtutis in Gallia post tonitrua illa, & fulminum jactus ex arce Tarpeja (f). Quamvis enim Leo Abbas a Joanne missus in Gallias Arnulfum restituisset Ecclesiæ Remensi anno DCCCCXCV. in synodo habita apud Durocortorum Remorum, Arnulfus nihilominus in custodia attinebitur, donec sub Gregorio V. amissam libertatem sedemque aliquantisper recuperasse visus est. Nondum tamen, post tot Romanorum conatus, plena fuit ac perfecta illius restitutio; quæ tunc citra controversiam obtinuit, postquam Gerbertus in sede Romana locatus, dictus Silvester secundus, epistolam ad eum scripsit, qua simul finis impositus est miseriis Arnulfi & stabilitus usus novi juris canonici.

XVI. Ardebat ea tempestate Gallia bello gravissimo, discordia, cupiditate, ceterisque generis ejusdem. Inter hæc mala & inter initia condendæ novæ Regum Francorum familiæ, cujus auctor & fundator fuit Hugo cognomento Capetus, multæ ac variæ violandarum mutandarumque legum ecclesiasticarum caussæ & occasiones fuere, in quibus velut inpita Gallorum virtus connivere quodam modo visa est (g). Stabiliendo hinc novo juri canonico lata ac spatiosa aperta via est. Hujus tamen facinoris gloria debetur ut plurimum Legatis, quos Romani Pontifices immiserunt in universas orbis nostri provincias: quorum tanta, ut alibi diximus, adeoque splendida ac magnifica potestas erat, ut omnes caussæ ecclesiasticæ ab eorum nutu ac voluntate penderent, nemine aut raro tum obsistere auso. Itaque dormitante, ut ita dicam, antiquo jure, sola ferme deinde in occidente per multum ævi valuit auctoritas epistolarum pontificiarum, quæ extant in collectione Isidori, præcipue vero postquam Decretum Gratiani publicæ legis vim roburque obtinuit. De quo libro ante quam plura dicamus, necesse est, ut paucis agamus de his, qui ante Gratianum lucubrationes istiusmodi ediderunt, Reginone nimirum, Burchardo, Anselmo, & Ivone.

XVII. Regino Abbas monasterii Prumiensis, cum hinc pulsus se recepisset in monasterium sancti Maximini Trevirensis, illic privatam vitam agens libros duos de ecclesiasticis disciplinis, & religione Christiana scripsit circa annum DCCCCVI. jussu Rathbodi Archiepiscopi Trevirensis; in quibus condendis usus est præcipue canonibus antiquis & sinceris Romanorum Pontificum decretis, tum etiam, quamquam non admodum frequenter, pseudepigraphis epistolis ab Isidoro collectis, Capitularibus Regum Francorum, & dictis sanctorum patrum. Editionis illum honore primus donavit Vir Clarissimus Joachimus Hildebrandus. Nos vero rursum edidimus anno MDCLXXI. emendatum ex fide vetustissimi & optimi codicis. Porro ne videamur actum agere, lectorem remittimus ad præfationem, quæ illi nostræ editioni præfixa est.

XVIII. Burchardus deinde Wormatiensis Episcopus simile opus aggressus circa annum MXX. bene multa accepit ex Reginone, plurima de suo addidit, pleraque corrupit, uti nuper ostensum est pluribus ad Reginonem. Cum itaque in hoc argumento fuse me & abundanter illic exercuerim, res postulare videtur, ne eandem materiam retractem. Heic tantum addam, posse Burchardum eximi a culpa, si vera sunt, quæ narrantur in libro de gestis Abbatum Gemblacensium nimirum auctorem Decreti Burchardici non esse Burchardum, sed Olbertum Abbatem Gemblacensem, *quo dictante & magistrante Burchardus magnum illud canonum volumen centonisavit.* Testatur istud ipsum, sed modestius Sigebertus in Chronico ad annum MVIII. *Burchardus quoque fit Wormacensium Episcopus, qui in scripturis studiosus, magnum illud canonum volumen edidit, scripturarum sententiis undique compilatis defloratum, collaborante sibi in hoc magistro suo Olberto Abbate, viro undecunque doctissimo.* Sed ipse se clarius explicat in libro de scriptoribus ecclesiasticis; ubi de Olberto loquens, hinc eum laudat *maxime quod Burchar-*

(f) Joannis XV. auctoritate propriæ sedi fuit Arnulfus, consentientibus etiam, supremæque Pontificis Jurisdictioni cedentibus Galliarum Episcopis restitutus, ut tradit ex Continuatore Aimoini Natalis Alexander Cap. 1. art. 24. Synopsis Historiæ Ecclesiasticæ Sæculi noni, & decimi; cognoscentibus fortassis Gallicanis Præsulibus ab illegitima potestate fuisse depulsum; cum præter summi Pontificis assensum esset exclusus. W.

(g) Non violantur Ecclesiæ Leges, dum per legitimam auctoritatem, id rerum, & temporum circumstantiis exposcentibus, immutantur. W.

chardus Episcopus Wormatiensis ejus magisterio ad hoc est provectus, ut ita ecclesiasticæ utilitati intenderet, ut ejus studio, ore, & manu illud magnum canonum volumen ad communem omnium utilitatem ederet. Rem tamen aliter narrat Bartholomæus Fisen in Floribus Ecclesiæ Leodiensis pag. 328. ex MSS. Gemblacensibus & sancti Jacobi Leodiensis, nimirum Burchardum, cum Lobii hoc tempore monachus, Olbertique auditor esset, *tantam literarum cognitionem attigisse, ut incredibili Christianæ reipublicæ bono descriptum in viginti libros decretorum volumen luci dederit.* Hujus operis Burchardici tria nos antiquissima exemplaria vidimus optimæ notæ.

XIX. Sæpe laudari solet collectio Anselmi Episcopi Lucensis, qua usi sunt in primis Correctores Romani, & Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis. Verum iste multum dubitare visus est de ejus auctoritate; primum quia in vetustis codicibus, quos ipse vidit, nullus titulus erat, neque nomen auctoris; deinde quia videbat nonnullorum illic Romanorum Pontificum decreta esse inserta, qui, vivo Anselmo, ad apicem episcopatus non pervenerunt. Alium ego nuper codicem, eumque optimum & antiquissimum, beneficio optimi doctissimique viri Domni Lucæ Dacherii nactus sum ex bibliotheca monasterii sancti Germani Parisiensis, in quo neque titulus ullus extat neque nomen auctoris. Hic autem liber iis, quos vidit Antonius Augustinus, ex eo præstat, quod nulla in isto decreta Pontificum Romanorum contineantur, qui post annum MLXXXVI. apostolicam sedem tenuerunt. In veteri tamen codice istius collectionis, cujus exemplum ex bibliotheca Barberina ad se missum idem Dacherius mecum communicavit, hæc in titulo scripta sunt, quæ librum illum adjudicant Anselmo Episcopo Lucensi.

In Trinitatis nomine sanctæ & individuæ. Incipit hinc feliciter istius libri series, quem sanctus ex Italia Anselmus, quique Pontifex Lucanæ fuit Ecclesiæ, vir prudens ac catholicus, in Christi fide fervidus, carpsit ex toto canonum patrum sanctorum corpore.

Sed aut fallit titulus, aut certe multum interpolatus est hic liber, ut recte adnotatum est ab Antonio Augustino. Nam illic continentur plurima Urbani II. & sequentium Pontificum decreta, quorum ævo Anselmus vivere desierat. Quin etiam multa sunt, quæ hanc collectionem abjudicare videntur Anselmo Episcopo Lucensi. Primo auctoritas vetusti scriptoris vitæ ejusdem Anselmi a Sebastiano Tengnagelio editus; qui lucubrationes magistri ac Domini sui recensens, nullam collectionis istius mentionem facit, non omissurus, ut videtur, tam præclarum opus, si tum fama tulisset, compositum ab Anselmo fuisse. Deinde Sigebertus monachus Gemblacensis, horum temporum scriptor, dum in Chronico & in libro de scriptoribus ecclesiasticis enumeraret libros ab Anselmo compositos, ne verbum quidem ullum fecit de collectione ista. Denique Trithemius, qui tot libros viderat, non vidit collectionem canonum ac decretorum Anselmo Lucensi Episcopo tributam, cum altum de ea silentium apud illum sit. Non senserat ista monumenta Antonius Augustinus. Et tamen huc inclinare visus est, ut collectionem illam non putaret esse Anselmi; adeoque conjecturam fecit de Hildeberto Cenomanensi, quem constat aliquid simile olim tentasse. Seu totam istam controversiam relinquo definiendam doctissimo viro, quem supra nominavi, Lucæ Dacherio, qui collectionem illam cujuscumque tandem sit, daturus est in tomo duodecimo Spicilegii.

Perventum erat ad finem operis, jamque operæ typographicæ accingebant se ad editionem Indicis, cum forte fortuna incidi in duos antiquos bibliothecæ regiæ codices, in quorum uno continetur opus Gratiani, in altero descripti sunt priores septem libri collectionis, quæ Anselmo Lucensi tribuitur. Codex iste non est admodum vetus, utpote scriptus superiore tantum sæculo. Attamen ex antiquiore descriptum esse constat. In fronte ponuntur nonnulla de modo celebrandi Concilii. Postea sequitur in loco tituli: *Incipit capitulatio librorum, quos beatus Anselmus Lucensis Episcopus de coæqualibus causis singulos in hoc volumine libros composuit.* Et paulo infra: *Incipit autentica & compendiosa collectio regularum & sententiarum sanctorum patrum & auctorabilium Conciliorum facta tempore* * *sanctissimi Papæ a beato Anselmo Episcopo Lucensi ejus diligenti imitatore, & discipulo, cujus jussione & precepto desideranter consummavit hoc opus.* Hinc ergo auctoritas conciliari potest huic collectioni.

* *Gregorii*

XX. Sequitur Ivo Carnotensis Episcopus, vir magni in Ecclesia Dei nominis, cujus lucubrationes in omnium manibus versantur. Extant duæ canonum ac decretorum collectiones antiquæ huic auctori tributæ, quarum una Decretum Ivonis vulgo vocatur, altera Pannormia, utraque eandem habens præfationem. Quo factum est, ut viri docti putaverint Pannormiam non esse Ivonis opus, sed Hugonis cujusdam Catalanensis aut alterius incerti scriptoris, qui Decretum in compendium redegerit, fundum suæ illius opinionis accipientes ex Vincentio Bellovacensi, qui libro XXV. Speculi historialis cap. LXXXIV. testatur, Hugonem illum ex eodem volumine abbreviato libellum portatilem composuisse, qui Summa Decretorum Ivonis appellatur. Sed opus illud diversum fuisse a Pannormia vel hæc res indicio est, quod *Summa decretorum Ivonis* inscriptum fuerit, cum Pannormia in vetustissimo codice MS. sancti Victoris Parisiensis, in duobus etiam antiquis codicibus MSS. monasterii sancti Albini Andegavensis, denique in omnibus editionibus *Pannormia* semper vocetur, nunquam *Summa decretorum.* Præterea vir istarum rerum peritissimus Antonius Augustinus ex eo collegit Pannormiam non esse epitomen decretorum Ivonis, quod pauca sint, in quibus hæ duæ collectiones inter se conveniant. Cæterum aut valde

me fallit amor ſuſcepti negotii, aut deprehendiſſe mihi videor Victorinum Pannormiæ codicem multo antiquiorem eſſe Hugone Cathalanenſi, quiſquis tandem homo ille fuerit. Unde certo colligi poteſt Vincentium de quodam alio opere loqui, quo caremus abſque ullo bonarum litterarum diſpendio.

XXI. Ego in ea ſum ſententia, ut omnino putem Ivonem primo ſcripſiſſe Pannormiam, & præfationem eodem tempore confeciſſe, quæ poſtea magno decretorum volumini præfixa eſt. Nam cum videret haud dubie Pannormiam ſucceſſum habuiſſe proſperum & commendari ob utilitatem ſuam, putavit ſiſtendum heic non eſſe, adeoque majus opus aggrediendum. Sed prius quam de majori illo opere agamus, res poſtulare videtur, ut ad Pannormiam redeamus, de nomine ipſo pauliſper acturi. Sunt, qui putant non Pannormiam aut Panormiam vocari debere, ſed Pannomiam, adeo ut Antonius Poſſevinus in Apparatu eorum inſcitiam traducat, qui *Græcæ linguæ inſcientes Panormiam ſcribunt, cum Ivo Pannomiam ſcripſerit, hoc eſt, quod omnes complectitur leges.* Religioſior fuit Sebaſtianus Brant, qui primus hanc conjecturam fecit, primus omnium Pannormiam typis vulgavit. Hic enim cum ſententiam ſuam promeret de etymo iſtius vocabuli, duas diverſas interpretationes afferens, unam e Græco ſermone, alteram e Latino, Pannormiam tamen & heic & in titulo operis vocavit, lectori arbitrium integrum relinquens amplectendi quam mallet etymologiam. *Appellavit autem*, inquit, *hunc ſuum librum Pannormiam, quaſi totius juſtitiæ ſive legis materiam continentem, (Pan enim totum, nomos vero lex ſeu nomia juſtitia Græce dicitur) vel, ut alii volunt, Pannormiam a norma, quæ & regula a quibuſdam dicitur, ſive fabrorum directorium.* Quidquid ſit de nomine, Græcamne originem habeat an Latinam, an ex utraque conflatum ſit, parum refert. Illud certe conſtat Pannormiam vocari in manuſcriptis codicibus & libris editis. Sic enim habet utrobique initium operis: *Incipit prologus Pannormiæ Ivonis Carnotenſis Epiſcopi de multimoda diſtinctione ſcripturarum ſub una caſtrorum eloquiorum facie contentarum. Exceptiones eccleſiaſticarum regularum, &c.* Sic pariter in veteri codice ſuo legerat Joannes Trithemius, qui in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis agens de Ivone, ita loquitur: *Scripſit poſt Burkardum Wormacienſem Epiſcopum ex canonibus ſanctorum compendioſum decretum, quo ante Gratiani tempora utebantur Juriſtæ, quod prænotavit Panormiam lib. 10. Exceptiones eccleſ.* Eundem quoque titulum habuiſſe manuſcriptum exemplar Pannormiæ, quod ſibi comparaverat Antonius Contius, hinc liquido conſtat, quod ſcribit illud fuiſſe ſimile codici, qui DECRETA PARVA YVONIS inſcribitur in bibliotheca ſancti Victoris, id eſt, illi quem nos ſupra laudavimus.

Poſt abſolutam hanc editionem, vir doctiſſimus Joannes Mabillonius Monachus Benedictinus, e Belgica peregrinatione redux magno reipublicæ literariæ bono, ad me detulit vidiſſe ſe duo vetuſtiſſima Pannormiæ exemplaria manuſcripta, unum in bibliotheca monaſterii Aquicinctenſis, alterum in monaſterio Blandinienſi, utrumque nomen Ivonis Epiſcopi Carnotenſis adſcriptum habens, utrumque eundem finem operis exhibens, quem notavimus in præfatione noſtra, cum de Pannormia ageremus. Unde certo colligitur non extare in codicibus illis decreta Innocentii ſecundi, quæ edita ſunt in calce Pannormiæ, quæ moverant viros eruditiſſimos, ut exiſtimarent opus illud non poſſe eſſe Ivonis. Hoc te monitum volui, lector erudite, ut tibi ſemper probem bonam fidem meam.

XXII. Diviſa eſt Pannormia in partes octo, Decretum in decem & ſeptem. Utrique operi præfixa eſt, uti diximus, eadem præfatio; in cujus fine iſta utrobique leguntur: *Deinceps ſingularum partium totius voluminis intentionem breviter perſtringemus, ut hinc prudens lector advertat, quid in unaquaque parte ſibi neceſſarium quærere debeat.* Statim vero deſcribit auctor, quid in unaquaque Pannormiæ parte contineatur, multum diverſo ordine ab eo, qui ſervatus eſt in compoſitione Decreti. Ceterum præfatio illa uno tenore decurrit in codice Victorino, cum in editionibus ſecta perperam ſit in capita XLIII. in quibus continetur elenchus octo partium integri operis.

XXIII. Prima illius per typographos editio exiit Baſileæ anno MCCCCXCIX. ſtudio & opera Sebaſtiani Brant: ſecunda Lovanii anno MDLVII. accurante Melchiore a Voſmediano. In utraque in calce libri conſequentibus numeris deſcripta ſunt decreta Innocentii ſecundi, quæ doctorum virorum conjecturæ locum fecerunt ex eo ſuſpicantium Pannormiam non eſſe Ivonis opus, cum Ivo multo ante rebus humanis exceſſerit, quam Innocentius fieret Romanus Pontifex. Huic tamen doctorum virorum ſcrupulo faciemus ſatis, ſi cum Antonio Auguſtino dicamus addita eſſe decreta illa Pannormiæ, non eſſe partem ejus collectionis. Teſtatur præterea idem Auguſtinus habuiſſe ſe veterem librum Pannormiæ, in quo decreta Innocentii ſecundi non extabant, ſicuti non extant in optimo & antiquiſſimo Victorino, in quo caput quod eſt CXXXVI. octavæ partis in editionibus (*Leo Papa in ſynodo congregata, &c.*) finem imponit Pannormiæ. Poſtea vero nihil aliud reperitur ſcriptum in codice illo. Et hæc de Pannormia dicta ſufficiant. Redeamus ad Decretum.

XXIV. Cum videret Ivo, uti ſupra dicebamus, Pannormiam favorabiliter acceptam, manibus ſtudioſorum verſari, majus opus aggredi ſtatuit, in quo & cauſſas tractaret abundantius, ac præterea excurreret ultra præfixos Pannormiæ terminos. Ergo incipiens rurſum a præfatione, opus, quod in octo tantum partes primo diviſerat, nunc in decem & ſeptem diſtribuit, mutato

ta-

tamen ordine. Opus illud vulgo vocatur Decretum Ivonis, initio facto ab editione Joannis Molinæi viri doctissimi. In vetustissimo tamen codice MS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis nullus in fronte titulus extat, neque nomen auctoris, sed in fine libri hæc tantum scripta sunt: *Explicit liber canonum*. Et mox in sequenti folio alia manu multo recentiore: *Liber canonum superscriptus DECRETA JOVINIANI, quem composuit Yvo quondam Carnotensis Episcopus, & continet decem & septem partes principales.* Viderat hunc codicem Antonius Contius, qui in præfatione sua in Decretum Gratiani loquens de duabus canonum ac decretorum collectionibus Ivoni tributis hæc ait: *Duplex eius volumen hoc titulo insignitum reperi. Unum maius, & magnitudine sua longe excedens Gratiani volumen, quod ex bibliotheca sancti Victoris Parisiensis nobis aliquando communicatum est. Huic operi inscriptum titulum hunc invenimus: DECRETA JOVINIANI. Verum hanc inscriptionem falsam puto & ignorantia librariorum adscriptam, cum eadem illic sit præfatio, quæ apud Ivonem in minori volumine Pannomiæ, & idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes & titulos & canones, in septemdecim quippe partes divisum.* Duas operis majoris editiones hactenus habemus; unam, quæ anno MDLXI. prodiit Lovanii, alteram, quæ Parisiis ante hos viginti annos. Quæ sit inter illas differentia, utra alteri præstet, facilius intelligi, quam explanari potest. Illud tantum admoneri debere visum est, synopsim rerum dicendarum, quæ sequi debuit post ultima verba præfationis, prout verba ipsa indicant & auctoritas codicis Victorini, suo loco positam esse in editione Lovaniensi, in Parisiensi vero præfixam vitæ Ivonis, quæ antecedit præfationem.

XXV. Superest, ut de Gratiani Decreto heic agamus, quod ea Antonio Augustino prima fuerit & maxima scribendorum dialogorum caussa & occasio. Non ambigitur, quin Gratianus operis illius auctor sit, tametsi plerique veteres libri, & antiquæ editiones non præferant in fronte nomen ejus. Nam in plerisque vetustis hujus collectionis exemplaribus, ut admonent Correctores Romani, hæc tanquam inscriptio rubris litteris posita est: *Concordia discordantium canonum*. Quæ extat etiam in duobus codicibus MSS. bibliothecæ regiæ, in uno sancti Germani Parisiensis, & in alio bibliothecæ Colbertinæ, tum etiam in antiquis editionibus. Quo & auctoritate Innocentii III. probari potest hunc jam tum fuisse titulum Decreti Gratiani. Etenim is in cap. *Innotuit*, de elect. respiciens ad ea, de quibus Gratianus tractat in distinctione sexta & quinquagesima, utrum filii Presbyterorum possint ad sacros ordines promoveri, cum retulisset diversas canonum sententias, demum addit: *Quidam vero ad concordiam discordantia revocantes, repugnantiam canonum prædictorum quodam modo sopire videbantur, dicentes, &c.* In duobus tamen antiquis libris MSS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis titulus iste non extat, neque nomen auctoris.

(a) Perventum erat ad finem operis, jamque operæ typographicæ accingebant se ad editionem Indicis; cum forte fortuna incidi in duos antiquos bibliothecæ regiæ codices, in quorum uno continetur opus Gratiani, in altero descripti sunt priores septem libri collectionis, quę Anselmo Lucensi tribuitur. Gratiani codex uno circiter sæculo vetustior est, ut ostendemus paulo post. Nullum illic auctoris nomen comparet. Titulus, ut in cæteris veteribus libris, hic est: *Incipit concordia discordantium canonum*. In fine vero ista leguntur: *Explicit liber decretorum cum apparatu suo, quem ego Bruno Johannis de Davantria Trajectensis diœcesis, inter omnes juris canonici Doctores minimus, reduxi noviter in hunc stilum novum, &c.*

Scriptum per me Brunonem prædictum in episcopali palatio sanctæ Brixiensis Ecclesiæ anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, die vero nona mensis Novembris, pontificatus sanctissimi Domini nostri Eugenii Papæ quarti anno sextodecimo. Fuit hic liber Petri Barbi Cardinalis Veneti, qui postea fuit Romanus Pontifex, dictus Paulus istius nominis secundus (b).

XXVI. Operæ pretium est heic referre admonitionem eorum, qui primi post typographicam artem inventam emiserunt in lucem istud Gratiani opus. Volumen est magnæ molis, tum rarissimum; utpote cujus unicum exemplar hactenus viderim, quod mecum pro amicitia nostra communicavit vir mihi sæpe laudatus Lucas Dacherius Monachus Benedictinus. Erunt haud dubie quos delectabit scire, per quos primum & quo tempore editus sit hic liber, quibus auspiciis quibus exhibentibus sumtus & operas, ut solebant in initiis typographiæ omnia ista adnotari. Sic ergo legitur in calce illius editionis.

An-

[a] *Repetuntur hic verba, quæ superius relata sunt ad finem §. XIX.*

(b) *In Neapolitana horum Dialogorum editione hæc adduntur.*

In eandem bibliothecam regiam his diebus, post absolutam hanc editionem, delatus est commentarius Guidonis Episcopi Elnensis in librum decretorum, qui illic Gratiani esse dicitur apertis verbis. In fronte codicis posita est epistola dedicatoria ad Gaucelinum Episcopum Albanensem, in qua consilium auctoris exponitur. Ejus hoc initium est: *Reverentissimo Patri in Christo & Domino suo Domino Gaucelino divina providentia Episcopo Albanensi, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Cardinali Frater Guido, ejus humilis & devotus, Dei permissione Episcopus Elnensis scripsum.* Et infra: *Multorum denique amicorum importune instantium precibus devictus, ut auctoritates novi & veteris testamenti ac sanctorum, quas magister Gratianus in toto decretorum suorum libro allegat, suis locis inscriberem, & unde accepta sunt, fideliter denotarem, hoc certo opus absque præsumptione, innixus auxilio divinæ gratiæ, flagitantium caritate destimus, incipiam.* De Guidone isto vide appendicem nostram ad Synopsim Conciliorum Labbei pag. 389.

Anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXXII. Idibus Augustiis, Sanctissimo in Christo Patre ac Domino Domino Sixto Papa quarto Pontifice Maximo, Illustrissimo, Nobilissime domus Austrie, Friderico Romanorum Rege gloriosissimo, rerum dominis, Nobili nec non generoso Adolpho de Nassau archiepiscopatum gerente Maguntinensem, in nobili urbe Moguncia, quæ nostros apud majores aurea dicta, quam divina etiam clementia dono gratuito præ ceteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare, hoc præsens Gratiani Decretum suis cum rubricis, non atramentali penna cannave, sed arte quadam ingeniosa imprimendi, cunctipotente adspiranti Deo, Petrus Schoiffer de Gernsherbeym suis consignando scutis feliciter consummavit.



XXVII. Secunda, quam quidem viderim, editio Gratiani prodiit Venetiis septennio post, accurante Petro Albignano Trecio; cujus extat in fronte præfatio ad cives Brixianos, & in fine epistola ad Bartholomæum Puteum divæ Agathæ Brixianum Præpositum, cujus hortatu ipse emendandum susceperat Decretum Gratiani. In fine autem voluminis hæc adnotata sunt: *Impendio ac liberalitate Johannis Colonie Agrippinen. Johannisque Manthen Gheretzem ex illustri ac populosa Germania originem ducentium, divinus decretorum codex impressus Venetiis, accuratissime iterato emendatus per egregium ac clarissimum juris utriusque consultum Dominum Petrum Albignanum Trecium Venetiis Sixto IV. Summo Pont. anno VIII. Imperatore Federico III. Johanne Mocenico inclyto Venetorum Principe, III. Nonas Januarias, Anno salutis Dominicæ M. CCCC. LXXIX. Laus Deo.*

XXVIII. Hactenus editiones non præferebant in fronte nomen Gratiani, tametsi de re satis constaret. Prima, quod sciam, editio Parisiensis anni MDVIII. Gratiani nomen in titulo habet hoc modo: *Decretum aureum divi Gratiani, cujus titulus talis est: Incipit concordantia discordantium canonum.* In fine autem libri hæc leguntur: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Tripartitum Decreti aurei opus insigne atque laudabile fideliter, ut lectio ipsa indicabit, elimatum, multis admodum aptis & utilibus adiunctis, finem accepit in alma Parisiensi achademia expensis & opera Johannis Petit, & Thielmanni Kerver bibliopolarum Parisiensium in vico divi Jacobi sub intersignis ... commorantium, & Johannis Cabiller mercatoris benemeriti Lugduni moram trahentis anno salutis millesimo quingentesimo octavo, die VIII. Februarii.* Sed redeamus nunc ad auctorem.

XXIX. Scripsit Gratianus illud opus ævo Eugenii III. Romani Pontificis; ut in pervetusto libro Vaticano scriptum esse testantur Correctores Romani, & præterea adnotatum est ab auctore glossæ 2. q. 6. c. 31. §. *Forma.* Permulta descripsit ex Ivone & Burchardo, ut jam observatum est a viris doctissimis etiam errata eorum retinens in collectione sua. Origo autem omnium ferme istorum erratorum fuit audacia Burchardi, qui locorum in collectione sua relatorum & verba sæpe mutavit, & ad non suos auctores propria temeritate transtulit, quemadmodum nuper pluribus ostensum est ad Reginonem. Superiore seculo Galli duo doctissimi, Antonius Demochares, & Antonius Contius, tentaverunt cuncta apud Gratianum reducere in ordinem, felicibus interdum conatibus. Sed majoris diligentiæ ac laboris opus erat, quam ut perfici a duobus posset. Itaque Romani Pontifices eam curam commiserunt aliquot viris doctis a se delectis, quorum catalogum exhibet Antonius Augustinus in fine prioris libri istorum dialogorum. Sane negari non potest, quin multum debeamus Romanis Correctoribus, quorum opera & studio factum est, ut quamplurima capita suis auctoribus restituta sint, quos in Gratiani libro non agnoscebant, facta nominis alieni. Quo unico facinore fatendum est maximam crucem ademptam esse hominibus istarum rerum studiosis. Unum in Correctoribus illis reprehensione dignum putaverim, quod Gratianum purum putum, id est, cum nævis ac erroribus suis, quo modo citari persæpe solet, exhibere noluerint, sed pleraque in textu & in capitulorum inscriptione mutaverint, quæ eodem cum fructu legentium potuissent adnotari in margine, ut alibi frequenter factum ab illis est. Sunt etiam nonnulla ab his interpolata apud Gratianum, quæ vere quidem sunt auctorum, unde primo sumpta sunt, sed quæ tamen non extant in locis, unde ea Gratianus accepit, ut alibi dictum a nobis est.

XXX. Eodem tempore vir celeberrimus & eruditissimus Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis, ut ostenderet quantum adjumentum adferre ipse posset huic operi, dialogos scripsit de emendatione Gratiani, refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro. Cum vero jam ferme perventum esset ad finem operis, allata ad illum Tarraconem est editio Gratiani emendata per Correctores Romanos. Hinc vocatus ad novas curas, additiones composuit, quæ in fine singulorum Dialogorum extant, Correctores illos interdum admonens peccasse.

Opus

Opus illud editum non est, quandiu auctor superstes fuit, sed anno tantum sequente post mortem ejus. Quis porro eam editionem procuraverit, quis auctor præfationis sit, facile non est pronuntiare. Huc tamen valde inclinat animus, ut donec major lux affulgeat, existimem virum doctissimum Andream Schottum, qui tum Tarracone erat, quique mortuum publica oratione laudavit, quam addemus in calce istius voluminis, operam in hoc suam impendisse. Nolim tamen, ut ideo Additiones putentur esse Andreæ Schotti. Sunt enim Antonii Augustini, ut diximus.

XXXI. Duas istorum dialogorum editiones habebamus, unam Tarracone cusam, alteram Lutetiæ, utramque non satis accurate tractatam. Neque enim vario characterum genere, ut necesse erat in opere critico, cusa ista fuerant. Et tamen ambæ editiones erant rarissimæ; ut evenire solet bonis libris. Hinc factum est, ut Franciscus Moguetus Parisiensis typographus de recudendis dialogis istis cogitaverit in communem omnium eruditorum utilitatem. Quod ne inconsulte ac temere facere videretur, rogavit me uti editioni illi iminetem, præfationem porro adderem, & Notas aliquot pro more instituto que meo. Non potui operam meam negare homini, qui publicam utilitatem studiorum nostrorum spectaret.

XXXII. Itaque laboriosum viri doctissimi opus diligentissime, quantum mihi licuit, per malam valetudinem oculorum meorum legi, recensui, emendavi, quid Romano, ut vocant, charactere, quid Italico edendum esset adnotavi, ut ea quoque parte tædii levarem ingenia lectorum. Præterea Notas addidi ad Antonium Augustinum, præcipue vero ad Gratianum. Quinque omnino manuscripta Gratiani exemplaria habui, unum, quod est omnium vetustissimum & optimum, ex bibliotheca sancti Germani Parisiensis, quod ideo Sangermanense soleo vocare. Sequitur codex regius, & ipse vetus & optimus, sed antiquitate inferior Sangermanensi. Tertium habui ex bibliotheca sancti Victoris Parisiensis, quem Victorinum antiquum, veterem antiquiorem voco. Quartum nobis suppeditavit bibliotheca illustrissimi viri Joannis Baptistæ Colberti. Quintum denique, qui est omnium novissimus, accepimus ex eadem bibliotheca sancti Victoris, quem recentiorem Victorinum propterea dicimus.

XXXIII. Horum codicum ac duarum præterea antiquarum editionum, de quibus supra diximus, auctoritas a nobis sæpe laudatur in Notis nostris; quarum præcipuus scopus est indicare variantes lectiones ex codicibus manuscriptis & editis, ut ea ratione sequeremur methodum, quam Antonius Augustinus servavit in hoc libro. Tu, lector erudite, si quid illic repereris bene observatum, vere dictum, eo utere ad majorem Dei gloriam & sanctæ Ecclesiæ utilitatem, tuumque profectum. Unum te exoraverim, ne putes heic quicquam a me dictum scriptumque esse malo animo, aut libidine detrahendi. Obsecundavi ingenio meo, id est, fidem & veritatem semper & ubique secutus sum. Itaque si quid mihi contra mentem intentionemque meam exciderit alienum a veritate, existima errasse me, sed errasse bono animo, ut Salvianus ait, non vero ut fucum tibi tuisque similibus facerem. Hæc apud te vere ac libere, ut soleo. Vale.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE EMENDATIONE GRATIANI

DIALOGORUM LIBER PRIOR.

DIALOGUS PRIMUS

De titulo libri Gratiani, & de mendis.

In hoc libro A. Ant. Augustinum Archiepisc. B. Petrum Galesium, C. Vincentium Augustinum Vincentii F. significat.

C. isi tibi molestum est vehementer cupio a te discere; quid sit, quod Romæ de Gratiani emendatione tanta cura per tot annos agatur, ut necesse fuerit, a tribus Pontificibus A, ut audio, multos amplissimos viros ex Purpuratis suis, & alios doctissimos homines hac una in re assidue versari. A. Mihi quidem nihil molestiæ adferes, cum a me aliquid postulaveris, quod tibi fore gratum existimem, ea præsertim de re, quæ studiis tuis sit opportuna. Cave enim putes, illius libri lectione, quem Gratiani Decretum falso vocant, si recte scriptum legatur, & ex suis fontibus singula capita deducta sint, quod potissimum in emendatione est, quidquam juris Pontificii studiosis utilius esse. Qua de re aliquid fortasse dicere possum: quid autem Romæ actum sit, aut agatur, diligentius hæc poterit nobis B. narrare. C. Didici ego quidem ab eodem multa, quæ curiosius petebam quibus Pontificibus, quot viri peritissimi, & quotiens colligerentur; qui ex eis excellerent vel inveniendis, vel discutiendis singulis quibusque; quo etiam pacto quædam privatis studiis paucorum agerentur; quædam omnium collatione emendarentur. Quot etiam libros veteres habuerint, ex quibus ad veterem scripturam, quæ, ut fieri solet, certior est, Gratiani librum perducerent. Hos libros esse aut ipsius Gratiani nomine conscriptos, aut eorum, ex quibus Gratianus illa sumpsisset, tum ex aliorum simili collectione, ut Burchardi, Ivonis, Anselmi, & aliorum id genus; tum ex ipsis, ut modo dicebas, fontibus, conciliorum, ut arbitror, libris, & Pontificum Romanorum epistulis, & sanctorum virorum scriptis, & ex jure civili: hæc inquam, & alia non pauca B. noster; sed a te dicebat esse quærendum, quid, in ipso volumine tantopere desideraretur. Sed quid est, quod dixisti, falso hunc librum Gratiani Decretum B dici? an non ita dicitur, ut Burchardi, & Ivonis Decretum, aut librarii nos suis titulis de-

A Pio Quarto, Quinto, & Gregorio XIII. Vid. *Histor. meam Jur. Eccles. num. 391. & seqq.* MASTR.

B Recte admonet Antonius Augustinus hunc librum falso vocari Decretum Gratiani, cum sit potius collectio decretorum, ut scriptum est in editionibus Democharis & Contii. Nam & in codice Sangermanensi, in quo ad marginem textus posita est e manu recentiore glossa Bartholomæi Brixiensis, hæc scripta sunt manu antiqua: *Incipit Apparatus Decretorum.* In Victorino autem antiquo, in pagine quæ antecedit initium operis, scriptum est manu antiqua: *Liber dictus Decreta Gratiani.* Quin & in antiqua editione Veneta: *Decretorum codex* vocatur. Et in ipsa editionis illius fronte hæc inscriptio præposita est præfationi editoris. *Ad celeberrimos Jurisconsultos suosque municipes Brixianos in novam Decretorum impressionem Petri Albignani Trecii præfatio feliciter.* Decretorum corpus vocavit Innocentius III. apud Odoricum Raynaldum ad annum 1202. §. 12. *quod est ultimum septimæ causæ capitulum in corpore decretorum.* Item Vincentius Hispanus vetus Decretalium interpres, ex quo hunc locum descripsit Antonius Augustinus in ipso ferme principio Notarum ad primam antiquam collectionem Decretalium. *Quia non omnia,* inquit Vincentius, *poterant comprehendi in Decretorum corpore, ideo magister B. Papiensis Præpositus hoc opus compilavit.* Respexisse autem videtur Vincentius ad verba Tancredi relata ab illustrissimo Episcopo Monspeliensi Francisco Bosqueto in Notis ad epistolas Innocentii III. pag. 48. Hæc sunt verba Tancredi: *Post compilationem Decretorum factam a Gratiano, multæ a Romana Curia decretales epistolæ emanaverunt, quas magister Bernardus tunc Præpositus postmodum Episcopus Papiensis ad studentium utilitatem sub competentibus titulis compilavit.* Denique vir celeberrimus Jacobus Cujacius *ad cap. penult. & ult. de sentent. & de re jud.* ita omnino loquitur de Gratiano: *Collectio autem Decretorum facta a Gratiano fuit prima, quæ præcessit sex collectiones Decretalium.* Hunc secutus est Franciscus Florens, cujus hæc sunt verba ex præfatione tractatuum in novem priores titulos libri primi Decretalium pag. 3. *Secundo de collectione Decretorum Gratiani tractabimus.* Quin & Hieronymus Rubeus lib. 5. historiæ Ravennatis pag. 246 loquens de epistola Stephani V. ad Romanum Archiepiscopum Ravennatem, quæ extat apud Gratianum, ita ait: *Id testatum literæ faciunt, quæ in Decretorum libris adhuc leguntur.* At si auctoritatem e veteribus libris & ab antiquitate editionum petere lubet, *Decretum Gratiani* simpliciter scriptum est in pagina, quæ antecedit initium operis in recentiore codice Victorino, & *Gratiani Decretum* in calce veteris editionis Moguntinæ. Neque aliter habent editiones Parisienses, quæ in initio postremi seculi prodierunt. Unde secutus est consensus generis humani. Eam ob causam censeo retinendam esse inscriptionem illam, non solum

decipiunt, aut ipsi scriptores sic scribi voluerunt, a quorum scriptura hanc etiam emanasse verisimile est? B. Antequam C. nostro respondeas, ego dicam, quod ab illis selectis viris accepi; in nullo fere veteri libro Gratiani eam inscriptionem extare: sed hanc; *Concordia discordantium Canonum.* Sic etiam in melioribus editionibus Antonii Demochares, & Antonii Contii, vox illa *Decretum*, utpote inepta, in multitudinis vocem mutata est. Quod in librorum inscriptionibus aptius esse, vel Cicero testis est; quippe qui noluit de officio, aut de fine scribere, sed de finibus & de officiis. Itaque *Decretorum Collectanea* Demochares, *Decretorum Canonicorum Collectanea* Contius inscripserunt. Decretorum vero collectionem esse hanc nemo negaverit, non unius decreti explanationem. Sic etiam dicimus Decretorum Doctorem, non Decreti, juris Pontificii consultum. C. Non equidem nego, Decreta Pontificum aptius dici, ut Magistratuum decreta in jure civili, unde etiam Decretalium epistolarum appellatio manavit, cum decerni aliquid in singulis epistulis videamus. Sed putabam Gratianum eam vocem a Burchardo, & Ivone accepisse. B. Ne hoc quidem in veteribus libris affirmant inveniri. A. Recte tu de Gratiani & Burchardi inscriptione. Neque enim in veteribus libris ea vox *Decretum* est. Gratiani quidem possum vobis multos ostendere; sed & Burchardi, & Ivonis aliquot sine hac inscriptione. Et, ut video, Ivoni Carnotensi a magis placuit *Excerptiones* a appellare, sic enim scribendum est, non *Exceptiones*. Ejus verba tam in Panormia, & in Decretorum grandiori volumine, quam quod caput est, in epistularum libro hæc sunt: *Excerptiones ecclesiasticarum regularum, partim ex epistulis Romanorum Pontificum, partim ex gestis conciliorum catholicorum Episcoporum &c. in unum corpus adunare curavi.* Panormiæ titulus in veteri libro hic est: *Incipit liber sacrorum canonum.* In eodem libro nulla est præfatio, nullumque scriptoris nomen. Hildeberti quoque Cenomanensis Episcopi, & postea Turonensis, qui Nannetensi concilio non edito præfuit ab Honorio Minore confirmato, qui fuit Callisti Minoris successor, epistula quadragesima nona edita est, cujus initium, *Plerumque fit.* In ea epistula hæc verba leguntur: *Exceptiones Decretorum* (vel potius Excerptiones) *quas in unum volumen ordinare disposuimus, ad suum finem nondum perductæ sunt.* Mendose autem hujus Hildeberti epistulis adscripta sunt illa ipsa Ivonis verba: *Excerptiones Ecclesiasticarum regularum*, &c. Burchardi vero libri veteres carent inscriptione. Sed in editio non Decretum, sed *Decretorum libri XX.* appellantur. *Collectiones* Burchardi Wormaciensis appellat a Ivo in quadam epistula. Anselmi Lucensis voluminis inscriptionem sine nomine ejusdem in tribus libris legi. Unius eorum hæc est: *Incipit authentica, & compendiosa collectio regularum & sententiarum Sanctorum Patrum, & auctorabilium conciliorum.* Sed ut ad Gratianum redeamus, in ejus libris veteribus illa inscriptio est, quam audisti: *Concordia discordantium Canonum.* Similem legi Romæ in veteri libro Cresconii: *Concordia Canonum, & ipsi canones.* C. Quid est, quod his verbis significare voluerunt? an putandum est, canones conciliorum ita esse inter se contrarios, ut egeant concordia? A. Quantum ego potui ex Cresconii libro elicere, *concordiam* c vocat collectionem similium sententiarum, ut qui scripturæ sacræ verba collegerunt, concordantias Bibliæ appellarunt; quibus verbis, quod pace vestra dicere liceat, nihil excogitari potest ineptius. C. Gratianus igitur sic Concordiam dicit, quasi collectionem similium canonum. Cur vero addit vocem *discordantium*, quæ sola refugit hanc interpretationem? A. Vere tu quidem ais. Nam si inscripsisset, *Concordiam canonum*, ut Cresconius fecit; aut Concordiam concordantium, & discordantium canonum: hanc reciperet interpretationem. Nunc vero significare videtur, concordiam inter discordes versari. Sed & si quis librum ipsum Gratiani consideret; sæpe videbit uti distinctionibus non solum in prima ejus voluminis parte, sed etiam in postrema de pœnitentia, & con-

a Ivo epist. 74. vel 72. ad Vill. Abbatem.

solum apud Gratianum, sed etiam apud Burchardum & Ivonem. Sane Antonius ipse Augustinus in Notis ad primam collectionem Decretalium, cum Decretum Ivonis citet, citet autem frequenter, exprimit opus illud in numero singulari. Decretum Ivonis vocat etiam Cujacius ad titulum Decretalium de vita & honestate Clericorum cap. 1. Atque hæc de titulo libri dicta sufficiant. Bal.

Ibid. De titulo operis Gratiani quædam dixi in *Historia juris Ecclesiastici, num.* 305. M.

a Vide de eo *Præfationem Clariss. Baluzii* §. 20. & ibid. notata. Item de cæteris qui sequuntur, Burchardo, Anselmo Lucense dictam Præfationem & Historiam meam juris Ecclesiastici. M.

a Assentior Antonio Augustino. Attamen nollem quicquam mutare apud Ivonem in hoc loco, cum vox *exceptiones* extet in omnibus antiquis Ivonis codicibus & editionibus. Quin & apud Hildebertum Cenomanensem in epistola XLVIII. *exceptiones* diserte scriptum est in omnibus vetustis exemplaribus. Ea enim erat seculi illius prisci ratio & usus ut *exceptiones* dicere mallent quam *excerptiones*. Possent hujus rei plurima afferri exempla, si res tanti esset. Sufficiet tamen, ut arbitror, auctoritas codicum Ivonis & Hildeberti. Addam nihilo minus etiam istud ex veteri codice MS. bibliothecæ regiæ: *Incipit prologus Petri viri disertissimi in exceptionibus legum Romanarum.* Ex quo fortassis libro aut alio simili descripsit Ivo quæ sic ab eo referuntur libro quarto Panormiæ cap. 127. tam in editis quam in manuscriptis codicibus: *Excepta de legibus Theodosianis.* B.

c Quid antiquis fuerit concordia canonum, vide *in Historia mea juris Eccles. n.* 148. & quid apud Gratianum denotet. *ibid. num.* 306. M.

& consecratione. In ipsis quoque quæstionibus singularum caussarum apertius utrimque adfert contraria decreta, & canones; quæ aliis distinctionibus allatis in concordiam reducit. Canonum autem appellatione a non solum conciliorum ut existimas, regulas, atque sententias; sed etiam aliorum librorum, quibus jus Pontificium constat, intelligere eum facile apparet ex ejus verbis: *a Ecclesiastica*, inquit, *constitutio canonis nomine censetur. Canon Græce, Latine regula nuncupatur. Regula dicta est, quæ * recte ducit &c.* quæ ex Isidori lib. VI. etymol. sumpta sunt. Mox ait: Porro canonum alii sunt *decreta Pontificum*, alii *statuta conciliorum*. Sic ante Gratianum *Corpus canonum*, vel *Codex canonum* dicebatur is liber, qui conciliorum, & Pontificum Rom. regulas continebat. Ejus libri mentionem facit Burchardus, enumerans libros, ex quibus ejus collectio constat. Sed antiquiora sunt testimonia Nicolai primi, & Leonis IV. apud *b* Gratian. Sic Ivo *Exceptiones ecclesiasticarum regularum*, & Anselmus *Authentica collectio regularum, sive Canonum*, collectiones suas appellant: ut etiam vetus meus Panormiæ codex, *Liber sacrorum canonum dicitur.* Idem dicendum est de Græcis collectionibus, quas *Nomocanones* b vocat, nomine ex legibus, & regulis effecto: item de Apostolorum regulis c a Clemente primo editis, & de aliis sanctorum virorum Dionysii d, & Petri Alexandrinæ Episcoporum & Gregorii Neocæsariensis, Athanasii Alexandrini Basilii Cæsariensis, & Gregorii Nysseni, & alterius Gregorii Theologi, & aliorum de quibus cap. secundo sextæ Synodi repetitæ in Trullo. Neque enim recte apud *c* Gratianum, & alios eorum opus-

a *Dist. 3. in princ. &c. & 2.*

* eo quod.

b *Dist. 19. c. 1. & dist. 20. c. 1.*

c *Dist. 16. c. 7. Quoniam.*

a Late satis, ut puto, canonis significationes varias, item quid hic designet, tradidi in *Histor. jur. Eccles. num.* 4. *& seq.* M.

b De his vid. *Histor. jur. Eccles. num.* 149. *& seqq.* M.

c Non esse Apostolorum regolas, neque Apostolicorum temporum, minus e Clemente editas probavi *in Hist. jur. Eccles. num.* 105. *&* 125. *& seqq.* M. (1).

d Hi qui sequuntur & alii accesserunt codici Ecclesiæ universæ post Justinianum Imp. feceruntque hæ accessiones Codicem Ecclesiæ Orientalis. Vid. in *Histor. jur. Eccles. num.* 186. *& seqq.* ubi & canonem ipsum hic ab Augustino citatum repræsento. M.

(1) Plurima, & quidem magni roboris a Mastrichtio in sui totius Ecclesiastici Historia sub nom. 105., 122. & seqq. congeruntur argumenta, quibus Constitutionum, & Canonum, qui sub Apostolorum circumferuntur nomine, convincat νοθείαν. Hoc ipsum a Sapientissimis Romanæ Communionis etiam Theologo-criticis jam antea prælitum fuerat; cum ab ipsomet sancto Gelasio Pontifice in Apocryphorum censum hujusmodi scripta, quæ sua ætate habebantur relata a multis existimentur; oppositum tamen opinantibus Gulielmo Beveregio, Pearsonio, aliisque eruditis viris apud Van-Espen Commentario in Canones, & Decreta, Dissertatione de Canonibus Apostolicis, eorumque auctoritate. Cur autem sub numero 107. ejusdem Historiæ asseruerit Mastrichtius Sanctum Petrum neque Romæ aliquando extitisse, neque ejus Urbis Episcopum fuisse, prorsus nescimus; in hoc revellendo mendacio, modo immorandum non est, eo quod Calvini, aliorumque Sectariorum Cavillos in peculiari nostra Dissertatione publice habita *de Episcopatu Romano Sancti Petri, ejusque ibidem consumato Martyrio*, satis, ni fallimur, explosimus.

Sub num. 122. Negat absolute Mastrichtius ab antiquis Patribus, & Synodis quatuor priorum Sæculorum aliquando Canones Apostolicos esse citatos, eum potius ex illorum Patrum, & Synodorum sententiis ab Impostore apocryphos illos Canones velit coagmentatos quinto exeunte Sæculo. Verum quidquid sit de tempore, quo Canones illi in ordinem quemdam digesti sunt, atque ex Synodis peculiaribus excerpti, nonnullos tamen eorum ante Synodum Magnam Niceæ congregatam, in Ecclesiæ legum instar fuisse receptos non levia demonstrant argumenta: Sanctus Cyprianus enim Lib. 1. Epistol. in Epistola 3. ad Cornelium Papam monens ne Pseudopiscopum, & Hæreticum Romam adventantem in sua Communione recipiat, ita scribit = Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter, ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum = Statutum seu legem omnibus in Ecclesiis receptam indicare videtur ibi Sanctus Martyr Carthaginensis, quæ fortassis in Canone 31. Apostolorum continebatur. Canon iste citatur etiam ab Alexandro Episcopo Alexandrino in sua Epistola apud Labbè Tom. 2. Concil. Col. 10 quæ utique Epistola ante Nicænæ Synodi celebrationem scripta fuit. Nicæna pariter Synodus in suo Canone 5. antiquiorem Canonem refert, quo prohibitum erat ab aliis recipi, qui ab aliis ejecti, seu excommunicati erant: hoc enim modo legimus in Græco = Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴτε ἐν λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι = vertitur autem hoc pacto ab Herveto = De iis, qui a Communione segregati sunt, sive Clericorum, sive Laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in unaquaque Provincia, valeat sententia secundum Canonem, qui pronunciat: eos, qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos = Canon ergo iste ante Nicænam Synodum in Ecclesiis ferebatur; qui siquidem unus idemque est cum Canone 12. Apostolorum. Constantinus pariter Imperator in sua epistola ad Eusebium, quæ juxta Baronium ante Nicænum Concilium scripta fuit, ipsum Eusebium laudat, eo quod *Domini Mandatum, Apostolicamque Ecclesiæ Canonem servare* voluerit, hic alluditur ad Canonem 14. Apostolorum: Apud Euseb. Lib. 3. de Vita Constantini Cap. 59. Concilium etiam Antiochenum Canone 9. apud Labbè Tomo 2. Concil. Column. 590. ita decrevit = Unde visum est eum (Metropolitanum) quoque honore præcedere: reliquos autem Episcopos nihil magni momenti aggredi sine ipso, ut vult, qui ab initio obtinuit Patrum Canon = hæc eadem in Can. 33. Apostolorum sancita sunt: apud Labbè Tom. 1. Concil. Column. 31. Hæc omnia, aliaque hujus generis sibi objiciens vir in critica arte peritissimus Natalis Alexander Dissertatione 18. in Historiam Eccl. Sæculi 1. nil aliud potuit respondere quam a laudatis Synodis, & Patribus consuetudines quasdam per traditionem in Ecclesia receptas, minime autem Canones, seu regulas in scriptis constitutas indicari, quod num verosimile sit judicandum alii videant; nos multos ex Canonibus Apostolicis sive in traditione, sive in scriptis ante Synodos quarti Sæculi extitisse, quod sit probabilius contenti sumus. W.

puſcula dicuntur confirmari, ſed canones in Græco archetypo. C. Habeo iſta. Ex quibus facile intelligo, jus quoque *Canonicum*, quod tu jus *Pontificium* a appellare ſoles, hinc originem duxiſſe. At vero *Canon Miſſæ* a, & *Canonici ſæculares*, ac *regulares* cur dicti ſunt?

a Jus Pontificum ſeu jus Pontificium in prima eccleſia inauditum eſt; ſed ab eo tempore cœpit, quo Pontifices Romani plenam & ſummam poteſtatem in Eccleſiam Occidentalem ſibi arrogarunt. Apud veteres nil nominatum legitur niſi *canones, canones Eccleſiaſtici, Synodici, dogmata Eccleſiaſtica conſequentia ſeu* ἀκόλουθα κανόνων, *regulæ, regulæ Eccleſiaſticæ, conſtitutiones Eccleſiaſticæ, corpus canonum, jus canonicum*; quamquam canones ſerius etiam nomen juris adſumpſerint, ne confunderentur cum jure civili; qua de re pluribus paſſim *in Hiſtor. jur. Eccleſ.* actum. M. (2).

a Ad imitationem veterum hoc factum, qui modum præfinitum cultus, κανόνα τῆς λειτουργίας vocabant, vide ſis *Hiſtor. jur. Eccleſ.* a. 7. & a. 11. De canone vero Miſſæ Pontificiæ & ejus auctore vide Cardinalem Bonam *in liturgicis libro* 2. *cap. XI.* ſed cave nimium ei credas, multa enim incredibilia de antiquitate ejus tradit, ut Miſſa videatur antiqua; quæ tamen non probat, nec probare poteſt. M. (3).

(2) De juris Pontificii ortu, & progreſſu mira cum impietate, & κακηγορίᾳ in Romanos Pontifices quomodolibet vitæ integritate, & ob fidem Christi gloria Martyrii Sanctiſſimos ſcribit more ſuorum Maſtrichtius in ſua Eccleſiaſtici Juris Hiſtoria a Num. 255. uſque ad 260. In Sanctum Victorem ſæcul. 2. Pontificem debacchatur in primis quod exitiale tyrannidis *Monſtrum*, inquit, *violenta diſputatione de Paſchate parturit; eamque ſecundum ſuam, ſuique ſedis ſententiam decidit, aliiſque præfracte obtrudere voluit.* In ſequentium deinde Sæculorum Romanos Præſules Zoſimum, Bonifacium, & Cæleſtinum invehit, quod controverſiam *de appellationibus* ad Sedem Apoſtolicam revocaverint; in Bonifacium II. tandem, & S. Gregorium VII. excandeſcit, quod primus probata Phocæ Imperatoris iniquitate, ſit ab eodem Principe ſuper alios Epiſcopos conſequutus Primatum; S. vero Gregorius Tyrannicam Monarchiam in Eccleſia plane firmaverit, jura Sæcularium Principum circa electionem Epiſcoporum, & ipſius Romani Pontificis proſternendo. Hinc, ſequitur Maſtrichtius, Corpus Juris Canonici tot, tantiſque titulis *De officio & poteſtate Judicis ordinarii, & delegati: De Treuga, & Pace: De pactis: De Tranſactionibus*; aliiſque hujus generis auctum eſt, atque locupletatum.

Hæc tamen omnia quam perverſe, ad ſummi Pontificis dignitatem labefactandam, quam ſubdole ad ſuos in averſione a Catholica Communione ſtabiliendos, ad ſuam etiam ingenui ſaltem hominis famam deturpandam pronunciaverit Maſtrichtius faciliſſime revinci poteſt. Ab Apoſtolica traditione Victoris ſententiam circa Paſchæ celebrationem deſcendiſſe tradidere Palæſtinæ Patres in Synodo congregati circa Annum Chriſti 198. eamve ſententiam, atque decretum de celebrando Paſchate die Dominico receperunt atque firmarunt Synodi Romana, Pontica, Gallica, Osroena, Corinthia, & aliæ denique aliorum prope infinitorum (Epiſcoporum), qui uno conſenſu, judicioque uno eamdem de illius feſti obſervatione tulere ſententiam, ut ſcribit Euſebius Lib. 5. Hiſtoriæ Eccleſ. Cap. 22. Quid ergo mirum ſi Sanctus Victor in ſuam opinionem devenire volebat Polycratem cum aliquibus Aſianis Epiſcopis, ab Eccleſiæ Romanæ obſervatione diſſidentem? Optime ſiquidem noverat S. Pontifex, quod = ad Romanam Eccleſiam, ut ſcripſit S. Irenæus Lib. 3. cap. 3. propter potiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam = quia, ut inquit S. Auguſtinus Epiſt. 162., ſemper in ea viguit Apoſtolicæ cathedræ principatus = Ex hoc igitur fonte Eccleſia Romana jus adigendi alias Eccleſias, ut ſecum conſentiant, ſibi vindicavit, & merito quidem, enim proprio etenim capite, quod omnia membra conveniant ſit neceſſe. Ex potiori illa Principalitate, quam in Eccleſia Romana antiquiores etiam Patres confeſſi ſunt, jus ſanciendi leges, & cauſas etiam majores, nec non controverſias appellationum ſibi merito tribuit Apoſtolica Sedes, poſtquam præſertim unanimi Epiſcoporum conſenſu in Sardicenſi Concilio, eidem Sedi tale jus convenire declaratum eſt; ita ergo ducentorum nonaginta, & amplius Epiſcoporum Synodus Canone 3. apud Labbè Tom 2. Concil. Column. 660. definit = εἰ δὲ ἄρα τις ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ καταικρίνεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνῃ ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, & γραφῆναι παρὰ τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι, ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι = Clarius adhuc idipſum in Canonibus 4. & 5. definitum fuit: his ergo Eccleſiaſtici juris fontibus cur quæſo ſtandum non eſt? omittimus interim S. Athanaſii appellationes ad Apoſtolicam Sedem interpoſitas, contra Synodorum ſententias, quæ tanquam legitimæ ſemper habitæ ſunt: Qua quæſo fronte niſi ferrea, niſi marmorea Zoſimum, Cæleſtinum, Bonifacium aliosque Pontifices, qui cauſas majores, & appellationes ſibi vindicaſſe dicuntur Maſtrichtius redarguere audet?

Non minoris convincitur falſitatis in iis, quæ de Primatu a Phoca Bonifacio II. conceſſo Maſtrichtius pronuntiavit, ut videri poteſt in Nota (a) ad Cap. 10. L. 1. Franciſci Duareni de Eccleſ. Miniſt. & Beneſ. in Tom. 4. edit. Lucanæ; ubi pariter quo jure S. Gregorius Magnus, aliique Pontifices Romanæ Cathedræ Primatum adverſus Patriarcharum Conſtantinopolitanorum audaciam ſibi propugnaverint, demonſtravimus. Pari modo cum Eccleſiæ Præſulibus juriſdictionem relinquendi, atque etiam puniendi ſubditos a via declinantes juſtitiæ, & veritatis competere ſit manifeſtum, ut oſtenſum eſt in notis (a) ad caput 4. Lib. 1. Duareni de Eccleſ. Miniſt. & Beneſ. hinc ne per violentiam, & viam facti ederentur ſententiæ, leges condere neceſſe fuit ut per viam juris legitimi Rei punirentur, atque judicia proferrentur; variis proinde Titulis Juris Canonici Corpus augendum fuit. Quam denique partem Catholici Principes, & Imperatores in Epiſcoporum & ipſius Romani Pontificis electionibus, atque ordinationibus habuerint, non eſt cur recinamus, cum ſatis de iis in Notis (a), & (b) ad Caput 6. Libri 1. Duareni de Eccleſ. Miniſt. & Beneficiis dictum fuerit. W.

(3) Ad Romano-Catholicam Eccleſiam dedecore quaquaverſum, ſi poſſent Hæretici conſpergendam, lapidem nullum prorſus immotum relinquunt, modo propterea in ejus Præſules, aliquando in ejus Doctores, & in ipſam denique Liturgiam illius conſputare non deſinunt. Plura de Canone Miſſæ ſcribit in Lib. 2. cap. 11. de rebus Liturgicis Cardinalis Bona; non tamen de omnibus definitive pronunciet, ſed ſub lite relinquit incerta; id unum ab eodem eſſeritur: Canonem Miſſæ, quo juxta præſentem diſciplinam utitur Eccleſia, admodum eſſe antiquum cum ad verbum fere legatur in Lib. 4. de Sacramentis apud S. Ambroſium & id veriſſimum eſt; quamquam hujuſcemodi libros genuinam eſſe fœtum S. Ambroſii denegare conentur, ſed fruſtra, Heterodoxi; cum plurima in iis contineantur, quæ Sectariorum dogmatibus e diametro ſunt oppoſita. De Canone Miſſæ legantur Notæ ad partem 3. Inſtitutionum Catholicarum Pougetii ſect. 2. cap. 7. §. 7. num. 15. & ſeqq. W.

fent? A. Diximus canonem regulam significare: Missæ igitur regula, vel formula vetus est ille ipse Missæ Canon. Canonicos vero regulares a qui dicunt, eandem rem bis dicunt ut cum Abba pater vocatur, vel Thomas Didymus, sive Geminus, atque alia simili ratione. Sed fingamus duas esse regulas, alteram laxiorem Canonicis sæcularibus scriptam, alteram duriorem regularibus solis conditam. Utrosque sub canone esse dicemus, & canonicos, sed hos durioribus cancellis circumscriptos. C. Hæc placent. Sed quid aliud est in Gratiani libro mutandum præter titulum libri, sive inscriptionem? A. Ita multa sunt B, ut non facile omnia uno die explicari possint. Sed genera tibi errorum quorumdam proponam, ut postea, de quibus magis placebit, agamus. Sæpe erratum esse video in nominibus hominum, urbium, provinciarum, conciliorum, & aliarum rerum, quæ postea exemplis apertiora fient. Sæpe falsæ sunt inscriptiones, & quæ conciliorum sunt, Pontificum Ma-

a Festive & eleganter, ut solet, hanc tautologiam traducit D. Erasmus in colloquio de peregrinatione religionis ergo: *Collegium est Canonicorum*, inquit, *sed quibus a Latinis regulæ cognomen additur, medium genus inter monachos & Canonicos quos seculares appellant, In odiosis Canonici sunt, in favorabilibus monachi. Si Romanus Pontifex fulmine ferat omnes monachos, tum Canonici fuerint, non monachi. Sin idem permittat omnibus monachis uxorem ducere, tum fuerint monachi.* Respiciebat videlicet Erasmus ad perditissimos mores sui seculi: qui si nostro reviviscetet, videretque hodiernas Canonicorum regularium congregationes, abstineret profecto ab eorum insectatione. Recte Cujacius ad titulum Decretalium de præbendis & dignitatibus: *Et quamvis hæc duo, Canonici & regulares, idem significent, & hoc tantum intersit quod una Græca, altera Latina appellatio sit, tamen, quia ita loquendi mos est, ita loquimur vel discretionis gratia, ut scilicet discernantur a secularibus.* B.

Ivel. De his si Deus otium & vitam prorogaverit dicemus in corpore antiq. Ecclesiast. de origine autem discriminis hujus, vide quædam notabilia apud Illustrem Salmas. *Epist. de Com. ad Colinum pag.* 431. *& seqq.* ubi refellit Heraldum, qui canonicos & regulares eosdem facit. M.

a Verissima est hæc assertio, maxime si ad Sacræ Scripturæ lapidem lydium & ex ἀναλογίας τῆς πίστεως dijudicari deberent. Interim vide judicia de Gratiano & ejus opere, quæ pauca, sed magnorum virorum, congessimus in *Histor. jur. Eccles. num.* 318. (4). Materiam autem errandi Gratiano & aliis videtur præbuisse Burchardus Wormatiensis, de quo vid. *Præfat.* Clariss. Baluzii §. 29. M.

[4] Excellentes, magnique viri, quorum de Gratiani Decreto judicia referuntur a Mastrichtio in sua Eccl. Juris Historia sub Num. 318, sunt Molinæus Mornæus, Matthias Flaccus Illiricus, Innocentius Gentiletus, Erasmus, & tandem Antonius Augustinus, cui proprium adjungit judicium Auctor Historiæ. Primi omnes ex Sectariorum partibus sunt, spiritu nequitiæ propterea in verum Christi Ecclesiam Romano-Catholicam agitati. Augustinus autem non semel in Gratiano lapsus quosdam excusat, cum optime noverit quemlibet hominum ob humanitatis infirmitatem posse deficere. Mira est inter omnes Mastrichtii effrons impudentia, qui Dei Ecclesiam Apostasiæ, sordium, absurditatumque multarum incusare non erubescit, contra veritatem meridiana luce effulgentiorem. Cur quæso calumniatur ab Ecclesia Romana omnium rerum, & etiam conjugum communitatem permitti, ex Gratiani Decreto Cap. *Dilectissimis.* 12. Quæst. 1. Si non potest in medium, vel unicum exemplum proferre hujus admissi sceleris, quod Ecclesia non condemnaverit a primæva sui ipsius institutione? Hæreticorum vetustus hic error est, ut Correctores Romani notant ad dictum Caput *Dilectissimis*, qui siquidem locus depravatus fuit, nec unquam ab Ecclesia receptus; id fugere Mastrichtium minime poterat. Quantum vero ad duo Capita *Is, qui*, & *Christiano.* Distinct. 34. ex quibus Concubinatum in Romana Ecclesia licitum esse conclamitat, cur Romanorum Correctorum animadversionem ibidem appositam non attendit Mastrichtius? Et tunc optime nosset cujus indolis concubinatus, ab Ecclesia olim permissus, esse debebat. Quatuor conditiones, ut licitus esset, eidem conjungi necesse erat. Prima quod uterque solutus foret; Secunda quod mutua fides daretur, ut alteri non jungerentur: Tertia quod a filiorum procreatione non abhorrerent: Quarta quod usque ad mortem in ea vitæ conjunctione manendum sibi proponerent. Hisce Deficientibus conditionibus, quæ verum Matrimonium constituunt, nequaquam ab Ecclesia permittebatur concubinatus.

Hisce autem conditionibus eum comitantibus, nil inhonesti, & illiciti in concubinatu reperiebatur cum verum esset connubium, ut tradit Augustinus Lib. de bono conjugali scribens: „ Cum Masculus, „ & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius „ sibimet non filiorum procreandorum, sed propter „ incontinentiam solius concubitus causa copulentur, „ ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum „ altero id faciat; potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem „ alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea causa conjuncti sint, „ non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur „. Tale Connubium legitimum esse, atque licitum agnovit Synodus Toletana I. Anno 400. celebrata, quæ Canone 17. ita definit: „ Si quis habens „ uxorem fidelem, concubinam habeat, non communicet. Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro „ uxore Concubinam habet a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut „ concubinæ (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus, alias vero vivens abjiciatur donec desinat & „ per pœnitentiam revertatur „. *Affectione Maritali retinebant concubinas* scripsit Hieronymus in Epistola ad Oceanum, *ad evitanda onera, & minuendas impensas quas tamen ad ampliores evexit divitias, etiam uxoris non tantum nomine, & dignitate, sed & jure dignabantur* = Hinc S. Thomas in 4. Dist. 33. quæst. 2. art. 3. subjungit = Et cur id genus concubinæ non appellantur merito uxores, cum revera coram Deo uxorum loco fuerint = Videantur Arnobius Lib. 4. contra gentes Cassiodorus Lib. 9. Var. Cap. 18. & in jure civili integri Tituli *de Concubinis*. Non defuere Catholici Doctores, qui hujusmodi Concubinatum ab Ecclesia non probatum, sed toleratum fuisse contenderent, ut Ferdinandus de Mendoza Lib. 2. Comment. ad Concilium Illiberitanum Cap. 8. apud Labbè Tom. I. Concil. column. 1098. & cum Eo Natalis Alexander dissert. 29. in Historiam Sæculi I. post secundam Responsionem ad tertium objectum; Verum nos opinionem amplectimur Bellarmini Lib. 2. de Conciliis Cap. 8. in Responsione ad undecimam objectionem Severini Binii in Nota ad Can. 17. Concil. Tolet. I. apud Labbè Tom. 2. Concil. Col. 1487. Lit. B. aliorumve plurium Theologorum, & Canonistarum, qui ajunt tunc temporis ea privata connubia licita fuisse; quamquam postea jure ab Ecclesia sublata fuerint: Nec magni facimus Theodori Bezæ, Hermanni Hamelmanni, Mastrichtii, aliorumve Reformatorum calumnias, atque convicia. W.

Maximorum eſſe dicuntur; & quæ ſunt unius Epiſcopi inferioris, Romano Pontifici, aut concilio generali, vel provinciali tribuuntur. Ex hoc genere ſunt illa, quæ ex concilio Martini Papæ, aut Hadriani Papæ ſumpta eſſe feruntur, quæ vel Martino Bracarenſi, & Græcis conciliis, vel Engelramo Epiſcopo, vel Hadriano ad Engelramum inſcribi debuerunt. Multa Gregorii, Ambroſii, Auguſtini, vel Hieronymi verba eſſe dicuntur, quæ aut nuſquam extant, aut aliena ſunt. Illa quoque ipſa, quæ inſcriptiones habent veras, non recte referuntur. Sæpe enim contrarias ſententias referri ſcimus, ſæpe valde præciſas. Jam vero, quæ ex Græcis fontibus manant, ex variis interpretationibus afferuntur, quaſi ſint aliorum ſcriptorum: ac ſæpe aliud Græce, quam Latine ſignificant. C. Tu vero me in ſylvam quandam errorum inducis, cujus nullum exitum video; ſed malo, ut de primis quibuſque a te dictis agas, ut præciſis his ramis interiora illuſtriora fiant. A. Quid autem B. noſtro placet? B. Ego vero hæc ipſa, quæ proponis, expecto; ſed non is ſum, qui operæ pretium eſſe exiſtimem, tam multa de ſolo Gratiano dici. Hic enim, ut noſti, & ut facile omnes concedunt, compilator inſignis, nihil fere habet valde utile, quod proprium dicere poſſis: ſed corniculæ illi ſimilis, ut eſt in fabulis, riſum ſcientibus, admirationem ignorantibus movet. Si verba conſideres, nihil illo trivius; ſi artem requiras, & ordinem docendi, fruſtra laborabis. Ita multa refert alieno loco ponenda, ita pro certis incerta conſtituit; ut malis illa eadem in ipſis libris non ſolum conciliorum, ſed etiam Burchardi, & Ivonis, & aliorum collectorum requirere. Itaque dum tu quid apud Gratianum mutandum ſit, dices; in veteri me confirmabis opinione, qui fruſtra hunc ſcriptorem mendis purgari putem. Te vero potius hortari, & ſi pateris, monere non deſinam; ut in eam tantum rem incumbas, ut meliorem harum regularum, ſive decretorum collectionem edas. A. Ludis tu quidem, ut ſoles perurbane, & mihi videris pro tua præclara dicendi facultate magnas res contemnere, & pro nihilo ducere; minores vero in cælum tollere, atque augere dicendo. Nam ut dem tibi, nihil fere, aut pauca de ſuo Gratianum attuliſſe, quod falſum eſt; affert enim multa, quæ in aliis collectionibus non invenies: qualia ſunt, quæ poſt Burchardum & Ivonem ſunt nata; item multarum difficultatum ſolutiones: ſed quamvis nulla attulerit, feliciorem tamen cæteris collectoribus fuiſſe negare non poteris; quos in tenebris diu fuiſſe novimus, dum hic in omnium manibus verſatur; multorum interpretum illuſtratur lucubrationibus; refertur denique in judiciis omnibus atque a Theologis non minus, quam a juris utriuſque peritis in pretio habetur. Quod ſi in illo verborum elegantiam deſideras, temporis eſt, non hominis culpa; tritis utitur verbis, ut omnibus prodeſſe poſſit: artem, & ordinem docendi flagitas, quaſi vero meliore cæteri ſint uſi. Quod vero poſtremo hortaris; ut collectionem aliquam edam potius, quam hanc ita perturbatam, & imperfectam ornem: facis tu quidem ludos, ut dixi. Sed hac de re poſterius cogitabimus. Nunc quando utrique veſtrum non diſplicet, ut de Gratiani erratis agamus, in craſtinum diem differo, quod ſum pollicitus. Alia enim urgent his potiora.

DIA-

His ſcriptis editum vidi Romæ Gratiani volumen hac inſcriptione. DECRETUM Gratiani emendatum Gregorii XIII. Pont. Max. juſſu editum. *Et initio diſtinctionis primæ:* Concordia diſcordantium canonum. *Et in admonitione ad lectorem ita ſcribitur:* In pleriſque vetuſtis hujus collectionis exemplaribus hæc tanquam inſcriptio rubris litteris poſita eſt: CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM, addita in quibuſdam dictione INCIPIT, ſine ulla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetuſtiſſimo, cui volumini ipſius initio recentiori ſcriptura paleas eſſe præpoſitas dictum eſt, ante ipſas paleas eſt hic titulus: DECRETUM GRATIANI MONACHI SANCTI FELICIS BONONIENSIS, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, COMPILATUM IN DICTO MONASTERIO ANNO DOMINI MCLI. TEMPORE EUGENII PAPÆ TERTII. In aliis vero duobus codicibus in extremo eſt: EXPLICIT DECRETUM COMPILATUM A GRATIANO MONACHO MONASTERII S. FELICIS DE BONONIA. *In eadem admonitione hæc etiam verba leguntur:* Noviſſimus iſtorum omnium, præter auctorem Panormiæ; nam is recentior forſitan eſt, Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod ſuperiores fecerant, operam dedit: ſed Ivonis fortaſſe præfatione excitatus, eo poſſibilium incubuit, ut certis quæſtionibus propoſitis, quod in utramque partem ex canonibus, qui inter ſe nonnunquam pugnare videbantur, dici poſſet, ipſe & afferret, & explicaret; omnemque eorum varietatem, quæ ſpeciem diſſenſionis habebat, ad concordiam revocaret. *Hæc in Romano.*

In editione Gregoriana cap. 7. Quoniam. diſt. 16. multa mutata ſunt, & notis ornata: & quamvis dicatur: Et opuſcula Theophili, *&c. tamen in notis a Ivonis verba relata ſunt:* Confirmamus Sanctorum Patrum Canones, & Synodos &c. *& Græca verba canonis referuntur, & Latina interpretis, quibus apparet non opuſcula, ſed canones appellari. Quod etiam verba a Gratiano relata indicant:* Confirmamus & cæteros ſanctorum canones, & ſynodos.

a *Ivo part. 4. cap. 106. & 134. decr. & lib. 2. tit. 12. c. 29. pan.*

DIALOGUS SECUNDUS

De Gratiani erratis in propriis nominibus.

B. ET tempus, & locus aptus est, ut te pro nihili tui admoneamus. Quid enim hac hortorum amœnitate jucundius? avidas autem aures adferimus ego, & C. noster. A. Video nihil diutius vobis posse deberi. Sed libris aliquot nobis opus est, & in primis Gratiano editionis ejus, quæ habeat duorum Antoniorum a notas. C. Eum librum mecum attuli, quod eum potissimum a te laudari sciebam; & ut viderem, quid tu de singulis erratis esses dicturus, & ut melius id memoriæ mandarem. A. Laudo providentiam tuam. Ego quoque in adversariis quibusdam, quæ attuli, scripseram ordine litterarum aliquot Gratiani errata, quæ facilius referam. Vos etiam alia suggeretis. Et quoniam heri diximus, in nominibus propriis sæpe fuisse librarios lapsos; ab eisdem initium sumamus. Principio duo ex sacris libris loca corrigenda sunt: cum pro Ochozia a Rege a Achab editus est, & pro Achan, sive Achar c, Achor b. Verba Gratiani sunt c. *Sed obiicitur illud Ambrosii:* Ambrosii verba quærantur: Ad preces Heliæ ignis descendit de cælo, ut Prophetæ vindicaretur injuria, quod tunc intelligitur factum quando Achab Rex Israel &c. misit duos quinquagenarios: nostis reliqua (x). Alter locus ita scriptus est. Cum enim Achor de anathemate furtim surripuisset &c. Ita cecidit sors super Achor *d*. Bis Achor pro Achan scriptum legimus. B. Ego Gratianum errasse arbitror, non librarios. A. Si Gratiani erratum est, memoriæ erratum est, qualia multa & apud Ciceronem, & apud alios scriptores sæpe agnita sunt: si librariorum peccatum est, cur Gratianus notatur? (β) Tertius locus est. In inscriptione quadam pro Carthaginensi concilio Agathense primum scribitur *e*. Est autem caput XI. concil. Carthag. I. (γ) Alibi Alexandrinus Episcopus Leander Hispalensis dicitur *f*. Atque idem Leonardus Episcopus alio in loco *g*. Prior locus est *dist. XXXVIII.* ubi post verba B. Augustini additur: *Idem ad Alexandrinum Episcopum. Indignum vehementer existimo, ut verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.* Hæc non Augustini verba sunt, sed Gregorii in præfat. Moralium in Job cap. ult. qui liber ad Leandrum Episcopum inscriptus est *h*. Hoc non fugit Joannem And. F. Sunt, qui putent additum esse hoc caput Gratiani discipulo Palea, ut id, quod proximum est, cujus inscriptio non vocem *Idem* habere debet, sed hanc, *Augustinus* [δ]. Alter locus est ex epistula quadam Gregorii ad eundem Leandrum Episcopum de trina mersione baptismatis, quæ extat, ut notat Demochares, lib. 1. epist. quadragesima prima registri. Ejusdem mentionem invenies in concilio Toletano quarto cap. V. & in concilio Vormaciensi item cap. V. & apud *i* Ivonem, & Anselm. Lucens. & alios collectores (ε). C. Quis hic Leander fuit? A. Tres fratres germanos insignes pietate, & eruditione viros habuit Hispania Reccaredo Rege, Leandrum, Isidorum, & Fulgentium: duo illi Hispalenses Episcopi fuerunt, hic tertius Astigitanus. Leandro acceptam ferimus Gotthor. Arianorum in catholicam fidem conver-

a *Reg. 1. b.*
b 26. *q.* 2. *in princ.*
c 23. *q.* 4. *c.* 29. Si illic. §. Sed obiicitur.
d *Josu. 7. b.*
e 15. *q.* 7. *c.* 3. Si quis.
f *Dist.* 38. *c.* 13. Indignum.
g *De consf. dist.* 4. *c.* 80. De trina.
h *Jo. And. in c.* Ad audientiam. *ea tit. de rescript. d. c.* 80.
i *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 57. *panorm. & part.* 1. *c.* 130. *decr. Anselm. lib.* 9. *c.* 17. & 61. *Caes. lib.* 12. *cap.* 43. *Tarr. lib.* 4. *c.* 10.

(x) *In editione Romana* 23. *q.* 4. *c.* 29. Si illic. §. Sed obiicitur: *nomen* Achab *editum est, sed in margine est*, Ochozias filius Achab, *& in scholio* Achab. Confundit historiam *&c. in fine post illa verba*, sub Ochozia, *additur*, cujus filius fuit Achab, ut legitur 4. lib. Reg. in princ. & 3. Reg. ult. *Quod vero in contextu verborum dicitur, illud Ambrosii*, Ad preces Heliæ *&c. habet in margine*, supra ead. quod Christus. 4. Reg. 1. *Id caput est inscriptum*, Ambrosio lib. 7. commentarior. ad cap. 9. Lucæ. *Sed illic nihil de Achab dicitur; neque apud Ambros. easdem verba inveni.*

(β) *In Romana editione* 26. *q.* 2. *in princ.* Achar *editum est, non* Achor, *& in margine*, alias Achan, & Josue 7.

(γ) *In Gregoriana editione inscriptio capitis tertii:* Si quis tumidus. 15. *q.* 7. *hæc est.* Item ex concilio Carthaginensi primo cap. 11. *Non additur.* Sic est emendatum ex vetustis codicibus; nam in vulgatis erat, AGATHENSI PRIMO, cum unicum duntaxat Agathense memoretur.

(δ) *Inscriptio capitis* 13. Indignum, *dist.* 38. *in Gregoriana editione est hæc.* Item Gregorius ad Leandrum Episcopum Hispalensem in præfat. Moralium ad finem. *Et capitis* 14. Locutio, *inscriptio est.* Item Augustinus de vera religione c. 49. & 50. Palea.

(ε) *In dicta Gregoriana editione inscriptio capitis* 80. De trina. *de consecr. dist.* 4. *est hæc.* Item Gregorius Leandro Episcopo Hispaniar. lib. 1. epist. 41. *& in margine additur.* Et in Tolet. 4. c. 5. & in Wormaciensi c. 5. Sent. ibid. [*hoc est sent.* 4. *dist.* 3.] Polyc. l. 3. tit. 10. Anselm. l. 9. c. 61. Ivo p. 1. c. 130. Pan. l. 1. c. 60.

A Democharis & Contii, qui primi medicas manus admoverunt Gratiano. Post hos secutus est tertius Antonius Augustinus. B.

a Ita legitur hoc nomen in versione vulgata, quam sequitur hic Augustinus. Aliis vocatur hic Rex Achazia. M.

c *Hakan* vocatur hic aliis vel *Hachan* עכן. *Achar* eum vocari non memini. M.

verſionem. Cum hec Gregorius amicitiam inivit Conſtantinopoli; venerat enim illuc alter Pelagii Pontificis, alter Regis ſui legatus ad CP. Imperatorem. B. Hic idem *Alexander* ſemel vocatur ab Anſelmo Lucenſi, iterum *Leander.* Fieri poteſt, ut idem nomen ſit: ut Joſue, Jeſus, & Jaſon. Scander Berg, pro Alexandro Magno, a avorum memoria, inſignis vir peritia rei militaris, dictus eſt. A. Quid tu *Leandrum Muſæi* putas eundem eſſe cum *Alexandro Macedone?* B. Non ego eundem virum eſſe dico, ſed idem nomen, quamvis in etymo utriuſque hæreo. A. Sequitur *Anaſtaſius* ſæpius ex *Athanaſio* mutatus. Dum enim narrat *a* Gratianus Athanaſii pueri, ſimulati Epiſcopi factum, qui cathecumenos aqua ſalutari tingebat, tempore Alexandri Epiſcopi Alexandrini, eum *Anaſtaſium* vocat. Sed ex Rufini hiſtoria lib. X. cap. XIV. mutati nomen debet (α). Idem erratum in duabus inſcriptionibus eſt. Altera hæc eſt *b*: *Felix Papa Anaſtaſio, & omnibus Orientalibus Epiſcopis.* Scribe, Felix Papa ſecundus Athanaſio, & omnibus &c. ex conciliis (β). In altera eſt *c*: *Anaſtaſius Patriarcha Papæ Felici.* Scribe *Athanaſius Patriarcha Alexandrinus Felici Papæ ſecundo.* Referunt horum capitum verba Burchardus *d*, Ivo *e*, & Anſelmus *f* (γ). Alterius Athanaſii nomen invenio in Anaſtaſium eſſe mutatum. Etenim in concilio Chalcedon. actione XIV. de quodam Athanaſio Epiſcopo Parthenorum * agitur, qui cum a Patriarcha ſuo deponeretur, eum ſibi inimicum eſſe conqueſtus eſt, iteramque audiri jubetur. Idemque Nicolaus refert in epiſt. ad Michaelem Imp. cujus initium eſt; *Propoſueramus.* At Gratianus hunc *Anaſtaſium* appellat *g* (δ). B. Eadem ratione Atha-

a 1. q. 1. c. 58. Spiritus. §. Ecce.
b 5. q. 2. c. ultimo.
c 9. q. 3. c. 11. Fuit.
d Burc. lib. 1. c. 221.
e Ivo §. 5. c. 15. & 335. aucr.
f Anſ. lib. 2. c. 50 & 51.
* Parænorum.
g 3. q. 5. c. 14. Nulli. §. 1. & c. 15. Quod ſuſpecti.

naſii libris aliquot Anaſtaſii Antiocheni, ut exiſtimo, libri mixti ſunt. Ut cum plebeii in patricias familias inſerebantur. A. Illud æquo animo ferendum eſt, quod pro *Aſello* Anſelmus ſcriptus eſt in inſcriptione cujuſdam capitis *h* his verbis: *Item ex concilio Milevitano, cui interfuit Auguſtinus, & Anſelmus Romanæ Eccleſiæ legatus contra Pelagianos.* In concilio Carthagin. VI. & VII. mentio fit trium legatorum Romanæ Eccleſiæ, Fauſtini Epiſcopi, & Philippi, & Aſelli presbyterorum. Hi a Zoſimo Papa miſſi ſunt, & in Africa poſt ejus mortem fuerunt. Interfuiſſe hos legatos in concilio Milevitano, mihi non conſtat. Sed præſentibus eiſdem lectos fuiſſe canones ejus concilii, & aliorum multorum, conſtat ex concilio Africano, & ex concilio Carthaginenſi Græce conſcripto. Sunt etiam Milevitani concilii litteræ ad Innocentium, qui ante Zoſimum fuit, & Innocentii ad eandem ſynodum (ε). Arlacii Epiſcopi nomen invenio apud Anſelmum *i*, qui *Thracius* dicitur a Gratiano *k* in relatis Pelagii verbis. Sed in alio veteri Anſelmi libro idem *Tertius* vocatur, & ſcriptor epiſtulæ *Gelaſius.* Sic omnia ſunt nobis incerta. Tantum hoc in variis lectionibus conſcribi poteſt (ζ). Illud certum eſt, quod alibi pro *Aſcanio* Tarraconenſi Epiſcopo *Aſcenio* apud *l* Gratianum legitur in Hilarii Papæ verbis. Namque in conciliis aperte Aſcanius appellatur, ad quem ſunt duæ Hilarii epiſtulæ, & de eodem agitur in concilio Romano ab Hilario habito. In eodem Gratiani capite de Barchinonenſi Eccleſia agitur, ſed ſcribendum eſt, *Barcinonenſis.* Et poſtea: *Tales protinus de clero proprio Et Barchinonenſibus ordinetur Epiſcopus:* dele *Et*, atque ſcribe *Barcinonenſibus.*

h De conſ. d. 4. c. 152. Placuit.
i Anſelm. lib. 12. c. 46.
k 23. q. 5. c. 44. Quali.
l 7. q. 1. c. 30. Remoto.

(α) *In eadem editione Romana* 1. q. 1. c. 58. Spiritus. §. Ecce. per Athanaſium puerum *ſcriptum eſt.*

(β) *In eodem Gregoriano libro inſcriptio cap. ult.* 5. q. 22. *hæc eſt.* Item Felix Papa II. Athanaſio, & omnibus Orientalibus Epiſcopis epiſt. 1. c. 3. *Additur in margine* Burc. lib. 1. c. 221. & Ivo p. 5. c. 335.

(γ) *In eodem libro inſcriptio capitis* 11. Fuit ſemper. *cauſæ* 9. *q.* 3. *ita ſcripta eſt.* Item Athanaſius Patriarcha Papæ Felici ſecundo *& in margine eſt.* In tomis conc. & Ivo p. 5. c. 15.

(δ) *In eodem libro* 3. *q.* 5. *c.* 14. Nulli. *par.* 1. Athanaſius *appellatur: ſed in margine eſt:* al. Anaſtaſius. *Sed capite* 15. *Quod ſuſpecti*, Athanaſius *dicitur ſine ulla varietate; & multa de eodem dicuntur in notis ex concilio Chalcedonenſi actione* 14. *Mendoſe autem in margine dicitur* actione 24. in fine. (*Vide lib.* 2. *dial.* 12. *ad l.* 6.):

(ε) *De conſecrat. diſtin.* 4. *c.* 152. Placuit igitur, *hanc habet inſcriptionem in Romano libro.* Item ex concilio Milevitano, cui interfuit Auguſtinus, & Anſelmus Romanæ Eccleſiæ Legatus contra Pelagianos c. 1. *Additur in margine.* & in Afric. c. 76. *& mox ad vocem* Anselmus, videtur mendum in hoc nomine.

(ζ) *In eodem Romano libro* 23. *q.* 5. c. 44. Quali. *Pelagii*, Thracius *editum eſt ſine ulla varietate. In margine eſt.* Anſ. l. 12. c. 46. Polyc. ibid. (*hoc eſt lib.* 7. *tit.* 5.).

a Marinus Barletius de geſtis *Georgii Caſtrioti* Epirotarum Principis, *lib.* 1. *pag.* 2. *Epirenſibus varia nomina, pro iis mutatis, indita ſunt ex conſuetudine gentis Turcicæ. Georgius ſeu caſu, ſeu quod nobilior inter ceteros indoles, egregium neſcio quid præ ſe ferre videbatur,* SCANDERBEG *appellatur; idem quod apud nos* ALEXANDER DOMINUS. Et ita in tota hiſtoria hunc Georgium Caſtriotum vocat, non Scanderberg. M.

b Vellem Doctiſſimus Auctor eos libros nominaſſet, aut fundamenta ſuæ ſuſpicionis aut exiſtimationis addidiſſet. Pauca enim ſunt hujus Anaſtaſii ſcripta nota. M.

a *Anselm. lib. 6. c. 101.*

sibus. Melius hæc *a* Anselmus habet (α). Sic etiam male scribi solet *Terracona* pro *Tarracone*, & *Barchinona* pro *Barcinone*, & *Terraconensis*, pro *Tarraconensi*. Sed & *Terraconensis* pro *Tarracinensi* invenies apud Gratianum *b*. At ex registro B. Gregorii constat agi de Fundensi Ecclesia, & Tarracinensi eidem Episcopo commissis *c*. Conjungi autem debent duo capita ex eadem Gregorii epistula sumpta ad Agnellum Episcopum, quæ est epist. XIII. cap. LII. libri secundi. Hæc etiam recte Anselmus conscripsit *d*, & liber Cæsaraugustanus A *e* (β). C. Eadem ratione fortasse apud Gregor. IX. sub titulo de immunitate ecclesiarum capitis secundi inscriptio mutanda est *f*. A. Recte admones: idque ex lib. VII. registri ejusd. Gregorii constat, ut diximus in notis ad collectionem Bern. Papiensis, & in collectione conciliorum Tarraconensium B (γ). Venio nunc ad aliam, ut hic noster appellare solet, metamorphosin. In Gratiani libro legitur distinct. LIV. *Ex concilio Maguntinensi cap. VIII. Palea.* Magnus Episcopus Augustudensis dixit. *Carthaginensi primo* pro *Magunt.* scribendum esse admonuit Ant. Demochares. *Astigitanensis* pro *Augustudensi* scribi etiam debuit ex conciliis. *Attuagensis* habent Burchardus *g*, & Ivo *h*; Augustensis, Bernardus Papiensis & Gregor. IX. *i* (δ) C. Cur nomen hoc, *Palea*, c adscriptum est huic

b 21. q. 1. c. 5. Relatio. & c. Illud.
c *Vid. Greg. lib. 2. epist. 14. c. 53. & lib. 7. c. 20. ind. 1.*
d *Anselm. lib. 5. c. 25.*
e *Cæs. lib. 3. c. 48.*
f *c. 2. de immun. eccl. in 1. collect. & apud Gregor. IX. Dist. 54. c. 3. Magnus.*
g *Burc. lib. 2. c. 36.*
h *Ivo part. 6. c. 137. decret.*
i *c. un. de oblig. ad ratiocin. 1. collect. & apud Gregorium IX.*

Tom. III. D

(α) *Caput* 30. Remoto. 7. q. 1. *hanc in eodem libro habet inscriptionem:* Item Hilarius Papa Episcopis Tarracnn. c. 3. *& postea est.* Remoto ab ecclesia Barcinonensi &c. *&* de clero proprio Barcinonensibus &c. *&* frater Ascani. *In margine est:* Anselm. l. 6. cap. 109.

(β) *In Romana editione* 21. q. 1. c. 5. Relatio, *Gregorio adscribitur* lib. 2. cp. 13. seu c. 52. ad Agnellum Episcopum. *Initium capitis est*, Relatio cleri, simul & populi Tarracinensis. *In notis hæc scripta sunt:* TARRACINENSIS. Sic est emendatum ex vetustis, cum in vulgatis esset TARRACONENSIS GENTIS. In originali autem legitur, TARRACINÆ DEGENTIS. *In extremo capite hæc etiam addita sunt:* Alia est sententia B. Gregorii, ac Gratianus putare videatur. Hunc enim Agnellum, qui antea Fundorum erat Episcopus, quod ea civitas ab hoste esset vastata, Tarracinæ Cardinalem constituit sacerdotem, ut in sequenti capite. De qua re notatum est supra dist. 71. cap. Fraternitatem. *In margine hujus capitis est:* Anselm. l. 5. cap. 28. Polyc. l. 1. tit. 8. *Capite proximo est:* Tarracinensis Ecclesiæ cardinalem, *&* Tarracinensis Ecclesiæ.

(γ) *Caput secundum de immunitate ecclesiarum in Romana editione hanc habet inscriptionem:* Gregorius Archiepiscopo Tricen. *& in margine:* Gregorius Agnello Terracon. Episcopo. Alias Terracin. Episcopo. Item Gregorius Agnello Episcopo lib. 7. Epist. 20. ind. 1. registri B. Gregorii. Vide c. 2. eod. tit. in 1. compilat.

(δ) *Caput tertium distinct. in 54. editione Romana hanc habet inscriptionem:* (Ex concilio Carthaginensi primo cap. 8.) Palea. *Ejus initium est.* Magnus Episcopus Astiagensis dixit. *In notis scribitur:* In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Ivone, Decretali. In c. un. de obligat. ad rat. *In margine hæc sunt:* Extra de obligat. ad rat. c. Magnus. Burch. l. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 137. *In eadem editione caput unic. de obligatis ad ratiocinia hanc inscriptionem habet:* Ex concilio Carthag. *& hoc initium:* Magnus Episcopus August. dixit. *In margine hæc sunt:* Concilium Carthaginense primum c. 8. ut refert Burchardus libro 2. decreti c. 36. Ivo part. 6. c. 137. & in 1. compilat. eod. tit. c. unic. Gratianus dist. 54. c. 3. ubi falso tribuit concilio Maguntinensi. Et est difficilis textus. Sed vide, quæ dixi in notis hujus capitis. Cur hæc postrema verba edita sint, quærendum.

A Quoniam auctor istorum dialogorum sæpe laudat hunc librum, visum est semel observare intelligi vetustam canonum collectionem MS. ad Antonium Augustinum missam ex monasterio Carthusianorum Cæsaraugustano, quo pervenerat post obitum Hieronymi Suritæ clarissimi scriptoris annalium Aragonensium; ut ipse Augustinus docet in dialogo quinto libri prioris. Divisa est illa in libros quindecim. Cum vero nullius Romani Pontificis, qui post Urbanum secundum vixerit, decretis utatur illius auctor, recte judicatum est illam eo tempore scriptam fuisse. Usus est autem illius collectionis auctor canonibus Conciliorum, decretis Romanorum Pontificum, & dictis sanctorum patrum. Hæc ex Antonio Augustino Jesuita, ut opinor. B.

Ibid. Referenda, quæ hic Clariss. Baluzius habet de Codice Cæsaraugustano ad Collectiones incertas, de quibus in *histor. jur. Eccles.* egi a num. 409. & seqq. quibus hanc ut addas collectionem rogo. M.

B Nescio quid his verbis intelligat Antonius; nisi si loqui vult de collectione constitutionum provincialium Tarraconensium, quæ Tarracone edita est. Verum tametsi editionem illam non viderim, non puto locum heic fuisse emendandi alicujus veteris canonis Africani, cum probabile sit hanc collectionem non fuisse diversam ab ea, quæ anno MDXCIII. recusa Tarracone est ex decreto secundi Concilii provincialis celebrati sub Joanne de Teres Archiepiscopo Tarraconensi post Antonium Augustinum. Atqui in nova illa collectione nihil extat præter nudas constitutiones absque Notis. B.

C Instituti mei non est inquirere in originem hujus vocabuli. Sufficere arbitror Notam Correctorum Romanorum, quam invenies editam apud Antonium Augustinum pag. 20. Illud tantum dicam, non vidisse me hoc vocabulum in antiquis Gratiani exemplaribus manuscriptis; nisi quod aliquando, sed id tamen raro, diu postea scriptum est in notis marginalibus libro Sangermanensi adiectis. Idem vocabulum non reperitur etiam in prima editione Moguntina in fronte capitum, quæ eo nomine prænotantur in vulgatis editionibus.

huic & aliis quibusdam capitibus? Sunt enim, qui putent incertis, & inutilibus id adjectum. Sed tu discipuli Gratiani nomen esse dixisti. A. Ego duorum Jurisconsultorum testimonium habeo, Joan. Andreæ, & Castelliani Cottæ. Sed & video in veteribus Gratiani libris illa capita desiderari; & in Joannis Teutonici scholiis raro ad verba eorum capitum aliquid adscribi. Itaque existimo illa capita postea adjecta fuisse. Huc accedit, quod Bernardus Papiensis nonnulla ex his in librum suum retulit, quod de Gratiani capitibus non facile invenies. Sed quid B. selecti illi viri Romæ de Palea dicant? B. Hoc ipsum audivi, in veteribus libris non inveniri. Paleæque nomen esse hodie familiæ cuidam Cremonensi proprium. Neque tamen carere auctoritate, aut esse rejicienda hæc capita, sed aliqua nota esse a ceteris distinguenda, quasi addita post Gratiani lucubrationes (x). A. Hoc sit hujus diei pensum. Cras, si videbitur, pluribus de ceteris agemus.

DIALOGUS TERTIUS.

De eodem erratorum genere.

C. ANtequam cetera dicas, quæ mendosa tibi esse videntur, velim scrupulum auferas mihi de his mendis cogitanti, qua de re cum B. egi; sed cum is aliquid mihi dixisse videretur, postea iterum in eandem incidi dubitationem. A. Quid tandem illud est? C. Quidnam interest, Gratianum pro *Leandro Leonardum* scribere, aut pro *Athanasio Anastasium*? Nam cum jus Pontificium tractetur, id æque in Leonardo, & Anastasio vim suam obtinebit, atque in Leandro, & Athanasio. A. Quid ad hæc B. noster dicebat? C. Exemplo ex symbolo sumpto vim argumenti eludere conabatur. Namque dicebat, si quis diceret, Christum passum sub Pontico Pilativo; non sub Pontio Pilato: non convenire in symbolo fidei crederetur cum catholica Ecclesia; nisi eum rusticum fuisse, & imperitum Latini sermonis constaret. Atqui in re nihil interfuit, Pontius ille, an Ponticus diceretur, sub quo Christus passus esset. A. Mihi exemplum non displicet. Tu vero quid ad hæc? C. Non mihi videtur Gratianus aliquid habere cum symbolo commune. A. Quid ita? C. Symbolum formula quædam est, a qua cadere ne verbo quidem licet, aut syllaba. At Gratiani scripta *licet vel tota contemnere* A. Nisi forte verum est, quod ajunt quidam, ab Eugenio Tertio fuisse confirmata. A. Malo te illa priora credere, quam hæc. Etenim in illis unum, atque alterum vitium est: in his de omnibus agitur. C. Non satis intelligo, quid dicas. A. Tu si Leandrum credas

(x) *De Palea hæc sunt in admonitione Gregorianæ editionis:* De nomine Paleæ sunt variæ doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes, ac leves continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alii quasi τὰ παλαιά, id est antiqua: alii quasi additiones quasdam, derivata, aut potius depravata voce ab adverbio πάλιν, id est rursum, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani uterentur. Verum Joannes Andreæ in addition. ad Specul. tit. de disputation. & allegation. prope finem, (quem Imola in rubr. de verbor. obligat. Alexandrin. in procemio Decretal. (*scribe*, DECRETI) Jason in rubr. tit. de action. & alii sunt secuti.) putat quendam Protopaleam, quem Jason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adjunxisse. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamvis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis descripto Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleræque & partim quidem cum Paleæ nomine, partim vero sine ullo a ceteris capitibus discrimine. Ex qua observatione illud videtur posse colligi, has Paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, ut fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quod multæ & in Decretalibus & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur: *In meis libris non* Protopalea, *sed apud Joan. Andreæ, qui postea* Palea, *est; apud Jason.* Quotapalea *Cardinalis*, *apud Imol.* Paucapalea, *vel* Pocapalea *Cardin. apud Card. Alex.* Protopaleas.

nibus. Extat tamen, sed non adeo frequenter ut in vulgatis editionibus, in antiqua editione Veneta. Istud vero non impedit, quin antiquitus adscriptum fuerit in libris Gratiani, cum ejus diserta mentio extet apud Joannem Andreæ & alios veteres Jurisconsultos. B.

Ibid. Vide sodes *latissime Histor. jur. Eccles. num.* 314. M.

A Vera & ingenua Augustini confessio; Interim an ab Eugenio liber Decretorum Gratiani sit confirmatus,

das Leonardum dici, erras. Sed error hic unus est: item unus, si credas Athanasium alio nomine vocari. At si credas omnia, quæ Gratianus scripsit, Apostolica esse auctoritate confirmata, multiplex hic error erit tuus, & omnia complectetur hoc volumine conscripta. C. Nunc plane intelligo. Sed quo pacto probas non esse confirmata? A. Tu qui ais redige in memoriam. Vidistine umquam Eugenii confirmationem? C. Minime gentium. A. Habesne aliquem dicere, qui se dicat vidisse, aut qui ex ea partem aliquam referat? C. Ne hoc quidem. Sed sunt, qui asserant eum confirmasse. A. Sunt etiam qui id negent. C. Age vero, quid tu dicis ad id, quod initio petebam mihi satisfieri? A. Id, quod dici solet de his, qui glandibus vescuntur inventis frugibus. An si tu puero dederis exscribendam epistulam, quam patri, vel fratri tuo mittere velis: ille tibi multa nomina immutaverit, litteras addiderit, vel dextraverit; & cum illi iratus fueris, & iterum eam describere coegeris: ille hac ratione utatur; nihil interesse Leander sit, an Leonardus; Augustus, an Augustinus, cum de re ipsa constet; probabisne, quod dicet? C. Minime vero. A. Idem de librorum mendis dicendum est, quod de epistulis. Alii tamen aliis errores pracellunt. Sunt leves aliquot fateor: sed totum hoc genus emendationis contemnere inhumanum, & a ratione alienum esse arbitror. Sed quid ait B. noster? B. Mihi vero hoc ipsum, quod tu ais, ita verum esse videtur; ut nihil amplius te addere velim: sed ad cetera venire Gratiani mendose scripta. A. Est
a 23. q. 4. c. 30. nobis principio ab inferis excitandus *a Belisarius*, qui cum Gratiano contendat, cur ab eo *Guilisarius* dicatur. *Silverius* etiam Pont. Max. expostulabit, cur *Silvester* appelletur. Admonuit Demochares hoc ipsum de Silverio, de Belisario Contius. Illud ab utroque male editum est: in *palatium Principis* pro *Pincis*
b Anselmus paullo melius hæc refert. Hæc ex conciliis accepimus *c* (x). Plura errata sunt in illis verbis quæstionis tertiæ caussæ XXI. b *Anselm. lib.* 12. *c.* 8. c 21. *q.* 3. *c.* 1. & 2.
Quod autem clerici sæcularium negotiorum procuratores esse non valeant: auctoritate Carthaginensis concilii primi probatur; in quo Nicolaus Papa Episcopis Castilianis dixisse legitur. Palea. *Pervenit in sanctam synodum* &c. Quis umquam crederet, Nicolaum Papam, qui tot sæculis vixit posterior omnibus synodis Carthagine habitis, aliquid in prima synodo dixisse? Verba autem, quæ Palea addidit
d sunt ex concilio Chalcedonensi *cap. III.* de quibus Burchardus *e*, Ivo *f*, & Anselmus *g* tractant, & Gratianus *distinctione XXCVI.* extrema. Omnes recte ex Chalcedonensi concilio inscripserunt. C. Cur igitur Gratianus vel Palea, ex concilio Carthaginensi, in quo *Nicolaus Papa* &c. An in concilio Chalcedonensi Nicolaus Papa interfuit? A. Id concilium habitum est sub Leone Papa, & Marciano Imperatore. d *Dist.* 86. *c. ult.* e *Burch. lib.* 2. *c.* 145. f *Ivo part.* 6. *c.* 218. *decret.* g *Anselm. lib.* 6. *c.* 181. *in Rom.*
Nicolaus scripsit ad Michaelem Imperatorem de Ignatii, & Photii schismate aliquot postea sæculis. Nicolao successit Hadrianus Secundus, sub quo synodus octava generalis habita est contra Photium. Chalcedonensis hæc quarta dicta est. C. Mendum igitur est in concilii & Papæ nomine. Quid si Leonem pro Nicolao, & Chalcedonensem pro

(x) *In Gregoriana editione* 23. *q.* 4. *c.* 30. *hanc habet inscriptionem*: Item obicitur illud Silverii Papæ ad Amatorem Episcopum. *Et postea*: Guilisarius patritius noster mandavit. *Et in notis*: In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Silverio [antea enim tribuebatur Silvestro] legitur BELLISARIUS. Sed quia est initium capitis, non est mutatum. *In margine est*: Polyc. l. 1. tit. 7. Anselm. lib. 12. c. 8. & 9. In *eodem capite editum est*: in palatium Pincis: *& postea*: ante prædictam patritiam: *& in notis additur*: Sic mutatum est ex ipsa epistule, & vita Silverii, ubi hæc patritia vocatur ANTONINA. Antea legebatur, PRÆOICTUM PATRITIUM.

tus, vide in *Histor. mea jur. Eccles. n.* 301. 302. *&* 309. M. (5).

[5] Legis vim non solum Gratiani Decreto (quod merito fieret, cum & ipsi Catholici hoc idem fateantur) inesse denegat Mastrichtius Num. 301. 302. & 309. Sed quod magis est Num. 311. & 312. Potestatem legislativam tam Conciliis Œcumenicis, quam Romano Pontifici conatur abducere, solam *declarativam auctoritatem* proponendi quid cum Scriptura conveniat eisdem permittens, & eam sub conditione ut *prima quæstio in obligatione Conciliorum esse debeat*, utrum sit *conforme Sacræ Scripturæ, & tunc obligat non ex auctoritate Concilii, sed Divina.* Quam longe tamen errata hæc Protestantium opinio a Divinæ Scripturæ oraculis aberret, demonstrat in primis, quod Actorum 20. ℣. 28. scriptum est = Attendite vobis, & universo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei = Cui autem regendi populum est commissa auctoritas, etiam ferendi leges concedenda est; Hanc sibi inesse potestatem statuendi præcepta cognovit Apostolus Paulus I. Tessalonic. 4. ℣. 2. = Scitis quæ præcepta dederim vobis = Et ad Hæbreos 13. versu 17. subjungit = Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri = His aliisque Scripturæ oraculis veram legislativam potestatem Ecclesiæ Præpositis inesse, & præsertim Romano Pontifici, omnes semper Catholici confessi sunt, inter quos unum audiamus Gersonium, qui legibus humanis quamvis non multum deferret, attamen libro de vita spirituali Lectione 3. expresse fatetur Romanum Pontificem dominium superioritatis a Christo supra totam Ecclesiam cum plenitudine potestatis accepisse in eis, quæ spiritale regimen Ecclesiæ proprie dictum respiciunt; & hæc potestas (sunt Gersonii verba) cognoscitur ex Evangeliis, & Actibus Apostolorum, & ex eis, quæ per successivam relationem eorum ad nos tanta certitudine sunt devoluta, ut merito temerarius, & scandalosus, imo Schismaticus iudicetur, qui potestatem hanc, vel abolere, vel diminuere præsumpserit = Hæc Gersonii verba plusquam satis protestantium Novitates jugulant. W.

Carthaginensi substituamus? A. Cave feceris. Neque enim Leo in eo concilio interfuit. Præstat auferre quæcunque Palea interposuit. Ea autem sunt illa: *Pervenit in sanctam &c.* usque ad illa: *Credo placere &c.* quæ sunt ex Carthaginensi *a.* *primo cap. VI.* & pro illis: *Nicolaus Papa Episcopis Castilianis:* scribendum fuit; *Nicasius Episcopus Culusitanus.* C. Apparent vestigia emendationis in margine librorum Democharis, & Contii: & bis posita inscriptio ante caput utrumque indicat, inscriptionem prioris capitis non esse ad Paleæ verba referendam. A. Confirmantur hæc tum ex conciliis, tum ex *b* Burchardo, & *c* Ivone; quorum alter scribit: *Nicasius Evastitanus Episcopus dixit: Credo &c.* alter *Evaristanus* pro *Evastitanus*, cetera totidem verbis [x]. B. Ex hac emendatione poterit C. noster a sua sententia discedere: cum videat tot vulneribus facile fuisse medicinam adhibitam. C. Ego vero manus libenter do: cum hoc exemplo cognoverim, multum interesse scire, unde singula capita sumantur, quæ verba Gratiani, quæ Paleæ sint, & quæ aliorum. A. Id ipsum assequi non poteris, nisi meoda tollas inscriptionum, & nisi cum conciliis, & veteribus collectionibus Gratiani contuleris lucubrationes. Sed cetera persequamur. *Joannis Chrysostomi* nomine sæpe librarii sunt abusi pro *Joanne Octavo* in *caussa XXVII.* his verbis: *Item Joannes Chrysostomus Rostanno Archiepiscopo d. Atho præsentium lator &c.*

a 21. q. 3. c. 1. & 2.

b Burch. lib. 2. c. 150.

c Ivo part. 6. c. 223. accr.

d 27. q. 2. c. 46. Atho.

Hanc emendationem *e* Ivonis collatione didicimus (δ). Pro *Chromatio* sæpe litterarum similitudine ducti *Chrysostomum* scripserunt, ut *caussa XXII. Hinc etiam Joannes Chrysostomus ait. Juramenti hujusmodi* &c. *f* scribe: *Chromatius cap. IV. in fine in Matthæum.* Et de pœnitent. *distinct. I. Idem Joannes os aureum. Non potest quis gratiam &c.* *g* scribe: *Chromat. cap. IV. in Matthæum.* Hæc etiam verba invenies mendosa, de consecrat. *dist. IV. cap. IV.* Sic etiam *cap. X. ejusd. distinct.* ibidem mutandum est *h* (γ). Hæc ex libris Mich. Thomasii Ilerdensis Episcopi accepi, qui unus ex selectis Romæ viris, atque ut audio, magna pars ejus belli fuit, idque ex litteris ejusdem accepi. B. Non sine Theleo Petro Ciacone, sive Ciaconio, cujus sudoribus, atque eruditione magnos progressus fecit. A. *i* *Syricius in Cyricum* mutatus est distinctione XX. io illis verbis *Quarti Leonis de corpore canonum: Et cum illis regulæ præsulum Romanorum Silvestri, Cyrici, Innocentii.* Si quis librum ipsum legat, quem Corpus canonum dicimus, videbit, eosdem Pontifices a Syricio ad Gregorium Juniorem epistulas quasdam, & canones conscripsisse. Eodem capite, dum concilia enumerantur, post vocem Gangrensium, hæc desiderantur; *Antiochensium, Laodicensium, Constantinopolitanorum, Chalcedonensium.* Hæc melius apud Ivonem *k*, & Anselmum *l*, & in libro, quem Deusdedit ▲ Cardinalis scripsit *m*, & io libro Cæsaraugustano…

e Ivo p. 14. c. 64. decr.

f 22. q. 5. c. 12. Juramenti.

g De pœnit. d. 1. c. 41. non potest & de consecr. d. 4. c. 4.

h De consecr. d. 4. c. 10. Nunquam aqua.

i Dist. 20. c. 1.

k Ivo lib. 2. tit. 11. c. 31. canonum. & p. 4. c. 72. decr.

l Ans. lib. 3. c. 115.

m Deusded. c. 2.

(x) *Capitis primi inscriptio 21. q. 3. in Romana editione hæc est:* Auctoritate Carthaginensis concilii primi probatur, in quo Nicasius Episcopus Culusitanus dixisse legitur c. *6.* Palea. PERVENIT IN SANCTAM &c. *In notis hæc sunt:* Emendata est hæc inscriptio ex ipso concilio, & vetustis Gratiani codicibus, cum antea mendose legeretur: NICOLAUS PAPA EPISCOPIS CASTILIANIS. *Pertinet autem hic titulus ad c.* Credo. *proxime post paleam interiectam sequens. In margine est:* In conc. Chalc. c. 3. sup. dist. 86. PERVENIT Burch. l. 2. c. 145. Ivo p. *6.* c. 228. *In extremo capite hæc adduntur:* Hic idem canon tertius concilii Chalcedonensis affertur sup. dist. 86. c. fin. ex alia versione. Abest autem hæc Palea a collatis exemplaribus exceptis duobus. *In margine capitis* 2. Credo placere. *hæc sunt* sup. dist. 54. Magnus. Burch. l. 2. c. 150. *Caput ult. dist. 86. ita inscribitur:* Unde in Chalcedon. concilio c. 3. legitur PERVENIT AD SANCTAM &c. *In marg. est:* Burch. l. 2. cap. 145. Ivo p. *6.* c. 218. *vel* 223.

(δ) *In eadem Romana editione 27. q. 2. c. 47. est, quod ego 46. appello. Ejus capitis inscriptio hæc est:* Item Joannes Octavus Rostanno Archiepiscopo. Atho præsentium lator, *&c. In notis est:* Octavus] sic est restitutum ex plerisque vetustis, & Ivone. In vulgatis erat Chrysostomus. *In marg. hæc sunt:* Ivo p. 14. c. 64.

(γ) *Capitis duodecimi 22. q. 5. inscriptio in Gregoriano libro est.* Hinc etiam Chromatius in c. 5. Matthæi. Juramenti hæc cautela *&c. In notis hæc sunt:* Chromatius] antea citabatur Chrysostomus: cui errori occasionem dederat similitudo primarum litterarum. *Proximo capite pro* Idem *est in marg.* alias item. *De pœnit. dist. 1. cap.* 41. Non potest, *ita inscriptum est. IDEM. Significatur autem Joannes os aureum, cujus est caput* 40. Perfecta. *In margine est:* infra de consecr. dist. 4. Non potest. *At de consecratione dist. 4. cap. 4. hanc habet inscriptionem.* Item Joannes Chrysostomus. Non potest quis *&c. In margine hæc sunt:* forte Chromatius & Sent. 4. dist. 12. sup. de pœnit. dist. 1. Non potest. *Caput vero decimum ejusd. distinct. quartæ, hanc inscriptionem habet:* Item Chromatius in Matthæum c. *6.* Nunquam aquæ *&c. Et in notis hæc sunt:* Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii: *Et in marg. est:* Sent. 4. dist. 3.

▲ De hac dixi in *Hist. jur. Eccles. num.* 273. M.

augustano *a* inveninutur (x). Ex epistula B. Augustini CLXIV. ad Emeritum duo capita apud Gratianum leguntur, alterum *caussa prima*, *b* cujus initium est, *Sacramenta*: alterum *caussa XXIII.* *c* cujus principium est: *Nostri adversus.* Ad *Demetrium*, pro *Ad Emeritum* utrobique scriptum est, atque ita scriptum, ut nescias libri titulus sit, an epistulæ. Videndus Deusded. cap. 11. (δ). Non minus erratum est in illis verbis, quæ refert Gratianus *dist. XVI.* *d* Quinta in Costantinopoli contra *Theodorum Mesochænum* *e*, *& omnes hæreticos &c. temporibus Justiniani Principis*, *Julii Papæ Romani*, *domini Antiocheni*, *Eutychii Const.* *Vigilii* pro *Julii* scribendum recte notavit Demochares tam hoc *cap. X.* Isidori, quam *IX.* Bedæ. Neque enim Julius Papa fuit temporibus Justiniani Imp. Sed & *Domni* pro *domini* scribendum fuit *f*, & *Mopsuestenum* pro *Mesochænum* ex conciliis. Mopsuestenum adgnovit Contius (γ). *Item Theodorus Mosophenus* appellatur *caussa XXIV. quæstione secunda extrema* his verbis etiam apud eundem Contium *g*: *Item Rabanus sanctæ memoriæ Episcopus factus Edissenæ civitatis, qui in sacerdotibus resplenduit, Theodorum Mosophenum post mortem in Ecclesia anathematizavit.* Pro *Rabanus* scribe *Rambulas*, & pro Mosophenum *Mopsuestenum* (δ). B. Hicne est Theodorus, quem laudat Isidorus in viris illustribus, & ait, ab Acephalis fuisse damnatum? A. Negare non possum eundem esse. Sed existimo Isidorum tunc non legisse acta quintæ synodi generalis. Sic etiam apud Ivonem *parte quarta cap. XXCI. decret.* de Sozomeni historia dicitur: Eam sedes Apostolica suscipere recusat, quando multa mentitur, & Theodorum inconsuete nimium laudat. Pro *inconsuete*, scribo *Mopsuestiæ*. B. Vehementer placet. A. Male autem factum est, cum pro concilio *Emeritensi*, concilium apud *Emerech* *h* scripserunt, *caussa X.* quæstione tertia. Ejus concilii mentionem facit Innocentius Tertius *lib. II. epist. CXXI. registri*, & ex eo in decretis ait caput esse, cujus initium *Priscis.* Est autem *caput XVI.* ejusdem concilii, quod non editum vidi. Et ex eo negatio auferenda est ab editis Gratiani libris: *Cui sua plenissime sufficere non possunt.* Etenim legendum est, *sufficere possunt.* B. Vox *plenissime* aperte ostendit negationem non fuisse scribendam (ε). A. Sic alibi

a *Cæsar. lib. 2. c. 11.*
b 1. *q.* 1. *c.* 34.
c 23. *q.* 3. *c.* 3.
d *Dist.* 16. *c.* 10. prima autem, *p.* quinta.
e 10. prima autem. *p.* quinta.
f *Vid.* I*vo p.* 4. *c.* 148. *decr.*
g 24. *q.* 2. *c. ult.* §. Item Rabanus.
h 10. *q.* 3. *c.* 2. Priscis.

(x) *Capitis primi distinct.* 20. *in Romana editione verba sunt*: Quibus autem in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinopolitanorum, Ephesiorum, Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium; & cum illis regulæ Præsulum Romanorum Silvestri, Syricii, Innocentii &c. *In margine est*: Apud Anselmum, & Polycarpum desunt omnia Pontificum nomina. *In notis hæc sunt*: Indicat canones, & regulas, ex quibus constat Corpus, vel Codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in judiciciis utebantur &c. *In admonitione ad lectorem hæc de Codice canonum dicuntur*: In Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum magistra solitos esse asservari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac cæteris Ecclesiis communicari, plane compertum est. Atque in usu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. Si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensentur a Leone IV. cap. De libellis. dist. 20. Hujus Codicis tria manu scripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ Anno Salutis. MDXXV. &c.

(β) *Inscriptio capitis* 34. Sacramenta. 1. *q.* 1. *in eodem libro Romano hæc est*: Idem [Augustin.] ad Emeritum epist. 164. *Et in margine*: Algerus l. 3. c. 9. Polyc. l. 7 tit. 10. *Similis inscriptio est. cap.* 3. Nostri. 23. *q.* 3. *in cujus margine hæc sunt*: Ivo p. 10. c. 80. Pann. l. 8. c. 26. *& in notis dicitur additam esse negationem en originali, & Ivone, & alia esse emendata.*

(γ) *Caput* 10. *dist.* 16. *cujus initium* Prima autem: *part. quinta, in editione Gregoriana sic habet*: Quinta in Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos &c. temporibus Justiniani Principis, Vigilii Papæ Romani, Domnini Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani. *Et in margine est*: alias *Domni* pro *Domnini.* *Capite nono extremo, cujus initium* Sexta synodus, *hæc verba sunt*: Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ sub Justiniano Principe, contra Theodorum, & omnes hæreticos. *Et in margine*: Pann. l. 2. c. 11.

(δ) *Capite ult.* 24. *q.* 2. §. Rambulas. *hæc verba sunt in Romana editione*: Rambulas sanctæ memoriæ Episcopus factus Edessenæ civitatis, qui in sacerdotibus explenduit, [*al.* RESPLENDUIT] Theodorum ipsum Mopsuestenum etiam post mortem in Ecclesia anathematizavit.

(ε) *Inscriptio capitis secundi* Priscis. 10. *q.* 3. *in eo libro hæc est*: Item ex concilio Emeritensi c. 16. *In notis hæc sunt*: Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manu scriptis corrupte citabatur ex concilio Merech. Est autem in Emeritensi c. 16. cujus concilii duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt. Hujus concilii, & capitis meminit Innocentius tertius in Epistolis Romæ impressis lib. 2. epistola Petro Compostellano scripta his verbis: „ Emeritense vero concilium au-

„ then-

bi pro *Epaunenſi* concilio, *Hipponenſe* ſcriptum eſt. Hæc enim eſt *capitis XXX.* de conſecratione inſcriptio *a*: *Item ex concilio Hipponenſi cap. IV. Altaria ſi non fuerint lapidea* &c. Scribendum, *Epaunenſi cap. XXVI. & XXVII.* Melius iam Burchardus *b*, quam Ivo *c* id caput referunt (*x*). Quis etiam ferat, quod *cauſſa* XV. dicitur? *d Item ex concilio apud Epheſum habito præſente Henrico Rege? Placita ſecularia* &c. Quis Rex interfuit Epheſi in ſynodo, quæ habita eſt ſub Theodoſio Minore, ſi de generali loquimur? Si de alia, quid Henrico cum Epheſo? Apud Burchardum *e* pro voce *Epheſum* eſt *Erpheſfurt*, quæ vox Germanica eſt: apud Ivonem *f Erſphord*, non ſine mendo A. B. Memini videre Romæ notas tuas ad Hadrianum, ſive Engelramum, in quibus de hac emendatione dicebatur. Eamque aliis Burchardi *g*, & Ivonis *h* locis confirmabas. A. Inveni poſtea in quibuſdam chronicorum libris Galliæ, & Germaniæ, *i* ejus loci, & concilii mentionem; item loci tantum, in epiſtulis Zachariæ, & Bonifacii Martyris [ð]. Sed anchoras tollamus.

a *De conſecr. d.* 1. c. 30. Altaria.
b *Burch. libro* 3. c. 25.
c *Ivo lib.* 2. *tit.* 4. c. 5. *Panor.* & *p.* 3. c. 30. *decr.*
d 15. q. 4. c. 2.
e *Burch. libro* 13. c. 21.
f *Ivo p.* 4. c. 53. *dec.*
g *Burch. lib.* 11. c. 77. & *lib.* 13. c. 27. & 28.
h *Ivo d. p.* 4. c. 59. & 60. & *p.* 14. c. 125. *decr.*
i *Regin. in add. an.* 936. Lamber. *an.* 935.

DIALOGUS QUARTUS.

De eadem re.

C. INcidi, Gratiani librum hodie legens, in quædam verba *capitis primi*, *k* & *ſecundi diſtinctionis LXIII.* de quibus ſcire velim, quid ſentias. A. Quid illud eſt? C. Dixiſti nuper *l*, Nicolaum, & Hadrianum Minorem contra Photium pro Ignatio ſcripſiſſe, & ſub Hadriano octavam ſynodum habitam fuiſſe. A. Dixi fateor, idque verum eſſe exiſtimo. C. At non *Photius*, ſed *Fotinus* bis dicitur dicto capite ſecundo, quod inſcribitur, ex octava ſynodo, & ejus initium eſt: *Hadrianus Papa ſecundus, quod Nicolaus prædeceſſor ejus diſpoſuerat, miſſos ſuos &c.* A. Utere vellima, vel ſpongia mea, quas Græcis verbis Iſocrateis adornatus nuper vidiſti ΦΙΛΟΜΑΘΗΣ ΠΟΛΥΜΑΘΗΣ: & pro *Fotino*, ſcribe *Photium*. C. Hic ille eſt B, cujus Bibliotheca laudatur, & XIV. tituli Nomocanonis cum Theodori Balſamonis commentariis extant Latini nuper facti? A. Hic ipſe eſt. Sed quid de primo capite quæris? C. Idemne Hadrianus eſt primi capitis ſcriptor; an primi primus, ſecundi ſecundus? A. Utrumque caput ex octava ſynodo eſt ſub Hadriano Minore *cap. XXII.* Referunt Ivo *m*, & Anſel-

k *Diſt.* 63. c. 1. & 2.
l *Dial.* 3. *ante add.* 2.
m *Ivo lib.* 3. *tit.* 2. c. 1. *Panor.* & *p.* 5. c. 122. *decr.*

„ thenticum eſſe multis rationibus aſtruebas, „ tum quia cum aliis conciliis continetur in „ libro, qui Corpus canonum appellatur, quem „ Alexander Papa per interlocutorem authen- „ ticum comprobavit: tum quia de ipſo „ concilio ſumptum eſt caput [Priſcis qui- „ dem canonibus] quod continetur in corpo- „ re decretorum“. *Et mox* Sufficere poſſunt. Sublata eſt negatio, quæ erat in vulgaris, quoniam & ab utroque exemplari concilii, & a vetuſtis Gratiani codicibus abeſt: & hoc modo magis convenit cum ratione legis.

(*x*) *Capitis* 31. Altaria. *de conſecr. diſt.* 1. *inſcriptio eſt in edit. Gregor.* Item ex Concilio Epaunenſi c. 26. & 27. *Et in notis eſt*: Ivo citat, ut vulgata Gratiani exemplaria, ex concilio Hypponenſi. Sed ex Burchardo, & vetuſtis Gratiani codicibus reſtitutum eſt Epaunenſi, ex cujus 26. & 27. capitibus confectum eſt. *Et in margine hæc ſunt*: Burch. l. 3. c. 25. Ivo par. 3. c. 30. Pann. lib. 2. c. 32. *Eſt autem in hac diſtinctione varietas numerorum capitum a noſtris dialogis: quæ oritur ex diviſione primi capitis. Nobis enim non duo capita ſunt initium diſtinctionis* Conſecrationem, *& illa verba* Tabernaculum enim &c. *Quod non fugit ſelectos viros, qui veniam petunt ob citationes doctorum.*

(ð) *Inſcriptio capitis ſecundi* 15. *q.* 4. *in eodem libro hæc eſt*: Item ex concilio apud Erpheſfurt habito præſente Rege Henrico. *Et in notis*: In vulgatis legebatur Epheſum, quaſi hoc eſſet decretum aliquod concilii Epheſini habiti tempore Cæleſtini Papæ, & Theodoſii junioris. Hoc vero eſt Germanicum concilium habitum præſente Henrico Rege, prout etiam apud Burchardum, & Ivonem dicitur. Et codices Gratiani manu ſcripti habent, quemadmodum eſt reſtitutum. In hoc autem oppido petiit Bonifacius a Zacharia Papa conſtitui Epiſcopum, & impetravit. Quod apparet ex prima epiſtola Bonifacii ad Zachariam, & ultima Zachariæ ad Bonifacium. *Et in margine hæc ſunt*: Burch. l. 13. c. 21. Ivo p. 4. c. 53.

A Imo ſine Mendo. Utrumque enim legitur. Bonifacius Epiſcop. Moguntinus *in Epiſtola ad Zachariam Pontificem Rom. Unam*, inquit, *eſſe ſedem Epiſcopatus decrevimus in caſtello, quod dicitur Wirtzburg, & alteram in oppido, quod nominatur Buraburg*, (Bertius conjicit legendum eſſe *Nurnberg*) *tertiam in loco, qui dicitur* Erphesfurt, qui fuit olim paganorum. *Erfesfordia*, *Erphurdia*, *Erſphord*, *Erfford*, paſſim in ſequioris ævi ſcriptoribus nominatur. Vide ſoles, quæ habet de ea Petr. Bertius *lib.* 3. *Rerum Germanicarum mihi pag.* 527. quæ huc transferrem, niſi notas ſcriberem. Adde etiam Dreſſerum *in part. quinta Iſagoges Hiſtor. pag.* 224. Concilium autem illud Erphordienſe habetur in collectione regia Conciliorum tom. 25. in quo continentur Concilia ab anno 1075. ad 1116. M.

B Vide de eo late *Hiſt. meam par. Eccleſ. num.* 238. *& ſeqq.* M.

a *Anf. lib.* 6. c. 22. b *Deusd.* c. 1. c *Cæfar.* lib. 3. c. 63. d *Tarrac.* lib. 1. c. 47.

felmus *a*, & Deusdedit *b*, & liber Cæfaraug. *c* & tuus. B. Tarraconenfis *d* A. C. Cur igitur utrumque non conjungitur, & omnia, ut in ipfa fynodo octava funt, leguntur? B. Si Gratianus ex fontibus fuis aquas derivaffet; id fecifſet. Sed ex his, & aliis permultis conftat, neque concilia vidiffe, neque regiftra Pontificum B, neque alia fanctorum Patrum fcripta: fed eum, quæ in variis collectionibus reperta ab eo funt, ea in medium protuliffe. A. Non nego, hæc ita fe habere: fed non facile invenire poteris omnia, quæ retulit Gratianus. B. Quis ille eft Epifcopus *Neophefinus* Roma miffus? nomen Ecclefiæ audivi numquam. A. *Nepefinus* c fcribendum eft. B. Hoc maxime placet, ab urbe Nepete, ut opinor. A. Maxime (α). Sed de aliis videamus: *Gallia* pro *Galicia* fcripta eft caufa X. extrema Gratiani *e*, in illis verbis Toletani concilii. *Querimonias etiam parœcialium presbyterorum Galliæ provinciæ folertiffime difcernere.* Ejus capitis verba funt in Toletano concilio feptimo cap. quarto, non quarto concilio, quod Demochares etiam animadvertit, fed cetera non mutavit. Scribe igitur *Galiciæ* pro *Galliæ*; & *parochianorum* pro *parœcialium* [β]. *Gennadium* pro *Germano*, & *Thaumaturgum* pro *Trimegifto* fcribere oportet *dift.* XVI. *cap.* VII. *f*. Sunt enim verba fextæ fynodi repetitæ in Trullo *cap.* II. Quis autem umquam Gregorium Trimegiftum dici audivit? Καὶ Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Καισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ, fcriptum eft in Græco canone. Et poftea, καὶ Γενναδίου πατριάρχου &c. Minus mendofi funt *Ivo g*, & *Cæfaraug. liber h* in *Thaumaturgo*, at *Germanum* retinent. Contius recte *Gennadium* in margine fcripfit, & *Thaumaturgum* [γ]. Infcriptio *capitis ultimi diftinct.* XCV. *i* ita fcripta eft: *Item ex concilio Genuenfi cap.* IV. *Palea.* Nufquam id concilium invenies. Scribendum cenfeo, *Ex concilio Neocæfarien. cap* XIII. Videndus *Martinus Bracaren. cap.* LVI. *Burchardus k*, *Ivo l*, & *Anfelmus m*, & *liber Cæfarauguftanus n* (δ). Hæc certa funt. Illa verifimilia ex Ivone *o*. *Cauffa* XXIV. *capitis quarti principium eft p*. *Audivimus, quod hæreticus Ravennas dictus Archiepifco-*

e 10. q. 3. c. 8. Inter ceteras.

f *Dift.* 16. c. 7. Quoniam. g *Ivo lib.* c. tit. 12. c. 29. *panorm.* & p. 4. c. 174. *decr.* h *Cæf. lib.* 2. c. 2. i *Dift.* 95. c. ult. k *Burch.* lib. 5. c. 44. & 45. l *Ivo p.* 2. c. 53. & 54. *decr.* m *Anfelm.* lib. 7. c. 188. n *Cæfar.* lib. 8. c. 18. o *Ivo lib.* 5. tit. 5. c. 10. *panorm.* & p. 14. c. 57. *decr.* p 24. q. 1. c. 4.

(α) *Diftinctione* 63. *in Romana editione caput primum ita infcriptum eft*: Unde Hadr. PP. in 8. Syn. Conftantinopoli fub ipfo celebrata. *Et alterum caput hanc habet infcriptionem*: Item ex octava fynodo actione prima Hadrianus Papa fecundus, (quod Nicolaus prædeceffor ejus difpofuerat) miffos fuos, Donatum fcilicet Hoftienfem Epifcopum, & Stephanum Nepefinum Epifcopum &c. *Et poftea*: fchifma de Ignatii depofitione, & Photii ordinatione fedaverunt, Photium anathematizantes &c. *In hoc extremo capite hæc adduntur*: Si hic addatur verf. QUISQUIS. ex capite antecedente; erit integer 22. canon. 8. fynodi. In vulgatis fequebatur vox CLERUS, quæ in vetuftioribus eft gloffa interlinearis. *In extremo capite primo hæc etiam funt in notis*: Hic citantur partes quædam 22. canonis 8. fynodi fub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anaftafio bibliothecario Latinitate donatæ. *Et in marg. ejufd. c.* 1. Anfelm. lib. 6. cap. 23. & 27. Ivo p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deufdedit p. 1. *Et in verf.* Quifquis. *infra c. prox.* Polyc. l. 2. tit. 1. *Et in marg.* c. 2. Anfelm. l. 6. cap. 23. Ivo p. 5. c. 122. Pann. & Deufdedit ubi fupra. Et verf. CONSECRATIONES, Polyc. l. 2. tit. 1.

(β) *Capitis octavi* Inter cetera, 10. q. 3. *In eadem editione infcriptio eft*: Item ex concilio Toletano feptimo cap. 4. *In eodem capite hæc verba funt*: querimonias etiam parochialium presbyterorum Galliæ. *Et in marg.* al. parochianorum. *In notis additur*: In conciliis impreffis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur GALLICIÆ: In aliis autem, & emendatioribus, atque in codice concilior. Lucenfi regio habetur, GALLICANÆ PROVINCIÆ. Nam eo tempore Archiepifcopus Narbonenfis, & ejus provinciæ Epifcopi ad fynodos Toletanas conveniebant; quod ex fubfcriptionibus Toletani tertii apparet, &c. *Ego vero* Galliciæ *retineo. Sequitur enim mentio fynodi Bracarenfis.*

(γ) *Diftinctione* 16. *cap.* 7. Quoniam. *in Romano libro hæc verba funt*: Gregorii Thaumaturgi Neocæfarienfis Epifc. &c. Gennadii Conftantinopolitani Epifcopi &c. *Et in marg.* al. Germani.

(δ) *Infcriptio capitis ultimi diftinct.* 95. *in eodem libro eft*: Item ex concilio Neocæfarienfi c. 13. Palea. *Et in notis eft*: Antea citabatur ex Genuenfi. Reftituta eft infcriptio ex ceteris collectoribus. Eft autem hæc fere Dionyfii verfio. *Et in marg. hæc funt*: Anfelm. lib. 7. c. 188. Burch. lib. 5. c. 44. Ivo p. 2. c. 53.

A Et hunc quoque librum fæpe laudat auctor iftorum dialogorum. Dono ad eum pervenerat ex celebri monafterio Populeti, vulgo *Poblete*, ordinis Cifterciensis, haud procul Tarracone, ubi etiamnum extat optima bibliotheca veterum librorum manufcriptorum. Quoniam autem is liber auctoris nomine carebat, placuit illum Tarraconenfem appellari ex dicto eſt. Continet decreta Romanorum Pontificum ufque ad Gregorii feptimi tempora, non vero poftea; indicium non mediocre pro ea ætate confcriptum eum effe paulo ante Cæfarauguftanum, ut eodem fere tempore hæ duæ collectiones prodierint. Hæc rurfum ex Auguftino Jefuita. B.

Ibid. Hanc quoque ad incertos collectores referas peto, in *Hift. jur. Ecclef. num.* 409. & *feqq.* M.

B De his vid. *Hiftor. meam jur. Ecclef. num.* 396. M.

c In notitia Epifcopatuum, edita a Miræo, ponitur primus inter Epifcopos Thufciæ. M.

ſcopus &c. *Henricus* pro *hæreticus* ſcribendum [α]. In nomine *Hieremiæ* bis erraſſe librarios invenio. *De pœnitentia capite ſexageſimo ſeptimo a*, ubi in *Hieronymum* mutatus legitur. *Vide cap.* XVII. *Hieremiæ.* Et mox *cap.* LXVIII. *Alioquin & in reverentiam loquitur Deus.* Pro *in reverentiam*, ſcribe *in Hieremia b* [β]. Ex libro *Joann. Andreæ de vita, & laudib.* B. Hieronymi, Gratiani libri mendoſi circumferuntur in ejus nomine; quædam enim Auguſtino, quædam Gregorio tribuuntur. Exemplum ſumamus ex hoc loco in *c* Democharis, & Contii editione mendoſo relicto, XIV. *cauſſa, quæſtione prima* extrema. Idem *Gregorius in epiſt. ad Jovinianum. Quod præcipitur, imperatur &c.* eſt enim ſcribendum, *Hieronymus lib.* 1. *contra Jovinianum.* Error errorem ſequitur, ut idem *d* Jo. Andr. ait, eadem enim verba poſita ſunt, ut Gregorii, *lib. V. Decretal.* ſub titulo *de verb. ſignificat.* Eadem ſi placet, in collectione veteri ſecunda quæramus. C. Extſtat ſub eod. titulo caput unicum, tertio Cæleſtino inſcriptum, & in eo bis nomen *e Gregorii* reperi: Idem *ſecundum Gregorium, quod præcipitur*, &c. Et poſtea: *Quod juxta eundem Gregorium, non debet aliquis verba conſiderare* &c. A. Hæc poſtrema vere Gregorio adtribuuntur, ut apud Grat. invenies.

a de pœn. d. 1. c. 67. Si agamus & c. 68. Quamobrem §. Rurſus.
b Hier. 17. d.
c 14. q. 1. c. ult. in fine.
d c. 15. In his. de verb. ſignif.
e 22. q. 5. c. 11. Humanæ.

C. Quænam alia loca ſunt Gregorio, aut Auguſtino falſo adſcripta? A. Recte a Demochare conſcripta invenies; *ut cauſſa* VII. *cap. quadrageſimo primo f, In apibus* quod Gregorio inſcribebatur. Sic Auguſtino *cap.* VI. *diſtinct.* IX. *g & diſt. quinquageſima cap.* XIX. *h* (γ). In *Ilerda*, & *Ilerdenſi* concilio duplex error eſſe ſolet. Sæpe enim in *Hillerdam, & Hyllerdam*, atque *Hillerdenſe*, & *Hyllerdenſe* mutantur: ſemel recte Ilerdam editum eſt a Demochare, *cauſſa prima cap.* CXVII. in inſcriptione *i*. *Item univerſis Epiſcopis per Ilerdam provinciam conſtitutis. Quibuſdam narrantib.* &c. Pro voce *Ilerdam* in margine poſita eſt vox minus cognita *Helledam*: ſed mutanda eſt in *Helladem*, quæ Græciam ſignificat. Fons ejus capitis eſt, Demochare teſte, *Gregorius libro IV. epiſt. LVI. cap.* C. ſive poſtremo. C. Non video ex hoc fonte probari poſſe, ſcribendum eſſe Ilerdam, & Ilerdenſe concilium. A. Mihi ſatis eſt, Helladem probare. De Ilerdæ ſcriptura B. noſter tibi nummis veteribus & titulis monumentorum, & carminibus veterum Poëtarum ſatisfaciet [δ]. *Hylerdenſe* concilium pro *Triburienſi* refert Gratianus diſtinct. *quinquageſima quinta cap. X. k* & Burchardus *l*, & Ivo *m*. *Vide cap.* XXXIII. *Triburienſ. concilii* (ε). Pro *Juſtiniano Jovianus*

f 7. q. 1. c. 41. In apib.
g c. 6. Ut veterum. diſtinct. 9.
h c. 19. Cum exaudiero. diſt. 50.
i 1. q. 1. c. 117. Quibuſdam.
k Diſt. 55. c. 10. Si quis.
l Burc. lib. 2. c. 15.
m Ivo lib. 3. tit. 5. c. 1. panorm. & p. 6. c. 34. decr.

(α) *In eadem editione inſcriptio cap.* 4. Audivimus. 24. *q.* 1. *hæc eſt*: Unde Alexander ſecundus ſcribit Valeriano Epiſcopo Martyri. „ Audivimus, quod Henricus, Ravennas dictus Archiepiſcopus &c.“. *In margine eſt*: Ivo p. 14. c. 57. Pann. l. 3. c. 133.

(β) *De pœnitent. diſt.* 1. cap. 67. Si agamus. *in eadem Romana editione ita ſcriptum eſt*: Rurſum juxta eundem Hieremiam. *Et in marg.* Hierem. 17. *Et in notis*: Hieremiam. Sic eſt emendatum ex ipſis commentariis B. Hieronymi, & uno vetuſto exemplari Gratiani. Nam in cæteris eſt, quemadmodum in vulgatis. „ Juxta eundem Hieronymum promittit „ proſpera, ſi pœnitentiam egerimus. Quod „ ſi negligentia &c.“ *Capite* 68. Quamobrem. §. Alioquin. *hæc verba ſunt*: Alioquin & in reverentiam loquitur Deus &c. *Et in marg. eſt*: Hieremia: orig. vera lectio. Hier. 17. *Et in notis*: Quæ ſequuntur, ut etiam multa alia, emendata, & locupletata ſunt ex originali, præter verbum reverentiam, quod eſſe debet Hieremia; idque ob gloſſam.

(γ) *Extremum caput quæſtionis primæ cauſſæ* 14. *them. ult. ita in Romano inſcribitur.* Item Hieronymus libro primo contra Jovinianum. Quod præcipitur &c. *In marg. eſt*: In vulgatis erat: Gregor. in epiſt. ad Jovianum. *Et in ſcholiis*: Quod præcipitur. Hic Gregor. innuit differentiam &c. *Inſcriptio cap.* 15. *de verb. ſignif. eſt.* Cæleſtinus tertius. In his, quæ &c. *Et poſtea*: Item ſecundum Gregorium, quod præcipitur, &c. *In marg. eſt*: Cap. unico eod. tit. in 2. compilatione. *In caſu ead. verba ſunt. Et in ſcholiis*: Quod præcipitur. 14. q. 2. quod præcipitur. Bern. (*mendoſe*) *Inſcriptio cap.* 41. *cauſ.* 7. *quæſt.* 1. *hæc eſt*: Item Hieronymus ad Ruſticum monachum epiſt. 4. In apibus &c. *In marg. eſt*: Ivo p. 5. c. 356. *Caput* 6. *diſtinct.* 9. *uno verbo* Idem *inſcribitur*: *caput vero quintum* Idem (Aug.) ad Hieron. epiſt. 19. *In notis eſt*: Verba hujus capitis ſunt B. Hieronymi ad Lucinium Beticum epiſt. 28. ſed mutata non eſt inſcriptio ob gloſſam. in verſ. Græci Hieron. in ſecundo prologo bibliæ &c. Sed Aug. ad primitivam Eccleſiam reſpicit &c. Magis credendum eſt Hieron. quam Aug. &c. *Deſidero cenſuram hor. verbor. Capus* 19. *diſt.* 2. *ita inſcriptum eſt*: Item Hieronymus ad cap. 3. Michex. Cum exaudiero &c. *In caſu eſt*: Probat Aug. in hoc c. &c.

(δ) *Quod in eadem editione eſt,* 1. *q.* 1. *c.* 117. Quibuſdam. *hanc habet inſcriptionem*: Item univerſis Epiſcopis per Elladem provinciam conſtitutis, eod. lib. 4. epiſt. 56. ſeu cap. 100. *Et in marg. hæc ſunt*: Et eod. l. epiſt. 51. & 55. & l. 5. epiſt. 7. Et Burch. l. 1. c. 21. Ivo p. 5. c. 108.

(ε) *Capitis* 10. Si quis in infirmitate. *diſtinct.* 55. *in eodem libro inſcriptio eſt.* Item ex concilio Ilerdenſi. *Et in margine*: Concordat Triburienſe, cap. 33. Et Burch. l. 2. cap. 15. Ivo p. 6. cap. 34. Pannorm. l. 3. c. 42.

nus ſcribatur oportet *cap. VI. de pœnitentia a*. Ejus enim refertur conſtitutio, cujus initium eſt: *Si quis non dicam rapere &c. b*. Quæ cum in Codice Theodoſii legatur *c*, certum eſt, Juſtiniani non eſſe. Sunt etiam alia hujus rei teſtimonia *d*. Eadem conſtit. relata eſt *cauſſa XXXVI. e* cum eodem errore (*x*). Nunc tibi C. poculo Circeo, aut virga opus eſt, ut *Vincentium* in *Juvencum* mutes. C. Prius mihi cauſſa a te dicenda eſt, cur hic gentilis meus alienam perſonam induerit. A. *Diſtinct. XV. f* in veteri librorum cenſura Gelaſiana poſt Sedulii laudes legimus: *Item Vincentii nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed imitamur.* Juvenci ſcribendum eſt ex conciliis. B. Id quidem probo: ſed in verbo, *imitamur*, mendum eſt. An Gelaſius carminibus cum ſynodo eſt uſus? A. Recte admones. *Miramur*, ſcribendum eſt. Bene utrumque Burchardus *g*, male Ivo in panormia, recte idem in decretis *h*, & liber Cæſaraugust. *i* &, ut ſuſpicor, Epiſcopus Segobienſis [β]. Quod dicam, non ita certum eſt. Idem Juvenci nomen mutatum invenio *cauſſa prima quæſtione III.* in inſcriptione cujuſdam capitis Urbani Secundi, quæ ſic edita eſt: *Item Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ ſancti Vincentii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem k. Salvator prædicit* &c. Exemplum hujus epiſtulæ inveni, in quo erat L. poſt vocem *filio*, quod Laurentium fortaſſe ſignificat; & pro ſancti *Vincentii*, erat, ſancti *Juvenci Ticinenſis*. Ejuſdem epiſtulæ partem inveni apud Anſelmum *libro tertio extremo, in libro Romano.* Poterit B. noſter ex Italia nos certiores facere, num ſit aliquis ſanctus Juvencus, vel Juventius Ticinenſis, cujus hæc ſint. Interea hæc in variis lectionibus conſcribantor. Miror autem, cur poſt hanc inſcriptionem edi Demochares paſſus ſit hæc verba: *Quare in Evangelio prohibetur inveſtitura Eccleſiæ a laicis fieri?* B. Hocne, obſecro te, editum eſt? A. Inſpice. Quid tibi videtur? B. Nunquam hoc Demochares edidit: deleri oportet duas illas voces, *in Evangelio.* A. Immo tota clauſula. In eodem capite hæc leguntur: *Sed beatus anteceſſor noſter Paſchaſius libro de conſecratione affirmavit &c.* Errare aliquos ſcio in hoc nomine *Paſchalis*, & pro eo *Paſchaſium* ſubſtituunt. Liber de conſecratione Paſchalis Papæ nullus extat. Sed vox *libro* auferenda eſt. Sic enim in exemplo hujus epiſtulæ eſt. *Sed beatus anteceſſor noſter Paſchalis de conſecratione affirmavit, quod quiſquis eorum alterum vendiderit &c.* Hæc Paſchalis Primi ſententia poſita eſt a Gratiano *cap. VII. ejuſdem quæſtionis ex epiſt. ad Mediolanenſes l*, ut ex veteribus libris cognovi. Quod caput etiam referunt Ivo *m*, & Anſelmus *n*, & Deusdedit *o*, & liber Cæſaraugust. *p* (γ). In alia inſcriptione poſita *cap. quinquageſimo ſexto de conſecratione* ſcriptum eſt: *Item Macarius Papa. Nullus Epiſcopus &c. q* Quis unquam audivit, *Macarium* Papam fuiſſe? Pro *Macario Zacharias* ſcribendus eſt, qui in ſynodo Romana non edita *cap. XIII. & XIV.* refert Deuſdedit in ſua collectione.

a *De pœnit. d. 1. c. 6.* Si quis.
b *C. de Epiſc. & cler. l. 5.*
c *Cod. Theod. lib. 9. tit. 25. conſt. 2.*
d *Vide hiſt. Tripar. lib. 7. c. 4.*
e *36. q. 2. c. 3.*
f *Diſt. 15. c. 3.* Sancta. §. Item venerabilis.
g *Burchard. lib. 3. c. 220.*
h *Ivo lib. 2. tit. 11. c. 3. panorm. & p. 4. c. 69. decr.*
i *Cæſar. lib. 2. c. 6.*
k *1. q. 3. c. 8.* Salvator.
l *1. q. 3. c. 7.* Si quis.
m *Ivo lib. 3. tit. 9. c. 7. pan. & p. 2. c. 84. decr.*
n *Anſ. lib. 7. c. 190.*
o *Deuſded. c. 2.*
p *Cæſar. lib. 4. c. 43.*
q *De conſ. d. 1. c. 56.* Nullus.

(*x*) *De pœnitent. diſtinct. 1. c. 6.* Si quis non dicam. *In Romana editione ita inſcribitur:* Cod. lib. 1. de Epiſcopis, & cler. Imperator Jovianus. *Et in marg. hæc ſunt:* Tit. 3. & Cod. Th. l. 9. tit. 25. l. 2. c. 36. q. 2. SI QUIS NON DICAM. Tripar. hiſt. l. 7. c. 4. Polyc. l. 4. tit. 35. *Capitis tertii 36. q. 2. eadem inſcriptio eſt, niſi quod* Jovinianus, *pro* Jovianus *editus eſt. In marg. eſt:* Sup. de pœn. d. 1. SI QUIS NON DICAM. 1. in Cod. Theod. l. 9. tit. 25. l. 2.

(β) *In eadem editione cap. 3.* Sancta Romana. §. Item venerabilis. *diſtinct. 15. hæc verba ſunt:* Item Juvenci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. *Et in notis hæc ſunt:* Antea legebatur: ITEM VINCENTII, reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, & Ivone. *De quo Juvenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

(γ) *Capitis* 8. Salvator. 1. *q.* 3. *in eodem libro hæc inſcriptio eſt:* Item Urbanus II. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio L. Præpoſito Eccleſiæ ſancti Juventii apud Ticinum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *Et in margine:* Lucio, Anſelm. & Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 5. c. 42. *Et in notis:* Integram epiſtolam Urbani II. dilecto filio L. Præpoſito eccleſiæ B. Juventii apud Ticinum refert Deuſdedit in ſua collectione. *In ſumma hujus capitis hæc tantum ſunt rubrica notata:* De eodem. *In indice librorum ante Gratiani verba edito hæc ſunt:* Urbani II. concilium Placentinum, & fragmentum alterius concilii, & epiſtola L. Præpoſito ſancti Iventii, ex Vaticana. *In eodem capite* §. Sed & beatus. *ita editum eſt:* Sed & beatus prædeceſſor noſter Paſchalis de conſecratione affirmat, quod quiſquis &c. *Et in margine eſt:* ſup. ead. c. Si quis. *Et in notis:* Antea legebatur Paſchalis libro de conſecratione. Reſtitutus autem eſt locus ex vetuſtis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epiſtola Paſchalis Papæ. *Et inſcriptio capitis* 7. Si quis objecerit. *hæc eſt:* Item paſchalis Papa. *Et in notis hæc ſunt:* Auctor vero hujus capitis, ac totius illius epiſtulæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis II. ſint poſt Urbanum II. eo plane ordine, quo ſibi ſucceſſerunt: quod etiam in ſequenti capite indicatur. *Et in marg.* Deuſdedit p. 2. Magiſt. l. 4. diſt. 25. Polyc. l. 7. tit. 6. Anſelm. l. 13. cap. 33. Ivo p. 2. cap. 84. Pann. l. 3. cap. 123.

& XIV. illis verbis utitur. Videndus Burchardus *a*, & Ivo *b*, & liber Cæfaraugust. *c* qui hæc Zachariæ adferibunt [α]. Illud leve videatur, quod mendofum eft *cauffa XVI. d Prima actione Theodulphi Malachitanæ Ecclefiæ Antiftitis &c.* Scribendum *Malacitanæ*, ex concilio Hifpalenfi fecundo *cap. I.* Et poftea, *Ægabrenfis*, non *Egabienfis* (β). *Mafonem* pro *Maffanum* fcribo *diftinct. quinquagefima cap. XXVIII. in infcriptione e. Item Ifidorus ad Maffanum Epifcopum: Domino fancto, meritifque beato fratri Maffano Epifcopo Ifidorus Epifcopus falutem.* Scribo, *Mafoni* pro *Maffano.* Recte apud Gratianum, *cauffa XXXIII. editum eft f. De his ita fcribit Ifidorus ad Mafonem Epifcopum.* Extat eadem epiftula ante libros fententiarum, five de fummo bono. Refert Rabanus *in libro pœnitentium cap. I.* Burchardus *g*, & Ivo *h*, & Anfelmus *i*, & liber Cæfaraugust. *k*, & Tarraconenfis *l* (γ). Sed quid vos inter vos? B. Quærit C. a me, cur melius fit *Mafonem*, quam *Maffanum* fcribere. Ego illi poftea me dicturum refpondi. A. Quid autem dicturus eras? B. Quæ tu de Mafonibus in Papiria familia fcripfifti. Unde Mafo ille apud Ciceronem, a te Malo dictus,

a *Burc. l.* 3. *c.* 230. & 231.
b *Ivo p.* 3. *c.* 271. & 272. *decr.*
c *Cæfar. libro* 4. *c.* 48.
d 16. *q.* 3. *c.* 13. prima.
e *Dift.* 50. *c.* 28. Domino.
f 33. *q.* 2. *c.* 11. Hoc ipfum.
g *Burc. lib.* 19. *c.* 43. & 73.
h *Ivo lib.* 3. *tit.* 11. *c.* 17. *panorm.* & *p.* 6. *c.* 397. & 398. & *p.* 15. *c.* 86. & 95. *decr.*
i *Anfelm. lib.* 8. *c.* 37.
k *Cæf. lib.* 8. *c.* 69.
l *Tarrac. lib.* 5. *c.* 84. & 85.

in tenebris diu jacuerat, quod Petrus Victorius laudat. A. Ego vero jam illorum eram oblitus. Veteres tantum libros fequendos dixiffem. Sed cetera perfequamur. Quid vos *Melchiam* effe creditis *dift. XXXII. cap. X. m?* B. Vocem fine mente, ut βλίτυρι, five βλίτυρι. A. Licebitne *Melphiam* fubftituere? B. Immo ex affe heredem inftituas, licet. Incidi enim Romæ aliquando in Urbani fecundi fynodum apud Melphiam habitam. A. In ea fynodo *cap. XII.* quod Gratianus refert, extat. Ivo in Panotmia *Melfiam* fcribit *n* minus mendofe (δ). Gregorii verba funt apud Gratianum *cauffa XVI. o. Et temporum qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Mufitanam unire debeamus Ecclefias. Mufinatium*, pro *Mufitanam* habet Anfelmus *p. Mifenatem*, vel *Mifenatium* malo, ut habet Joannes Diaconus *lib. III. cap. XIV. de vita B. Gregorii.* Fons eft *Gregorius lib. II. epift. & cap. XXXI.* ut refert Deusdedit [ε]. Idem *cauffa undecima cap. XLIII. q* pro *Milevitano* concilio *Toletanum* tertium *cap. XIII.* edidit. Sed cum ejufdem capitis fieret mentio quæftione fecunda *r*, vocem *Milevitani* reliquit (ζ). Poftremo ex Gregorii epiftula *s Monothelitas* liceat iterum damnare, quos conftat,

m *Dift.* 32. *c.* 10. Eos, qui.
n *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. *c.* 18. *panorm.*
o 16. *q.* 1. *c.* 48.
p *Anf. lib.* 6. *c.* 100.
q 11. *q.* 1. *c.* 42. Inolita.
r 11. *q.* 2. *c. un.*
s *De confecrat. d.* 4. *c.* 44. Ab antiqua.

(α) *De confecrat. diftinct.* 1. *in libro Romano cap.* 57. Nullus Epifcopus. *hæc infcriptio eft:* Item Zacharias Papa in fynodo Romana c. 13. & 14. *Et in notis hæc funt:* Antea legebatur Macarius. Emendatum eft ex aliquot vetuftis codicibus, & cæteris collectoribus. Et caput ipfum habetur in concilio manufcripto Zachariæ. *Et in margine:* Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 230. & 231. Ivo p. 3. c. 271. & 272. *Varietas numeri capitum hujus diftinctionis pendet a cap.* 1. *ut antea diximus.*

(β) *In eadem editione* 16. *q.* 3. *c.* 13. *ita infcriptum eft:* Item ex concilio Hifpalenfi II. cui interfuit Ifidorus, c. 1. Prima actione Theodulphi Malacitanæ Ecclefiæ Antiftitis &c. ab ecclefiis Aftigitanæ, Eliberitanæ, atque Ægabrenfis &c.

(γ) *Diftinct.* 50. *cap.* 28. *in eodem libro hæc infcriptio eft:* Item Ifidorus ad Maffanum Epifcopum. Domino fancto, meritifque beato fratri Maffano Epifcopo falutem. *Et in marg.* al. MASONEM al. MASSENUM. Orig. Et Anf. l. 8. c. 37. Polyc. l. 4. tit. 39. Ivo p. 6. c. 397. p. 15. c. 57. & 86. Burch. l. 19. c. 43. & 73. Pann. l. 3. c. 149. Rab. Pœn. l. 1. c. 1. *Et in notis hæc funt:* Sic habet hoc caput in epiftola, quæ nuper una cum aliis Ifidori operibus eft impreffa Parifiis, & ita infcribitur: „ Ifidori Hifpalenfis „ Archiepifcopi Epiftola ad Maffanum Epi„ fcopum &c. " *Infcriptio cap.* 11. Hoc ipfum. 33. *q.* 2. *hæc eft:* De his ita fcribit Ifidorus ad Maffonem Epifcopum in præfatione ad librum de fummo bono. *Et in marg.* al. MASSENUM. Et Raban. l. Pœn. c. 1. Polyc. l. 4. tit. 39. Anf. l. 8. c. 37. Ivo p. 6. c. 398. & p. 15. c. 91.

(δ) *Infcriptio capitis* 10. *dift.* 32. *in Romano libro hæc eft:* Item Urbanus II. in fynodo apud Melphiam c. 13. Eos, qui poft fubdiaconatum. *Et in margine:* Pann. l. 3. c. 101. *Et in indice librorum ante Gratiani verba:* Urbani II. fynodus apud Melphiam ex Vaticana, & a Jacobo Pamelio canonico Brugenfi.

[ε] *Quod extat* 16. *q.* 1. *c.* 48. *ita editum in Gregoriana editione eft.* Unde Gregorius Papa fcribit Benenato Epifcopo, lib. 2. epift. 31. „ Et temporis qualitas, & vicinitas nos „ locorum invitat, ut Cumanam atque Mi„ fenatem unire debeamus Ecclefias ". *Et in notis* MISENATEM. *Sic emendatum eft ex vetufto* codice B. Gregorii: quamvis in vulgatis, ficut etiam apud Gratianum effet MUSITANAM. *Et in marg.* Anf. l. 6. c. 108. Polyc. l. 3. tit. 30.

(ζ) *Capitis* 42. Inolita. 11. *q.* 1. *hæc eft in eodem libro infcriptio:* Item ex concilio Milevitano. *Et in marg.* In Tolet. 3. c. 13. *Et in notis:* In concilio Milevitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipfo tamen citatur etiam ab Innocentio III. in c. Si diligenti, de foro comp. Habetur autem in Toletano 3. c. 13. Et in eadem cauffa quæft. 2. c. un. Quod vero culpa illa fufpenfione digna fit, ex capitulo illo Milevitani concilii liquido conftat. Et in marg. fupra q. 1. INOLITA. *Varietas numeri capitum quæft.* 1. *oritur ex cap.* 10. Si quis clericus. *quod in libro*

ſtat, a Martino primum Pontifice in concilio Romano fuiſſe damnatos mortuo jam Gregorio. Locus Gregorii ſumptus eſt *ex libro IX. epiſt. ſexageſima prima* ad Quirinum, & ceteros in Hibernia Epiſcopos, ut habet Demochares. Aliis, in *Hiberia*, magis placet. Apud Ivonem, *a* & in libro Cæſarauguſt. *b* vox *Hibernia* non mutatur; *Monophyſitas* pro *Monothelitas* mutatur: quod probo. *Monophyſitas* eſt in veteri Anſelmi libro in additis capitibus [ϰ]:

a Ivo lib. 1. tit. 2. c. 81. Panorm.&p.1. c. 153. decr. b Cæſar. lib.12. c.68.

Claudite jam rivos pueri: ſat prata biberunt.

DIALOGUS QUINTUS.

De aliis Mendis Gratiani.

A. NIhil magnum veteres Romani, niſi auſpicato, inchoare ſolebant: non ſolum in bello, ſed in pace; tam publice, quam privatim. In eo cæci fuerunt; quod auxilia, & ſigna ab avibus, a canibus, a deorum ſimulacris petebant: tamen natura duce Dei auxilium petebant. Nobis nihil agendum Paulus præcipit, niſi in nomine Domini. Auſpicato igitur hodie a Petro, & Paulo Principibus Apoſtolorum Dei incipiamus. Gelaſii verba ſunt apud Gratianum *Diſtinct. LIV. c Magnis quippe ſtudiis, ſecundum B. Petrum Apoſtolum præcavendum eſt: ne fides & diſciplina Domini blaſphemetur.* Ubi Petrus hoc dixerit, ignoro. Sed Paulus *priori ad Timotheum epiſtula cap. VI.* id ſcripſit. Et vidi in veteribus libris prima littera hæc nomina conſcribi. Ita *P. Apoſtolum ſcriptum olim fuiſſe*, poſtea Petrum Apoſtolum credo. Fons eſt Gelaſii *epiſt. I. cap. XVI.* ut notat Demochares. Ivo vocem *d Petrum* omittit, licet in margine habeat *Petri epiſt. II. cap. II. & Pauli ad Roman. cap. II.* Si Petrus id dixit, nihil mutandum erit. Si non dixit, aut Paulus ſcribendus erit, aut vox *Petrus* delenda. B. Selecti viri tollunt vocem *Petrus*, & in marg. addunt, 1. *Tim. VI.* ubi pars verborum Gelaſii invenitur [β]. A. Iſidori locus ſequitur apud Gratianum *e Nam ſub Octaviano Cæſare ſuffecti Conſules Papius, & Pompeius legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia, & Pompeia. Poppæus* pro *Pompeius*, *Poppæa* pro *Pompeia* ſcribendum eſt ex faſtis capitolinis, & variis ſcriptoribus, ut in legibus ſcripſimus. Idem Contius notat (γ). Pompejo victo, Renaldus vincendus eſt, cujus mentio fit in concilio Triburienſi *f* apud Gratianum *in Paleæ nomine additis. Omnes*, inquit, *presbyteri interfectores compoſitione Epiſcopi, ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur, ita videlicet, ut medietatem Renaldus Epiſcopus ejus utilitati Eccleſiæ, cui præfuerit, tribuat.* B. Hic *Renaldus* Epiſcopus eſt, facile a te vincetur. A. Quid ſi vobis vocem aliam Renaldo fortiorem ſubſtituam? B. Quænam ea eſt? A. *Wirigildi* A. C. Eſtne hoc Epiſcopi

c Diſtinct. 54. c. 12. Generalis.

d Ivo p. 6. c. 100. decr.

e Diſt. 2. c. 7. Quædam.

f 17. q. 4. c. 26. Omnes.

bro meo eſt 11. *nam decimum eſt*, Epiſcopus non flagitetur: *quod in Romano eſt pars cap. 9.* Teſtimonium.

(ϰ) *De conſecrat. diſtinct.* 4. *c.* 44. Ab antiqua, *in libro Romano hanc habet inſcriptionem*: Item Gregorius Quirino Epiſcopo, & ceteris in Iberia Epiſcopis, l. 9. epiſt. 61. *Et in notis*: IBERIA. Sic emendatum eſt ex originali manuſcripto Vaticano. Antea erat HIBERNIA. *Et in marg.* Polyc. ibid. [*hoc eſt l.* 3. *tit.* 10.] Ivo p. 1. c. 153. Pann. l. 1. c. 88. *Et in eodem capite*: Monothelitas vero, & alios &c. *In notis hæc ſunt*: In originali, & in Polycarpo, & apud Ivonem in textu eſt, MONOPHYSITAS. De qua hæreſi ſcribit Joannes Damaſcenus in libro de duabus Chriſti voluntatibus & Nicephorus, & alii. Sed ob gloſſam non eſt mutatum.

(β) *In editione Gregoriana cap.* 12. Generalis. *diſtinct.* 54. *hæc verba ſunt non longe a fine*: Magnis quippe ſtudiis, ſecundum beatum Apoſtolum, præcavendum eſt, ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur. *Et in marg.* 1. ad Tim. 6. & 2. Pet. 2.

[γ] *Diſtinct.* 2. *cap.* 6. Quædam. *in eadem editione his utitur verbis*: Nam & ſub Octaviano Cæſare ſuffecti Conſules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia, Poppæa. *Et in notis hæc ſunt*: Antea legebatur Papius & Pompejus, *& paulo poſt*: PAPIA & POMPEJA; Emendatum eſt ex manu ſcriptis exemplaribus Iſidori: Nam in impreſſis notaverat errorem Alciatus lib. 3. diſp. c. 3. In tabulis autem Capitolinis anno urbis DCCLXI. ex Kal. Jul. ſuffecti Conſules numerantur M. Papius, Q. Poppæus. *Varietas numeri capitum hujus diſtinct. cum meis dialogis oritur ex capite primo, quod mihi eſt initium diſt. ſumptum ex verbis Iſidori: ejus non habetur ratio in eo libro Romano.*

A Varia ſcripta legitur hæc vox: *Widrigelt*, *Weregilt*, *Weregil*, vid. Freher. *in Gloſſ.* in Marculphi *formul.* Wirgildum vocatur *lib.* 1. ubi Doctiſſ. Bignonius notat, Wirgildum vocari pecuniam, quæ pro homicidio, aut alio delicto defuncti heredibus ſolvebatur; fredum vero quidquid ex eadem cauſa fiſcus capiebat. Ex more veterum Germanorum, apud quos delicta pecunia æſtimabantur, homicidium morte non luebatur. Veſtigia moris habet Tacitus. *Suſcipere*, ait, *tam inimicitias ſeu Patris ſeu propinqui, quam amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. Luitur enim homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus.* Vid. quædam apud Schottelium, *de ling. Germ. lib.* 2. *c.* 12. *pag.* 385. & de valore ejus Weneri *Obſervat. Pract.* & Jacob. Alemann. *in Palæſt. conſult.* 8. *de jur. monet. quæſt. princ.* 1. *part.* 13. Vocatur Wergeldum etiam *Sbungeld*, *Mangeld*, de quibus vid. Wehnerum in obſerv. in jure Saxonico occurrit ſæpius vox iſta. M.

pi nomen? A. Non eſt, ſed compoſitionis. Apud Burchardum *lib. VI. cap. XI. ita eſt: Presbyteri interfecti compoſitio Epiſcopo, ad cujus parochiam pertinebat, ſolvatur, ita videlicet, ut medietatem Werigeldi ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, tribuat.* Eisdem verbis utitur Ivo *parte X. c. CXL. decret.* & *Bernard. Papienſ. cap. II. de pœnis in prima collectione decretalium a.* Sed Gregorius IX. eam vocem noluit repetere, compoſitionis voce contentus. Ex his, & aliis, quæ in Capitularibus Caroli, & Ludovici leguntur, pro illis verbis, *Omnes presbyteri interfectores compoſitione Epiſcopi* &c. ſcribo, *Omnes presbyteri interfecti compoſitiones Epiſcopo ſolvantur* (x). De Sacratio Rege Arragonum ſub Hormilda Papa, quod Renaldi ſanctis ſimile videtur, aliquid dicamus. Apud Gratianum *cauſſa XXXI. b quæſtione ſecunda poſt Hormildæ caput legimus: Item Sacratio Regi Arragonum. De neptis tuæ conjugio* &c. Apud Ivonem *c* in Panormia eadem verba ſunt: non tamen poſt Hurmiſdæ verba, ſed poſt Urbani, quæ etiam Gratianus refert, ante Hormiſdæ epiſtulam. Apertius idem Ivo *d parte VIII. decret. Urbanus Satino Regi Arragonum.* In libro Cæſarauguſtano *e* Carthuſianorum, qui Hieronymi Zuritæ A fuit, recte eſt; *Urbanus ſecundus Sanctio Regi Arragonum.* Errati occaſio fuit, quod Palea Hormildæ caput inſeruit inter duo Urbani *f* reſcripta. C. Hoc idem Didacus Cobarrubias Segobienſis Epiſcopus divinaverat. A. Gaudeo nos idem dicere, quos veri inquirendi ſtudium conjunxit, & amicitia, non vulgaris (3). In *Siſebuti*, vel *Siſenandi* Regis Hiſpaniæ nomine ſæpe erratum invenio. *Diſtinct. quadrageſima quinta cap. V. g ex concilio Toletano IV. cap. LVI.* ut Demochares etiam notat: temporibus religioſiſſimi Principis *Zizebuti*: ſcribo *Siſebuti*: quidam *Siſenandi* ſcribunt, ut Burchardus *h*, & Ivo *i*, quæ varietas in conciliorum libris eſt. *Item de conſecratione diſtinct. IV. cap. XCIV. k* quod dicitur eſſe ex Toletano concilio quinto; ſed ex Toletano quarto cap. LVIII. eſt Demochari: illic ita ſcriptum eſt: *De quibus conſulti piiſſimi, ac religioſiſſimi domini noſtri Siſemundi Regis, hoc ſanctum decrevit concilium.* In margine *Sigiſmundi* nomen eſt. Apud Burchardum *l*, *conſultu* pro *conſulti* eſt aptius, & *Silenandi* pro *Siſemundi*. Item apud Ivonem in panormia *m*: ſed in decretis *conſultum*, & *Siſenandi* habet, non

a c. 2. de pœnis, Compil. lib. 4. c. 11.

b 31. q. 2. c. 2. & 3.

c Ivo lib. 6. tit. 8. c. 8. panorm. c. 1. d. q. 2.

d Ivo p. 8. c. 24. decr.

e Cæſar. lib. 10. c. 14.

f lib. 4. c. 11. var. reſol.

g Diſt. 45. c. 5. De judæis.

h Burc. lib. 4. c. 82.

i Ivo lib. 1. tit. 2. c. 65. panorm. & p. 1. c. 276. decr.

k De conſ. d. 4. c. 94. Pleriqne.

l Burc. lib. 4. c. 85.

m Ivo lib. 1. tit. 2. c. 68. panorm. & p. 1. c. 279. decr.

(x) *In eodem libro caput 26.* Omnes. 17. q. 4. *ita ſcriptum eſt*: Item ex eodem (*hoc eſt, Triburienſi concilio*) c. 5. Palea. Omnes presbyteri interfectores compoſitione Epiſcopo, ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur: ita videlicet, ut medietatem Wirigeldi, ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, tribuat &c. *Et in margine* al. Wirigildi. Et Capitul. l. 4. c. 15. ext. de pœnis, c. Presbyteri. Burch. l. 6. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. Pann. l. 8. c. 6. *Et in notis*: Hæc quoque Palea in uno tantum Vaticano codice habetur. Eſt autem in Capitularibus (unde citatur in Pannormia) lib. 4. c. 15. & in Decretalibus tit. de pœnis, c. Presbyteri. In concilio etiam Triburienſi, quod extat, c. 4. habetur quiddam ſimile. *Et poſtea* Interfectores: ſic etiam in Pannormia. Vaticanus codex habet Interfecti. In Capitulari legitur „ Presbyteri interfecti Epiſcopo, ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur, ſecundum „ capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri; „ ita videlicet &c. “ Verum in Decretalibus & apud Burchardum, & Ivonem hoc modo „ Presbyteri interfecti compoſitio Epiſcopo, „ ad cujus parochiam pertinebat, ſolvatur: „ ita videlicet &c. “ & ſimilis locutio habetur in concilio Triburienſi c. 4. Sed quoniam eſt initium capitis, nihil viſum eſt hic mutandum: reliqua autem ſunt emendata ex locis indicatis. *Et poſtea*: Wiregeldi: Antea legebatur Renaldus. Emendatum ex ceteris locis indicatis, præterquam ex Decretalibus, unde abeſt utraque vox: legitur tamen in prima collectione. *Caput 2. de pœnis, in editione Romana ita ſcriptum eſt*: Ex concilio Triburienſi: „ Presbyteri interfecti compoſi- „ tio Epiſcopo, ad cujus parochiam pertinet „ ſolvatur: ita ut medietatem &c. “ *In marg. eſt*: In concilio Triburienſi ſub Arnulpho Imp. c. 4. Sed aliis verbis referunt Burchardus lib. 6 decret. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. & Gratian. ſive Palea 17. q. 4. cap. Omnes Presbyteri.

(3) *Capitis tertii De Neptis.* 31. q. 2. *in eodem libro inſcriptio eſt*: Item Urbanus ſecundus Sanctio Regi Arragonum. *Et in notis*: Sanctio. Sic eſt emendatum ex vetuſtis exemplaribus, Pannormia, & hiſtoriis Regum Aragonum. Nam antea erat Sacratio. *Et in margine* Ivo: p. 8. c. 24. Pann. l. 6. c. 109. *Capitis 2.* Tua. *ejuſdem quæſt. hæc inſcriptio.* (Econtra Hormilda Papa ſcribit Euſebio Epiſcopo) Palea. *Et in notis*: Palea hæc in Decretalibus eſt c. 1. tit. de deſponſ. impub. & in vulgatis quidem citatur ex Honorio: ſed in prima Decretalium collectione, ex Hormiſda, ut hic. *Ejuſdem cap. 1. de deſponſ. impub. in eadem editione inſcriptio eſt*: Hormilda Euſebio Epiſcopo. *Et in marg.* c. 2. eod. tit. in 1. compil.

A Hunc virum plerique Zuritam Latine vocant. Sed ipſe ſe Suritam vocavit in Indicibus & in epiſtola dedicatoria veterum ſcriptorum rerum Sicularum ad Antonium Auguſtinum. B.

non recte (x). C. Quinam hi Reges fuerunt Sisebutus, & Sisenandus? A. Hæc alio die accipies. Hoc tantum scire hodie potes, Sisebutum cœpisse anno secundo Heraclii Imp. & sub eo Hispalense concilium habitum anno Christi DCXIX. Sisenandum cœpisse anno DCXXXI. duobus Regibus interpositis Reccaredo minore, & Suinthila, qui a concilio Toletano quarto, de quo agimus, damnatur. Id habitum est concilium anno tertio Sisenandi. Ex quo fit, ut cap. LVI. recte Sisebutus scribatur, at cap. LVIII. Sisenandus. C. Erat igitur tunc vivus Sisenandus, mortuus Sisebutus. A. Ita est. De Gelasii *a* verbis nunc agemus: *Ita nos Syllanorum cædes geminata Pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit.* Qui *Syllani Pontifices* fuerint, non inveni. Apud Ivonem *b* Carnotensem ita scriptum est: *Gelasius Majorico, & Joanni Episcopis: ita nos quidem Latinorum cædes geminata Pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit.* Apud Anselmum *c* Lucensem hæc leguntur: *Gelasius Papa: Ita nos Scillacinorum sedes geminata Pontificum, horrendi sceleris atrocitate confundit.* In his verbis *sedes* pro *cædes* non recte est; at de voce *Scyllacenorum* considerandum. Est enim urbis nomen *Scyllaceum.* Credo fuisse duos Episcopos ejus urbis occisos Gelasii temporibus [β]. Theodori Mopsuesteni in quinta synodo damnati mentionem fecimus. In eadem synodo Theodoriti scripta contra Cyrillum Alexandrinum damnata sunt. Id Gregorius apud Gratianum *distinct. XV. cap. II. d* refert; sed non *Theodoriti* nomen editum est, sed *Theodori.* Videndus Gregorius *lib. I. epist. XXIV. registri*, & Gregorius VII. *lib. VIII. epist. I. registri*; & Ivo *e*, & liber Cæsaraugust. *f* & Tarrac. *g* [γ]. Non omnium librorum erratum est, sed paucorum, quod ex Ecclesiastica historia Rufini *lib. ult. cap. XVIII.* sumitur *h*: *Cum apud Thessaloniam seditio esset exorta* &c. scribendum, *Thessalonicam.* Et apud Ivonem *i* ex Paulino in vita B. Ambrosii: *Caussa Thessalonensis civitatis non minima tribulatio successit Ambrosio*, scribe, *Thessalonicensis.* Videndus idem Ivo *k* capite huic eidem proximo ex historia tripertita sumpto [δ]. Postremo *l Gregorii* verba sunt *lib. II. epist. XXXV.* ut Ant. Demochares notat, vel ut aliis placet, *Joannis Diaconi* in vita B. Gregorii *lib. III. cap. XIV.* qui refert Gregorii epistulam ad Joannem Episcopum Veliternum: *Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque Treverensium Ecclesiæ prævidimus committendam.* Pro *Treverensium*, scribo *Trium tabernensium*: quod recte apud Joan. Diacon. editum inveni. Etenim non longe fuerunt Tres tabernæ a Velitris urbe. Et sic Anselmus habet *lib. V. cap. XXIV.* quamvis liber Cæsaraugust. Gratiani scripturam confirmet (ε). Hæc in adversariis de Gratiani erratis ordine litterarum in propriis nominibus. B. Multo his plura colligere posses, si velles; & ut aliud ex alio, in Pontificum Romanorum nominibus maxime Gratianus aberrat, ut cum *Anicetus* ab eo appellatur *Anitius*, Miltiades *Melchiades*, Xystus *Sixtus*, Anteros *Antherus*, Callistus *Calixtus*, Cælestinus *Celestinus*, Hyginius *Higinus*, Zosimus *Sozimus* aut *Zozimus*, Zephyrinus *Zepherinus.* Ita etiam in nominibus conciliorum, cum *Nannetense* concilium vocat *Ananetense*, vel *Manetense*, vel *Na-*

a 25. q. 2. c. 25.

b Ivo p. 10. c. 18. decr.

c Ans. lib. 6. c. 140.

d Dist. 15. c. 2. Sicut Sancti.

e Ivo p. 4. c. 117. decret.

f Cæsar. lib. 1. c. 36.

g Tarrac. lib. 1. c. 140.

h 11. q. 3. c. 69.

i Ivo p. 10. c. 48. decret.

k Ivo c. 47. ead. par.

l 16. q. 1. cap. 49. Postquam. Cæsar. lib. 7. c. 35.

(x) *Distinct.* 45. *cap.* 5. De Judæis. *in eodem libro ita inscribitur*: Unde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est. *In eodem ita legitur*: Sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti. *Et in marg. hæc sunt*: Burch. l. 4. c. 82. Ivo p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. *Capitis* 94. Plerique. *de consecr. dist.* 4. *inscriptio est*: Item ex concilio Toletano 4. c. 58. *In eodem hæc verba sunt*: De quibus consultu piissimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemundi Regis &c. *Et in marg.* Burch. l. 4. c. 85. Ivo p. 1. c. 279. Pann. l. 1. c. 75. *Scribi debuit*, *Sisenandi* pro *Sisemundi.*

(β) *Inscriptio cap.* 25. Ita nos. 25. *q.* 2. *in libro Romano hæc est*: Unde Gelasius Papa scribit. *Et mox*: Ita nos Syllacenorum cædes Geminata Pontificum &c. *Et in marg.* al. Squillatinorum. al. Syllanorum. & Polyc. l. 3. tit. 30. Anselm. l. 6. cap. 148. Ivo p. 10. cap. 18.

[γ] *Distinct.* 15. *cap.* 2. Sicut Sancti. *in eodem libro ita scriptum est*: Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam &c. & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur &c. *Male in casu uterque Theodorus dicitur.*

[δ] *In Gregoriana editione cap.* 69. *caus.* 11. *q.* 3. *inscriptio, & initium est*: Item ex libro undecimo Ecclesiasticæ historiæ Rufini c. 18. „ Cum apud Thessalonicam seditione exorta &c. "

(ε) *Eodem in libro cap.* 49. Postquam hostilis. 16. *q.* 1. *inscriptio est*: Idem (*Gregorius*) Joanni Episcopo Veliterno lib. 2. epist. 35. *Et post alia*: Gubernationemque Trium Tabernensium Ecclesiæ providimus committendam &c. *Et in marg.* Joan. Diaconus. l. 3. c. 15. & 7. q. 1. Temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Polyc. l. 1. tit. 9. *Et in notis*: TRIUM TABERNENSIUM: In vulgatis legebatur TREVERENSIUM. Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Joanne Diacono. Nam ut is testatur, hæc epistola scripta est Joanni Episcopo Veliterno. Oppidum autem Trium tabernarum Velitris vicinum est.

Navatense; *Ancyranum* vocat *Anquiritanum*, vel *Ancyritanum*, vel *Anquirense*; Arausicanum *Aurasicense*, Cabilonense *Bylonense*, Epaunense *Epanense*, Hispalense *Bispalense* vel *Spalense*, Matisconense *Maticense*, Vormaciense *Warmatiense*. A. Hi non Gratiani errores sunt, sed illorum temporum. Sic in conciliis edi solitum est: sic habent Burchardus, Ivo, & Anselmus, & ceteri collectores [α]. B. Habeo alia majora crimina, an errata dicam; quæ si pateris, in medium proferam. A. Hodie id fieri non sinam; cras ad clepsydram Gratianum accusare poteris.

DIALOGUS SEXTUS.

De Gratiani majoribus Erratis.

A. PErmittitur tibi B. in Gratianum dicere; sed ita, ut singulis criminibus probationes adferas, nisi res probatione non indigeat. B. Conditionem accipio. Ea enim adferam, quæ nemo negaverit. Et principio de *Anastasio secundo* videamus, quem ait ab Ecclesia Romana repudiatum, & a Deo fuisse percussum. Hæc Gratianus *distinct. XIX. extrema* a, & *caussa prima cap. XCVI.* b A. Dixisse fateor Gratianum, sed non solum. Idem enim adfert Pontificalis verba c, quæ etiam Ivo d, & liber Cæsaraugustanus e & tuus Tarraconensis f. B. Majus crimen falsi intenditur, cum verba Pontificalis corrupit. Ea enim Ivo Carnotensis, & liber Cæsaraugustanus referunt in hunc modum: *Et quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit, quia divino nutu percussus est Acacius.* Gratianus voce *Acacius* deleta, & alia voce *quia*, ita scripsit: *Et quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit, divino nutu percussus est.* A. Delictum id a Gratiano probare debes. B. Non refert ea verba. A. Ita fortasse in suis libris legerat. Unde quod ad *Acacium* erat referendum, ad *Anastasium* retulit. Sed & non in omnibus libris ea vox *Acacius* legitur. B. Deceptum esse Gratianum fateris; non persequar hæc latius, cum id satis acerbe Albertus Pighius, & alii prosequantur. A. Modestiam in eis requiro A, sed caussæ suæ inserviunt. Mihi hoc verum videtur, *Acacium* fuisse divino nutu percussum, *Anastasium* ei numquam communicasse. Quod si suspiciones suorum effugere non potuit, non id nocet aliis, qui culpa carent (β). B. Aliud adferam crimen, quod adver-

a Dist. 19. c. 8. Secundum in fine. b 1. q. 1. c. 96. Dictum. §. Quod vero.

c c. 9. ead. distinct. Anastasius. d Ivo p. 14. c. 40. decret. e Cæs. lib. 14. c. 43. f Tarrac. lib. 1. c. 70.

[α] *Nomina propria melius edita sunt in Gregoriana editione, quam in ceteris. Erratum tamen est in his:* Zozimus *pro* Zosimo, Melchiades *pro* Miltiade, Hostiensis *pro* Ostiensi, Calixtus *pro* Callisto, Iginus *pro* Hygino, Sixtus *pro* Xysto, Bracharensis *pro* Bracarensi, Zepherinus *pro* Zephyrino, Thelephorus *pro* Telesphoro.

(β) *Distinct. 19. cap. 8.* Secundum ecclesiæ. *extremo. In libro Romano hæc verba sunt:* Ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percussus legitur fuisse hoc modo. *Cap. 9.* Anastasius secundus natione Romanus &c. & quia voluit occulte revocare Acacium, & non potuit, nutu divino percussus est. *Et in margine:* Ex libro qui in corpore conciliorum citatur Pontificali. Ivo p. 14. c. 40. *Et in notis:* Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis aliis argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius [sicut Nicephorus lib. 16. c. 12. & Evagrius lib. 3. c. 18. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur] tempore Felicis III. obiit, cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & cap. I. ad Anast. Imp. Acacium mortuum jam, & ante judicem Christum una cum Felice adstare scripsit, ut Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24. q. 2. c. NEC QUISQUAM. Quomodo ergo potuit Anastasius de eo revocando tractare, qui jam obierat? *Qui casus scripsit, satisfacere videtur, ita scribens:* Occulte voluit revocare Acacium defunctum in hæresi, ut orationes pro eo in ecclesia fierent: & ideo multi clerici recesserunt ab obedientia ejus, & lepra percussus est. *Gratiani etiam opinio improbatur in notis cap.* 7. Ita dominus. *ejusdem distinct.* §. Hoc autem. *verba Gratiani sunt:* Anastasius autem secundus favore Anastasii Imp. quos Acacius post sententiam in se prolatam sacerdotes, vel levitas ordinaverat, rite fungi acceptis officiis debere decrevit, ita inquiens. *In notis hæc sunt:* Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite

A Dictum adversus Albertum Pighium & alios illorum temporum assertores & vindices effusissimæ potestatis Romani Pontificis. Sic Covarruvias lib. 4. variar. resolut. cap. 13. notat eundem Pighium lib. 4. de eccles. hierarch. cap. 8. multam ex ea occasione adversus Gratianum candescere in iram, *pio quidem animo*, inquit, *& ferventissimo in apostolicæ sedis majestatem zelo, quippe qui omni conatu contendat Summos Pontifices, qui post Petrum sedem illam obtinuere, a labe hæresis prorsus immunes fuisse.* Itaque & Augustinus & Covarruvias damnant nimium Alberti Pighii zelum. Gaudeo vero idem eos dicere, quos veri inquirendi studium conjunxit & amicitia non vulgaris, ut ipsa Augustini verba ponamus ex dialogo quinto libri prioris pag. 68. B. (6).

[6] Satis in Nota (5) præcedenti de Romani Pontificis auctoritate ex Gersonio dictum est. W.

a Dist. 56. c. 1. & 2.

adversus Romanos Pontifices. His verbis utitur *distinct. LVI. post. cap. I. a*. Exemplis, & auctoritatibus non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt. Loquitur autem de filiis presbyterorum a. Mox addit: *Unde Damasus Papa scribit Hieronymo presbytero. Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa Jucundi presbyteri* &c. Mox alios enumerat, qui longe post Damasi, & Hieronymi tempora fuerunt. Cur vero Osium ante alios numeraverit, & eum subdiaconi filium dixerit, cum de presbyterorum filiis agatur, quærendum. A. Si in eo crimen versatur, quod dixerit, fuisse aliquos summos sacerdotes filios presbyterorum: dixit hoc Ivo in præfatione excerptionum his verbis: *Et ita genitos ex presbyteris non solum ad presbyteratum, sed etiam ad summum sacerdotium promoveri permiserunt. Et ut de nostris temporibus taceamus, sicut legitur in gestis Romanorum Pontificum, Felix tertius &c.* Et in Panormia ex libro Pontificasus, vel potius Pontificali, ut in veteri *b* libro est, eadem referuntur. *Felix tertius &c.* Sed & in ipso libro Pontificali, qui exstat, post Damasi collectionem de vitis Pontificum, sequuntur aliorum vitæ. In singulis nomina parentum adscribuntur. Unde credendum est aliquem confecisse verba ab Ivone, & Gratiano relata. B. Cur ergo Damaso tribuit Gratianus, quæ aliorum sunt? A. Id non Gratiani, sed Paleæ erratum esse suspicor, cujus nomen edidit Demochares. Aut si Gratianus id scripsit, ex titulo libri Pontificalis Damasi deceptus est. B. Cupio scire a te, unde Paleæ verborum initium sumas. A. Aut ab illis verbis, *Unde Damasus*; aut ab illis, *Osius Papa.* B. Finem verborum Paleæ quemnam facis? A. In illis verbis, *filius Jucundi presbyteri.* Ut ea, quæ sequuntur, *Felix enim tertius*, sint Gratiani, vel Pontificalis libri ab eo relati. C. Cur non totum illud caput, *Osius* &c. Paleæ adscribis? A. Quia video eum proposuisse exemplis ostensurum, aliquos summos sacerdotes fuisse. Huc accedit, quod Ivo de Felice tertio, & aliis ex libro eodem Pontificali, sive ex gestis Romanorum Pontificum idem affirmat comprobari. B. De *Osio* nihil dixisti. A. Fateor, me nihil habere, quod dicam. Tantum scio, multos Episcopos olim Papas fuisse dictos. Et Osii Cordubensis nomen celebre est tam in concilio Nicæno, quam in Sardicensi. Subdiaconi filium fuisse ignoro [α]. B. Quando te patronum habet Gratianus;

b Ivo lib. 3. tit. 5. c. 11. panorm.

rite fungi acceptis officiis potuisse. Hoc enim dumtaxat inquit in capite seq. firmam esse Sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & aliæ omnes sententiæ, quas in ea epist. ex B. August. Anastasius accepit, veræ sunt. Habetur autem hæc eadem Anastasii Papæ II. epistola in corpore canonum; quod Romana Ecclesia semper approbavit, ut infra dist. 20. *c.* DE LIBELLIS, est adnotatum. Itaque sine caussa reprehenditur hoc loco Anastasius a Gratiano. *Capite quoque 96.* Dictum est. 1. *q.* 1. *verba Gratiani sunt*: Quod vero per hæreticos sacramenta dignitatis ministrata dicuntur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasii Papæ, qui ordinationem Acacii &c. Sed hoc eum illicite, & non canonice, immo contra decreta suorum prædecessorum fecisse, probant Felix, & Gelasius &c. Unde etiam ab Ecclesia Romana repudiatur: & a Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum Pontificum, hoc modo. [Anastasius II. natione Romanus &c.] Require retro in tractatu decretalium epistolarum. *In margine est*: supr. distinct. 19. *In notis hæc sunt*, SED HOC EUM. Supra distinct. 19. c. ANASTASIUS. ostensum est immerito reprehensum esse Anastasium, & verissima esse, quæ ipse de Acacio scripsit, & decrevit. *Pro c.* Anastasius, *videtur scribendum c.* Ita dominus.

(α) *Distinct.* 56. *cap.* 1. Extremum, *in Romano libro ita editum est*: non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt. [Unde Damasus Papa scribit] Palea. Osius Papa fuit filius Stephani Subdiaconi, Bonifacius &c. Silverius Papa filius Silverii Episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius natione Romanus &c. *Et in margine initio cap.* 2. *est*: In Pontificali. *Et prope vocem Silverii est*: al. Hormisdæ. Et Ivo in prologo. Pann. in prol. c. trigesimo & lib. 3. c. 52. *Et in notis hæc sunt*: In nullo vetusto Gratiani codice ascribitur hic nomen Paleæ. In decimo Vaticano & aliis quibusdam habetur conjuncte cum verbis superioribus Gratiani a vers. FELIX ENIM TERTIUS, usque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohærent cum superioribus, sed post illa verba „ ex patre Gordiano presbytero originem duxit “, sequitur: „ unde Damasus „ Papa scribit: Deusdedit Papa &c. Bonifacius „ Papa & Felix Papa &c. Agapitus Papa „ &c. Theodorus Papa &c. Silverius Papa filius Hormisdæ Episcopi Romæ. Complu„ res etiam &c. “ Nec vero magnopere miran-

a Ex eo patet in primitiva Ecclesia Clericis non fuisse prohibitum matrimonium. Quod late, alios ut taceam, per omnia sæcula probat Clariss. Georg. Calixtus *in tract. docto de Conjug. Clericor.* quem vide. M. (7).

(7) De Conjugio, & Cœlibatu Clericorum in primitiva Ecclesia videatur Nota [a] ad Caput 7. libri 4. Duareni de Ecclesiast. Minist., & Benefic. Edit. Lucanæ Tomo 4. W.

nus; tuas adferam reprehenſiones. Apud Gratianum ex *Theodoſianis* legibus verba referri ſcimus, quæ ſunt *Pauli* in libris *a* ſententiarum, & ejus interpretis *Aniani*. Gratianus *cauſſa ſecunda quæſtione VI. capite XXII.* & *aliis quinque capitibus b* cum ignoraret, quæ Pauli eſſent, quæque interpretis, omnia congeſſit. A. Sumpſit hæc Gratianus non ex ipſis fontibus, ſed ex Ivonis panormia, aut ex decretis, ſive excerptis ejuſdem. In panormia ita ſcriptum eſt *c*: *Excepta de legibus Theodoſianis, quas interpretatur Paulus: propter ſuperfluam &c. In Theodoſianis legibus cap. XXXVI. Ab eo &c.* Sic etiam in decretis, paucis exceptis. B. Qui fieri poteſt, ut Theodoſianas leges interpretaretur Paulus, qui ſub Alexandro, & Gordiano vixit? A. Nulla ratione fieri potuit. Sed exiſtimo, Theodoſianas leges dictas eſſe eum librum, Alarici tempore conſcriptum, quod etiam Contius notat, in quo ex Theodoſiano Codice, & Novellis, & ex Caii inſtitutionibus & Pauli ſententiis excerpta ſunt multa. Sic melius eſt Gratianus locutus, quam Ivo Carnotenſis [x]. B. *Similis error eſt cauſſa XXXV. quæſtione V. extrema d*. Enumerantur gradus adgnatorum, & cognatorum totidem verbis, quot Paulus utitur lib. IV. ſententiarum. Sed & interpretis Aniani verba referuntur mixta Pauli verbis, & inſcriptio eſt: *Item Iſidorus*. A. Si credis Demochari, Iſidorus eadem *e* ſcripſit lib. IX. cap. V. etymolog. Si vis antiquiorem ſcriptorem, Burchardus lib. VII. cap. XXVIII. ex Iſidoro de ſeptem gradibus conſanguinitatis. Idem Ivo in panormia. At in excerptionibus, ſic ait: *Hæc capitula de ſeptem gradibus conſanguinitatis, S. Iſidorus diligenti inquiſitione deſcripſit, & in figura apertius depicta ordinavit. cap. I. de ſeptem gradibus conſanguinitatis.* In margine Ivonis adſcriptus eſt locus Iſidori in etymologiis a Demochare notatus. B. Quid ſi Iſidorus a Paulo ſi fatetur, ſumpſit: ſi negat, ſurripuit? A. Id minime dubium eſt, non a Paulo ſolum, ſed ab ejus interprete ſumpta omnia eſſe. B. Habeo, quod volebam (3). Venio nunc ad

a Paul. lib. 5. ſent. 25. 36. 37. 38. 39.
b 2. q. 6. c. 22. Propter ſuperfluam & poſtea.
c Ivo lib. 4. tit. 12. c. 3. 4. 5. 6. 7. panorm. & p. 5. c. 281. 282. 283. 284. 285. decret.
d 35. q. 5. c. 6. Primo gradu. Vid. infra l. 2. dialogo 10.
e Ivo lib. 7. tit. 12. c. u... panorm. & p. 9. c. 64. decr.

randum eſt hæc omnia ex Damaſo citari, qui vixit ante illos, qui hic enumerantur. Liber enim, qui Pontificalis dicitur, ubi hæc ſcripta ſuis locis leguntur, a Damaſo cœptus eſt ſcribi. Ideoque licet ab aliis multa deinde ſint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Ivo quidem eadem fere illa refert ex Geſtis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam hujus capitis, ſaltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipſo Gratiano ſcriptam eſſe conſtat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo hujus diſtinctionis. Auctor veró Paleæ, dum unum per ſe caput conficere voluit, ordinem perturbavit, præterim in repetitione Felicis tertii, & illud de Oſio temere adjunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit. *In ſcholiis additum eſt*: Oſius, alias Oroſius: *Ego ſcriberem* Dioſcorus: *Item enim de utroque dicitur. Illa verba*, Felix enim &c. *uſque ad finem erant aliis litteris ſcribenda, ut Gratiani verba ſcribi ſolent.*

(x) *Quod cauſſa* 2. *q.* 6. *c.* 22. Propter ſuperfluam. & *aliis inſcribitur ex Theodoſianis legibus in Romana editione ita ſcriptum eſt*: Unde in Theodoſianis legibus ſic ſtatutum invenitur. *Et in margine*: In ſententiis Julii Pauli cum interpret. Aniani lib. 5. tit. 33. c. 1. Ivo p. 5 c. 281. Pann. l. 4. c. 127. *Et in notis*: Hoc & quattuor ſequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodoſianis, habentur lib. 5. ſententiarum Julii Pauli, cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has ſententias conjunctas fuiſſe cum Codice Theodoſiano, ſeu Breviario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur ſe volumen illud non ex ſolo Theodoſiano Codice, ſed ex variis libris collegiſſe, & in legum collectione, atque interpretatione, Epiſcoporum præcipue opera uſum fuiſſe. *Capite* 23. Habita. *In margine: eſt*: D. ſi quis caut. l. 1. *Et in notis*: Caput hoc abeſt a vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Ivone, & Pannormia. In uno autem Gratiani valde emendato eſt in margine ſuperioris capitis tanquam gloſſa quædam. *Inſcriptio cap.* 24. Ab eo. *eſt*: Item ibidem tit. 34. *Et in margine*: Ivo p. 5. c. 282. Pann. l. 4 c. 128. *Et verſ.* Iſta jam. *eſt in margine*: Sunt verba interpretis. *Inſcriptio cap.* 25. Quicunque. *eſt*: Item ibidem tit. 35. c. 2. *Et in margine*: Ex interpretatione. Ivo p. 1. (*ſcribe* 5.) c. 283. Pann. l. 4 c. 129. *Inſcriptio cap.* 26. Quoties. *eſt*: Item ibidem tit. 36. c. 1. *Et in margine*: Ex interpretatione. Ivo p. 5. c. 284. Pann. l. 4. c. 130. *Et verſ.* Si propter. *eſt in margine*: Ex Paulo ibidem. *Inſcriptio c.* 27. Omnino. *eſt*: Item ibidem tit. 37. c. 1. *Et in margine*: Ivo. p. 5. c. 285. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo. *Et in notis hæc ſunt*: OMNINO PUNIENDUS. In ſententiis Pauli legitur: OMNIMODO PROBANDUM EST &c. Sed quia eſt initium capituli, & de hujuſmodi punitione multa ſunt a Doctoribus adnotata, non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula UT.

(3) *Capitis ſexti*, Primo gradu. 35. *q.* 5. *in libro Romano inſcriptio eſt*: Item Iſidorus. *Et in margine*: Iſid. l. 9. c. 5. In ſententiis Julii Pauli lib. 4. tit. 11. de gradibus. Hugo de S. Vict. par. 11. l. 2. c. 14. Burch. l. 7. c. 28. Ivo par. 9. c. 64. Pann. l. 7. c. 89. *Et verſ.* Illæ perſonæ. *in margine*: Anianus interpres Pauli. *Et poſtea in notis eſt*: Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro ſentent. Pauli, additis

ad *Miltiadis* verba, quem, ut heri diximus, *Melchiadem* appellat. Fuit autem is, ut nosti, Eusebii successor, Silvestro vero prior. Gratianus *caussa XII. cap. XV.* a multa verba ei adscripsit, ex quibus eum posteriorem Silvestro facere videtur. *Romani*, inquit, *Principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licentiam &c.* Nonne videtur hic longe ab illis temporibus abesse tum dicendi in elegantia, tum his verbis, quibus appareat, alios fuisse Principes Christianos, qui tum monarchiam tenebant, e quibus Constantinus primus fuit? Quid? quod de baptismo Constantini loquitur ante Silvestri tempora? Sed & Nicæni concilii facit mentionem, quod XX. anno imperii habitum est sub Silvestro, ut omnes scribunt, paucis exceptis, qui sub Julio habitum esse dixerunt. Nam venisse Romam Miltiadis temporibus Constantinum, ex Augustino, & Optato, & Eusebio elici potest. Multi Silvestri temporibus id actum scribunt. Sed hæc verba quis ferat? A *Idem vero Imp. præsidens sanctæ synodo, quæ apud Nicæam congregata est &c.* Sic enim malo, quam *Nicenam* legere. A. Non primus Miltiadi Gratianus illa, quę dicis, adscripsit: sed ante eum Burchardus libro tertio *b*, & Ivo *c*, & alii *d*, ex decretis Melchiadis Papæ cap. IIX. X. & XII. In conciliis sine nomine scriptoris hæc leguntur ante donationem Constantini hoc titulo: De primitiva ecclesia, & synodo Nicæna. Miltiadis esse non credo (α). B. De donatione Constantini B Gratianum e non reprehendo; habet enim Paleæ nomen adscriptum: & eam defendes Græcis verbis Balsamonis ad Phocium tit. IIX. cap. I. & Ivone *f*, atque Anselmo *g*, & aliis *h* collectoribus [β]. De Eusebii verbis videamus *i*: *Crucis Domini Nostri Jesu*

a 12. q. 1. c. 15. Futuram.

b *Burch. lib. 3. c. 2. 4. & 5.*
c *Ivo lib. 2. tit. 1. c. 2. & 3. panorm. & p. 3. c. 4. 6. & 7. decr.*
d *Cæsar. lib. 7. cap. 58.*
e *Dist. 96. c. 13. & 14.* Constantinus.
f *Ivo lib. 4. c. 1. panorm. & p. 5. c. 49. decr.*
g *Ansel. lib. 4. c. 33.*
h *Deusded. c. 4. Cæ*saraugust. *lib. 2. c. 72. Tarrac. lib. 6. c. 33.*
i *De consecr. d. 3. c. 19.* Crucis.

ditis non uno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraque tamen habentur etiam apud Isid. l. 9. c. 5.

[α] *Inscriptio cap.* 15. Futuram. 12. *q.* 1. *in eodem libro hæc est*: Item Melchiades Papa. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 1. tit. 19. Burch. l. 3. c. 2. & 5. Ivo p. 3. c. 4. & 7. Pann. l. 2. c. 3. *Et in notis*: Ceteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse recte animadvertit auctor glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ synodi: quo tempore (ut ex ipsa synodo, Eusebio, & ceteris historicis apparet) jam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiva ecclesia, & munificentia Constantini: quod in collectione Isidori Lutetiæ bis impressa sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum supra distinct. 88. ad c. DECREVIT. adnotatum est. *In scholiis, sive glossis*: MELCHIADES: Falsus est titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Silvestrum, & ejus tempore est Constantinus conversus. *96. distinct. in illa Palea* Constantinus. *In contextu hæc sunt*: ut non solum Gentes, sed etiam Romani Principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant; ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit &c. Idem vero præsidens in sancta synodo, quę apud Nicæam congregata est &c.

[β] *Distinct. 96. cap.* 13. *&* 14. Constantinus *in eodem libro tantum hoc nomen* Palea *inscriptum est. Et in margine* cap. 13. *hæc sunt*: Ans. t. 4. (*pro* l. 4.) c. 32. Deusdedit l. 4. c. 1. *Et in notis*: Apud Anselmum libro quarto pro rubrica capitis 32. hæc habentur: „ Quod Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem „ regiam dignitatem in urbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus“. *In principio vero eiusdem capitis 32. hæc leguntur*: In gestis B. Silvestri, &c. usque ad finem hujus, & seq. Paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit. *Et in margine* capitis 14. *hæc sunt*: In edicto Constantini, quod est post concil. Neocæsar. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibid. *Et in vers.* Beato Silvestro. *est in margine*: Ivo p. 5. c. 49. Pao (pro Panno). l. 4. c. 1. *Et in notis hæc sunt*: Hæc Palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ Paleæ esse non solent. CONSTANTINUS: Verba hæc usque ad vers. IN EO PRIVILEGIO. non solum habentur apud Anselmum & Deusdedit, sed etiam

A Fert cum reverentia veræ antiquitatis, qui ex ea noeit, id juris & moris fuisse primis temporibus, eum ad Christianam religionem conversi essent Imperatores. Quod vel unus sufficienter evicit Mornæus in Mysterio iniquitatis, ut alios sileam. M. (8).

B *Hanc universa ejurat historia*, &c. usque ad *judices regem.* Verba sunt Nobiliss. Mornæi *in Mysterio Iniquitat. pag.* 17. *&* 18. *edit. Gorichemens.* M.

(8) Id Juris, & moris fuisse prioribus Ecclesiæ temporibus, cum ad Christianam religionem conversi essent Imperatores, ut ipsi Christiani Principes *Conciliis per se, vel suos Judices præsiderent, ut in eis omnia rite, ordine, atque secundum præscriptas regulas agerentur, & ne quid turbarum a quoquam ederetur, aut vis cuiquam inferretur*, omnes pene Catholici tradunt, & ipse etiam Justinus Febronius in suo libro singulari de Statu Ecclesiæ Cap. 5. §. 4. num. 3. confitetur; qui ulterius subiungit ibi Cap. 6. §. 4. Jus præsidendi Conciliis, ut Caput Ecclesiæ universalis soli Romano Pontifici competere. Videatur Nota (d) ad Cap. 11. Libri I. Duareni de Eccles. Minist., & Benef. Edition. Lucanæ Tom. 4. W.

Chriſti, quæ nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus V. Nonas Maii inventa eſt, in prædicto Kalendar. die inventionis feſtum vobis ſolemniter celebrare mandamus. Placet ne tibi *Kalendar.* appellatione etiam diem V. *Nonas* venire? A. Mihi quidem non placet. B. Jam hoc quo pacto defendes, ante Miltiadem, & Silveſtrum crucem Domini inventam eſſe ſub Euſebio Pontifice? A. Gratianum excuſare poſſum, qui viderit, aut videre potuerit Euſebii Papæ epiſtulam tertiam, & Dimalum in Euſebii vita, & Ivonem parte IV, c, III,

a Tarrac. l. 4. c. 55.

excerptionum, & librum Tarracon. *a* tuum. B. At hiſtorici *b* poſt concilium Nicænum iter Helenæ, matris Conſtantini, Hieroſolymam conferunt, & maxima hominum frequentia dedicatum eſſe templum, illic etiam convenitſe Arianos Epiſcopos narrant. Si his credere nolis; in vita Silveſtri Pontificis, & Helenæ dicitur, matrem poſt filii baptiſmum cum Judæis adverſus Silveſtrum Romam veniſſe; & non ante crediſſe, quam Judæi a Silveſtro victi fuiſſent. A, Video difficultatem; & quæ ita contraria ſunt, non facile in concordiam ducentur. Aut dicendum eſt, mendum eſſe in illa Euſebii epiſtula, & Damaſi ſcriptis; aut ſi illa recipimus, cætera contemnamus oportet (α). Sed tu alia Gratiani errata propone. B. Non ego ſolus ſum, ſed a tota veterum ſchola Gratianus reprehenditur; quod Gregorii tertii verba ad Bonifacium Legatum Germaniæ *c* ad Anglorum indulgentiam retulerit a B. Gregorio conceſſam. A. Legantur Gratiani verba. C, Illud vero Gregorii ad Bonifacium Anglicis pro tempore permiſſum eſt, quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione conjugia contrahi permiſit. A. Ivonis *d* & Gratiani, & libri Cæſarauguſtani *e* inſcriptio illorum verborum, ad Bonifacium quænam eſt? C. *Gregorius Junior Bonifacio Epiſcopo, apud omnes.* Additum tamen eſt a Demochare in margine: *Gregorius III.* ut etiam ab eo, qui Excerptiones Ivonis edidit. A. Ego eadem verba in Colonienſibus conciliorum editionibus inveni B. Gregorio adſcripta in epiſtola ad Auguſtinum, & Gregorio tertio ad Bonifacium. Sic facile excuſari poſſet Gratianus, niſi addidiſſet illa (*ad Bonifacium*). Nunc tantum dicam, in voce *Anglicis* eſſe erratum. Fuit autem Bonifacius ex Anglicis, quorum origo ex Saxonia Germanorum regione fuit; hi in Britanniam inſulam migrarunt, ut Beda referr (β). B. Jam vero illud propono, *apocryphis* a ſcripturis,

b Vid. Euſeb. apud Ruffin. lib. 10. c. 7. & c. 11.

c 32. q. 7. c. Quod propoſuiſti. 18. & c. 24. Si quis. §. Illud.

d Ivo lib. 6. tit. 10. c. 1. panorm. & p. 8. c. 78. decr.

e Caeſ. lib. 19. c. 94.

in geſtis B. Silveſtri, in his, quæ a Conſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur. UTILE. Hinc uſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis, ſeu actis S. Silveſtri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deusdedit habentur. Titulus eſt: PRIVILEGIUM S. R. E. &c. De quo item privilegio Leo Nonus in epiſt. 1. ſive libello adverſus inauditas præſumptiones Mich. CP. & Leonis Acridani Epiſcoporum c. 13. „ Pauca ex „ privilegio &c. “ De iiſdem geſtis, ſive actis Gelaſius in concilio LXX. Epiſcoporum (& refertur ſupr. diſt. 15. c. SANCTA ROMANA) ſic loquitur, ut ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Uſuardi in feſto S. Silveſtri legitur, cujus actus clari habentur. Inveniuntur vero etiam hodie pervetuſtis litteris deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulæ: quorum interpres in proemio hæc ait; „ Hiſtoriographus noſter „ Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ urbis Epiſcopus „ &c. Sanctum Silveſtrum me de Græco in „ Latinum transferre præcepiſti &c. “ Quæ etiam in vetuſtiſſimis Pontificalibus & codicibus, in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ, in vita B. Silveſtri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorum Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſt. Conſtantino Imp. & matri Irenæ ſcripta, quæ in 2. actione ſeptimæ univerſalis ſynodi habetur. Ipſum autem privilegium fere integrum refert Leo Nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photii nomocanon tit. 9. c. 1. quamquam aliis in rebus (quod Græci plerumque ſolent) Romanæ Eccleſiæ non ſatis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarunt Anſel. Deuſdedit. Ivo locis notatis. Quo ea pertinent, quæ Pet. Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium advocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem ſcripſit: LEGE, inquit, CONSTANTINI IMP. EDICTUM, &c. De hac eadem re ſcribit Ado Viennenſ. in commentario ætatis ſextæ, & Gotfredus Viterbienſ. in chronicis part. *6.* c. 2. addi debuit. *Nicol.* 3. *in c.* 17. Fundamenta. *de elect. lib. 6.*

(α) *De conſecrat. diſtinct.* 3. *cap.* 19. Crucis domini. *in eadem editione inſcriptio eſt:* Item Euſebius Papa epiſt. 3. *Et in margine:* Ivo part. 4. *c.* 5.

(β) *Capitis* 18. Quod propoſuiſti, *cauſ.* 32. *quæſt.* 7. *in Romana editione inſcriptio hæc eſt:* Item Gregorius tertius Bonifacio Epiſcopo epiſt. 4. *In margine eſt:* Ivo p. 8. c. 78. Pann. l. 6. c. 112. *Et in notis:* Epiſtola, ex qua capitulum hoc acceptum eſt, impreſſa extat tomo 3. conciliorum, & manuſcri-

A De his, ſi Deus vitam & otium prorogaverit, dicturus ſim in *Apocryphis* ad cap. *Sancta Romana, Diſtinct.* 15. M.

ris, *& incertis* illum uti. A. Semperne incertis? B. Non hoc dico: sed aliquando incertis. A. Nonne idem Burchardus fecit, & Ivo, & Deusdedit, & qui se authenticis uti professus est, Anselmus? B. Ab his cavere debuit, in quibus illi lapsi sunt. A. Nomina indica apocryphorum, & incertorum. B. Liber *Pastoris* apocryphus est *a* teste Gelasio, & LXX. Episcopis in synodo *b*. Hoc idem referunt Burchardus *c*, & Ivo *d*, *Hermes in libro Pastoris: Ego dixi pastori: Domine si quis mulierem &c.* Hæc posuit *Palea caussa XXXIV. extrema e*. Refert Ivo in panormia *f*, & in excerptionibus *g* & ut ex concilio Arelatensi Bern. Papiensis *h*, & Gregor. IX. *i* Hic Hermetis liber extat, & verba relata posita sunt mandato quarto ejus libri (x). Adduntur illic alia verba ab Ivone quoque in excerptionibus relata, quæ Gratianus *k*, & Ivo in panormia *l* Augustino adscribunt. Sic enim ait Gratianus *caussa XXIIX. Idem Augustinus de Adulterinis coniugiis libro secundo. Non solum mœchatio est &c.* A. Si libro Pastoris uti, crimen est; id Paleæ obiici debet, & Ivoni. At qui verba Hermetis vel Augustino, vel Arelatensi concilio tribuerunt, neque id primi fecerunt, sed aliorum fidem secuti sunt, cur acerbe accusandi sint, non video. Ante Gelasium autem hic liber in pretio fuit, ut ex Athanasio *m*, & Tertulliano, & Hieronymo cognovimus. Damasus quoque in Pii vita, & ipse Pius Pontifex epist. l. eum probare videntur. Ejus verba extant apud Gratianum *de consecratione distinct. III. cap. XXI. n* & Ivonem *parte IV. cap. III. & CXLV.* B. Nihil illic de libro Pastoris scriptum est; sed Hermes laudatur, eique apparuisse dicitur Angelus in habitu pastoris, eique præcepisse, ut Pascha Domini die dominico ab omnibus celebraretur. A. Ivo hæc refert in libro Pontificali scripta esse. Sub Pii Papæ Episcopatu Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum venit ad eum in habitu pastoris, & præcepit ei, ut Pascha Domini die dominico celebraretur. Hermen, & qui cum eis * fratres sunt, inquit Hieronymus in ecclesiis scriptoribus asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor, & apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publico legitur: revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpaverunt testimonia, sed apud Latinos pene ignotus est. B. Ut posteriores cogitationes Græco proverbio meliores esse dicuntur: sic etiam posterior ætas certiora de libro Pastoris A statuit (3). A. Habesne alios dicere aut incertos, aut apocryphos libros a Gratiano relatos? B.

a *Vid. Eus. lib. 3. c. 25.*
b *Dist. 15. c. 3.* Sancta. §. In primis.
c *Burc. lib. 3. c. 221.*
d *Ivo lib. 2. tit. 11. c. 36. panorm. & p. 4. c. 65. decr.*
e *34. q. 1. c. 9.*
f *Ivo lib. 7. tit. 5. c. 2. panorm.*
g *Ivo p. 8. c. 243. decr.*
h *c. 3. De adulter. in 1. collect.*
i *c. 3. eod.*
k *28. q. 1. c. 6.* Non solum.
l. *Ivo lib. 7. tit. 4. c. 7. panorm.*
m *Vid. Athan. in epist. 39.* Festiva.
n *De cons. d. 3. c. 21.* Nosse.
* eo. f.

scripta in bibliotheca monasterii Dominicanorum: & quæ citantur infra 33. q. 1. c. Quod autem &c. sequenti, videntur esse hujus Gregorii tertii. *Et in scol.* Nubat. Hoc Anglicis concessum est, ut dicit: Greg. (*malo, Gratianus*) quia novi erant in fide, ut inf. ead. §. *Quamvis.* sed male, quia iste non fuit Greg. magnus, nec scribit Augustino Anglor. Episcopo, cui illa concessio facta est. 35. q. 3. Quædam lex. *Verba cap.* 24. Si quis cum noverca. *d. q. 7. in fine.* Illud vero Gregorii &c. *ut in dialogo. In notis est*: Anglicis. Vere hic auctor glossæ animadvertit, Gratianum, quod Gregorius tertius scripsit ad Bonifacium legatum Germaniæ pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quæ multo ante B. Gregorius primus scripserat ad Augustinum Anglorum Episcopum, dispensando cum Anglis ad fidem nuper conversis super gradibus consanguinitatis, & affinitatis, & habetur infra 35. q. 2. & 3. c. Quædam lex. & q. 5. c. Ad sedem. *Et in scol.* Illud vero. Quandoque bonus dormitat Homerus. Vagatur Gratianus pro solutione illius cap. supra ead. Quod proposuisti. & cum non inveniat, somniando attribuit S. Gregor. minori, quod egregius doctor S. Gregor. major scribit Augustino 35. q. 3. Quædam lex. Sed hic casus reprobatus est supra.

(x) *Distinct.* 15. *cap.* 3. Sancta. *in eodem libro*, §. In primis. *hæc verba sunt:* Liber, qui appellatur Pastoris apocryphus. *Et in margine*: Burch. l. 3. c. 221. Ivo part. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123. *Inscriptio cap.* 7. Ego dixi. 34. *q.* 1. *hæc est*: (Item Hermes in libro Pastoris mandato quarto) Palea. *Et in margine*: Ivo p. 8. c. 241. Pann. l. 7. c. 38. Sent. 4. dist. 35. ext. de adult. Si vir. *Et in notis*: In hoc capite emendata, & addita nonnulla sunt ex originali, & ceteris collectoribus. *Inscriptio capitis* 3. Si vir. *de adulteriis, in Romana editione est*: Ex concilio Arelatens. *Et in margine*: alias Aurelian. *Vide c. 3. eod. tit. in 1. compil. & notas hujus capitis.*

(8) *Inscriptio cap. 6.* Non solum. 28. *q.* 1. *in eodem libro est*; Idem (*Augustin.*) de adulterinis conjugiis lib. 2. *Et in notis additur*: In eo libro non extat: sed apud Hermetem in libro pastoris, mandato quarto, ex quo citat Ivo hoc una cum palea, Ego dixi. inf. 34. quæst. 1. & 2. Et quoniam in eo mandato tam de viro, quam de muliere agitur, est aliqua verborum varietas, sed eadem sententia. *In margine hæc sunt*: Ivo p. 8. c. 243. Pann. l. 7. c. 34.

A Certum est hunc librum esse apocryphum, quod extra canonem ab omnibus Ecclesiis collocetur. Antiquum tamen esse & magnæ apud veteres auctoritatis ostendit nuper eruditissimus amicus noster Joannes Baptista Cotelerius societatis Sorbonicæ Theologus in Notis ad hunc librum. Has tu consule, lector, & mihi pro indicina gratiam habeto. B.

Ibid. De eo in dictis Apocryphis pluribus. M.

Maxime. *Canones Apoſtolorum* A, *& canones ſextæ ſynodi* B repetitæ in Trullo. A. Magnas tu quidem turbas moves, ſi hos omnes canones reicis. Legiſtine unquam Franciſci Turriani mei libros? C B. Legi: & hominem ipſum, ut doctum & pium, & tibi conjunctiſſimum, valde diligo. A. Probatne is, an improbat omnes illos canones? B. Apoſtolorum canones quinquaginta probat, ex ceteris aliquot reicit. Sextæ ſynodi improbat aliquos, alios non recipit: ſed ut antiquorum Patrum legi poſſe ait, licet careant illa generali auctoritate, qua Græci exiſtimant excellere. A. Feliciores fuimus his temporibus nati, quam multi ex majoribus noſtris. *Clementis Romani* D *octo libri conſtitutionum Apoſtolorum*, ſive doctrinæ Apoſtolicæ, Græce, & Latine editi ſunt, qui fons eſt iſtorum canonum, qui dicuntur Apoſtolorum. B. At, Gelaſius in illa ſynodo LXX. Epiſcoporum apocryphum eſſe ait *librum Canonum Apoſtolorum a*. Et ſextæ illius ſynodi repetitæ Patres, octo libros illos Clementis ab hæreticis corruptos eſſe affirmant, ſed XXCV. canones Apoſtolorum recipiunt capite ſecundo, cujus pars poſita eſt a Gratiano *diſtinct. XVI. cap.* IV. & VII. *b* ab Ivone in panormia: & in excerptionibus *c*, & refert liber Cæſarauguſtanus *d* (x). Iſidorus quoque in ea præfatione conciliorum, quam Gratianus refert *capite primo illius diſtinct. XVI. e* ſic ait: *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt: pro eo quod ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamvis in eis utilia inveniantur: tamen ab auctoritate canonum atque Apoſtolica, eorum geſta conſtat eſſe re-*

a *Diſt.* 15. c. 3. §. In primis. *Burch. l.* 3. c. 221. *Ivo l.* 2. *tit.* 11. c. 76. *panorm. & p.* 4. c. 65. *decret.*
b *Diſt.* 16. c. 4. Placuit. & c. 7. Quoniam.
c *Ivo lib.* 2. *tit.* 11. c. 29. & 38. *panorm. & p.* 4. c. 106. & 123. & 124. *decr.*
d *Cæſ. lib.* 1. c. 40. & 42. & 53. & *lib.* 2. c. 8.
e *Diſt.* 16. c. 1.

[x] *Capite tertio* Sancta, *diſtinct.* 15. §. In primis. *hæc verba ſunt in Gregoriana editione*: Item itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. 8. apocryphum. *Et in margine:* decem orig. *Et poſtea*: Liber, qui appellatur ſortes Apoſtolorum, apocryphus. Liber Luſanæ apocryphus. *Et in margine*: qui appellatur Laus Apoſtolorum, orig. *Et mox*: Liber canonum Apoſtolorum apocryphus. *Inſcriptio cap.* 4. Placuit. *diſtinct.* 16. *hæc eſt*: Item 6. ſynodus cap. 2. *Et in margine*: Ivo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125. *Inſcriptio capitis ſeptimi* Quoniam. *hæc eſt*: Unde ſancti patres in eadem (*ſexta*) ſynodo ſecundo congregata dixerunt. *Et in margine*: Ivo ſeptimam vocat. *Et*: Ivo p. 4. c. 123. Et in oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo convenerant, ad Juſtinianum Imp. *Et in verſ.* Placuit. c. 2. Ejus ſynodi. ſup. ead. c. PLACUIT. Ivo. p. 4. c. 106.

A De iis vide ſodes *Hiſtor. meam jur. Eccleſ. n.* 105. 128. *& ſeqq.* M. (9).

B Omnem movent lapidem Baronius, & ex eo Longus a Coriolano, & nuper Cabaſſutius aliique Pontificii ut hæc ſit *Pſeudo Synodus, erratica Synodus, canones ſpurii, ſuppoſiti*; & cum Auguſtino hic in cenſum *incertorum* aut *apocryphorum* referantur. Sine ulla ratione incerti aut apocryphi dicuntur. Satis enim Patres ſeu conditores eorum noti ſunt, qui ipſi profitentur, quid faciant, nempe quod ſuppleant defectum quintæ & ſextæ Synodi, & ipſi Papæ Romani iis utuntur, eoſque citant. Vide ſis hos conciſe adſerentem Clariſſ. Mornæum *in Myſter. iniquitatis mihi pag.* 119. *& ſeq. edit. Gorichemenſ.* item Balſamo ad Præf. hujus Concilii. Sed an non erroribus multis ſcateant iſti canones, non eſt hic diſquirendum. Sufficiat hic eſſe genuinos, & Concilii Univerſalis, quod juſſu Juſtiniani eſt convocatum, ut adſerit citato loco Balſamo. M. (10).

C Vide ſodes de impudentiſſimo iſto defenſore omnium apocryphorum, judicia in *Hiſtor. jur. Eccleſ. n.* 110. 124. 132. *pag.* 135. *num.* 224. *pag.* 238. *& num.* 228. Adde Doctiſſ. Blondellum in *Pſeudo Iſidoro & Turriano vapulante.* Potiſſimum in prolegom: neque amplius ſubſcribes Auguſtini elogio hic, fuiſſe hominem Doctum & Pium. M. (11).

D Latiſſime de his egi in *Hiſtor. jur. Eccleſ. num.* 105. *& ſeqq. multis.* M. (12).

(9) De Canonibus Apoſtolicis ſatis dictum eſt in Nota (1) præcedenti. W.

(10) Semper ab Eccleſia Canones Trullanæ Synodi, & merito quidem veluti apocryphi rejecti fuerunt, quamquam eorum nonnulli laudabiles ſint, veramque Doctrinam contineant; cum tamen legitime ea Synodus congregata non fuerit, plurimaque decreverit adverſus Eccleſiæ Doctrinam, & mores; hinc tamquam authenticos non admiſit. De iſtis Canonibus ita ſcribit Anaſtaſius in Præfatione VII. Synodi ad Joannem VIII. = Ergo Regulas, quas Græci a Sexta Synodo perhibent editas, ita in hac Synodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum hujus Sedis Pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adverſæ = Idipſum ſcribit in Præfatione VIII. Synodi ad Hadrianum II. & & in vita Joannis VII. Venerabilis Beda pariter in Lib. *de ſex Mundi* Ætatibus ad annum 4649. ſcribit = Sergium Eccleſiæ Romanæ Pontificem erraticæ Synodo, quam Juſtinianus Conſtantinopoli congregaverat, favere, & ſubſcribere noluiſſe: Hinc Cardinalis Humbertus Lib. contra Nicætam in Bibliotheca SS. Patrum Tom. 18. Col. 412. ſcripſit = Non autem mirum, ſi Agathoni Papæ, & Sanctis Patribus Sextæ Synodi veſtra imputetis deliramenta; & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula; cum etiam ipſi Domino Jeſu, & Apoſtolis ejus imputetis figmenta. Unde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam Hæreſim Græcorum Monothelitarum non autem ad tradendum Romanis novas inſtitutiones congregatam, Capitula, quæ nobis ſub ejus auctoritate exponitis, omnino refutamus, quia prima, & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſervat; quia aut ſunt nulla, aut, ut vobis libuit, depravata = Maximo ergo jure dicuntur Apocryphi; hoc enim nomen *Apocryphus* librum ſignificat ab Eccleſia rejectum, non ut falſum, ſed ut non authenticum, aut de quo dubium eſt, an ſit authenticus: videatur Macri ad verba *Apocryphus*, & *Pſeudophorum*. W.

(11) De Canonibus Apoſtolicis dicta ſufficiant in Nota (1) præcedenti. W.

(12) Prædictam Notam (1) præcedentem videre ſatis eſt. W.

remota, atque inter apocrypha deputata. Hæc verba in omnibus veteribus libris Hispaniæ conciliorum inveniuntur, non illa quæ Isidorus Mercator in præfatione conciliorum scripsit, quæ etiam Gratianus *capite quarto ejusd. distinct.* posuit *a*. Neque distinxit A varietatem horum scriptorum, ut debuit, cum contraria dicerent: hic enim Mercator hos canones probat, quos ille rejecerat: sed utrumque Isidorum vocat. Tantum capite primo ait: Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit, dicens. Demochares in margine addit. Isidorus in principio conciliorum, de qua re Contius dubitat. At de Mercatore Gratianus *cap.* IV, ita scribit: *Epistola Isidori in capite canonum. Isidorus servus Christi lectori suo conservo. Propter eorum auctoritatem &c.* Apud Ivonem *b* in veteri panormiæ libro dicitur *Isidorus Mercator* B. Et in excerptionibus sic est: *Ex præfatione Isidori in opus canonum. Isidorus Mercator servus Christi &c.* Idem nomen scio in quibusdam veteribus libris conciliorum Romæ inveniri. In margine tamen Ivonis, *Peccator* appellatur C. Te quoque ipsum scio exemplum illius Hispanicæ præfationis Romam ad Michaelem Thomasium, & Petrum Ciaconem misisse, & hanc varietatem notasse, illosque & ceteros selectos viros valde fuisse eo munere delectatos, propterea quod fontes ignorarent illius capitis primi Isidori (*x*).
A. Quid pluribus verbis opus est? Media via D inter eos, qui probent, & eos, qui improbent, placet. Cujusmodi est Humberti Silvæ Candidæ Episcopi Cardinalis Leonis IX. Legati *e*, cujus esse existimo verba Leoni IX. adscripta, quæ Gratianus refert *capite tertio illius distinctionis d: Clementis librum, id est, Petri Apostoli itinerarium, & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis capitulis L. quæ decreverunt orthodoxæ fides tractatores adjungenda.* Hæc

a c. 4. §. 1. dist. 16.

b Ivo lib. 2. tit. 11. c. 39. panorm. & p. 4. c. 107. decr.

e Humber. Contra Nicetam.

d Dist. 16. c. 3. Clementis.

(*x*) *In eadem editione inscriptio cap.* 1. *distinct.* 16. *hæc est*: Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit, dicens: „ Canones, qui dicuntur Apostolo„ rum &c. " *Et in notis*: Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem conciliorum, quæ ex bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ descripta, Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgatæ Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. PLACUIT. hac eadem dist. si modo idem est Isidorus. *Et in indice librorum ante verba Gratiani*: Isidori collectionis canonum præfatio alia a vulgata, missa ab Archiepiscopo Tarraconensi & Alvaro Gomez ex bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ. *Capite* 4. Placuit, *ejusdem dist. vers.* Isidorus. *hæc verba sunt, quæ melius capiti quinto adscribi deberent*: Epistola Isidori in capite canonum. „ Isidorus servus „ Christi lectori suo conservo. Propter eorum „ auctoritatem &c. " *Et in margine*: Ivo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125. *Et in notis hæc sunt*: Hæc epistola ab Ivone vocatur Præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est præposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa: PROPTER EORUM AUCTORITATEM &c. usque ad vers. CONSTITUTIONE, non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo: ISIDORUS SERVUS: In Pannormia est eodem modo, atque apud Gratianum. Apud Ivonem & in manu scriptis collectionis illius codicibus est „ Isido„ rus Mercator servus Christi conservo suo, „ & parenti fidei (al. fideli) in Domino sa„ lutem ". In vulgatis autem conciliorum editionibus „ Isidorus peccator, servus &c. " *In indice librorum ante verba Gratiani hæc sunt*: Isidori collectio canonum ex Vaticana, & Dominicana supra Minervam. *Et in admonitione ad lectorem*: Ceterum inter privatos collectores, qui multo plura congerere studuerunt, perantiquus est Isidorus: cujus collectio protenditur a canonibus Apostolorum usque ad concilium Hispalense secundum: habeturque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & uno monasterii Dominicani sanctæ Mariæ supra Minervam: extat autem impressa in editionibus conciliorum in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem multis aliis conciliis, scriptisque admixta. Isidorum hunc Igmarus Archiepiscopus Remensis in libro de synodis, celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, a quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione hujus collectionis leguntur, sunt in libro quinto etymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur: „ Isidorus Mercator servus „ Christi lectori conservo suo &c. " nec multo secus in Vaticanis, quo loco in impressis est „ Isidorus peccator servus Christi &c. "

A Landavi Augustini hunc locum, in eumque digitum intendi *in Histor. jur. Ecclesiast. num.* 130. M.
B De hisce cognominibus pessimi hujus impostoris dixi in *Histor. jur. Eccles. num.* 225. M.
C Loquitur de Isidori collectione, qui vulgo Mercator dicitur, cum in codicibus quibusdam manuscriptis legatur *Peccator*. Vide illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem Petrum de Marca in libro tertio de concordia sacerdotii & imperii cap. 5. §. 2. B.
D Hæc hic non tuta nec vera. Omnes enim hi canones falsi, spurii, suppositi, mentiuntur nomen & sæculum Apostolicum, quod singulari volumine occupatissime demonstravit Doctissimus Dalæus *in Pseudepigraphis Apostolicis*; & Ego *in Histor. jur. Eccles. a num.* 122. *& seqq.* M.

a Ivo d. tit. 11. c. 37. panorm. & d. p. 4. c. 105. Hæc etiam Ivo refert *a*, ſed pro *orthodoxæ fidei tractatores*, habet, *orthodoxis regulis*, aptius. Sic in Corpore canonum ex Dionyſii Exigui interpretatione, & in Iſidori Mercatoris collectione tantum hos L. canones invenies. Hoc Gratianus, & veteres collectores referunt, item Romanus in libro Pœnitentium, & Anſegiſus lib. I. Capitularium Caroli. Si tu Gratianum alicubi pluribus uſum ſcis, locum oſtendito. B. Nullum nunc oſtendere poſſum (α). A. De ſexta ſynodo cras pluribus agemus.

DIALOGUS SEPTIMUS.

De Capitibus ſumptis a ſexta ſynodo.

A. DE ſextæ ſynodi repetitæ in Trullo decretis, ſive regulis agendum eſt. Neque credo te dubitare de fide ſextæ ſynodi, quæ contra Monothelitas habita eſt Conſtantinopoli in Trullo, quod palatii, ſive au-

b Vid. Ivo p. 4. c. 120. & 124. & 125. decr. læ Regiæ nomen eſt *b*, ſub Agathone Pontifice, & Conſtantino IV. Imperatore. Hæc confirmata eſt, mortuo Agathone, a Leone Minore. Hanc nullos canones feciſſe, tam Græci, quam Latini confitentur. Sed & in his ipſis regulis, de quorum auctoritate dubitamus, hoc aperte dicitur. Recita ex Tilii libro, quem habes, Græca verba epiſtulæ, ſive adlocutionis hujus ſynodi. B. *ἐπειδὴ δὲ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, αἱ κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον πόλιν συναθροισθεῖσαι, ἡ μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως, ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου πατρὸς τοῦ σοῦ ἡμερώτατος, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαι μυστήριον, οὐδαμῶς ἱεροὺς κανόνας ἐνέγραψαν, καθάπερ αἱ λοιπαὶ ἅγιαι τέσσαρες οἰκουμενικαὶ σύνοδοι.* A. Satis eſt ad id, quod volebam. Latine recitet C. noſter. C. Cum quo Imperatore loquitur hæc ſynodus? A. Cum Juſtiniano poſteriore ejus Conſtantini filio, ſub quo ſexta ſynodus habita eſt. C. Quo pacto probas, eum eſſe Juſtinianum poſteriorem? A. Quia prioris Juſtiniani, ſub quo ſynodus quinta habita eſt, mentio hic fit, eumque mortuum eſſe, verba illa, *τοῦ τῆς θείας λήξεως*, oſtendunt. Inſcriptio epiſtulæ ad Juſtinianum miſſæ recitetur. B. *τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος* &c. A. Recitet. C. Gratiani verba *capitis VII. diſtinctionis XVI.*

c C. *Unde ſancti Patres in eadem ſynodo congregati dixerunt. Quoniam ſanctæ univerſales ſynodi, quinta ſub Juſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre ſuo Auguſto.* [A. *Tuo* pro *ſuo* ſcribendum: idque Contio placet, qui non recte hæc eſſe verba VII. ſynodi ſcribit.] C. *de myſterio fidei pleniſſime diſputantes, canones non fecerunt, ſicut ceteræ quattuor univerſales ſynodi: propterea nos convenientes in hanc Imperialem urbem, ſacros canones conſcripſimus.* A. Gratiani verba cum Ivone *d* conſentantur. C. *Epiſtula ſeptimæ ſynodi ad Juſtinianum filium Conſtantini.* A. Placet inſcriptio, ſi *ſextæ* pro *ſeptimæ* ſcribatur. C. In aliis verbis nulla varietas eſt, niſi quod *tuo* pro *ſuo* ſcribit, tuam opinionem confirmans. A. Confer cum libro Cæſarauguſtano *e*. C. Inſcriptio eadem eſt: ſed *ſextæ* pro *ſeptimæ* habet. Vox *tua* non *ſua* confirmatur: cetera ut Gratianus, & Ivo habet (β). A. Hoc

c Diſt. 16. c. 7. Quoniam.

d Ivo p. 4. c. 123. decr.

e Cæſ. lib. 1. c. 40.

jacto

(α) *Capitis tertii diſtinct. 16. in eadem editione verba ſunt*: Item Leo Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ Abbatis: „ Clementis librum, id eſt, Petri Apoſtoli itinerarium, & Apoſtolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreverunt orthodoxæ fidei adjungenda “. *In margine hæc ſunt*: Ivo p. 4. cap. 105. Pannorm. l. 2. c. 124. ORTHODOXÆ: al. regulis orthodoxis. al. regulis orthodoxiæ. *In notis ita ſcriptum eſt*: Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in monaſterio ſanctæ Mariæ novæ, & in multis privatis bibliothecis extat manu ſcripta. Merito autem potuit citari Leo IX. quod ejus auctoritate, & juſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit. *Initio ejuſdem diſtinct. hæc ſunt Gratiani verba*: Apoſtolorum vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati, ſunt quinquaginta. *Et in notis*: TRANSLATI: In titulo, qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori, & in concilio Stephani Papæ IV. (cujus magnam partem Deuſdedit Cardinalis in ſua canonum collectione refert) pro voce TRANSLATI, habetur, PROLATI. Dionyſius certe Exiguus nullam hujus verſionis mentionem fecit, & aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare „ Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementem prolatis “: ut auctor Polycarpi, & alii.

(β) *Gratiani verba ſunt in extremo cap. 6. Habeo. diſt. 16. in editione Gregoriana*: Ex his ergo colligitur, quod ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit, ſecundo ſub Juſtiniano filio ejus, & præfatos canones promulgavit. Unde ſancti patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt. *In margine eſt*: Ivo VII. vocat. Et: Ivo part. 4. c. 123. Et in orat. allocutoria Patrum, qui in Trullo convenerant, ad Juſtinianum Imp. *Verba capitis VII. ſunt*: Quoniam ſanctæ, & univerſales ſynodi, quinta ſub Juſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre ſuo (*ſcribe* tuo, *ut in erratis notatur*) Auguſto, de myſterio fidei

ple-

jacto fundamento, nullos canones fecisse illam sextam universalem synodum? videamus nunc, cur hi canones sextæ synodi appellentur. Et hoc ex Tarasii verbis in septima synodo dictis eluceтur. Recita, quæ Gratianus *capite V. & VI. illius distinct. XVI.* a scripserit.

a Dist. 16. c. 5. Sextam. & c. 6. Habeo.

C. *Sextam synodum sanctam cum omnibus canonibus suis recipio.* Sed dubitatur de ea, an canones constituerit? quod ex quarta actione sextæ synodi facile absolvitur. A. *Septimæ* pro *sextæ* scribendum est: idque Contius probat, quamvis eandem octavam dicat vocari; quod falsum est. C. *Ait enim Episcopus Petrus Episcopo Nicomediæ.* A. Hoc etiam mutandum est: *Ait enim Petrus Episcopus Nicomediæ.* C. *Habeo librum continentem canones sanctæ synodi sextæ. Patriarcha dixit.* A. Hic est Tarasius, ut dixi. C. *Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis dicentes: numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant unam operationem, & unam voluntatem esse in Christo.* (A. Hos Monothelitas appellabant.) C. *In qua sancti patres illos, utpote hæreticos anathematizaverunt, & orthodoxam fidem explanaverunt. Soluta est hæc synodus Constantini XVI. anno. Post quattuor vero, aut quinque annos iidem sancti patres congregati sunt sub Justiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgaverunt. De quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino Imp. in synodo fuerunt, iidem ipsi Episcopi sub Justiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim, ut synodus universalis canones ecclesiasticos promulgaret.* A. Videtis Tarasii rationes quales sint. Quod iidem Episcopi interfuerint, & subscripserint, quod post breve tempus, hoc est, quattuor, aut quinque annos; quod oportuit synodum habere canones. B. Quid si hæc omnia falsa sint? nam neque iidem Episcopi interfuerunt, nec subscripserunt; neque post solos quinque annos. Postremo non est necesse canones synodum constituere. Id ex quinta, & sexta synodo manifestum est. A. Hoc postremum verum est: cetera postea dices. Volo enim, ut prius conferamus Gratiani verba recitata cum Ivone, & Cæsaraugustano libro. C. Est etiam nonnihil reliqui apud Gratianum. A. Recita. C. *Item sancta synodus universalis sexta post promulgatam ab ea definitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregaverat, non multo post defuncto, Justiniano ejus filio regnante pro eo. Eadem sancta synodus.* A. Non recte hæc edita sunt: lege conjunctim: *pro eo, eadem &c.* C. *Filio ejus regnante pro eo, eadem sancta synodus divinitus inspirata iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero CCII.* (A. Lege CII.) C. *Ad correctionem ecclesiæ promulgavit.* A. Hæc sunt ex actione sexta septimæ synodi. Confer nunc Ivonis verba *parte IV. cap. CXXI.* C. *Actio quarta sextæ synodi.* A. Septimæ pro *sextæ* scribendum, ut apud Gratianum. C. *Petrus Nicomediæ Episcopus dixit.* A. Hæc meliora sunt, quam illic. C. *Habeo librum &c.* Omnia habet, ut Gratianus. In fine post verbum, *promulgaret: Actio sexta tomo primo contra falsam septimam synodum. Septima synodus quomodo dicitur, quæ non concordat præcedentibus sex universalibus synodis?* A. Ex his apparet, omnia supra scripta esse ex septima synodo, quæ pseudosynodum dictam septimam evertit. Confer ultima verba Ivonis cum ultimis Gratiani verbis. C. *Item sancta sexta synodus &c.* Eadem verba, sed melius ea scribuntur, quæ tu admonuisti. *Et Justiniano filio ejus regnante pro eo, eadem sancta synodus &c.* Sic etiam illa de numero canonum CII. A. Confer cum Cæsaraugustano libro. C. Contuli. Initio hæc sunt: *Actio quarta VI. synodi. Georgius Patriarcha* b *dixit. Quidam per ignorantiam &c.* A. Hæc

b Cæs. lib. 1. c. 58.

mendosa sunt. C. Et post verbum, *subscripserunt*, additur: *Actio sexta tomo primo. Sancta sexta &c.* c quædam videntur desiderari. De numero canonum, ut Ivo. A.

c Vidend. Humber. contra Nicetam.

Quid nunc B. habes contra Tarasii argumenta? B. Neque eosdem Episcopos interfuisse, neque post quattuor solos, aut quinque annos habitam fuisse. Utrumque docent aperte Græci duo Theophanes, & Anastasius bibliothecarius. Annorum enim subducta ratione, quibus Constantinus superstes fuit post sextam synodum, & annorum Justiniani ejus filii, antequam eiiceretur a Leontio, & ejusdem Leontii, & Absimari tyrannorum, & ejusdem Justiniani iterum Imp. fiunt anni XXVII. Quo medio tempore multi Episcopi, qui in ea synodo fuerant, mortui sunt, quos illi enumerant. Sed illud potissimum est, quod hæc pseudosynodus post solutam sextam habita est, ut aperte dicit idem Tarasius: at convocare generalem synodum, & in ea præsidere, & acta confirmare, solius est Romani Pontificis A. In hac repetita sy-

plenissime disputantes, canones non fecerunt &c.

A Loquitur heic Antonius Augustinus ex usu posteriorum temporum & sui seculi. Nam antiquitus aliud obtinebat, ut cuivis paulo erudito manifestum est. B.

Ibid. Ingenuus hic iterum est Clar. V. Baluzius; ei sis adde Mornæi *Mysterium iniquitatis*, ut alios innumeros taceam, qui ubique probat convocasse & præsedisse olim Imperatores in conciliis universalibus. M. (13).

(13) Consulatur Nota (8) præcedens; nec non Nota [d] ad Caput 21. Lib. 1. Duareni de Eccles. Minist.

synodo non interfuerunt Legati Romani Antistitis, ut omnes Græci fatentur; numquam ab eodem convocata est, numquam confirmata: sequitur generalem non fuisse, aut œcumenicam, ut ipsi vocant. Quod si generalis fuisset, non sexta, aut πενθέκτης diceretur, sed septima. A. Confirmationem ex verbis Hadriani a Gratiano, & aliis relatam probare quidam nituntur. B. Nosti, quid Turrianus tuus adversus hanc confirmatio-
a Dist.16. c. 5. nem *a* dicat? A. Redige in memoriam. B. Principio verba illa, *Sextam synodum sanctam cum omnibus canonibus suis recipio*: non esse Hadriani verba, sed Tarasii relata ab Hadriano. Id ex actione secunda septimæ synodi cognosci potest, in qua actione lecta est hæc Hadriani epistula ad Tarasium. A. Cur non contradixit Hadrianus verbis Tarasii, si falsa scribebat? B. Quia aliqua ratione recte loquebatur. Sextam scilicet synodum veram recipio & ejus canones, si qui sunt A. Sed & si quis Græca verba cum Latinis conferat non inveniet de sextæ synodi tantum regulis loqui, sed de sex conciliorum regulis. A. Tarasius post illa verba retulit canonem hujus repetitæ synodi de agni pictura: pro quo canone tuendo, uti acerrimo telo contra hæreticos, omnem lapidem movet, ut persuadeat omnibus, sextam esse, & legitimam synodum eam, in qua is canon conscriptus est, usque eo, ut dixerit in synodo se habere subscriptionem omnium Patrum sextæ synodi, qui etiam post hunc, & ceteros canones subscripserint. B. Dici poterit, Hadrianum hæc passum esse dici, & scribi, ut optato fine frueretur: quo hæresis illa effractorum imaginum tolleretur. Sed non sequitur omnes canones esse confirmatos: sed illum non esse improbatum. Alioqui sequeretur etiam, canones contra cælibatum clericorum, & contra jejunia sabbati, & de sanguine, & suffocato confirmatos esse, quorum habuisse notitiam Hadrianum ignoramus (x). A. Hadriani verba legantur, quæ Gra-

(x) *Capitis quinti ejusdem distinct. 16. in eodem libro inscriptio est*: Unde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ: „ Sextam synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis “. *In margine est*: Ivo p. 4. c. 122. *In notis hæc sunt*: SEXTAM: Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium: sed eo in loco Adrianus refert verba synodicæ epistolæ a Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert propria ejus epistolæ verba. In versione enim Anastasii bibliothecarii sic legitur: „ Invenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorum, & de sacris, & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ jure, ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt “. Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola: quod ex concilio Græco, & nova interpretatione clare apparet. *Sequuntur Gratiani verba*: Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ synodi facile absolvitur. *In notis est*: Io secundo, & XII. Vaticanis est, sextæ, alias septimæ, & vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum. *In scholiis hæc sunt*: SEXTÆ SYNODI: Falsa est littera, & debet ibi esse

A Lamiæ turres & pectines solis loquitur hic Turrianus. Neque fingere aut nugari novum ei, ut alibi demonstratum. Nunquam venerunt ista somnia & reservationes, ut vocantur a Jesuitis, mentales Hadriano in mentem, approbavit ille & Gratianus canones istius Concilii, non enim ignorare poterat, (profitentur enim id ipsi Patres) synodum quintam & sextam non edidisse canones, itaque hos pro synodi sextæ canonibus habet & probat Hadrianus. M. (14).

Minist. & Beneficiis; ubi de Iure Principum circa Concilia sufficienter loquuti sumus. Non quidem magni facimus præcipites Hæreticorum opiniones, multoque minus a Mornæo per suum iniquum *Mysterium iniquitatis* perturbamur. W.

[14] Quini - Sextæ synodi Canones ab Ecclesia Romana non fuisse receptos tanquam authenticos Joannis VIII. & Hadriani II. temporibus testis est Anastasius, ut in Nota (10) precedenti demonstravimus. Hadrianus itaque I. eos Canones nequaquam comprobavit, quod ulterius evincitur ex ipsamet Hadriani I. Epistola apud Labbè Tom. 8. Concil. Col. 767. in qua loquens de Epistola Synodica Tharasii a se recepta ita scribit = Invenimus autem in prædicta Synodica Epistola Sanctitatis vestræ post plenitudinem Fidei, & confessionem sacri Symboli [hæc verba] ...... Quia & easdem sanctas sex Synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ jure, ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt = Hæc verba inserta esse in sua Epistola ab Hadriano, excerpta tamen ea Epistola Tharasii convincitur ex textu ipsius Tharasianæ Epistolæ ad Episcopos, & sacerdotes Antiochiæ, Alexandriæ, & S. Civitatis, directæ apud Labbè Tom. 8. Concil. Column. 814. In ea igitur Tharasii Epistola hæc leguntur verba = Ipsius autem Sextæ Synodi cum omnibus dogmatibus, quæ legaliter, ac divinitus ab ea promulgata sunt, etiam depromptos Canones recipio = Tempore autem Hadriani I. cum adversus Iconomachos præliaretur Ecclesia Catholica, gavisus est Summus ille Pontifex super iis Tharasii verbis, eo quod Canones Synodi Quini-Sextæ cum tamquam legitimos, & sub nomine sextæ Œcumenicæ Synodi a Tharasio, aliisque Græcis admitti dignosceret, facile Iconomachos iri debellatum existimavit, quandoquidem in Canone 82. Trullano, Salvatoris Imaginem pingi posse, decretam esset. Ceterum de approbatione istorum Canonum ab Hadriano nequaquam habite, legantur Notæ Correctorum Romanorum ad Dist. 16. Decreti Gratianæi, Dialogus Septimus Libri I. Antonii Augustini de Emendat. Decreti, & Nota [10] præcedens. W.

a De consecr. d. 3. c. 29. Sextam.

b Ivo p. 4. c. 122. decret.

c Caesaraug. lib. 1. c. 39.

Gratianus refert *de consecratione distinct. III. cap. XXIX.* a C. *Item Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ*. A. Non additur hic, *universali*, ut in Græcis libris mendose. C. *Sextam sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus suis*, in quibus dicitur. *In quibus scripturis sanctarum imaginum*. A. *Scripturis* positum est pro *picturis*: est enim hoc caput XXCIII. Trullianum, in quo est: ἐν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς. C. *Agnus Præcursoris digito ostensus depingitur*. A. Lege clausulam ejus capitis. C. *Verum igitur agnum dominum nostrum Jesum Christum, secundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri agro depingui jubemus*. A. *pro veteri agno*, dicendum est. Confer cum Ivone b & Cæsaraugust. c C. *Adrianus Papa Tharasio Patriarchæ Actio secunda synodi septimæ. Sanctam sextam &c. In quibusdam picturis sanctarum imaginum &c. Verum igitur agnum, qui dominum nostrum Jesum Christum, secundum humanam imaginem effigiat, amodo pro veteri agno, in imaginibus depingui jubemus*. B. Melius extremum caput Gratianus posuit: neque enim illa, qui effigiat Græca verba habent. C. In Cæsaraug. libro tantum est: *Adrianus Papa Tharasio Patriarchæ. Sanctam sextam synodum recipio cum omnibus canonibus suis*. Sed apud Ivonem *cap. CXXVI. partis quartæ* sic est: *Responsiones Adriani Papæ contra obiectiones quorundam ad Carolum cap. XXXV. Sancta sexta synodus fideliter per canones orthodoxe statuens, ita constituit dicens. In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito præcursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiæ*. Et post pauca: *Secundum humanam figuram, & in imaginibus, & nunc pro veteri agno retitulari decernimus*. A. Hæc postrema obscurus dicta sunt. Prima verba hunc canonem satis confirmant: ceteros non item. De quibus alio die agemus. B. Omissa sunt alia ejusdem Hadriani verba, quæ sunt hæc, aut his similia. Idcirco testimonium de sancta sexta synodo pertulerunt, ut clarifice ostenderent, quod jam quando sancta sexta synodus acta est, a priscis temporibus sacras imagines, & historias pictas venerabantur.

esse Septimæ synodi. Qualiter enim dubitaret sexta synodus de eo, quod ipsa fecerat? *Mox in margine sunt Jo. Fant. & Archid. nugæ. Capitis sexti inscriptio est post verbum* absolvitur, *jam relatum*: Ait enim Petrus Episcopus Nicomediæ: „ Habeo librum con„ tinentem canones sanctæ sextæ synodi &c. “ *In margine est*: Ex actione quarta septimæ synodi. Et: Ivo p. 4. c. 121. *In notis hæc sunt*: Habeo librum: Verba sunt Petri Episcopi Nicomediæ, ac Tharasii Patriarchæ CP. actione quarta semptimæ synodi: quod quidem ipsi de centum duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Justiniani Rhinotmeti secundo anno suæ revocationis ad Imperium editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non esse proprios sextæ synodi: quia fatetur post annos quattuor, aut quinque, quam ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos: quo tempore certissimum est, neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem Episcopos fuisse. Quamquam in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cujus etiam verba quæ ad hunc locum pertinent, ex originali Græco Vaticano satis fideliter traaslata leguntur apud Franc. Turrianum libro de 6. 7. & 8. synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim non quattuor, aut quinque, ut Tharasius, sed 27. annos a fine sextæ synodi tempore Agathonis habitæ usque ad hanc hujusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tanquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque nova dicenda est hæc Episcoporum coitio, ideoque Græci illam, ut scribit Balsamon, πενθέκτην, id est quintam sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibl. & Humbert. quidem Leonis IX. legatus aperte testantur. Humbert. his verbis: „ Non autem miror, si Agathoni Papæ, & „ sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ, aut corrupistis, aut „ finxistis capitula &c. Capitula, quæ nobis „ sub ejus auctoritate apponitis, omnino refutamus: quia prima, & Apostolica sedes nec „ aliquando ea accepit, nec observat hacte„ nus “, Anastasius vero in præfatione in VII. synodum ad Joan. VIII. ita scripsit: „ Ergo re„ gulas, quas Græci in sexta synodo perhibent „ editas, ita in hac septima synodo principalis „ sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ „ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel „ decretis sanctorum sedis hujus Pontificum, „ aut certe bonis moribus inveniuntur adver„ sæ: quamvis omnes hactenus ex toto ma„ neant apud Latinos incognitæ, quia nec „ interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriar„ chalium sedium &c. Quamquam eosdem pa„ tres illas Græci promulgasse perhibeant, qui „ in sexta synodo sunt inventi: sed nullis „ certe probare possunt indiciis “. *Ad vers.* Sancta sexta. *In margine additur*: Ex sexta actione septimæ synodi. *Verba ipsa non videntur sine mendo edita*: & Justiniano ejus filio regnante pro eo. Eadem sancta synodus &c. *Illud recte est*: & canones numero CII. ad correctionem ecclesiæ promulgavit.

Unde ipſa ſancta ſexta ſynodus fideliter per canones orthodoxe ſtatuens &c. A. Ne his quidem verbis a omnes canones confirmantur. B. Non eſt audiendus Antonius Contius b in hujus capitis editione, cum de picturis veteris eccleſiæ agit. A. Tacitis ſuffragiis ejus ſententia improbetur (α).

DIALOGUS OCTAVUS.

De eadem re.

C. QUid eſt, quod contra canonem ab Hadriano confirmatum, tam Romæ, quam in provinciis pictura Præcurſoris Domini digito agnum oſtendit? Idem etiam fit in globulis illis cereis, quæ a multis *agni Dei* ab aliis *amuleta* dicuntur? c A. Conſuetudi-

(α) *De conſecrat. diſt.* 3. *cap.* 29. Sextam. *in editione Romana inſcriptio eſt*: Item Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ in actione 2. ejuſdem ſeptimæ ſynodi. *In margine hæc ſunt*: In epiſt. Hadr. ad Carolum c. 35. ſupra diſt. 16. Et in 6. ſyn. c. 82. Ivo p. 4. c. 122. & 126. *Verba capitis* 29. *ſunt*: Sextam ſanctam ſynodum recipio cum omnibus canonibus ſuis, in quibus dicitur: „ In quibus picturis ſanctarum imaginum agnus præcurſoris digito oſtenſus depingitur, qui in figuram gratiæ tranſit &c ". *In margine eſt*: In quibus: In quibuſdam vera lectio. *Et in ſcholiis poſt Canon*: in quibus ſcripturis, id eſt, pictoris (*mendoſe pro picturis*) & ſunt verba canonum VI. ſynodi. *In notis hæc ſunt*: De ſexta ſynodo, & canonibus ipſius notatum eſt ſupra c. Sexta synodus. (*deeſt di* 7. 19.) Gratiæ transit: Et in epiſtola Hadriani, & apud Ivonem par. 4. c. 122. legitur, in typum gratiæ aſſumptus eſt: „ Apud „ eundem Ivonem c. 126. ex Hadriano ad „ Carolum, in ſignum relictus eſt gratiæ ". Græce in canone ſextæ ſynodi eſt, ὡς εἰς τύπον παραληφθῆ τῆς χάριτος, id eſt: „ qui in „ typum gratiæ aſſumptus eſt ". Sed ob gloſſam non eſt mutatum. *In extremo capite hæc verba ſunt*: Verum igitur agnum D. N. Jeſum Chriſtum ſecundum imaginem humanam amodo etiam in imaginibus pro veteri agno depingi jubemus.

a Quid eſt ludere, ſi non hoc. Canon nullam habet auctoritatem niſi a concilio, canone iſto conantur ſtabilire uſum imaginum, an a canone, an vero a concilio auctoritas probationis dimanabit? M. [15].

b Quia forte non ſatis promovet Romanam Idololatriam. Primitivam Eccleſiam quatuor aut quinque ſæculis prioribus ignoraſſe imagines docte & accurate probavit ex antiquitate Eccleſiaſtica Doctiſſ. Dallæus *in tract. de Imagin.* M. (16).

c De hiſce nugis forte alibi dicemus. Caſalius cum ſumma impudentia refert ad tempora Apoſtolica, & ex paganiſſimo originem arceſſit *in tract.* quem potiſſimum ex Baronio & Spondano excerpſit, *de ritib. Eccleſ. part.* 3. *c.* 48. Quid vel falſitatis arguere poſſunt, qui hiſtoriam & antiquitates Eccleſiaſticas vel a limine ſalutarunt. Quæ hic pro ſtabilendo more affert Auguſtinus, futilia ſunt. M. (17).

[15] Verbis illudere nobiſcum velle Maſtrichtius videtur, dum tam pueriles opponit paralogiſmos. Definitiones Fidei, aut morum in Conciliis habitæ, non aliunde quam a Spiritu Sancto præſidente, atque Epiſcopis aſſiſtente, juxta promiſſiones Chriſti Matt. ult. ℣. 20. = Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad Conſumationem Sæculi = Ne adverſus Eccleſiam ſuam Inferorum portæ prævaleant aliquando, Matt. 16. ℣. 18. columna enim, & firmamentum veritatis Eccleſia eſt ex Apoſtolo 1. ad Timoth. 3. ℣. 15. ſuam vim, & auctoritatem deſumunt, dum quæſtiones Juris reſolvuntur. Quamquam autem quælibet Synodus Œcomenica legitime congregata in definiendis Juris quæſtionibus inerrantiæ munere donetur; ad revincendos tamen Eccleſiæ hoſtes, facta in praxim deductis ſæpiſſime utitur, quod præſtitit Septima Synodus Œcumenica, dum licitum eſſe Sacrarum Imaginum cultum definiit, ſuumque Canonem quid novi non continere demonſtravit, cum diu antea hujuſcemodi definitiones in Trullana Synodo ab ipſis Græcis antequam Iconomachi fierent, traditæ eſſent. W.

(16) Vix Iconomachorum alluvies erupit ex Orco, quod ſtatim ubique Eccleſiæ Paſtores, & Chriſtifideles, quorum aures perculit rumor, invicto animi robore, & Scriptis, & Synodis, & Sanguine ipſo avitam a Patribus religionem ſuſceptam propugnarunt. Dallæus autem faciles ſolum animos ſuis poteſt commentis illudere, non veritatis lucem obnubilare. In actis Apoſtolicis cap. 5. ℣. 15. ipſam Apoſtoli Petri umbram a populis coli cœpiſſe, & venerari apertiſſime legimus, cum per eam a ſuis languoribus ſanarentur Infirmi. Temporibus Euſebii Cæſarienſis adhuc ſupereſtitem fuiſſe Salvatoris ſtatuam æream ab Hemorroiſſa ſanitati reſtituta in perpetuam beneficii ſuſcepti memoriam erectam, teſtem ocularem ſeipſum exhibet Euſebius apud Natalem Alexandrum Differt. 6. in hiſtoriam Sæculi 8. §. 2. & apud Tourneiy de Incarnat. Quæſt. ultima. Ipſemet pariter Euſebius lib. 4. de Vita Conſtantini Cap. 21. refert piiſſimum illum Imperatorem in militum armis Salutiferæ Crucis imaginem inſculpi feciſſe. Inter omnes unus tamen audiendus Tertullianus vetuſtiſſimæ antiquitatis digniſſimus teſtis, qui adverſus Catholicos in libro de pudicitia, ita ſcripſit = Procedant ipſæ Picturæ Calicum veſtrorum, ſed vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius; utrum ne Chriſtiano, aut Ethnico peccatori de reſtitutione conlineet = & inferius in eodem libro ſubjungit = Ille ſi forte patrocinabitur Paſtor, quem in Calice depingis = Tempore igitur Tertulliani in Sanctis ipſis Calicibus imaginem Salvatoris ſub ſpecie Paſtoris pecudem ad ovile reducentis retinebat Eccleſia. W.

[17] Quid novi haud eſt, quod Nugatore blaſphemo Reformatores appellent, quæ in Dei Eccleſia coluntur, & venerantur, tanquam Imagines Salvatoris. De Agnorum Dei uſu, & antiquitate ſoliciti valde non ſumus: cum id unum nobis ſufficiat, quod ſcilicet cum veneratione recipiendi indicentur, & quia Salvatoris Imaginem præſeferunt. & quia Pontificis benedictione donati ſunt. Legatur hac de re Libellus Vincentii Bonardi, cujus meminit Baronius ad annum Chriſti 58. Num. 76. W.

dinis vis magna est in re præsertim, quæ potuit non impia videri. Cum enim pictura historiam doceat, vel potius rem gestam: cum Præcursor digito agnum ostendit, venit in mentem inspicientibus eundem tunc dixisse: *Ecce agnus Dei*, & quæ sequuntur. Sic cum Petro aut claves dantur, aut oves committuntur: si claves, & oves pictæ sint, spectatores facilius rei gestæ recordantur, quam si simpliciter Christus loquens cum Petro pingatur. B. His imaginibus veteres usi sunt tum in hieroglyphicis, ut Ægyptii, tum in arte rhetores memoriæ, tum in nummis, & signis omnes populi, ac Reges, & Imperatores. A. Ita est, ut dicis. Sed nos de ceteris regulis agamus, quæ ex illa repetita synodo Gratianus refert. B. Non est ferendus Gratianus, cum ex hac synodo partem refert, in qua Cypriani synodum probare videtur de baptismo hæreticorum: cum contra Cypriani synodum omnes veteres Patres steterint. A. Græca verba *a* lege capitis secundi extremi. B. ἐπὶ μόνῃ καὶ τῷ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντι κανόνι, ὃς ἐν τοῖς τῶν προέδρων τόποις, καὶ μόνον κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησεν. A. Nunc C. Gratiani verba legat. C. *Opuscula Theophili &c. Cyrilli Alexandrini Episcopi, Cypriani Carthaginensis Episcopi, & synodum suam.* A. Ivonis verba *b* quæ sunt? C. Eadem fere, quæ antea diximus, nisi quod *ejus*, pro *suam*, scripsit in exceptionibus, sed in panormia *suam* non *suum*, ut editum est. Sic etiam habet liber Cæsaraugustanus *c*. A. Mihi neque Græca verba, neque Latina placent: sed ut potius tota illa synodus repudietur [α]. B. *Caput quartum ejus synodi* refert Gratianus *caussa XXVII. cap. VI.* *d* ut deponatur clericus, laicus excommunicetur, qui Deo consecratam corruperit. A. Reiici non debet.

a *Dist.* 16. *c.* 7. Quoniam.

b *Ivo p.* 4. *c.* 134. *decr.* & *lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 29. *panorm.*

c *Cæsar. lib.* 2. *c.* 8.

d 27. *q.* 1. *c.* 6. Si quis.

Sed ubi dicitur: *Item ex sexta synodo*: adde *repetita cap. IV.* (β) B. *Caput sextum* latius Græci, quam Gratianus *e*, & Ivo *f* habent. Ante subdiaconi ordinem uxorem clerico ducere licere: non postea. A. Hujus capitis ut ex *sexta synodo* Innocentius Tertius mentionem fecit *g*. B. Errorem Gratiani est secutus (γ). *Caput etiam septimum* plenius habent Græci, quam Gratianus *h*, & Ivo *i*, qui quasi *ex VII. synodo cap. VII.* id refert non recte: *Ne diaconus ante presbyterum sedeat, nisi locum tenuerit Patriarchæ, vel Metropolitani* (δ). *Capitis octavi* mentio fit *in septima synodo cap. VI.* (cujus verba refert Gratianus *distinct. XIIX.* *k*, & Ivo *l* *in excerpt.*) de synodo semel habenda quotannis. A. Cupio scire, quibus verbis referunt, vel renovant septimi concilii Patres hunc canonem. B. ὥρισαν οἱ ἅγιοι τῆς συνόδου ὅσιοι πατέρες. & postea: τοῦτον οὖν τὸν κανόνα καὶ ἡμεῖς ἀνανεοῦμεν. C. Apud Gratianum, & Ivonem est: *Definierunt sextæ synodi sancti Patres. Et hunc ergo canonem & nos renovamus.* A. De hoc capite dubitari non potest. Sed & videmus, illos sanctos patres dici, & illam sextam synodum. B. Omnes Græci ita appellant, & aliqui ex Latinis (ε). *Caput nonum* Gratianus refert *dist. XLIV. cap. III.* *m* his verbis: *Nulli clerico licet tabernam, aut ergasterium habere.* Græce est: Μηδενὶ ἐξεῖναι κληρικῷ καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχειν. Non recte pro caupona, vel vinario ergasterio, sive taberna scriptum est taberna vel ergasterio. C. Quid interest? B. Quia non aliæ officinæ prohibentur, id enim ergasterium significat [ζ]. A. Dic de aliis. B. *Caput undecimum* solent Græci contra Latinos obiicere de azymis Judæorum & aliis prohibitis. Gratianus *n* non recte *ex VII. synodo* esse ait. C. Ab Ivone *o* sumptum id est: sed melius est in libro Cæsaraugustano *p* & apud Contium. B.

e *Dist.* 32. *c.* 7. Si quis.

f *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. *c.* 19. *panorm.*

g *c.* 6. *de tempor. ord. in* 3. *collect.* & *c.* 9. *de æt.* & *qual. Greg.* 1.

h *Dist.* 93. *c. ult.*

i *Ivo part.* 6. *c.* 123. *decr.*

k *Dist.* 18. *c.* 7. Quoniam.

l *Ivo p.* 5. *c.* 375. *decret.*

m *Distinct.* 44. *c.* 3. Nulli.

n 28. *q.* 1. *c.* 13. Nullus.

o *Ivo p.* 13. *c.* 116. *decr.*

p *Cæsar. lib.* 8. *c.* 102.

G 2 co-

(α) *Distinct.* 16. *cap.* 7. Quoniam. *extremo hæc verba sunt in Romana editione*: Cyrilli Alexandrini Episcopi, Cypriani Carthaginensis Episcopi, & synodum suam. *In notis hæc sunt*: In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis aliis Africæ Episcopis putavit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.

(β) *Inscriptio capitis sexti*, Si quis Episcopus, 27. *q.* 1. *in eadem editione hæc est*: Item ex sexta synodo in Trullo, c. 4.

(γ) *Capitis septimi*, Si quis eorum: *dist.* 32. *in eodem libro inscriptio est*: Item ex sexta synodo c. 6. *Et in margine*: Extra de ætate, & qual. c. A MULTIS. Pann. l. 3. c. 102. *Cap.* 9. A multis. *de ætat.* & *qual. in Romana editione inscribitur Innocentio tertio. Et in vers.* Nemo ad sacrum. *hæc verba sunt*: sicut est in sexta synodo constitutum: ut si quis eorum &c. *Et in margine*: cap. 6. & Pann. ibid. c. 102. [*hoc est, lib.* 3. *tit. de continen. clericor.*] *Et in scholiis*: SEXTA SYNODO: 32. distinct. SI QUIS EORUM.

(δ) *Distinct.* 93. *cap. ultim. hæc inscriptio est in eadem editione*: Unde in sexta synodo cap. 7. legitur. *Et in margine*: Ivo p. 6. c. 123.

[ε] *In eodem libro Romano inscriptio cap.* 7. Quoniam quidem. *distinct.* 18. *hæc est*: Item ex septima synodo, c. 6. *Additur in margine*: Ex versione Anastasii. *Et postea scriptum est*: definierunt sextæ synodi sancti Patres &c. Hunc ergo canonem & nos renovamus &c. *In margine est*: cap. 9.

(ζ) *Capitis tertii distinct.* 44. *in eodem libro inscriptio est*: Item ex sexta synodo, c. 9. „ Nulli clerico licet tabernam, aut er„ gasterium habere ". *In notis hæc sunt*: Græce est, καπηλικὸν ἐργαστήριον, id est, cauponariam tabernam.

eorum, pro *Judæorum*, ſcribit Gratianus apud Democharem. A. Lege initium hujus capitis. B. Μηδεὶς τ' ἐν ἱερατικῷ καταλεγόμενος τάγματι ἢ λαϊκὸς τὰ παρὰ τῶν Ιουδαίων ἄζυμα ἐσθιέτω. A. Memini apud Humbertum ſilvæ candidæ Epiſcopum me legere hunc canonem nullas vires obtinere: cum ſexta ſynodus nullos feciſſet. Sed & hic non prohiberi generaliter Chriſtianis azyma, ſed ea, quæ Judæorum fuerint. C. Quid? Græci ſemper abſtinent azymis? A. In ſacrificio Miſſæ abſtinent *a*. C. An non Chriſtus azymis uſus eſt in inſtitutione ejus ſacrificii? A. Non poterant agnum comedere Judæi, niſi cum azymis, quibus octo diebus utebantur. Si quis alio pane uteretur, occidebatur *b* (α). B. *Caput XIII.* (quod Gratianus refert *diſt. XXXI. c*) nullo pacto recipi poteſt. Eſt enim contra cælibatum Latinorum ſacerdotum conſcriptum, & aperte contra Romanam Eccleſiam. A. Quid ais contra Romanam Eccleſiam? quo pacto id probas? B. Apertiſſimis verbis: Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, &c. A. Quid Gratianus, & Ivo ſcribunt? C. Gratianus ſic ait: *Item ſynodus ſexta. Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognovimus traditum, eos, qui ordinati ſunt diaconi, vel presbyteri, confiteri, quod non ſuis jam copulentur uxoribus.* Ivo ita ſcribit: *Sexta ſynodus capitulo XIII.* Quoniam in Rom. &c. Non ſunt eadem verba Græca, & Latina: ſed ſententia eadem eſt. Quod Græce eſt καθομολογεῖν, & promittere ſignificat, confiteri verſum eſt non recte. Neſcio autem, cur de hypodiaconis nihil dictum ſit, cum melius de eis diceretur, tum tacitis verbis polliceri, ut abſtineant ab uxoribus, ſi quas habent, & ut ipſi, & cælibes nullas ducant. B. Quod ſequitur, quis ferre poteſt? ἡμεῖς τὸν ἀρχαῖον διακολουθοῦντες κανόνι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως &c. *Antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ, & conſtitutiones ſacrorum virorum, legales nuptias amodo valere volumus nullo modo cum uxoribus ſuis eorum connubia diſſolventes, aut privantes eos familiaritate adinvicem in tempore opportuno.* Hæc Gratianus. Ivo melius: *Nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ & conſtitutionis ſacrorum virorum &c.* A. Nunquam hoc Apoſtoli A, nunquam hoc priores Græci B ſancti viri ſtatuerunt, quod aperte Epiphanius ſcribit. Quam vero familiaritatem C Latinus interpres, τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας Græci [β]. Apud Humbertum Græ-

a Vidend. Leo. 19. in epiſt. ad Michael. CP. incipiens. Scripta tuæ.
b Exod. 12. & 13.
c Diſt. 31. c. 13. Quoniam. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 3. panorm.

(α) *Ejuſdem libri inſcriptio eſt cap.* 13. Nullus eorum. 28. *q.* 13. Item ex ſexta ſynodo, c. 11. *Et in margine*: Apoſtolorum can. *69.* Ivo p. 13. c. 116.

(β) *Diſtinct.* 31. *cap.* 13. *in eodem libro verba ſunt*: Item ſynodus ſexta c. 13. lib. 8. cap. 19. *Hæc mendoſa ſunt: fortaſſe illa lib. 8. c. 19. ad Nicephorum pertinebant, de quo in nota cap.* 12. Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognovimus traditum, eos, qui ordinati ſunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quod jam ſuis non copulentur uxoribus: nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ: & conſtitutiones ſacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus. *In margine hæc ſunt*: Pann. l. 3. c. 86. ORDINATI: Ordinandi. Sed ob gloſſam non eſt mutatum. *In notis eſt*: QUONIAM: Græce ſic habetur: ἐπειδὴ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διε-

A Imo hoc Apoſtoli conſtituerunt, non quidem in Pſeudapoſtolicis canonibus, ſed in veris & genuinis ſcriptis. Vid. 1. *Timoth.* 3. *v.* 2. *Tit.* 1. *v.* 6. *ad Hebr.* 13. *v.* 4. Græcorumque doctrina orthodoxa, & ſacra Romanæ Eccleſiæ nova, item prædicta & damnata ab Apoſtolo Paulo 1. *ad Timoth.* 4. *verſ.* 3. M.

B Imo & Græci conſtanter hoc adſeruerunt & docet praxis primitivæ Eccleſiæ, quod jam abunde ab aliis adſertum eſt, vide inter alios late & docte Clariſſ. Georg. Calixtum in opere *de conjug. Clericorum.* M. (18).

C Apud Latinos familiaritas, ut apud Græcos ὁμιλία inter voces nuptas honeſte refertur; εὔνοιαν vocat Apoſtolus 1. *Cor.* 7. *v.* 3. M.

[18] De Clericorum Cælibatu, eorumque conjugiis quid vetuſtiori ætate Eccleſia tam Orientis quam Occidentis tenuerit, aliquantulum in Nota (a) ad Caput 7. Lib. 4. Duareni de Eccleſ. Miniſt., & Benef. dictum eſt: ibi enim Canonem tertium Concilii Carthaginenſis ſecundi anno 390. celebrati protulimus, in quo Patres ſtatuerunt Epiſcopos, Sacerdotes, & Diaconos continentes in omnibus eſſe debere, *ut quod*, inquiunt, *Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus*: auctoritatem pariter S. Hieronymi adverſus Vigilantium ſcribentis exhibuimus, qui in Eccleſiis Orientis, Ægypti, & Sedis Apoſtolicæ ſua ætate a Clericis Cælibatum fuiſſe cuſtoditum aſſeverat. Unum S. Epiphanii teſtimonium proferre adhuc ſit ſatis, quo de ſui temporis diſciplina in Eccleſia Orientis reddemur certiores. In expoſitione igitur fidei Catholicæ Num. 21. Hæreſi 48. Num. 9. & Hæreſi 59. Num. 4. fatetur eam fuiſſe totius Orientis & Occidentis diſciplinam, ut Cælibatus a Clericis ſervaretur omnino: Quoniam autem neſcire non poterat Sanctus Pater aliquas in Oriente Eccleſias fuiſſe, in quibus a lege Cælibatus ſeſe ſubduxerant Presbyteri, & Diaconi exclamat protinus hanc eſſe corruptelam, quæ contra Sacros Canones, & leges Eccleſiaſticas irrepſerat; neque id ea Canonis auctoritate fieri ſed propter hominum ignaviam potius tolerari. Contra tam lucidum antiquitatis teſtimonium quid ad nos de Georgio Calixto, aliiſque Cælibatus impugnatoribus, quorum cavillos Juveninus de Sacramentis Diſſert. 10. Cap. 8. Quæſtione Septima; Eſtius in 4. ſentent. Diſtinct. 37. §. 6. aliique Theologi refutarunt. Mirum nihilominus eſt Reformatorum impudentiam in verbis Pauli Apoſtoli Epiſt. 1. ad Timoth. 3. ℣. 2. eum adinvenire ſenſum, qui univerſis Eccleſiæ Patribus imperitus extitit, aliumque plane diverſum Sancti Doctores agnoverunt, in quorum ſiquidem Doctorum, & Patrum conſpectu fluit tota Reformatorum caterva, ſicut cera a facie ignis. W.

Græci obiiciunt Apostolorum canonem quintum Græcis, sextum Latinis, cujus etiam verba hic repetunt: Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας &c. Quem canonem aliis verbis Gratianus *a*, aliis Burchardus *b*, & Ivo *c* referunt. Gratianus in hunc modum: *Item opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorum. Si quis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxorem contemnere: anathema sit.* Alii hæc verba scribunt: *Episcopus, aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur; sed si perseveraverit, deiiciatur d.* Hæc cum Græcis conveniunt. Optime autem alibi Gratianus Apostolorum canonem interpretatur: *Si quis docet sacerdotem uxorem suam contemnere non quam in sacerdotio accepit, sed quam ante sacerdotium dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus sibi copulavit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines conscenderet: quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo & cura sua abiicere, quin ei necessaria provideat: anathema sit.* Hoc etiam *Humbertus*, ni fallor, scripsit, cujus verba *Leoni IX.* adscribunt Gratianus *e*, & Ivo *f* (α). B. Non recte idem Gratianus de sexta pseudo synodo loquitur his verbis: *Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia, cui sexta synodus regulam vivendi præscripsit, votum castitatis in ministris altaris non suscepit.* Immo aperte Afris cap. XII. & Romanis cap. XIII. legem statuere, & regulam vivendi hæc synodus profitetur. Quæ vero sequuntur *Stephani Papæ* verba *g*, quæ etiam Ivonis sunt in panormia *h*, duriuscula sunt, nisi interpretatione molliantur: *Aliter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi matrimonio copulantur: istius autem ecclesiæ, vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium sortiendi.* Si veritatem amamus, tam orientis, quam occidentis canones eodem modo vetant hypodiaconis, & his majoribus nuptias contrahere, ut in hac eadem Trulliana synodo *cap. VI. i* A. *Matrimonio copulantur*, hoc est, *matrimonii copula utuntur impune*, interpretantur nostri. B. Cetera non cohærent, *nullus licentiam habet conjugium sortiendi*, id est, *neque uxores ducere, neque conjugio uti possunt* (β). Sunt alia in Græco illo canone XIII. quæ neque Ivo, neque Gratianus *k* habet, reprehendenda. In quibus excellit interpretatio mala *cap. XXV. Carthaginensis concilii Græcis*, & in corpore canonum, aliis est *cap. III. concilii* Car-

a *Dist.* 28. c. 14. Si quis.
b *Burch. lib.* 1. c. 78.
c *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. c. 30. *pan.* & *p.* 5. c. 184. *decr.*
d *Dist.* 32. c. 9. Quicumque. §. 1.
e *Dist.* 31. c. 11. Omnino.
f *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. c. 32. *panorm.*
g *Dist.* 31. c. *ult.*
h *Ivo lib.* 3. *tit.* 8. c. 1. *panorm.*
i *Dist.* 32. c. 7. Si quis.
k *Dist.* 32. c. 13. Placuit. & *dist.* 84. c. 4. Cum de quorundam. c. *dist.* 84. c. 3. Cum in præterito.

διέγνωμεν. id est: „ Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognovimus &c. " Hanc vero ecclesiæ Romanæ traditionem non solum B. Hieronymus contra Jovinianum, Humbertus supra citatus, & alii Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione hujus canonis satis aperte probat. Verum de omnibus hujusmodi canonibus, qui sextæ synodi adscribuntur, quid sit sentiendum, ad caput, HABEO LIB. dist. 16. satis explicatum fuit.

(α) *Inscriptio cap.* 14. Si quis docuerit. *dist.* 28. *in eadem editione est*: Item opponitur illud, quod legitur in canone Apost. c. 6. al. 5. *Et in margine*: Burch. l. 1. c. 78. Ivo par. 5. c. 184. Pann. l. 3. c. 113. *In notis additur*: Gratianus refert sensum canonis, ceteri collectores ipsa etiam fere verba. *Gratiani verba distinct.* 31. *cap.* 9. Quicumque. §. 1. *hæc sunt*: ut iste sit sensus capituli. (Si quis docet sacerdotem uxorem suam contemnere) non quam uxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulavit, cum qua continentiam professus est, & cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo & cura sua abiicere, quin ei necessaria provideat. *Inscriptio cap.* 11. *dist.* 31. *incip.* Omnino. *est*: Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis. *In margine est*: Pann. l. 3. c. 115. *Et in notis est*: LEO: Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & monachi adversus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis IX., cujus erat legatus, scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodii libro nomine Symmachi, dist. 12. (*scribe* 17.) c. CONCILIA. & 40. dist. NON NOS. & 81. dist. NEMO RECTE. 8. q. 3. NONNE. 9. q. 3. ALIORUM. & supra dist. 22. c. OMNES. nomine Nicolai II. quod habetur in oratione Petri Damiani.

(β) *Ante caput extremum distinctione* 31. *hæc in eodem libro verba sunt*: Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia (cui sexta synodus regulam vivendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit. Unde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in basilica Lateranensi congregata: „ Aliter se orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nam earum sacerdotes, diaconi, atque subdiaconi matrimonio copulantur &c. " *In margine est*: Pann. l. 3. c. 84. *Et in notis*: MATRIMONIO: Id est, possunt simul esse in sacris ordinibus & matrimonio juncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium. *Et in scholiis*: Copulantur: id est, copulato utuntur. *Et in margine*: id est, carnaliter commiscentur.

Carthag. V. Videndum *cap. III. & IV. Græcis*, aliis *Carthag. II. cap. II.* & Rabanus *cap. XXIX. pœnitentium*, & Ivo *a*, & Anſelmus *b* [x]. A. De aliis capitibus Trullianis a Gratiano relatis videamus. B. *Cap. XV.* refert Gratianus *diſtinct. LXXVII. capite IV. c Ne ſubdiaconus minor XX. annis ordinetur &c. Cap. XVII.* refert Gratianus, *ut ex VII. ſynodo, cauſſa XXI. quæſt. II. d Ne derelictis ſuis eccleſiis clerici in aliis recipiantur* (β). *Cap. XXIII.* refert Gratianus *cauſſa prima capit. C. e Ne ſacra euchariſtia pecunia accepta diſtribuatur.* Apud Ivonem cum hac inſcriptione legitur *f*: *Ex ſexta ſynodo Conſtantinopolitana tertia c. XXIII.* C. Quo pacto eadem eſt ſexta, & tertia? A. Fortaſſe neque *ſexta* dicenda eſt, neque *tertia*. Sed *ſexta* vocatur repetita poſt ſextam generalem; *tertia* autem, ob locum Conſtantinopoleos. C. Dic apertius. A. Prima generalis Nicæna fuit, ſecunda CP., tertia Epheſina, quarta Calcedonenſis, quinta CP. ſecunda, ſexta CP. tertia. C. Nunc intelligo. Sic igitur dicemus ſeptimam Nicænam ſecundam, octavam CP. quartam. Sed quo pacto dicemus neque *ſextam*, neque *tertiam*? A. Quia nobis videtur non eſſe generalis A, ſic non eſt *ſexta*, niſi uſurpatione nominis: eadem ratione non eſt *tertia* CP. quia aliæ tres generales CP. fuerunt (γ). Dic B. cetera. B. *Cap. XXVI.* Gratianus refert *diſt. XXVIII. g* de presbytero non legalibus nuptiis irretito, quem ἄθεσμον γάμον Græci vocant, & addunt κατ' ἄγνοιαν, hoc eſt, per ignorantiam. Gratianus alibi de bigamo interpretatur *h*, & Innocentius III. idem ſignificare videtur *i*. A. Mihi de quibuſcumque B nuptiis à presbytero contractis poſt ordinem ſacrum, aut ſi perſeverat in illegitimis antea contractis, idem eſſe videtur. Illegitimæ autem nuptiæ ſunt jure prohibitæ, ut conſanguineorum, aut etiam cum virgine ſacra, aut cum filia ſpiritali C, quam tenuit in baptiſmo [δ]. Cetera dices. Video enim interpellatores adeſſe.

DIA-

a *Ivo lib. 5. tit. 8. c. 22. panorm.*
b *Anſ. lib. 8. c. 7.*
c *Diſt. 77. c. 4.* Subdiaconus.
d *21. q. 2. c. 1.*
e *1. q. 1. c. 100.* Nullus.
f *Ivo p. 2. c. 92. decr.*
g *Diſt. 28. c. 16.* Presbyterum.
h *Diſt. 31. c. ult. §.* Quod autem.
i *Inn. III. lib. 2. epiſt. 62. regiſtr. & c. 1. de bigam. in 3. collect. & c. 4. eod. tit. Greg. 19.*

[x] *Capitis 31. diſtinct. 32. in eodem libro inſcriptio eſt*: Item in concilio Carthaginenſi 5. c. 3. Placuit Epiſcopos, presbyteros, diaconos, ſecundum priora ſtatuta, etiam ab uxoribus abſtinere &c. *Et in margine*: Pann. l. 3. c. 105. *Et in notis*: DIACONOS: Sequebatur SUBDIACONOS: quæ vox ſublata eſt, quoniam abeſt ab originali, & ab Africano c. 37. & a Carthaginenſ. Græco c. 71. & infra diſt. 84. CUM DE QUORUNDAM. quamvis habeatur in Carthaginenſi codicis canonum c. 5. SECUNDUM PRIORA STATUTA: Græce eſt, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: & Balſamon interpretatur: „ tempore vicis „ ſuæ“: quod ab originalis ſententia alienum eſt. *Capitis quarti diſtinct. 84. verba ſunt in eadem editione*: Item ex concilio Carthaginenſ. 5. c. 3. „ Cum de quorundam cleri- „ corum, quamvis erga uxores proprias in- „ continentia referretur; placuit Epiſcopos, „ & presbyteros, & diaconos, ſecundum prio- „ ra ſtatuta, etiam ab uxoribus continere „ &c.“ *Et in margine*: In cod. can. c. 25. IN AFRICA. c. 37. diſt. 32. c. PLACUIT. PRIORA: al. propria. *In notis poſt verbum* DEBERE: In codicibus impreſſis hæc ſequebantur: „ contra Martinus Papa. SI LECTOR VI- „ DUAM DUXERIT, ut ſupra legitur. Sed illud, „ ubi neceſſitas; huc ubi nulla neceſſitas ur- „ get“. Quæ ſunt expuncta, quia in vetuſtis codicibus aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine. *In ſcholiis hæc ſunt:* Et diaconos & ſubdiaconos. 32. diſtin. PLACUIT. ubi ſunt eadem verba. *Capitis tertii* Cum in præterito. *ejuſdem diſtinct. 84. inſcriptio eſt:* Unde in Carthagin. concilio 2. c. 2. Aurelius Epiſcopus dixiſſe legitur. *Et in margine:* in Carthag. Codicis can. c. 3. & 4.

(β) *Inſcriptio cap. 4.* Subdiaconus. *diſtinct. 77. in Romano libro eſt:* Item ex ſexta ſynodo c. 15. *At inſcriptio cap. 1. cauſſa 21. q. 2. in eodem libro eſt:* Unde in ſexta ſynodo c. 17. legitur. *Et in margine eſt:* Et in 7. c. 10. *In notis varietas notatur Græcorum verborum, cujuſmodi eſt hæc:* „ ubi con- „ tingit eos ſine ſui examinatione permane- „ re“ Græce legitur, ἐκ τούτου τε τὰ μάλιστα ἀνυποτάκτους αὐτοὺς καταστῆναι. id eſt „ atque „ hinc evenit, ut ipſi reddantur non ſubje- „ cti“. *Et in margine eſt*: 1. Tim. 1. & Heb. 2.

(γ) *Capitis* 100. Nullus Epiſcopus. 1. *q.* 1. *inſcriptio in eod. libro eſt.* Item ex ſexta ſynodo c. 23. *Et in margine eſt*: Ivo p. 2. c. 92. *Et in notis ad id, quod dicitur*, a percipiente gratiam communionis: *hæc notantur*: Sic etiam Ivo. In uno vetuſto Gratiani codice eſt, GRATIA COMMUNIONIS, quod Græcæ lectioni magis convenit &c.

[δ] *Verba cap. 16. diſtinct. 28. in libro Roma-*

A Aliter Balſamo ad Epiſtolam Patrum hujus Concilii, quæ Imperatori Juſtiniano inſcripta eſt. M. (19).
B Male. Canon loquitur de nuptiis inceſtis. Vide Balſamon. *ad eum.* M.
C Dixi de hoc figmento in tractatu *de Suſceptorib. infant. ex baptiſmo. pag. 47. 67. & ſeq.* M. [20].

(19) Non ſolum Balſamo, ſed ipſa etiam Synodus Quini-Sexta univerſalem ſeipſam appellat in Oratione allocutoria ad Imperatorem: Univerſalis tamen non fuit, ut optime ſentiunt Antonius Auguſtinus, & Petrus de Marca, qui Lib. 5. de Concord. cap. 18. Num. 4. Balſamonem mendacii aperte revincit. Legantur Notæ (10), & (14) præcedentes. W.

(20) In Eccleſiæ poteſtate eſſe impedimenta ſtatuere, quæ matrimonium irritum reddant, fide divina tenemus, poſtquam in Synodo Tridentina Seſſ. 24. de Matrimonio Can. 4. definitum eſt. Cum autem inter hujuſcemodi impedimenta, ſpiritalem cognatio-

nem

DIALOGUS NONUS.

De eadem re.

A. DIcendum adhuc est de *Trullianis regulis* a Gratiano relatis, quæ negare non possumus fucosa quadam imagine concilii generalis surrepere nobis posse, nisi caveamus. B. *Caput XXVII. ejus concilii* videre licet apud Gratianum *caussa XXI.* a quasi ex octava synodo. De vestibus prohibitis clericis. In fine dicitur, ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀφοριζέσθω. Apud Gratianum, *per unam hebdomadam suspendatur*, pro *excommunicetur* (α). *Caput XXVIII.* habet Gratianus *de consecrat. distinct. II. cap. VI.* b *Ne uvas addant oblationibus, neque eas populo distribuant cum sacra oblatione. Caput XXXI.* refert Gratianus *de consecrat. dist. I. cap. XXXIII.* c Sed Græca meliora sunt. Vetat canon, ne sacra mysteria in oratoriis sive domibus sine Episcopi licentia fiant. λειτουργοῦντας κληρικοῖς interpres vertit, *Clericos, qui ministrant.* In veteri Græco libro additur, καὶ βαπτίζοντας, quod placet (β). *Caput XXXII.* est contra Armenios, qui vinum offerunt sine aqua, & contra hydroparastatas, qui aquam offerunt sine vino. Utitur contra hos testimonio Jacobi fratris Christi, & Basilii Cæsariensis, qui in Missæ traditione his utuntur verbis, *ut appareat vinum aqua mixtum Christum obtulisse.* Hanc partem hujus capitis Gratianus refert *de consecratione cap. XLVI.* d in quo scribi debuit *tradiderunt*, pro *addiderunt* (γ). *Cap. XXXV.* refert Gratianus *caussa XII.* e *Ne Metropolitanus res Ecclesiæ carentis Episcopo auferat* (δ). *Caput XXXVI.* ambitionis plenum a est; sed speciem habet recti, cum renovet, quod in concilio CP. & Chalcedonensi datum est Patriarchæ CP. ut habeat privilegia Ecclesiæ Romanæ, sed secundus sit: tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus, quintus Hierosolymitanus. Sic in veteri Græco libro. In Tiliano desideratur, quartus Antiochenus. Apud Gratianum

a 21. q. 4. c. 2.

b De consecr. d. 2. c. 6. Didicimus.

c De consf. d. 1. c. 33. Clericos.

d De consf. d. 1. c. 46. Jacobus.

e 12. q. 2. c. 48. Non liceat.

mano hæc sunt: Item ex sexta synodo in Trullo c. 26. Presbyterum per ignorantiam non legalibus nuptiis detentum &c. *Et in margine additur:* Simile etiam in 3. canone ejusdem synodi, & apud Basil. in epist. ad Amphilochium c. 27. *In scholiis est:* NON LEGALIBUS: Potest intelligi de eo, qui contraxit secundas nuptias per ignorantiam juris. *Et in margine:* Sic intelligit Grat. 31. dist. p. ult. *Gratiani verba sunt dist. 31. c. ult.* Quod autem in cap. 6. synodi presbyter non legitimis nuptiis, detentus punitur, non legales nuptiæ secundæ intelligendæ sunt &c. *Et in margine:* sup. 28. dist. c. PRESBYTERUM. *Sed in scholiis mendose est* 25. dist. *Innocentii verba sunt cap.* 4. NUPER. *de bigamis in Romana editione*, sicut in canone legitur de presbytero, qui non legalibus nuptiis detinetur &c.

(α) *Inscriptio capitis secundi.* Nullus eorum 21. *q.* 4. *in editione Romana hæc est:* Item ex synodo sexta c. 27. *In extremo capite ad illa verba:* per unam hebdomadam suspendatur: *est in margine* ἀφοριζέσθω, id est, segregetur.

(β) *De consecrat. distinct.* 2. *cap.* 6. Didicimus. *in eadem editione inscriptio est:* Item ex sexta synodo c. 28. *In notis hæc sunt:* Est quasi summa quædam canonis citati. Nam in eo plura aliquanto verba sunt, sed eodem fere sensu. *In extremo capite ad illa verba,* & fructuum gratias agat; *adduntur hæc:* Græce est, πρὸς τὴν τῷ δοτῆρι τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν. id est, ad reddendas gratias fructuum datori. *Inscriptio capitis* 33. *nobis,* 34. Romanis *incip.* Clericos, qui ministrant, vel baptizant &c. *de consecr. dist.* 1. *hæc est:* Item ex sexta synodo c. 31.

(γ) *Capitis* 46. *nobis*, 47. *Romanis cujus initium* Jacobus, *de consecr. dist.* 1. *inscriptio est:* Item ex sexta synodo c. 32. *Ad verba extremi capitis:* in scripturis addiderunt nobis missæ celebrationem: *in notis hæc sunt:* Græce est, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω πληροῦν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασιν. id est, qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium; hoc modo in divina liturgia sacrum poculum ex aqua, & vino conficiendum ediderunt. Sed nihil mutatum est tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.

[δ] *Ante caput* 48. Non liceat. 12. *q.* 2. *in eodem libro hæc sunt:* Sicut in sexta synodo c. 35. legitur.

a Recte. Sed quid tum de Romano Episcopo dicendum? Vide sis auctores, qui de primatu Papæ scripserunt, & inter hos Blondellum, Salmasium, & alios. M. (21).

nem ab Augustino indicatam Sancta Mater Ecclesia repofuerit, ut ex Cap. 2. Decreti reformationis in sectiona prædicta habiti, evidenter constat, flocci facienda a Christi fidelibus, quæ Mastrichtius in Tract. *de Susceptoribus Infant. ex Baptismo* conglomerat. W.

(21) Hoc unum de Romano Episcopo arbitrandum esse, atque tenendum Romano-Catholicæ Communionis Theologi defendant, quod nimirum semper, ubique, & ab omnibus Ecclesiæ filiis, priusquam prodirent ab Inferis, qui sub specimine reformationis, sacrilego Schismate, & detestabili hæresis mucrone discerperent Ecclesiæ sinum, retentum est. W.

a Dist. 22. c. 6. Renovantes. Vide c. 3. e. d.

num *dist. XXII. cap. VI.* a mendose scriptum est, *petimus*, pro *definimus*; & *inferior Roma*, pro *senior Roma*; & Chalcedonensis synodi nulla fit mentio; & illa in contrariam sententiam mutanda sunt: non tamen in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa ὡς τῆς κωνσταντινουπόλεως θρόνου τὰ ἴσων ἀπολαβεῖν πρεσβεῖων τῷ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης θρόνῳ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασιν. *Et* igitur, pro *non tamen*, scribendum. A. Ex Leonis, Gelasii, & Nicolai epistulis constat Romanos Pontifices huic ambitioni restitisse A (α). In octava synodo contra Photium id permissum esse videtur, *cap. XXI.* b cujus verba referunt Deusdedit c, & Anselmus d & Gratianus (β). B. Quod *distinct. XXIII.* Gratianus scribit e: *Item ex sexta synodo. Unde Nicolaus Papa. In nomine Domini &c.* cur ea verba posita fuerint, me ignorare fateor: credendum est errasse scriptores, & hęc esse repetita ex inscriptione *capitis sexti distinct. XXII.* atque delenda esse (γ). *De capite XXCIII.* alio die dictum est f. Nihil amplius apud Gratianum invenio ex hac synodo sumptum. Tantum de *subscriptionibus* dicam: post Imp. Justiniani subscriptionem hæc verba invenio: ἁγιωτάτῳ Πάπα Ῥώμης. Credo locum esse relictum vacuum B ejus subscriptioni. Sequitur *Pauli Episcopi CP. novæ Romæ, Petri Episcopi Alexandriæ magnæ urbis, & Anastasii Episcopi Hierosolymorum. Item subscriptiones Episcoporum CCXXVII.* Conferatur hic numerus, & nomina cum sexta synodo generali. C. Bedæ verba refert Ivo g, ex quibus apparet CL. Episcopos in sexta synodo interfuisse. Idem numerus est in libro pontificali in vita Leonis Minoris. A. De anno, & indictione quid in Græco libro est? B. *Capite tertio, & XVII.* mentio fit *quartæ præteritæ indictionis*, & eodem cap. IV. anni mundi VI CXCIX. A. Si detrahis annos

b Dist. 22. c. ult.
c Deusd. c. 3.
d Anselm. lib. 2. c. 72.
e Dist. 25. c. 1.

f Dial. 7.

g Ivo p. 4. c. 125. decret.

(α) *Verba capitis sexti distinct. 22. in Romano libro hæc sunt:* Item ex VI. synodo sub Justiniano congregata c. 36. Renovantes sancti Constantinopolitani decreta concilii petimus, ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quæ superior Roma habet, accipiat; nec non in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa &c. *In margine est*: Petimus: ὁρίζομεν id est, Statuimus. *In notis*: Renovantes. Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ: de quo supra eod. c. Constantinopolitanæ. dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. Sextam. supra 16. distinct. Superior Roma: Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat Inferior. Græce est, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, id est, antiquioris vel senioris Romæ, ut infra cap. proximo. Omnino autem caput hoc longe brevius est in hac versione, quam in Græco exemplari, uno tantum loco copiosius, quod Antiochenam numerat sedem: cujus in Græco vulgato nulla mentio. Nec non: Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Græco, antea enim legebatur, Non tamen. *Capitis tertii ejusdem distinct. verba sunt:* Unde in eadem synodo, id est, Constantinop. 1. cap. 5. ita constitutum est. Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum: propterea quod sit nova Roma. *Et in margine*: Ex prisca versione. Polyc. lib. 2. tit. 22. *Et in notis*: Canon hic ex iis est, quos Apostolica Romana sedes a principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola quinquagesima prima, alias quinquagesima tertia Leonis Papæ primi ad Anatolium CP. & aliis ejusdem epistolis facile est cuivis cognoscere: itemque ex duabus epistolis Leonis noni, una adversus præsumptiones Michaelis, & Leonis c. 28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorii epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum. Atque ex Epistola Nicolai primi ad Michael. Imp. quæ incipit Proposueramus. Quamquam Episcopi CP. Imperatorum potentia freti, secundum locum Patriarchalium sedium sibi usurparunt: idque tandem pacis & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum, sicut in c. Antiqua: de privileg. Innocentius Papa III. declaravit.

(β) *Inscriptio cap. ult. distinct. 22. in eodem libro est*: Unde in IIX. synodo habita sub Hadriano Papa II. can. 21. Diffinimus neminem &c. *In margine est*: Deusdedit p. 3. Anselm. l. 2. c. 72.

[γ] *Capitis primi distinct. 23. inscriptio est in Romana editione*: Unde Nicolaus Papa II. in concilio Lateranensi. In nomine Domini &c. *Et in margine*: Pann. l. 3. c. 1. *Et in notis*: Hujus decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterii Farfensis literis Longobardicis ante annos pœne quingentos scripto, & alibi. *Vid. lib. 2. dial. 19. add. 12.*

A Quia non poterant ferre Parem, Constantinopolitanus neque superiorem? M. (22).

B Optima est conjecture Antonii Augustini existimantis locum vacuum relictum esse subscriptioni Romani Pontificis in actis Concilii Trullani. Videndus autem omnino Marca *libro quinto de concordia cap.* 18. §. 4. B.

(22) Quemadmodum una est, & indivisa Christi Domini Ecclesia, ita unum solummodo visibile caput in eadem cognoscere necesse est, quod siquidem Caput, nec alterum sibi, aut par, aut superius potest admittere, illudve Ecclesia recipere, quin contradictionem inducat. W.

nos ante Christum ∇D. erunt anni DCXCIX. B. Non conveniet inditio. A. Si octo annos detrahes, conveniet. Sic, ni fallor, Theodorus cognomento Gaza jubet esse detrahendos ∇DVIII. In quibusdam Leonis Minoris epistulis non editis dicitur, *indictione nona* habitam esse synodum sextam: & in actis ejusdem apparet, eadem nona habitam, & decima peractam: & in subscriptione inveniuntur nomina Episcoporum CLVII. In quibus Patriarcha CP. est *Georgius*, non *Paulus*: & Antiochenus, sive Theopoleos *Theophanes*: Alexandrinus *Petrus* presbyter vicarius: *Georgius* presbyter vicarius Hierosolym. Episcopi. Ab indictione nona ad quintam sunt anni XI. quibus adde XV. & fient XXVI. de quibus ex Anastasio, & Theophane dictum est. B. Vides falsa esse, quæ Tharasius dicebat, post quattuor annos, eosdem Episcopos convenisse in hac repetita synodo. A. Ita est, ut dicis. Quia vero inter Trulliana capita aliquot enumerasti, quæ falso septimæ, aut octavæ synodo apud Gratianum adscripta sunt; velim scire, an sit aliquod septimæ synodi caput, quod alii concilio, vel scriptori sit falso adscriptum? B. *Caput XII.* septimæ synodi a Gratiano relatum
a 12. q. 2. c. 19. Quisquis.
caussa XII. quæst. II. a hanc inscriptionem habet: Item ex historia Eusebii Episcopi Cæsariensis capite duodecimo. C. Magna metamorphosis. Fuitne Eusebius posterior hac synodo? A. Fuit multis sæculis prior Eusebius, qui interfuit Nicæno concilio Constantini tempore. Sed quid Ivo, & Anselmus, & liber Cæsaraugustanus scripserunt? C. Ivo recte *b*. Ex septima synodo cap, XII. Anselmus *c* ut Gratianus, Cæsaraugustanus *d* ut Ivo. B. Ex his apparet, non ex conciliis sed ex collectoribus Gratianum singula sumpsisse (α). Sed age, videsis *cap. XVI. hujus concilii*, quam belle referatur a Gratiano *caussa XXI. quæst. IV. e Omnis jactura, & ornatura corporalis a sacrato ordine aliena est.* Obsecro te, quænam hæc portenta verborum sunt, jactura & ornatura? Græce est: Πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σώματος ἀλλοτρία ἐστὶ τῆς ἱερατικῆς τάξεως. A. Quid Ivo, & Anselmus, & Cæsaraugustanus liber? C. *Omnis jactantia & ornatura corporalis aliena est a sacro ordine*. Ivo *f*, *sacrato*, pro *sacro*, Anselmus *g*, & Cæsaraugustanus *h*, cetera ut Ivo. B. Quid illud? *non solum imaginarias scripturas* A *abominati sunt*, quis intelliget? C. Sic Ivo, alii hæc omittunt. B. At Græce est, οὐ μόνον τὰς εἰκονικὰς ἀναζωγραφήσεις ἐβδελύξαντο. A. Imaginum picturas Anastasius bibliothecarius, ut existimo, appellavit *imaginarias scripturas*. Græca cum Latinis conferre optimum est:

b Ivo p. 5. c. 375. decret.
c Anselm. lib. 6. c. 184.
d Cæsar. lib. 7. c. 72.
e 21. q. 4. c. 1.
f Ivo p. 5. c. 377. decr.
g Anselm. lib. 6. c. 185.
h Cæs. lib. 4. c. 59.

Vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna (β).

C. Quid est apud Gratianum *distinct. LXIII. cap. VII. i Item ex secunda actione VI. synodi CCCL. Episcoporum?* B. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. A. Scribendum est, caput tertium septimæ synodi. Videndus Ivo *k*, & Anselmus *l*, & Deus-

i Dist. 63. c. 7. Omnis.
k Ivo p. 5. c. 120. decr.
l Ans. lib. 6. c. 5.

(α) *In eodem libro inscriptio cap. 19.* Quisquis Episcopus. 12. *q.* 2. *hæc est*: Item ex septima synodo c. 12. *Et in notis hæc sunt*: Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum citabatur, ex historia Eusebii Episcopi Cæsariensis. Ivo verum auctorem citavit. Versio autem est Anastasii bibliothecarii, ex cujus codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata. *In margine est*: Polyc. libro sexto, titulo decimo quinto. Ans. lib. 6. c. 184. Ivo par. 5. c. 375. Can. Apost. 39. *In aliis notis de varietate Græcorum verborum & Latinorum agitur*: SALARIIS: Græce est, ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, pro qua voce in Parisiensi Græcorum canonum editione legitur in rubrica, ἐκ τῶν προαστείων, id est, EX SUBURBANIS: quasi suburbana vocentur auturgia, quod ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, ut silvæ, & alia hujusmodi. FRAUDARE: σφετερίζεσθαι, id est, sibi vindicare, & suum facere. (*Malo* alienare) EPISCOPUS QUIDEM AB EPISCOPIO, ABBAS AUTEM A MONASTERIO. Hæc ad sententiæ integritatem addita sunt ex ipso canone. *Vide lib. 2. dial. 7.*

(β) *Gratiani verba sunt initio quæst. 4. caus. 21. in Gregoriana editione*: Quod vero fulgidis, & claris vestibus eis ornari non liceat, in septima synodo jubetur, in qua sic statutum est, c. 16. „ Omnis jactantia & ornatura corporalis a sacrato ordine aliena est „ &c. “ Et postea: „ Christianos calumniantium hæresis, & hi, qui hanc receperunt, „ non solum imaginarias picturas abominati „ sunt &c. “ *In margine est*: IMAGINARIAS. al. IMAGINUM. *Et in notis*: HÆRESIS: Cum antea legeretur, HÆRETICORUM; sic est emendatum ex Anastasio, & Ivone, & respondet Græcæ voci αἵρεσις: atque ex iisdem nonnulla alia sunt restituta. *Initio capitis additur in margine*: Ans. l. 6. c. 195. Ivo p. 5. c. 377.

A Id est, imaginum picturas, ut recte paulo post loquitur Anastasius. Hinc imaginarius ordo in canone tertio Concilii Turonensis secundi: *Ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.* Vide Notas ad Reginonem pag. 549. B.

a *Deusd. c. 1. & 4.* b *Cæs. lib. 3. c. 64.* c *Tarrac. lib. 2. c. 46.*

& Deusdedit *a*, & liber Cæsaranguſtanus *b*, & Tarraconensis *c* (x). Sed de his hactenus. Cras de Martino Bracharensi agemus.

DIALOGUS DECIMUS.

De Martino Bracharensi, & de Martini Papæ concilio.

A. CRedo vos non ignorare, si Gratiani librum ab Antonio Demochare, vel ab Antonio Contio editum legistis, in omnibus fere capitibus, quæ habent hanc inscriptionem: *Ex concilio Martini Papæ*: additum esse in margine *Martini Bracharensis* a nomen ex capitulis Græcarum synodorum. Quod a Demochare factum est, sumitur ex libris conciliorum, in quibus post secundum Bracharense concilium, illa capita sunt Martini Episcopi, qui se ex Orientis conciliis ea sumere dicit, offensus varia interpretatione eorum. Unde autem singula capita sumantur non adscripsit, quod sciam? sed ego ea conferens cum Græcis inveni, paucis exceptis, quæ non in Græcis, sed in Latinis conciliis reperta sunt. Concilium Martini Papæ insigne fuit contra Monothelitas habitum ante sextam synodum, in quo non hi canones editi fuerunt, neque confirmati. Tamen nescio quomodo a collectoribus referri solent, ut Martini Papæ in synodo. Sic fit, ut a Gratiano Martini Papæ appellentur, & cum Græcis conjungantur quasi diversi. Exemplum sumamus a concilio Nicæno; nam canones Apostolorum præteritos ab eo esse video. *Caput primum (quod in Martini collectione est XXI.)* refert Gratianus *dist. LV. capite IX.* d cum verba Nicæni concilii interprete Dionysio posuisset *cap. VII.* Martini refert Ivo *e* in panormia cum hac inscriptione: *Ex concilio Martini Papæ XXI.* Idem in excerptionibus: *Ex decretis Martini Papæ cap. XXI.* Hoc aliqua ratione defendi potest. Episcopos enim Papas esse aliquando dictos constat, ut de Osio alio die dicebamus. B. Hanc ego erroris originem credo, ut cum aliquis hæc capita Martini Papæ, hoc est Episcopi, inscripsisset; alius Papæ Romani interpretaretur. A. Si præfationem legissent, ab errore discessissent facile. Ivo *in excerptionibus* verius Martini verba refert, quam Gratianus: *Si quis præ ægritudine naturalia a medicis habuerit secta: similiter & qui a barbaris, aut dominis stultis fuerint castrati*. Stulta appellat, quæ prius naturalia, τὰ μόρια b. De suo vero addit, existimans posse a se carnales concupiscentias amputari. Sententiam concilii refert Triburiense concilium cap. XXXIII. verba Anselmus *f*, & liber Cæsaraugustanus *g*. In Tilii libro desiderantur hæc verba post vocem προάγεσθαι, καὶ ἐν τῷ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι: quæ illis Latinis respondent: *Et deinceps nullum debere talium promoveri*. C. Quod ex Arabicis c referunt caput primum concilii Nicæni, alia de re conscriptum est. A. Ita est, ut dicis. Sed

d *Dist. 55. c. 7. Si quis a medicis, & c. 9. Si quis præ ægrit.*
e *Ivo lib. 3. tit. 5. c. 15. panorm. & p. 6. c. 374. decr. Vid. infra dial. 2. addit. 2.*
f *Anselm. lib. 7. c. 31.*
g *Cæs. lib. 4. c. 110.*

(x) *Inscriptio capitis septimi*: Omnis electio. *dist. 63. in eodem libro est*: Item ex septima synodo, quæ est secunda Nicæna 350. Episcopor. cap. 3. *In notis hæc sunt*: citabatur antea ex secunda actione sextæ synodi. Restitutus est locus ex Ivone. *Et ad verba extrema capitis*: Et segregentur; *additur*: In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est, SEGREGETUR, sed plerique cum vulgata lectione convenit. *In canone 31. Apostolor. Græce sic legitur*: Καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. Et infra 16. q. 7. c. SI QUIS EPISCOPUS, ubi bic idem canon ex alia refertur versione, legitur: „ & segregetur, omnesque, qui illi communicant “, eodemque modo est apud Anselmum: Verum in versione Anastasii bibliothecarii legitur, quemadmodum apud Gratianum, & convenit cum versione prisca, ac Dionysiana. *In margine hæc sunt*: Can. Apost. 31. infra, 16. q. 7. c. SI QUIS. Ivo part. 5. c. 120. Anselm. l. 6. c. 8. Burch. l. 3. c. 109. Deusdedit ibid. [*hoc est, parte 1. & 4.*] *Inscriptio cap. 14.* Si quis Episcopus. 16. *q. 7. est*; Item ex canone Apost. 31. *Et in notis scriptum est*; De hoc canone notatum est supra dist. 63. c. OMNIS ELECTIO. in vers. SEGREGETUR. *Et in margine*: dist. 63. c. OMNIS ELECTIO. Deusd. p. 1. Burch. l. 3. c. 109. Ivo p. 3. c. 85. & part. 5. c. 119.

a De hoc errore actum in *hist. jur. Eccles. num.* 180. & de ipso Martino Bracharense. *num.* 171. & *seqq.* M.

b Non memini me *Stulta* inter Fescenninas voces unquam legisse, neque τὰ μόρια, habentur ista *Stulta* in editione Martini Bracharensis. Sed non in Canone primo Nicæno τὰ μόρια; ideoque suspicor illud *Stultis* corruptum esse ex *suis*; *aut dominis suis fuerint castrati*; quemadmodum legitur hodie in emendato libro Gratiani. Μόριον autem & τὰ μόρια *partem* denotant, & tunc inter nupta accipi possunt, quemadmodum *pars* apud Latinos sæpe legitur: exemplis parco. M.

c Sunt hi canones Spurii, & a Pisano & Turriano pro genuinis impudenter obtrusi. Dixi aliquid in *Histor. jur. Eccles. num.* 69. Neque abit hic Augustinus, M. [23].

(23) Catholici etiam Theologi, & Critici a Nicæna Synodo Canones viginti solummodo editos tuentur, ita Christianus Lupus in Dissert. de Synodo Nicæna Cap. 8. Pagius in Notis ad Baronium ad Annum Christi 325. Num. 45. Van-Espen in Dissert. ad 1. Nicænam Synodum §. 12. aliique plures. W.

a *Dist.* 64. c. 1. & 7. Episcopum.
b *Ivo p.* 5. c. 117. decr.
c *Ans. lib.* 6. c. 48.
d *Cæs. libro* 3. c. 26.
e Dist. 81. c. 4. Si qui.
f *Dist.* 24. c. ult.
g *Burc. lib.* 2. c. 13.
h *Ivo p.* 6. c. 33. decret.
i *Anselm. lib.* 8. c. 13.

Sed ego Græcis, & Latinis scriptoribus magis credendum censeo, quam Arabibus, vel Armeniis (x). Cap. quartum Nicænum ex Dionysii interpretatione refert Gratianus *distinction. LXIV. cap. I.* & Martini *caput II.* refert *capite VII. ejusdem distinctionis a*. Tertia interpetatio est, quam referunt Ivo *b*, & Anselmus *c*, & liber Cæsaraugustanus *d*, qua utitur Isidorus Mercator in conciliis. τὸ δὲ κῦρος, *potestas* sane, vel *confirmatio*, est Dionysio, & Isidoro: *potestas*, Martino tantum (3). *Caput nonum* ex interpretatione, qua utitur Mercator Isidorus, refert Gratianus *distinct. XXCI. c. IV. e* Martin. *cap. XXIV.* invenies *distinct. XXIV. extrema f*. Ex Dionysii interpretatione apud Rabanum *cap. I. pœnitentium*, & apud Burchardum *g* Ivonem *h*, & Anselmum *i* Martinus de suo addidit mentionem *diaconorum*: item illa: *aut post ordinationem ab aliis sunt detecti*: & postea: *similiter vero & de universo ordine clericorum servetur.* Apud Gratianum *defendit*, pro *defendat* scribendum est (y). *Caput XVII.* [quod aliis est XIIX.] contra usuras accipientes, ex Dionysii interpretatione Gratianus refert *distinct. XLVII. cap. II. k* ex Isidori conciliis *caussa XIV. quæst. IV. cap. VIII.* ex Martini *cap. LXII.* refert *capite IV. ejusdem quæstionis l*. Dionysium sequuntur Rabanus *cap. XXXII. pœnitent.* & Burchardus *m*, & Ivo *n*, & Anselmus *o*, & liber Cæsaraugustanus *p*. Addit Martinus, *oblitus timorem Domini? & per diversas species vini vel frugis, vel cujuslibet rei emendo, vel vendendo aliqua incrementa susceperit*. Omisit ἡμιολίας a, quas Dionysius *sescupla* dixit. Apud Isidorum est: *vel etiam spe-*

k *Dist.* 47. c. 2. Quoniam.
l 14. q. 4. c. 8. Quoniam. & c. 4. Si qui.
m *Burch. lib.* 2. c. 120.
n *Ivo p.* 6. c. 196. & p. 13. c. 8. decr.
o *Ans. lib.* 7. c. 153. In addit.
p *Cæs. lib.* 8. *cap.* 77.

H 2 cies

(x) *Dist.* 55. *capitis* 7. Si quis a medicis. *inscriptio est in Romano libro*: Unde in Nicæno concilio cap. 1. legitur. *In margine hæc sunt*: In Tribur. ibid. (*hoc est*, c. 33.) Ans. l. 7. c. 36. Polvc. ibid. (*hoc est*, *l.* 2. *tit.* 31.) *In notis est*: Et deinceps: His verbis nihil respondet in Græco vulgato codice: sed optime apud Balsamonem, quemadmodum & in Carthag. 6. in capitulis Nicænæ synodi a Teilone, & Thearisto versis. *Capitis noni inscriptio est*: Item ex Martino Bracharensi Episcopo in capitulis synod. Græc. c. 21. Si quis pro ægritudine naturalia a medicis secta habuerit, similiter & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati &c. existimans posse a se carnales concupiscentias amputare &c. *In margine hæc sunt*; Ivo p. 6. c. 374. Pann. l. 3. c. 56.

(3) *Ante caput* 1. *distinct.* 64. *in eodem libro hæc verba sunt*: A quibus ordinentur Episcopi, in Nicæno primo concilio definitum est, in quo sic legitur, cap. 4. „ Episco„ pi ab omnibus &c. “ *Et in margine*: In concilio Nicæno 2. c. 3. Anselm. lib. 6. c. 4. & 54. Ivo p. 5. c. 117. Burch. l. 1. c. 27. concordat. *Inscriptio cap.* 7. *ead. dist. hæc est*: Item ex concilio Martini Papæ: Episcopum oportet &c. *Et in margine*: In capitulis Martini Brach. c. 4. ex conc. Nic. c. 4.

(y) *Inscriptio capitis quarti distinct.* 81. *in Romana editione est*: Item ex concilio Nicæno c. 9. Si qui sine examinatione &c. *In margine hæc sunt*: Rab. lib. pœn. c. 1. Burc. l. 2. c. 13. Ivo p. 6. c. 33. Ans. l. 8. c. 13. supra dist. 24. c. ult. *In fine est*: Sancta defendit ecclesia. *& in margine*: Sancta: al. catholica. sic in ep. 1. Cal. 1. *Inscriptio cap. ult. dist.* 24. *est*: de his ita legitur in concilio Martini Papæ: Si quis presbyter, aut diaconus &c. *Et in margine*: Apud Martinum Bracharens. c. 24. Facit ad hoc c. epist. 5. Zachariæ ad Bonifac. Episcopum & 15. q. 8. Si quis presbyter: Ans. l. 8. c. 13. *Et in notis*; Confessi sunt: In originali est: „ confessi non sunt, & post ordinationem &c. “ Verum in concilio Nicæno c. 9., unde hoc caput videtur sumptum, habetur sine negatione, quemadmodum hic: & infra dist. 81.

c. Si

a Male legendum ἡμιολίας, quod miror non observasse Clarissimum Baluzium, qui in sua editione idem illud ἡμιολίας expressit. Ἡμιολία est usura, quæ dimidiam partem sortis in anno reddit, sed in frugibus, aut frugum usuris tantum locum sibi vindicabat. Sesculpam latini vocabant. Ita *Canonem XVII.* Concilii Nicæni primi vertit Dionys. Exiguus. *Aut hemiolia, id est sescupla exigens*: Ita quoque Codex Romanus. Vetus interpres, qui editus est a Justello *in Bibliothec. jur. Canon. veter. tom.* 1. *pag.* 285. vertit, *aut dimidiam exigens* non tam apte quam Dionysius Exiguus. Vocatur etiam hæc usura sesqualtera; quia media pars sortis additur pro usura. Permisit eam Imperator Constantinus Magnus eodem tempore, quo Nicæni Patres prohibuerant in Clericis. De re ipsa vide Phœnices duos literatorum hujus sæculi, Illustr. Salmasium *de Mod. usurarum. cap.* 8. *pag.* 223. *& multis sequentibus.* Item Clariss. & Politissimum Jurisconsultum & Antiquarium Jacob. Gothofredum *in nunquam satis laudato opere Codicis Theod. ad l.* 1. *de usur. lib.* 2. *tit.* 33. M. (24).

(24) Usuram Juri naturali, & Divino esse contrariam unanimi consensu Sancti Ecclesiæ Patres tradiderunt, & modo Sancta Mater Ecclesia Catholico-Romana docet, quidquid in oppositum clamitent Molinæus, Salmasius, Gothofredus, aliique pristinæ disciplinæ Reformatores Hetherodoxi, quorum argutationes invicte prostratæ sunt, atque contritæ ab Emanuele Gonzalez Comment. in Titul. 19. Lib. 5. Decretal. ab Joanne Pontas in decisione ad Casum I. sub Verbo *Usura*, a Leotardo in Libro singulari de Usuris Quæst. 1. 2. 3. & sequentibus a Bernardo Van-Espen in Dissertat. de Usura, & tandem a Benedicto XIV. Pontifice Maximo æternæ memoriæ digno, in suo celeberrimo opere de Synodo Diœcesana Lib. 20. Cap. 4. W.

cies frumentorum ad ſeſcuplum dare. Apud Gratianum dicto *cap. IV.* ſcribe *turpe lucrum quæſierit*, ut eſt in conciliis, pro *turpis lucri gratia ſierit* (x). *Caput X. concilii Ancyrani* videtur Gratianus ex Iſidori interpretatione retuliſſe *diſtinct. XXVIII. cap. VIII.* Martini vero *caput XXXIV.* retulit *diſtinct. XXVII. capite primo a*. Et quantum Martinus a Græcis verbis diſceſſit, tantum Gratianus ab utriuſque capitis interpretatione. C. Magnam varietatem narras. B. Ego in mea ſententia perſevero, nihil eſſe hac Gratiani collectione opus; ſed ut alia collectio ex ipſis fontibus hauriatur. A. De his poſterius agemus. Nunc vobis proponam illius canonis Ancyrani ſententiam, quam recte Gratianus refert *dicto capite VIII.* & Ivo in panormia *b* ex interpretatione Dionyſii: *Diaconi, ſi cum ordinabantur, conteſtati ſunt ſe velle uxores ducere, & duxerint, maneant in ſuo miniſterio; ſi tacuerint, & duxerint, deponantur*. C. Quid Martinus ait? A. Lege Gratiani verba: & Martini, & Gratiani varietatem cognoſces. C. Quod autem unius uxoris vir Epiſcopus jubetur eligi; quæritur, an de tempore ordinationis hoc ſit accipiendum; ut tempore ſuæ adminiſtrationis ejus poſſit copula fungi, quam unicam, & virginem ſibi deſponſavit. Hoc Martinus Papa prohibet dicens: *Diaconus, qui eligitur, ſi conteſtatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit ſe in caſtitate non poſſe manere, hic non ordinetur*. A. Illud concilium dixit, potuiſſe uxorem ducere poſt ordinationem: Martinus ait, hic non ordinetur. C. *Quod ſi in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit & poſtea matrimonium deſideraverit, ſit alienus a miniſterio, & vacet a clero*. A. Martini verba refert Ivo *c* in panormia, ut Martini Papæ, & in excerptionibus ex decretis Martini Papæ *cap. XLI.* Recita nunc Gratiani verba. C. *Hac auctoritate datur intelligi, quod illi, qui uxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec ſacerdotes fieri poſſunt, niſi continentiam profiteantur. Si vero diaconus a miniſterio ceſſare voluerit, contracto matrimonio licite poteſt uti; nam etſi in ordinatione ſua caſtitatis votum obtulerit; tamen tanta eſt vis in ſacramento conjugii, quod nec ex violatione voti poteſt diſſolvi ipſum conjugium*. B. O interpretem optimum, qui ſententiam Martini pervertit! C. Cur Martinus ab archetypo diſceſſit? A. Cum in Occidente eſſet A, noluit Orientis licentiam imitari. C. Cur de diacono, & non de hypodiacono canon conceptus eſt? Nam ſi hypodiaconus ſine conteſtatione ordinatus eſt,

a Diſt. 28. c. 8. Diacon. & diſt. 27. c. 1.

b Ivo lib. 3. tit. 8. c. 4. panorm.

c Ivo d. tit. 8. c. 14. panorm. & p. 6. c. 376. decr.

c. Si quis sine (*ſcribe*, ſi qui ſine.) *In extremo hoc capite eſt:* Sancta catholica defendit eccleſia. *Capitis* 4. Si quis presbyter. 15. *q.* 8. *inſcriptio eſt*: Item ex concilio Martini Papæ c. 35. *Et in margine*: In capitul. Martini Brachar. (*adde cap.* 25.) ex concil. Neocæſar. c. 9. & 10. Burch. l. 2. c. 48. Ivo p. 6. c. 149. Pann. l. 3. c. 150.

(x) *Capitis ſecundi diſtinct.* 47. *in eodem libro inſcriptio hæc eſt:* Item ex concilio Nicæno c. 17. Quoniam multi &c. *Et in margine*: infra 14. q. 4. c. 8. ex alia verſione. Polyc. l. 4. tit. 31. Rab. l. pœn. c. 32. Burch. l. 2. c. 129. Anſ. l. 7. c. 153. Ivo p. 6. c. 196. & p. 13. c. 8. *Ad illa verba*, aut ex adinventione, *additur*: redundat iſta particula aut. & pro sescupla eſt in marg. al. sesquipla. *Et in notis hæc ſunt*: Sescupla: Hoc ſeſquialterarum uſurarum genus quamvis graviſſimum, in frugibus humidis, vel arentibus Conſtantinus lege permiſerat, quæ nunc extat in codice Theodoſiano l. 2. tit. ult. de uſur. l. 1. Eodem pertinet, quod ſcribit B. Hieronymus in comment. in Ezech. l. 6. c. 18. his verbis: „ Solent in agris &c. „ ut hyemis tempore demus decem modios, „ & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, „ amplius partem mediam &c. “ Poſtea vero in aliis conciliis, & a Romanis Pontificibus genus omne uſurarum tamquam juri naturali, ac divino contrarium, tam clericis, quam laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus titulo de uſuris. *Inſcriptio cap.* 4. *cauſ.* 14. *q.* 4. *hæc eſt*: Item ex concilio Martini Papæ c. 62. Si quis oblitus timorem Domini &c. *Et in margine*: In capitulis Mart. Brachar. *Et in notis*: Magni concilii: Sic loquitur Martinus Brachar. quoniam hanc ſententiam accipit ex capite 17. concilii Nicæni, quod citatur infra ead. c. Quoniam. & in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus poſt hoc continuo illud ſubjungitur (*Editum quoque eſt*,) „ turpe „ lucrum quæſierit “. *Inſcriptio cap.* 8. Quoniam multi. *ead. quæſt. hæc eſt*: Item ex Nicæno concilio c. 17. *Et in margine*: Et in Aquiſgran. c. 40. diſt. 47. Quoniam multi. Burch. l. 2. c. 12. Ivo p. 13. c. 8. *Et in notis*: Supra diſt. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſii, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.

A Hoccine eſt fideliter vertere Canones? Siccine licet immutare ad mores Romanos Canones Orientales? Olim id Romæ vindicabatur Lege Cornelia de Falſis; Nunc videtur laudis eſſe opus, & ſufficere ad falſi eliſionem; *cum in Occidente eſſet, noluit Orientis licentiam imitari*; etiamſi, ut ſupra oſtenſum, hæc licentia cum Apoſtolica doctrina conveniat. M. (25).

(25) Num licentia aliquarum Orientis Eccleſiarum cum Apoſtolica Doctrina conveniat ſuperius in Nota (18) præcedenti dictum eſt. W.

est, non debet audiri, si in diaconi ordinatione contestetur. Æque enim ducere uxores prohibitum est utrisque. A. Non dubito, quin ea contestatio ante hypodiaconi ordinationem sit necessaria: ac licet durum videatur, canon ita intelligi debeat, ut in utraque ordinatione contestetur. Aut dicendum est, illis temporibus hypodiaconis non diaconis licuisse nuptias contrahere. Quod vero Gratianus ait de copula, & usu matrimonii jam contracti agi, contra Græca & Latina verba est. De subdiaconis ita scribit *a*: *Porro in sequenti videtur permitti auctoritate subdiaconis, cum de diaconis specialiter præcipitur, ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyritana synodo videtur esse permissum, in qua sic statutum est*: *Diaconi* &c. B. Vox, *probatione*, non placet. A. Scribe, *professione* (α). *Caput XV. ejusdem concilii Ancyrani* ex interpretatione, quæ extat apud Isidorum Mercatorem, refert Gratianus *caussa XII. quæst. II. cap. XLII.* *b* & Martini *cap. XVII.* refert *distinct. L. cap. XXII.* *c* Sed ut verum fatear, non videtur Martinus ad id caput respexisse: ita inter se diversa sunt. Isidorum sequuntur Anselmus *d*, & liber Cæsaraugustanus *e*. Ivo Martini verba refert *parte III. cap. CLXXIII.* cum hac inscriptione: *Ex concilio Martini Papæ cap. XVIII.* At ex concilio Bracharensi liber Cæsaraugustanus *f* & paucis immutatis Burchardus *g*, & Ivo *capit. CCXL. dictæ partis tertiæ.* Apud Gratianum *dicto cap. XLII.* in illis verbis: [*Si qua de rebus Ecclesiæ, cum Episcopus non adest* &c.] *non est*, scribendum: nam, ἐπισκόπου μὴ ὄντος, Græce est (β). *Caput XXIII.* (quod Latinis XXII. est,) *ejusdem concilii Ancyrani*, quasi ex concilio Neocæsariensi refert Gratianus *distinct. L. cap. XLII.* ex Isidori collectione: Martini vero *cap. LXXIX.* refert *capite XLIV. ejusdem distinct.* *h* Illud refert concilium Triburiense *cap. LII.* & Rabanus *cap. XV.* pœnitentium, & Burchardus *i*, & Ivo *k*, & Anselmus *l*: sed ex alia interpretatione Dionysii Exigui, ut existimo. Martini verba refert Ivo *parte X. cap. XXXIX.* cum hac inscriptione: *Ex concilio Martini Episcopi*. B. *Si ex collectione*, pro *ex concilio*, scripsisset; recte dixisse crederetur (γ). A. *Caput XXIV.* Græcis, XXIII. Latinis, Gratianus refert *caussa XXVI. quæst. V. cap. II.* ex Dionysii interpretatione: & Martini *cap. LXXI. capite ter-*

a Dist. 28. c. 7. Præterea. p. 1.
b 12. q. 2. c. 42. Si qua.
c 50. dist. c. 22. Si quis.
d Ans. lib. 6. c. 162.
e Cæs. lib. 7. c. 71.
f Cæs. lib. 7. c. 70.
g Burch. lib. 3. c. 179.
h Dist. 50. c. 42. eos. & c. 44. Si quis.
i Burch. lib. 6. c. 15.
k Ivo p. 10. c. 25. & 144. decr.
l Ans. lib. 11. c. 47.

(α) *Gratiani verba sunt in eodem libro ante cap.* 8. Diaconi. *dist.* 28. Videtur permitti subdiaconis, cum de diaconis specialiter præcipitur, ut sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permissum, in qua c. 10. [al. *9.*] sic statutum est. „ Diaconi quicumque cum ordinantur, „ si in ipsa ordinatione protestati sunt &c. “ *In margine est*: Pann. l. 3. c. 87. Polyc. l. 4. tit. 31. *Distinct.* 27. *in princ. hæc verba sunt*: Quod autem unius uxoris vir Episcopus esse jubetur: quæritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum, ut tempore suæ administrationis ejus possit copula fungi, quam unicam, & virginem sibi desponsavit. Hoc Martinus Papa prohibet dicens: Diaconus, qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur &c. *Et in margine:* Apud Martin. Bracharens. c. 39. Distinct. 28. DIACONI. Ivo p. *6.* c. *376.* Pann. l. 3. c. *97.* *Et postea*: Hac auctoritate datur intelligi, quod illi, qui uxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profiteantur. Si vero diaconus a ministerio cessare voluerit: & contracto matrimonio licite potest uti. Nam etsi in ordinatione sua castitatis votum obtulerit: tamen tanta est vis in sacramento conjugii, quod nec ex violatione voti potest dissolvi ipsum conjugium. *His miror nihil addidisse selectos viros.*

(β) *Inscriptio cap.* 42. *caus.* 12. *q.* 2. *in Romano libro est*: Item ex synodo Ancyrana c. 15. Si qua de rebus ecclesiæ, cum Episcopus non est &c. *In margine*: Ans. l. *6.* c. 162. *Et in notis*: REDDI: Sic in quibusdam exemplaribus priscæ versionis. In aliis vero est REDDIDISSE, Græce legitur: διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τοῖς πλείονα τὴν τιμήν. id est: „ propterea quod sæpe „ rerum venditarum reditus majus pretium „ his ipsis reddiderit “. Sed ob glossam non est mutatum. *Inscriptio cap.* 22. *distin.* 50. *est hæc*: Item ex concilio Martini Papæ c. 17. Si quis presbyter, aut diaconus inventus fuerit &c. *In margine est*: Apud Martinum Bracharens. Burch. l. 3. c. 179. ex Brachar. Ivo p. 3. c. 173. ex Martino, & 240. ex Bracharens. *In notis*: DIACONUS: Sequebatur, AUT SUBDIACONUS, quæ duæ dictiones expunctæ sunt: quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Ivonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.

(γ) *Dist.* 50. *capitis* 42. Eos vero, *in eodem libro inscriptio est*: Item ex concilio Ancyrano c. 22. §. Eos vero. *Et in margine hæc sunt*: Ex prisca versione, & Tribur. c. 52. Polyc. l. *6.* tit. 10. Burch. l. *6.* c. 15. Ivo p. 10. c. 25. & 144. *Et in notis*: Hæc vero Græce est, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει. id est: „ Secunda vero quinquennii tempus explebit “. Atque ita fere Burchardus, & Ivo ex Dionysii versione, & infra ead. c. SI QUIS VOLUNTATE: [*scribe*, voluntarie]. *Cap.* 44. *inscriptio est*: Item ex capitulis Martini Brachar. Episcopi c. 78. Si quis voluntarie homicidium fecerit &c. *Et in margine*: Ivo p. 10. c. 39.

a 26. q. 5. c. 2. & 3. §. Si quis. b Rab. c. 23. pœnit. c Cap. lib. 7. c. 21. in add. 1. d Burch. lib. 10. c. 5. e Ivo lib. 8. tit. 5. 2. pœnitent. & p. 11. c. 2. decr. f Pœn. tit. 6. c. 1. g Burch. lib. 10. c. 6. h Ivo d. p. 11. c. 34.

tertio eiusdem quæstionis a. Mendose apud Gratianum legitur. *Ex concilio Ancyrano cap. XXXIV.* Refert illud cap. Leo IV. in epistula ad Episcopos Britanniæ, & concilium Troslejanum *cap. XV.* & Rabanus *b*, & Capitulare Caroli, & aliorum *c*, & Burchardus *d*, & Ivo *e*, & Pœnitentiale Romanum *f*. Martini verba referunt Burchardus *g* & Ivo *h*, quasi ex concilio Bracharensi. In Tiliano libro sic est: οἱ καταμαντευόμενοι καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν χρόνων ἐξακολουθοῦντες. In veteri libro: τ ἐθνῶν κατακολουθοῦντες. *Qui divinationes expetunt, & morem Gentilium subsequuntur*, Gratianus, & ceteri. *Si quis autem paganorum consuetudinem sequens, divinos aut sortilegos in domum suam introduxerit*; Martinus: *Qui auguria, vel auspicia, sive somnia, vel divinationes quaslibet secundum morem Gentilium observant*, Isidorus in conciliis: *sortilegos* Martinus addidit, plura Isidorianus interpres: ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν ἢ καθάρσει, *exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi caussa*, Gratianus, *arte malefica*, Burchardus pro *magica*, & alii: *quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant?* Martinus: *in exquirendis aliquibus arte malefica, aut domos lustrant*: Isidorus. Illa omissa sunt a Latinis: τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς. *Ut annos tres jaceant, duos communicent in oratione sine oblatione*. C. *sub regula quinquennii jaceant*, habet Gratianus: id Martinus interpretatur, *pœnitentiam agant*. A. Itidem Isidorus non male. Illud enim jacere a duplex est, alterum generale omnium pœnitentium, alterum speciem notat gradus pœnitentiæ: alii enim ante fores erant, alii intra fores, sed cum cathecumenis exibant: alii manebant jacentes, alii erecti, sed neque offerebant, neque communionis sacræ erant participes. Sed de his hactenus (x).

DIALOGUS UNDECIMUS.

De eadem re.

C. ANtequam aggrediare, quæ reliqua sunt, scire cupio, cur Græca Latinis præferenda sint: cum Græcos constet hæreticos fuisse permultos, & hostes Latinorum, multaque finxisse & mutasse. A. Omnia ne Græca tibi videntur esse reiicienda? ergo neque sacros libros cum LXX. editione conferamus, aut cum aliis interpretibus veteris, aut novi testamenti; neque aliquem sanctorum Patrum Orientis librum legamus. Frustra nobis Dionysius Areopagita, Athanasius, Gregorii tres, Basilius, Joannes Chrysostomus, & tam multi alii scripserunt e. Frustra tot philosophi, medici, historici: si omnia tibi suspecta sunt. C. Non omnia dico esse reiicienda Græce scripta: sed quæro, cur Latinis præferri oporteat? A. Si non omnes uno ordine habes Achivos, invenies in eorum scriptis, qui illa detestentur hæreticorum facinora, qui detegant eorum flagitia: itaque licet tibi cetera sincera esse credere. Quod si non omnia Græci notant: at Latini habent quædam suspecta. Ab his abstine: ceteri, ut fontes, ex quibus oriuntur rivi & flumina, habendi sunt Græcorum libri. Hi præsertim Græci canones in Græcia ita scripti, cur non tibi Latinis antiquiores & potiores sint, caussam nullam dices. Latinos interpretes vides varios esse, & obscuros: quis melius sententiæ vim explicare potest, quam is, qui conscripsit? Si cum Afris, aut Indis, aut Persis cum interprete negotia geras; quam multa interpres obscure dicet, aut de suo addet, a nobis, ant ab illis non dicta, aut dicto-

(x) *In eodem libro inscriptio cap. 2. caus. 26. q. 5. hæc est:* Item ex concilio Ancyrano c. 23. al. 24. Qui divinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur &c. *In margine hæc sunt*: Raban. in pœnit. c. 23. & in conc. Paris. l. 3. c. 1. Polyc. ibid. (hoc est, l. 6. tit. 12.) Burch l. 10. c. 5. Ivo p. 11. c. 2. Pann. l. 8. c. 62. *Et in notis*: GENTILIUM: In Græco impresso est γενῶν. Sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem ἐθνῶν. EXQUIRENDI: Græce est, ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν. id est: „ ad invenienda medicamenta “. *Capitis tertii* Non liceat: *inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ: id est, ex capit. Martini Bracharens. cap. 72. (*Desideratur hæc nota. Et in margine*: Burch. lib. 10. cap. 3. Ivo p. 11. cap. 40. *Et vers.* Nec ex collectionibus. *est in margine*: Ibid. cap. 74. Burch. l. 10. c. 20. Ivo p. 11. c. 47. *Et vers.* Si quis autem. *est in margine*: Ibid. c. 71. Burch. l. 10. c. 6. Ivo p. 11. c. 34. *Et vers.* Mulieribus. *est in margine*: Ibid. c. 75. Burch. l. 10. c. 19. Ivo p. 8. c. 330. & p. 11. c. 46.

a De ritibus pœnitentialibus veteris ecclesiæ, satis doctis aliquando & inconditis, si Deus siverit, dicam pluribus in antiquitatibus Ecclesiasticis. Hoc argumentum Magni viri tractarunt jam; inter quos Leo Allat. *de Narthece veteris Eccles.* §. 17. *& multis seq. a pag.* 91. Filesacus *dissert. singular.*, ut & novissime Swicerus, Card. Bona *in Liturg. lib.* 1. *cap.* 17. Cabassut. *not. Concil. pag.* 87. *& seq.* Gotten. 1. *obs.* 8. Claudius Salmasius promisit tractatum *in lib. de Comm. pag.* 124. Utinam hunc edidisset, aut ederent hæredes; vix in hoc argumento tum adhuc aliquid desiderandum esset. M.

e Imo hic frustra scripsit, & frustra mentitur nomen & ætatem Dionysii Areopagitæ, quod hodie nemo qui paululum in literis versatus est, amplius controvertit. Maxime postquam Doctissimus Daiæus singulari opere de scriptis Dionysii Areopagitæ sole meridiano clarius demonstraverit, esse hæc scripta demum sæculis multis post mortem Dionysii conficta & supposita. M.

ctorum non recordabitur? C. Sunt igitur Græca Latinis potiora, quasi fons Latinorum: id mihi ad rem, de qua agimus, satis est. A. Post Ancyranos canones sequuntur *Neocæsarienses*. Hujus concilii caput octavum ex interpretatione Isidoriana Gratianus refert *distinct. XXXIV. cap. XI. & capite XII.* Martini *caput. XXVIII.* a Quod dicitur, *dato repudio dimittere eam debet*. Græce est, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτὴν *dato repudio*, non habet Martinus (α). *Caput IX.* Gratianus refert ex Isidori interpretatione *caussa XV. quæst. VIII. capite* 5. Martini vero *caput XXV. capite IV. ejusdem quæstionis* b. Ex Dionysii interpretatione Rabanus *cap. I. pœnitentium*, & Burchardus *c*, & Ivo *d*. Martini verba refert Ivo *in panormia e*, ut ex concilio Martini Papæ *cap. XXVI.* sed Burchardus *f*, & idem Ivo in excerptionibus *g* quasi ex concilio Cabilonensi, τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔγνωσαν οἱ πολλοὶ καὶ τῆς χειροθεσίας ἀφιέναι. Hæc omittit Martinus & Dionysius. *Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari*: Isidorus: *cetera vero peccata* &c. Gratianus; *remitti* malim, quam *privari* (β).

Caput XI. ex interpretatione Isidoriana refert Gratianus *dist. LXXIIX. cap. IV.* Martini verba non facile adgnoscuntur *capite primo ejusdem distinctionis h Bonifacio Papæ* inscripta; quod Demochares non vidit, qui alia animadvertit. Est autem Martini *caput XX. Fabiano Papæ* adscribunt Burchardus *i* & Ivo *k*, & liber Tarraconensis *l* (γ).

a Dist. 34. c. 11. Si cujus. & c. 12. Si laici.
b 15. q. 8. c. 1. & c. 4. Si quis.
c Burch. lib. 2. c. 49.
d Ivo lib. 3. tit. 11. c. 9. panorm. & part. 6. c. 150. decr.
e d. tit. 11. c. 18.
f Burch. lib. 2. c. 48.
g Ivo p. 6. c. 149. decr.
h Dist. 28. c. 1. & 4. Presbyter.

Caput tertium concilii Gangrensis ex interpretatione Isidori refert Gratianus *caussa XVII. quæst. IV. cap. XXXVII.* & mox *capite XXXVIII.* refert Martini *caput XLVII.* m in quo pro *anathema sit*, scriptum est: *durissime in omnibus arguatur*. Martini verba ut ex concilio Bracharensi referunt Burchardus *n*, & Ivo *o*, qui alibi *p* referunt verba concilii Gangrensis ex alia interpretatione (δ).

Caput quartum concilii Antiocheni ex interpretatione Dionysii refert Gratianus *caussa XI. quæst. III. cap. VI. & capite VII.* & Martini *caput XXXVII.* q. Dionysium sequuntur Burchardus *r*, & Ivo *s*, & Anselmus *t*, & ante hos Nicolaus Papa in *epist. II. ad Michaël. Imp.* εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθείς. *Si quis Episcopus damnatur a Synodo*: Gratianus, *damnatus*: Burchardus & alii: sic etiam Capitulare Caroli *lib. I. cap. VII. Si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit*; Martinus, *Si quis Episcopus a synodo fuerit depositus*. Isidorus, ut Græci: *vel matutinum, vel vespertinum sacrificium* addidit Martinus. *Si autem permanserit turbans &c.* hæc etiam sunt addita a Martino, sumpta ex capite quinto extremo ejusdem synodi (ε).

i Burch. lib. 2. c. 10.
k Ivo lib. 3. tit. 3. c. 2. panorm. & part. 6. c. 30. decr.
l Tarrac. lib. 6. c. 122.
m 17. q. 4. c. 37. Si quis. & 38. Si quis.
n Burch. lib. 8. c. 25.
o Ivo p. 7. c. 45. decr.
p Burch. lib. 11. c. 61. Ivo p. 13. c. 48. & p. 16. c. 102. decr.
q 11. q. 3. c. 6. Si quis. & cap. 7. Si quis.
r Burch. lib. 1. c. 199.
s Ivo p. 5. c. 362. decr.
t Ans. lib. 12. c. 26.

Ca-

[α] *Capitis undecimi* Si cujus uxorem. *dist.* 34. *in Gregoriano libro inscriptio est*: Item in Neocæsariensi concilio c. 8. *Et in margine*: Ans. l. 7. c. 19. *Capitis* 12. *inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ. Si laici uxor &c. *Et in margine*: ALICUJUS LAICI; orig. *Et*: Apud Martin. Brachar. c. 28.

[β] *Initio quæstionis* 8. *causæ* 15. *in eodem libro hæc verba sunt*: De ultima vero quæstione sic statutum est in concilio Neocæsariensi c. 9. & 10. Qui admisit corporale peccatum &c. *Et in margine*: Raban. lib. pœnit. c. 1. Polyc. l. 4. tit. 39. Burch. l. 2. c. 49. Ivo p. 6. c. 150. Pann. l. 3. c. 151. *Et in notis*: PROPTER EJUS STUDII UTILITATEM: Græce est, διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν, id est, „propter studium ac diligentiam“, quam ceteroquin adhibet. PRIVARI: Græce legitur: τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι, id est: „per manus „impositionem dimitti“, quemadmodum fere vertit Dionysius, cujus versionem ceteri collectores attulerunt, hac tamen clausula omissa. Nam hæc versio, quam Gratianus affert, est prisca, quæ in collectione Isidori [*deest* extat.] Ita ex his verbis longe alia elicitur sententia, atque auctor glossæ putarit. *Capitis quarti inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ c. 35. Si quis presbyter &c. *Et in margine*: In capitul. Martini Bracharens. ex conc. Neocæsariens. cap. 9. & 10. Burch. l. 2. c. 48. Ivo p. 6. c. 149. Pann. l. 9. c. 150. *In fine pro voce* accipiant, *est in margine*: al. retineant.

(γ) *Gratiani verba sunt in eodem libro initio distinct.* 78. Qua vero ætate sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffinivit dicens: Si quis triginta &c. *Et in notis est*: BONIFACIUS: Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracharensem Episcopum in cap. Græc. synod. c. 20. *Et in margine*: Polyc. l. 2. tit. 20. Burch. l. 2. c. 10. Ivo p. 6. cap. 30. Pann. l. 3. c. 29. *Capitis* 4. *hæc inscriptio est*: Item ex concilio Neocæsariensi c. 11. Presbyter ante XXX. &c. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 2. tit. 27. Ans. l. 7. c. 95. Pann. l. 3. c. 29.

(δ) *Inscriptio capitis* 37. Si quis servum alienum occasione religionis &c. *c.* 17. *q.* 4. *in Gregorian. editione est*: Unde in Gangrensi concilio c. 3. legitur. *In margine est*: Ivo p. 16. c. 102. & p. 13. c. 48. *Capitis* 38. *inscriptio hæc est*: Item ex concilio Martini Papæ c. 47. Si quis servum alienum caussa religionis doceat &c. *Et in margine est*: In cap. Græcar. synod. Martini Brach. Burch. l. 8. c. 25. Ivo p. 7. cap. 43.

(ε) *Capitis sexti causæ* 11. *quæst.* 3. *in eodem libro inscriptio est*: Item ex concilio Antiocheno c. 4. Si quis Episcopus damnatus a synodo. *In notis est*; DAMNATUS: Græce est καθαιρεθείς, id est, DEPOSITUS. *Et in* mar-

Caput nonum ex interpretatione Iſidoriana Gratian. refert *cauſſa IX. quæſt. III. capite II. & capite primo* refert Martini *caput IV. a* quod brevius eſt multo ſuperiore. Videtur autem confirmari *canon XXXIV.* Græcis, XXXV. Latinis *Apoſtolorum*, de quo videndus Nicolaus Papa *ad conſulta Bulgarorum cap. LXXII.* Apud Anſelmum *b* refertur Dionyſii interpretatio *capitis IX.* Antiocheni (x).

a 9. q. 3. c. 1. & 2. Per ſingulas.

b *Anſ. lib. 5. c. 73. in addit.*

Caput XII. refert Gratianus *cauſſa XXI. quæſtion. V. capit. II.* ex Iſidori interpretatione. Martini *caput XXXV. capit. V. ejuſdem quæſtionis c.* Hoc eſſe caput arbitror contra B. Athanaſium ſcriptum, quod reprehendit Julius in Epiſtula ad hos eoſdem Epiſcopos Antiochiæ congregatos. Idem contra Joannem Chryſoſtomum dum obiiceretur, ab eo reſponſum eſt, hæreticorum canonem fuiſſe. B. Cur igitur canones Antiocheni recepti ſunt, cum Arianos illos Epiſcopos auctores habeant? A. Non poſſum cauſſam dicere, ſed recentos eſſe conſtat, & in corpore canonum poſitos ante concilium Chalcedonenſe, ut in ejus concilii actione XII. *Græcis*, *Latinis XI.* apparet: ex libro etiam Latino, quem eodem nomine *Corpus canonum* dicimus, quem aperte Leo IV. *in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ* approbat, id conſtat, & ex aliis multorum teſtimoniis, prætertim Paſchalis II. in concilio Romano. Fortaſſe propter decretorum utilitatem. Sed ad *caput XII.* revertamur: quod referunt concilium Aquiſgranenſe *cap. LXXIV.* & Burchardus *d*, & Ivo *e*, & Anſelmus *f* ex Dionyſii interpretatione. Illa verba varie converſa ſunt: εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθείς. Apud Iſidorum recte: *Si quis a proprio Epiſcopo depoſitus.* Apud Martinum eſt: *Si quis Epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit.* Apud Dionyſium: *Si quis a proprio Epiſcopo presbyter, aut diaconus: aut a ſynodo fuerit Epiſcopus damnatus* (ʒ). *Capus XIV.* habet Gratianus *cauſſa VI. quæſt. IV. cap. I.* quaſi ex *Laodicenſe concilio* ante Democharis editionem, ex Iſidori magna ex parte interpretatione; *& cap. II.* Martini *cap. XIII. g* Ex Dionyſii interpretatione referunt Burchardus *h*, Ivo *i*, & Anſelmus *k*. Prima verba Gratiani alii omnes aliter referunt. Græca hæc ſunt: εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κρίνοιτο. *Si quis Epiſcopus criminaliter in judicio Epiſcoporum fuerit accuſatus*; Gratian. *Si quis de aliquibus cauſis criminalibus in judicio Epiſcoporum fuerit accuſatus*; Iſidorus: *Si quis Epiſcopus in aliquibus cauſationibus judicatur:* Martinus. Vox *cauſationibus* omiſſa eſt a Gratiano. *Si quis Epiſcopus de certis criminibus judicatur*; Dionyſius, & Græci. In Metropolitani alterius vocatione varietas eſt: neque enim Græce dicitur

c 21. q. 5. c. 2. & c. 5. Si quis.

d *Burch. lib. 2. c. 180.*

e *Ivo p. 6. c. 225. decr.*

f *Anſ. lib. 5. c. 74. in addit.*

g 6. q. 4. c. 1. & 2. Si quis.

h *Burch. lib. 1. c. 150.*

i *Ivo p. 5. c. 263. decr.*

k *Anſ. lib. 5. c. 77. in addit.*

margine: Et Aquiſgran. c. 47. extr. de cler. exc. depoſ. c. 1. & 2. Nic. Papa ep. 8. Polyc. ibid. *hoc eſt*, l. 7. tit. 1. Burch. l. 1. c. 199. Ivo p. 5. c. 362. Anſ. l. 12. c. 26. *Capitis 7. inſcriptio eſt*: Item ex concilio Martini Papæ c. 37. Si quis Epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit &c. *In margine eſt*: In capitulis Martini Bracharenſis. *In notis hæc ſunt*: FORINSECAM: In aliquot Gratiani & concilii codicibus eſt, FORASTICAM. In canone quinto concilii Antiocheni, unde hoc ſumptum eſt, legitur, διὰ τ ἔξωθεν ἐξουσίας: quæ Dionyſius vertit: „ per poteſtates exteras ". *Capitis primi de clerico excom. inſcriptio eſt*: Ex canone Apoſtolorum: Si quis Epiſcopus, presbyter &c. *Et in margine eſt:* Addi poteſt c. 18. ex Theodoro Balſamone, refertur c. 1. eodem tit. in 1. compilat. *Capitis ſecundi inſcriptio eſt:* Ex concilio Antiocheno: Si quis presbyter &c. *Et in margine eſt:* cap. 2. eod. tit. in 1. compil.

(x) *Capitis primi 9. q. 3. in eodem libro inſcriptio eſt*: ſicut in concilio Martini Papæ legitur c. 4. Per ſingulas provincias oportet &c. *In margine eſt:* In capitulis Martini Bracharenſ. c. 4. *Pro voce* Metropolitanum *eſt in margine*: al. Primatum Metropolitani ſui, *& pro voce* aſſumat, al. ſibi aſſumat. *Capitis 2. inſcriptio eſt hæc*: Item ex concilio Antiocheno c. 9. Per ſingulas provincias Epiſcopos ſingulos &c. *Et in margine ad illa verba*: ſecundum antiquum patrum noſtrorum canonem, *additur*: Apoſt. can. 24. *In notis ad illa verba*, citra Metropolitani Epiſcopi conſcientiam, *additur*: Græce eſt, δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης. Itaque eadem voce γνώμης utitur canon tam in conſenſu Metropolitani, quam ſuffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum verſione nova. τοὺς καθ' ἑκάστην &c. „ Epiſcopos, qui in unaquaque &c. "

(ʒ) *Inſcriptio capitis ſecundi 21. q. 5. in eodem libro eſt:* Item ex concilio Antiocheno c. 12. Si quis a proprio Epiſcopo depoſitus presbyter &c. *Et in margine hæc ſunt:* Et in Aquiſgran. c. 74. Burch. l. 2. c. 180. Ivo p. 6. c. 225. *Capitis 5. inſcriptio eſt*: Item ex concilio Martini Papæ c. 35. Si quis Epiſcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus &c. *In margine hæc ſunt*: In capitulis ſynod. Græc. Mart. Brach. c. 35. Concord. ſup. ead. c. SI QUIS A PROPRIO. *Ad illa verba*, & importans ſe palatio, *eſt in margine*: al. importunans, al. importunus palatio. *In notis eſt*: AD MAIORUM EPISCOPORUM SYNODUM: Antea legebatur, MAIORUM EPISCOPORUM CONCILIUM: Emendatum eſt ex codice Lucenſi regio: quoniam concordat cum canone Antiocheno ſup. ead. SI QUIS A PROPRIO, unde videtur ſumptum.

citur illum esse vocandum, sed vicinos Episcopos a Metropolitano. At Gratianus habet; *Metropolitanum Episcopum alterius provinciæ vicinæ advocari, & aliquantos cum eo Episcopos alios.* Sic etiam Isidorus: *ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur &c.* Martinus. *Metropolitanus Episcopus a vicina provincia judices alios convocet*; Dionysius, & Græci [α]. *Capus XVIII.* Gratianus refert *distinct. XCII. caput V.* ex Dionysii interpretatione; & *capite V.* Martini *cap. X.* *a* quod a Burchardo *b* & Ivone *c* dicitur ex concilio Aurelianensi sine nomine, & in libro Tarraconensi *d*. Ab eisdem referuntur verba Dionysii, & ab Anselmo *e*. Varietas est in extremo canone. Græce est ὃ ἂν ἡ τῆς ἐπαρχίας τελεία σύνοδος κρίνασα τὸ πεισάμενον ὁρίσῃ. *Expectare eum oportet provinciæ plenariam synodum, donec de eo, quod competit, statuatur*; Isidorus: *Sustineat autem, quod de eo sanctum concilium judicare voluerit*: Martinus: *quid*, pro *quod*, Gratianus, *quidquid*: Burchardus, & alii: *quem etiam observare convenit, quidquid synodus provinciæ perfecte judicando decreverit*: Dionysius apud Gratianum: *synodus perfecta provinciæ*: apud Burchardum, & Græcos [β]. *Cap. XIX.* ex Isidori fere interpretatione refert Gratianus *distinct. LXV. cap. III.* & Martini *cap. II.* & *cap. III.* *f* Initii varietas est, ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι. *Episcopum non ordinandum*; Isidorus. *Episcopus non est ordinandus*; Gratianus. *Non debet ordinari Episcopus*; Martinus (γ). De synodo bis quotannis habenda *cap. XX.* refert ex Isidoriana interpretatione Gratianus *distinct. XIIX. cap. IV.* & Martini *cap. XIIX. cap. XV. ejusdem distinctionis* *g*. Item Burchardus *h*, & Ivo *i* *cap. XX.* referunt ex Dionysii …

a Dist. 92. c. 4. Si quis. & c. 5. Si quis.
b Burch. l. 1. c. 40. & 41.
c Ivo p. 5. c. 151. & 152. decr.
d Tarrac. lib. 6. c. 68. & 69.
e Ans. lib. 6. c. 41.
f Dist. 65. c. 2. Non debet. & c. 3. Episcopus.
g Dist. 18. c. 4. Propter. & c. 15. Propter.
h Burch. lib. 1. c. 44.
i Ivo lib. 4. tit. 2. c. 3. panorm. & p. 5. c. 154. decret.

[α] *Causa 6. quæst. 4. cap. 1. in eodem libro Romano ita scriptum est:* In concilio Antiocheno c. 14. sic invenitur diffinitum: Si quis Episcopus criminaliter in judicio Episcoporum fuerit accusatus &c. *Et in margine:* al. de aliquibus causis criminalibus. *Et:* Burch. l. 1. c. 150. Ivo p. 5. c. 263. *in notis hæc sunt:* Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In uno tamen perantiquo est EX CONCILIO ANTIOCHENO, in quo etiam extat; & est antiqua versio. METROPOLITANUM: Græcum exemplar hic valde dissentit ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur concilium unius provinciæ, in quo necesse est adesse proprium Metropolitanum, posse advocare vicinæ provinciæ Metropolitanum cum aliquot Episcopis. Quod Martinus etiam Bracharensis in sequent. capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce vero locus ita habet: ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ &c. Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in codice canonum, sic vertit: „Sanctæ synodi placuit &c". Ac sane, quod Metropolitanus ad alterius Metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem concilio duo Metropolitani futuri essent, vix videtur convenire. *Cap. 2. inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ (id est, Episcopi Brach. c. 13.) Si quis Episcopus in aliquibus causationibus judicatur &c.

[β] *Distinct. 92. cap. 4. inscriptio est in eadem editione:* De his in concilio Martini Papæ sic statutum est: Si quis ordinatus Episcopus, pro contentione populi &c. *In margine hæc sunt*: Capit. Martini Bracharens. cap. 10. Vide Pelag. II. in epist. ad Benignum. Polyc. l. 2. tit. 3. Burch. l. 1. c. 40. Ivo p. 5. c. 151. *Et in notis*: EPISCOPUS. In vulgatis sequebatur: „ad parochiam, cujus est electus": quæ inducta sunt auctoritate manuscriptor. & originalis, ac ceterorum collectorum. CONTENTIONE: In duobus vetustis exemplaribus, Gratiani, & uno conciliorum Regis Catholici legitur, CONTEMPTIONE. *Ad illa verba*, in quam venit, *est in margine*: al. convenit. *Capitis 5. hæc inscriptio est:* Item ex concilio Antiocheno cap. 18. Si quis Episcopus ordinatus, ad parochiam, cujus est electus &c. *In margine sunt hæc*: In epistol. Pelag. 2. Polyc. Ibid. Burch. lib. 1. cap. 141. Ivo p. 5. c. 152. *Ad vocem* cujus *additur in margine:* al. cui. *ad vocem* vetet, al. vitet. *Et in notis:* VETET: διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo quod populus recuset. OBSERVARE: ἐκδέχεσθαι, id est, expectare, & suscipere. PERFECTO: Antea legebatur PERFECTÆ, restituta est vera lectio ex orig. & Burch. & Ivone. Quid autem sit synodus, quæ hic PERFECTA, & in paulo post sequentibus capitibus INTEGRA dicitur, exponitur infra ead. *cap.* Si quis Episcopus, *tertio. Est id cap. 8. cujus inscriptio est*: Item ex eodem (*Antiocheno*) c. 16. *Et in margine est*: Apud Martinum Brachar. c. 9. Burch. l. 1. c. 39. Ivo p. 5. c. 150. *Et in notis*: Hæc versio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Ivo sequuntur, eadem fere est, atque illa Martini Brachar. Dionysiana vero longe magis accedit ad verba Græca.

[γ] *Inscriptio capitis secundi distinct. 65. in eodem libro hæc est*: Item ex concilio Martini Papæ. Non debet ordinari Episcopus absque consilio, & præsentia Metropolitani Episcopi &c. *In margine*: al. conscientia. In capitul. Martini Brach. cap. 3. ex conc. Antioch. cap. 19. *Capitis 3. inscriptio est:* Item ex concilio Antiocheno c. 19. Episcopus non est ordinandus sine consilio, & præsentia Metropolitani Episcopi &c. *Et in margine*: cap. 18. *Et in notis*: Verbis Græcis multo melius respondet altera versio, quæ Dionysii est; ideoque illa consulenda.

Dionysii interpretatione. Tempora synodorum omisit Martinus. In aliis varietas est de posteriori synodo, quam omnes Idibus Octobris habendam dicunt; sed Græci, & Isidorus decima Hyperberetæi mensis; Dionysius, & ceteri XV. quamvis non aperte, quia solum dicunt Octobrem esse Hyperberetæum A mensem. B. Non idem Theodorus & Lilius dicent: qui Romanorum cum Græcis nomina mensium non posse convenire scribunt propter intercalationes. A. Posterioribus temporibus fortasse omiserunt intercalandi consuetudinem & ordinem mensium Latinorum servarunt. In canonibus Apostolorum sine mentione mensis Octobris dicitur Hyperberetæi duodecima, *capite XXXVII. Græcis, Latinis XXXVIII.* Sed in Isidori libro dicitur juxta Romanos *quarto Idus Octobris* (α). Venio nunc ad *caput XXIII.* quod refert Gratianus *caussa III. cap. III. a* ex Dionysii interpretatione, item Burchardus *b*, Ivo *c*, Anselmus *d*, & liber Cæsaraugustanus *e*. Et Martini caput refert Gratianus *cap. IV. ejusdem quæstionis f*. Item Burchardus *g*, & Ivo *h*, ut ex concilio Hispalensi. Quod apud Gratianum est, *& electione clericorum*, neque Græci, neque Latini libri habent (β). *Caput. XXV.* ex interpretatione Dionysii refert Gratianus *caussa XII. cap. XXIII.* & Martini *cap. XVI. caussa X. quæst. II. cap. VIII. i* Dionysium sequuntur Anselmus *k* & Capitulare Caroli *l*, & aliorum. Varietatem omitto, ut veniam ad *Laodicenos canones* (γ). *Caput. XIII.* refert Gratianus *dist. LXIII. cap. VI. m* ex Dionysii

a 8. q. 1. c. 3. Episcopo.
b *Burch. lib.* 1. c. 185.
c *Ivo p.* 5. c. 301. *decr.*
d *Ans. lib.* 6. c. 57.
e *Cæs. lib.* 3. c. 37.
f c. 4. Episcopo. c. 9.
g *Burch. lib.* 1. c. 187.
h *Ivo decr. p.* 5. c. 303.
i 12. q. 2. c. 23. Episcopus. & 10. q. 2. c. 8. Episcopus.
k *Ans. lib.* 6. c. 163.
l *Cap. lib.* 7. c. 76
m *Dist.* 63. c. 6. Non est.

[α] *Cap. 4. distinct. 18. in eadem editione inscriptio est*: Item ex Antiocheno concilio cap. 20. Propter ecclesiasticas caussas &c. *Et in margine*: Burch. l. 1. c. 44. Ivo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. tit. 19. *In notis hæc sunt*: „ Id est, media Pentecoste “. Antea legebatur „ & in medio temporis inter Pascha, & Pentecosten “ nec multo aliter apud Ivon. „ id est, medio temporis &c. “ Sed reposita est hæc lectio ex plerisque Gratiani exemplaribus & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam ceteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysii, quæ est in codice canonum: quamvis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habent: „ id est, medio Pentecostes “ vel: „ in medio Pentecoste “, quæ in versione Dionysii est; „ ita ut quarta septimana pentecostes “ verbum plane e verbo. Græce enim est: ὥστε τῇ τετάρτῃ [illegible] τῆς πεντηκοστῆς. COMPLEATUR: vocem [illegible] Dionysius vertit CONVENIAT. DECIMUS; Prorsus ex Græco. Dionysius autem, quem Burchardus, & Ivo sequuntur, habet, Idus Octobris, id est, XV. die mensis Octobris, quem Hyperberetæum Græci cognominant. In canone autem Apostolor. 37. legitur secundam anni synodum celebrandam esse [illegible], id est, duodecimo die Hyperberetæi. Non convenire autem omnino Latinorum menses cum Græcor. satis constat. Suidas quidem scribit, apud Macedonas Hyperberetæum eundem esse, qui October; Galenus autem Pergami eundem, qui September. *Capitis 15. ejusdem distinct. hæc inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ. Propter ecclesiasticas caussas &c. *Et in margine est*; Apud Martinum Bracharensem Episcopum in cap. synod. Græc. cap. 18. Polyc. l. 3. tit. 17. *Et ad verbum* veniant, *additur*; procedant, Orig. *Et in notis*: Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus: quæ omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum synodorum Martini Episcopi Bracharensis (antiquitus enim Episcopi Papæ dicebantur). Hic enim, cum esset Græcus ad utilitatem ecclesiarum Hispaniæ, ubi Episcopatum obtinebat, ea capitula Latina fecit: & in nonnullis quædam addidit, in aliis vero reliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex concilio Antiocheno c. 20. sup. ead. c. PROPTER. Aliqua etiam ex Toletanis conciliis in eum libellum retulit. VEL HI: In aliquot conciliorum editionibus legitur „ ut eorum, qui „ se læsos existimant, in concilio caute &c. “

[β] *Gratiani verba sunt in Romano libro ante caput* 3. Episcopo non licere. 8. *q.* 1. Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c. 23. sic statutum legitur. *Et in margine hæc sunt*: Polyc. l. 2. tit. 17. Ans. l. 6. c. 57. Burch. l. 1. c. 185. Ivo p. 5. c. 301. *Et in notis*: JUDICIO EPISCOPORUM: In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur, ET ELECTIONE CLERICORUM; quæ sunt expuncta, quia neque in originali, neque apud ceteros collectores leguntur. *Cap. 4. inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ c. 8. Episcopo non liceat &c. *Et in margine est*; Id est, in capitulis Martini Brachar. c. 8. Burch. l. 1. c. 187. Ivo p. 5. c. 303. utrique ex concilio Spalensi.

(γ) *Inscriptio capitis* 23. Episcopus ecclesiasticar. 12. *q.* 1. *in eodem libro hæc est*; Item ex concilio Antiocheno c. 25. *Et in margine est*; Et in Parisiensi concilio l. 1. c. 15. Ans. l. 6. c. 163. *In notis est*: OCCULTE RES: In versione Dionysii legitur, „ ut per hujusmodi personas occulte ceteri „ lædantur fratres ecclesiæ “: *& in margine* al. CETERÆ LÆDANTUR ECCLESIÆ]: & concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis conciliorum: „ ut per eorum „ secretam diligentiam ecclesiastici lædi vi- „ dean-

A Vid. sis Doctiss. Petavium *lib.* 1. *de doctr. tempor. cap.* 29. M.

fii interpretatione, & Burchardus *a*, & Ivo *b*, & Anselmus *c*, & Deusdedit *d*, & Capitulare *e*, de quo dixi. Martini caput primum refert Gratianus *cap. VIII. ejusdem distinct.* *f* & ut *Bracharense concilium cap. I.* referunt Burchardus *g*, Ivo *h*, & Anselmus *i*: ut verba Cælestini liber Cæsaraugustanus *k*. Addit autem Martinus quædam: *Ut Episcopi eos probent &c.* (α) *Caput XXXII.* est apud Gratianum *caussa prima cap. LXVI.* ex Isidoriana interpretatione, & *caput LXVII.* ex Martino *cap. LXX.* *l* ne eulogiæ, sive benedictiones ab hæreticis accipiantur. Laodicenum canonem referunt Burchardus *m* & Ivo *n*, & Deusdedit *o*, sed ex Dionysii interpretatione. At ex Isidori liber Tarraconensis *p* (β). *Caput XLVI.* habet Gratianus *de consecratione distinct.* *IV. cap. LVIII.* *q* ex Isidori interpretatione, ut est etiam in Capitularibus Imperatorum *r*. At *in eadem distinct. cap. LIX.* Martini verba refert *cap. XLIX.* *s*. Ex Dionysio referunt Burchardus *t*, & Ivo *u* (γ). Sic etiam *distinct. tertia cap. VIII.* refert *caput L.* concilii Laodiceni ex Isidori interpretatione, & *capite VII.* ex Martini *capite L.* *x* & quod Græce est νηστεύειν ξηροφαγοῦντας A, Martinus *sincere abstinentes*, dixit: *escis abstinentiæ convenientibus*, id est, *aridioribus uti*, Isidorianus interpres. B. Sic etiam *xerophagia* dicitur apud Cassianum *y*; & *omophagia*, cum crudis cibis utuntur. A. *Districto venerari jejunio*, Dionysius in Corpore canonum scripsit. Aridis hodieque cibis Græcos in quadragesima uti scio (δ). *Caput LV.* [quod

I 2 aliis

a *Burch. lib. 2. c. 8.*
b *Ivo p. 6. c. 28. decr.*
c *Anselm. lib. 6. c. 38.*
d *Deusd. c. 2. & 4.*
e *Capit. lib. 7. c. 79.*
f *c. 8. dist. 63.* Non liceat.
g *Burch. lib. 1. c. 10.*
h *Ivo p. 5. c. 64. decr.*
i *Anselm. lib. 6. c. 8.*
k *Cæsar. lib. 3. c. 18.*
l *1. q. 1. c. 66.* Non oportet. & 67. Non liceat.
m *Burch. lib. 3. c. 209.*
n *Ivo p. 3. c. 260. decret.*
o *Deusd. c. 2. & 4.*
p *Tarrac. lib. 6. c. 20.*
q *De consf. d. 4. c. 58.* Baptizandorum.
r *Cap. lib. 7. c. 404.*
s *c. d. c. 59.* Non liceat.
t *Burch. lib. 4. c. 9.*
u *Ivo p. 1. c. 204. decret.*
x *De consf. d. 3. c. 7.* Non liceat. & c. 8. Non oportet.
y *Cassian. l. 4. c. 21. & 22. De instit. coenob.*

„ deantur “. Græco in codicibus, qui lecti sunt, habetur: εἰς τὸ δίχα τῦ τοιούτων, λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας. id est: „ ut ex his rationes ecclesiæ latenter læ„ dantur “. *Capitis 7.* Episcopus habeat. 10. q. 2. [*quod nobis est 8.*] *inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ c. 16. *In margine hæc sunt*: In capitul. Martini Bracharens. ex conc. Antioch. c. 25. *Et*: 12. q. 1. EPISCOPUS ECCLESIASTICARUM. *Et ad verbum* contaminaverit, *est additum*, ita minaverit, codex regius. *Et in notis*: SIN AUTEM: In capitulis habetur, SIMILITER: sed melior videtur lectio duorum vetustorum Gratiani codicum, SIN ALITER: propius enim accedit ad Græcam concilii Antiocheni c. 25. unde hoc sumptum est; εἰ δὲ καὶ ἄλλως id est, SI AUTEM ET ALITER, ut infra 12. q. 1. c. EPISCOPUS. ACTU: Hæc vox in simili re habetur infra 12. q. 2. VULTERANÆ: Vulteranæ ecclesiæ actus, vel patrimonium, Græce est, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς. id est, „ vel etiam ex qualibet alia causa & occa„ sione ecclesiastica “. *Varietas numeri capitum hujus quæstionis oritur ex cap.* Hoc jus porrectum. *quod nobis est tertium, in libro Romano pars capitis secundi.*

(α) *Capitis sexti distinct. 63. in eodem libro inscriptio est*: Item ex concilio Laodicensi c. 13. Non est permittendum turbis &c. *Et in margine est*: Burch. l. 2. c. 8. Ivo p. 6. c. 28. Ans. l. 6. c. 38. al. 43. Deusded. p. 1. & 4. *Capitis octavi hæc inscriptio est*: Item ex concilio Martini Papæ c. 1. Non licet populo &c. *Et in margine*: Apud Martin. Bracharens. c. 1. supra dist. 24. c. Episcopi. & dist. 61. Episcopum. Burch. l. 1. c. 10. Ivo p. 5. c. 64. Ans. l. 6. c. 8. al. 12.

[β] *Caussa 1. quæst. 1. caput 66. in eodem libro ita inscribitur*: Item ex concilio Laodicensi c. 32. Non oportet hæreticorum benedictiones &c. *In margine hæc sunt*: Deusdedit p. 2. & 4. Burch. l. 3. c. 259. Ivo p. 3. c. 260. *Inscriptio capitis 67. est hæc*: Item ex concilio Martini Papæ cap. 70. Non liceat clericis &c. *Et in margine*: In capitulis Martini Brachar.

(γ) *De consecration. distinct. 4. cap. 58. in eodem libro inscriptio est*: Item ex concilio Laodicensi c. 46. Baptizandos oportet fidei symbolum &c. *Et in margine*: Burch. l. 4. c. 9. Ivo p. 1. c. 205. *In notis hæc sunt*: FIDEI SYMBOLUM: Est prisca versio, & sententiam sat bene reddit. Hoc autem loco Græce est τὴν πίστιν. *Capitis 59. inscriptio est*: Item ex concilio Martini Bracharensis cap. 49. Non liceat ante duas &c. *Et in margine*: in capit. synod. Græcar.

(δ) *Distinct. 3. de consecrat. cap. 7. inscriptio in eodem libro est*: Item ex concilio Martini Papæ Bracharensis c. 50. Non liceat quinta feria &c. *Et in margine*: In capitul. Græc. synod. *Inscriptio capitis octavi est*: Item ex concilio Laodicensi c. 50. Non oportet in Quadragesima &c. *Et in margine*: Et in 6. syn. c. 29. Burch. l. 13. c. 8. Ivo p. 4. c. 41.

A Xerophagia erat jejunii species, quando siccis tantum cibis utebantur. Occurrit sæpius apud Tertullianum vox *in libr. de jejunio. Arguunt nos, quod jejunia propria custodiamus, quod stationes plerumque in vesperam producamus, quod etiam Xerophagias observemus siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia, & uvidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus.* Et iterum: *Xerophagias vero novum affectati officii nomen & proximum ethnicæ superstitioni quales castimoniæ Apim, Isidem & Magnam Matrem certorum edulorum exceptione purificant, cum fides libera in Christo ne Judaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum Macellum ab Apostolo admissa.* Meminit quoque Epiphan. *in compend. cath. doct.* Τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τῦ πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελῦσι πάντες οἱ λαοὶ, φημὶ δὲ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν. *Per sex autem dies Paschatis omnes populi in siccorum usu perseverant, pane, inquam, & sale & aqua tunc utentes ad vesperam.* Adde Socrat. *Hist. Eccles. lib. 5. c. 22.* ubi de varia jejunandi ratione agit. Et *can. 49. Concil. Laodicen.* Sed de hoc & aliis jejunii ritibus Deo volente plura dicemus in corpor. antiq. Eccles. M.

aliis LIV. *eſt*] refert Gratianus *diſtinct. XLIV. cap. X.* ex Iſidori interpretatione, *&* *cap. XII.* Martini *cap. LXI. vel LXII.* a Ex Dionyſii interpretatione refert Rabanus *cap. XXVII. Pœnitentium*: Quod Græce eſt *ἐν συμβολαῖς συμπόσια ἐπιτελεῖν*, *ex collatis, vel commeſſationibus convivia celebrare*; vertit Dionyſius: *ex ſymbolis, quæ vulgus commiſſalia appellat, convivia celebrare*; Iſidorianus: *convivia facere de confertis*, Martinus (α). *Caput* huic proximum LVI. *vel* LV. erit hujus concilii & diei extremum: refert Gratianus *diſtinct. XCV. capite VIII.* ex Iſidori interpretatione b. *& de conſecrat. diſtinction. IV. capit. CXXIV.* extremo refert *caput* Martini LIII. c. Varietas eſt nonnulla: namque Martinus de baptiſterio ait: *Non liceat presbytero prius Epiſcopo introire in baptiſterium.* Græci *εἰσιέναι καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι*: *ante proceſſionem Epiſcopi introire in ſacrarium & ſedere; ſed cum Epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere*: Dionyſius: *ante ingreſſum Epiſcopi ingredi eccleſiam, & ſedere in tribunalibus.* Iſidorianus. Quod vero Martinus ait: *niſi forte aut abſens fuerit, aut ægrotus*: Iſidorianus habet: *niſi forte aut ægrotet Epiſcopus, aut in peregrinationis commodo eum abeſſe conſtiterit.* Apud Demochbarem eſt; *commodo eſſe eum conſtiterit*, & in Margine: *in peregrinatione modo*, *eum eſſe &c.* Apertius Dionyſius: *niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur Epiſcopus.* Græce vero eſt: *πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλίῃ ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος* (β). Cetera alio die, ut veteres augures dicebant, perſequemur.

a *Diſt. 44. c. 10.* Non oportet. *& c. ult.*

b *Diſt. 95. c. 8.* Non oportet.

c *De conſ. d. 4. c. 124.* Omni tempore.

DIALOGUS DUODECIMUS.

De aliis Martini Bracharenſis capitibus, & de Gratiani erratis.

C. SUnt ne alia, quæ Gratianus ex *Martini collectione* referat, quaſi ex *concilio Martini Papæ?* A. Sunt quidem non pauca, quæ tu facile in Antonianis libris invenies notata. Ego de illis ſum locutus, quæ bis poſita ſunt, tam ut ex Græco canone, quam ut Martini Papæ verba. C. At in quibuſdam nihil notatum eſt, ut in hoc *capite octavo cauſæ XXVII.* d *Item ex concilio Martini Papæ, Viduas autem velare &c.* A. Sumptum id caput non eſt ex Martini collectione, ſed ex *concilio Triburienſi capite XXV.* idem error eſt in panormia Ivonis e. *Ex concilio Moguntino*, Burchardus f, & Ivo in excerptionibus g. *Ex Aurelianenſi*, Bernardus Papienſis h, & veteres Gregoriani libri i, alii *ex Arelatenſi.* Anſelmus k, *ex Gelaſio* (γ). C. Quid illud *de conſecrat. diſtinct. quarta, cap. XXII.* l *ex decreto Mar-*

d *27. q. 1. c. 8.* Viduas.

e *Ivo lib. 3. tit. 17. c. 10. panorm.*

f *Burch. lib. 8. c. 36.*

g *Ivo p. 7. c. 55. decr.*

h *c. 6. De regularib. 1. collect.*

i *c. 4.* Vidua. *de regul.*

k *Anſ. lib. 7. c. 200.*

l *De conſ. d. 4. c. 22.* Quicumque.

(α) *In eodem libro Gregoriano inſcriptio cap. 10. diſt. 44. eſt hæc:* Item ex concilio Laodicenſi c. 55. Non oportet miniſtros altaris &c. ex ſymbolis, (quæ vulgus commeſſalia appellat) convivia celebrare. *Et in margine*: Conc. Aquiſgran. c. 83. Rab. in pœn. c. 27. *Et ad illa verba*, quæ vulgus &c. *additur*: iſta ſunt addita loco cujuſdam gloſſæ. *Inſcriptio capitis* 12. *eſt*: Item ex concilio Martini Papæ c. 61. & 66. Non liceat ſacerdotes &c. *In margine eſt*: Apud Martin. Brachar. Burch. l. 2. c. 165. Ivo p. 6. c. 256.

(β) *Capitis octavi diſtinct. 95. in eodem libro inſcriptio eſt*: Item ex concilio Laodicenſi cap. 56. Non oportet presbyteros ante ingreſſum Epiſcopi ingredi, & ſedere in tribunalibus &c. *In notis*: In peregrinationis commodo eum abeſſe conſtiterit: Sic priſca verſio: ſed Dionyſius longe propius ad verba Græca: „ niſi forſitan infirmitate detineatur, „ aut proficiſcatur Epiſc. “ *πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος*. *Inſcriptio capitis* 124. Omni tempore. *de conſecr. diſt. 4. hæc eſt*: Item ex concilio Martini Bracharenſis c. 51. & ſequentibus. *Et in margine* Vide Melden. cap. 46. *Et verſ.* Preſbyter. ſupra diſt. 95. PRESBYTER. *Et verſ.* Non liceat. diſt. 95. NON OPORTET. *Item in margine*: cap. 52. & cap. 53. *quæ referuntur ad Martini capita.*

(γ) *In editione Romana capitis octavi* Viduas, 27. *q.* 1. *inſcriptio hæc eſt*: Item ex concilio Martini Papæ. *In notis additur*: Abeſt caput hoc a nonnullis Gratiani exemplaribus Burchardus, & Ivo citant ex concilio Moguntino c. *6.* Habetur in concilio Triburienſi c. 25. In hoc autem capite, & duobus ſequentibus citantur decreta Gelaſii, ut ſunt in codice canonum. *In margine*: Anſ. l. 7. c. 200. Burch. l. 8. c. 30. Ivo p. 7. c. 55. Pann. l. 3. c. 107. *Item in notis*: Gelaſii Papæ capitulo XIII. Sic eſt in codice canonum: in epiſtola vero ejuſdem prima „ Epiſcopis „ per Lucaniam “, eſt c. 15. ſicut paulo poſt, quod eſt in capitulo 21. in eodem codice; in epiſtola eſt c. 23. NOS AUTEM: In concilio Triburienſi legitur: „ Qua auctoritate paternæ ſuffulti ſententiæ, in hoc ſacro conventu ſancimus, &c. “ Hæc vero eadem de vidua, quæ ſibi ſponte velamen non conſecratum impoſuit, habentur in Decretalib. c. VIDUA. tit. de regular. Quod in codicibus impreſſis citatur ex concilio Arelatenſ. In prima autem collectione, & vetuſtis codicibus Gregorianæ, ex Aurelianenſi. *Capitis* 4. Vidua. *de regular. inſcriptio eſt*: Ex concilio Arelatenſi. *Et in margine hæc ſunt*: Alias Aurelian. ſed habetur in concilio Triburienſi c. 25. refert Burchardus lib. 8. cap. 36. Ivo p. 7. c. 55. & c. 8. eod. tit. in 1. compilat. Quibus locis aliis conciliis tribuitur: ſed fortaſſis non recte.

Martini Papæ III. Quicunque presbyter &c. unde temptum esse arbitremus? A. *Ex decretis* Martini Papæ *capite III.* habent Burchardus *a*, & Ivo *b*, & Anselmus *c*, & liber Tarraconensis *d* & alter vetus Veronensis. Sed mihi incertum adhuc est, cujus verba sint [α]. B. Quod Martinus Bracharensis in præfatione collectionis ait, se canones orientis restaurasse simplicius & emendatius; quam verum sit, ex eorum collatione satis constat. Sed & nusquam in Græcis conciliis inveni multorum canonum sententiam, ut sunt *cap. XXIX. XXX. & XXXI.* quæ magis videntur *ex concilio Toletano primo* accepta *cap. XVIII. XIX. & XVI.* quam ex Græcis conciliis. Gratianus quædam ex his, ut *ex concilio Martini Papæ* refert *e*, quædam ut *ex concilio Toletano f*: item Anselmus *g*, sine inscriptione Capitularia *h*. A. Ita est, ut dicis. Sumpsit enim Martinus Episcopus pleraque ex eodem illo *concilio Toletano*, aut posteri Martini collectioni ea inseruerunt [β]. Sic Martini *caput LXIV. ex Toletano cap. V.* & Martini XXIII. *ex capite secundo Toletano*. Martini XLIII. & XLIV. *ex capite tertio & quarto Toletano*. *Caput LI. & LII. ex Toletano XX.* Ea quoque apud Gratianum invenies partim ut ex Martino Papa *i*, partim ut ex Toletano concilio *k* referri. Sunt alia, quæ unde sumpta sint, ignoro. Ex quibus si quid est apud Gratianum, in Romana editione discere licebit (γ). Nunc si vobis videatur, de aliis erratis Gratiani videamus. B. Visne tibi redigam in memoriam exempla quædam, ex quibus apparet, Gratianum ex singulari capite duo ejusdem initii confecisse: aut eandem sententiam ex duabus interpretationibus eodem in capite retulisse; aut verbis alterius scriptoris partem alterius addidisse? A. Non id quidem mihi ingratum erit, nec C. nostro displicebit, quantum ex ejus nutu intelligo. B. Aperi librum hunc C. & *caput* illud ostende Gelasii *l*, cujus initium est, *Cuncta per mundum*, quod tamquam carmen necessarium discere soletis. C. Ecce tibi locus patet. Quid dicis? an bis posita eadem verba *capite XVII. & XVIII.*? B. Id ipsum affirmo. C. Ex inscriptione utriusque capitis videntur ex duabus Gelasii epistulis esse sumpta hæc capita, quarum altera fuerit omnibus Episcopis missa, altera Episcopis Dardaniæ. B. Hodie hæc sola extat, ut etiam Demochares notat. Sed fingamus in utraque eadem verba extitisse; quid opus erat, bis eadem conscribi? præstitisset ita inscribere: *Gelasius in epist. omnibus Episcopis missa, & in epist. ad Episcopos Dardaniæ*. A. Vide, num id ex Ivonis panormia, vel ex Anselmi collectione, aut alia acceperit. C. Apud Ivonem est *m*. *Ex decretis Gelasii capite IV.* Apud Anselmum modo, *Gelasius Papa* tantum est *n*; modo *Gelasius Papa omnibus Episcopis o*; modo *Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius p*; modo, *Gelasius Episcopis Dardaniæ q*. In libro Tarraconensi *r* est: *Gelasius Episcopus omnibus Episcopis*. A. Manifeste apparet, varietatem hanc secutum fuisse Gratianum. B. Mi-

a *Burch. lib.* 4. *c.* 47.
b *Ivo p.* 1. *c.* 241. *decr.*
c *Anselm. lib.* 9. *c.* 54.
d *Tarrac. l.* 1. *c.* 2.
e *Dist.* 28. *c.* 12. Si qua. & 27. *q.* 1. *c.* 26. De filia.
f 27. *q.* 1. *c.* 27. Devotam.
g *Ans. lib.* 10. *c.* 59. & *lib.* 11. *c.* 91.
h *Capit. lib.* 7. *c.* 294.
i *Dist.* 34. *c.* 18. Lector. & *c.* 17. Si subdiaconus. & *dist.* 92. *c. ult.* & *dist.* 54. *c.* 7. Si quis obligatus. & *de consecr. dist.* 4. *c.* 124. Omni tempore.
k *Dist.* 50. *c.* 68. Placuit.

l 9. *q.* 3. *c.* 17. & 18. Cuncta.
m *Ivo lib.* 4. *tit.* 1. *c.* 8. *panorm.*
n *Ans. lib.* 1. *c.* 47. & 48.
o *Ans. lib.* 2. *c.* 16.
p *Idem d. lib.* 2. *c.* 24.
q *Idem lib.* 12. *c.* 69.
r *Tarrac. lib.* 1. *c.* 283.

(α) *Capitis* 22. *de consecrat. dist.* 4. *in eodem libro inscriptio est:* Item ex decreto Martini Papæ III. Quicumque presbyter &c. *Et in margine hæc sunt:* al. Martiniani. *Et:* Polyc. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 54. Burch. l. 4. c. 47. Ivo p. 1. c. 241.

[β] *Distinct.* 28. *cap.* 12. Si qua vidua Episcopi, *inscriptio in eodem libro est*: Item ex concilio Martini Papæ. *Et in margine*: Apud Martinum Brach. c. 29. & conc. Tol. 1. c. 18. *Inscriptio capitis* 26. De filia Episcopi. 27. *q.* 1. *hæc est*: Item ex concilio Martini Bracharensis c. 30. *Et in margine*: Ex conc. Toletano 1. c. 19. *Capitis* 27. Devotam peccantem. *inscriptio est*: Item ex concilio Toletano 1. c. 16. *Et in margine*: Et in capitulis Martini c. 31. Capitul. l. 7. c. 294.

(γ) *Verba Gratiani sunt ante caput* 17. Si subdiaconus. *distinct.* 34. *in eadem editione.* Sed postea temporum defectui condescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit, non regulam præfigendo dicens. *Et in margine hæc sunt*: Apud Martinum Brachar. c. 44. ex concil. Toletan. 1. c. 4. *Et ad verba*, non regul. præf. *additur*: Hæc verba absunt ab aliquot exemplaribus. *Inscriptio capitis* 18. *est hæc*: Unde Martinus Papa ait: Lector si viduam &c. *Et in margine*: Ibid. c. 43. ex concil. Tolet. 1. c. 3. *Capitis ultimi dist.* 92. *inscriptio est*: Unde ex concilio Martini Papæ legitur: Si quis presbyter &c. *Et in margine*: In capitul. Martini Brach. c. 64. ex Tolet. 1. c. 5. *Inscriptio capitis* 7. Si quis obligatus. *dist.* 54. *hæc est*: Item ex concilio Martini Papæ (*id est, ex cap. Martini Episcopi Brachar. c.* 46.) *Et in margine*: Ex concil. Tolet. 1. c. 10. *Inscriptio capitis* 124. *de consecrat. dist.* 4. *relata est additione* 19. *dialogi* 11. *Ante caput* 68. Romanis, [*quod nobis est* 67.] *dist.* 50. *hæc Gratiani verba sunt:* Probantur etiam auctoritate Toletani concilii primi, hujuscemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo capite 2. sic statutum est. „ Placuit, ut pœnitentes &c. “ *Et in margine*: In c. Martin. Brachar. c. 23. Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 37. Ans. l. 7. c. 31. Ivo p. 6. c. 138. Pann. l. 3. c. 61. *Ad vocem* epistolam *additur*, al. Apostolum, orig. *Ad vocem* Eum, *additur*: Ex pœnitentem: in capit. Mart. Brach. *Ad vocem* cilicio, *additur*, al. concilio.

Mihi videtur, post illa, *omnibus Episcopis*, desiderari hanc vocem, *Dardaniæ*. A. Placet, quod dicis [α]. Sed cetera persequere. B. Si quæratur *caput*, cujus initium est, *Quidam monachor. caussa*. ut opinor, XVIII. *a* id inveniemus sumptum esse ex *quarto & octavo canone concilii Chalcedonensis*: & postremam ejusdem capitis partem esse ejusdem octavi canonis verba ex alia interpretatione. C. Democharem invenio addidisse numerum *quarti canonis* initio *ejusdem canonis*; & ad illa verba, *Item clerici in parœciis*, numerum *cap. VIII.* A. Vide, num Gratianus alibi ex alio interprete eandem referat sententiam, & ante eum Anselmus & Ivo, atque alii collectores. C. Plura verba ejusdem canonis quarti referunt Ivo in Panormia, & in excerptionibus *b*, & Anselmus *c*, & Gratianus *d*, item concilium Triburiense *e*, & Capitularia *f*. Pauca verba *capit. VIII.* refert Anselmus *g*: sed ex duobus interpretibus sumpta inveni apud Ivonem *parte VI. cap. CCCLVIII. & CCCLIX.* quæ non recte Gratianus conjunxit. A. Pro voce, *parœciis*, scribi debet, *ptochiis*, ex Græco fonte: οἱ κληρικοὶ τ πτωχεί... Sic postea est etiam apud Gratianum: *Clerici, qui pauperum dispositioni*. In libro veteri Romano est: *Dispensationem pauperum* (β). B. Magni facinoris exemplum adferam, si evolvas C. librum, & ostendas *caput*, cujus initium est, *Menam* *h*, sumptum ex epistula quadam B. Gregorii *i*. C. Inveni caput, quod flagitas. B. Confer, si libet, id caput cum registro B. Gregorii, & quære illa verba; *Purgationem tamen ante se* &c. Ea apud Gregorium nulla sunt: sed sumuntur ex *Alexandri Minoris epistula ad Rimaldum*, vel potius *Rainaldum Cumanum Episcopum*, cujus epistulæ pars posita est a Gratiano post alia tria capita: initium capitis est, *Super causa Gillandi k*. Vide, quid Burchardus & Ivo scribant. C. Apud Burchardum *l* Gregorii verba referri invenio, quæ sunt ante vocem, *Purgationem*, item apud Ivonem parte quinta excerptionum *m*. At parte decima *n* hæc sunt: *Alexander secundus Rainaldo Cumano Episcopo. Super causa Guillandi* &c. & post vocem, *beneficia*, habet: purgationem tamen antea &c. In panormia *o* post verba Gregorii additur eadem inscriptio, excepta voce *Rainaldi*, pro qua est, *Rainaldi*. Cetera omnia ut in excerptionibus. B. Eadem verba inventa sunt in veteri libro Ivonis *epist. LXVIII. vel LXXVII. ad Gildebertum, vel Hildebertum Cenomanensem Episcopum*. A. Non dubium est, quin erratum sit, vel a Gratiano, vel a librariis, quantum ex collatione cum registro Gregorii, & cum Burchardo & Ivone constat. Et quod nostri interpretes dicere solent, ex verbis Gregorii probari, coram Rege, vel Regina, vel alio sæculari judice posse purgationem

a 18. q. 2. c. 10. Quidam.
b Ivo lib. 3. tit. 16. c. 1. pan. & p. 7. c. 1. decr.
c Anselm. lib. 5. c. 54.
d 16. q. 1. c. 12. Qui vere.
e Tribur. c. 26.
f Capitul. lib. 5. c. 26.
g Ansel. lib. 5. c. 84. In notis.
h 2. q. 5. vel 4. c. 7. Menam.
i Gregor. lib. 11. epist. 6. c. 8. Registr.
k c. 11. e. 9. Super causa.
l Burc. lib. 2. c. 196.
m Ivo p. 5. c. 311. decr.
n Ivo p. 10. c. 15. decr.
o Ivo lib. 5. tit. 1. c. 6. & 7. panorm.

(α) *Inscriptio capitis 17. causæ 9. q. 3. in eodem libro hæc est.* Idem (*Gelasius*) omnibus Episcopis. Cuncta per mundum novit ecclesia &c. *Et in margine hæc sunt*: In epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos. Polyc. l. 1. tit. 8. Ans. l. 1. c. 47. & l. 2. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9 *Et in notis*: Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epist. Gelasii ad Episcopos per Dardaniam, sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa hujus ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodem prorsus modo habetur. Itaque fieri potest, ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quæ non extet: aut Gratianus hæc duo tanquam diversa capitula retulerat, quod apud antiquiores etiam collectores distincta repererit. In epistola etiam Nicolai ad Episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio. *Capitis 18. inscriptio est:* Idem Episcopis per Dardaniam constitutis.

[β] *Capitis* 10. Quidam monachorum. 18. *q.* 2. *in eodem libro inscriptio est*: Unde in Chalcedonensi concilio c. 4. legitur. *Et in margine est*: Ivo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174. *Et in notis*: Quoniam versio hujus capitis usque ad versic. *Clerici primo*, est alia ab iis, quæ circumferuntur in conciliorum codicibus, licet apud Ivonem, & in Pannormia idem fere sit sensus; placuit afferri verba Græca, & novam interpretationem: Οἱ ἀληθῶς &c. „ Qui vere & sincere &c. “ *Et vers.* Clerici in ptochiis &c. *additur in contextu*: Item c. 8. *Et in margine:* Ivo p. 6. c. 358. Polyc. l. 4. tit. 34. *Et in notis*: Ptochiis: Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani & Vaticano conciliorum, & in versione prisca [ex qua videtur esse hic versiculus], & est vox canonis Græci. In vulgatis autem Gratiani, & aliquot libris conciliorum est, parochiis. (Pro personarum ordinatione] Sic in eadem prisca, sed in canone Græco, & in versione Dionysii Exigui nihil est, quod his verbis respondeat. *Et vers.* Item Clerici, qui pauperum. *additur in margine*: eodem c. 8. ex alia versione. Ivo ibid. c. 359. *Et in notis*: Item clerici: Est idem, quod in proximo superiore paragrapho, sed ex alia versione, quæ non extat in conciliorum voluminibus, atque hanc eandem repetitionem licet animadvertere apud Ivonem p. 6. c. 358. & 359. *Inscriptio capitis* 12. Qui vere. 16. *q.* 1. *est*: Item ex concilio Chalcedonens. c. 4. *Et in margine*: Concord. capitul. l. 5. c. 25. Polyc. l. 3. tit. 1. & l. 4. tit. 34. Ans. l. 5. c. 54. Ivo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174. *Et in notis*: Honora: Sequitur continenter cap. Quidam monachor. infra 18. q. 2. quod est ex eadem prisca versione, atque caput hoc.

nem canonicam indici, falsum est (x). B. Quid de illis dices, quæ in conciliis falso inscripta a te inventa esse audivi: quorum bona pars ad inscriptiones Gratiani falsas a veris discernendas pertinet? A. In longum tu quidem sermonem me vocas, cui totus dicandus sit dies. Differamus ergo hæc in crastinum, vel in perendinum diem; & primæ partis conciliorum fragmenta cum Gratiano & aliis conferemus. C. Id ipsum avide exspecto.

DIALOGUS DECIMUSTERTIUS.

De falsis Inscriptionibus apud Gratianum, & de fragmentis quibusdam conciliorum & epistularum Pontificiarum.

C. ET libros conciliorum attulimus, & Gratiani, & Burchardi, & aliorum, ut jusseras: tempus est, ut de *falsis inscriptionibus*, & *de fragmentis*, quod promiseras, explanes. Sed principio scire velim, quænam sint hæc fragmenta, & qua auctoritate collecta. A. Fragmenta, de quibus acturi sumus, ea sunt, quæ in tribus Coloniensibus editionibus conciliorum, post singula concilia, & post singulorum Pontificum epistulas conscripta sunt. Ea nulla publica collecta sunt auctoritate; sed ex Ivonis Panormia, & Gratiano & aliis incerti nominis libris privato consilio collector posuit, ut lectores juvaret; ne quid desideraretur, quod alicubi illius concilii, vel Pontificis nomine scriptum esse appareret. B. Incerti nominis libros appellas, opinor, volumina illa Decretorum, quinque, trium, & sexdecim librorum, quos Colonienses referunt. A. Ita est, ut existimas. B. Cum incerti sint, carent auctoritate. A. Quid si fragmenta essent Burchardi, aut Ivonis, quanam auctoritate fungerentur? B. Qua Gratianus & ceteri, qui tot acervos decretorum & canonum collegerunt: nihil pene ex ipsis fontibus haurientes. A. Multa ex his inveni apud Burchardum, ut mox dicemus. Nunc ordinem temporum, & horum librorum sequentes, de singulis videamus. Post Clementis Papæ epistulas fragmentum editum est a Gratiano sumptum, *a* cujus initium est, *Sacerdotum, aliorumque clericorum.* Non *Clementis* est, sed *Eugenii Minoris* in synodo Romana *cap. XXXIII.* [ß] Post Anacleti epistulas id fragmentum, cujus initium est, *Juxta sanctorum patrum*, non *Anacleti* est, sed *Zachariæ* in synodo Romana *cap. IV.* Gratianus *b* *Anacleto* & *Zachariæ* tribuit (γ). Post Pii epistulas plura fragmenta sunt, quorum aliqua suis dominis restituemus. Juliani Antecessoris est *Novellæ LXXVII.* fragmentum, cujus initium est, *Si quis per capillum*; licet Burchardus *c*, Ivo *d*, Anselmus *e*, & Gratia-

a *De conf. d. 2. c. 30.* Sacerdotum.

b *Dist. 93. c. 2.* Juxta.

c *Burch. lib. 12. c. 15.*

d *Ivo p. 12. c. 72. decr.*

e *Ans. lib. 11. c. 66.*

(x) *In eodem libro inscriptio capitis septimi* Mennam 2. *q.* 5. *hæc est*: Item ex eodem (*regesto*) ad Brunichildam Reginam Francor. lib. 11. epist. 8. *& in margine*: Polyc. ibid. (*hoc est l. 6. tit. 11.*) Burch. l. 1. c. 196. Ivo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6. *Et in vers.* Purgationem. *est in margine*: Alex. II. Raynaldo Episcopo. Ivo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8. *Et in notis*: PURGATIONEM: Hic erat gravissimus error. Conjuncte enim hæc legebantur cum superioribus, quæ Brunichildæ sunt scripta: quasi purgatio presbyteri a B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorii, ex qua prior pars hujus capitis est accepta. Verum Ivo p. 10. c. 15. & Pann. l. 5. c. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Raynaldo Cumano Episcopo, cujus epistolæ initium est, infra eadem cap. SUPER CAUSA. Et hic versiculus: PURGATIONEM continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices hujusmodi causas mulieribus leguntur commisisse. *Capitis* 11. *inscriptio est*: Item Alexander Raynaldo Cumano Episcopo. Super causa Guillandi presbyteri &c. *Et in margine*: Pann. l. 5. c. 7. Ivo p. 10. c. 15. & in epist. ad Vildebertum Cœnomanensem. *Et in notis*: BENEFICIA: In epistola hoc loco sequitur vers. PURGATIONEM sup. ead. c. MENNAM, ut ibi notatum est.

(ß) *De consecrat. distinct.* 2. *cap.* 30. Sacerdotum. *in editione Romana inscriptio est*: Item Clemens Papa. *Et in notis hæc sunt*: Extat caput hoc in synodo Eugenii secundi (ex quo etiam citat Anselmus) itemque in synodo Leonis quarti c. 33. & in 7. libro Capitul. c. 278. *Et in margine*: Concord. *6.* syn. c. *69.* TURONICUM 2. c. 4. extra de vita, & honest. cler. c. 1. Anselm. l. 5. c. 78. *Ad extremum verbum* exercere *additur in margine*, al. exerceri, al. celebrari. *Capitis primi de vita, & hon. cler. inscriptio est*: Ex concilio Maguntino. *Et in margine additur*: c. 13. ut refert Burchardus lib. 1. decret. c. 102. & Ivo p. 2. cap. 137. Sed Antonius Augustinus in notis antiquæ compilationis cap. 1. eodem tit. ait hoc cap. in conciliis esse ex concilio Turonensi 2. c. 4.

(γ) *Capitis quarti distinct.* 93. *in eodem libro inscriptio est*: Unde Anacletus, & Zacharias Papa. Juxta sanctorum patrum &c. *Et in margine*: Leo epist. 4. c. 7. Polyc. l. 4. tit. 25. Ans. l. *6.* c. 164. *Et in notis*: Hic est canon quartus synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.

a 22. q. 1. c. 10. Si quis. b Tarrac. lib. 1. c. 242. c Ivo d. c. 72. & c. 32. E partis. d Burch. lib. 3. c. 62. e Ivo p. 2. c. 125. decr. f Diſt. 33. c. 3. Communiter. g Burch. lib. 5. c. 27. & 28. h Ivo p. 2. c. 37. decr. i Anſ. l. 7. c. ult. k Burch. lib. 3. c. 124. l Ivo lib. 2. tit. 12. c. 21. pan. & p. 4. c. 66. decr. m Diſt. 11. c. 6. Conſuetudinem.

tianus *a*, & liber Tarraconenſis *b*, Pio adſcribant. Ivo tamen utrique tribuit *c* [α]. Ex *concilio Toletano XI. cap. XIII.* eſt fragmentum, cujus initium eſt, *Communiter definimus;* licet Burchasdus *d*, & Ivo *e*, & Gratianus *f* Pii eſſe ſcribant [β]. Aliud, cujus initium, *Ut de oblationibus:* ex codice quinque librorum ſumptum, concilii Nannetenſis eſt *capite IX.* licet Pio adſcripſerint Burchardus *g*, Ivo *h*, & Anſelmus *i*, & Hiſpalenſi concilio liber Cæſarauguſtanus *lib XI. cap. XXV.* Quod vero extremo loco refertur, *Peſtis per Hilarium* &c. Gregorii eſt *libro I. epiſt. LXXV.* & hujus pars eſt aliud fragmentum, cujus initium, *Conſuetudinem laudamus.* Utrumque Pio adſcribunt Burchardus *k*, & Ivo *l*. Sed Gratianus *m* altero prætermiſſo, alterum *Auguſtinum adſcribit ad Caſulanum presbyterum.* Non fugit hoc Democharem (γ). C. Habeo illa, quæ me efficient cautiorem, ut non facile fidem habeam Gratiano, aut ceteris dicentibus hæc *Pii* eſſe, illa *Anacleti* alia *Clementis*, aut aliorum. Sed nunquam putaſſem eodem morbo affectos Burchardum, Ivonem, & ceteros antiquiores. Illud etiam fieri poſſe credebam; ut id quidem, quod Pio aut ceteris adſcribunt, in aliqua epiſtula ſit, quæ hodie non extet. Et quamvis eadem verba, aut eandem ſententiam apud alios inveniamus; fieri poteſt, ut poſterior a priori hoc ſumpſerit. B. Non tibi tot exemplis ſatis probatum eſt, nihil hos collectores certi afferre? A. Plura vobis exempla referam. *Soteris Papæ* fragmentum, cujus initium eſt, *Ut illud divini;* ex concilio Toletano XI. *eſt capit. XIV.* licet Burchardus *n*, & Ivo *o*, & Palea *p* Soteris eſſe ſcribant. At Gratianus *q* recte, ex concilio Toletano XI. Ejuſdem fragmenti pars, *Cenſuimus ergo convenire*, eſt ex *concilio Toletano VII. capite ſecundo:* idque recte eſt apud Burchardum *r*, & Ivonem *ſ*, & Gratianum *t* male in conciliis [δ]. Aliud fragmentum incipit, *In cœna Domini;* id non *Soteris* eſt, ſed *concilii Cabilonenſis II.* ſub Carolo *capit. XLVII.* licet Burchardus *u*, & Ivo *x*, & Gratianus *y* Soteri inſcribant. Sine nomine extat in capitularibus *z* (ε). Poſt Fabiani Papæ epiſtulas fragmentum extat, cujus initium eſt, *Decernimus*, ut in omnibus *ex codice XVI. librorum:* concilii Matiſconenſis II. verba ſunt *cap. IV.* non Fabiani, ut Burchardus *aa*, & Ivo *bb* ſcribunt. Poſt Cornelii Papæ epiſtulas fragmentum, cujus initium eſt, *Quod ad nos attinet;* ſumitur ex epiſtula tertia Cypriani ad eundem Cornelium. Mendoſe apud Gratianum *cc* ex Cornelii ad Cyprianum [ζ]. Aliud cujus initium, *Honeſtum etiam videtur;* non Cor-

n Burch. lib. 3. c. 73. o Ivo p. 2. c. 126. decr. p De conſ. d. 1. c. 57. Ut illud. q 7. q. 1. c. 25. Illud. r Burch. d. lib. 3. c. 70. s Ivo p. 2. c. 124. decr. & epiſt. 120. ad Galterium Belvacen. t d. q. 1. c. 16. Nihil. u Burch. lib. 5. c. 20. x Ivo p. 2. c. 30. decr. y De conſ. d. 2. c. 17. In cœna. z Cap. lib. 7. c. 68. in add. aa Burch. l. 5. c. 24. bb Ivo p. 2. c. 34. decr. cc Diſt. 47. c. ult.

(α) *Inſcriptio capitis decimi*, Si quis per capillum. 22. *q.* 1. *in eodem libro hæc eſt:* Item Pius Papa. *In margine hæc ſunt:* Burch. l. 12. cap. 15. Anſ. l. 11. cap. 72. Ivo p. 12. cap. 72. *Et pro voce* acerrime, *eſt in margine:* al. a ſynodo, Burch. *In notis:* Simillima his habemus novella 77. apud Julianum Antecefſorem: ſed non prorſus eadem. Quare apud Ivonem novellæ locus affertur p. 12. c. 32. hoc autem cap. refertur c. 72. ex Decretis Pii, quemadmodum & apud Burchardum.

(β) *Ante caput tertium*, Communiter definimus, *diſtinct.* 33. *in eodem libro inſcriptio eſt:* Item Pius Papa. *Et in margine hæc ſunt:* Burch. l. 3. cap. 72. Ivo p. 2. c. 125. Polyc. l. 4. tit. 31. *In extremo capite ad vocem* liberati, *additur*, ALIENI: ceteri collectores.

(γ) *In eodem libro diſtinct.* 11. *capitis ſexti inſcriptio hæc eſt:* Item Pius Papa I. in decretis decreto ſeptimo. Conſuetudinem laudamus &c. *Et in margine eſt:* Burch. l. 3. c. 124. Anſ. l. 4. c. 42. Ivo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Polyc. l. 3. tit. 23. *Et in notis:* Verba hujus capitis, quod antea tribuebatur B. Auguſtino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pii I. decreto ſeptimo, & in epiſtola ejuſdem Pii ex codice ſexdecim librorum l. 3. capite 19. quam etiam citant Burchardus, Ivo, & auctor Pannormiæ: cujus tamen epiſtolæ omnia fere verba habentur 1. lib. regeſti B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epiſt. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra diſt. 12. cap. NOS CONSUETUDINEM. *Ejus capitis, quod octavum eſt, diſt.* 12. *inſcriptio eſt:* Item Gregorius univerſis Epiſcopis Numidiæ lib. 1. epiſt. 75. *Et in margine:* ſup. diſt. 11. c. Conſuetudinem. Ivo p. 4. cap. 204.

(δ) *De conſecrat. diſtinct.* 1. *cap.* 58. *in libro Romano inſcriptio eſt:* (Item ex decretis Soteris Papæ) Palea. Ut illud divini oraculi &c. *Et in margine hæc ſunt:* 7. q. 1. illud in concilio Toletan. 11. c. 14. Burchasd. l. 3. c. 73. Ivo p. 2. c. 126. *Capitis* 15. Illud divini. 7. *q.* 1. *inſcriptio hæc eſt:* Unde in concilio Toletano 11. c. 14. *Et in margine eſt:* De conf. diſt. 1. ut illud Burch. l. 3. c. 73. Ivo p. 2. c. 126. *Et in notis:* ILLUD: In conciliis impreſſis legitur, ET ILLUD. In codice vero Lucenſi regio, VT ILLUD. In duobus autem Vaticanis, UT ILLUD: & ſic eſt infra de conſecr. diſt. 1. c. UT ILLUD: & apud Burch. & Ivonem. *Capitis* 16. *inſcriptio eſt:* Item ex concilio Toletano ſeptimo c. 2. NIHIL CONTRA. *In margine:* Burch. l. 3. c. 70. Ivo p. 2. c. 124.

(ε) *Capitis* 17. IN CŒNA DOMINI. *de conſecr. diſt.* 2. *in eodem libro inſcriptio eſt:* Item Soter Papa ait. *Et in margine hæc ſunt:* In Cabilon. 2. c. 47. Polyc. ibid. (*hic eſt, l.* 3. *tit.* 16.). Burch. l. 5. c. 20. Ivo p. 2. c. 30.

(ζ) *Diſtinct.* 47. *cap. extremi inſcriptio eſt in libro Gregoriano:* Item Cyprianus lib. 1. epiſt.

Cornelii est, ut Burchardus *a*, Ivo *b*, Anselmus *c*, & Gratianus *d* scribunt: sed Capitularium Caroli *lib. I. cap. LXIII.* quod Ivo alibi refert *e*. Est autem initium ejus capitis LXIII. *Habemus in lege, domino præcipiente;* quod Hieronymo non recte adscribunt Burchardus *f* & Ivo *g*, & Gratianus *h* (α). Quod sequitur: *Et ut pueri ante annos XIV. non cogantur jurare;* Burchardus, Ivo, Anselmus, & Gratianus non separant a verbis prioris fragmenti, *Honestum est.* In Capitularibus hæc verba sunt: *Et ut parvuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur jurare, sicut Gunebodigni faciunt* A. C. Quid ea vox significat? Finge hostes quosdam Caroli Magni fuisse. B. Mei quoque hostes erunt, quoad eorum mentionem alibi inveniam. A. Ivo in panormia verba Capitularium refert, quibusdam exceptis, cum hac inscriptione, *Capitulorum libro primo cap. IX. Parvulis, qui &c.* & mox: *Ex dictis Cornelii Papæ c. V. in concilio Elibertano* B. *Pueri ante XIV. annos non cogantur jurare.* Idem Ivo in excerptionibus *i* priora verba cum hac inscriptione refert: *Capitularium libro I. capite IX. Parvuli &c.* Et Gratianus *k* ita scribit: *In primo libro Capitularium sic invenitur definitum. Parvuli &c. Item ex concilio Elibertano. Pueri ante &c.* In libro Cæsaraugustano *l* ita scriptum est. *Ex libro I. Capitul. Parvuli &c.* (β) Tria *Lucii Papæ* fragmenta *Clementi* restituenda sunt, ut Demochares animadvertit. Sunt autem *in epistula secunda* Clementis. Initium primi, *Ministri altaris;* quod recte Ivo *m*, & liber Cæsaraugustanus *n* Clementi adscribunt. Initium secundi, *Clericus solus;* quod Ivo *o*, & Anselmus *p* recte etiam eidem tribuunt. Tertii initium est: *Sed si forte aliqua;* quod ab eisdem Clementis esse dicitur. Duo priora Gratianus *q Lucio*, tertium *Palea r* adscribit (γ). Quod *Xysto minori* adscriptum est, cujus principium fuit, *Si quis Clericus super quibuslibet criminibus* recte *Eleutherio* adscribit Ivo in excerptionibus *part. VI. c. CCCXVIII.* & Anselmus *libro tertio capite XXVIII. Felicis* quoque non male esse dicitur ab eodem Ivone *cap. CCCXXIX. eiusdem partis.* Idem habet *Julius in epist. II. ad orientis Episcopos cap. XXV. ex concilio Nicæno*, item *Hadrianus ad Ingelramum capite VIII.* & interpres Novellæ Valentiniani, & Marciani,

a Burch. lib. 12. c. 12.
b Ivo lib. 8. tit. 8. c. 31. panorm. & p. 12. c. 69. decr.
c Ans. l. 11. c. 64.
d 22. q. 5. c. 16. Honestum.
e Ivo d. p. 12. c. 33.
f Burch. l. 12. c. 2.
g Ivo p. 12. c. 59. decr.
h 22. q. 1. c. 12. Habemus.
Ivo lib. 8. tit. 8. c. 17. & 18. pan.
i Ivo p. 12. c. 23. decr.
k 22. q. 5. c. 14. Parvuli. & c. 15. Pueri.
l Cæs. lib. 6. c. 16.
m Ivo p. 6. c. 87. decr.
n Cæs. lib. 8. c. 59.
o Ivo d. p. 6. c. 89.
p Anselm. lib. 7. c. 139.
q Dist. 81. c. 19. Ministri. & c. 20. Clericus.
r c. 21. Sed si. e. dist.

1. epist. 3. Cornelio Papæ. Quod ad nos attinet &c. *In Casu*: Ostendit Cornelius Papa in hoc cap. &c. *Non recte.*

(α) *Inscriptio capitis 16.* Honestum. 22. *q.* 5. *in eodem libro est*: Item Cornelius Papa. *In margine est:* Burch. l. 12. c. 12. Ivo p. 12. c. 69. & 33. Pann. l. 8. c. 120. *Et in notis:* Ceteri etiam collectores citant ex decretis Cornelii Papæ. Extat autem libro primo Capitularium c. 63. nonnullis præterea verbis interjectis. Et inde refert primam hujus capitis partem Ivo p. 12. c. 33. *Inscriptio capitis* 12. Habemus in lege Dei. 22. *q.* 1. *hæc est:* Item Hieronymus. *In margine hæc sunt:* Capitul. l. 1. c. 63. Burch. l. 12. c. 2. Ivo par. 12. c. 59. *In notis*: Burchardus, & Ivo citant ex dictis Hieronymi, apud quem non est inventum; sed in Capitularibus lib. 1. c. 63.

(β) *Gratiani verba sunt ante caput* 14. Parvuli. 22. *q.* 5. *in eodem libro*: de ætate vero jurantium &c. De quo in primo libro Capitularium c. 63. sic invenitur definitum: „ Parvuli, qui sine rationabili ætate „ sunt, non cogantur jurare, sicut Gunebo„ digni faciunt &c." *In margine est*: Ivo p. 12. c. 23. Pann. lib. 8. cap. 103. *In notis:* SICUT GUNEBODIGNI FACIUNT: Addita histhæc (*scribe isthæc*) sunt ex originali. *Inscriptio capitis decimiquinti ejusdem quæstionis:* Item ex coucilio Eliberitano. Pueri ante annos XIV. &c. *Et in margine*: Burch. l. 12. c. 26. Ivo p. 12. c. 81. Pann. l. 8. c. 104. & 105. *In notis:* Burchard. hoc citat ex concilio Hibernensi: ut alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.

(γ) *In eodem libro inscriptio capitis* 19. Ministri altaris. *distinct.* 81. *hæc est*: Item Lucius Papa. *In margine est:* Habetur in epistol. 2. Clementis ad Jacobum fratrem Domini. Ans. l. 8. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 31. Ivo p. 6. c. 87. *Inscriptio capitis* 20. Clericus solus. *ead. dist. est*: Idem. *In margine hæc sunt:* Clemens Papa ibidem paulo inferius. Ivo p. 6. c. 89. Ans. l. 7. c. 147. Polyc. l. 4. tit. 31. *Inscriptio capitis* 21. *est:* (Idem) Palea. Sed si forte aliqua &c. *In margine*: Clemens ibid. continenter. Polyc. ibid. *In notis*: Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur conjuncta capiti antecedenti.

A Anonymus, qui est Petrus Pithœus *in Glossario obscuriorum vocabulorum, quæ in capitulari Caroli M. Occurrunt*, de hisce Gunebodignis hæc habet. *Gunebodingi* Can. 33. Synodi Aquisgranens. contra Felicem & Elipandum. Sed lib. 2. Legum Longobardorum tit. qualiter se defend. deb. *Ubi hoc idem* (53. Capit. Carol. Magni) *capitulum extat, vetera exemplaria habent:* Sicut Gundeba lege viventes. *Et apud Hincmarum pro Lothario, contra Tietbergam.* Tamen si Christiani sunt, sciant se nec Romanis in die judicii, nec Salicis, nec *Gundobadis;* sed Divinis & Apostolicis Legibus judicandos. *La Loy Gonbette, quam dedit Gundobadus Burgundionibus*, cujus meminit Gregorius Turon. *lib.* 2. *c.* 33. M.

B Non est iste genuinus Concilii Eliberitani canon, ut, jam dudum observavit Loaysa *in concil. Hispan.* & postea Mendoza, item Gonzales *ad hoc Concilium*, ille *pag.* 54. hic *pag.* 57. *edit. Lugdunens. Concilii Eliberitani.* Quod miror non addidisse, aut observasse emendatores Romanos. Neque notasse Clar. Baluzium. M.

a Capit. lib. 7. c. 144. in addit.
b 3. q. 6. c. 17. Si quis.

Neminem exhiberi; & Capitularia *a*. Gratianus *Sixti* nomen adſcripſit *b* (α). B. Multos tu quidem adfers in notis ad Hadrianum horum, & aliorum verborum adſertores; ſed impedita res eſt, & quæ non facile explicari poteſt; quo pacto quæ a poſterioribus Imperatoribus ſtatuta ſint, ea ab illis Pontificibus conſtituta eſſe dicantur, qui ſub duro paganorum imperio antea vixerunt. A. Multa ſunt, quæ temporum vetuſtas ſcire nos impedit, in quibus hoc ipſum enumeremus. Multa certa eſſe creduntur, quæ falſa eſſe poſſunt, ut alia falſa credimus, quæ vera eſſe poſteri fortaſſe cognoſcent. Nihil vetat credere A, Chriſtianos Imperatores piis Pontificum decretis ſubſcripſiſſe. B. Perge tu, quod cœperas. A. *Eutychiano Papæ* quædam falſo adſcribuntur, ut illud eſt, cujus initium, *Nihilominus etiam*: & aliud, cujus initium eſt, *Statuimus*: quæ Burchardus *c*, & Ivo *d*, & Gratianus *e Eutychiano* tribuunt. Sunt autem verba *concilii Pariſienſis ſub Ludovico & Lothario lib. 1. cap. XLIII.* (β) Quod ſequitur, *Prædicandum eſt etiam*; Theodulphus Epiſcopus *ad presbyteros Aurelianenſes cap. XXVI.* ſibi vindicat. Burchardus *f*, Ivo *g*, Anſelmus *h* & Gratianus *i Eutychiani* inſcripſerunt (γ). Sic etiam ejuſdem Theodulfi verba ſunt *cap. XIII. ad eosdem presbyteros*, fragmenti verba, cujus initium eſt, *Obſervandum eſt nobis*; licet Burchardus *k*, & Ivo *l* Eutychiani eſſe dicant. Eſt autem animadvertendum, convenire numeros capitum *Eutychiani* apud Burchardum, & Theodulfi. Nam quod ſupra diximus eſſe *Theodulfi cap. XXVI.* id Burchardus ait eſſe *Eutychiani cap. XXVI.* & quod poſtea *Theodulfi* eſt *cap. XIII.* ille *Eutychiani* eſſe ait *cap. XIII.* Sed & conveniunt numeri in conciliis relati ex *libro XVI. librorum* cum Burchardi numeris. Quæ enim fragmenta ex eo libro refert, eadem habet Burchardus ſub iiſdem numeris. Namque fragmentum, *Magnum malum ebrietatis*, quod concilio Maguntino *cap. XLVI.* reſtituendum eſt, habet Burchardus *lib. XIV. cap. II.* Et fragmentum *Epiſcopi, & Dei miniſtri*: quod eſt concilii Remenſis *cap. XVIII.* habet Burchardus *cap. III. ejuſdem libri.* Et hoc fragmentum *Obſervandum*, quod Theodulfi eſſe diximus, habet Burchardus *cap. X. ejuſdem libri.* Ita fit, ut quæ ex codice ſexdecim librorum in conciliis Colonienſis editionis ſumpta eſſe dicuntur, facile apud Burchardum inveniamus. Ivo *m* Carnotenſis Burchardi opiniones in excerptionibus ſequi ſolet. Sic eoſdem numeros Eutychiani capitum refert, & eaſdem inſcriptiones. Fragmentum illud, cujus initium eſt, *Magnum malum*: Eutychiano adſcribit Pœnitentiale Romanum *titulo V. cap. I.* ſed eſt, ut dixi, concilii Maguntini. Habetne Gratianus eadem verba: aut aliorum fragmentorum poſt illud Theodulfi c. XXVI.? A. Non memini ea legiſſe me apud Gratianum. Sed ſurgamus, alia enim urgent.

c Burch. lib. 8. c. 17.
d Ivo l. 3. tit. 17. c. 7. & panorm. p. 7. c. 38. decr.
e 20. q. 2. c. 3. Statuimus.
f Burch. lib. 12. c. 14.
g Ivo p. 12. c. 71. decret.
h Anſ. lib. 11. c. 65.
i 22. q. 1. c. ult.
k Burch. lib. 14. c. 10.
l Ivo p. 13. c. 78. decr.
m Ivo p. 12. c. 71. & p. 13. c. 70. & 71. & 78. decr.

DIALOGUS DECIMUSQUARTUS.

De eadem re.

C. SUnt ne aliæ falſæ inſcriptiones apud Gratianum? nam de ceteris collectoribus nihil miror. A. Sunt quidem adhuc reliquæ non paucæ. Vides enim nos in *Eutychiano* finem feciſſe, & nunc de aliis Pontificibus dicendum nobis eſſe, item de conciliis, de quibus nihil adhuc locuti ſumus. Sed cur tu aliorum librorum emendationem præter Gratianum contemnis? an non illos ſcis priores fuiſſe, & pene ejuſdem magiſtros? C. Fateor ita eſſe, ut dicis; ſed cum hujus libri uſus frequentior ſit, hunc cupio habere maculis omnibus perpurgatum. A. Quid autem B. noſtro videtur? B. Meam ſententiam non requiras. Odi enim horum omnium

(α) *Capitis* 17. Si quis clericus. 3. *q.* 6. *in eodem libro inſcriptio eſt:* Item Sixtus. *In margine hæc ſunt*: Eleutherius ad Galliæ provinc. Felix I. epiſt. 1. in decretis Julii c. 25. In capit. Hadriani c. 7. Ivo p. 6. c. 318. & 329. *In notis*: Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epiſtola Pontificum hujus nominis eſt inventum. In aliquot vetuſtis exemplaribus eſt tantum, Item, ut videatur citari eadem ſynodus Romana, quæ in ſuperiori capite, id eſt, quæ continetur in capitulis Hadriani. Ivo autem p. 6. c. 318. citat ex Eleutherio: cap. autem 329. citat ex Felice primo.

(β) *Inſcriptio capitis tertii* Statuimus. 20. *q.* 2. *in eodem libro hæc eſt*: Unde Eutychianus Papa ait. *In margine eſt*: Conc. Pariſ. l. 1. cap. 43. & Capitul. l. 1. c. 76. Concor. Burch. l. 8. c. 17. Ivo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194.

(γ) *Eſt etiam capitis extremi* 22. *q.* 1. *in eodem libro inſcriptio*: Unde Eutychianus Papa. Prædicandum eſt etiam &c. *In margine eſt*: Polyc. l. 6. tit. 11. Anſ. l. 11. c. 71. Burch. l. 12. c. 14. Ivo p. 12. c. 71. *In notis:* Burchardus etiam, Polycarpus, & Ivo citant ex Eutychiano. Inventum vero eſt inter quædam capitula Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis ad ſuos presbyteros ſcriptis (*Malo* ſcripta) c. 26. quæ in antiquo codice Romæ habentur. NEQUE ORET: Additum id eſt ex Theodulpho, Burchardo, & Ivone.

A Cave credas Chriſtianos Imperatores has ſuppoſitas a peſſimo nebulone Pſeudo Iſidoro nugas approbaſſe, quæ demum ſæculo novo ſunt ſuppoſitæ iſtis, quorum nomen mentiuntur, Pontificibus. M.

omnium imperitiam & cæcitatem. Sed tu redde nobis quod de fragmentis reliquum est. Valde enim delector, cum te video invenisse fontes horum fragmentorum. A. Utinam licuisset omnium fontes adire, neque enim adeo in quibusdam laboraremus. Post concilium Ancyranum ex codice sexdecim librorum duo capita relata sunt, quorum initium est prioris, *Si quis liber*: posterioris, *Ut Episcopi.* Illud apud Burchardum *a*, & Ivonem *b*, inveni, ut ex *concilio Nannetensi*; apud Anselm. *c* vero *ex Ancyrano* inscriptum. Alterum apud eosdem Burchardum *d*, & Ivonem *e* ex *concilio Anquirensi*, cap. 1. ut etiam refert Gratianus *f*. Magna pars hujus posterioris capitis reperta est apud Aurelium Augustinum *in libro de spiritu & anima cap. XXVIII. Damaso* in *concilio Romano* adscribi vidi in libro quodam Mich. Thomasii, ex veteri libro, in quo vita ejusdem Pontificis conscripta est (α). *Marcelli papæ* fragmentum, cujus initium est, *Nullus Episcopus*; Juliani Antecessoris est *Novella CXXIII. cap. X. Bonifacio Papæ* adscribit Burchardus *g*. Sed Ivo *h* & *Bonifacio*, & *Novellis*: Gratianus *i Marcello* (β). *Eusebii Papæ* fragmentum, *Consulto omnium statuimus*; *Silvestri* Papæ in epilogo Romani concilii, ut etiam Demochares notat. *Eusebio* adscribunt Burchardus *k*, & Ivo in excerptionibus *l*. *Eusebio & Silvestro* Ivo in panormia *m*, & Gratianus *n*. *Silvestro* Anselmus Lucensis *o* (γ). Post Nicænum concilium fragmentum, cujus initium est, *Judices autem*; pars est *capitis XXXIV. epistulæ II. Julii Papæ ad Orientis Episcopos*, ex sententia Nicæni concilii. Ivo in Panormia *p & Julio*, *& Nicæno* concilio adscribit: Anselmus *q Julio*, Gratianus *r Nicæno concilio* (δ). Quod vero *Julii* fragmentum in conciliis est, cujus initium est, *De fabrica vero*, Vigilio Papæ restituo in *epist. I. ad Eutherum cap. IV.* quod etiam Demochares notat: & recte Burchardus *s*, & Ivo in excerptionibus *t Vigilii* nomen referunt. Idem tamen Ivo in panormia *u*, & Gratianus *x* Julio adscribunt: Anselmus *y* Vigilio (ε). Aliud fragmentum, cujus initium, *Cum omne crimen*, non *Julii* esse de-

a Burch. lib. 6. c. 17.
b Ivo p. 10. c. 146. decr.
c Ans. lib. 11. c. 54.
d Burch. lib. 10. c. 1.
e Ivo lib. 8. tit. 6. c. 6. panorm. & p. 11. c. 30. decr.
f 26. q. 5. c. 12. Episcopi.

g Burch. lib. 1. c. 168.
h Ivo p. 5. c. 278. & 369. decr.
i 11. q. 1. c. 8. Nullus.
k Burch. lib. 3. c. 99.
l Ivo p. 2. c. 134. decr.
m Ivo lib. 1. tit. 4. c. 39. panorm.
n De cons. d. 1. c. 45. Consulto.
o Ans. lib. 9. c. 2.
p Ivo lib. 3. tit. 11. c. 2. panorm.
q Ans. l. 3. c. 21.
r 11. q. 1. c. 4. Judices.
s Burch. lib. 3. c. 62.
t Ivo p. 3. c. 52. decr.
u Idem lib. 2. tit. 2. c. 5. panorm.
x De cons. d. 1. c. 23. De fabricæ.
y Anselm. lib. 5. c. 91. in addit.

(α) *Caput* 12. Episcopi. 26. *quæst.* 5. *ita in libro Romano inscribitur*: Item ex concilio Anquirensi cap. 1. *In notis est*: ANQUIRENSI: Sic etiam in vetustis. Burchardus & Ivo habent ANCYRENSI. Veruntamen in concilio Ancyrano Græco, aut Latino, neque impresso, neque manu scripto est inventum: licet qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam vetusto codice XVI. librorum partialium. SCELERATÆ: Fere eadem habentur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima c. 28. & in vita Damasi Papæ primi, quæ extat Romæ in pervetusto de vitis sanctorum codice sanctæ Mariæ majoris: ubi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana, in qua Damasus Macedonium, & Apollinarem damnavit: adjungitur, anathematizatos in ea synodo esse, maleficiis, superstitionibus, & incantationibus servientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire. *Et in margine est*: Burch. l. 10. c. 1. & l. 19. CREDIDISTI QUOD MULTÆ. Ivo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 75. *Et vers.* Illud etiam. *additur*: De spiritu & anima c. 28. *Desideratur nomen Augustini*, *Et vers.* Siquidem: Augustinus ibid.

(β) *In editione Gregoriana inscriptio capitis* 8. Nullus Episcopus. 11. *q.* 1. *hæc est*: Item Bonifacius ad Episcopos Galliæ. *In margine est*: Auth. NULLUS EPISCOPUS. Cod. de Episcopis, & cler. Burch. l. 1. cap. 168. Ivo p. 5. c. 278. & 369. *Et in notis*: Hoc adscribebatur Marcello: sed, ut dictum est in proxima superiore notatione, in vetustis codicibus Gratiani, & apud Burch. & Ivonem p. 5. cap. 278. tribuitur Bonifacio: & sic est mutatum. Fere eadem habentur apud Julianum Antecessorem novella 123. c. 10. Quod in aliis, quæ nomine Bonifacii citantur, solet evenire. Et Ivo eadem parte c. 369. hoc ipsum caput citat ex libro constitutionum, additis nonnullis verbis, quæ sunt apud Julianum.

(γ) *De consecrat. distinct.* 1. *cap.* 46. *Romanis hæc inscriptio est*: Item ex epistola Eusebii Papæ, & Silvestri. Consulto omnium statuimus &c. *Et in margine est*: al. CONSULTU. Et Silvester in epilogo conc. Rom. Idem in Pontificali. Polyc. l. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 2. Burch. l. 3. c. 99. Ivo p. 2. c. 134. Pann. l. 1. c. 162.

(δ) *Capitis quarti* 11. *q.* 1. *inscriptio est in eodem libro*: Item ex Nicæno concilio. Judices autem alii &c. *Et in margine est*: Polyc. lib. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 109. *Et in notis*: In concilio Nicæno hodie canon hic non habetur: sed fuisse olim plures canones illius concilii, supra dist. 16. cap. SEPTUAGINTA est adnotatum. Quorum partem refert Julius in rescripto contra orientales, ubi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.

(ε) *Inscriptio capitis* 24. *Romanis de consecr. dist.* 1. *hæc est*: Item Vigilius Papa ad Eutherium epist. 1. c. 4. De fabrica vero &c. *Et in margine est*: Polyc. l. 3. tit. 6. Ans. l. 5. c. 81. Burch. l. 3. c. 62. Ivo p. 3. cap. 25. Pann. l. 2. c. 14. *In notis*: Tribuebatur Juliano: sed ex vetustis exemplaribus restitutum est Vigilio, apud quem extat: & ex ipso citant Burchardus etiam, & Ivo.

bet, sed *concilii Bracharens. III. cap. I.* testis est Ant. Demochares. Omnibus tamen canonum collectoribus placuit hæc inscriptio: *Julius Episcopis per Ægyptum*: Burchardo *a*, Ivoni *b*, Anselmo *c*, Tarraconensi *d*, & Gratiano *e* (x). B. Næ tu illos rectius in Oasin Ægypti relegaveris. C. Bona verba quæso. A. Pax sit rebus, audite cetera. Quod sequitur, *Ecclesia Græcum nomen &c.* Isidori Hispalens. est initio *libri primi de divinis officiis*, licet Burchardus *f*, & Ivo *g Julio* adscripserint. Duo *Liberii* Papæ fragmenta *Theodulfus h* sibi vindicat: alterius initium est, *In his ieiuniorum diebus*; alterius, *Abstinendum est*; quæ in conciliis accepta esse dicuntur *ex codice sexdecim librorum*: ea habent Burchardus *i*, & Ivo *k* falso *Liberii* nomine inscripta. Inepte *Damasi* fragmentum, cujus initium est, *Calumniator si in accusatione*; ab aliis Damasi verbis separatur, cum ex *epist. III.* sit ad Stephanum Episcopum *l*, quod etiam Demochares recte animadvertit (β). Alterius initium est, *Si quis Episcopum.* Verba sunt concilii *Eliberitani cap. LXXV. Carthaginensi* concilio adscribunt Burchardus *m* & Ivo *n*, *Damaso* Gratianus *o* (γ). Quarti fragmenti initium est, *Violatores canonum &c.* quod non male Anselmus *p*, & Deusdedit *q Damaso* in *epist. ad Aurelium Carthaginens.* Episcopum referunt; Gratianus *r* vero, & liber Tarraconens. *s Damaso* Papæ inscribunt; Cæsaraugust. liber *t* inscriptione caret. Ea epistola ad Aurelium exstat initio collectionis Isidori Mercatoris. B. Quid si tempora non conveniant? Multa enim sunt concilia Carthagini habita sub Aurelio Episcopo post Damasi mortem. A. Posterius ea de re agemus. Nunc finge eundem Episcopum, sive quemvis alium ejusdem nominis Damaso scripsisse, & ab eodem ita rescriptum esse (δ). Ad concilia veniamus. Fragmentum, cujus initium est, *Irrita erit Episcoporum donatio*; quod post concilium Valentinum Galliæ positum est, sumitur ex concilio *Carthagin. IV. cap. XXXII.* ut recte Ivo *u* in exceptionibus refert; licet Burchardus *x*, & Ivo in Panormia *y*, & Bernardus Papiensis *z*, & Gregorius IX. *aa Valentino* adscribant: & *Leoni* Ivo in panormia *bb*, & Innocentius III. *cc* & Gratianus *dd*: *Africano concilio* Anselmus *ee*. Collector conciliorum editionis Coloniensis recte fontes horum verborum indicavit (ε). Post concilium Carthaginense tertium quædam fragmenta sunt inserta, quibus præponitur illud, quod *Gangrensi concilio* falso Gratianus *ff*, & Pœnitentiale Romanum *gg* adscribunt, cujus initium est, *Presbyter si fornicationem*: concilio *Heber-*

Left margin: a Burch. lib. 5. c. 1. b Ivo lib. 1. tit. 4. c. 24. pan. & p. 2. c. 11. decr. c Anselm. l. 9. c. 53. d Tarrac. l. 5. c. 1. e De consecr. d. 2. c. 7. Cum omne. f Burch. lib. 3. c. 1. g Ivo lib. 2. tit. 1. c. 1. pan. & ub. c. 3. decr. h Theodulfus ad presbyteros Aurelian. c. 42. & 43. i Burch. l. 13. c. 13. & 14. k Ivo p. 4. c. 43. & 47. decret. l 2. q. 3. c. 2. & 4. q. 4. c. 2. Nullus. m Burch. l. 2. c. 195. n Ivo p. 6. c. 240. decr. o 2. q. 3. c. 4. Si quis. p Ans. l. 3. c. 109. q Deusd. p. 4.

Right margin: r 25. q. 1. c. 5. s Tarrac. lib. 6. c. 21. t Cæsar. l. 2. c. 36. u Ivo p. 3. c. 231. decr. x Burch. l. 3. c. 170. y Ivo lib. 2. tit. 10. c. 2. panorm. z c. 1. de his, quæ conced. sine consens. in 1. collect. aa c. 1. de his, quæ fiunt a Prælat. bb Ivo d. c. 2. cc c. 1. & 2. de his, quæ conced. in 3. collect. & c. 8. eod. tit. Greg. IX. dd 12. q. 2. c. 52. Sine exceptione. ee Ans. lib. 7. c. 102. in addit. ff Dist. 82. c. ult. gg Pænit. Rom. tit. 8. c. 6.

(x) *De consecrat. distinct. 2. cap. 7.* Cum omne crimen. *in eodem libro inscriptio est*: Item Julius Papa Episcopis per Ægyptum. *In notis additur*: Apud ceteros collectores legitur, PER ÆGYPTUM MISSIS. Sed in Micrologo, cap. 19. citatur ex eodem Julio EPISCOPIS ÆGYPTI. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi 3. c. 1. & sententia summatim collecta in Wormaciensi c. 4. *In margine hæc sunt*: Polyc. lib. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 53. Burch. l. 5. c. 1. Ivo p. 2. c. 11. & 12. & 85. Pann. l. 1. cap. 147.

(β) *In eadem Gregoriana editione inscriptio cap.* 2. Calumniator. 2. *q.* 3. *hæc est*: Item Damasus Papa ad Stephanum Archiepiscopum epistol. 3. *Et in notis est*: Verba ipsa Damasi referuntur infra 4. q. 4. c. NULLUS INTROOUCATUR. *Et in margine*: 4. q. 4. NULLUS INTROOUCATUR. Et ex Fabiano infra 3. q. 6. cap. 1. & ex Sixto infra eadem q. 8. QUI CRIMEN. *Inscriptio cap.* 2. Nullus. 4. *q.* 4. *hæc est*: Item Damasus Papa epist. 3. cap. 7. *In margine est*: Polyc. l. 5. tit. 1. Burch. l. 16. c. 31. Pann. l. 4. c. 80. Ivo p. 6. c. 337.

(γ) *Ante caput* 4. Si quis Episcopum. 2. *q.* 3. *in eodem libro est tantum hæc vox* Item. *Et in notis additur*: Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autem legebatur, ITEM DAMASUS PAPA. Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani c. 62. & in concilio Eliberitano c. 75. Ivo citat ex Carthagin. Et in tomis conciliorum adjungitur CARTHAOINENSI TERTIO. *In margine hæc sunt*: Ans. l. 3. c. 92. Ivo p. 6. c. 240. Burch. l. 2. c. 195. *In notis*: NEC IN FINE: Sic legitur in concilio Eliberitano non in hoc tantum canone, sed etiam in aliis. Quam ob causam, atque etiam ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadrianum tamen est, nisi in fine dandam ei non esse communionem. Apud Ivonem, non nisi in fine dandam ei esse communionem.

(δ) *Capitis* 5. Violatores. 25. *q.* 1. *inscriptio in eodem Gregoriano libro est*: Item Damasus Papa. *Et in margine hæc sunt*: Deusded. p. 4. Ans. l. 3. c. 116. Polyc. l. 4. tit. ult. *Fons non inventus est a selectis viris.*

(ε) *Capitis* 52. Sine excetptione. 12. *q.* 2. *in eodem libro inscriptio est*: Item ex epistola Leonis Papæ universis Episcopis per Siciliam constitutis. *Et in margine*: Ans. l. 5. c. 69. & l. 6. c. 189. *Et in vers.* Episcopus. *additur in margine*: In concil. Carthagin. 4. c. 31. *Et in vers.* Irrita. Ibid. c. 32. & extra de his, quæ fiunt a præl. c. 1. Ivo p. 3. c. 231. Pann. lib. 2. cap. 86. *Inscriptio cap.* 1. *de his, quæ fiunt a præl. est*: Ex concilio apud Valentiam. *Et in margine*: Burchardus libro tertio decret. c. 170. Ivo p. 1. c. 231. Panormia lib. 1. c. 86. & c. 1. eodem tit. 1. compilat. *Inscriptio cap. 8. eod. tit. est*: Idem (*Innoc.* 3.) Meten. Archidiacono. Tua nuper &c. *Et in margine*: Cap. 2. tit. de his, quæ conced. ab Episcopo sine consent. cap. in 3. compil.

bernienſi vindicatur in libro *Anſelmi Lucenſis Romano a*, & ut audio, ita inſcribitur a *Gregorio presbytero* in *Polycharpi lib. IV. titulo de incontinentia clericorum, Pœnitentiali Theodori* in veteri libro Mich. Thomaſii. Et certe illud Hiberienſe concilium ſub eodem Theodoro Cantuarienſe habitum eſt (α). Fragmentum, *Placuit, ut unuſquiſque* concilio Bracharenſi *II. cap. VII.* reſtituatur oportet.; licet Gratianus *b Carthaginenſis IV.* eſſe dicat. Sic etiam erratum eſt in proximo huic capiti, cujus initium, *Placuit ut nullus c*; quod ejuſdem *Bracharenſ. eſt cap. IV.* Demochares primus utrumque erratum recognovit. De alio fragmento, cujus initium, *Si quis Epiſcopum*; eſſe concilii *Eliberitani cap. LXXV.* dictum eſt: licet Burchardus, & Ivo *Carthaginenſi*; Gratianus *d Damaſo* Papæ adſcripſerint (β). Aliud eſt, cujus initium, *Ut laici contemptores*; ex codice *XVI. librorum*, quem Burchardi collectionis eſſe credimus. Verba ſunt tituli *capitis XIV.* concilii *Carthaginenſis primi Capiti XV.* adſcribunt Burchardus *e*, & Ivo *f*. Poſt Bonifacii Papæ epiſtulas fragmentum, cujus initium eſt, *Si inter Epiſcopos; Juliano* Anteceſſori reſtituendum eſt, *Novella CXXIII. cap. XXXIV.* licet Burchardus *g*, Ivo *h*, & liber Cæſaraugustanus *i*, & Gratianus *k Bonifacio* in epiſtula ad Epiſcopos Galliæ adſcribant (γ). B. Sunt alia falſo eidem *Bonifacio* adſcripta, quæ tu eidem *Juliano* olim adſeruiſti. A. Ita eſt, ut dicis. Sed in his fragmentis conciliorum alia aliorum ſunt. Fragmentum: *Nulli liceat ignorare*, Troſlejani concilii *cap. IV.* eſt. *Bonifacio* adſcribunt Burchardus *l*, Ivo *m*, liber Tarraconenſis *n*, & Gratianus *o* (δ). Fragmentum, *Sicut omnes*, concilii *Toletani XI.* eſt *cap. IV. Bonifacio* adſcripſerunt Burchardus *p*, & Ivo *q*, & Bernard. Papienſis *r*. Hic finis eſto.

a *Anſelm. lib. 8. c. ult. in Rom.*
b 1. q. 1. c. 102. Placuit.
c c. 103. Placuit, ut nullus. c. q.
d 2. q. 3. c. 4. Si quis.
e *Burch. lib. 15. c. 6.*
f *Ivo p. 16. c. 7. decret.*
g *Burch. l. 1. c. 57.*
h *Ivo l. 4. tit. 2. c. 10. pan. & p. 5. c. 197. decr.*
i *Caeſ. lib. 5. c. 21.*
k 6. q. 4. c. 3. Si inter.
l *Burch. lib. 11. c. 17.*
m *Ivo lib. 5. tit. 2. c. 38. pan. & p. 14. c. 87. decr.*
n *Tarrac. lib. 5. c. 4.*
o 12. q. 2. c. 3. Nulli.
p *Burch. lib. 1. c. 131.*
q *Ivo p. 5. c. 231. decr.*
r *c. 3. de praeſum. in 1. collect.*

DIALOGUS DECIMUSQUINTUS.

De eadem re, & de aliis Gratiani erroribus.

C. QUid eſſe in cauſa dicemus, cur tam multæ inſcriptiones falſæ inveniantur? B. Quorundam hominum audacia, aliorum ſimplicitas & tarditas cauſa eſt. Audacia eorum, qui finxerunt quædam ab aliquibus ſcripta eſſe, quæ nunquam ſcripſerunt; ſimplicitas & tarditas eorum, qui facile crediderunt ita eſſe, ut in aliquo alio libro legerunt. De quibus dici poteſt, quod de pecoribus, quæ ſequuntur ſui gregis alia oculis conniventibus. Huc accedit librariorum imperitia & negligentia; qui facile, ut imperiti medici, & pharmacopolæ, aliud pro alio vendiant. A. Eſt etiam illud addendum: quod paucos invenias, qui huic generi ſtudiorum operam dederint. B. Quid mirum? cum præmia nulla ſint, ut his, qui litium cauſa diſcunt. Honos enim alit artes, ut ajunt. A. Quaſi vero Virtus non ſit ſeipſa contenta: & ipſa ſcientiæ atque veritatis indagatio aliud requirat præmium inane ac fucoſas honorum imagines. Sed nos ad noſtras fragmentorum reliquias redeamus. B. Non puto te his fragmentorum ſportis ſaturaturum tot hominum millia, quot Chriſtus quinque panibus. A. Vos duo mihi eritis pro quinque millibus. *Vaſenſis concilii* fragmentum, cujus initium, *Præcipiendum eſt*; *Nannetenſis* concilii *eſt cap. VI.* ut apud Ivonem *s* recte eſt, licet in capitis numero varietas ſit. At apud Burchardum *t Hannerenſe* ᴬ appellatur, *Varenſe* apud Gratianum

s *Ivo p. 8. c. 222. decr.*
t *Burch. lib. 3. c. 159.*

(α) *Inſcriptio capitis ultimi diſtinct. 82. in eodem libro hæc eſt*: Unde in concilio Hybernenſi, Presbyter, ſi fornicationem &c. *In margine eſt*: Polyc. l. 4. tit. 39. *In notis*: Caput hoc citabatur ex concilio Gangrenſi, in quo non legitur. Emendatum eſt ex Polycarpo; & alio libro manu ſcripto pervetuſto, in quo libro ſunt multi canones pœnitentiales, & hic refertur ex Theodoro Archiepiſcopo Hybernenſi. *In caſu eſt*: Sancti patres in Gangrenſi concilio congregati &c.

(β) *Eſt etiam cap.* 102. Placuit, ut nullus. 1. q. 1. *in eodem libro ita inſcriptum*: Item ex concilio Bracharenſi ſecundo cap. 4. *In notis additur*: Emendata eſt inſcriptio ex aliquot vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat, „ ex Carthaginenſi quarto “, in quo non habetur. *Inſcriptio cap.* 103. Placuit, ut unuſquiſque. *Eſt*: Item ex eod. c. 7. *De capite* 4. Si quis. 2. q. 3. *Vide ſupra addit.* 8.

[γ] *In eodem libro inſcriptio capitis tertii*: Si inter Epiſcopos. *6. q. 4. hæc eſt*: Unde Bonifacius Papa Epiſcopis Galliæ. *Et in notis eſt*: EPISCOPIS: Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis codicibus, Burchardo, Ivone, & Polycarpo: Antea erat, POPULIS. Simillima vero huic capiti leguntur Novella 123. c. 34. apud Julianum Anteceſſorem. *In margine hæc ſunt*: Polyc. l. 5. tit. 4. Burch. l. 1. c. 57. Ivo p. 5. c. 167. Pann. l. 4. c. 22.

(δ) *Ante caput tertium* Nulli liceat ignorare. 12. *q.* 2. *in eodem libro inſcriptio eſt*: Item Bonifacius Papa. *Et in margine eſt*: Al. Ex decretis Bonifacii II. Papæ. 6. Capitul. c. 303. Polyc. l. 6. tit. 15. Burch. l. 11. c. 17. Ivo p. 14. c. 87. Pann. l. 5. c. 113. *Fontes obliti Romani ſunt.*

ᴬ In editis codicibus Burchardi, non ex *Hannerenſi*, ſed ex *Hannetenſi* Concilio citatur hic canon. Vide edition. Colon. fol. 72. M.

num *a* [ε]. Poft *concilium Arelatenfe tertium* multa funt falfo infcripta capita. I. *Præterea placuit*; *Araufici* concilii verba funt *capite XXII*, licet Gratianus *b* *Arelatenf. IV.* effe dicat (β). II. *Sciendum eft*; concilii *Troslejani* eft, *cap. VIII.* licet *Arelatenfi* adfcribant Burchardus *c*, & Ivo *d*, & Gratianus *e*. III. *Providendum*; *Arelatenfis IV.* eft fub Carolo *cap. VI.* IV. *Ut Epifcopi providcant*; *Vormatienfis* concilii verba funt *cap. LVIII.* V. *Viduæ fi priufquam*; eft concilii *Toletani III. cap. X.* ut recte Demochares alicubi notat. Et Burchardus *f*, & Ivo *g* *Toletano* concilio adfcribunt: Gratianus *h* *eidem* & *Arelatenfi* (γ). Poft Felicis tertii epiftulas fragmentum, *Acacius non fuit*: *Gelafii* Papæ eft in *epift. ad Fauftum* & *Gelafio* infcribit liber Tarraconenfis *i* fed Gratianus *k* & *Gelafio* & *Felici* (δ). Poft concilium Tarraconenfe verba illa, *Dictum eft nobis &c.* concilii *Cabilonenf.* fub Carolo funt *capit. XXVII.* licet Burchardus *l* & Ivo *m*, & Gratianus *n* *Tarraconenfis* ea fcripferint: fine infcriptione referunt Capitularia Imperatorum *o* (ε). Inepte poft Anaftafii Papæ Minoris epiftulas fragmentum *Sane Theffalonic. Epifcopi*: quod eft *Anaftafii bibliothecarii in chronicis*, refertur. Fuit autem his temporibus Hadriani fecundi, longe pofterior Anaftafio Papa. Deufdedit *p*, & Gratianus *q* recte *ex chronicis Anaftafii* ea verba referunt (ζ). Quod vero fequitur, *qui poteft obviare*: *Eleutherio* reftituatur oportet, *epift. fingulari*, & *Damafo epift. III.* *Anaftafio* & *Damafo* adfcribunt Anfelmus *r*, & Gratianus *f* (η). Poft concilium Ilerdenfe, fragmentum: *Si quis in infirmitate*: concilij *Triburienfis* eft *cap. XXXIII.* ut alio die diximus *t*: fed Burchardus *u* Ivoni *x*, & Gratiano *y* *Ilerdenfis* effe perfuafum eft. Poft concilium Arvernenfe ex *codice XVI. libror.* fragmentum: *Quicumque Epifcopus alterius* &c. *Toletano IV. cap. XXXIII.* reftituo: neque Burchardus *z*, & Ivo *aa*, & Anfelmus *bb*, & Gratianus *cc* *Arvernenfis* effe referunt, fed *Toletani* alicujus concilii. In eo tamen mendum eft apud Gratianum, & apud Ivonem

(α) *Caput* 15. Præcipiendum eft. 13. *q.* 2. *in Gregoriana collectione ita infcribitur*: Item ex concilio Varenfi. *In margine eft*: Burch. l. 3. c. 159. Ivo p. 3. c. 222. *In notis*: Extat in concilio Nannetenfi c. 6. ex quo citatur a Burchardo, & Ivone: fed quia potuit effe repetitum in aliquo Varenfi, feu Vafenfi, non eft mutatum. In epitome quidem concilior. eft in Valenfi c. 3.

(β) *Infcriptio cap.* 7. Præterea placuit. *diftinct.* 28. *hæc in eodem libro eft*: Item ex eodem tertio (*Eft autem cap. 6. incriptio*: Item ex concilio Arelar. 2. c. 2.). *In notis hæc funt*: In Arelatenfibus quæ extant, hic ipfe penitus canon non invenitur. Sed fententia habetur in tertio c. 3. in fine. *Defideratur fontis index.*

(γ) *In eodem libro capitis* 38. *cauffa* 27. *q.* 1. *infcriptio eft*: (Item) Palea. Viduæ, fi priufquam &c. (*Capitis* 37. *infcriptio eft*: Item ex concilio Arelatenfi). *In margine hæc funt*: infra 32. q. 2. HOC SANCTUM: ex concilio Toletano 3. cap. 10. Ivo p. 8. c. 18. & 19. *Infcriptio capitis ult.* 32. *q.* 2. *hæc eft*: E contra in concilio Toletano 3. c. 10. HOC SANCTUM. *In margine eft*: Burch. l. 8. c. 44. Ivo p. 7. c. 62. & p. 8. c. 18. & 19.

[δ] *Gratiani verba funt in libro Romano ante caput* 1. *cauffa* 24. *q.* 1. Unde cum Achatius &c. quereretur, contra Gelafius fcribit dicens: „ Achatius non eft factus &c.“ *In notis hæc funt*: Sententia hujus capituli eft eadem cum fententia capitis paulo poft fequentis, id eft, ACHATIUS, quamvis verba difcrepent. *Infcriptio capitis* 3. *eft*: Item Felix Papa, Acharius non fuit novi &c. *In margine eft*: Polyc. lib. 1. tit. 16. *Et in notis*: Polycarpus l. 1. tit. 16. citat ex Gelafio, apud quem habetur in commonitorio ad Fauftum.

[ε] *De confecrat. diftinct.* 5. *cap.* 8. Dictum eft. *in eodem libro infcriptio eft*: Item ex concilio Tarraconenfi c. 6. *In notis additur*: Burchardus etiam, & Ivo citant ut Gratianus. Habetur autem in Cabilonenf. 2. cap. 27. ufque ad verf. QUIA BIS, & in Capitularibus adjectis cap. 53. *In margine hæc funt*: Burch. l. 4. c. 50. Ivo p. 1. c. 244. Pann. l. 1. c. 121.

(ζ) *Capitis* 15. Sane Theffalonicenfi. 16. *q.* 7. *infcriptio in eodem libro eft*: Item ex Chronico Anaftafii bibliothecarii. *In notis eft*: Caput hoc acceptum eft ex Chronico Anaftafii bibliothecarii in iis, quæ de Anaftafio Imperatore narrat, multaque ex ipfo originali funt emendata.

(η) *Infcriptio capitis octavi*, Qui poteft. 23. *q.* 3. *in eodem libro Romano hæc eft*: Item Anaftafius, & Damafus Papa. *In margine hæc funt*: Damafus epift. 2. ad Stephan. c. 8. fupra dift. 83. Error. & dift. 86. Facientis. Polyc. l. 7. tit. 11. Anfelm. l. 13. c. 19. *Infcriptio capitis* 3. Error. *dift.* 83. *eft*: Item Innocentius. *In margine eft*: Deufdedit p. 2. Eleuterius Papa ad Galliæ provincias, & Orientales in epift. ad Julium, & Ægypti in epiftola ad Felicem II. *Infcriptio capitis* 3. *dift.* 36. *eft*: Item Joannes VIII. Facientis culpam &c. *In margine hæc funt*: Greg. l. 7. reg. epift. 114. indict. 2. Pelagius 2. epiftol. 3. Eleuterius fupra dift. 83. c. ERROR. 2. q. 7. NEGLIGERE, & 23. q. 3. c. QUI POTEST. Ivo p. 6. c. 115. *In notis additur*: Caput hoc ex variis fententiis hinc inde collectis confectum eft: quarum prima ufque ad verf. EMENDARE, fumpta eft, ex epiftola B. Gregorii 114. lib. 7. indict. 2. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.

a 13. q. 2. c. 15. Præcipiendum.
b *Dift.* 28. c. 7. Præterea.
c *Burch. lib.* 8. c. 51.
d *Ivo l.* 3. *tit.* 17. c. 19. *pan.* & *p.* 7. c. 69. *decr.*
e 27. q. 1. c. 37. Sciendum.
f *Burch. lib.* 8. c. 44.
g *Ivo p.* 7. c. 62. & *p.* 8. c. 18. & 19. *decr.*
h 27. q. 1. c. 38. Viduæ. & 32. q. 2. c. *ult.*
i *Tarrac. lib.* 1. c.
k 24. q. 1. c. 1. & 3. Acacius.
l *Burch. lib.* 4. c. 50.
m *Ivo lib.* 1. *tit.* 3. c. 9. *panorm.* & *p.* 1. c. 244. *decret.*
n *De conf. d.* 5. c. 8. Dictum.

o *Cap. lib.* 7. c. 53. *in addit.*
p *Deufd.* c. 1.
q 16. q. 7. c. 19. Sane.
r *Anf. lib.* 13. c. 19.
s 23. q. 3. c. 8. Qui poteft.
t *Dial.* 4.
u *Burch. lib.* 2. c. 15.
x *Ivo lib.* 3. *tit.* 5. c. 1. *pan.* & *p.* 6. c. 34. *decr.*
y *Dift.* 55. c. 10. S. quis.
z *Burch. lib.* 1. c. 67.
aa *Ivo lib.* 2. *tit.* 6. c. 4. *pan.* & *p.* 3. c. 231. & *p.* c. 175. *decr.*
bb *Anfelm. lib.* 5. c. 28.
cc 16. q. 3. c. 1. Quicunque.

nem in panormia, quod cum negatione referunt illa verba: *quamvis secundum jus legis, ejus non videatur esse diœcesis.* Tolli enim NON debet, ex conciliis, & Burchardo & ceteris [x]. Aliud fragmentum: *Ut nullus vivente: Aurelianensis V.* est *c. XII.* non *Arvernensis* A concilii, ut falso putant Burchardus *a*, Ivo *b*, & Gratianus *c* (8). Hic sit fragmentorum finis. Sed quia B. noster de audacia quorundam locutus est, qui finxerunt quædam ab aliquibus esse conscripta, quæ nunquam ab eisdem scripta sint; exemplum sumamus a *sexta synodo*, quæ cum canones nullos ediderit: a Græcis dicatur c. 11. edidisse, ut superioribus diebus vidimus: a Latinis *in tribus editionibus Coloniensibus* novem canones scripsisse seferatur, ut in vetusto codice Monasterii sancti Bavonis urbis Andegavensis, sive Gandavensis Flandriæ repertum est. Ubi postquam de sexta synodo dictum est, adduntur hæc verba: *qui condemnata heresi præfata, scripserunt novem capitula inferius annexa.* Caput primum: *Si quis presbyter inventus fuerit &c.* Post quintum caput additur: *De instructione bonorum operum. Caput sextum.* Ex Gandens. *rubeo libro secundo numero CXXXV.* (dicitur esse ex concilio *Wormaciens.*) *Cum ergo omnium &c.* B. Cur tu igitur huic rubeo libro non credis; & Vormacienses hos canones appellas, aut illi vetusto *Bavonensi*, & *sextæ synodo* restituis? A. Quia inveni certiora veritatis vestigia. B. Quænam autem ea sunt? A. Hæc ipsa novem capita reperi *Theodulfi Episcopi Aurelianensis*, qui Ludovici Pii Imperatoris temporibus vixit, & patris ejus Caroli Magni. Reliquit is aliquot capita, quæ ad presbyteros Aurelianenses inscribuntur, de quibus dictum est, cum de Eutychianis fragment. ageremus. *Capitis XVI.* initium est, *Si quis presbyter* &c. *capitis XXI. Cum ergo omnium* &c. sic omnia sunt totidem ver-

a Burch. lib. 1. c. 186.
b Ivo p. 5. c. 302. decr.
c 7. q. 1. in princ.

(x) *Ante caput quartum*, Quicumque Episcopus. 16. *q.* 3. *in eodem libro hæc verba sunt*: Item ex eodem c. 33. *quæ ad Tolet. 4. referuntur. In margine hæc sunt*: Polyc. l. 3. tit. 12. Ans. l. 5. c. 28. Burch. l. 1. c. *67.* Ivo p. 3. c. 131. & p. 5. c. 175. Pann. l. 2. c. *67. Ad illa verba*, quamvis secundum jus legis, ejus non videatur esse diocesis &c. *additur in notis*: In concilio impresso cum manuscriptis collato legitur: „ quia secundum „ jus legis, ejus videtur esse diœcesis, admit- „ tenda non est &c. " Ivo autem in tertia parte etiam clarius post verb. (*scribe ver.* vel verbum) POSSEDERIT, sic habet: „ eam „ teneat; quia secundum jus legis, ejus vi- „ detur esse diœcesis, & admittenda non est „ &c. " Burchardus autem „ quamvis secun- „ dum jus legis, ejus videtur esse diœcesis. " In Pannormia vero quemadmodum apud Gratianum. PROVINCIAM: Auctor glossæ interpretatur, ID EST, DIŒCESIM: & in variis conciliorum editionibus & duobus codicibus Vaticanis legitur PAROCHIAM; qua voce sæpe diœcesis significatur, ut in canone Apostolorum 14. „ Episcopo non liceat alienam pa- „ rochiam propria relicta pervadere ": & in concilio Antiocheno cap. 21. vocem παροικίας alii verterunt parochiam, alii diœcesim omninoque in Toletanis hæ voces confunduntur, ut in Toletano 3. c. 20. & Tolet. 4. c. 32. & 35. & Brach. 2. c. 2. Et in hujus capitis initio vox diœcesis partem quandam, id est, parochiam significat. Verum in codice conciliorum Lucensi Regio, & vetustis exemplaribus Gratiani, & Pannormiæ, & apud Ivonem p. 5. in marg. est PROVINCIAM.

(8) *Gratianus 7. q. 1. in princ. in eodem libro ita scribit*: Quod autem vivente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit, ex concilio apud Arverniam celebrato definitum est, in quo legitur: „ Ut nul- „ lus vivente &c. " *In margine hæc sunt*: In concil. Aurelian. 5. c. 12. Burch. l. 1. c. 186. Ivo p. 5. c. 302. *Et in notis*: ARVERNIAM: Burchardus etiam & Ivo citant ex Arvernensi c. 13. extat autem in Aurelian. quinto c. 12.

A Verissimum est, quod ait Antonius Augustinus supra pag. 217. multa nos interdum falsa credere, quæ vera esse postea fortasse cognoscent. Burchardus, Ivo, & Gratianus ex Concilio apud Arverniam celebrato retulerant decretum quoddam, quo cavetur ne quis viventi Episcopo superponatur aut superordinetur Episcopus. Id cum Antonius Augustinus non inveniret in vulgatis Concilii Arvernensis canonibus, sed inter canones Concilii quinti Aurelianensis, sibi visus est juste in hoc loco reprehendisse veteres illos canonum collectores. Non viderat nimirum Arvernensem secundam Synodum, quam vir celeberrimus Jacobus Sirmondus postea bono publico vulgavit, in qua eadem circa Episcopos statuuntur, quæ decreta in Aurelianensi fuerant. In similem postea errorem impegit idem Sirmondus, & quidem occasione decretorum alterius synodi Arvernensis. Gratianus 1. q. 3. caput *Quæsitum.* & 16. q. 2. caput *Sane quia.* retulerat ex Concilio Arvernensi sub Urbano secundo. Illa cum Sirmondus non inveniret inter canones editos Concilii illius Arvernensis sive Claromontani, legeret autem inter canones non editos Concilii, quod anno post habitam synodum Arvernensem sequente Urbanus habuit apud Nemausum in Gallia Narbonensi, admonuit in Antirrhetico secundo adversus Aurelium pag. 91. falsam esse inscriptionem horum capitum apud Gratianum, adeoque restituenda illa esse Concilio Nemausensi. Quod etiam adnotasse illum manu sua in exemplari impresso Gratiani, quod extat Parisiis in bibliotheca collegii Claromontani societatis Jesu, testis est omni exceptione major Gabriel Cossartius in tomo decimo Conciliorum pag. 590. ubi Sirmondum vere ac libere reprehendit. Nam duo illi canones postea reperti sunt esse Concilii Claromontani in veteri codice monasterii Anianensis, unde editi olim a nobis sunt in additionibus ad librum sextum de concordia sacerdotii & imperii multo ante quam intrarent in amplissimam Conciliorum collectionem. B.

verbis conscripta. C. Non potuit Theodulfus ea sumere ea sexta synodo? A. Minime potuit: cum sexta synodus nullos ediderit. C. At ex Vormaciensi synodo? A. Quære prius canones hos in Vormaciensi synodo, & nusquam invenies. Quod si Vormaciensis synodi sunt: cur ille fallax scripsit sextæ synodi Patres scripsisse hæc novem capitula? B. Conjungi his possunt illa *Hadriani* nomine capita *ad Ingelramnum* A, quæ cum Hadriani nihil habeant, ejus nomine feruntur. A. Recte admones. De his satis est in notis scriptum. C. Estne aliquid, quod ad falsas inscriptiones Gratiani illinc elici possit? A. Permulta sunt, quæ te malo illic legere. Sed habetne alia B. noster, quæ contra Gratianum objiciat? B. Incidi nuper in quasdam Romanæ scholæ notas, de quibus si pateris, alio die proferam aliqua, conferrique poterunt cum his, quæ Antoninus Florentinus reprehendi solere scribit. Hodie de quibusdam dicam, quæ quamvis ita sint in veteribus libris, ut Gratianus refert, tamen aut male interpretatur, aut non debuerunt ab eo edi: utpote quæ magis noceant, quam prosint. Quid enim nobis illa prosunt ex *Toletano* concilio? *a Is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur.* A. Hæc ante Gratianum *b* retulerant Rabanus *c*, & Ivo *d*. B. Socios criminis laudas. Vide, quid editum sit in Panormia Ivonis, quod etiam in aliquibus Gratiani libris legi: *Qui non habet uxorem, loco illius concubinam habere debet.* C. O impudentem interpretem! B. Nec placet, quod suffectum est, *habere licet*: aut quod in Ivonis exceptionibus posuerunt: *Ut habens concubinam, si alia non utatur, communione non privetur.* Non ignoro duplex esse concubinarum genus B, duplex etiam uxorum. Uxores, quæ sine dotalibus instrumentis acciperentur, eas concubinas dictas fuisse. De his possumus Toletani concilii verba interpretari (α). Quid illa, quæ videntur ex Nicolaitarum hæresi manasse? Græcorum sapientissimus ait, communia debere esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges. Hæc Gratianus *e ex Clementis epist. V.* A. In Anselmi veteri libro *f* hæc de conjugibus non sunt. Omittuntur etiam in melioribus Clementis libris, sed sumuntur, ni fallor, ex Recognitionibus Clementis. B. Tollentur hæc c, aut notabuntur in Romana editione (β). Jam illa, quæ de *Primiflaminibus* D & *Archi-*

a *Tolet.* 1. c. 17.

b *Dist.* 34. c. 4. Is qui.
c *Rab.* c. 10. *pænit.*
d *Ivo lib.* 6. *tit.* 5. c. 6. *panorm.* & p. 8. c. 64. *decr.*

e 12. q. 1. c. 2.
f *Ans. lib.* 7. c. 2.

[α] *Capitis quarti*, Is qui non habet, *distinct.* 34. *inscriptio in Romano libro est*: De hoc dicitur in concilio Toletano 1. c. 17. *Sequitur mox miniatis litteris*: Qui non habet uxorem, sed loco illius concubinam, a communione non repellitur. *In margine hæc sunt*: Ivo part. 8. c. 64. Pannorm. lib. 6. cap. 49. *Et in notis*: Integer concilii canon, qui apud Ivonem quoque, & in Pannormia refertur, est hic: „ Si quis habens uxorem „ &c. “ Neque vero omne concubinar. genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certe Justinianus novella 18. c. 5. (ut est apud Julianum Antecessorem) quasdam concubinas comparat quodam modo uxoribus; quæ sine dotalium tabularum solemnitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit Beatus Augustinus in libro de bono conjugali, [& refertur infra 32. q. 2. c. SOLET.] „ In quibus hæc tria erant necessaria „ &c. “ quamvis sic habitam non audeat appellare uxorem, quia non intervenerunt instrumenta dotalia, & alia, quæ jure civili, & canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in prædicta novella 18. & infra 30. quæst. 5. c. ALITER. Itaque hujusmodi mulieres, cum non essent uxores, vocabantur concubinæ: sed ob illa tria, ac præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerent, permittebatur ipsis communicare; habebanturque tanquam uxores minus solemniter ductæ. Et hoc est, quod hic & in seq. capite dicitur, pro uxore, & loco uxoris habere concubinam: Idque Gratianus ipse ad finem cap. præced. parag. CONCUBINA, indicavit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiamsi filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod asserit. B. August. cap. AUDITE. infra eadem & in eodem libro de bono conjung. c. CONCUBINÆ. infra 32. q. 2.

[β] *Inscriptio capitis secundi* Dilectissimis, 12. *q.* 1. *in eodem libro hæc est*: Item Clemens in epistola quinta. *Et in margine est*: Ans.

A De his dictum *in historia juris Ecclesiast. num.* 191. & in Præfat. Baluzii supra pag. 615. M.

B Ex professo insurgit contra hanc distinctionem Ferd. de Mendoza *ad Concil. Eliberit. lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 117. & *seq.* ubi aliam dat hujus canonis Toletani explicationem, quam tamen in novis notis ad idem Concilium improbat Gonzales pag. 136. & seqq. qui hanc Augustini distinctionem probat, cui etiam accedit Magnus Grotius *lib.* 2. *de jur. bell.* c. 5. §. 15. ad quem, si Deus concesserit, plura aliorum & nostra forte hac de re congeremus in editione, quam molimur. M. (26).

C Varia effugia hujus Clementinæ adsertionis vid. apud Gonzalem *d. l. pag.* 138. quæ potius in spongiam incumbere aut Pseudo Isidoro nebuloni adscribi deberet. M.

D Vide quædam in *historia mea juris Ecclesiastici* n. 226. *pag.* 244. & ibidem laudatum Clariss. Blondellum. M.

(26) De Concubinatu ab Ecclesia permisso abunde in Nota [4] præcedenti diximus.

chiflaminibus, & aliis in notis ad Hadrianum *a* obscura tibi esse dixisti, tollenda esse censeo. Sint licet in *epistulis Clementis prima*, *Anacleti secunda*, *Stephani secunda*, & *Leonis IX. epist. III.* & apud *Gregorium VII. b* & *Burchardum c*, & *Ivonem d*, & *Anselmum e*, & *Gratianum f*, & *in libro Cæsaraugustano g*. C. Non te hic tantus veterum Patrum consensus deterret? B. Non audeo ego hæc falsa esse dicere A, ut in *Ant. Contii libris* de epistulis ante Silvestrum scriptum legis: sed hoc defendo; quamvis ea vera essent, scribi non debuisse: cum illis omissis, quæ crucem lectoribus afferunt, ut Maro dicebat, jus Pontificium melius traderetur (x). His non dissimilia sunt, quæ de purgatione vulgari referuntur. *Qui presbyterum occiderit, si servus est super duodecim vomeres ferventes se expurget.* Hæc verba sunt *concilii Maguntini sub Rabano cap. XXIV.* Referunt Burchardus *h*, & Ivo *i*, & Palea *k*, & Pœnitentiale Romanum *l*, & Bernardus Papiensis *m*. Sed Raymundus in Gregoriana collectione *n* recte ea verba omisit (β). Ex concilio *Triburiensi c. XXII. Ferventi aqua, vel candenti ferro se expurgat nobilis homo vel ingenuus, si deprehensus fuerit in furto, aut perjurio, aut falso testimonio, ut si ingenuus non esset.* Referunt Burchardus *o*, & Palea *p*, & Bernardus Papiensis *q*. Omisit Raymundus in Gregoriana collectione *r* (γ). C. Tu non Gratianum, sed Paleam erras-

a *Hadr. c.* 23.
b *Lib. 6. epist.* 35. *registr.*
c *Burch. lib.* 1. *c.* 155.
d *Ivo lib.* 4. *tit.* 3. *c.* 1. *pan.* & *p.* 5. *c.* 53. *decr.*
e *Ans. lib.* 6. *c.* 105. & 106. & 109.
f *Dist.* 80. *c.* 1. & 2. & *dist.* 21. *in princ.*
g *Cæs. lib.* 2. *c.* 73.
h *Burch. lib.* 6. *c.* 7.
i *Ivo p.* 10. *c.* 136. *decr.*
k 1. *q.* 4. *c.* 24. Qui presbyterum.
l *Pænit. Rom. tit.* 1. *c.* 1.
m *De purgat. vulg. c.* 2. *in* 1. *collect.*
n *c.* 2. *de pænit. Greg. IX.*
o *Burch. lib.* 16. *c.* 19.
p 2. *q.* 5. *c.* 15. Nobilis.
q *c.* 1. *de purg. vulg. in* 1. *collect.*
r *c.* 1. *de purg. can. Greg. IX.*

Tom. III. L

Ans. ibid. (*hoc est, l. 7. c. 1. Vers.* Denique *ita scribitur*: Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia. [In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges] *Et in notis*: Verba hæc absunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impresso, & duobus ipsius manuscriptis codicibus uno Vaticano, altero bibliothecæ S. Marci Florentiæ, & ab Anselmo. Hanc vero sententiam a Platone acceptam hæretici quidam volebant in christianam religionem invehere. Ita enim scribit Epiphanius hæresi 32. „ Primum quidem, quod ipse Epiphanes, cum patre suo, & sectæ antistite Carpocrate &c. " Verum apud veteres etiam Christianos hanc uxorum communionem vehementer damnari solitam Tertullianus in apologetico evidenter testatur his verbis: „ Omnia indiscreta sunt apud nos præter uxores &c. "

[x] *His verbis utitur Gratianus in eodem libro initio distinct.* 80. Loca vero, in quibus Primates &c. sunt ordinandi, hæc sunt secundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa; „ Urbes & loca &c. " *In margine est*: Extat apud Stephanum 1. epist. 2. c. 5. Ans. l. 6. c. 128. *Et in Scholiis.* Loca: hic intitulatur 80. distinct. &c. „ Et quidem primates ibi constituuntur, ubi olim ponebantur protoflamines gentilium, Archiepiscopi, ubi archiflamines, Episcopi, ubi eorum flamines &c. " *Capitis secundi inscriptio est*: Item Clemens Papa ad Jacobum epist. 1. In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant &c. *In margine est*: Leo IX. epist. 3. Polyc. l. 2. tit. 22. Burch. l. 1. c. 155. Ans. l. 6. c. 113. Primi flamines: al. Archiflamines. *Distinct. 99. cap. 1. inscriptio est*: Unde Anacletus Papa ait ad Episcopos Italiæ epist. 2. Provinciæ multo ante Christi adventum tempore divisæ sunt &c. *Et in margine est*: Ivo p. 5. c. 53. Pann. l. 4. c. 23. *Et in notis*: Hoc caput integrum repetitur a Gregor. VII. lib. 6. reg. ep. 35. Rothomag. Turonens. ac Senonens. Archiepiscopis scripta, ex qua, & orig. nonnulla sunt restituta. *Gratiani verba sunt distinct. 21. in princ. vers.* Horum discretio. Horum, *inquit*, discretio a gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant.

(β) *Capitis* 24. Qui presbyterum. *17. q. 4. in eodem libro inscriptio est*: (Item ex concilio Moguntino sub Rabano c. 24) Palea. *In margine est*: ext. de pœnit. & remiss. c. 2. Burch. l. 6. c. 7. Ivo p. 10. c. 136. *In notis est*: Hæc Palea in uno tantum Vaticano Gratiani codice habetur. *Inscriptio cap. 2. de pœn. & remiss. est*: Ex concilio Moguntinens. *Et in margine est*: Habetur in synodo Moguntina sub Rabano Archiepiscopo c. 24. refert Burch. l. 6. c. 7. Ivo p. 10. cap. 136. & Grat. sive Palea 17. q. 4. c. QUI PRESBYTERUM.

(γ) *Ante caput* 15. Nobilis homo. *secunda quæst. 5. in eodem libro hæc verba sunt*: [Item in concilio Triburiensi] Palea. *In margine est*: ext. de pur. can. c. 1. Burch. l. 16. c. 19. *Et in notis*: Burchardus etiam citat ex concilio Triburiens. cap. 10. & in Tri-

a Non audet hoc Augustinus facere in gratiam, ut conjicio, Pontificis Romani, etiamsi homo sagacissimus ea de re satis, ut puto, persuasus esset (27); quod etiam alii bene multi ingenue confessi sunt, neque tantum cum Contio ad Silvestrum, sed ad Siricium suppositas esse omnes Epistolas Romanorum Pontificum, & multas etiam post Siricium adseruerunt & demonstrarunt, qua de re vide *Historiam juris Ecclesiastici num.* 222. M.

(27) Alia omnino de causa, quam in Romani Pontificis gratiam noluisse Augustinum falsitatis arguere, quæ notat, facile evinci potest, quidquid Mastrichtius conjiciat. W.

erraſſe oſtendiſti in hoc genere purgationis. B. Hæc Gratiani ſunt: *Si duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negaverint, & orant ſibi concedi, ut alter illorum utroſque judicio divino purget: ſi unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur.* Sunt hæc verba concilii *Salegunſtadienſis c. XIV.* quod poſt Burchardi collectionem invenies, & hoc caput referunt Ivo *a*, & Gratianus *b*. Illa ſunt concilii *Wormacienſis cap. XV. Sæpe contingit, ut in monaſteriis monachorum furta perpetrentur: miſſa ab Abbate celebretur, aut ab alio preſbytero, & omnes communicentur in hæc verba: Corpus Domini ſit tibi hodie ad probationem.* Hæc in conciliis ſunt, ut cuncta prius dicta, & apud Burchardum *c*, & Gratianum *d* (α). Sed hæc omnia ſunt illorum temporum ſordibus adſcribenda. Sunt alia his ſimilia, de quibus alio fortaſſe die dicendum erit. Hoc nolo differre, quod Gratianus *e* refert ex Hieronymo *in epiſt. ad Titum cap. I. Olim idem erat presbyter, qui & Epiſcopus*; & quæ ſequuntur: quæ etiam habet Anſelmus *f*. Totus ille Hieronymi locus A, niſi plenius ſcribatur, & cum aliis Hieronymi ſcriptis conferatur, nocere magis, quam prodeſſe poteſt (β). Democharis ad extremum verba referam in antidoto Gratiani Indicis: *Pleraque ſunt fateor in his Decretis jam obſoleta, & quæ a præſenti conſuetudine eccleſiaſtica abhorrent, nonnunquam etiam, ut videtur, inter ſe ex diametro pugnantia &c.* A. Nec tu B. magnum Democharis teſtimonium contra Gratiani lucubrationes attuliſti. Cui reſponderi poteſt, ut aliquibus aliis quæ recitaſti, Gratiani ſcopum fuiſſe, omne genus decretorum referre, & hac de cauſa *Concordiam diſcordantium canonum appellaſſe.* De aliis, quæ B. Antoninus, & Romanæ ſcholæ notarunt, te libenter audituri ſumus.

a Ivo p. 15. c. 178. decr.
b 2. q. 5. c. 25. Statuit.
c Burch. lib. 11. c. 66.
d c. 23. Sæpe. 2. q. 5.
e Diſt. 95. c. 5. Olim.
f Anſ. lib. 7. c. 119. & 120.

DIALOGUS DECIMUSSEXTUS.

De Beati Antonini cenſura in Gratianum, & de Romanorum ſelectorum ſententia.

A. QUid eſt, quod dicebas B. *Antoninum* in Gratiano reprehendere? Habeſne ejus librum? B. Et librum habeo, & ſchedam locorum, quæ ſelecti quidam viri Romæ notarunt. A. De ſingulis ab Antonino ſcriptis videamus, quid ille dixerit, quid mox Romani addiderint. B. *Beatus Antoninus Florentinus*, ut noſti, Antiſtes in *Summæ majoris quarta parte titulo XI. cap. VIII.* poſt Petri Lombardi Pariſienſis Epiſcopi, quem Magiſtrum ſententiarum appellant, XIV. articulos perſcriptos, in quibus communiter non tenetur, de Gratiano ſic ait: *In decretis quædam ponit Gratianus, quæ non tenentur, quædam alia a conciliis vel ſummis Pontificibus edita, quæ ſunt revocata, ſeu immutata per conſuetudinem generalem contrariam, & abrogata.* Mox addit exemplum jejunii quadrageſimæ, quod clerici ſervare tenebantur a ſexageſima: hodie non ſervant, ſed initium faciunt jejuniorum ut laici. A. Hoc idem Gratianus *g* ait *diſtinct. IV.* excepta voce, *ſexageſima*; pro qua vocem, *quinquageſima*, ſubſtituit. B. Romanis videbantur

g Diſt. 4. c. 3. & 4. & ult. c. 3. §. Leges. diſtinct. 4.

Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia. *Inſcriptio cap. 1. de purg. canon. eſt*: Ex concilio Triburienſ. *In margine hæc ſunt*: Referunt Burch. l. 16. decr. c. 19. & Grat. ſive Palea 2. q. 4. (*ſcribe* 5.) c. 15. & habetur c. 1. tit. de purg. vulg. in 1. compil.

(α) *In eodem libro Romano inſcriptio cap.* 25. Statuit quoque. 2. *q.* 5. *hæc eſt*: Item in eod. c. 14 *hoc eſt, in Salegunſtadienſi concilio. In margine eſt*: Burch. ibid. (*id eſt, in fine operis*) Ivo p. 15. c. 180. *Inſcriptio c.* 23. *eod. q. eſt*: Contra in concilio Vormacienſi c. 15. Sæpe contingit, &c. *Et in margine*: Burch. l. 11. c. 66. *In notis*: SIC EXPLETA MISSA: In hoc capite addita ſunt nonnulla verba ex concilio, quæ a collectoribus videbantur omiſſa. Sed hoc loco ſatis viſum eſt, varietatem indicare. Nam in concilio ipſo ſic legitur: „ Et ſic in ultima miſ- „ ſæ celebratione, pro expurgatione ſua cor- „ pus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chri- „ ſti percipiant, quatenus ita inde innocen- „ tes ſe eſſe oſtendant ".

(β) *Gratiani verba ſunt ante caput quintum diſtinct.* 95. *in Gregorianis libris*: Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea verba ET CONSTITUAS. Olim idem erat presbyter, qui & Epiſcopus. *In margine eſt*: Idem ergo eſt presbyter. *Et*: Anſ. l. 7. cap. 127. Polyc. l. 2. tit. 39. *Rubrica ſcriptum eſt*: Presbyter idem eſt, qui Epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt Epiſcopi. *Hæc miror non fuiſſe notata.*

A Epiſcopos & Presbyteros Apoſtolis & in prima Eccleſia fuiſſe eoſdem, ſatis ex novo fœdere & antiquitate contra Petavium & Hammondum adſeruerunt Doctiſſima hujus ſæculi Lumina Illuſtr. Salmaſius ſub nomine Walonis Maſſalini, de Epiſcopis & Presbyteris, & in libro de primatu Papæ, Doctiſſ. Blondellus, de Epiſcopis, Clariſſ. Joh. Seldenus ad Eutychii Patriarchæ Alexandrini Origines ſuæ Eccleſ. aliique etiam inter Pontificios, ita ut ab eo dictis & demonſtratis vix aliquid addi poſſit. Ex laudatis etiam ſatis poteſt colligi, quare Ant. Auguſtinus dicat *Hieronymi ſententiam nocere magis, quam prodeſſe.* M. (28).

(28) De Epiſcoporum ſupra Presbyteros excellentia, quid tota judicaverit antiquitas in Notis [a], & [b] ad Caput 7. Libri 1. Duareni de Minist. & Benef. Eccleſ. dictum eſt. Præcipiti admodum calculo de Salmaſii pugna contra Petavium, deque Hieronymi mente judicium profert Maſtrichtius. Videantur laudatæ ad Duarenum Notæ. W.

batur tollendas esse has voces Gratiani (*jejunandi propositum susciperent, &c.*) quod non displicet. Damasus in Telesphoro A ait: *Hic constituit, ut septem hebdomadis ante pascha jejunium celebraretur.* Et Ambrosius *a in sermone non edito de sexagesima*: *Quadragesima*, inquit, *seu septimanas habet, cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadem, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.* Quæ verba etiam Anselmus *b* refert. A. Id statutum esse clericis, dicendum est ex *Telesphori epist. I.* cujus verba referunt Ivo *c*, & Anselmus *d*, & liber Cæsaraugustanus *e*, & Tarraconensis *f*, & Gratianus *g* (*x*). B. Alterum exemplum adfert Antoninus de *rogationum diebus* B, quibus erat ab operibus cessandum, & jejunandum ex conciliis Lugdunensi & Aurelianensi, quæ refert Gratianus *de consecratione distinct. III. cap. I. & III.* *h* A. Concilium *Lugdunense* non extat, sed refertur a Burchardo *i* & Ivone *k*. Et in concilio *Maguntino cap. XXXVI.* idem fere statuitur, sed nihil de rogationibus dicitur: neque aperte in *Capitularibus* Caroli, & Ludovici *l*. Sed *Aurelianense* concilium de rogationibus ita statuit *cap. XXIX. in Coloniensi editione*, in collectione Isidori Mercatoris *capit. XXIV. Rogationes, id est, litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum jejunium in Dominicæ ascensionis solemnitate solvatur.* B. Romani varietatem notarunt, pro *præmissum*, alibi scriptum, *post missam*, quæ mihi scriptura non probatur: licet eam Ivo *m* adgnoscat. C. Quænam est dominica ascensionis, an quæ post ascensionem est? an ea, quæ ascensionem præcedit? B. Neutra in hoc capite: sed Dominicæ ascensionis sollemnitas dicitur ipsa dies ascensionis Domini. C. Cur *libro VI. Capitularium* dicitur *n*: *Post dominicam, dies tres. In ascensione Domini diem unum?* B. Suspicor desiderari *litteram V* post vocem, *dominicam*: ut significetur *post dominicam quintam*. A. Placet opinio tua. Et *lib. I. Capitularium* Litania major ante ascensionem Domini constituitur. Sed perge, quod cœperas. De his enim rogationibus recte Antoninus notat, aliud in his conciliis præscribi, quam quod usus receperit (β). B. Idem inquit, *de hebdoma-*

L 2 *da*

a *Dist. 4. c. 5. Quadragesima.*
b *Ans. l. 7. c. 166.*
c *Ivo lib. 2. tit. 14. c. 1. pan. & p. 4. c. 25. decr.*
d *Ans. lib. 7. c. 165.*
e *Cæs. lib. 21. c. 20.*
f *Tarrac. lib. 4. c. 60.*
g *Dist. 4. c. 4. Statuimus.*
h *De consf. d. 3. c. 1. & 3. Rogationes.*
i *Burch. lib. 2. c. 77.*
k *Ivo p. 4. c. 14. decr.*
l *Capit. lib. 1. c. 164. & lib. 2. c. 35. & lib. 6. n. 186.*
m *Ivo p. 4. c. 11. decr.*
n *d. cap. 186.*

(*x*) *Distinctione quarta ante caput quartum* STATUIMUS, *in Romana editione Gratiani verba sunt*: Unde illud Telesphori Papæ, (qui decrevit, ut generaliter clerici a quinquagesima a carnibus & deliciis jejunent) quia moribus utentium approbatum non est; aliter agentes, transgressionis reos non arguit. Telesphorus urbis Romæ Episcopus omnibus Episcopis epist. 1. „ Statuimus, ut septem „ hebdomadas plenas ante sanctum Pascha „ omnes clerici in sortem Domini vocati a „ carne jejunent “. *In margine est*: al. carne & delitiis. *Et*: Ivo p. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174. *Et in notis ante caput* 4. QUINQUAGESIMA: Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur: „ jejunandi propositum „ susciperent, & a carnibus & delitiis abstinerent “. sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est. *Scholium Joannis ridiculum est*: Istud cap. non tenet, quia hodie quinquagesima non servatur, cum ipsa celebretur post Pascha. Jo. *Capitis quinti ead. dist. inscriptio est*: Item Ambrosius in libro sermonum. Quadragesima sex septimanas habet &c. *In notis additur*: SERMONUM: Inventi sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca monasterii S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti, Ambrosii nomen præferentes, inter quos est sermo de sexagesima, cujus initium est: „ Adest „ tempus, unde hoc caput sumptum est “. *Ante cap. 6. ejusd. dist.* Denique sacerdotes. *quod est extremum, hæc verba sunt*: quod B. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribit dicens. *Et in margine est*: Ivo p. 4. cap. 29.

(β) *Non recte in eodem libro ante distinct. 3. de consecrat. posita est inscriptio capitis primi*: Item ex concilio Lugdunensi. *In margine hæc sunt*: Cod. de fer. l. OMNES DIES. Nov. Leon. 54. Mogunt. 1. can. 36. Capit. l. 1. cap. 164. & lib. 2. cap. 35. Burch.

l. 2.

A Quadragesimale & Quinquagesimale jejunium neque Telesphori temporibus, neque primis tribus seculis in usu fuisse docte, ut solet, probat Clariss. Joh. Dalæus, *de jejuniis*, *toto libro* 3. Quem vidisse non pœnitebit. Locus sequens ex Ambrosio Nauti est. De quo alibi. M. (29).

B Sunt tres illi dies, qui ante festum Adscensionis domini jejuniis & litaniis impenduntur, instituti circa annum Christi 500. a Mamerto Viennæ in Gallia Episcopo. Teste Gregorio Turonens. *lib* 2. *hist. cap.* 34. rem totam late pandit. Clariss. Dalæus *de jejun. & quadrag. lib.* 4. *cap.* 6. *pag.* 737. M.

(29) Mira utique est Reformatorum audacia, cum sanctissimas, atque laudabiles Ecclesiæ consuetudines infirmare nituntur, atque labefactare. Synodus Nicæna I. Can. 5. de Quadragesima loquitur nunquam de re omnibus notissima; ex quo siquidem Canone solidissime astruit Beveregius Lib 3. *Codicis Canonum Ecclesiæ primitivæ vindicati* Cap. 1. & 2. adversus Dalæum, Quadragesimale Jejunium ante Paschalia Festa celebrari solitum a Nicænis Patribus fuisse intellectum. Sanctus pariter Epiphanius in Expositione Fidei num. 22. ita scribit = Ceterum ante septem Paschatis dies, quadragesimam observare, atque in jejuniis perseverare, eadem consuevit Ecclesia = Theophilus pariter Alexandrinus in Epist. Paschali 2. prope finem, Quadragesimæ Jejunium juxta Evangelicas traditiones se describere adfirmat = Quid ergo ad Ecclesiæ filios, de zelatorum pristinæ disciplinæ instauratorum Calvinistarum deliramentis? W.

da ſancta, & hebdomada paſchæ, quæ erant in præcepto, quoad ceſſationem ab operibus a De conſ. d. 3. c. 1. *ut in dicto concilio Lugdunenſi a*. A. De *hebdomade ſancta* nihil Gratianus retulit: nihil ante eum Burchardus, & Ivo: nihil eſt in dicto concilio Maguntino, neque in Capitularibus. De *paſchatis hebdomade* omnes fere eadem ſcribunt. In concilio tamen Maguntino quatuor dies tantum cum omni honore celebrari decernitur. At feria quinta dicitur licentiam eſſe arandi ante miſſam A, & ſeminandi, & hortum, & vineam excolendi, & ſepem circumcludendi. Ab alio opere ceſſandum. Poſt miſſam vacandum ab omnibus. B. Poſt hæc de *litteris dimiſſoriis* B refert, quæ Gratianus *diſtinct. LXXIII. b* diligenter ſcripſit, quæ nomine Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi in conciliis ſunt poſt Chalcedonenſem ſynodum. Eadem referunt Ivo *c*, & Anſelmus *d*. Sed & *formulas* earum *litterarum*, quas Gratianus conſcripſit, habent Burchardus *e*, Ivo *f*, & Anſelmus *g*: qui alias quoque addunt, & Romani alias ſe pollicentur adjecturos. Hæc quaſi uſu abrogata improbat Antoninus, quod ad eam formulam attinet, quæ tradita dicitur in ſynodo Nicæna litteris quibuſdam Græcis adjectis. Ipſas litteras dimiſſorias neceſſarias eſſe ait clericis peregre profecturis, ut *diſtinct. LXXII. cap. I. h* in quo multorum negligentiam reprehendit. A. Laudo id quidem: ſed ex veteri formula duo elicio; alterum eſt, Epiſcopis *linguæ Græcæ* cognitionem fuiſſe neceſſariam; alterum, tempore Nicænæ ſynodi *Indictionis* numeros C in uſu fuiſſe. Indictionis enim mentionem fieri in hac formula video. B. In eccleſiarum conſecratione jubentur Epiſcopi Græcas litteras & Latinas in pavimento ſcribere. Qui eas ignoraſſent, quo pacto ſcripturi fuerant? C. Cum in Græcia Nicæna ſynodus habita fuerit, mirandum non eſt, Græcis litteris juſſiſſe hæc conſcribi. Quæ vero in conſecrationibus jubentur fieri, ſatis eſſe ajunt, ſi cœperit vel duas litteras ſcribere, quæ utrique linguæ communes ſunt (x). B. Sequitur de *ſacramentis a jejuniis tantum* D *præſtandis in ju-*

b Diſt. 73. in princ.
c Ivo p. 6. c. 433. decr.
d Anſ. lib. 6. c. 116.
e Burch. l. 2. c. 227.
f Ivo p. 6. c. 434. & 435. decret.
g Anſ. lib. 6. c. 117.
h Diſt. 72. c. 1.

l. 2. c. 77. Ivo p. 4. c. 14. Balſamon. ad tit. 7. Nomocanonis. *Inſcriptio capit. 8. eod. diſt. hæc eſt*: Item ex concilio Aurelianenſi cap. 29. Rogationes, id eſt, litanias, ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum jejunium in Dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate ſolvatur. *In margine ad vocem* præmiſſum *additur*: al. poſt miſſam. *Et initio capitis*: Beda de officiis tomo 4. Albinus p. 67. Burch. l. 13. c. 17. Ivo p. 4. cap. 11.

(x) *Initio diſtinct. 73. in eodem libro ut Gratiani verba ſcribuntur illa*: Qualiter vero commendaticia &c. Debent namque litteræ Græcæ interponi in ea epiſtola, & non ſine cauſa. Græca enim elementa &c. *In margine hæc ſunt*: Ex Attico ad finem concilii Chalcedonenſis. Anſelm. l. 6. c. 121. Ivo part. 6. cap. 433. *Capitis primi inſcriptio eſt*: Exemplar formatæ epiſtolæ, quæ in Nicæna ſynodo a CCCXVIII. Patribus facta eſt. In nomine patris π. & filii υ. & Spiritus ſancti α. π. Walterio Spirenſi &c. *In margine eſt*: Burch. l. 2. c. 227. Ivo p. 6. c. 434. Simile quiddam, multoque magis c. 435. *In notis*: CONSERVET: In hoc, & ſeq. capite ea tantum ſunt emendata, quæ exemplarium auxilio reſtitui poterant. Ceterum quæ hoc loco ſequuntur, etiam apud Burchardum ſunt depravata. Facile autem reſtitui poſſunt ex regulis initio diſtinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime reſpondet exemplum ab Ivone allatum part. 6. c. 435. ſi litteræ in extremo 434. capitis poſitæ, ponantur loco earum, quæ in ipſo 435. afferuntur. Addita enim illis dictione ἀμὴν reſultat numerus ibi notatus, id eſt, DCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum cap. 434. ſi ubi nunc ſumma eſt 1539. ſit 1439. Satis ſit locum indicaſſe. *Capitis 2. eod. diſtinct. inſcriptio eſt*: Incipit epiſtola formata a CCCXVIII. Epiſcopis, & ab Attico Conſtantinopolitano urbis Epiſcopo edita. Sanctiſſimo in Chriſto fratri ſumma dulcedine charitatis amplectendo &c. *In margine eſt*: Anſ. l. 6. c. 121. *Et in notis*: AB ATTICO: Antea legebatur ABBATIBUS. Reſtitutus eſt locus ex conjectura (quod perraro factum eſt) quoniam evidenti ratione nitebatur. *Poſt verbum* Concedat ἀμὴν, vel ſic ζ, θ. Addita ſunt hæc ex aliquot vetuſtis exemplaribus & utriſque iſtis notis idem numerus 99. ſignificatur. In codicibus vero impreſſis vel nihil erat, vel dictio AMEN Latine ſcripta, in qua nulla eſt nu-

A Refert iſta Antonius Auguſtinus ex Concilio Moguntino, id eſt, ex concilio, quod in ea urbe habitum eſt extremis Karoli Magni temporibus. Apud Reginonem lib. 1. cap. 378. ex Concilio apud Aſchaim in Baioaria. De quo Concilio dictum eſt in Notis ad Reginonem pag. 573. Non extat enim in vulgatis editionibus Conciliorum; neque ulla illius alibi, quod ſciam, memoria ſupereſt quam apud Reginonem. B.

B Formatæ alias vocantur, de quibus alii multa & inter eos Bernardinus de Epiſtolis Eccleſiaſticis. M.

C Ante Nicæna tempora, ſub Conſtantino Imperatore mentionem fieri indictionis, docti probarunt, qui in ſæculi quarti annum XII. referunt initia earum. Sed hæc altioris ſunt indaginis multæ diſputationis, & valde incerta, ideo alibi tractanda. Poterunt interea videri Scaliger, & Petavius in doctiſſimis operibus *de emendatione & doctrina temporum*, ille lib. 5. hic lib. 2. & 10. Magnus Voſſius de annis Chriſti *diſſ.* 1. *pag.* 3. Doctiſſ. Iacob. Gothofred. *ad Codicem Theodoſianum*, & alii. M.

D Pertinet hoc ad ritus Euchariſticos, de quibus, Deo volente, in corpore Antiquitatum Eccleſiaſticarum pluribus agemus. M.

judicio, quod etiam usu abrogatum esse dicitur. A. Quæ *Cornelio Papæ* falso adscribunt Burchardus *a*, Ivo *b*, Anselmus *c*, & Gratianus *d*: ut antea diximus *e*, non Cornelii verba sunt, sed Caroli Magni *in Capitularibus f* quod etiam Ivo *g* adgnoscit. Ille ita scribitur: *Sed & nobis honestum videtur, ut qui in sanctis habet jurare, hæc jejunus faciat cum omni honestate, & timore Dei.* His verbis, *nobis honestum videtur*, nulla legis coactio est, sed admonitio est non inepta. Quod vero ille *in sanctis* dixit, cur *in judicio* Antoninus interpretetur, caussam nullam video (α). B. Additur ab eodem: *In quadragesima, in adventu, in diebus dominicis non exigantur, vel exhibeantur sacramenta, solemnia scilicet, ut in judicio*, & similia. Quod etiam ait esse abrogatum consuetudine. A. Plenius hæc, ni fallor, Burchardus *h*, & Gratianus *i* ex concilio apud sanctum Medardum, & sine inscriptione liber Tarraconensis *k*. Sed fontes non inveni. *A septuagesima usque ad octavam paschæ, ab adventu Domini usque post consecratos dies*, sic enim illi duo habent; Gratianus *usque ad octavam Epiphaniæ, & in jejuniis quattuor temporum & in litania maiore, & in diebus rogationum, & in diebus dominicis, nisi de concordia, & pacificatione, nullus semper sacra jurare præsumat* (β). B. Vis dicam libere, quod sentio? A. Dicas licet. B. Hæc, & de alia quæcumque ex incertis libris sumpta, pro non scriptis habeantur. A. Censura gravis est tua. Sed Antonini cetera redde. B. *Multa*, inquit, *antiquo jure edita, quæ Gratianus notat, postea immutata sunt: ut de electione Romani Pontificis, item de aliorum Episcoporum electione. Namque non soli Cardinales olim Pontificem eligebant; neque soli Canonici ecclesiæ cathedralis Episcopum, sed adhibebantur alii religiosi viri: & a Metropolitanis confirmabatur electio, antequam Romani Pontifices ecclesiarum cathedralium provisiones sibi reservassent.* A. Nota res est, & de his plura in Gregoriana, & aliis collectionibus dicuntur. Ex quibus apparet multa esse apud Gratianum supervacanea:

a Burch. l. 12. c. 12.
b Ivo l. 8. tit. 8. c. 31. pan. & p. 12. c. 69. decr.
c Anselm. l. 11. c. 64.
d 22. q. 5. c. 16. Honestum.
e Vide dialog. 13. in add. 9.
f Capitul. l. 2. c. 63.
g Ivo d. p. 12. c. 33.
h Burch. lib. 12. c. 20.
i 22. q. 5. c. 17. Decrevit.
k Tarrac. lib. 5. c. 7.

sed eadem, antiquitatis cognoscendæ caussa, legenda sunt. B. Sequitur *de ætate ordinandorum, & de intervallo servando in ordinatione.* A. Hæc etiam varie constituta sunt, neque ullum crimen est Gratiani, si aliud posteriori sæculo visum est constituere, sive in *Viennensi* concilio a Clemente V. sive in *Tridentino* sub Pio quarto. B. Idem dicturus es *de gradibus consanguinitatis, & affinitatis prohibitis matrimonio conjungi*, quod non est a Gregorio IX. *l* immutatum, ut ait Antoninus; sed ab Innocentio III. in concilio generali *Lateranensi cap. L.* Postea refert illa *quæ de furto* diximus in monasterio facto, ut communicent monachi cum illa contestatione: *Corpus Domini sit tibi hodie ad probationem.* ex concilio *Vormariens. cap. XV.* & apud Burchardum *m* & Gratianum *n*. Id male fieri ait Antoninus B. Thomam secutus. Mox verba concilii *Carthaginensis* affert, *ut sacramenta altaris non nisi a jejunis celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cæna Domini celebratur.* A. Concilii *Africani* verba sunt *cap. VIII.* in *corpore canonum* & *Carthaginens. III. cap. XXIX.* in Isidori collectione, & *cap. XLI.* est Græcis concilii *Carthaginens.* refert verba eadem concilium *Matisconens. II. cap. VI.* & Anselmus *o*, & Gratianus *p*, & liber Cæsaraugustanus *q*. B. Exceptionem illam cænæ Domini impugnat Antonius ex verbis Augustini a Gratiano alibi relatis *r*: atque ait consuetudine esse derogatum. A. Huc fortasse pertinet, quod in concilio *Laodicensi cap. L.* statutum est *s*. *Quod non oporteat in quadragesima in ultima septimana quintæ feriæ jejunium solvere*, & quæ sequuntur. Quod aliis verbis Martinus Bracharensis *scripsit cap. L.* ut antea dictum est *t* (γ). B. Illud quoque præceptum, *ut in eadem die cænæ Domini omnes communicarent u*, quod non *Soteris* Papæ est, sed concilii *Cabilonensis II. cap. XLVII.* ut alio die a te dictum est *x*, abrogatum esse ait consuetudine (δ). Ut illud etiam *concilii Agathensis cap. XVIII. Sæculares, qui in Natale Domini, Pascha, & Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur.* Quod etiam Burchardus *y*, & Ivo *z*, & liber Cæsar-

l c. 7. de cons. & agn. tit. in 4. collect. c. 3. non debet. r. tit. Greg. IX.
m Burch. l. 11. c. 66.
n 2. q. 5. c. 23. Sæpe.
o Ans. lib. 9. c. 3.
p De cons. d. 1. c. 48. Sacramenta.
q Cæsar. lib. 13. c. 4.
r De cons. d. 2. c. 54. Liquido.
s De cons. d. 3. c. 7. Non liceat, & c. 8. Non oportet.
t Vid. dial. 11. add. 17.
u De cons. d. 2. c. 17. In cæna.
x Vid. dial. 13. add. 7.
y Burch. l. 5. c. 23.
z Ivo p. 2. c. 33. decr.

numeri significatio. *Distinct. 72. in principio Gratianus ait*: Dimissorias vero litteras Episcopus, nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in synodo habita Romæ. Unde Leo Papa ait. „ Episcopus subjecto &c. " *In margine est*: Anselm. l. 6. c. 122. *Omittitur sumptum esse ex synodo Romana Leonis IV. cap.* 18.

(α) *Vide Addit. 9. dialogi* 13.

(β) *Inscriptio capitis* 17. Decrevit. 22. *q.* 5. *in eodem libro Romano hæc est*: Unde in concilio apud S. Medardum habito. *Et in margine est*: Simile quiddam in fœdis capitularium e Gallia missis. Burchardus lib. 12. cap. 20.

(γ) *De consecrat. distinct. 1. cap. 49. Romanis inscriptio est*: Item ex concilio Africano c. 8. Sacramenta altaris &c. *Et in margine est*: Concord. c. 29. concilii Carth. tertii. Ansel. l. 9. c. 3. *Inscriptio cap.* 54. Liquido apparet. *de consecrat. dist. 2. est*: Item Augustinus in libro responsorum ad Januarium cap. *6. Et in margine est*: epist. 118. & Beda 1. Corinth. 11. Ivo p. 2. c. 112. Pann. l. 1. c. 146. Alg. l. 2. c. 1. *Vide etiam dialogo 11. addit.* 17.

(δ) *Vide dialogi 13. addit.* 7.

saraugustanus *a*, & Gratianus *b* referunt. A. Mihi Augustini oraculum maxime placet *c*: *Cotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Innocentii* tertii præceptum in *concilio generali cap. XXI.* fuit, ut ad minus in paschate sacramentum Eucharistiæ omnes susciperent *d* [α]. B. Illud, quod falso *Sergio Papæ* adscribunt Ivo *e*, & Gratianus *f*, *Triforme est corpus Domini*; quod *Amalarii*, sive *Amilarii g* est: ex quo capite elicitur, partem quandam hostiæ servari debere, viatici, ut creditur, causa: abrogatum consuetudine esse ait (β). Quod vero ex *epistula Clementis secunda dicunt post sumptam Eucharistiam aliquot horis esse ab alio cibo abstinendum*; quod etiam Burchardus *h* Ivo *i*, & Anselmus *k*, & Gratianus *l* referunt: id ex *B. Thomæ* sententia ait non esse necessario servandum (γ). Postremo quod ex *concilio Eliberitano* refertur a Burchardo *m*, & Ivone *n*, & Gratiano *o*, & in libro Cæsaraugustiano *p*, sed in conciliis non inveni: *ut ante communionem a conjugibus se abstineant aliquot diebus* consilium esse, non præceptum, B. Antoninus ait [δ]. De aliis majoribus erroribus alio die, si placuerit, ejus opinionem referam. A. Ita fiat.

a Cæs. lib. 11. c. 19.
b De consf. d. 2. c. 19. Seculares.
c c. 13. e. dist. Cotidie.
d c. 2. de poenit. in 4. collect. c. 12. e. tit. Omnis. Gregorius 9.
e Ivo lib. 2. tit. 4. c. 18. panorm.
f d. dist. 2. c. 22. Triforme.
g Amal. l. 3. c. 35. de divin. offic.
h Burch. lib. 5. c. 11.
i Ivo p. 2. c. 21. decr.
k Anselm. l. 8. c. 38. in additt.
l d. dist. 2. c. 23. trib.
m Burch. lib. 5. c. 22.
n Ivo lib. 2. tit. 4. c. 29. panorm. & p. 2. c. 32. decr.
o De consecr. d. 2. c. 21.
p Cæs. lib. 11. cap. 18. Omnis.

DIALOGUS DECIMUSSEPTIMUS.

De aliis majoribus erroribus Gratiani ex B. Antonini sententia.

A. QUantum ego prævideo, periculum est C. ne hic nobis totum Gratianum de manibus auferat. C. Quid ita? A. Quia hac sola machina B. Antonini adhibita, magnam nostri præsidii partem expugnavit. C. Magis mihi visus est adhuc de re satis nota egisse, quam illi facile concesserimus, esse apud Gratianum non pauca moribus, non recepta, aut contrariis constitutionibus abrogata. B. Majora sunt, quæ molior. Ostendam enim illum hominem *stupidum* fuisse, *multisque in rebus nihil vidisse*. C. Ain vero? B. Audies, quid sanctissimus vir de hoc homine dicat. In primis notat, quod etiam Joannes Teutonicus fecit, Gratianum dixisse *q perplexo inter duo mala, hoc est, peccata, licere minus eligere, idque perpetrare*. Atqui nunquam cogitur quis peccare, nec potest esse perplexus necessario: ergo falsum est, licere alicui minus peccatom eligere. Id confirmat Hieronymi, & Augustini, & B. Thomæ verbis. A. Quibus verbis utitur Gratianus? B. *Item adversus naturale jus nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi. Unde in concilio Toletano VIII. cap. II. sic legitur: Duo mala &c. Item Gregorius in moralibus: Nervi testiculorum Leviathan &c.* A. De duobus malis, non de duobus peccatis Gratianus loquitur. B. At in verbis Toletani concilii, & B. Gregorii, quibus suam opinionem fulcire nititur, invenies duorum peccatorum mentionem. A. Illos igitur accusa, non Gratianum. Nam de duobus malis, quæ peccata non sint, vera est Gratiani sententia. Et præstat amittere brachium, quam caput: & incidere in manus Dei *r*, quam hominum: & his sexcenta sunt similia. B. At postea *distinct. XIV. s* sic Gratianus ait: *Verum hoc ita in una, eademque persona intelligitur. Ceterum an in di-*

q Dist. 13. in princ.
r Paral. 21.
s Dist. 14. in princ.

ver-

(α) *Ante caput* 19. Sæculares. *de consecr. dist.* 2. *in editione Romana hæc verba sunt*: Item ex concilio Agathensi c. 18. *Et in margine est*: Burch. l. 5. c. 23. Ivo part. 2. c. 33. *Inscriptio cap.* 13. *eod. dist. hæc est*: Item Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus cap. 53. Quotidie Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen Dominicis diebus communicandum suadeo, & hortor, &c. *In margine hæc sunt*: Valfridus de rebus eccles. c. 12. sent. 4. distinct. 12. Algerus l. 1. c. 22. & 10. Polyc. l. 3. tit. 16. Ans. l. 9. c. 9. Burch. l. 5. c. 15. & 16. Ivo p. 2. c. 25. & 26. Pann. l. 1. c. 150. *Et vers.* Idem epist. 118. cap. 3. „ *Dixerit quispiam non quoti*„ *die &c.*" *est in margine*: Amalarius de eccles. off. c. 12. Cabilon. 2. c. 46. Beda 1. Cor. 11. & ibi gloss. ord. Eugippus. *Et in notis*: Caput ex duobus B. Augustini locis confectum, & in summam redactum, ex iisdem, ubi opus esse visum est, & emendatum est, & auctum. Algerus autem, & Valfridus Strabo citant usque ad vers. Idem ex Gennadio Massiliensi presbytero, quem beatus etiam Thomas lib. 12. art. 10. facit auctorem libri de ecclesiasticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magister Sent. lib. 2. dist. 8.

(β) *Capitis* 22. Triforme. *de consecrat. dist.* 2. *in eodem libro inscriptio est*: Item Sergius Papa ait. *In margine est*: glossa ordin. 1. Cor. 11. Sent. 4. dist.... Amalarius l. 3. c. 35. Alcuinus fol. 79. Micrologus c. 17. Rabanus de instit. cler. c. ult. Alg. l. 1. c. 19. Ordo Romanus fol. 5. Pann. l. 1. c. 141.

(γ) *Ejusdem distinct. secundæ inscriptio capitis* 23. Tribus gradibus. *in eodem libro hæc est*: Item ait Clemens Papa epist. 2. *Et in margine est*: Ordo Romanus fol. 87. Polyc. lib. 3. tit. 16. Burch. l. 5. cap. 11. Ivo part. 2. cap. 21. & 64. & 86. Pann. l. 1. c. 149.

(δ) *In eodem libro capitis* 21. Omnis homo. *ejusd. distinct. inscriptio est*: Item ex concilio Eliberitano. *In margine est*: Burch. l. 5. c. 22. Ivo part. 2. cap. 32. Pann. l. 5.

c. 142.

versis eadem dispensatio locum habeat, videlicet, ut committamus minora, ne alii gravioribus implicentur, merito quæritur. Non tibi videtur affirmare, quod isti dicunt? A. Mihi aperte id dicere non videtur, sed in eam sententiam inclinare, & lectorem eo laqueo induere, quo se non facile liberet. B. Id mihi satis est [α]. Sequitur illud de presbyteris, ut possint ex consuetudine, si urgeat necessitas, & Episcopi absint, chrismare pueros in fronte signare. Id falsum esse ait post Joannem, & B. Thomam, & alios Theologos. Verba Gratiani *distinct.* XCV. *a* hæc sunt: *Sed illud Gregorii pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelasii, usu approbante, prævaluit: nisi forte, ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in absentia Episcopi, extrema necessitate cogente, ex concessione Gregorii, presbyteri baptizatos in frontibus liniant. Prohibitio vero Leonis, & Gelasii in eo casu intelligatur, cum Episcopi præsentes sunt, vel cum non cogit ultima necessitas.* A. Displicent hæc omnia. Nanque ordinarii ministri A hujus sacramenti sunt Episcopi, ut in concilio Tridentino dicitur (β). B. In notoriis sive manifestis non requiri ordinem judiciarium *b*: reprehendit Antoninus, quasi non semper verum sit, sed aliquando, ut notat Joannes Teutonicus. Item quod postea Gratianus dicit *c*: Aliquando evidentia ipsa operis reum esse testatur; quando opere publico crimen suum confitetur: tunc post secundam & tertiam correctionem, sine examinatione damnandus est, si incorrigibilis extiterit. Neque enim in his notoriis requiritur admonitio, sive correctio, aut forte correptio (γ). A. Hæc levia sunt. B. Illud gravius est, quod anathema in verberantes clericos *d* interpretatur, *separationem a sacramentis, & ab ingressu ecclesiæ*, non a communione fidelium *e*, quod Joannes etiam notat. A. Calumniam mihi pati videtur Gratianus. Non enim id aperte dixit. Immo inter excommunicationem & anathema prius hanc differentiam statuit, quam ego minime probo; ut anathema sit, cum separatur quis a consortio fidelium: excommunicatio, cum se quis separat, aut a superiore separatur ab ingressu ecclesiæ, & a communione Eucharistiæ, ut pœnitentibus evenit. B. Inconstantiæ crimen effugere non potest; quod enim de excommunicatione dixerat, id de anathemate in hoc crimine interpretatur [δ]. Sequitur illud de interpretatione horum verborum Gregorii: *Sententia pa-*

a Dist. 95. c. 2. §. 1.

b 2. q. 1. c. 14. Prohibentur. in fine & c. 16. Quæ Lotharius. §. 1.

c c. 20. Deus. §. Quando. e. q.

d 17. q. 4. c. 29. Si quis.

e 11. q. 3. c. 24. Ad mensam. §. Evidenter.

c. 152. *In notis*: NEC INTER: Hæc usque ad finem absunt hoc loco a Burchardo & Ivone, suntque summa quædam capitis SÆCULARES. supra eadem.

(α) *Gratiani verba sunt in editione Romana dist.* 13. *in princ.* Item adversus naturale jus nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita urgeant; ut alterum eorum necesse sit eligi. Unde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur: „ Duo mala licet sint „ cautissime præcavenda &c. " *In margine est*: Ivo p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 119. *Et in notis*: In ipso concilii capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt. *Item dist.* 14. *in principio Gratianus ait*: Verum hoc in una, eademque persona intelligitur. Ceterum an in diversis eadem dispensatio locum habeat, videlicet ut committamus minora, ne alii gravioribus implicentur, merito quæritur.

[β] *Verba etiam Gratiani sunt distinct.* 95. *cap.* 2. Presbyteros. §. Sed istud. *in editione Gregoriana, ut in ipso dialogo relata sunt.*

(γ) *Hæc ejusdem Gratiani verba sunt in eodem libro ante caput* 15. Manifesta. 2. *q.* 1. Verum hæc de illis intelligenda sunt, quorum crimina sunt occulta: ceterum quæ manifesta sunt, judiciarium ordinem non requirunt. Unde Ambrosius: „ Manifesta accusa- „ tione non indigent ". *In notis additur*: Ivo in epistola ad Hugonem, quæ incipit, LITTERAS 1. p. sic ait: „ Manifesta autem „ accusatione non indigere testatur B. Am- „ brosius super epist. ad Corint. ita dicens de „ eo, qui cum noverca (Judicis non est, „ &c. ") ut infra c. DE MANIFESTA. *Item cap.* 16. Quæ Lotharius p. 1. ead. q. *hæc etiam Gratiani verba sunt*: In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur reus &c. atque ideo in talibus judiciarius ordo non requiritur. *Et cap.* 20. Deus omnipotens. §. Quando autem. *ita Gratianus scribit*: Aliquando evidentia ipsa &c. *ut in dialogo.*

(δ) *Sunt etiam hæc ejusd. Gratiani verba in eodem libro* 11. *q.* 3. *c.* 24. Ad mensam. §. Evidenter. Hæc sententia excommunicatio vocatur: quæ a communione Corporis, & Sanguinis Christi notatum prohibet &c. Qua sententia non separatur quis a consortio fidelium. Est & alia sententia, quæ anathema vocatur: qua quisque separatur a consortio fidelium: de qua supra [Cum excommunicatis nolite communicare] &c. *Et postea*: Juxta igitur hanc distinctionem intelli-

A Id est ex constitutione humana, non divina, qua Presbyteri & Episcopi fuerunt iidem primis temporibus, qua de re supra dixi. M. (30).

(30) Inter Episcopos, & Presbyteros maximum interesse discrimen in Synodo Tridentina Sess. 23. Can. 7. definitum est, quod & nos demonstravimus in locis superiore Nota præcedenti (28) indicatis. W.

a 11. q. 3. c. 1. & c. 7. Non ſolum. §. 1.

paſtoris ſive juſta, ſive injuſta timenda eſt. Contingit a, inquit, *aliquando, ut adulter ſententiam pro ſacrilegio reportet, cujus reatum in conſcientia non habet. Hæc ſententia etſi injuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia; tamen juſte ab eo reportata eſt: quia ex reatu adulterii jamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorii. Sententia paſtoris &c.* Hoc & Joannes, & Antoninus improbant, qui volunt, ut quamvis ſit injuſta, niſi poſt appellationem lata ſit, vel contineat intolerabilem errorem, a judice ſuo lata eum liget, & ab eo ſervanda ſit. A. Servandam eſſe publice, non negarem; ligare eum apud Deum, dubito. Illa tamen Gregorii verba placent: *Qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel injuſte; nec paſtoris ſui judicium temere reprehendat: ne etſi injuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat* (α). B. Illud etiam reprehendunt; quod dixerit, *orientis clericos, qui uxores habeant, habere etiam b bona propria poſſe, quibus uxoribus & filiis conſulant*: ſic etiam his, qui in occidente filios ex legitimo matrimonio habent, ſive uxoribus vivis continentiam profeſſis, ſive mortuis; non vero licere his clericis, qui ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, niſi forte retinendo ſua a ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Contra autem illi ſtatuunt omnibus clericis licere habere propria, niſi eis renuntiaverint, ut regulares, vel qui voto ſe aſtrinxerunt paupertatis; vel in primitiva, ut ajunt, eccleſia, quorum erant bona communia. Hunc errorem in notis quoque ſelectorum virorum invenio reprehenſum. A. Jure quidem reprehenditur. Sed & Chriſtum Dominum, & Apoſtolos propria bona habuiſſe A, declaraſſe videtur Joannes XXII. duabus conſtitutionibus c [β]. B. Poſt

b 12. quæſt. 1. c. 24. Præcipimus. §. Sed notandum.

c Extrav. cum inter & extra. Quia quorundam. Jo. 22.

ligenda eſt illa auctoritas Innocentii Papæ ſecundi [Si quis ſuadente diabolo &c.] ut infra in cauſa (Quidam presbyter) (*in margine eſt*: 17. q. 4.) ut juxta etymologiam vocanti anathemati, id eſt, ſeparationi ſubjaceat, qui in edictum illud inciderit, qui a corpore, & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu eccleſiæ ſe alienum facit: qui impias manus in clericem (*ſcribe* clericum) injicere auſus fuerit: qui etiam a nullo Epiſcoporum abſolvi, id eſt more pœnitentium reconciliari poterit, niſi primum Apoſtolico conſpectui ſe repræſentare curaverit.

(α) *In eadem cauſſa* 11. *q.* 3. *ante cap.* 1. *verba Gratiani ſunt in eodem libro*: Sed quod ſententia Epiſcopi ſive juſta, ſive injuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius homilia 26. in evangelia teſtatur dicens: „ Sententia „ paſtoris, ſive juſta ſive injuſta fuerit, ti„ menda eſt ". *In notis additur*: Ipſa prorſus B. Gregorii verba leguntur intra eadem c. NON SOLUM. verſ. UTRUM JUSTE. *Ejuſdem Gratiani verba ſunt cap.* 77. Non ſolum. *p.* 1. *ead. q.* Cum ergo ſententia ex ordine injuſta eſt, nec tunc ab ea ſecedendum eſt: quia etiam, antequam ſententia daretur in eum, pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando &c. *ut in dialogo. Et poſtea*: Paſtor ergo vel abſolvere indiſcrete timeat, vel ligare. Is autem, qui ſub manu &c. *ut in ipſo dialogo.*

(β) *Gratianus ita in eodem libro ſcripſiſſe*

A Ingens & difficilis controverſia emerſit ævo Joannis XXII. inter eum & Franciſcanos de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, habuiſſentne illi aliqua in proprio vel in communi: immo parum abfuit quin bellum propterea eſſet. Ea igitur quæſtio extorſit duas conſtitutiones Joannis, quarum heic mentio eſt. Prima incipit: *Cum inter nonnullos.* Alterius initium eſt: *Quia quorundam mentes.* Habeo ego veterem librum pulcherrime ſcriptum, in quo continetur magiſtri Petri Rogerii Doctoris Theologi Pariſienſis lectura, ut ipſe vocat, ſeu commentarius in ſecundam illam conſtitutionem dictata publice Lutetiæ eo tempore, quo quæſtio illa maxime incaluerat. In hoc libro bene multa notatu digna referuntur, & inter alia narratio de quodam Doctore Pariſienſi, cujus nomen proditum non eſt memoriæ literarum, qui eodem quo Petrus tempore docebat Lutetiæ doctrinam, quæ a Joanne XXII. declarata erat catholica, contrariam impugnabat. Hic ergo ut ſolebant tum nonnulli ſcholaſtici Theologi inſanire in novas cogitationes, eo uſque progreſſus eſt ut doceret opinionem Franciſcanorum non ſolum eſſe hæreticam, quod a Joanne definitum erat, ſed magis hæreticam eſſe quam eam, quæ aſſerit Chriſtum non fuiſſe incarnatum. Res eſt adeo demens ac ſtolida ut omnis huic narrationi fides deneganda foret, niſi teſtimonio uteretur ejuſdem Petri Rogerii, cujus hæc ſunt verba ſub finem operis: *Dico tamen hic quod licet talis aſſertio ſit hæretica, non tamen eſt magis hæretica, quam aſſertio Chriſtum non fuiſſe incarnatum. Quod dico propter dictum unius Doctoris, qui pridie oppoſitum, ut audivi, in ſua lectione aſſeruit, arguens ſic. Illud eſt magis hæreticum, quod eſt contra majorem evidentiam fidei. Hæc videtur certa; quia quanto aliquid eſt magis evidens ſecundum fidem, tanto ipſum negare eſt magis abſurdum & erroneum. Sed aſſerere quod Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in proprio vel communi eſt contra majorem evidentiam fidei. Illi enim qui erant tempore Chriſti & Apoſtolorum, clare videbant, quod Chriſtus & Apoſtoli habebant aliqua vel in proprio, vel in communi, non tamen ita clare videbant, quod Deus eſſet incarnatus, quia non videbant clare Chriſtum eſſe niſi purum hominem. Ergo aſſerere Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe, eſt magis hæreticum, quam aſſerere Deum non eſſe incarnatum.* Refellit deinde Petrus ridiculam illam aſſertionem. Ceterum Petrus ille erat tum monachus Caſæ-Dei & Prior ſancti Baudilii Nemauſenſis, poſtea vero factus eſt Romanus Pontifex, vocatus Clemens iſtius nominis Sextus. Initio operis præfixa eſt epiſtola dedicatoria ad Joannem XXII. B. (31).

(31) Variæ contentiones Joannis Papæ XXII. ætate exortæ utique ſunt inter eum, et Franciſcani Ordinis alumnos. Lemures hæreſum, errorumque Phantaſmata hinc, et utrinque ſomniata ſunt, cum veram nihilominus Orthodoxiam Franciſcana Religio ſervarit illæſam. Legatur Diſſertatio inter Baluzii Miſcellanea Tom. 3. editionis Lucanæ Pag. 259. inſerta, atque Nota (a) ad Caput 1. Libri 2. Duareni de Sacris Eccleſ. Miniſt. & Beneſ. W.

B. Poſt hæc, ut imperfecte docens reprehenditur in quæſtione, an liceat clericis in judicio ſua repetere *a*: quod dixerit, *licere pro damno vitando, non pro lucro quærendo: aut pro communibus ſuarum eccleſiarum rebus ſtare in judicio, eaſque defendere.* Veriuſque eſſe, eos clericos, qui habere poſſunt propria bona, poſſe etiam ea repetere in judicio: alios nomine monaſteriorum ſuorum, ſi præſunt eis? minores mandato ſuperiorum (α). A. Leve etiam hoc eſt crimen. B. Sequitur illud, quod ex jure civili ſumptum eſt: *Sufficere bonam fidem in præſcriptione XXX. annorum initio poſſeſſionis, licet poſtea quis mala fide poſſederit b*. Mendoſe tamen Gratiani locus refertur a B. Antonino, quod etiam in aliis quibuſdam accidit. A. Innocentius III. in *concilio generali Lateran. cap. XLI.* ſic ait *c*: *Oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte, rei habeat conſcientiam alienæ* [β]. B. Si poſt votum ſimplex caſtitatis jurat quis aliquam ducere uxorem, ſacramentum illicitum eſſe fatentur Gratianus *d* & Antoninus: ſed ſervare hoc ſacramentum non vetari, pœnitentia de voti fractione indicta, ait Gratianus, quod verum eſſe conſummato matrimonio, Antonino placet *e*; namque ſi non conſummaverit, prohibetur ſervare id ſacramentum, & peccat, inquit, mortaliter. A. Vide Cæleſtini III. reſcriptum: quod Gratianus videre non potuit. B. Illud quoque poſt B. Thomam notat: dixiſſe Gratianum, poſſe quem jurare, ne clerici tonſuram, neve monachi habitum unquam accipiant: ac ſi juraverit, ſervandum eſſe. Illicitum eſſe jusjurandum eis videtur, & peccaſſe jurantem, quod obicem, inquiunt, oppoſuit Spiritui ſancto. A. Verum mihi eſſe videtur, quod dicunt. Sed Gratianus de eo loquitur, qui cogebatur a parentibus alterutrum facere, qui ſine ullo peccato potuit jurare, ſe id non facturum, invitum ſcilicet (γ). B. Quod ſequitur, omitti potuiſſet; ſed ne quid relinquam, dicam. Gratianum *f* & Joannem Teutonicum notat Antoninus, quod affirmaſſe videantur, eum, qui cogit aliquem falſo jurare, aut exigit ab eo jusjurandum, ita peccare, ut is, qui pejerat. Sed id verum eſſe ait, cum ſcit, aut probabiliter credit, falſum illum juraturum. Judex quoque exigens ſacramentum juris ordine obſervato, ſive per ſe, ſive parte petente, non peccat, etſi ſciat, vel credat illum falſo juraturum, ut B. Thomas ſcribit [δ]. A. Cetera alterius actionis ſint.

a 14. q. 1. c. 1. §. 1.

b 16. q. 3. c. 15. Placuit. §. Præſcriptionū.

c c. 7. de 4. collect. & c. ult. eod. tit. Gregor. IX.

d 22. q. 4. c. ult. §. Unde datur. & §. Eſſetiam.

e c. 2. Qui cler. vel vov. in 2. collect. & c. 6. Ruſſus. e. tit. Greg. IX.

f 22. q. 5. in princ.

ſic dicitur. 12. *q.* 1. *c.* 24. Præcipimus. §. 1. Sed notandum eſt, Epiſcopos orientales uxores habere, & filios: quoſdam autem ex noſtris partibus cum in laicatu, ſive in minoribus ordinibus conſtituti habeant uxores, & filios, ſive morte uxoris interveniente, ſive continentia pari voto ſervata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum uſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, a ſumptibus eccleſiæ abſtineant.

(α) *Idem Gratianus ait in eodem libro* 14. *q.* 1. *c.* 1. §. 1. Prohibetur perfecto in judicio ſtare captando lucrum, ſed non evitando damnum. Vel aliter. Aliud eſt, ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicujus. Utuntur enim rebus eccleſiæ non ut ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis &c.

(β) *Verba etiam Gratiani ſunt in eodem libro* 16. *q.* 3. *c.* 15. Placuit. §. Præſcriptionum. Bona vero fides non ad tractum medii temporis, ſed ad initium poſſeſſionis refertur. Sufficit enim in initio cuique bona fide poſſidere cœpiſſe, etiamſi medio tempore ſcientiam rei alienæ habuerit. *In margine eſt:* al. CONSCIENTIAM.

[γ] *Hæc etiam in eodem libro ejuſdem Gratiani verba ſunt* 22. *q.* 4. *cap. ult.* §. Unde datur. Aliquando namque juramento deeſt juſtitia, veluti cum quiſpiam poſt votum caſtitatis ducit uxorem, juramento firmans numquam ſe ab ea diſceſſurum: quod quamvis illicitum ſit, quia juſtitia ſibi probatur deeſſe: tamen auctoritate Auguſtini ſervari præcipitur. *Et poſtea*: Eſt etiam id, quod juratur, aliquando vitioſum, non natura ſui, ſed ex cauſis extra venientibus: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis jurat alicui ſe habiturum eam in conjugem. Conjugem namque habere, in ſe ipſo malum non eſt: tamen huic ex voto pernicioſum eſt. Hoc autem juramentum etiamſi illicitum ſit, non tamen ſervari prohibetur: ſed de violatione voti pœnitentia ſibi jubetur indici. *Et verſ.* EX MODO. Veluti dum aliquis a parentibus coactus, ut clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat, ſe neutrum facturum juramento firmaverit. Hoc quamvis aliquibus videatur reprehenſibile; quia opus charitatis juramento ſe non facturum promiſit; nulla tamen auctoritate ſervari prohibetur &c.

(δ) *Illa quoque Gratiani verba ſunt in eodem libro* 22. *q.* 5. *in princ.* Quod autem quinto loco quæritur, ſi licitum eſſet, quod Archidiaconus juraverat, an Epiſcopus eſſet reus perjurii, qui ad pejerandum Archidiaconum cogebat; facile poteſt diſcerni. Si enim conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt; multo magis ille, qui cogit, reus admiſſi criminis probatur.

DIALOGUS DECIMUSOCTAVUS.

De eadem re.

a *De conſ. d. 4. c. 24.* A quodam.

C. QUid illud eſt, quod apud Gratianum legitur *a* ex Nicolai reſponſo ad conſulta Bulgarorum: *A quodam Judæo neſcitis, utrum Chriſtiano, an Pagano, multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis?* quo pacto is, qui Judæus erat, potuit Paganus eſſe? aut de eo, quem certum erat, Judæum eſſe, dubitabatur, num Chriſtianus eſſet, an Paganus? A. Conſuluiſti fontes ejus capitis? nuper enim prodierunt illa Nicolai reſponſa. C. Conſului. Caput eſt CIV. non tertium, ut Demochares edidit. Varietas verborum nulla eſt, neque etiam apud Ivonem Carnotenſem *b*. A. In libro *c* Cæſarauguſtano inveni: *A quodam viro*, pro, *A quodam Judæo*, ſcriptum; quod mihi vehementer placuit. Sunt qui putent illum Judæum natione fuiſſe, non religione. C. Id mihi non fit veriſimile (*x*). Sed cur magis credendum eſt huic libro, quam fontibus ipſis? A. Quia non ſunt ipſi fontes, ſed fontium imagines. Idem de veteribus libris dicendum eſt; in quo plerique falluntur. Dum enim putant ſatis eſſe, ſi quid in veteri libro A invenerint, referre; etiam ea, quæ recte edita ſunt, mutare audent. Sed multo tutius eſt, probare prius omnia, & cum priori, & poſteriori ſententia conferre. Et quia de falſis inſcriptionibus aliis diebus actum eſt; vide, quid in hoc eodem libro Cæſarauguſtano *d* & in alio veteri legi Syricio Papæ adſcriptum: *Vino ægrotum baptizari poſſe* B, *modo in nomine Trinitatis baptizetur.* C. Hoc Eccleſia catholica non recepit. B. Neque Syricius hoc unquam dixit, ſed vanus aliquis ſemipaganus. Quid? illud, quod apud Ivonem *e* inveni ex Auguſtini libris *f* acceptum, *Concilium Sardicenſe* concilium *Arianorum* C fuit? A. Ego id non apud Ivonem ſolum, ſed etiam in aliis libris legi *g*; & aut Auguſtinum falſo deceptum fuiſſe putavi, aut ea verba non eſſe Auguſtini. Et in Africa fuiſſe id concilium non rejectum apparet ex *concilio Carthaginenſi* 1. *cap.* 5. *h* in quo ſanctiſſimum concilium appellatur. Licet

b *Ivo lib. 1. tit. 2. c. 22. panorm. & p. 1. c. 148. decr.*
c *Cæſ. lib. 22. c. 62.*
d *Cæſ. lib. 12. c. 9.*
e *Ivo p. 4. c. 80. decr.*
f *Auguſt. contra Creſconium lib. 3. & 4.*
g *Cæſ. lib. 1. c. 47.*
h *Diſt. 71. c. 7.* Provatus. *al.* Primatus.

(*x*) *De conſecrat. diſtinct. 4. cap. 24. in Romano libro inſcriptio eſt*: Item Nicolaus ad conſulta Bulgaror. cap. 104. A quodam Judæo neſcitis, utrum Chriſtiano, an Pagano &c. *In margine hæc ſunt*: Sent. 4. diſt. 3. Alger. l. 3. cap. 6. Ivo p. 5. c. 148. Pann. l. 1. c. 29. *Et in notis*: JUDÆO: Apud Algerum eſt, UT AUDIO. Verum in originali poſt hoc caput ſequuntur verba hæc: „ Sed „ primum, utrum Chriſtianus, an Paganus „ ipſe Judæus extiterit, vel ſi poſtmodum factus fuerit Chriſtianus, inveſtigandum eſt “. (ipſe vir, *pro* ipſe Jud. *ſcribo*).

A Notat imperitorum hominum ſtultitiam, qui ſtolidè abutuntur auctoritate veterum codicum pravam lectionem manuſcripti codicis præferentes bonæ lectioni librorum editorum, nullam aliam ob cauſam quam ut emendaſſe videantur antiquas bonorum auctorum editiones. Et tamen certum eſt, ut ex Rigaltio jam alibi obſervavimus, etiam veterum codicum auctoritate falſiſſimas lectiones aſſeri. Magno uſui ſunt veteres libri ad emendandos auctores antiquos: nemo negat. Sed tamen multo judicio heic opus eſt, multo ſale, multa diligentia, & plurimo illarum rerum uſu. B.

B Certum eſt caput iſtud non eſſe Siricii, ut recte obſervat Antonius Auguſtinus. Neque tamen protinus verum eſt id ſcriptum fuiſſe a vano aliquo ſemipagano. Eſt enim ex reſponſo undecimo Stephani ſecundi Papæ, ubi ſic legitur: *Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adſcribatur culpa. Infantes ſic permaneant in ipſo baptiſmo. Nam ſi aqua aderat præſens, ille Presbyter excommunicetur & pœnitentiæ ſubmittatur, quia contra canones ſententiam agere præſumpſit.* In antiqua collectione canonum Andegavenſi caput illud ita ſcriptum eſt: IN EPISTOLA SANCTI SIRICI PAPÆ, HERA XIV. *Presbyter qui in vino baptizat proxima neceſſitate, ut æger non periclitetur, pro tale re nulla ei culpa aſcribatur. Si vero aqua aderat, & neceſſitas talis non urgebat, hic communione privetur, & pœnitentiæ ſubmittatur. Infans vero ille, ſi in ſancta Trinitate baptizatus eſt, in eo baptiſmo permaneat.* B. [32].

Ibid. Vide ſis de hac controverſia Doctiſſ. Voſſium *de Baptiſm. diſſ. 1. theſ. 5. pag. 30.* ubi diverſorum ſententias hac de re refert. M.

C Hoc dixit Auguſtinus loco ab Ant. Auguſtino citato *lib. nimirum 3. contr. Creſc. cap. 34. & Epiſt. 163.* Ubi objicientibus Arrianis Concilium Sardicenſe, regerit, illud ex Arrianis tantum fuiſſe collectum. Cujus rei rationem ipſa Concilii hiſtoria nobis ſatis pandet & Auguſtinum abſolvet. Refert Socrates *lib. 2. cap. 14. & ſeqq.* Paulum & Athanaſium ejectos in Occidentem ad Conſtantem Imperatorem abiiſſe, ejuſque auxilium, ut reſtituerentur, imploraſſe. Qui literis id quoque binis a fratre cum fruſtra poſtulaſſet, concilium utriuſque Imperatoris auctoritate convocari flagitat. Ex Occidente veniunt CCC. ex Oriente LXXVI. Epiſcopi Arriani petunt, ut Athanaſius ejuſque defenſores removeantur, quod cum non impetrarent, Arriani Philippopolim Thraciæ oppidum concedunt; cumque audiviſſent Patres Sardicenſes Nicænam fidem ſtabiliviſſe & Athanaſii accuſatores dignitate exuiſſe; illi contraria ſtatuunt, & iſtud Concilium Philippopoli celebratum pro Sardicenſi protrudunt, hocque puto Auguſtinum pro Arriano Concilio exſibilare, ut quoque cenſet Doctiſſ. Joh. Lydius *in caſtigationibus ſuis ad Prateoli narrationem de Conciliis pag. 27.* Item Cabaſſutius *in notitia Concilior. pag. 150.* M.

[32] Advertendum erat a Clariſſimo Baluzio, depravatos fuiſſe textus illos cujuſcumque ſint Pontificis, ut notant Auctor de re Sacramentaria Lib. 2. Quæſt. 1. Cap. 1. Natalis Alexander Hiſt. Eccleſ. Sæculi 8. Cap. 1. Artic. 6. Nunquam enim probare potuit, aut probavit Eccleſia Baptiſmum in vino collatum. W.

cet sextæ synodi Patres, in quibus ipse Aurelius Augustinus fuit, non agnoverint duos esse ejusdem concilii canones A, qui a Legatis Romanis concilii Nicæni esse dicebantur. Mitto, quod in Corpore canonum B, & in omnibus Græcis & Latinis collectionibus conciliorum habeantur, & in Leonis
a *Dist.* 20. c. 1. IV. *a epistula* inter eos numerentur, per quos judicant, & judicantur Episcopi (x). Sed quo progredimur? redeamus ad Antoni-
b 24. q. 1. *in princ.* & c. 4. Audivimus. §. 1. ni notas *b*. B. Non multa reliqua sunt. Quorum primum est de differentia ejus, qui veterem hæresim defendit; & ejus, qui novam suscitat: illum excommunicatum esse & suspensum ab executione ordinis, & jurisdictionis, & sic neminem posse excommunicare: de alio Gratianus dubitat, quia toleratur, & non rejicitur, ut excommunicatus, & sic valent ab eo gesta. Joannes & Antoninus omnes esse excommunicatos affirmant, & neminem posse excommunicare, licet alia gerat, dum toleratur. A. Non id aperte Gratianus dicit, quod isti notant. Servandæ autem sunt Lucii tertii, & Innocentii tertii constitutiones (β). B. Quædam postea notat B. Antoninus *c* sed oblitus est locum certum indicare, in quo ea Gratianus scripserit; sunt autem ea, c c. Ad abolendam. & c. Excommunicamus. *de hær.*
quæ refert, distinct. L. non in eadem illa *caussa XXIV.* in qua superiora continebantur. Quæritur de lapsis post baptisma in aliquod crimen, & pœnitentibus, an possint ad ordines sacros & dignitates, vel parochias promoveri, aut jam promoti permanere post crimina in eisdem, & ad alia promoveri queant. Refertur Gratiani distinctio *d*: ut si vere eos pœniteat, utrumque possint: si ficte, neutrum possint. d *Dist.* 50. c. 24. Sacerdos. §. Quomodo.
Objicit hic noster exceptionem de his criminibus quæ inducunt irregularitatem. Neque enim pœnitere satis est, sed superioris dispensatio est necessaria. Alia distinctio *e* Gratiani est, si crimina sunt occulta, tunc possint promoveri; si manifesta, non possint. Sed eodem e c. 32. Presbyteror *in fin. e. cau.*
modo addatur exceptio irregularitatis, & ex qualitate criminum cognosci poterit, an requiratur dispensatio, & an dispensare debeat Episcopus, vel Pontifex Romanus. A. Hoc

M 2 ipsum

(x) *Distinct. 71. c. 6. in eodem libro inscriptio est*: Item ex concilio Carthagin. 1. c. 5. Primatus Episcopus Vegeselitanus dixit &c. *In margine est*: Burch. l. 2. c. 43. Ivo p. 6. c. 144. Ans. l. 6. c. 124. PRIMATUS: al. PRIVATUS. (*scribo*, Privatus).

[β] *Gratiani verba sunt in eodem libro 24. q. 1. in princ.* Quod autem ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hæreticus aut jam damnatam hæresim sequitur, aut novam confingit. Qui vero hæresim jam damnatam sequitur, ejus se participem facit &c. *Et cap.* 4. Audivimus. §. 1: Sin autem ex corde suo novam hæresim confinxerit; ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit: quia nec potest dejicere quemquam jam prostratus &c. *In notis est*: SIN AUTEM: Non defuerunt, qui crederent hæc quoque esse Alexandri. Sed apud Ivonem, & in Pannormia non habentur: & in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, quæ solet apponi verbis Gratiani. Et est secundum membrum divisionis in ipso quæstionis principio a Gratiano propositæ: omninoque & stylus, & quæ dicuntur, ad id confirmandum concurrunt.

A Recte, quia dolose a Legatis Romanis pro Nicænis obtrudebantur, quasi ejus Concilii auctoritate appellationes ad Romanum probatæ essent. Factum hoc fraude Zosimi Papæ. Vide hac de re, quæ dixi *in Histor. juris Ecclesiast. num.* 58. & potissimum 67. & seqq. M. (33).

B In Corpus Canonum Ecclesiæ Universæ seu Catholicæ nunquam recepti fuerunt Canones Sardicenses. Dionysius Exiguus suæ versioni Codicis Canonum Ecclesiæ Universæ eos inseruit, ut ipse testatur in præfatione ad Stephanum Episcopum, quam repræsentavi *in Histor. juris Eccles. num.* 73. *pag.* 47. Fuerunt tamen in antiqua versione, qua usa est ante Dionysium Exiguum Latina Ecclesia, ut patet ex editione hujus interpretationis in Bibliotheca Juris Canonici veteris Justelli. Martinus Bracharensis in suam versionem eos non retulit. In Oriente recepti non fuerunt propter appellationes transmarinas, quibus se opposuerunt Patres Orientis. Ex quibus patet, hanc Antonii Augustini assertionem, tantum de Codice vel Corpore Canonum Ecclesiæ Romanæ, & Codice Ecclesiæ Orientalis accipiendam esse, & generalem ejus assertionem veritati non esse consonam. M. [34].

(33) Diu ante Zosimi ætatem in Codice Ecclesiæ Romanæ Sardicenses Canones sub nomine Nicænorum Canonum insertos, atque pro Nicænis habitos fuisse a Romanis Pontificibus luculenter ostendunt Epistolæ S. Innocentii I. Zosimi prædecessoris ad Theophilum Alexandrinum, atque ad Clerum Constantinopolitanam datæ, in quibus esto summus Præsul nonnisi Nicænos Canones ab Ecclesia Romana observari eosve solos contestari profiteatur: Nihilominus ex pluribus ejus Epistolis evidenter constat Innocentium Sardicensium Canonum auctoritate usum fuisse, præsertim in Epistola ad Victricium apud Labbè Tom. 3. Concil. column. 9.

Conjicit autem Cardinalis Baronius ad Annum Christi 347. Numero 108. ideo Sardicenses Canones, sub Nicænorum nomine in codice Romanæ Ecclesiæ fuisse insertos, quia Sardicensis Concilii fama admodum fuerat ab Arianis deturpata. Vel quia, ut Binius opinatur appud Labbè Tom. 2. Concil. col. 718. Sardicensis Synodus cum generalis fuerit, & Œcumenica, ejusdem propterea auctoritatis, ac Synodus Nicæna, cumque Concilium Sardicense velati appendix Nicænæ Synodi habitum fuerit; unico nomine utriusque Canones ante Zosimum circumferebantur. W.

(34) Sardicenses Canones ab iis rejiciebantur Orientalibus Episcopis, qui ad Eusebii partes stabant; Ceterum ad universas Mundi Provincias transmissos fuisse, atque receptos, patet ex Epistola Synodica ejusdem Concilii ad omnes Episcopos; & tandem in Codice Græcorum etiam insertos fuisse demonstrat Canon Secundus Synodi Quini-Sextæ. W.

ipsum Gratianus fateretur (x). B. Capitale crimen extremo loco positum est adversus Gratianum de *pœnitentiis distinct.* I. & ejus fratrem, ut vulgus putat, Petrum Lombardum A, quem Magistrum sententiarum appellant. Ambo enim fratres quæstionem proponunt, an sit necessaria oris confessio, quam sacramentalem vocant, ad remissionem peccatorum: vel sola contritio cordis, & secreta satisfactio sufficiat, etiam si copia vel facultas adsit presbyteri. Neuter solvit quæstionem: immo Gratianus *a* multis in utramque partem relatis ait: *Cui autem horum potius adhærendum sit, lectoris judicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes & religiosos viros.* Mox addit *Theodori Cantuariensis* verba: *Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci: quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota fere sancta Ecclesia*, & quæ sequuntur. A. *Cabilonensis concilii II.* sub Carolo verba sunt *capit. XXXIII.* Referunt etiam Capitularia *b* & Burchardus *c*, & Ivo *d*. Sed hi duo ut Gratianus; Capitularia, & concilia carent illis verbis, ut Græci: item illis; *ut tota fere sancta Ecclesia.* Et Gratianus quæstionem aliis verbis proponit. Neque enim is illa addit, *cum facultas adest presbyteri.* Et cum hæc quæstio ante Innocentii tertii *e* in concilio generali *capit. XXI.* constitutionem proposita fuerit a B. Thoma, & Antonino; uterque frater crimine liberatur. Non quod sacramentum pœnitentiæ a non sit a Christo institutum, cujus partes sunt contritio, confessio, & satisfactio, ut in concilio Tridentino aperte definitum est: sed quo tempore confitendum esset sacerdotibus, hoc tum primum declaratum est. B. Vis dicam, quod sentio? A. Quid est, cur opus sit, veniam petere? B. Tota hæc distinctio *plus nocet nobis, quam prodest.* Male autem inserta sunt hæc, ut *quæstio tertia causæ XXXIII.* & postea aliæ quæstiones, & causæ additæ. Præstitisset de pœnitentiis post omnes causas ante tractatum de consecratione conscribere. A. Sunt, qui putent hos duos tractatus c non esse Gratiani, quamvis Gratianus ipse aliquot locis in caussis eorum faciat mentionem; & in quibusdam libris non esse distinctos capitibus separatis; numeris autem capitum certum est nullum Gratiani volumen fuisse distinctum ante Contianam editionem. C. Cur tu eos numeros non sequeris, sed aliam rationem? A. Ego distingui præmissæ auctoritates. Quorum enim crimina manifesta sunt, ante vel post ordinationem a sacris ordinibus deiiciendi sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta, secundum sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt. *In margine est*: Raban. pœnit. c. 1.

a *De pœn. d.* I. *c.* 88. Quamvis. §. Quibus, & §. ult.

b *Cap. lib.* 7. *c.* 58. *in addit.*

c *Burch. lib.* 19. *c.* 145.

d *Ivo p.* 15. *c.* 155. *decr.*

e *De pœn. & remiss. c.* Omnis.

[x] *Hæc etiam sunt in eodem libro Gratiani verba, distinct.* 50. *c.* 24. Sacerdos. §. 1. Sunt quidam, quos non odium criminis, sed timor utilitatis, & amissio proprii gradus, & ambitio celsioris ad pœnitentiam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter (al. irreparabiliter) deficiunt &c. *Et cap.* 32. Presbyteros. *in fine. ead. dist.* Possunt & aliter di-

A An fuerit frater Gratiani, vide *in Historia nostra juris Ecclesiastici. num.* 296. & adde testimonium Antonini Florentini *part.* 3. *tit.* 15. *c.* 6. *fœcul.* M.

B Tyrannis illa in Ecclesiam invecta est sæculi XIII. anno 15. Innocentii Tertii Papæ lege aut decreto, qua de re videri potest accuratissima tractatio Joh. Dallæi *de Auriculari confessione.* Nunquam a Christo aut Apostolis instituta est. M. (35).

c Egi hac de re *in Historia juris Ecclesiastici. num.* 321. *& seqq.* ubi utrumque Gratiano adserui. M.

(35) Quidnam adversus Sanctam Ecclesiam, ejusque dogmata ab Apostolis accepta omni ævo, omnique ætate ubique, & ab omnibus Christi fidelibus tam firmiter custodita somniat, calumniatur, summaque impudentia mentitur Mastrichtius? Innocentius III. auricularis confessionis inventor? Oh mirandam, non dixerim, sed commiserandam potius Reformatorum vesaniam! Faxit luminum Pater, ut excussa ab eorum mentibus errorum, quibus obnubilantur, caligine, videant nobiscum, & intelligant auricularem confessionem in Dei Ecclesia ab eo extitisse tempore, quo Apostolis dictum fuit Joannis 20. ℣. 23. = Quorum remiseritis peccata remittuntur, & quorum retinueritis retenta sunt = Per quæ siquidem verba facultatem Apostolis, eorumque Successoribus absolvendi, vel retinendi fidelium peccata a Christo factam fuisse universa semper agnovit Ecclesia. Audiamus quæso S. Cyprianum in Sermone 5. de Lapsis post medium ita scribentem = Quanto & fide majores, & timore meliores sunt, qui quamvis nullo Sacrificii, aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc, vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confitentur, exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet, & modicis vulneribus exquirunt = Clariora ne esse possunt S. Martyris verba, ad ostendendum sua ætate peccata non solum publica, sed etiam quæ sola mente concepta erant debuisse accusari Sacerdotibus, & ab iisdem medelam requiri? Omittimus interim alios Ecclesiæ Patres, ex professo de Confessione loquentes, & antiquissimos Rituales Libros tam Græcorum, quam Latinorum, in quibus modus faciendæ confessionis describitur, eo quod isti omnes apud Natalem Alexandrum Dissert. 14. in Histor. Eccles. Sæc. 13. & 14. in qua Joannis Dallæi quisquilias ex professo refutat, Apud Auctorem de re Sacramentaria Lib. 6. Quæst. 5. Cap. I. apud Juveninum Dissert. 6. de Sacramentis Quæst. 5. aliosque Dogmaticos videri possunt: id unum adjungemus solummodo, quod Paulinus Diaconus quarti Sæculi Auctor de S. Ambrosio tradit in ejus vita: *Erat gaudens*, ait, *cum gaudentibus, flens cum flentibus: siquidem quotiescumque illi aliquis ad percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset; ita flebat, ut & illum flere compelleret ...... causas autem criminum, quæ illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur.* Erat utique, quæ hic describitur auricularis, & secreta confessio. Videant ergo Calvinistæ, an hæc fuerit ab Innocentio tertio adinventa. W.

numeros addidi ante eam editionem; neque divinare potui, quid in ea scripturus esset Contius. Varietatis caussa est, quod ille caput secundum appellat, quod ego primum esse puto. Principium enim quæstionis primum caput appellare nolui, quotiens verbis Gratiani constat. Est etiam alia varietatis caussa in capitibus Paleæ nomine adscriptis, quæ ab eo nonnunquam omittuntur, aliquando numerum augent. Sed quid Romani selecti viri de hac prima distinctione statuunt? B. Hæc verba in scheda inveni: *Tractatus hic de pœnitentia non videtur esse Gratiani, sed alicujus paulo antiquioris, & totus huc videtur translatus, deestque in exemplaribus antiquis.* A. Non esse antiquioris Gratiano apparet, quia multa ex Digestis adfert, & ex aliis libris juris civilis, quæ omnia sunt Gratiani tempore quasi postliminio restituta. B. Nimius est in his referendis, & valde ineptus: sed alia verba referam selectorum virorum. Verbis Gratiani in extrema hac distinctione: *Cui autem harum &c.* hæc adscribi jusserunt: *Errat in hoc Gratianus: & non est dubitandum, quin peccata mortalia, quantuncumque occulta, sacerdoti secreto sint confitenda: & nullus defendit alteram opinionem, quam quisque voluerit.* Item verbis Theodori, vel potius concilii Cabilonensis alia addunt: a. Cum enim ita scriptum sit: *Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod est justorum, purgat peccata. Ea vero, quæ sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata.* Adjiciunt Romani: *Non docet, sed efficit veram purgationem: & sacerdos tanquam Dei minister vere purgat a peccatis: & glossa in verbo* docet *errat, dum ait: Hoc est signum sacerdoti, quod peccata dimittuntur confitenti per contritionem, nam vere dimittuntur per absolutionem sacerdotis: & falsum est quod ipsa absolutio sit signum remissionis, cum sit caussa efficiens remissionis.* Illud etiam mutant, quod in eodem capite dicitur: *Deus namque salutis & sanctitatis auctor*; *sanitatis auctor* scribendum censet; *& postea, hanc suæ potentiæ medicinam*, non *suæ pœnitentiæ*: utrumque ex conciliis, nisi quod illic vox *medicinam* omittitur, quæ neque in Capitularibus est, neque apud Burchardum & Ivonem [α]. A. Suntne alia in ca-

a c. ult. de pœnit. dist. 1.

[a] *Initio tractatus de pœnitentia in Gregoriana editione scriptum est*: Quæstio tertia (*causæ XXXIII.*) *Et in margine est*: TRACTATUS de pœnitentia. *Et mox Gratiani verba sunt*: His breviter decursis, in quibus extra negotii finem aliquantulum evagati sumus, ad propositæ caussæ tertiam quæstionem pertractandam (qua quæritur, Utrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione, absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere) redeamus &c. *Ad vocem* Utrum, *est in margine additum*: DISTINCT. I. *Et in notis*: Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit. Quam perlongam tractationem, qui eum secuti sunt, in septem distinctiones diviserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio: in aliquibus vero in margine tantum est: Distinctio prima, secunda, &c. UTRUM SOLA: Hæc conjungenda sunt cum superioribus quemadmodum in pervetustis sunt conjuncta: ab illis enim pendent. *Ante caput extremum ejusdem dist. 1. hac Gratiani verba sunt*: Quibus auctoritatibus vel quibus rationum firmamentis utraque sententia satisfactionis, & confessionis innitatur, in medium breviter exposuimus. Cui autem harum potius adhærendum sit, lectoris judicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes, & religiosos viros. Unde Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus ait in pœnitentiali suo: „ Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, „ ut Græci. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota fere sancta „ ecclesia &c. " *In notis hæc sunt*: LECTORIS JUDICIO: Certissimum est, & pro certissimo habendum, peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem, eo modo, eo tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino post alia concilia est constitutum. *Extremo capiti hæc adduntur in notis*: Burchardus etiam, & Ivo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In Capitularibus adjectis cap. 58. hæc leguntur: „ Quidam Deo solummodo confiteri debere „ dicunt peccata: quidam vero sacerdotibus „ confitenda esse percensent. Quod utrumque „ non sine magno fructu intra sanctam fit „ ecclesiam &c. " In concilio Cabilonens. 2. c. 33. eadem fere habentur, addita ad initium voce QUIA, & nonnullis aliis in extrema clausula, quæ notabuntur. UT GRECI: Hæc verba, itemque illa, UT TOTA FERE SANCTA ECCLESIA, & illa, ET HOC PERFECTORUM EST, & illa, QUOD EST JUSTORUM, absunt quemadmodum a Capitulari, ita etiam a concilio. *In margine hæc sunt*: In Capitul. adjectis c. 58. In Cabilon. conc. 2. c. 33. Burch. l. 19. c. 145. Ivo p. 15. cap. 155. *Ad illa verba*, Sed tamen Apostoli &c. *additur in margine*: Et secundum Apostoli institutionem confiteamur. Jac. 5. *Et in notis*: In Capitulari, & concilio pendet adhuc oratio, & priori illi membro, UT ET DEO, &c. redditur nunc alterum membrum his verbis, ET SECUNDUM APOSTOLI INSTITUTIONEM &c. *In scholio* DOCET: Id est, hoc est signum sacerdoti, quod peccata dimittantur confitenti per contritionem. *Additur in margine*: Immo docet ordinarium purgandi modum esse per sacerdotis absolutionem. Deus enim, ut continuo subjungitur, sanitatem largitur plerumque medicorum operatione. Operatione, inquit, non osten-

a *De pœn. d. 1. c. 6. Si quis.*

b *c. 32. Facilius. §. Hoc idem. e. d.*

eadem diſtinctione a animadverſa? B. *Capite ſexto*, cujus initium: *Si quis non dicam*, adduntur *Valde aliena ſunt hæ leges a diſputatione de pœnitentia, & capite XXXII.* b extremo: *Gratianus, vel quicunque eſt auctor hujus tractatus oſtendit ſe non recte ſentire de confeſſione ſacramentali; Cum tamen hoc ſit certum, quod dum adeſt facultas ſacerdotis, quodvis peccatum mortale debemus ei ſecreto confiteri. Et quia Gratianus ſæpe repetit hujuſmodi errorem, fiat hoc loco notatio.* A. Si vox *debemus* conſilium ſignificat, nihil Gratianum lædit hoc conſilium: ſi præceptum, non ſemper verum eſſe alii dicent: ſed certis caſibus, puta mortis, vel periculi, vel ante Euchariſtiæ ſumptionem: alio tempore ſervanda eſt conſtitutio Innocentii tertii, & ei, qui eam obſervaverit, ſatis eſt, ſi propoſitum habeat confitendi tempore debito, cum contritione præſenti, ut docet Antoninus tuus poſt B. Thomam [x]. B. Notantur etiam alia Gratiani verba *capite LXXXVI.* c *Unde evidentiſſime datur intelligi, quod ſine confeſſione oris peccata poſſunt deleri. Falſum eſt*, inquiunt, *hoc inde probari.* Et poſtea: *Latentia vero peccata* a *non probantur ſacerdoti neceſſarii eſſe confitenda, & ejus arbitrio expianda. Non recte*, inquiunt, *loquitur: & capi XXX.* Luce clarius conſtat &c. (β) *Capite XIX.* d cujus initium, *Aut facta.* mendum in illis verbis eſt: *Tempus diſcernit emanſorem a furtivo*: ſcribendum enim eſt *fugitivo* ex Pandectis (γ). Sed melius eſt ordine librorum Gratiani de ejus erroribus agere. A. Id in alium diem differamus. Hoc tantum admoneo, ſuperioribus Antonini locis exſtare Philini e triginta fere notata loca, quibus Gratianus ab gloſſis, ut vocat, reprehenditur (δ).

c *c. 86. Quis aliquando. §. E contra auctorita. d. §. Latentia. & c. 30. Si cui. in fine e. diſt.*

d *c. 19. Aut facta. e. d.*

e *Philin. in c. Ex parte. 2. verſ. Leges inſertæ. num. 43. prope fin. de reſcr.*

DIA-

ſtenſione. *Ad vocem* ſanctitatis. *additur in margine.* al. ſanitatis. *In eodem extremo capite eſt*: Plerunque hanc præbet ſuæ pœnitentiæ medicinam inviſibili adminiſtratione, plerunque medicorum operatione. *In notis eſt*: SUÆ PŒNITENTIÆ MEDICINAM: In concilio, atque apud Burchardum, & Ivonem legitur SUÆ POTENTIÆ. A Capitulari autem (prout ex ipſius lectione animadverti poteſt) totum iſtud primum abeſt periodi membrum.

(x) *Capite ſexto* Si quis non dicam. *ejuſdem diſt.* 1. *in eodem libro non ſunt verba en ſcheda ſelectorum virorum relata. Nihil etiam additum eſt cap.* 32. Facilius. *in fine.*

(β) *Quod dicitur apud Gratianum cap.* 87. *Romanis ead. diſtinct.* 1. *cujus initium* Quis aliquando. §. Et contra auctoritas. *his verbis notatur*: Unde evidentiſſime datur intelligi, quod ſine confeſſione oris peccata poſſunt deleri. *In notis eſt*: UNDE EVIDENTISSIME: Loquitur ex perſona adverſam partem ſuſtinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus non hoc colligitur. Qui enim ſacerdoti tanquam Deo confitetur, is minime dicitur ſe apud alios accuſare, ſed potius neſcientibus aliis ſe ipſum punire, &c. *Ad verſ.* Latentia vero peccata. *nihil additur. Nihil etiam additur cap.* 30. Si cui *verſ.* Luce clarius conſtat.

(γ) *Inſcriptio capitis* 19. Aut facta. *ead. diſt. in cod. libro hæc eſt*: Unde in digeſtis tit. de pœnis. *In margine eſt*: Ibid. lect. 16. [*hoc eſt, lib.* 48. *Digeſt. tit.* 19.] *Ad illa verba*, Tempus diſcernit emanſorem a furtivo *additur in notis*: FURTIVO: In aliquot vetuſtis codicibus & originali eſt, FUGITIVO. ſed ob gloſſam non eſt emendatum. *Ad illa verba*, Eventus ſpectatur, ut a clementiſſimo. *additur*: CLEMENTISSIMO: Sic emendatum eſt ex pandectis Florentinis, cum antea legeretur, DEMENTISSIMO. Quod in Baſilicis lib. 60. tit. 52. l. 16. ſic explicatur: Vir clemens, nec ſeditioſus &c.

(δ) *Verba Philini ſunt*: Gratianum improbat.

Gloſſa in princ. diſt. 13.
Gl. 2. in princ. diſt. 18.
Gl. ult. in c. DE SYRACUSANÆ. (13.) diſtinct. 28.
Gl. in c. CENOMANENSEM. (13.) §. CUM ERGO. verſ. DE FORNICATIONE. diſt. 56.
5. Gl. in c. STATUIMUS. (8.) §. HIS OMNIB. diſt. 61.
Gl. in c. VALENTINIANUS. (3.) verſ. ELECTUS. diſt. 63.
Gl. un. in c. SCIRE. (8.) §. NECESSARIO. & c. ſeq. diſt. 76.
Gl. 2. in c. SICUT CHRISTUS. [75.] 1. q. 1.
10. Gl. ult. in c. CUM SCRIPTURA. [83.] 1. q. 1.
Gl. in c. QUOD QUIDAM. (97.) §. OPPONITUR. verſ. POTESTAS. & verſ. POTESTATEM. e. q. 1.
Gl. in c. ETSI ILLA. [23.] & gl. 2. in §. BREVITER. 1. q. 7.
Gl. 3. in c. EUPHEMIUM. [7.] §. HINC COLLIGITUR. verſ. INFAMEM. 2. q. 3.
Gl. in c. A JUDICIB. (33.) §. QUOD DE ARBITRIS. verſ. VALEBIT. 2. q. 6.
15. Gl. in c. EI QUI. (41.) §. NULLUS. verſ. IN NOTORIIS. 2. q. 2.
Gl. in c. SI TESTES. (3.) §. SOLI TESTES. verſ. INSTRUMENTIS. 4. q. 3.
Gl. in c. NULLUS. [2.] §. ALIQUANDO. verſ. PER OFFICIALES. 4. q. 4.
Gl. in c. TESTIMONIUM. [9.] §. NEC HONORE.

a Vide decreta Innocentii I. cap. 24. quæ citantur a Rhabano in epiſtola ad Heribaldum Epiſcopum Autiſſiodorenſem cap. 21. a Reginone lib. 2. cap. 139. & a Burchardo lib. 9. cap. 77. B.

DIALOGUS DECIMUSNONUS.

De erroribus quibusdam, & mendis Gratiani in distinctionibus.

B. QUotiens in manus meas Gratiani liber venit, venit autem infrequens, totiens me a legendo deterret initium: *Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet jure, & moribus. Jus naturale est, quod in lege, & evangelio continetur.* His addit multa ex Isidoro sumpta in etymologiis, quæ etiam huic divisioni repugnant, ut illud: *Fas lex divina est, jus lex humana. Omne autem jus legibus & moribus constat. Jus autem naturale est, aut civile, aut gentium. Jus naturale est commune omnium nationum.* Id melius jus gentium dixisset. Sic enim postea definit. *Jus gentium appellatur quia eo jure omnes fere gentes utuntur.* Quasi vero jus omnium nationum naturale sit; omnium vero gentium, jus gentium: quo nihil ineptius inveniri potest. At hic noster *jus naturale dixit quod in lege & in evangelio a continetur* (x). A. Non quidquid in Moysis lege & in Evangelio continetur, id jus naturale Gratianus appellat, sed vel de decalogo intelligi debet, vel de eo quod sequitur: *cum quisque jubetur facere alii, quod sibi vult fieri.* Sed age videamus, quid in prima distinctione Romani notant. B. Quod capite VII. *b* in juris naturalis exemplis positum est liberorum successio, & puerorum educatio, illi scribendum ex veteribus Isidori & Gratiani libris censent: *liberorum susceptio & educatio.* A. Id aptius est, ut post viri, & feminæ conjunctionem scribitur, & in jure civili ita esse existimo c: *hinc liberorum procreatio, hinc educatio* (ð). B. *Cap. XII.* dicitur: *Jus Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites.* Illi scribunt, *quo nulli tenentur, nisi Quirites*: ex veteribus libris. Et quod postea sequitur: *In quo agitur de legitimis hereditatibus, vel curationibus vel de contractibus*: ita mutant, ut Contius admonuit; delendum enim est hoc membrum *vel de contractibus & pro* curationibus *cretionibus est scribendum.* A. Hoc etiam confirmatur veteribus libris, & Isidorus ipse notat,

a Vide dist. 5. in princ. & dist. 6. in fine.

b c. 7. Jus naturale. dist. 1.

c c. ult. ead. dist.

RE. vers. JUREJURANDO. 11. q. 1.
Gl. in summa. 12. q. 1.
20. Gl. in c. PRÆCIPIMUS. [24.] §. CUM ERGO. vers. SED NOTANDUM. e. q. 1.
Gl. in c. pen. §. SI ERGO. vers. HOC MEUM. c. q. 1.
Gl. in c. NON SANE. (15.) vers. PATROCINIUM. 14. q. 5.
Gl. in c. SI QUIS. (29.) §. QUI AUTEM. vers. REPETUNDARUM. 17. q. 4.
Gl. in c. SI ILLIC. (29.) §. SED OBICITUR. vers. ACHAB. 23. q. 4.
25. Gl. 1. in c. SIC QUIPPE. (45.) §. EX HIS. 27. q. 2.
Gl. in c. SI QUIS. (24.) §. QUAMVIS. vers. ILLUD VERO. 32. q. 7.
Gl. in c. OMNIS. [37.] §. ALII E CONTRARIO. de pœn. d. 1.
Gl. in c. QUIS ALIQUANDO. [57.] §. E CONTRA. vers. CONFITEMINI. c. dist. 1.
Gl. in c. DE QUARTA. vers. QUADRAGENARIA. de præscr.

(x) *Hæc est initium Gratiani voluminis in editione Gregoriana*: Concordia discordantium canonum. Ac primum de jure divinæ, & humanæ constitutionis. Distinctio prima. Humanum genus duobus regitur &c. *ut in dialogo. In notis hæc sunt*: AC PRIMUM. Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur: „ De jure „ scripto, & non scripto, & quod cui præ„ponatus, & legum auctoribus, & duorum „ malorum electione, sive dispensatione ". Aut: „ Ac primum de jure constitutionis „ naturæ divinæ, & humanæ ". Aut: „ De „ jure naturæ, & humanæ constitutionis ", quam Dominicus de Geminiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut: „ De jure naturæ, & constitutionis ": quæ inscriptio maxime videtur convenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita revertitur, ut initio distinct. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. SI QUÆ CAUSÆ. hunc totum locum indicans scribit: „ Require in princi„pio, ubi differentia signatur inter jus natu„rale, & jus constitutionis ". Veruntamen in hac tanta varietate, quæ, ut aliæ conjecturæ mittantur, argumento esse potest, nullam hic a Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione ceteras indicare *Distinct. V. in principio hæc verba sunt*: Nunc ad differentiam naturalis juris, & ceterorum revertamur &c. Sed cum naturale jus in lege, & evangelio supra dicatur esse comprehensum &c. *In notis est*: NUNC AD DIFFERENTIAM: In vulgatis legebatur, NUNC AUTEM AD DOCTRINAM. Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist. 15. ubi hoc repetitur.

(ð) *Verba capitis 7. distinct. 1. cujus initium*, Jus naturale, *in eodem libro hæc sunt*: ut viri, & feminæ conjunctio, liberorum successio, & educatio &c. item depositæ rei, vel commendatæ pecuniæ restitutio &c. *In notis est*: SUCCESSIO: In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani legitur: LIBERORUM SUSCEPTIO, ET EDUCATIO; quæ lectio convenit cum L. 1. D. de just. & jur. vers. HINC DESCENDIT. *Ad vocem* commendatæ, *additur in margine*: al. commodatæ restitutio.

tat, quid cretio ſit, poſt Ulpianum in fragmentis libri ſingularis regularum (*x*). B. Initio *diſtinctionis V.* *a* in illis verbis: *Nunc autem ad doctrinam naturalis juris, & ceterorum revertamur, differentiam* pro *doctrinam* aptius ſcribunt. Multa vero in hac *V. & in VI. diſtinctione* dicuntur, quæ melius in alium locum Gratianus reſervaſſet. Quod his verbis Romani notant. Viſum fuit doctoribus ut diſtinctio hæc VI. quamvis ſuperioribus parum cohærere videatur, atque extra rem hóc loco poſita ſit a Gratiano, neque tollatur, neque in alium locum transferatur. Hoc idem placuit congregationi generali. Scopus enim eſt hoc opus corrigere, & ſupplere, quæ deſunt Gratiano, non decurtare. Mihi vero facilius omnia ſanare in animo eſt. C. Quo tandem pacto? B. *Una litura*, ut ille noſter ait. A. Jocaris tu quidem, ut ſoles. Sed quid *de VII. diſtinctione* *b* habes dicere? B. Permulta. Principio ſelecti viri notant, neque Solonem primum Athenienſibus, neque Trimegiſtum Ægyptiis leges tradidiſſe. De Solone aperta res eſt, cum Draco legiſlator eo fuerit antiquior. De Trimegiſto videndus Cicero lib. III. de legibus & Lactantius lib. I. cap. VI. Inſtitutionum. Item de nominibus Decemvirorum, qui XII. tabulas ſcripſerunt, quæ referre Gratiano minime fuit neceſſe: placuit illis patribus ut cum Faſtis Capitolinis conferrentur. Quod vero ſequitur *c*, Novæ autem leges a Conſtantino Cæſare cœperunt, & quæ poſtea de Codice Theodoſiano ſcribuntur, Iſidori, & Gratiani ignorantiam detegunt. Cum enim potuiſſent in libris Juſtiniani certiora de origine juris, & de tribus illis veteribus Conſtitutionum libris, & quarto Juſtinianeo, atque de Novellis tam ejuſdem Imperatoris, quam ſuperiorum referre: hæc ſola poſteris reliquerunt, quæ, ut Contius notat, in Alarici breviario continebantur. A. Quæ de Conſtantino dicuntur, accepta eſſe arbitror ex Theodoſii Novella Conſtitutione *d*. Iſidorum jus civile hoc a Juſtiniano editum ignoraſſe crediderim; a Gratiano video in hoc iſto libro multa referri ex Digeſtis, & Conſtitutionibus multorum Imperatorum. Et potuit ex Ivonis Panormia *e*, cujus mihi habuiſſe cognitionem videtur, hoc ipſum de Juſtiniano referre quod etiam ſcriptum ſcio in excerptionibus Ivonis *f*, & in libro Cæſarauguſtano *g* ex hiſtoria Pauli Diaconi, & Anaſtaſii bibliothecarii (β). De nunc de *diſtinct. IIX.* ſi quid eſt nota dignum. B. *Capite primo* *h* mendoſum eſt illud: *Vultis, ut reticeamus leges ut gaudeatis? recitemus* enim ſcribendum eſt ut eſt apud Auguſtinum, & Ivonem *i*, & Anſelmum *k* (γ). *Capite quarto* *l* pro illis verbis: *Plane quis dubitet, veritati manifeſtæ conſuetudinem cedere?* ſcribendum, *veritati manifeſtatæ debere conſuetudinem cedere?* Reſpondent enim verbis illis impugnantium Auguſtinum: *Veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati.* Quæ omnia non recte Ivo edidit in Panormia, in Excerptionibus vero recte *m*, item liber Cæſarauguſt. *n* (δ). Sequitur *caput V.* quod aliis VI. eſſe placuit, quod ca-

a Diſt. 72. in princ.
b Diſt. 7. c. 1.
c Ibid. c. 2.
d Nov. Theod. & Valent. 1.
e Ivo l. 2. tit. 12. c. 7. 8. & 9. pan.
f Ivo p. 4. c. 170. 171. & 172. decr.
g Cæſ. lib. 2. c. 31. & 32.
h Diſt. 8. c. 1.
i Ivo p. 3. c. 194. decr.
k Anſ. lib. 12. c. 57.
l c. 4. Veritate. diſt. 8.
m Ivo lib. 2. tit. 12. c. 29. panorm. & p. 4. c. 208. decret.
n Cæſ. lib. 1. c. 17.

(α) *Capitis extremi ejuſdem diſtinct.* t. *in eodem libro verba ſunt*: Jus Quiritum eſt proprie Romanorum, quod nulli tenent, niſi Quirites, id eſt Romani. In quo agitur de legitimis hereditatibus, de cretionibus, de tutelis &c. *In notis hæc ſunt*: CRETIONIBUS: Antea legebatur „ vel curationibus, vel de „ contractibus “. Emendatum eſt ex codicibus Iſidori tam impreſſis, quam manuſcriptis. Quid autem ſit cretio, declarat Ulpianus in ſuis titulis cap. 22. & ipſemet Iſidorus in eodem lib. 5. etymol. c. 24. *In margine eſt*: Alciatus 3. diſpunct. c. 7.

(β) *Nihil eorum, quæ dicuntur addita fuiſſe a ſelectis viris diſtinct. 6. in editione Romana invenitur. Fieri autem potuit, ut ea poſtea improbata ſint. Sic etiam diſt. 7. c. 1. & 2. nihil in notis aſcriptum eſt. Quædam tamen nomina Decemvirorum ſunt mutata. Non recte autem* Curatius *pro* Curiatius *ſcribitur. De voce* differentiam *pro* doctrinam *diximus in addit. t. in fine.*

[γ] *Diſtinct.* 8. *cap.* 1. *in eo libro inſcriptio eſt*: Unde Auguſtinus ait tract. 6. ad cap. 1. Joannis. Quo jure defendis villas Eccleſiæ? divino, an humano? &c. *In margine eſt*: Anſelm. l. 12. cap. 62. Ivo p. 3. cap. 194. Pann. l. 2. cap. 63. *In notis*: ECCLESIÆ: Hæc dictio non eſt apud B. Aug. Nam ibi agit contra Donatiſtas; qui legibus Imperatorum villas ſibi ademptas & Eccleſiæ catholicæ attributas eſſe quærebantur. Quare, cum Donatiſtæ dicerent „ villas noſtras tu„ lerunt: fundos noſtros tulerunt “ ut eos ipſe convincat, nullum jus in illis habuiſſe aut habere: quibuſdam præpoſitis addit iſta: „ Quo jure defendis villas? divino &c. “ Et infra 23. q. 5. cap. SI QUÆ CAUSÆ: ubi Gratianus citat initium hujus capitis, iſta dictio ECCLESIÆ non habetur. Eſt tamen apud Anſelm. Ivonem, & in Pannormia locis indicatis. TOLLE: Quoniam gloſſa obſtitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quæcumque addenda videbantur; placuit integrum apponere locum B. Auguſtini. Apud ipſum igitur poſt verbum HUMANO, antecedentis paragraphi, hæc ſequuntur: „ Vultis legamus „ leges Juriſperitorum &c. vultis recitemus „ leges, ut gaudeatis, quia vel unum hor„ tum habeatis &c. “

(δ) *Verba capitis quarti ejuſdem diſtinct.* 8. *in eodem libro hæc ſunt*: Item Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 6. Veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati: plane reſpondeo, quis dubitet veritati manifeſtatæ debere conſuetudinem cedere? In

caput primum est eorum, quæ Petrus Ciaconius ad te misit. Incidi enim nuper in eum indicem incertorum capitum Gratiani, quorum numerus est fere DCC. A. Rem mihi pergratam feceris, si de his quoque locutus fueris. B. Nihil plane eram dicturus, nisi cum illo indice, quid tu rescripsisses, invenissem. Illud igitur *a* caput *Gregorio Papæ ad Guillsmundum Aversanum Episcopum* inscribunt Ivo in Panormia *b*, & Gratianus; *Gregorio VII. ad Wimundum Aversanum Episcopum*, idem Ivo in Excerptionibus *c Augustino* Demochares, & alii non recte. Romani in veteribus libris Gratiani *Gregorio VII.* adscriptum referunt. Id igitur tantisper retineamus, quoad certiora inveniantur (α). A. *In IX. distinct.* scio esse quædam verba Augustini male accepta. B. Capitis quinti initium est: *Ego solis eis scripsorum, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre.* Ivo in Panormia ita scribit *d*. *Ego solis illis scripturarum libris, qui jam &c.* In Excerptionibus Gratiani scripturam confirmat: *eorum* pro *eis*, habet liber Cæsaraugustanus *e*, cetera, ut Gratianus. Romanis placet: *Ego solis eis scripturarum libris: aut eis scriptorum libris.* Et postea pro illis: *audeam credere*, malunt, *firmissime credam*:

a c. 5. Si consuetudinem. e. d. 8.
b Ivo lib. 2. tit. 12. c. 30. pan.
c Idem p. 4. c. 213. decret. Distinct. 9. c. 5. Ego.
d Ivo lib. 2. tit. 11. c. 23. panorm. & p. 4. c. 74. decr.
e Cæs. lib. 1. c. 8.

quod etiam habent Ivo, & liber Cæsaraugustanus. In extremo capite in illis verbis: *non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt; sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorret, persuadere potuerunt.* Romani mutant: *sed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabiles* &c. & *abhorreat*, pro *abhorret*; quod postremum in Panormia est: sed non *canonicos* illic est, sed hoc vel *per illos auctores & canonicas.* In Excerptionibus est Romanorum scriptura. In libro Cæsaraugustano: *sed quia mihi vel per alios auctores, & canonicas* &c. *abhorreat.* In libro B. Augustini est: *vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione* &c. (β) *Capite nono f* editum est, *primoque hoc genus litterarum ab auctoritate canonum distinguendum est.* Ex Augustino scribendum: *primo quia &c.* & *canonis*, pro *canonum*, sic enim divinas scripturas appellare solet, non canones. A. Sic etiam Ivo *g*, & Deusdedit *h*, & liber Tarracon. *i* ediderunt (γ). B. *Capite primo dist. XII. k duorum heroum*, scribendum censent, pro *duorum horum*, ex *Nicolai epist.* quæ exstat, ad Episcopos, qui apud Convicinium villam publicam secus civitatem Silvanectis in Concilio convenerunt:

f c. 9. Noli. d. 9.
g Ivo p. 4. c. 263. decr.
h Deusd. c. 2.
i Tarrac. lib. 1. c. 145.
k Dist. 12. c. 1.

In margine hæc sunt; Sub persona Libosi Vagensis. *Et*: Ivo parte 4. cap. 208. Pann. l. 1. cap. 165. infra eadem cap. Qui contempta. *Et vers.* Item. Nemo: *additur in margine*: Ibid. cap. 8. sub persona Felicis a Buslacenis.

[α] *Inscriptio capitis 5. ejusdem distinctionis est in eodem libro*: Item Gregorius Wimundo Aversano Episcopo. Si consuetudinem fortassis opponas &c. *Et in margine est*: al. Guitmundo. *Et*: Ivo p. 4. cap. 213. Pann. l. 2. cap. 166. *Et in notis* Gregorius: In aliquot manuscriptis, & apud Ivonem est; Gregorius VII. Et in hujus Pontificatu Guitmundus Aversanus Episcopus scripsit de corpore, & sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.

[β] *Hæc in eodem libro verba sunt cap. 5. distinct. 9.* Idem (*Augustinus*) ad Hieronymum epist. 19. Ego solis eis scriptorum, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere &c. *In margine est*: Ivo p. 4. cap. 74. Pannorm. l. 2. cap. 119. scripturarum lib. orig. & Pan. „ Eorum auctorem in scribendo aliquid er„ rasse firmissime credam ", orig. Ivo, & Pan. *Et in fine*: non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. *In notis est*: Mihi per alios: Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Aug. est: „ mihi vel per illos „ auctores canonicos, vel probabili ratione ", nec multo secus apud Ivonem. Alias vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.

(γ) *Ejusd. Augustini verba sunt in eodem libro a Gratiano relata c. 9.* Noli. e. *dist. 9. cujus inscriptio est*; Idem (*Augustinus*) ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas. Noli frater &c. colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, sive nostrorum sive Hilarii, sive (antequam pars Donati separaretur) ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrippini primo quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est. *In margine hæc sunt*: Deusdedit p. 2. Anselm. l. 4. c. 58. Ivo p. 4. c. 236. *Et in notis*: Sive antequam: Antea legebatur „ sive Cypriani, & Agrip„ pini, antequam pars Donati separaretur ". Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Ivonc. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati schisma in Ecclesiæ unitate decesserant: qua in re erravit auctor glossæ: *Ad extrema verba* Deus vobis revelavit *additur*: Ita etiam originale, & Ivo, & aliquot editiones novi testamenti. Sed idem B. Augustinus in Joannem tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere semper legit, revelavit: & explanat. *Græce est* ἀποκαλύψει. *In scholiis*: Donati: Donatus primo fuit catholicus: sed postea est in hæresim lapsus: cujus hæresi adhæserunt Cyprianus, & Agrippinus. *Hæc falsa sunt.*

a Anſelm. lib. 12. c. 34.
b Diſt. 10. c. 3. Certum.
c Anſ. lib. 4. c. 11.
d Ivo lib. 2. tit. 12. c. 12. pan. & p. 4. c. 176. decr.
e c. 9. de capitul. r. b. diſt. 10.
f Cæſ. lib. 1. c. 61.

& ex Anſelm. Lucenſi *a* (α). Incerta capita ſunt ſex Primum *Felici* adſcribit Gratianus *b* poſt Anſelmum *c*, quidam *Felici tertio* (β). Secundum *Leoni IV.* ad Lotharium Auguſtum, Ivo *d*, & Gratianus *e*, & liber Cæſaraguſtanus *f*, cujus verba mendoſa videntur: De capitulis, vel præceptis imperialibus veſtris, veſtrorumque etiam Pontificum prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis. A. Vox, *Pontificum*, aut vox *prædeceſſorum*, ſupervacanea eſt. Agitur enim de Capitulis ſive capitularibus Imperatorum ᴀ, quæ Lotharius poſtulabat a Pontifice Romano ſervari: quamobrem omiſſa voce *Pontificum*, recte diceretur *veſtrorumque prædeceſſorum*. Si vero vox *Pontificum*, retineatur; de Pontificibus, hoc eſt, Epiſcopis, intelligi oportet, qui Capitularia in ſynodis cum Imperatoribus fecerunt: vox *prædeceſſorum* omitti debet. B. Utraque vox eſt apud Ivonem, & in libro Cæſaraugustano. Sed varietas eſt in illis verbis, *veſtris veſtrorumque etiam*. Eſt enim in Panormia, *noſtris, noſtrorumque*: & in Excerptionibus *veſtris noſtrorumque etiam*: in Cæſaraug. *veſtris noſtrorum*; & Romanis placet; *veſtris noſtrorumque Pontificum prædeceſſorum*. Sed vidi manu Petri Ciaconis ſcriptum; *veſtris, veſtrorumque prædeceſſorum*. A. Id igitur teneamus, quoad fontes aperiantur (γ). C. Cur addit Contius: *Sedit hic Leo hujus nominis primus Lu-*

(α) *In eodem libro inſcriptio cap. 1. diſtinct. 10. hæc eſt*: Unde Nicolaus Papa ſcribit Epiſcopis in concilio apud Convicinum congregatis: Lege Imperatorum non in omnibus &c. *Et in margine eſt*: Ivo p. 4. c. 87. Pann. l. 2. c. 138. Anſ. l. 1. cap. 97. Polyc. l. 1. tit. 27. *Et in notis*: ʟᴇɢᴇ: Caput hoc ſumptum eſt ex epiſtola Nicolai, quæ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ; de quo dictum eſt ſupra diſt. 8. c. ᴍᴀʟᴀ. Titulus autem epiſtolæ hic eſt: „ Nicolaus ſervus ſervorum Dei, Reverendiſſimis, ac ſanctiſſimis confratribus noſtris „ Metropolitanis Epiſcopis, & ceteris diverſarum Provinciarum, ac Urbium Præſulibus, qui in Convicinum villam publicam, ſecus civitatem Silvanectis, conveniſtis “. Eadem epiſt. nuper impreſſa eſt in Appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum. ᴏʙᴠɪᴀʀᴇ: Apud Nicolaum ſequitur continenter: „ ad quod oſtendendum &c. “ Quæ autem apud Gratianum ſunt interjecta, non ſunt hoc loco in epiſtola, neque in Polycarpo, neque apud Anſelmum, ſed verba illa: „ Lex Imperatorum non eſt ſupra legem „ Dei; ſed ſubtus “, a Burchardo, & Ivone citantur ex decretis Pii Papæ c. 3. habentur autem in Capitularibus adjectis c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite §. Ecce quemadmodum. *Ad illa verba*: Item. Lex Imperatorum &c. *In margine hæc ſunt*: al. Idem. Et: *In cap. adiectis cap. 17.* Burchard. l. 15. c. 10. Ivo p. 16. c. 11. Pann. l. 2. c. 139. *Ad illa verba*: Ad quod oſtendendum duorum horum: *in margine additur*: heroum: orig.

(β) *Capitis tertii ejuſdem diſtinct. 10. in eodem libro inſcriptio eſt*: Item Felix Papa. Certum eſt hoc &c. *In margine hæc ſunt*: In Exemplari Veronenſi eſt: ꜰᴇʟɪx III. *Et*: Anſelm. l. 4. cap. 11. Polyc. l. 1. c. 18. [*forte tit.* 18.]

(γ) *Eadem diſtinct. 10. capitis 9. in eodem libro verba ſunt*: Item Leo IV. Lotha-

ᴀ Vide de iis *Hiſtoriam noſtram juris Eccleſ. num.* 192. *& ſeqq.* M. (36).

(36) A Carolo Magno Glorioſiſſimo Imperatore varias de rebus Eccleſiaſticis conditas fuiſſe leges, inter quas Francofordienſem Synodum ab eodem Carolo celebratam, memorabilem eſſe, cum per eam Imaginum cultus in Græcorum Concilio definitus fuerit condemnatus, in ſua Hiſtoria Juris Eccleſ. Num. 192. impavide Maſtrichtius adfirmat. Verum hujuſmodi Leges conſentiente Eccleſiaſtica poteſtate fuiſſe ſancitas in Nota (b) ad Caput 5. Lib. 1. Duareni *De Miniſt. Eccleſ. & Benef.* ſatis oſtenſum eſt. Circa Synodum Francofordienſem ſeve erat Maſtrichtio tantæ in rebus Eccleſiaſticis eruditionis viro animadvertere errore facti Francofordienſes Patres deceptos fuiſſe: ob pravam Græci idiomatis interpretationem exiſtimantes ab Epheſina II. Synodo latriæ cultus Sacris Imaginibus, quod ſit exhibendus fuiſſe definitum. De iſto errore facti evidentiſſimum exhibet teſtimonium Natalis Alexander Diſſertatione 6. in Hiſtoriam Sæculi 8. §. 8. ubi Dallæi conſputationes in Eccleſiam ejectas abſtergit, ex inſcriptione Capitis 17. Libri 3. Carolini, his verbis concepta: *Quod infauſte, & præcipitanter, ſive inſipienter Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus dixit: ſuſcipio, & amplector honorabiliter Sanctas, & Venerandas Imagines ſecundum ſervitium adorationis, quod conſubſtantiali, & vivificatrici Trinitati emitto*. En quod exiſtimaverant definitum in Synodo Nicæna II. Patres Francofordienſes, quam quidem definitionem improbarunt, & merito quidem. Quis tamen neſciat Conſtantini Epiſcopi ſententiam omnino diverſam fuiſſe? In Græca ſiquidem hoc modo legitur apud Labbè Tom. 8. Concil. Column. 876. = Κωνσταντῖνος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Κωνσταντίας τῆς Κύπρου εἶπεν. ἐν μηδενὶ ἐννοίᾳ παραλλάττοντα καὶ τὰ νῦν ἀναγνωσθέντα γράμματα τὰ ἐκ τῆς ἀνατολῆς πεμφθέντα πρὸς Ταράσιον τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ προσομολογηθέντος ὅρου τῆς πίστεως εὑρὼν κἀγὼ ὁ ἀνάξιος, τούτοις συντίθεμαι, καὶ ὁμόφρων γίνομαι, δεχόμενος καὶ ἀσπαζόμενος τιμητικῶς τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας. καὶ τὴν κατὰ λατρείαν προσκύνησιν μόνῃ τῇ ὑπερουσίῳ καὶ ζωαρχικῇ τριάδι ἀναπέμπω = Hæc verba in Latinum ſermonem ſic leguntur converſa = Conſtantinus Sanctiſſimus Epiſcopus Conſtantiæ Cypri dixit: In nullo ſenſu commutatas literas, quæ nunc lectæ ſunt, quæque de Oriente miſſæ fuerunt ad Taraſium Sanctiſſimum Archiepiſcopum, & Patriarcham, a definitione fidei, quam ipſe ante confeſſus fuerat, inveniens, & ego indignus, his conſentio, & concors efficior;

Ludovici Pii filius &c. *sub Michaele orientis, & Lothario occidentis Imperatoribus.* Cum neque hic Leo primus fit, fed ouartus, neque aliquis eorum fuit Ludovici filius. B. Nunquam id Contius fcribi juffit, fed librarii culpa eft: nam quæ erant Lotharii, dedit Leoni. Hic Lotharius primus fuit, Ludovici filius, Caroli nepos. Mox de Leone alia dicuntur perperam edita. Minus probo, quod *capite proximo ait*, *Joannem VII. fuiffe fœminam.* a. Sunt alia nonoulla in hoc libro, quæ Contii famam lædunt, de quibus

N 2 alias.

thario Augufto. De capitulis, vel præceptis Imperialibus veftris, veftrorumque Pontificum prædecefforum irrefragabiliter cuftodiendis, & confervandis &c. *Et in margine eft*: Ivo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149. *Et in notis*: Vestrorumque: Epiftola hæc non eft inventa; & in iftis verbis videtur fubeffe mendum, ex quo auctor gloffæ errandi occafionem fumpferit; qui Chriftianis Imperatoribus, cujufmodi fuerant prædeceffores Lotharii, attribuat illud, quod Ifidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores folitos fuiffe appellari Pontifices: de qua re optime Gelafius in tomo de Anathematis vinculo, & infra 21. c. cleros. Apud Ivonem legitur: „ veftris, noftrorumque etiam Pontifi„ cum prædecefforum "; in Pannormia: „ no„ ftris, noftrorumque Pontificum, & præde„ cefforum ". Sed fortaffe cetera quidem recte apud Gratianum habent. Tantummodo ante dictionem prædecessorum eft addenda conjunctio et, quemadmodum eft in Pannormia. Nam hoc fignificabitur, Imperatores illos folitos fuiffe edere capitula adhibitis in confilium Pontificibus regni, quod veriffimum eft. Omnino hæc, quæ a Leone fcribuntur, fpectare videntur ad capitula Caroli, & Ludovici, quæ Lotharius in univerfa Italia fervari mandaverat. Nam in legibus Longobardicis lib. 3. tit. 35. Lotharius ita conftituiffe traditur: „ Placuit nobis, „ ut capitula, quæ excerpfimus de capitula„ ri bon. mem. gloriofiff. domini noftri Ca„ roli, & genitoris noftri Ludovici Imper. „ invictiffimi, his omnibus, & fidelibus no„ ftris, & fanctæ Ecclefiæ in regno Italiæ „ confiftentibus per legem teneantur, & fer„ ventur: & quicumque horum capitulorum „ contemptor extiterit, LX. folidis compo„ natur ". Id populo Romano, qui jure anti-

a Notiffima eft fabula, quam pueri & mulierculæ norunt; extitiffe olim fœminam, quæ per biennium fecrofanctam fedem apoftolicam occupaverit, detecta porro fuerit ob fubitum puerperium. Sed nunc illa adeo putide vifa eft, ut etiam ab adverfariis noftris repudietur, tanquam veriffima & opprobrium hiftoriæ. Anno MDCXLIX. David Blondellus eam confixit fpeciali differtatione, in quam acriter invectus eft Samuel Marefius, adverfus quem cum Stephanus Curcellæus anno MDCLVII. præfationem apologeticam edidiffet, quæ edita eft in fecunda editione libelli Blondelliani, Marefius impatienter ferens, fe adverfus illum ultus eft, rurfum incumbens refutationi differtationis Blondellicæ. Pronuntiavit autem in initio Blondellus neminem ante Æneæ Sylvii tempora repertum fuiffe, cui falfi fufpicio fuboleret. Attamen ex vita Urbani V. ab auctore coætaneo fcripta, quam vir illuftriffimus Francifcus Bofquetus Epifcopus Monfpelienfis emifit in publicum, colligi poffe videtur jam tum in fufpicionem falfi veniffe narrationem illam. Hæc funt verba auctoris: *Abinde vero ad palatium remeavit pacifice & quiete, per urbem equitando, rectamque viam tenendo; nec obliquavit hinc & inde, etiam occafione illius fatuæ mulieris, quæ aliquandiu papatum dicitur occupaffe, & in eadem via abortum faciendo peperiffe refertur.* B.

Ibid. Facilius eft cum Baluzio fabulam dicere quam probare; & quanquam nervos fuos intenderit Clariffimus Blondellus, ut conficerat hanc fabulam, non tamen ita peregit, quod intendit, quam poffit ei occurri, quod etiam fatis feliciter Doctiffimus Marefius (exceptis quibufdam Chronologicis Minutiis, ad quæ vir occupatiffimus non fatis attendit, aut examinare potuit) præftitit. Sunt multi præter iftos duos Blondellum & Marefium, qui hoc argumentum ab utraque parte tractarunt, fed bini illi eos fere totos exhaufiunt, ut pro omnibus effe poffint. Quæ Antonius Auguftinus *in principio dialogi* fequentis contra hanc Joannam Papiffam adfert, funt exigui ponderis, & pleraque a jure ad factum præpoftere detorta, qualis ergumentatio quanti ponderis fit, vel tyrones noverunt. M. (37).

ficior, fufcipiens, & amplectens honorabiliter Sanctas, & venerabiles Imagines. Atque adorationem per cultum latriæ foli fuperfubftantiali, & vivificæ Trinitati impendo = Errore igitur facti deceptos effe conftat Patres Francofordienfes, unde mifarum fibi ex ea Synodo poffunt adverfus Sacras Imagines Calviniftæ Reformati captare triumphum; Legatur interim Epiftola Hadriani Papæ ad Carolum Regem apud Labbè Tom. 8. Concil. col. 1553., in qua fingillatim, quæ adverfus Imaginum Cultum, & Synodum Nicænam fecundam objecta fuere, diluuntur. W.

(37) Virum acris ingenii, & vaftæ eruditionis in Marefio mirarnur quam fæpe; fed tantundem in iis cefpitantem, aut cefpitare volentem enimadvertimus, quæ aliquam dedecoris larvam Ecclefiæ Catholico-Romanæ videntur inurere. Ad conficiendam de Joanna Papiffa fabulam fatis fortaffe non erunt teftimonia Scriptorum illius ætatis, qui unanimi confenfu in Romanorum Præfulum ferie defcribenda Benedictum III. immediate poft Leonem IV. fucceffiffe teftantur! In fcriptis Mariani Scoti, qui, centum feptuaginta tribus annis poft Benedicti III. exaltationem, natus eft, de illa Joanna, quæ fediffe dicitur in Cathedra Petri duobus annis, menfibus quinque & quatuor diebus, primo anteretio legitur exarata, cæcutientibus interim Adone Viennenfi in fuo Cronico ad Annum 855. Anaftafio Bibliothecario in Vita Benedicti III. Auctore Annalium Bertinianorum ad annum 855. Flodoardo, aliifque ejufdem ætatis fcriptoribus, qui nec verbum unum de ifta fecifta inveniuntur; quinimmo cæcutientibus ipfo Photio, atque Metrophane Smirnæo, Latinæ Ecclefiæ juratis hoftibus, qui tamen Leoni IV. Benedictum III. immediate fucceffiffe teftantur. Verum nec in fynceris, ac genuinis Mariani Codicibus hæc fabula infarta legitur, ut infignes Critici fatentur; ab aliquo proinde Impoftore poft Mariani mortem, inter ejus fcripta intrufa fuiffe prudentiffime creditur. Videatur Differtatio 3. Natalis Alexandri in Hiftoriam Sæculi noni, & decimi. W.

aliis. *Tertium caput Joanni VIII.* ad Ludovicum Imperatorem adſcribit Ivo *a* & quidam veteres libri apud Contium, *Joanni VII.* Gratianus *b*, Ivoni autem magis credere debemus, quia prior fuit, & quia plura verba ex eadem epiſtula adſert, quæ idem Gratianus *c* Joanni XIII. adſcribit, item Ivo *d* in epiſtulis (*x*). *Quartum caput* Gelaſio Papæ ad Rufinum, & Aprilem Epiſcopos adſcribunt Ivo *e* & Gratianus *f* & liber Cæſarauguſtanus *g*. Scribendum vero eſt: *Quis aut leges*; non *Qui autem leges*. Item *admonitiones paternas* non *modernas* (3). *Quintum* eidem Pontifici ad Theodoricum Regem iidem tres adſcribunt Ivo *h*, & Gratianus *i*, & Cæſarauguſtanus liber *k* (*y*). Extremum Auguſtine mihi concede laborem; de *extremo capite* dicendum eſt, quod eſſe *Leonis quarti* dicitur ad Lotharium Imperatorem, quod latius Ivo *l* refert, quam Gratianus. Conjungi autem poſſunt eadem verba cum verbis *capitis IX.* hujus diſtinctionis X. de quo antea diximus, & cum *capite XVI. & XXXI. diſtinctionis LXIII. m* quamvis hæc duo ad Lotharium, & Ludovicum Auguſtos inſcribantur. Hæc de ſex incertis capitibus hujus diſtinctionis (δ). A. Placet mihi tuum conſilium, ut hic tuus ſit hujus diei labor extremus.

DIALOGUS VIGESIMUS.

De eadem re.

C. QUod de Joanne VII. fœmina ſcripſit Contius, lippis & tonſoribus notum cur improbetur, ſcire cupio. A. Fitne tibi veriſimile; quod nemo alicujus auctoritatis ſcriptor, niſi Martinus Polonus & Marianus Scotus, ſive quis alius tradidit; quod contra rerum naturam eſt; quia lippis & tonſoribus ut dicis, notum videatur; ideo verum eſſe credere? C. Quo pacto contra rerum naturam eſſe dicis? An non potuit accidere, ut lateret fœmina inter viros? A. Potuiſſe non negabo. Sed facilius Byzantii quam Romæ, ut Leo IX. *n* ſcribit, ubi ſæpe Eunuchi Epiſcopi facti ſunt. Chriſtus vero, qui ne matrem quidem ſuam voluit ſacerdotem fieri, non paſſus eſſet fœminam Petri ſucceſſorem fieri, claves regni cœlorum tenere, in ſuprema illa ſede turpem illam meretricem ſedere, quæ tot habuit martyres & confeſſores; de qua illud dicitur, aut ſanctos recipere, aut ſanctos lace-

a Ivo p. 4. c. 230. & p. 6. c. 115. decr.
b c. 10. Vides. d. 10.
c Diſt. 86. c. 3. Facientis.
d Ivo epiſt. 71. vel 78. Decano Belvacenſ.
e Ivo lib. 2. tit. 12. c. 3. pan. & p. 4. c. 179. & p. 6. c. 104. decr.
f c. 11. Quis autem. d. 10. & d. 54. c. 11. Quis autem.
g Cæſ. l. 1. c. 55.
h Ivo d. tit. 12. c. 14. panorm. & d. p. 4. c. 180. decret.
i c. 12. Certum. e. d. 10.
k Cæſ. d. l. 1. c. 56.
l Ivo d. tit. 12. c. 15. pan. & d. p. 4. c. 181. decret.
m Diſt. 61. c. 16. Reatina. & 31. Inter nos.
n Leo IX. epiſt. 1. c. 23.

tiquo Romanorum uti prohiberetur, valde diſplicuit: ſicut ex c. fin. intra eadem diſt. colligi poteſt: diſſeminatuſque etiam rumor fuit eandem eſſe Pontificis, ac populi ſententiam. De qua re Leo hac ſe epiſtola videtur purgare voluiſſe; & tamen poſtea pro conſervando jure civili Romanorum cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet ex d. c. finali. *Inſcriptio c. ultimi eſt*: Item Leo IV. Lothario Auguſto. Veſtram flagitamus clementiam, ut ſicut hactenus Romana lex viguit, &c. *In margine eſt*: Ivo p. 4. cap. 181. Pann. l. 2. c. 152. *Et in notis*: VESTRAM: Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petit, conceſſiſſe. Nam in legibus Longobardicis lib. 11. tit. 57. ſic habetur: „ Ut interrogetur „ populus Romanus qua lege vult vivere“: & ſequitur conſtitutio: „ Lotharius Imper. „ Volumus, ut cunctus populus Romanus „ interrogetur, qua lege vult vivere &c. eidem legi, qua profitentur vivere, per diſpenſationem Pontificis, & noſtram, ſubjacebunt “.

(*x*) *Verba capitis 10. eadem diſtinctione in eodem libro hæc ſunt*: Item Joannes VIII. Ludovico Imperatori. Vides fili chariſſime; quia quod contra leges accipitur, per leges diſſolvi meretur. *In margine eſt*: Ivo p. 4. (*decr.*, *cap.* 230.) *Inſcriptio capitis* 3. Facientis. *diſtinct.* 86. *hæc eſt*: Item Joannes VIII. *In margine eſt*: Greg. l. 7. reg. epiſt. 114. indict. 2. Pelagius 2. epiſt. 3. Eleutherius ſup. diſt. 83. cap. ERROR: 2. q. 7. NEGLIGERE: & 23. q. 3. cap. QUI POTEST; Ivo p. 6. cap. 115. *Et in notis*: Caput hoc ex variis ſententiis hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima uſque ad verſ. EMENDARE, ſumpta eſt ex epiſt. beati Gregorii 114. lib. 7. ind. 2. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.

(3) *Ante caput 11. ejuſdem diſtinct. 10. hæc ſunt in eodem Romano libro*: Item Gelaſius Rufino, & Aprili Epiſcopis. Quis autem leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni &c. *In margine eſt*: infra diſt. 54. cap. QUIS AUT: Ivo p. 4. cap. 179. Pann. l. 2. c. 150. *Ad vocem* autem, *additur*, al. aut. *ad vocem* paternas, al. modernas. *Inſcriptio capitis 11. diſtinct. 54. eſt*: Idem (*Gelaſius*) Rufino, & Aprili Epiſcopis. Quis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas &c. *In margine eſt*: ſupra diſtinct. 10. cap. 11. Juſtin. novell. conſtit. 123. cir. fin. Deuſdedit p. 4. Ivo p. 6. cap. 104. & p. 4. c. 179. Pannorm. l. 2. cap. 150.

(*y*) *Inſcriptio capitis 12. ejuſdem diſtinct. 10. eſt in eodem libro*: Item Theodorico Regi. Certum eſt magnificentiam &c. *In margine eſt*: Ivo p. 4. cap. 180. Pannorm. l. 2. cap. 151.

(δ) *Capitis ultimi inſcriptio poſita eſt in addit. 12. Inſcriptio cap. 16.* Reatina: *diſt. 63. hæc eſt*: Item Leo quartus Lothario & Ludovico Auguſtis. *Et cap.* 31. Inter nos. *eadem inſcriptio eſt ſemicirculis notata*, & *additur vox* Palea. *Et in margine*: S. Antoninus ibid. [*hoc eſt*, *p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2.*] Ivo p. 5. cap. 52.

cere. C. Quasi vero non aliquot fuerint peccatores electi, qui postea non meliores vitam turpiter egerint. A. Id si accidit aliquando, peccatis populorum adscribitur. At contra rerum naturam esse dixi, quia sicut nullum ordinem sacrum recipere potuit; ita neque Sacerdos, neque Pontifex fieri, & electio nulla atque irrita fuit. C. Quid si utriusque sexus erat? A. Si in virili sexu incaluisset, ut Jurisconsultus ait, Pontifex fieri potuit. B. At hæc peperisse dicitur. A. Nunquam Leo IX. *a*, (qui multis annis posterior fuit Joanne VII. & IIX.) fœminæ electæ CP. fecisset mentionem, si idem crimen in Romanum Pontificem obiici posset. B. Placet hoc quidem. Sed quid dicis de *Episcopa*, *presbytera*, *diaconissa*, & *hypodiaconissa*, quarum mentio fit in conciliis; & de *diaconissis* apud Justinianum & alios scriptores? A. *Episcopi* uxorem *Episcopam* A dictam invenio, non quam duxit Episcopus, sed quam antea habuit, quæ continentiam vovit, cum is sacros ordines suscepit. Sic *presbytera* dicebatur presbyteri uxor similis, sic *diaconissa* diaconi, & *hypodiaconissa* hypodiaconi uxor. Harum tamen duplex significatio est, quia præter has uxores, erant aliæ viduæ, quæ in baptismo fœminarum & in oblationibus & quibusdam aliis ministeriis honestius inter sui sexus personas versabantur, quam clerici. Sed redeamus ad Gratianum nostrum. B. *Distinctione XI.* tria incerta capita notantur, *caput secundum*, *septimum*, & *octavum*. Secundum *Nicolao primo in epistula ad Michaelem Imperatorem* adscribunt Ivo in *Excerptionibus* *b* & Gratianus *c*, & Demochares, & Contius. Ejus capitis verba in conciliis non inveni. Alia verba, quæ conjunxit Ivo *d*, inveniuntur in Panormia adscripta esse *Leoni quarto ad Lotharium Imp.* Fieri igitur potest, ut omnia sint eidem Leoni adscribenda. A. Non Leonis sunt, *sed Nicolai* in epist. ad Photium CP. quæ lecta est in synodo octava sub Hadriano, *actione IV*. [x] B. *Capitis septimi* pars invenitur apud Augustinum *epistola LXXXVI.* ad Casulanum presbyterum, quæ inscriptio est apud Burchardum *e*, & Ivonem *f*, & Gratianum *g*, & in libris Cæsaraugustano *h*, & Tarracon. *i* Verba illa: *Et sicut prævaricatores* &c. cujus sint, ignoramus, licet ab omnibus sint relata (β). *Caput octavum* Augustino adscribit Gratianus *k*, *in libro de fide Christiana*; sed nusquam extat [γ]. A. Quid de aliis capitibus dicis, quæ certa sunt? Memini enim caput quoddam inveniri Augustino adscriptum *in libro ex dictis Basilii*, quod est *Basilii in libro de Spiritu Sancto capit. XXVII. ad Amphilochium.* B. Recte admones. Est id cap. V. *l* cujus initium, *Ecclesiasticarum*: Basilio adscribunt Burchardus *m*, & Ivo *n* rectius. Pro, *in ministerio*, scribendum est, *in mysterio*: & pro, *par ritus*, *par virtus*. Illud etiam mendosum est: *Benedicimus fontem baptismatis oleo unctionis. Huc accedit, quod ter oleo inungimus, quos baptizamus.* Pro quibus apud Burchardum est: *Benedicimus fontem baptismatis, oleum unctionis. Huc accedit, quod ter immergimus, quos baptizamus: oleo ungimus.* Apud Ivonem in Panormia priora verba mendosa sunt. Hæc posteriora ita concepta sunt: *Huc accedit, quod ter mergimus; quod baptizatos oleo ungimus.* Hæc Demochares probavit. Ivo in *Excerptionibus* Burchardi scripturam in his sequitur. A. Cum Græcis fontibus hæc sunt conferenda, quibus scio Burchardi & Ivonis varietates confirmari. C. Quid illud est? *Vel quæ trifariam digesta super panem & calicem?* A. *Multifariam*, non *trifariam* scripsit vetus interpres, ut ex Burchardo apparet, & ex Nomocanone. B. In extremo capite, *in mysteriis observata silentio, quam publicata scripto*; habet Burchardus: *in ministeriis observata magis* &c. Gratianus. A. Id etiam Græcis verbis confirmatur. Totum vero caput præclarum est ad hæreticorum impugnationes tollendas ex traditionibus Aposto-

a I. Quæritur. *de statu hom.*

b *Ivo p.4. c.211. decr.*
c *Dist.11. c. 2.* Consequens.
d *Ivo lib. 2. tit. 12. c. 19. pan.*

e *Burc.lib. 3. c. 126.*
f *Ivo d.tit. 12. c. 22. pan. & p.4. c. 78. decr. & epist.179. vel 79. ad Galterum Belvacem bibliothecar.*
g *Dist.* c. 7. In hia.
h *Cæs.lib. 1. c. 19.*
i *Tarrac. lib.6.c.125.*
k *Dist.11. c. 8.* Catholica.
l *Dist. 11. c. 5.* Ecclesiasticar.
m *Burc. lib.5.c.127.*
n *Ivo d. tit.12. c.23. pan. & d.p. 4. c. 69. decr.*

(x) *Distinct. 11. capitis* II. *inscriptio in libro Gregoriano hæc est*: Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori. Consequens est &c. *In margine hæc sunt*: Sententia elicitur ex epistola, cujus initium, PROPOSUERAMUS. Ivo p. 4. cap. 211. *Certiora sunt in dialogo scripta. Vid. l. 2. dial. 14. addit.* t.

(β) *In eadem distinct. capitis septimi* In his rebus. *inscriptio in eodem libro est*: Item B. Augustinus ad Casulanum epist. 86. *In margine est*: Anselm. l. 4. c. 43. Burchard. l. 3. cap. 126. Ivo p. 4. cap. 68. Pannorm. l. 2. cap. 158. Polyc. l. 3. tit. 23. cap. fin. *In notis*: ET SICUT: Hinc usque ad finem non sunt in epistola indicata; sed a Burchardo etiam, & Ivone, & in Pannormia referuntur.

[γ] *Proximi capitis inscriptio in eodem libro hæc est*: Idem in libro de fide Christiana. Catholica Ecclesia &c. *In notis additur*: Hodie inter opera B. Augustini nullum extat hoc titulo. In epistola vero ad Januarium, quæ est 118. c. 1. & 2. hæc eadem sententia copiose exponitur.

A Iterum causæ Romanæ inservit Augustinus, sed falso. Etiam Episcopi Uxores primis temporibus in episcopatu retinebant, neque tenebantur continentiam vovere. Exempla primorum sæculorum varia adfert Clariss. Calixtus *in tract. docto de conjugio Clericorum*; quem vide. M. (38).

(38) Quænam fuerit prioribus Ecclesiæ temporibus praxis circa Clericorum cœlibatum, vel conjugium tam penes Orientales, quam Occidentales ex Nota (18) præcedenti satis innotescit. W.

ſtolorum. Id credo Græce & Latine Romanos edituros. B. Quid facturi ſint ignoro (α). De reliquis videamus. *Caput X.* ſumitur ex *epiſtula Leonis quarta ad Epiſcopos Siciliæ cap. VI.* licet neque Anſelmus *a*, neque Gratianus *b*, neque Demochares locum certum indicarint [β]. *Caput ſecundum diſtinctionis XII. Gregorio* adſcribunt Anſelmus *c*, & Gratianus *d*, & liber meus Tarraconenſis *e*: Anaſtaſio II. Demochares & Contius. Romani *Gregorii quarti* eſſe ajunt *in epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ*, cujus initium eſt: *Divinis*. A. Extat apud me epiſtulæ ejuſdem exemplum, & in corpore canonum, & initio conciliorum Colonienſis editionis in ea collectione, quæ inſcribitur *de primatu Romanæ Eccleſiæ*, & initium, & aliquot fragmenta ſunt ejuſdem epiſtulæ. Initium etiam invenies apud Anſelmum *f*, & in libris Cæſarauguſtano *g*, & Tarraconenſi *h*, licet hi omnes ita inſcripſerint: *Gregorius omnibus Epiſcopis per diverſas provincias conſtitutis*. Ex eadem ſunt varia fragmenta apud Gratianum, *i* de quibus poſtea dicendum erit (γ). B. *Caput tertium* inſcriptum eſt *k*: *Nicolaus Michaeli Imp.* ſed apud Ivonem varie inſcriptum invenitur, & mihi videtur ex duobus capitibus conſtare, quæ tam in Panormia, quam in Excerptionibus plenius ſcripta ſunt. Prius caput inſcribitur *in Panormia l*, ut apud Gratianum: ejuſque extrema verba ſunt, *pro loco, & tempore conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, quando una fides per dilectionem operans uni Deo omnes commendat.* In Excerptionibus parte quarta *m* inſcribitur: *Leo IX. Michaeli Imp. CP.* parte vero quinta: *Leo IX. Michaeli Patriarchæ CP.* & in hac quinta magna pars epiſtulæ Leonis IX. refertur. In verbis hujus capitis tertii, de quo agimus, tam in parte quarta, quam in quinta ſcriptum eſt: *diverſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando una fides per dilectionem operans uni Deo commendet omnes,* ſive *commendat omnes.* Eadem inſcriptio *n* *Leonis IX. ad Mich. Patriarcham CP.* & eadem verba, quæ eſſe diximus in excerptionibus Ivonis, extant in libro Cæſarauguſtano. Hæc pars poteſt *Leoni IX.* adſcribi. Poſterior pars poteſt retinere *Nicolai* nomen, in *epiſt. ad Photium Patriarcham CP.* non ad *Mich. Imp.* Ubi hæc verba ſunt ab Ivone *o* quoque relata: *De conſuetudinibus quidem, quas nobis opponere niſi eſtis, ſcribentes per diverſas eccleſias diverſas eſſe conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtit auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, nihil judicamus, vel eis reſiſtimus.* A. Ex his, quæ refers, apparet male apud Gratianum ſcribi *conſtitutiones*, vel *conſuetudines*: ſed vox *conſuetudines* retinenda eſt, cetera tollenda. Male quoque in Panormia verba illa, *De conſuetudini-*

a Anſ. lib. 1. c. 45.
b Diſt. 11. c. 10. Hoc veſtræ.
c Anſ. lib. 2. c. 20.
d Diſt. 11. c. 2. Præceptis.
e Tarrac. lib. 1. c. 287.
f Anſ. lib. 1. c. 17.
g Cæſ. lib. 5. c. 6.
h Tarrac. lib. 1. c. 286.
i 2. q. 6. c. 1. decr. diſt. 19. c. 5. Nulli.
k c. 3. Scit ſancta. diſt. 12.
l Ivo d. tit. 12. c. 18. panorm.
m Idem p. 4. c. 244. & part. 5. c. 44. decret.
n Cæſ. lib. 1. c. 23.
o Ivo d. p. 12. c. 19. & 20. pan. & d. p. 4. c. 211. decr.

[α] *Capitis quinti ejuſdem diſtinct. 11. inſcriptio eſt in eodem libro*: Unde ex dictis Baſilii. Eccleſiaſticarum inſtitutionum &c. *In margine hæc ſunt*: Baſilius in l. de Spiritu Sancto. cap. 27. Burch. l. 3. c. 127. Ivo p. 4. cap. 69. Pann. l. 2. c. 159. *Et in notis*: Ex dictis: Hoc caput antea citabatur ex Auguſtino in libro ex dictis Baſilii. In codice Vercellenſi eſt: „ Unde Auguſti„ nus ait, vel ex dictis Baſilii“: & retenta eſt poſterior pars hujus disjuncti, quoniam ita citant Burchardus & auctor Pannormiæ. Ivo autem citat ex lib. Baſilii de Spiritu Sancto. 27. quomodo in margine eſt indicatum. Ceterum quoniam multis locis gloſſa obſtitit, ne emendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilii locum, & Græce, & Latine afferre: τ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ &c. Ideſt Dogmatum, & inſtitutorum &c.

[β] *Ejuſdem diſtinct. 11. cap. 10. inſcriptio in eadem editione eſt*: Item Leo Papa ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos epiſt. 4. c. 6. Hoc veſtræ indicimus caritati &c. *In margine eſt*: Anſelm. l. 1. c. 45. Polyc. l. 1. tit. 17.

(γ) *Diſtinct. 12. capitis ſecundi inſcriptio eſt in eodem libro*: Item Gregorius Papa quartus. Præceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtatur &c. *In margine eſt*: Anſelm. l. 1. cap. 20. Polyc. l. 1. tit. 17. *In notis*: Gregorius: Integrum hoc caput invenitur in epiſtola Gregorii quarti univerſis Epiſcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & univerſas provincias conſtitutis: quæ eſt in codice ſupra citato bibliothecæ monaſterii Dominicanorum. Initium vero eſt etiam in epiſt. Anaſtaſii II. ad Anaſt. Aug. c. 6. *Inſcriptio capitis undecimi*, Decreto noſtro 2. q. 6. *eſt*: Sed cum Gregorius ſcribat omnibus per diverſas provincias. *In margine eſt*: Polyc. l. 1. tit. 7. Ivo p. 5. cap. 349. Anſelm. l. 2. cap. 19. *Et in notis*: Ut honoretur: Hinc uſque ad verſ. auctoritas: addita ſunt ex ipſa epiſt. quæ extat in bibliotheca Dominicana, & videtur eſſe Gregorii quarti, ex qua etiam ſumptum eſt caput Nulli fas, diſt. 19. & apud Ivonem utrumque caput ſimul habetur. Iſtius autem Aldrici (ut ex catalogo Epiſcoporum Eccleſiæ Cœnomanenſis colligitur) mentio eſt in concilio apud S. Medardum, quod paulo poſt Gregorium IV. habitum fuit. Itaque defenſio ipſi a Gregorio præſtita profuit. *Inſcriptio cap. 5. Nulli fas, diſt. 19. hæc eſt*: Item Gregorius IV. *In margine hæc ſunt*: Polyc. l. 1. tit. 17. Anſelm. l. 2. c. 21. Ivo p. 5. cap. 11. & 349. *In notis*: Caput hoc eſt in eadem epiſtola Gregorii IV. ex qua ſumptum eſt cap. Decreto noſtro: infra 2. q. 6. Extat autem in codice ſæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ.

nibus &c. *Leoni quarto* adscribuntur, & in Excerptionibus *Nicolao in epist. ad Mich. Imp.* & cum illis conjunguntur, *Consequens est* &c. quæ Gratianus refert *distinct. XI.* a Sunt enim omnia ex epistula eadem ad Photium, quæ etiam lecta est in synodo octava sub Hadriano Minore actione quarta (α). Nunc cetera videamus. B. *Caput quintum Nicolai ad Ignatium*, vel *Igmarum Episcopum* esse dicitur apud Gratianum b. *Ignarum* Archiepiscopum appellat Ivo c in Panormia, *Igmarum Remensem* Archiepiscopum idem in Excerptionibus, *Hicmarum* in epistulis, alii *Hincmarum* dicendum esse contendunt: id confirmatur in *epist. LVIII.* ejusdem *Nicolai ad eundem*, cujus initium est, *Omnium nos portare*: ex qua addi possunt hæc verba post vocem, *dedecus*; *ut temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones &c.* & pro illis, *a patribus suscepimus*, illic est, *a patribus nostris suscepimus, pro libitu semper errantium* (β). Caput undecimum d ex duabus, tribusve *Augustini epistulis* sumptum videtur. Nam initium est ex *epist. CXVIII.* Pars illa, *Quod enim neque contra fidem*, ex *epist. CXIX.* In fine quædam sunt ex ead., alia ex *epist. XXCVI.* extrema. Illa verba tollenda esse *Romani censuerunt*: Augustinus idem ex auctoritate Ambrosii asserit: quæ ex scholio inserta sunt (γ). *Capite duodecimo extremo*, e quod ex *eadem CXIX. epistula* est, vox *sacramentis*, in vocem *sarcinis* mutanda est, licet eam Ivo f probaverit, & liber Cæsaraugustanus g loquitur enim de Judæis, qui legalibus sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur. Romani non omnino vocem *sacramentis* improbant, sed illam alteram in margine ponendam statuunt (δ). Nunc liceat mihi ad *distinct. XVI.* venire. Nam quamvis multa in aliis dixerint esse mutanda, in hac scheda tantum invenio de *capite* illo *Gelasii* A *cum LXX. Episcopis*, ex conciliis esse totum describendum, & scio Episcopum Segobiensem id multis mendis purgasse B. At postrema pars, cujus initium *Ceterum qui libri*, licet superioribus conjungant Burchardus h, Ivo i, & Gratianus k, non est in conciliis,

a *Dist.* 11. *c.* 2. Consequens.

b *cap.* 5. Ridiculum. *dist.* 12.

c Ivo *d. tit.* 12. *c.* 20. *in pan.* & *p.* 4. *c.* 212. *decr.* & *in epist.* 54. *vel* 65. *ad Hug. Lugdunens. Archiepisc.*

d *c.* 11. Illa autem. *dist.* 12.

e *c.* 12. Omnia. *e. dist.*

f *Ivo d. tit.* 12. *c. ult. pan.* & *p.* 4. *c.* 206. *decr.*

g *Cæs. lib.* 1. *c.* 9.

h *Burch. lib.* 3. *c.* 222.

i *Ivo lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 2. & *lib.* 8. *tit.* 11. *c.* 1. *pan.* & *p.* 4. *c.* 63. *decr.*

k *Dist.* 15. *c.* 3. Sancta. §. Ceterum.

(α) *Caput tertium* Scit sancta, *dist.* 12. *in eodem libro ita inscriptum est*: Item Leo IX. Michaeli Episcopo Constantinopolitano epistola 1. cap. 29. & Nicolaus I. epistola 2. ad Photium. *In margine est*: Ivo p. 4. c. 223. & p. 5. c. 44. Pannorm. l. 2. c. 155. *Et in notis*: Caput hoc confectum est ex duobus longe diversis locis. Nam usque ad vers. SI ILLIS, sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis IX. adversus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani Episcopor. c. 29. ubi loquens de Romana ecclesia ait: „ Scit namque quia nihil obsint saluti credentium diversæ pro loco, & tempore consuetudines; quando una fides per dilectionem operans bona, quæ potest, uni Deo commendat omnes“: & hæc fere ab Ivone, & in Pannor. referuntur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quæ incipit: POSTQUAM BEATO PETRO. Ibi enim habentur hæc: „ De consuetudinibus, quas nobis opponere visi estis, scribentes, per diversas ecclesias diversas esse consuetudines: si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obviare debeamus, nihil judicamus, vel eis resistimus“. *De capite 2. dist. 11. dictum est in addit. 1. hujus dialogi.*

(β) *Ante caput quintum distinct. 12. hæc inscriptio est in eodem libro*: Item Nicolaus Hincmaro Archiepiscopo. Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, ut temporibus nostris vel falso insimulare sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus a Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur. *In margine est*: Ivo p. 4. cap. 212. Pann. l. 12. c. 156. *Et in notis*: Habetur in epistola scripta Hincmaro, & ceteris Archiepiscopis, & Episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus, quæ extat in codice jam memorato bibliothecæ Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea brevius erat, ut etiam apud Ivonem, & in Pannormia.

(γ) *In eadem distinct. 12. cap. 11.* Illa autem. *in eodem libro Romano inscriptio est*: Item Augustinus ad Januarium epistol. 118. c. 1. *Et vers.* Alia vero quæ, *est in margine*: Ibid. cap. 2. *Et vers.* Quod enim neque, *est in margine*: fere idem epist. 119. c. 18. *Et vers.* Mater mea, *hæc in notis sunt*: In hoc capite quemadmodum & in sequenti multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco usque in finem, quoniam verba B. Augustini apte erant in epitomen redacta, nihil additum est.

(δ) *Proximum caput* Omnia, *hanc habet in eod. libro inscriptionem*: Unde Augustinus scribit ad inquisitiones Januarii epistol. 119. c. 19. *In margine est*: Ivo p. 4. c. 206. Pann. l. 2. c. 168. *Ad vocem* universalis, *est in margine*: universa. orig. Ivo, Pann. *Ad voces*, servilibus oneribus *est*: al. adeo servilibus operibus. *Ad vocem* sacramentis, *est*: sarcinis, orig.

A Hoc reservamus speciali disquisitioni & commentario, si Deus otium & vitam prorogaverit. M.

B Præstitit illud Covarruvias *in lib. 4. variar. resolut. c. 14. & seqq.* ubi multa docte & erudite pro suo more scribit digna, quæ legantur ab hominibus rei canonicæ & ecclesiasticæ studiosis. B.

Iiis, & pars eſſe videtur alicujus libri de divinis officiis. A. Recte dictum eſt, namque *Amilarii* librum habeo, in quo hæc ſunt & alia quædam nomine fragmentorum Caroli Magni edita. Ea vero verba, *Ceterum qui*, uſque ad illa, *in ſeptuageſima*, non iovenies apud Burchardum & Ivonem, neque in veteribus Gratiani libris. B. Idem Romani notarunt [α]. *Diſtinctione XVI.* duo incerta capita ferebantur, *caput primum*, & *XIII.* *a* ſed primum a te acceperunt, quod ex Iſidoro erat in præfatione conciliorum veteri, non ex hac, quæ vulgo nota eſt Iſidori Mercatoris, ut alio die explanaſti *b*. *Caput XIII. Stephano Papæ ad Luthobium Epiſcopum Maguntinum* adſcribunt Ivo *c* & Gratianus. Et quia LXX. capitum Nicæni concilii A, & Athanaſii epiſtulæ facit mentionem apud Ivonem in Excerptionibus conſtat non eſſe Stephanum primum, ſed aliquem ex poſterioribus præſertim cum Maguntini Epiſcopi a Bonifacio martyre cœperint, qui fuit temporibus Gregorii tertii & Zachariæ, & Stephani Minoris. Sed quod hic dicit Antiocheno concilio inſertos eſſe, plurimos arbitrari Nicænos illos LXX. canones, velim ſcire a te, an veriſimile putes? A. Quod ait plurimos arbitrari, ita ipſum Stephanum inveniſſe exiſtimo, licet ego non meminerim alibi legiſſe. Itaque *Sardicenſi*, pro *Antiocheno* ſufficerem. Namque Antiocheni canones XXV. tantum fuerunt, quorum auctores, ſi illi ſunt, ad quos Julius ſcripſit, hoſtes erant Athanaſii, & aliorum Patrum CCCXVIII. Qua de cauſſa nihil de fide Nicæni concilii, ſed de paſchate tantum ſtatuunt cap. primo, id concilium eſſe obſervandum. At Sardicenſes Patres catholici aliquot canones ſcripſerunt, qui pro Nicænis habiti B ſunt, ut conſtat ex concilio Carthaginenſi ſexto (β). B. *Caput tertium Leoni IX.* adſcribunt Ivo *d*, & Gratianus *e*, contra epiſtulam *Nicetæ Abbatis monaſterii Studii.* Extat libellus *Humberti Cardinalis Silvæ Candidæ Epiſcopi*, qui Legatus fuit Leonis IX. contra eundem Nicetam & alios Græcos; in quo libello hæc eadem verba inventa ſunt. *Caput VII. f Pſeudotrullianorum* eſt Patrum, ut a te ſuperioribus diebus dictum eſt. Cenſura Romanorum fuit: *Hic canon eſt ex reiiciendis, præſertim ob finem de concilio Cypriani* [γ]. *Capite octavo g* de re notiſſima maximi errores ſunt non apud Gratianum ſolum, ſed etiam in utraque Ivonis *h* collectione, & apud Democharem. Verba autem ſunt hæc: *tertium Epheſinum, Chalcedonenſe IV. & V. Item Conſtantinop. VI. Idem Nicænum VII.* Neque enim Chalcedonenſe fuit quartum, & quintum: ſed quintum, & ſextum fuerunt CP. habita. Quamobrem ita ſcribunt Romani; *poſt Chalcedonenſ. IV. item quintum CP. & ſextum.* Contius non male: *& quintum item CP. & ſextum.* Fontes quærendi ſunt. Sic autem inſcribunt; *Ex libro diurno profeſſio Romani Pontificis.* A. Is liber non extat C, quod ſciam, hoc titulo. Profeſſionis tamen vidi aliquot exempla (δ). B. Ca-

a *Diſt.* 16. *c.* 1. & *c.* 13. Viginti.

b *Dial.* 6.

c *Ivo lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 29. *pan.* & *p.* 4. *c.* 232. *decr.*

d *Ivo lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 37. *pan.* & *p.* 4. *c.* 105. *decr.*

e *Diſt.* 16. *c.* 3. Clementis.

f *cap.* 7. Quoniam. *d.* 16.

g *cap.* 8. Sancta. *a. diſt.*

h *Ivo d. tit.* 11. *c.* 15. *pan.* & *p.* 4. *c.* 132. *decret.*

(α) *Capite tertio*, Sancta Romana, *verſ.* Ceterum qui libri. *diſt.* 15. *in libro Romano hæc in notis adſcripta ſunt*: Hinc uſque ad finem neque in collectione Iſidori, neque in ullo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata ſunt, inveniuntur. A verbo (verbis *ſcribo*) tamen, IN SEPTUAGESIMA PONUNT, referuntur a Burchardo, & Ivone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum LXX. Epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui Ordo Romanus nuncupatur. *In margine verſ.* Quidam quod in ſeptuageſima, *hæc ſunt*: Burch. l. 3. cap. 222. Ivo part. 4. c. 63. Pann. l. 2. c. 90.

(β) *De cap.* 1. *diſtinctionis* 16. *vide in addit.* 11. *dial.* 6. *Ante caput* 13. *ead. diſtinct. hæc verba ſunt in Romano libro*: Unde Stephanus ſcribit dicens Luythobio Epiſcopo Moguntino. Viginti tantum capitula Nicænæ ſynodi &c. *In margine eſt*; Ivo p. 4. c. 232. Pann. l. 3. c. 107. *Et in notis*: Apud Ivonem parte quarta cap. 232. habetur magis integrum hoc caput: „ Capitula „ Nicæni concilii teſtimonio Athanaſii ſeptua„ginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum „ ſcripta non dubitamus, e quibus viginti „ tantum in Eccleſia ſancta Romana “, & quæ ſequuntur.

(γ) *Inſcriptionem cap.* 3. Clementis. *ead. diſt. vide dial.* 6. *addit.* 13. & *de cap.* 7. Quoniam. *vide additiones dial.* 7. & 8.

[δ] *Ejuſdem diſtinct.* 16. *cap.* 8. Sancta octo.

A Genuina capita ſunt tantum XX. Vid. *hiſtor. noſtram jur. Eccleſiaſtici num.* 26. 68. & 69. ubi ſingulari diſquiſitioni reſervavimus numerum canonum Nicænorum. M.

B Loquitur de canonibus ſynodi Sardicenſis, quos manifeſtum eſt citatos fuiſſe a veteribus collectoribus ſub nomine Nicænorum. Nolo heic enarrare totam eam hiſtoriam. Illud tantum moneo, pleroſque canones Sardicenſes, ac præſertim eos, qui tractant de judicandis Epiſcopis, ex Concilio Nicæno referri in antiqua collectione, quæ extat in monaſterio ſancti Germani de pratis apud Lutetiam. B.

Ibid. Numquam hoc Auguſtinus aut Baluzius perſuadebit. Sed Zoſimus fraudulenta ſua collectione voluit Sardicenſes pro Nicænis obtrudere Patribus Africanis, ut tradidi *in Hiſtor. jur. Eccleſ. num.* 67. M. [39].

C Loquitur de libro diurno, in quo vetus Romanorum Pontificum profeſſio deſcripta eſt. Hunc librum non

[39] Qui contingere potuerit modo, ut Zozimus Sardicenſes Canones ſub Nicænorum nomine adverſus Africanos obtruderit in præcedenti Nota (33) conjectavimus. W.

a *cap. 9. Sexta. c. d.*

B. *Capite nono* a *ex Beda* sumpto bis erratum est in *Julii* nomine: namque & Nicænam synodum, & quintam sub Julio Papa habitam esse scriptum est. Cum annis CCXXX. & amplius inter se distent: & Julius secundus patrum nostrorum memoria fuerit. Recte tamen Demochates *Julii* nomen in *Vigilii* mutavit posteriori loco, in priori nihil mutavit. De quo velim scire quid sentias? Nam Romani in *Silvestri* nomen *Julii* mutant. A. Ego suspicor Bedam *Julii* nomen edidisse, ut alii nonnulli fecerunt. Et inveni in quadam Julii epistola quædam verba, quæ huic opinioni occasionem aliquam præbere viderentur. Sed si sub Julio habita est Nicæna synodus, falsa sunt, quæ de confirmatione A Nicænæ synodi a Silvestro feruntur: Marci quoque Papæ rescripta, in quibus Nicænæ synodi, & illorum LXX. canonum mentio fit, & Athanasii de iisdem consultatio inepta est. Sed præstat aliorum opinionem a sequi, quæ recepta est; ut sub Silvestro prima synodus fuerit habita. Ivo *b* in Excerptionibus *Julii* in prima, *Vigilii* in quinta nomen edidit; in Panormia pro *Vigilio Julium* scripsit, de prima nihil dixit. Liber Cæsaraugustanus *e Vigilium* habet in quinta. *Julium* in prima, ut Ivo (x). B. Sequitur de conciliis provincialibus, de quibus nihil dicam; exspecto enim historiam conciliorum, quam a te multi flagitant. A. Hac de re aliquando agemus. Tu vero perge de reliquis hujus distinctionis capitibus dicere. B. Duo tantum mihi dicenda sunt: quorum alterum est de inscriptione *extremi capitis d*: qood *Nicolao ad Photium* adscribendum est, non ad *clerum Constantinopolitanum*, ut male Gratianus solus scripsit. Recte enim est apud Ivonem *e*, & in libro Cæsaraugustano *f*, & in registro Romæ edito Nicolai, vel potius edi inchoato; permultæ enim epistulæ desiderantur (3). Alterum est do Contiano scholio addito *capiti XII. g* Contio XIII. quod constat ex verbis *Athanasii ad Marcum Papam*, quod etiam Ivo in Panormia *h*, & in Excerptionibus refert, & Anselmus *i*, & liber Cæsaraugustanus *k*. Io eo scholio refert Marci ad Athanasium rescriptum ex Ivone, quod etiam alii habent. Et post alia de numero canonum Nicæni concilii, addit hæc: *Citantur & in epistula Julii Papæ XXIV. canones, præter illos XX. qui vulgo exstant.* Sed il-

b *Ivo p. 4. c. 125. decr. & c. 111. 21. c. 45. pan.*

c *Cæs. lib. 1. c. 45.*

d *c. ult. d. 16.*

e *Ivo d. tit. 11. c. 12. & c. 30. pan. & p. 4. c. 135. decr.*

f *Cæs. lib. 2. c. 22.*

g *Dist. 6. c. 12. Septuaginta.*

h *Ivo d. p. 11. c. 18. pan. & p. 4. c. 108. & 109. decr.*

i *Ans. lib. 1. c. 59. & c. 60.*

k *Cæs. lib. 1. c. 30. & 31.*

octo. *in eodem libro ita inscriptum est*: Item ex diurno libro professio Romani Pontificis. *In margine est*: Ivo part. 4. c. 132. Pann. l. 2. cap. 103. *Et in notis*: ITEM EX DIURNO: Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promovebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ servatur in bibliotheca Vaticana. Verba, de quibus agitur, sunt hæc: „ quartum Chalcedonense, Item „ V. Constantinopolitanum, & VI. Item „ Nicænum VII. Octavum quoque Constan- „ tinopolitanum “.

(x) *In eadem dist. 16. cap. 9.* Sexta synodus. *in eodem libro hæc inscriptio est*: Beda in libro de temporibus cap. 65. scripsit dicens. *In margine est*: Ivo p. 4. c. 125. Pann. l. 2. c. 112. *Vers.* Prima. *ad illa verba*, temporibus Julii Papæ, *hæc in notis sunt*: JULII: Certum est, synodum Nicænam primam celebratam esse tempore Silvestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam, & alios errasse. *Vers.* Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ &c. *In margine est*: Pann. l. 2. c. 111.

(3. *Quod ad caput ult. ejusdem distinct. attinet*: *in eodem libro inscriptio ejus est hæc*: Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur. Unde idem scribit clero Constantinopolitano. Quod dicitis &c. *In margine hæc sunt*: CLERO. al. ELECTO. Habetur in epistola 6. quæ prima ad Photium est. Ivo p. 4. c. 135. Pann. l. 2. c. 117. vers. QUOD DICITIS.

non extare putabat Antonius Augustinus. Et tamen varia ejus exemplaria etiamnum supersunt, unum Romæ in bibliotheca Vaticana, alterum Lutetiæ in bibliotheca Collegii Claromontani Societatis Jesu, ex quo nonnulli viri clarissimi descripserunt in suos usus. Immo vir clariss. Joannes Launojus aliod exemplar viderat, ut ipse testatur in dissertatione de Lazari & Magdalenæ in provinciam appulsu cap. 10. observat. 10. *Laudatum porro Romanæ Ecclesiæ diurnum*, inquit, *qui videre voluerit, apud eos videbit, ad quos integra pervenit Caroli Montchalli Tolosatis Archiepiscopi bibliotheca.* Vaticanum ediderat vir de antiquitate ecclesiastica optime meritus Lucas Holstenius anno MDCLX. prioraque & postrema editionis folia miserat ad illustrissimum virum Petrum de Marca Archiepiscopum ea tempestate Tolosanum; a cujus manibus illa recuperavit Cælius Picolomineus Nuntius tum apostolicæ sedis in Gallia, nunc vero eminentissimus Cardinalis. Suppressa autem statim est editio illa Diurni, nescio quam ob causam. Fortassis quia in initio nimium multa circa electionem Romani Pontificis tribuuntur Imperatori & Exarchæ apud Ravennam commoranti. B.

Ibid. De professione fidei Romani Pontificis dixi *in hist. jur. Eccles. num.* 405. quibus notata Baluzii hic velim adjiceres. M.

A Ista falsa esse, satis evincunt Athanasii Apologiæ, ut alios taceam. M.

a Nequicquam præstat sequi veritatem, quæ tempore Julii habitam dicit Synodum Nicænam non Sylvestri, ut statim adsertum. M. (40).

(40) Sub Silvestro Pontifice Nicænam Synodum I. fuisse celebratam testis est Gelasius Cyzicenus Lib. e. Historiæ Concilii Nicæni Cap. 5. ubi, teste Pagio ad Annum Christi 325. num. XI, ex tertio Libro Eusebii, qui Niceno Concilio interfuit, de vita Constantini cap. 7. se ista trascripsisse profitetur = Ipse etiam Hosius ex Hispaniis nominis, & famæ celebritate insignis, qui Silvestri Episcopi maximæ Romæ locum obtinebat = &c. Videatur Pagius loco citato Numeris III. & VII. W.

illos esse suppositicios, vel id ostendit, quod nemo, ne Grattanus quidem ipse eos allegare ausus est. De his verbis, quid tibi videatur, exspecto. A. Ex *Julii epistula secunda ad Orientis Episcopos*, plures canones referuntur, & quibusdam numerus additur, quos suspicor esse XXVII. Apud Ivonem *a* XXVI. sunt LXX. apud Isidorum Mercatorem in præfatione conciliorum ut etiam idem Ivo refert. Falsum autem est, neque Gratianum, neque alios eorum verba referre, quod vel ex notis meis ad Hadrianum constat. Et qui adhuc alia testimonia quærit, legat Burchardum lib. I. cap. CXLIV. & Ivonem parte V. cap. CCLVII. Sic non debuit Contius A, sive quis alius suppositicios eos affirmare. Sed fortasse id dicere voluit, Gratianum non hac epistula usum in hac *distinct. XVI.* aut etiam alibi non appellasse verba concilii Nicæni hæc verba Julii; sed quam leve hoc sit argumentum, nemo non videt. Et fortasse falsum est; diximus enim, cum de fragmentis ageremus *b*, esse fragmentum quoddam sumptum ex hac epistula Julii, quod Gratianus *c*, & Ivo *d* Nicæno concilio adscripserunt. B. *Franciscus Turrianus* B tuus Arabicos nuper LXXX. canones edidit, & eos esse dicit legitimum illius concilii partum: hos vero Julii canones ex aliis actionibus ejus synodi sumptos esse, extra numerum canonum. A. Neutrum mihi adhuc persuasit, aut illos esse veros, aut hos ex aliis actionibus sumptos. Sed quid Romani tui de scholio Contiano censent? B. Delenda esse illa verba: *Sed illos esse suppositicios*, & quæ sequuntur. Multo vero magis eis displicuerunt, quæ postea scripsit: Multas autem supra in præfatione C rationes adduxi &c. Ea verba mihi videntur *Molinæi* esse, non *Contii*: nihil enim ea de re Contius in præfationibus editis scripsit: & his contrarium scholium Contius *cap. II. distinct. XXII. addidit* (*x*). A. Librariorum fortasse erratum est: sed surgendum est, alioqui libenter eram te de his rebus auditurus. Tantum mihi indicem ostendas velim selectorum virorum D, quorum opera in Gratiani emendatione tres Romani Pontifices sunt usi. B. Ecce tibi minus tamen perfectum indicem: dum enim absum, alios adscriptos fuisse accepi.

a *Ivo d. p. 4. c. 110. & 111.*

b *Sup. dial. 14.*

c 11. *q.* 1. *c.* 4. Judices.

d *Ivo lib. 4. tit. 11. c. 2. pan.*

(*x*) *Gratiani verba sunt in eodem libro ante cap.* 12. Septuaginta. *ejusdem distinct.* 26. Scribit enim Athanasius Alexandrinus Episcopus Marco Papæ ita dicens. *In margine est*: In epist. Athanasii, & universorum Ægypti Episcoporum ad Marcum Papam, sed copiosius, quam hic. Ivo p. 4. c. 108. Pann. l. 2. c. 106. Ans. l. t. c. 59. Polyc. l. 3. tit. 20. *Et in notis*: SEPTUAGINTA: Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicænæ synodi canones aut Græce, aut Latine nunc haberi. Et Julius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alii multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in præfatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorii X. ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunense indixisset, (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit: „ Quia vero multipliciter expedit, ut in ejusdem celebratione concilii, „ antiquorum conciliorum copiam habeamus. „ Celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus integrum Nicænum „ concilium & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera eum aliquibus „ peritis interpretationibus nobis cum ea, qua „ poteris, celeritate tansmittas “. Tunetі quoque & Alexandriæ inventi sunt octoginta canones Arabice scripti sub nomine hujus concilii, qui Romæ in Arabica, & Armenica lingua scripti penes eundem Cardin. Sirletum sunt, & nuper etiam in Latinam linguam conversi sunt, & impressi.

A Imo debuit, vere enim suppositi sunt omnes præter viginti genuinos Nicænos. Vide *hist. nostr. jur. Eccles. supra citatis numeris.* M.

B Vid. *histor. jur. Ecclesiast. num.* 26. & 69. M.

C Ex his nota fidem editorum & censorum corporis juris Canonici a Contio adornati. Hic suos labores cum præfatione insigni, ut hinc patet, Antwerpiam miserat, sed iste præfatio, quie non ad gustum curiæ Romanæ erat, a censoribus omissa aut adempta est editioni, non tamen tam cauti fuerunt, ut & hoc quoque scholium demerent, ne indicium maleficii supermansisset: sed sorex suo indicio se prodere debebat. Non mirum itaque, quod Antonius Augustinus hic dicat in præfationibus editis, Contium ea de re nil scripsisse; latuit enim hæc fraus eum, eaque de causa suspicatur esse verba Molinæi, sed falso, ut ostendit hic Clariss. Baluzius in notis. Observavit hoc quoque Clarissimus Blondellus *in Prolegom. Pseudo Isidori Vapulantis, cap.* 19. *pag.* 111. M.

D Hunc indicem nos huc transtulimus, cum antea editus esset in fine additionum istius dialogi. Mutationis auctor nobis fuit Antonius Augustinus, qui in fine dialogi ait pag. 342. *Ecce tibi, minus tamen perfectum, indicem.* Unde nos collegimus sequi eum debuisse statim post dialogum, non vero post additiones. B. *Ibid.* De hac emendatione egi *in histor. jur. Ecclesiast. num.* 391. & *seq.* M.

INDEX SELECTORUM
Virorum sub Pio IV. & Pio V. emendationi Gratiani ab eisdem Præfectorum hic est.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium nomina.

M. Antonius Columna, Romanus.
Hugo Boncompagnus, Bononiensis, postea Gregorius XIII. dictus P. M.
Alexander Sfortia, Romanus.
Guilielmus Sirletus, Calaber.
Franciscus Alciatus, Mediolanensis.

His Additi sunt ab eodem Pio V.

Guido Ferrerius, Vercellensis.
Antonius Carrafa, Neapolitanus.

Doctorum Nomina.

Felix Montaltus Generalis ordinis S. Francisci, postea Cardinalis, hodie P. M. Xystus V. dictus.
Christophorus Patavinus Generalis ordinis S. Augustini eremitarum.
Thomas Manricus, ordinis S. Dominici, Magister sacri Palatii.
Eustachius [a] Lucatellus, Bononiensis, postea Regii Lepidi Episcopus.
Josephus Pamphilus [b], Veronensis, ordinis S. Augustini, postea Sacrista Palatii, & Episcopus Signinus in Campania.
Franciscus Turrianus, Hispanus, postea Societatis Jesu.
Marianus Victorius, Reatinus, postea Episcopus Amerinensis.
Michael Thomasius, Majoricensis, postea Episcopus Ilerdensis.
Hieronymus Parisetus, Regiensis.
Antonius Cuccus, Mediolanensis.
Joannes Marsa, Hispanus.
Franciscus Leo, Hispanus, postea Societatis Jesu.

Additi sunt.

Melchior Cornelius, Lusitanus.
Latinus Latinius, Viterbiensis.
Arnaldus Pontacus [c], Gallus.
Petrus Ciacconius, Hispanus.
Franciscus Pegna [d], Hispanus; cujus sunt additiones Decretalium sine nomine, quia templum Dianæ incendisse visus est.

O 2 AN-

[a] Nos addidimus hanc vocem, cum lacuna heic esset in superioribus editionibus. Neque puto quemquam ægre laturam hanc audaciam. B.

[b] Et hanc quoque vocem nos addidimus, quæ deerat in aliis editionibus. B.

[c] Postea Episcopus Vasatensis, vir doctissimus; de quo Franciscus Florens in præfatione tractatuum, de qua supra diximus, agens de selectis viris emendationi Gratiani præfectis, ita loquitur pag. 8. *Dolco tamen, & moneo, nec abs re, unicum Gallum Arnaldum Pontacum, & sero adhibitum. Reliqui omnes fuerunt aut Itali aut Hispani.* Hujus viri diligentiæ debemus editionem Chronicorum Eusebii & aliorum veterum emendatam ad codices antiquos. B.

[d] Diu molestam me habuere, quæ heic dicuntur de Francisco Pegna. Videbam virum fuisse doctissimum & laudatum, non solum ab hominibus, qui eodem cum illo tempore vixerunt, sed etiam ab illis, qui secuti postea sunt. Et tamen Antonius Augustinus subindicare videtur aliquid adversum famæ viri, dum ait eum templum Dianæ incendisse visum esse, cum additiones Decretalium componeret, ac si Franciscus, alioqui ignotus, famam sibi comparare voluerit hoc labore, non secus ac Herostratus incendendo templum Dianæ Ephesiæ. Per additiones autem istas intelliguntur Notæ marginales Decretalium in editione Gregorii XIII. quas nullus ferme scit esse Francisci Pegnæ, atque adeo sunt sine nomine. Scripsit ille varia opera, commentarium in Directorium Inquisitorum Nicolai Eymerici, tractatum de extravagantibus, quem doctissimum tractatum vocat Franciscus Florens, annotationes in Lucernam Inquisitorum Bernardi Comensis, ac nonnulla alia. B.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE EMENDATIONE GRATIANI

DIALOGORUM LIBER POSTERIOR.

DIALOGUS PRIMUS.

De Gratiani emendatione ex Conciliis non editis.

A. Antonius Augustinus. B. Franciscus Edoardus. C. Martinus Augustinus Joannis Filius.

C. CUM ad te venirem, Ilerdæ apud Vincentium fratrem consobrinum meum commoratus, intellexi ab eo, te cum Petro Galesio de Gratiani emendatione aliquot diebus egisse ipso præsente, cujus sermonis summam fuerat is scriptis complexus, quam ab eo accepi. Sed ajebat, cum aliquot distinctiones percurrere cœpisset Galesius, classis cujusdam nuntio interpellatum, Barcinonem profectum, ut in ea, si posset, in Italiam perveniret: ipsum autem Ilerdam paulo post rediisse ad studia intermissa. Ejus sermone incensus a te petere, & si pateris, flagitare cogor, ut me de ceteris Gratiani locis edoceas. Percommode autem accidit, ut cum hoc tibi desiderium meum vellem exponere, cum B. nostro rem communicaverim. Is mibi dixit, se Barcinonem ivisse, ut veteres quosdam conciliorum, & aliorum scriptorum libros describi tibi curaret, & alia quædam ad Gratiani emendationem maxime pertinentia. Itaque ambo accessimus, ut nos dignos arbitreris, quos vel reliquiis illius splendidi convivii, quod apparatissimum fuisse didicimus, satures. A. Ego vero vos non reliquiis saturare, ut dixisti; sed splendidissimis conviviis accipere dignos arbitror. Hoc autem ipsum, quod cupis, melius hic B. noster præstare poterit: quippe qui acta ipsa selectorum illorum Patrum legit, qni Romæ Gratiano mendis expurgando præerant, & veteres illos libros descripsit, & diu, multumque est in hoc genere literarum versatus. B. Negare non possum, me his delectari studiis, & te potissimum duce, cum magna mea voluptate, in conciliorum decretis, & Pontificum epistulis perlegendis dies, noctesque consumere. Neque etiam recuso, quin quod sciam poteroque, C. nostri desiderio satisfaciam. Te vero præsente id agi, utrique nostrum utilius, & gratius est. Sunt enim multa obscura & incerta, in quibus etiam illi selecti Romani hærent. Sunt etiam variæ quædam lectiones, quæ collatione librorum veterum, aut collectorum acciderunt; in quibus, & in aliis permultis tuum nobis erit auxilium implorandum. A. Video me non posse effugere, quod exoptatis; id eo libentius faciam, ut C. faveam, & quid a te petere debeat, admoneam. Obscura vero, & varia a Romanis relicta auditurus libenter sum; non quo sperem, me illa certa & aperta redditurum; sed ut ingenia hominum sunt, id ipsum dubitare, trepidare & labi sæpe delectat. Et ut si quis aliquid medicamenti attulit desperato jam, & morienti ægroto, voluptatem magnam capiat necesse est: sic qui jam deploratis mendosis locis scriptorum medicinam tulit; suavissimos capit laboris sui fructus. Sed age videamus, quid auxilii ex veteribus conciliis non editis Gratiano adferri potest? B. Qua ratione si quis quærat fontes singulorum capitum in editis conciliis, & conferat eorum verba, multum juvatur, quod hæc ab illis manaverint; ita etiam in non editis eveniet. Sed illud pluribus notum est, & facilius sanari loca mendosa potuerunt; hæc minus oora sunt, & paucis patuit aditus, ut ea cum Gratiano conferrent. Exemplum sumam ex hoc libro, quem ad te adfero; cujus partem ad te Roma oiissum scio. Apud Gratianum caput hoc *Zachariæ Papæ* adscribitur *a*: *Episcopi, presbyteri, diaconi sæcularibus indumentis non utantur* &c. Hoc in conciliis, aut epistnlis editis Zachariæ non invenies: sed est in *concilio Romano Zachariæ capite tertio* [α]. *Sic dist. XCIII.* a 21. q. 4. c. 3. Episcopi.

(α) *In editione Gregoriana cap.* 3. Episcopi. 21. *q.* 4. *inscriptio est*: Item Zacharias Papa in synodo Romana cap. 3. *In notis est*: Hæc synodus a Zacharia Papa habita extat in bibliotheca Vaticana, & Regiensi. Et in indice librorum est: „ Zachariæ decreta ex „ bibliotheca Ormaneti Episcopi Patavini, „ Synodus Romana ex Vaticana, Francica „ ex Dominicana supra Minervam “.

a *Dist.* 93. c. 4. Justa.

XCIII. a Anacleto, & *Zachariæ* adscribuntur illa verba: *Juxta sanctorum patrum* &c. sed melius Anselmus refert, ex *concilio Zachariæ Papæ*. Est autem *caput* IV. illius concilii. A. Ego cum verba Gratiani cum Anselmi verbis contulissem, inveni meliorem scripturam videri illam Anselmi, quam vulgarem Gratiani. Scire cupio, an eam confirmet vetus hoc concilium. B. De illis fortasse verbis dicis: *Omnes Episcopi, qui huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent, & qui propinqui sunt.* In eo concilio: *subiacebunt, qui propinqui sunt*; scriptum est, *ET* voce omissa. A. *subiacent, qui propinqui sunt*; habet Anselmus apertius. Et ideo postea dicitur: *Qui vero de longinquo sunt, iuxta chirographum suum impleant.* C. Estne hoc illud chirographum, cujus formula extat sub titulo *b* de jurejurando: *Ego N. &c.* A. Ea formula A a Gregorio VII. concepta est, qui posterior fuit Zacharia: sed fortasse priores Pontifices simile sacramentum Episcopos suos præstare jubebant. C. Cur adiicitur in hoc capite, *qui huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent?* an sunt alii, qui non subiiciantur? A. Hodie nulli fere sunt B: sed illis temporibus electi Episcopi a clero C, a Metropolitano confirmabantur, & ab eodem consecrabantur, aut eo consentiente ab aliis Episcopis: Metropolitanorum electio a Patriarcha confirmabatur, quibus pallium quoque dare permittit Innocentius III. *c* in concilio generali c. V. Ordinationi igitur, hoc est, consecrationi, vel confirmationi sedis Apostolicæ illi non erant subjecti, qui ab inferioribus confirmabantur, & consecrabantur. B. Cur autem venire cogebantur in urbem quotannis omnes? An ad synodos quotannis habendas? A. Neque quotannis omnes venire cogebantur, sed aliqui: longius habitantes intra biennium, aut triennium veniebant; neque synodi causa solum, sed etiam ob lites, aut inter ipsos Episcopos sedandas, aut cum aliis clericis, vel laicis, & ut cum eorum consilio Pontifex Romanus

b *De jurejurando* c. 4. Ego. *Gregor. IX.* c. 20. *de elect. in* 1. *collect.*

c c. 23. Antiqua. *de privil.*

a Est hæc ex arcanie & soleris Majestatis & Imperii Hildebrandini ut & dictatus illi, de quibus egi *in histor. pur. Eccles. num.* 257. M. (41).

e Olim nulli erant. Episcopus enim in Episcopum nullam prærogativam eut potestatem habet jure divino, postee cum Metropolitanatu & Patriarchatu, crevit Romani Episcopi euctoritas, conclusa primum regionibus suburbicariis, de quibus vide Salmasium, quæ postea in totum Occidentem se diffudit, ut vere dicat Antonius Augustinus hoc loco hodie fere nullos esse Episcopos, qui non pareant Romano Pontifici, saltem in Occidente, præter eos quos Lux evangelii ei a sesquisæculo & quod excurrit, exemit. M. (42).

c Hac de re vide Clarissimi Blondelli tractatum de jure plebis. M. (43).

(41) Non semel in Sanctæ Romanæ Sedis Antistites solent pro more suo teterrimum animi virus sub specie εὐχαρίγματ☉ eructare Reformatores. Diu ante Gregorii VII. Pontificatum ea jurandi formula jam fuerat invecta, ne tam facile ad Schismata inter Ecclesias excitanda commoverentur Episcopi, sed omnes unanimi consensu sub uno visibili Ecclesiæ Capite juxte Salvatoris institutionem continerentur. Apud Surium in Vita S. Bonifacii Moguntinensis Episcopi ad diem Junii quintam Cap. 14. hæc legitur iurisjurandi formula, qua Sanctus ille Martyr obedientiam, & fidem Gregorio II. spopondit: „ Promitto ego „ Bonifacius, Dei gratia Episcopus, tibi, Beate Petre Apostolorum Princeps, Vicarioque tuo Beatu „ Gregorio Papæ & Successoribus eius per Patrem, „ & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc Sacratissimum Corpus tuum, „ me omnem fidem, & puritatem Sanctæ Fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem Fidei, „ Deo operante persistere, in quo omnie Christianorum salus esse sine dubio comprobatur, nullo „ modo me contra unitatem communis, & universalis Ecclesiæ suadente quopiam, consentire, sed ut „ dixi, fidem, & puritatem meam, atque concursum „ tibi, & utilitatibus tuæ Ecclesiæ, cui a Domino „ Deo potestas ligandi, solvendique data est, & prædicto Vicario tuo, atque Successoribus per omnia „ exhibere. Sed & si cognovero Antistites contra instituta antiqua Sanctorum Patrum conversari, cum „ eis nullam habere communionem, aut conjunctionem. Sed magis, si valuero prohibere, prohibeam; „ si minus, fideliter statim Domino meo Apostolico renunciabo ". Qua igitur fronte hanc jurandi formulam ex arcanis, & soleris Majestatis, & Imperii S. Gregorii VII. ore blasphemo derivandam Mastrichtius affirmat? Ab Anno etiam 590. usus jam invaluerat, quod Episcopi in Consecratione, fidei professionem emitterent, obedientiam pariter suo Metropolitano spoonderent in scriptis, ut Petrus de Marca docet Lib. 6. Concord. cap. 3. Num. 13., & hoc ad schismata tollenda, atque Ecclesiæ unitatem conservandam; mirum ergo non sit, quod S. Gregorius VII. ab Episcopis in Sacrilegum schisma per Enricum Regem excitatum delapsis, atque ad Ecclesiæ communionem pœnitentia permotis remeare exoptantibus, fidelitatis, & obedientiæ Sacram sponsionem exigeret. W.

(42) Non solum, qui in Occidente, sed quotquot in tota Catholica Ecclesia extiterunt Episcopi, eisque Lux vere Evangelica refulsit, Romano Pontifici, tanquam universalis Ecclesiæ ex institutione Christi visibili Capiti obedientiam, & subjectionem professi sunt, nec quisquam Catholicorum citra violatæ charitatis, & unitatis crimen ab ejus se posse communione recedere existimavit; Eam etenim Cathedram per legitimæ successionis imperturbatum ordinem a Sancto Petro ad Clementem usque XIII. in ea modo sedentem Episcopi Apostolicæ, & Christianæ Doctrinæ Custodes invicti, tenuerunt: in quo siquidem ordine successionis nullus Calvinista, Lutheranus nullus, aut alterius cujusque Sectæ Episcopus invenitur. Quisquis itaque, aut hæresi, aut schismatica rebellione a centro unitatis, quod in uno Ecclesiæ visibili capite consistit, recedere audet, Apostolo Ephesiorum 4. vv. 4. & 5. dicenti = *Unum esse Corpus* (nempe Ecclesiam) *unam Fidem, unum Dominum, unum Baptisma*, quod contradicat necesse est; proindeque & si Angelus de Cælo diceret; dimitte Christianitatem orbis terræ, & tene partes Calvini anathema esse deberet, quia *a toto præcidere, & in partem contrudere conaretur* = ajebat de Secta Donati S. Augustinus Epist. 53. alias 165. ad Generosum cap. I. num. I. W.

(43) De Episcoporum electionibus satis dictum est in Notis (a) & (b) ad cap. 6. Lib. I. Duareni de Ecclesiasticis Ministeriis & Benef. ex propterea videantur. W.

nus difficiliora negotia explicaret, atque dirimeret. Sed ad Gratianum redeamus (α). B. *Zachariæ Papæ* adfcribit Gratianus verba illa pofita, *cauffa* XXVI. *extrema a: Si quis Kalendas Januarii ritu paganorum colere &c.* quæ ex *decretis Zachariæ cap.* XI. Burchardus *b*, & Ivo *c*, referunt. Magna cum varietate funt hæc in *Romano concilio Zachariæ cap.* IX. *Si quis Kalend. Januarias, & broma colere præfumpferit, aut menfas cum dapibus in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantationes, & choros ducere, quod maxima iniquitas eft coram Deo: anathema fit.* A. In epiftula quadam Bonifacii martyris ad Zachariam inveni conqueri illum A, quod dicerent barbari, fe vidiffe Romæ juxta ecclefiam S. Petri Kal. Jan. paganor. confuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes, & cantiones facrilegas audiviffe, & menfas illa die vel nocte dapibus onerare, & alia fieri: cui Zacharias refcribit, tam fe, quam Gregorium Pontificem, cui fucceflerat, qui a nobis Gregorius tertius appellatur, illa prohibuiffe. C. Quid vox *broma* fignificat? an pro bruma pofita eft? A. *Capite LXII. fextæ fynodi repetitæ in Trullo brumalia* prohibentur, quæ videntur effe a bruma dicta. Incidere autem bruma folebat Saturnalibus diebus, non longe a Kalendis Januariis. B. Tertullianus in libro de idololatria hoc confirmare videtur, cum de brumæ honorario, & de Kalendas Januarii, & Saturnalium celebratione agit: Ambrofius tamen in epiftol. ad Galatas ad Jani cultum refert has Januarias Kalendas. *Menfas* vero, non *Menfes*, ut apud Ivonem eft, fcribendum effe, recte ex Bonifacii verbis colligitur (β). Sequitur illud, quod *Macario Papæ* Gratianus, *d Zachariæ* Burchardus *e*, & Ivo *f*, & liber Cæfarauguftanus *g* adfcribunt. Eft autem in hoc ipfo *Romano concilio capit. XIII. & XIV.* C. Hac de re invenio in dialogis cum V. & G. *h* fieri mentionem, ut etiam de *Anacleti & Zachariæ capite distinct. XCIII.* a te commemorato. B. Sunt quædam melius fcripta in concilio, quam apud Gratianum, ut illud, *ab alio Epifcopo*, non *ab aliquo*. Et poft illa, *ufque in finem*, additur: *quia fcriptum eft i: Qui perfeveraverit ufque in finem, hic falvus erit* (γ). Alia exempla fumamus ex duabus Romanis fynodis non editis B *Eugenii fecundi, & Leonis*

a 26. q. 7. c. 14. Si quis.
b *Burch. lib.* 10. *c.* 16.
c *Ivo p.* 11. *c.* 43. *decr.*
d *De conf. d.* 1. *c.* 56. Nullus.
e *Burc. lib.* 3. *c.* 230. & 231.
f *Ivo p.* 3. *c.* 270. & 271. *decr.*
g *Cæf. l.* 4. *c.* 48.
h *Dial.* 4. *lib.* 1. & *dial.* 13.
i *Matth.* 10. *c.*

(α) *De infcriptione cap.* 4. Juxta. *dift.* 93. *dictum eft in dial.* 13. *addit.* 2. *lib.* 1. *In verbis hæc leguntur*: Ordinationi fubjacent, qui propinqui funt. *Cap.* 4. Ego N. *de jurejur. infcriptio eft*: Idem (*Gregorius*) Petro fubdiacono. *In margine eft*: cap. 10. tit. de electione in 1. compil.

(β) *Ante cap.* 14. *cauf.* 26. *q.* 7. *in eod. libro hæc funt*: Unde Zacharias Papa in concilio Romano *c.* 9. Si quis Calendas Januarias, & brumam ritu paganorum colere, vel aliquid plus novi facere propter novum annum, aut menfas cum dapib. &c. *In margine hæc funt*: Polyc. ibidem. (*hoc eft, l.* 6. *tit.* 12.) Burch. l. 10. c. 16. Ivo p. 11. c. 43. *Et in notis*: Hoc eft caput nonum in concilio Romæ a Zacharia habito, quod affervatur in Vaticana bibliotheca: & inde nonnulla funt emendata & addita. De hac autem fuperftitione Bonifacius legatus Germaniæ epiftola 2. quæ eft in tomis conciliorum ad ipfum Zachariam multa fcribit: cui Zacharias ultima epiftola refpondens mentionem hujus concilii videtur facere his verbis: „ Et „ quia per inftigationem diaboli iterum pullulabant; a die, qua nos juffit divina clementia (quamquam immeriti exiftimamus) Apoftoli vicem gerere; illico omnia „ hæc amputavimus ". Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui fextæ fynodo adfcribuntur c. 62. Et multa in hujusmodi fuperftitionem fcribit Tertullianus in libro de Idololatria, & alii graves auctores. VEL ALIQUID PLUS NOVI FACERE PROPTER NOVUM ANNUM: Hæc non funt in codice iftius concilii Vaticano.

[γ] *In dialogo quarto addit.* 12. *dictum eft de infcriptione cap.* 57. Romanis, *de confecr. dift.* 1. *cujus initium* Nullus Epifcopus. *Editum eft*, ab alio Epifcopo. *Et poft vocem* finem, *hæc funt*: quia fcriptum eft (qui perfeveraverit ufque in finem: hic falvus erit.) Si quis vero &c. *Et in margine*: Matt. 10.

A Quod fi Bonifacius ille nunc Romam veniret, præcedentibus quadragefimam diebus, quas quæfo querelas effunderet? M. (44).

B Editæ illæ nuper funt a Luca Holftenio bibliothecæ Vaticanæ præfecto ex veteri codice MS. Francifci Cardinalis Barberini. B.

(44) Si diebus Quadragefimam præcedentibus Romam nunc veniret Bonifacius ille querulis quidem fed fupplicibus vocibus Dei Clementiam pro iis, qui carnaliter vivunt, exoraret, ut Divina favente gratia convertantur, & vivant. = Iftos enim (carnales homines) aiebat S. Auguftinus Libro 7. de Baptifmo contra Donatiftas cap. 15. effe in Domo negare non poffum, dicente Apoftolo; in eadem Domo effe vafa in honorem, alia in contumeliam = Carnales autem fuos, fequutur Auguftinus Lib. de vera Religione cap. 6. ideft viventes, aut fenfientes carnaliter, tanquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora funt, donec talibus tegminibus exuantur = Catholica enim Ecclefia, non folos juftos, & Sanctos; quemadmodum Novatores plurimi da fuis focietatibus contra doctrinam Apoftoli intolerabili fuperbia præfumunt; fed imperfectos etiam, & peccatores in fuo finu complexa Chriftiana veracitate fatetur. W.

nis quarti. Conjunguntur autem in veteri libro, quod magna ex parte eisdem verbis scripta sint. Nam si quis quærat, quid sibi velit hæc Gratiani inscriptio *caussa XII. a Item Eugenius Papa, & Leo nonus. Necessaria etenim res &c.* aut illa Anselmi *b*, *Ex synodo Eugenii Papæ*: quid respondeat, non habebit. Invenitur autem in hoc *duplici concilio cap. VII.* (x) At Leonis Papæ esse dicuntur illa verba *c*: *sine ornatu sacerdotali extra domos apparere nullo modo conveniat*: ea nullo modo in B. Leonis Papæ registro quisquam inveniet: sed hujus concilii sunt *caput XII.* A. Sumpsit Gratianus *ab Anselmo d*, sed Ivo *e*, & liber Cæsaraugustanus *f* ex *synodo Eugenii* esse scribunt. Ivo autem solus plenius quædam retulit. B. Plura sunt in ipso concilio [3]. Sic etiam Ivo *g caput XI.* hujus concilii refert, ut ex *synodo Eugenii Papæ* tempore Ludovici & Lotharii Augustorum habita, & liber Cæsaraugustanus *h* ex *synodo Eugenii Papæ*: sed plenius est id caput in eodem concilio. *Caput XIII.* posuit Gratianus *caussa XIV. i* eum hac inscriptione: *Unde in synodo habita Romæ ab Eugenio Papa statutum est.* Pro illis verbis, *tamen in ipsis sæcularibus negotiis &c.* scribendum: *tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur.* C. Ante ea verba vox *credibilius* est in concilio, *credibile* apud Gratianum. B. Ita est, ut dicis [γ]. *Distinct.* XXCI. *k caput VII.* (cujus initium, *Sacerdos, aut quivis*;) *Eugenio Papæ* adscribitur: id in his *Eugenii Minoris, & Leonis IV. synodis* invenio *capite XIV.* & scribendum est; *in ordinem Ecclesiasticum provectus, si in eo scelere inveniatur, quo abiiciendus existat* (δ). In eadem distinctione *l* caput adjectum *a Palea* cum hac inscriptione, *Ex decreto Eugenii Papæ*; quod etiam apud Anselmum *m* & Bernardum Papiensem refertur *n*, hujus concilii est *cap. XV.* Varietas magna est, ut in notis tuis ad Papiensem, ex libro Veronensi a te relata est. A. Pergratum mihi est, quod fontem illius capitis indicaveris, ut etiam aliorum, quæ a te narrata sunt (ε). B. *Caput XVI.* Gratianus *o* refert, ut ex *synodo* habita *Romæ ab Eugenio Papa*; melius est in libro Cæsaraugustano *p*: *In concilio primo Eugenii Papæ cum Episcopis LXXII. & Leonis IV. cum Episcopis LXVI.* A. Si addidisset, cujus Eugenii id concilium esset, nihil desiderati aptius posset. Cupio tamen scire abs te, num conveniat in Episcoporum numero? B. In Leonis synodo nulla differentia est, in Eugenii tamen X. Episcopi plures in Cæsaraugustano sunt, quam in veteri libro ejus concilii. A. In verbis quænam varietas est? B. Quod apud Gratianum est, *res mobiles aut immobiles*; in eo concilio est, *res mobiles*: in libro Thomasiano Gratiani, *res immobiles*: in Cæsaraugustano sola vox *res*, invenitur. A. Nihil mutandum censeo. B. In extremo capite, *coartandus existat*, est in concilio, *coartatus existat* habet Gratianus; *coerceatur*, liber Cæsaraugusta-

a 12. q. 1. c. 3. Necessaria.
b *Ans. lib.* 7. c. 5.
c 21. q. 4. c. 4. Sine.
d *Ans. lib.* 7. c. 103.
e *Ivo p.* 13. c. 7. *decr.*
f *Cæs. lib.* 8. c. 29.
g *Ivo p.* 11. c. 76. *decr.*
h *Cæs. lib.* 8. c. 81.
i 14. q. 2. c. 2.
k *Dist.* 81. c. 7. Sacerdos.
l *Eadem dist.* c. 22. Si quispiam.
m *Ans. lib.* 8. c. 9.
n c. 3. *de cohab. cler. in* 1. *collect.* & *apud Gregor. IX.* c. 2. c. *tit.*
o 12. q. 1. c. 27. Nulli.
p *Cæs. lib.* 7. c. 61.

(x) *Cap.* 3. Necessaria. 12. *q.* 1. *in libro Romano inscriptio est*: Item Eugenius Papa II. & Leo quartus c. 7. *In margine est*: Ans. l. 7. c. 5. & l. 4. c. 2. *Et in notis*: Est cap. 7. concilii Romæ ab Eugenio II. primum habiti, & postea a Leone IV. innovati. Antea citabatur Leo nonus.

(3) *Hæc inscriptio est in eod. libro cap.* 4. Sine ornatu. 21. *q.* 4. Item Leo Papa IV. in synodo Romana c. 12. *In margine est*: Ans. l. 7. c. 162. Ivo p. 13. c. 7. *Post verbum* patiantur *addita sunt hæc*: Sed ea solummodo, quæ per patres constituta videntur, observet. Contrarius &c.

(γ) *Inscriptio cap.* 2. *sive posterioris* 14. *question.* 2. *in eodem libro hæc est*: Unde in synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. statutum est. c. 13. Quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur: tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur &c. *In margine est*: Polyc. l. 4. tit. 31. *In notis*: Pro testimonio: Sic est emendatum ex conciliis Eugenii II. & Leonis IV. & Polycarpo. Antea enim legebatur: „ pro „ conficiendis instrumentis ad testimonium „ non rogentur “. Et si autem: In conciliis ipsis, & Polycarpo legitur: „ si enim e„ ventæ causæ aliquid viderint, &c. “

(δ) *Caput* 7. *distinct.* 81. *ita in eodem libro inscribitur*: Item Eugenius Papa. Sacerdos, aut quivis alius in ordine ecclesiastico provectus, si in eo scelere invenitur, quo abiiciendus comprobatur &c. *In margine est*: Ans. l. 5. in princ. *Imperfecta hæc sunt.*

[ε] *Ejusdem distinct. cap.* 22. Si quispiam sacerdotum. *in eodem libro hanc habet inscriptionem*: (Ex decreto Eugenii Papæ) Palea. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Ans. l. 8. c. 9. ex pœnit. Romano. *In notis*: Ex decreto: Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea a Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohabit. cleric.... (*deest*, & mul.) Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine. Admonitionem: In eod. canone sequitur: „ Metropolitani, vel alterius Episcopi, „ aut ejus, cui subjacere videatur “. *Desideratur numerus canonis Romani*; *hoc est*, c. 15. *Inscriptio cap.* 2. *de cohab. cleric. est*: Ex decreto Eugenii Papæ. Si quisquam sacerdotum &c. *In margine est*: Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.

ſtanus. A. Scriptura concilii recipienda eſt (α). B. *Caput* XVIII. *Leoni Papæ* adſcribit Gratianus *a diſtinct.* LXXII. ut Anſelmus *b*, *Eugenio Papæ* liber Cæſarauguſtanus *c*. Pro illis, *niſi ab ipſo poſtulatus*, ſcribendum eſt, *niſi ab alio poſtulatus*: ut in his tribus libris eſt, quamvis Anſelmus habeat, *poſtuletur* pro *poſtulatus*. Pars ejuſdem capitis omiſſa eſt, qua cavebatur, ut dimiſſoriæ litteræ univerſalis Pontificis, aut Imperialis, vel Metropolitani bulla roborentur. C. An etiam Metropolitani bulla utebantur? A. Sigillum arbitror ſignificari A. Sed & Venetorum Dux bulla utitur plumbea in quibuſdam litteris. Et Græci Imperatores χρυσόβουλλον appellabant *d* litteras eorum aurea bulla exornatas. Cetera poterunt alio die conferri. Noſtis enim occupationes meas. B. Ita fiat [β].

a *Diſt.*72. *c.* 1.
b *Anſ. lib.* 6. *c.* 122.
c *Cæſ. lib.* 4. *c.* 87.
d *Vid. end. Balſamo ad Photium, cum ſcholiis.*

DIALOGUS SECUNDUS.

De eadem re ex eodem Concilio Eugenii, & Leonis.

B. CUm a te heri diſceſſimus, petebat C. a me, cur *bullas* exiſtimarem dictas Pontificias litteras. Dixi ab illo ſigillo, quod in ſingulis pendere ſoleret. Sed cur ſigillum id bulla diceretur, a te petendum eſſe. A. Nonne meminiſtis bullam dici Romanis, quam pueri ſupra togam prætextam ferrent e collo pendentem, quod cordis, ſive lunæ ſpeciem obtineret, ſive a Græca voce βουλή, quæ conſilium ſignificat, ſive a Latina bulla pro tumore, ut cum dicimus, homo bulla, aut cum in veſtibus auream bullam, aut in aquæ ferventis ſpuma ebullire appellamus, bullas illas facere. C. Credo me apud Plutarchum, Feſtum, & Macrobium hoc ipſum legiſſe. Sed non ſuſpicabar inde Pontificias litteras nomen ſumpſiſſe. Nunc vocis illius abs te heri uſurpatæ memor χρυσόβουλλον, facile inducor, ut credam illam fuiſſe originem bullarum Apoſtolicarum. B. In eandem ego ſententiam accedo. A. Quid nobis reliqui eſt ex illis duorum Pontificum conciliis? B. *Caput XIX.* *e Anacleto Papæ* adſcribit Gratianus, *Lothario Imperatori* collectio legum Longobardicarum. A. Magnam tu varietatem narras. Sed quid in aliis verbis lucri eſt? B. Initio, *Epiſcope*, ſcribendum eſt, non *Epiſcopus*; & *actionem* non *actiones*: cetera levia ſunt, *ut propriis ſuis actionibus* quod Gratianus habet, *pro ſuis actionibus* (γ). Quod ſequitur *caput XX.* conjungi debuit a Gratiano: ut diſcuteret Epiſcopus, cur ſacerdos advocatum non inveniret. Sed venio ad *caput XXI.* *f* quod ex *Romana ſynodo* appellat Gratianus, & evangelia, ſive ἔνορκα ſolvenda ſunt ei, qui invenerit, quænam ea ſynodus fuerit. A. Vide C. quid Anſelmus *g*, & liber Cæſarauguſtanus *h* ſcripſerint. C. *Leoni* adſcribit Anſelmus, in Cæſarauguſtano inſcriptio deſideratur. B. Plura ſunt in his conciliis, quam in tribus collectionibus. Anſelmus tamen plura refert, quam ceteri: & liber Cæſarauguſtanus Gratiano plenior eſt. Poſt illa verba, *pro ſacro officio illius diœceſis, ſive diœceſeos*, ut in conciliis eſt, additur, *& bonæ auctoritatis dimiſſoriam*, ſive, *& idoneos auctoritate dimiſſoriam. Et bonæ auctoritatis dimiſſoriæ*, habet Anſelmus: *dimiſſione*, Cæſarauguſtanus. A. Prior ſcriptura placet magis, *& bonæ auctoritatis dimiſſoriam*. B. Poſt verbum *commendare*, additur in utroque concilio: *ita ut ad placita, & ad juſtam reverentiam ipſius Epiſcopi obedienter ſacerdos recurrat.* Eadem cum aliqua varietate ſunt in Cæſarauguſtano. Major varietas eſt apud Anſelmum. Sed neutrius habendam rationem exiſtimo. Illud addit Leo quartus: *Si vero ſuperbia elevatus, vel alio quolibet modo, a propriis ſe ſubtrahere maluerit mandatis Epiſcopi, canonicis eum decernimus ultionibus ſubjacere.* C. Horum verborum pars eſt apud Anſelmum. A. Ex his facile cognoſces, quantum interſit ex fonte haurire, aut ex rivulis, & ſtagnis, ac lacubus (δ). B. *caput XXIII.* non ad Gratianum, ſed ad veterem illam Bernardi Papienſis tui collectionem

e 5. q. 3. c. ult. Longob. de advocat. lib. 2. tit. 47.
f 16. q. 7. c. 33. Monaſterium.
g *Anſelm. lib.* 5. *c.* 73.
h *Cæſ. lib.* 8. *c.* 63.

(α) *Quod ad caput 27. attinet*, 12. *q.* 1. *Ejus in eodem libro Romano inſcriptio eſt*: Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. c. 16. Nulli Epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles &c. *In fine eſt*, coarctatus exiſtat.

[β] *Diſtinct.* 72. *cap.* 1. *hæc in eodem libro inſcriptio eſt*: Unde Leo Papa ait. Epiſcopus ſubjecto ſibi ſacerdoti, vel alii clerico, niſi ab ipſo poſtulatus &c. *In margine eſt*: Anſ. l. 6. c. 122. *Imperfecta hæc ſunt. Vide lib.* 1. *dial.* 16. *ad l.* 3. *in fine.*

(γ) *Inſcriptio cap. ult.* 5. *q.* 3. *in editione Romana hæc eſt*: Item Anacletus Papa. Quia epiſcopus &c. *In notis hæc ſunt*: Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenii Papæ ſecundi tempore Ludovici, ac Lotharii Imperatorum habito c. 19. Quod etiam a Leone quarto eſt repetitum. Ex quo canone Lotharius lib. 2. legum Longobard. tit. de advocatis, & Vicedominis, octavum capitulare compoſuit. In verbis nihil eſt mutatum.

(δ) *Capitis* 33. Monaſterium. 16. *q.* 7. *hæc in eodem libro inſcriptio eſt*: Item ex Romana ſynodo Eugenii II. & Leonis IV. c. 21. *Nulla varietas notatur, præter ad vocem* invito, al. invite, *in margine Anſelmi vero nomen non eſt adjectum.*

A De bullis actum a nobis *in hiſtor. jur. Eccleſ. num.* 402. & de bullariis *num.* 398. *& ſeq.* M.

nem primam Decretalium pertinet. Quod enim sub *titulo de Religiosis domibus a* ex decretis *Eugenii Papæ* refertur, hujus concilii est. A. Recita mihi concilii verba, sunt enim in nostris libris parum apte scripta. B. *De xenodochiis & aliis similibus locis. Eugenius in titulo. De xenodochiis, ptochotrophiis, nosocomiis, & orphanotrophiis, eremocomiis, & monasteriis tam monachorum quam sanctimonialium. Leo quartus.* C. Legi nuper in *Juliani Epitome Novellæ VII. b* horum nominum differentiam, illud solum *eremocomiis* illic non est. A. Fortasse *gerontocomiis* scribi oportet, quod illic esse non dubito. B. Quid si hæc vox ad eremitas educandos referatur? A. Non recte composita videtur. Sed perge tu, & quod cœperas, refer. B. Capitis ipsius verba sunt hæc: *Per sollicitudinem Episcoporum hæc, quorum diœceseos existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur: ut debiti panes atque curæ pertinentibus revertantur.* In his ultimis verbis est aliqua varietas: *dediti panes aquæ*, est alicubi: *debitis atque curæ revertantur*, alibi omissa voce *pertinentibus*: *recitantur* pro *revertantur*, invenio etiam scriptum. Mihi *reddantur* non ineptum videretur. A. Ego vocem *curæ* in *rogæ* mutarem. C. Quid ea vox significat? A. Ita dicebatur, quod erogari solebat, ut ex Pontificali, & Anastasii historia cognovimus. Sic igitur lego: *ut debiti panes, atque rogæ* A *pertinentibus reddantur*, seu *revertantur*. B. Mihi id vehementer placet. Sequuntur Leonis verba: *Qualiter Deo vacantes inopia, vel necessitatibus nullatenus occupentur: sed omni expulsa cura, purius in Dei servitio valeant mentibus permanere.* A. *Purioribus*, pro *purius* mutandum censeo (α). B. *Caput XXVI.* refert Gratianus *c*, ut ex *concilio Leonis Papæ. Quarti* addit Anselmus *d* non male. A. In libro Cæsaraugustano *e* est: *ex concilio Gregorii primi Papæ*, ineptissime, sed varietatem audiamus. B. *Superposita*, pro *supposita*; *prospector* pro *perspector*: & pro illis, *non illicitis exactionibus opprimantur*, in eo concilio est: *quam illicitis exactis dationibus opprimantur.* C. Anselmus habet *superposita*, & *perspector*, cetera ut concilium. A. Vide librum Cæsaraugustanum. C. Convenit cum Anselmo una excepta voce: est enim illic; *quam illicitis exactis, vel dationibus opprimantur.* A. Vox, *quam*, pro *magis quam*, vel *potius quam*, posita esse videtur. B. Ita existimo: ut illud *f*: *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in Principibus*: & alia sexcenta, quæ in emendationibus refers. Leonis verba sunt illa: *Quia Dominus pascere, & docere nos docuit*, & quæ sequuntur (β). *Caput XXIX.* ex *decreto Eugenii Papæ* refert Gratianus *g*; *ex decretis* ejusdem, liber Tarraconens. *h capite XXVIII.* addit Burchard. *i cap. XXVI.* Ivo *k* in excerptionibus. Omnes epitomen, non verba referunt, quæ ita initio concepta sunt: *Fœminæ vero, quæ habitum religiosum, aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent viri potentes; deinceps viro sociari non permittantur: sed eligentes monasteria regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum caste observent, contra autem turpes inventæ providentia Episcopi emendentur.* His *Eugenii Minoris* verbis addit alia *Leo* non contemnenda (γ). *Caput XXXII.* a Gratiano *l* refertur ex *synodo* habita ab *Eugenio Papa*. A. Eidem Eugenio adscribit partem ejusd. capitis liber Cæsaraug. *m* B. Pro illis verbis, *qui inviti sine justa offensionis caussa sunt intromissi*, illic est, *qui in monasterio inviti, & injuste sine ostensione sunt intromissi*: aut ut alius liber habet, *qui invite sine justæ ostensionis crimine monasteriis sunt intromissi*. A. Vide, quid in Cæsaraug. sit. C. *Si qui sine ostenso crimine inviti in monasterium mittuntur.* A. Sententia est in omnibus, illud tamen eligo, *qui invite sine justæ ostensionis crimine monasteriis sunt intromissi*. Sed quid est, quod

a c. 2. de relig. dom. in 1. collect. c. 3. eod. tit. Greg. IX.

b Cap. lib. 2. c. 29. Ivo p. 17. c. ult. dec. Cæs. lib. 7. c. 80.

c 16. q. 1. c. 62. Nulli.

d Ans. lib. 6. c. 166.

e Cæs. lib. 4. c. 89.

f Psalm. 117. b.

g 27. q. 1. c. 31. Mulieres.

h Tarrac. lib. 6. c. 232.

i Burc. lib. 8. c. 54.

k Ivo p. 7. c. 72. decr.

l 20. q. 1. c. 9. Sicut qui.

m Cæs. lib. 9. c. 11.

(α) *Hæc inscriptio est capitis tertii de relig. domib.* Ex decretis Eugenii Papæ. De xenodochiis, & aliis &c. *In margine est*: Hoc reperi in 1. compilatione eod. tit. c. 2. & hic, non alibi. *Fons omittitur.*

[β] *Ante caput 62.* Nulli Episcoporum 16. *quæst.* 1. *hæc verba sunt in libro Romano*: Unde in concilio Leonis Papæ IV. cap. 26. statutum est. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 4. tit. 21. Anselm. l. 6. c. 166. *Ad verba* superposita in angariis, *est in margine*: in vulgatis erat SUPPOSITA & *ad vocem* prospiciat, al. PERSPICIAT. & *ad vocem* exactionibus al. EXACTIS DATIONIBUS.

(γ) *In eodem libro inscriptio cap.* 31. Mulieres obtentu. 27. q. 1. *hæc est*: Item ex decreto Eugenii Papæ secundi in concilio Romano c. 29. *Et in margine est*: Polyc. l. 4. tit. 35. Burch. l. 8. c. 54. Ivo p. 7. c. 72. *Et in notis*: In concilio, quod extat in bibliotheca Vaticana, hæc sunt ipsa decreti verba: „ Fœminæ vero &c. " *usque ad verbum* observent „ *ut in dialogo.*

A Glossæ quæ Isidoro adscribuntur. *Roga* Eleemosyna. Forte quia in pauperes erogatur. Pro missilibus etiam legitur vox, apud Landulphum Sagacem *in Tiberio II. Duxit Anastasiam uxorem suam & coronavit eam Augustam & jactavit* rogam *multam.* Pro donativo, honorario, stipendio etiam poni observavit Doctiss. Meursius *in Glossar.* voce Ῥόγα. Inde *Rogalia*, dies quibus Rogæ ab Imperatore & Patriarcha dabantur populo. Vide Balsamonem *de intens. Patriarcha die Catechef. lib. 7. juris Græco Romani, pag.* 471. Vide late & docte de Roga Clariss. Vossium *de vitiis Latini Sermon. lib.* 3. *cap.* 43. non longe a Princip. M.

quod extremo capite dicitur: *ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ continetur libro ſexto?* quis ille *ſextus Leonis* liber eſt? B. Recte Contius notam addidit illis verbis, *libro ſexto*: quæ nulla ſunt in concilio Eugenii. Videtur autem Leonis mentio fieri: quia *Leo capite XXVI.* & *XXVII.* (ut in Corpore canonum eſt) ex *epiſt. XC. ad Ruſticum Narbon. Epiſcopum, cap. XII. & XIII.* idem ſtatuiſſet (α). *Caput XXXIII. Clementi* adſcribit Gratianus, *a* quod a te credo eſſe relatum *b*. Quod dicitur, *a laicorum loco*, illic eſt, *a laicorum*, voce tertia omiſſa, & pro verbis extremis, *ſacra officia exercere*, habet id concilium in margine, *ſacra officia celebrari.* Adduntur poſtea a Leone quarto plura non inutilia. Hujus capitis mentio fit a *Sigiberto hiſtorico*, ſed falſo *Leo V.* appellatur auctor. In libro Cæſarauguſt. *c Eugenio Papæ* aliis verbis eadem ſententia aſcribitur (β). *Venio ad XXXIV.* caput, quod inſcribitur *de ſcholis reparandis pro ſtudio litterar.* id Gratianus ex *ſynodo Eugenii Papæ* refert *diſtinct. XXXVII. d* Non recte *Eugenio tertio* Contius adſcripſit, a quo neſcio, an aliquid Gratianus acceperit. Ivo Carnotenſ. *e* ita inſcripſit: *Synodus Eugenii Papæ tempore Ludovici.* Pro illis verbis: *ab univerſis Epiſcopis, ſubjectis plebibus*, ſcriptum invenio in concilio, & apud Ivonem *univerſis Epiſc. ſubjectiſque plebibus* voce AB omiſſa. At in Gratiani lib. Thomaſiano, *univerſis Epiſcopis, ſubjectiſque plebibus.* A. Mutatio placet. B. Quod vero poſtea eſt: *qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue doceant*: plenius eſt in his duobus conciliis: *qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium, ac ſancta habentes dogmata, aſſidue doceant.* A. Hæc recipienda eſſe oſtendunt, quæ ſequuntur verba: *Quia in his maxime divina manifeſtantur, atque declarantur mandata.* Sed quid apud Ivonem eſt? C. Poſt vocem *artium*, tantum eſt, *habentes dogmata doceant*. B. Vide, quid Leo addiderit: *Et ſi liberalium artium præceptores, in plebib. ut aſſolet, raro inveniuntur; tamen divinæ ſcripturæ magiſtri, & inſtitutores eccleſiaſtici officii nullatenus deſint* &c. A. Hæc omitti non debuerunt (γ). De ceteris cras, aut perendie videbimus.

a De conſ. d. 2. c. 30. Sacerdotum.
b Dialog. 53.
c Cæſar. lib. 8. c. 27.
d Diſt. 37. c. 12. De Quibuſdam.
e Ivo p. 4. c. 214.

DIALOGUS TERTIUS.

De eadem re.

A. QUa de re nunc inter vos agebatis? B. De tempore, quo hæc duo Eugenii & Leonis concilia habita ſunt. A. Quid igitur certi eſt? Dixiſti enim heri, Ivonem Carnotenſem tempore Ludovici affirmaſſe habitam eſſe Eugenii ſynodum. Eum *Ludovicum* exiſtimo *Pium* cognomento eſſe dictum Caroli Magni filium. B. Ita eſt, ut exiſtimas. Namque ſub Leone tertio Pont. Max. Carolus moritur. Leoni Stephanus, Stephano Paſchalis, Paſchali Eugenius hic ſuffectus eſt. Et in ipſo Eugenii concilio dicitur, anno XIII. Ludovici Auguſti Indict. IV. menſe Novembri haberi concilium. Sed & Lotharii filii novi Imperatoris mentio fit, annus omiſſus eſt. Si numeros Panvinii ſequamur; Chriſtianæ ſalutis annus eſt DCCCXXVI. Pontificatus Eugenii Minoris annus tertius. A. Ex Indictione videtur unus annus detrahendus. Leonis quarti ſynodus quo anno habita eſſe dicitur? B. Anno ſeptimo Leonis, Lotharii vero, & Lodovici Imperatorum anno quinto, & triceſimo ſeptimo, (quod ex alio loco ſic intelligitur, ut vox *quinto* referatur ad Ludovicum, cetera ad Lotharium:) menſe Decembri, Indictione ſecunda. Panvinius anno quarto Leonis, Lotharii vero anno XI. Chriſti DCCCL. ſynodum Romanam habitam eſſe ſcribit. A. Ex Indictione, & anno VII. Pontificatus apparet annum fuiſſe DCCCLIII. Lotharii XV. C. Eſtne Ludovicus ejuſdem Lotharii filius, qui eidem ſucceſſiſſe dicitur, an Pius ille Lotharii pater? B. Apud Sigibertum invenio hunc Ludovicum Lotharii filium a Sergio Minore Pont. Max. Regem Longobardorum factum eſſe, eundemque poſtea Imperatorem fuiſſe appellatum.

[α] *Gratiani verba ſunt ante caput 9.* Sicut qui. 20. *q.* 1. *in eodem libro*: Sic & illud intelligendum eſt, quod eſt ſtatutum in ſynodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32. *In verbis nulla varietas notatur*: Qui inviti ſine juſtæ offenſionis cauſa ſunt intromiſſi. *Et poſtea*: ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſime continetur.

(β) *De inſcriptione cap.* 30. Sacerdotum, *de conſecrat. diſt.* 2. *ſcriptum eſt in dialogo* 53. *addit.* 1.

[γ] *Caput* 12. De quibuſdam. *diſt.* 37. *in eodem libro ita inſcribitur*: Item ex ſynodo Eugenii Papæ ſecundi. *In margine eſt*: Ivo p. 4. c. 214. Anſ. l. 7. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 32. *In notis*: EUGANII: Apud Anſelmum citatur ex ſynodo habita Romæ in conſiſt. Lateran. a Beato.... In Polyc. eodem modo, & additur nomen Euganii, ex quo etiam citat Ivo. Inventum vero eſt in ſynodo Eugenii Papæ II. & in ſynodo Leonis IV. quarum ſynodorum, ut alibi dictum eſt, exemplaria ſunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam ſynodi a Gregorio VII. Romæ habitæ talis cujuſdam capitis hæc ponitur ſumma: „ Ut omnes Epiſcopi artes litterarum in „ ſuis eccleſiis doceri faciant “. *In verbis nulla eſt varietas. Editum autem eſt*: Idcirco in univerſis Epiſcopis, ſubjectiſque plebibus. *Et poſtea*: Qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue doceant.

tum. Idem anno Christi DCCCXLVII. anno VII. Lotharii decretum hujus concilii, de quo heri *a* locuti sumus, refert. A. Redeundum est tibi ad ea capita, quæ reliqua sunt. B. *Caput XXXV.* apud Ivonem, non apud Gratianum inveni cum hac inscriptione: *Ex synodo Eugenii Papæ tempore Ludovici, & Lotharii Augustorum Cap. XXXV.* in libro Cæsaraugustano *b* est: *ex synodo Eugenii Papæ cap. XXXII.* Imperfecte autem utrobique est. Omittuntur enim Leonis verba maxime necessaria. *Capitis XXXVI.* pars refertur a Gratiano, *c* ex *synodo Eugenii Papæ*, cui addunt hæc, *tempore Ludovici, & Lotharii cap. XXXVI.* Ivo *d*, & liber Cæsaraug. *e* Omissum est initio: *Nulli liceat, excepta caussa fornicationis, adhibitam uxorem relinquere; & deinde aliam copulari, aliquin transgressorem priori convenit sociari conjugio.* C. An si fornicationis causa relinquat, poterit aliam ducere? B. Minime gentium A. Sed exceptio illa ad priorem partem est referenda: ne quis uxorem relinquat, ut in verbis Domini *f*. Extremo capite addebantur Leonis verba: *ut districta pœnitentia coerceantur, qui religionis caussa separati ex utriusque consensu, fidem fregerint* (x). *Caput XXXVIII.* refert Ivo *g*, ut *Zacharias*

a Ivo p. 11. c. 77. decr.

b Cæsar. lib. 8. c. 82.

c 27. q. 2. c. 22. Si vir, & uxor.

d Ivo lib. 6. tit. 5. c. 2. pan. & p. 8. c. 127. decr.

e Cæs. lib. 10. c. 98.

f Matt. 5.

g Ivo p. 9. c. 21. decr.

P 2

(x) *Inscriptio capitis* 23. *Romanis*, 27. *q.* 2. *hæc est*: Item ex synodo Eugenii Papæ secundi in synodo Romana c. 36. Si vir, & uxor &c. *In margine est*: Sent. ibid. [*hoc est, Sent.* 4. *dist.* 27.] Ivo p. 8. c. 127. Pann. l. 6. c. 76. *Numeri differentia oritur, quia a nobis non habetur ratio capitis* Quod conditio, *quod est Romanis* 7. *nobis inscriptio capitis septimi* Quicumque.

a Oportet ut suæ hypothesi ancilletur Augustinus iterum, etiam cum detorsione hujus capitis & verborum Servatoris nostri, quæ nemo veterum aliter intellexit, quam licitum fuisse aliam ducere, si Uxor adulterio se polluisset. Sed tum Pontificum Sanctionibus conjugium non erat in Sacramentum transmutatum, post illam metamorphosin id minime licuit. M. (45).

(45) Duo in hisce Mastrichtii versiculis solemnia habentur errata: alterum, Juris, alterum Facti: in uno detorta fuisse Salvatoris verba contendit: quæ a veteribus ita intellecta propugnat, ut licitum aliam ducere, si uxor adulterio se polluisset, constanter existimaverint; & hic est error palmaris in facto. Alter pejoris indolis est error Juris, cum Pontificum sanctionibus conjugium ad naturam Sacramenti elevatum fuisse, hæretica impietate, conclamitet. Quis autem sibi suadeat virum hunc in rebus Ecclesiasticis tam attritum latere potuisse, quam in veterum scriptis habemus de indissolubilitate Vinculi Matrimonialis traditionem? Athenagoras, & Justinus in Apologia pro Christianis ad Imperatorem, inter Dogmata Christiana ponunt, adulterium esse, si quis dimissam ab alio ducat. Clemens autem Alexandrinus circa finem Lib. 2. Stromatum postquam dixit a lege Divina prohibitum esse dimittere Uxorem, nisi propter fornicationem, statim subjungit: *Adulterium autem existimat* (Scriptura Divina) *conjungi Matrimonio, vivo altero ex separatis*. Hæc Clementis Alexandrini verba sunt peremptoria. Concilium Eliberitanum Sæculi 4. Can. 9. ita definit: = Mulier, quæ ob viri adulterium alteri nupsit, non recipitur ad Communionem nisi post mortem prioris Mariti = ex quo datur intelligi illicitum eo temporis Matrimonium illud fuisse ab Ecclesia judicatum, etiam ex parte innocentis in causa adulterii. Sanctus pariter Hieronymus ejusdem sæculi Scriptor in Epist. ad Oceanum de Obitu Fabiolæ scripsit Fabiolam, dimisso viro non solum adultero, sed etiam omnibus flagitiis cooperto, alteri nupsisse; sed addit, id eam fecisse, quia ignorabat vigorem Evangelii: post mortem autem secundi mariti publicam pœnitentiam sibi ab Episcopo impositam summa humilitate fecisse: Ex quo fit evidens ea ætate publicum crimen ab Ecclesia fuisse habitum, si quis vivente Conjuge ad alias nuptias causa etiam fornicationis transiret. Neque etenim Ecclesia nescire poterat, quæ ab Apostolo in Epistola ad Romanos cap. 7. ℣. 2. scripta sunt = Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, absoluta est a lege viri: igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro = Hæc Apostoli verba accurate perpendens S. Augustinus Lib. 2. de Adulterin. Conjugiis cap. 4. ita exclamare compulsus fuit = Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desierit: esse autem desinit uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur; licite itaque dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob causam fornicationis = Hæc Augustini verba tam lucida sunt, tam perspicua, tam clara, ut mirum videatur profecto Mastrichtii ausum, quo asserit a veterum nemine Salvatoris verba cap. 5. Matthæi ℣. 33. expressa, aliter intellecta, quam licitum fuisse aliam ducere, si uxor adulterio se polluisset.

Ad alterum quod spectat erratum juris: Mastrichtii erat tempus ostendere; quo Pontificum sanctionibus fuit conjugium transmutatum in Sacramentum; id summa cum diligentia Calvinus, Bezza, aliique Reformatores indigitare conati sunt, sed frustra: cum potius a Catholicis hoc uno argumento convicti sint, atque concussi, quod in Dei Ecclesia, semper, ubique, & ab omnibus fuerit conjugium veluti Sacramentum a Christi institutione proveniens existimatum; Nulla extitit unquam de hoc dogmate Latinos inter & Græcos controversia, etsi a Latinis, variis de causis Græci aliquando per Schismaticam rebellionem defecerint. Utraque Ecclesia semper agnovit Christianorum Nuptias a Paganorum conjugiis longe distingui, eo quod istæ in Catholica sint Sacramentum = In nostratum quippe nuptiis, ajebat S. Augustinus Lib. de Bono Conjug. Cap. 18. plus valet sanctitas Sacramenti quam fœcunditas uteri = & cap. 24. ejusd. Lib. subjungit = Bonum nuptiarum per omnes gentes, atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis; quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti = & tandem Lib. de Fide, & operibus concludit S. Doctor cap. 7. = In Civitate Domini, in monte sancto ejus, hoc est in Ecclesia, nuptiarum non solum vinculum, sed etiam Sacramentum commendatur = Hæc cum semper extiterit Catholicæ Ecclesiæ doctrina, nec ullo modo possit hujus initium, nisi ab Apostolis derivari, merito ipsa Catholica Ecclesia in Tridentina Synodo coadunata sess. 24. Can. I. anathematis fulmine negantes Matrimonium esse unum ex legis Evangelicæ Sacramentis a Christo institutis percussit, prostravit, confixit. W.

riæ Papæ verba: neque omnino fallitur; nam in synodo Romana Zachariæ, de qua alio die locuti sumus capite sexto pars eorundem verborum est. Quæ post hoc caput sequuntur, *Leonis quarti* tantum sunt capita quattuor, ex quibus nihil invenio apud Gratianum. Postea dicitur acclamatum fuisse ab omnibus, & deinde Theodorum notarium, & scriniarium legisse depositionem Anastasii presbyteri Cardinalis tituli Sancti Marcelli hoc initio: *Imperantibus dominis piissimis perpetuis Augustis Lothario a Deo coronato pacifico, & magno Imperatore anno XXXVII. sed & Ludovico a Deo coronato ejus filio novo Imperatore anno quinto mense Decembrio die octava, Indictione secunda, in civitate nova, cujus vocabulum Leoniana est, intra ecclesiam, ubi corpus beatissimi Petri Apostolorum Principis conditum est: Leo Episcopus servus servorum Dei &c.* A. Hæc igitur est illa depositio, cujus mentio fit in

a c. 2. de cler. non res. in 1. collect. & apud Gregor. 9.

Gregoriana collectione a titulo *de clericis non residentibus*, de qua pluribus verbis agit Bernardus Circa Papiensis in prima collectione, sed male *tertio Leoni* adscribebatur, quod ad *quartum* pertinebat. B. Bernardi verba sunt: *Ex gestis Romanorum Pontificum. Leo tertius natione Romanus consilio Lotharii, & Ludovici Imperatorum sanctam, & venerandam LXVII. Episcoporum in ecclesia B. Petri synodum congregavit. In hac synodo Anastasius &c.* C. De numero Episcoporum ex Cæsaraugust. libro *b* dictum est,

b Cæsar. lib. 7. c. 61.

fuisse LXVI. (α) Urbem Romam *Leonianam* dictam fuisse, nunc primum audio. B. Non tota urbs ita dicta est, sed ea pars, quæ ultra pontem, & molem Hadriani est, quæ Transtiberina dicebatur, in qua Vaticanus mons fuit, nunc ædes sacra B. Petro & magna domus Pontificia consistit. Invenies ea de re multa in Pontificali volumine de vitis Pontificum: in quo etiam de hac depositione Anastasii in concilio LXVII. Episcoporum agitur. A. Quo pacto XXXVII. annus est Lotharii, & quintus Ludovici, cum Ludovicus Pius Lotharii pater Imperatoris nomen acceperit, & coronam a Stephano quarto anno DCCCXVI. ut Panvinius scribit, qui est XXXVII. a septimo anno Leonis IV. An eodem anno pater, & filius Imperium obtinuerunt? B. Sigefredus a de Ludovico idem dicit, sed Paschalem ait Stephani successorem Lotharium imperatorem appellasse anno DCCCXXIII. quod si non eo anno, sed primo id gestum est a Paschali, minus laboraremus. A. Malo huic concilio credere, quam ceteris scriptoribus. Habesne aliud sive ex hoc, sive ex alio libro veteri, quod ad Gratianum pertineat? B. *Ex Bonifacii martyris Archiepiscopi Maguntini epistolis* duo capita sunt apud Gratianum, quorum alterum inveni, alterum alibi quærendum est. Quod enim *distinct. XL.* c ex dictis *Bonifacii martyris* inscribitur; & ab Ivone *d*, ex gestis *Bonifacii martyris Legati Romanæ ecclesiæ*, a nobis repertum non est (β). At quod est *distinctione*

c Dist. 40. c. 6. Si Papa.
d Ivo p. 5. c. 23. decr.

(α) *Hæc etiam est in Romano libro inscriptio cap. 2. de clericis non resident.* Leo tertius. Ex gestis: & infra. In synod. Anastasius &c. *In margine est*: Cap. 2. eod. tit. in 1. compil.

(β) *Ante caput sextum* Si Papa. *distinct.* 40. *in Romana editione hæc inscriptio est*: Item ex dictis Bonifacii martyris. *Et in margine est*: al. gestis pro dictis. Et Ivo p. 5. c. 23. *In notis*: DICTIS BONIFACII: Nauclerus gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacii martyris. Verum Deusdedit presbyter Cardinalis tit. Apostolorum in Eudoxia tempore Victoris Papæ III. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana servantur. Et lib. 1. c. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, & Ivo) Bonifacii martyris, & Archiepiscopi Moguntini sedis Apostolicæ legati, hæc sanctissimi illius viri de Romano Pon-

a Intelligit haud dubie Sigebertum, apud quem ad annos 816. & 823. reperiuntur, quæ heic notat Antonius Augustinus. Sed nihil mutare volumus. Ceterum quæstio, quam hic movet auctor de annis Lotharii, facile solui potest, si recurramus ad originem imperatoriæ dignitatis ejusdem Lotharii. Nam ille in consortium imperii adscitus a patre est anno DCCCXVII. III. Kalendas Augusti, uti diximus in Notis ad Agobardum pag. 109. & patet ex actis divisionis imperii factæ a Ludovico, quæ apud nos extant. Itaque qui cœpit imperare anno DCCCXVII. mense Julio, trigesimum septimum imperii annum agebat anno DCCCLIII. die octava Decembris, qua celebratum fuit Concilium a Leone quarto. Idem Concilium dicitur celebratum anno quinto imperii Ludovici filii Lotharii; quod verum est. Nam Ludovicus consors imperii factus a Lothario est anno DCCCXLIX. exeunte. Probatur illud ex Præcepto ejus pro monasterio Farfensi apud Duchesnium tomo III. pag. 667. quod datum est quinto Kalend. Junii anno XXIII. ejusdem Ludovici, Indictione quinta, id est, anno DCCCLXXII. Ibidem pag. 660. extat aliud ejusdem Præceptum datum III. Idus Junii anno imperii ejus XVIII. Indictione XIV. id est, anno DCCCLXVI. Denique in Chartulario monasterii Casauriensis leguntur acta quædam, in quibus continetur donum Hermingardis Augustæ, quæ data dicuntur *anno septimo imperii Ludovici Imperatoris, mense Junio, Indictione quarta*, id est, anno DCCCLVI. Hinc ergo corrigas velim Chronicon Casauriense editum in tomo quinto Spicilegii Dacheriani pag. 264. ubi annus dominicæ incarnationis DCCCLIV. componitur cum anno tertio imperii Ludovici, XXXIV. Lotharii, & Indictione prima. Hæc omnia mendosa sunt. Melius in conventu Ticinensi ejusdem Ludovici apud Henricum Canisium tom. V. lectionis antiquæ, ubi annus DCCCLIV. dicitur esse annus sextus imperii Ludovici, nimirum inceptus, sed non exactus. Sed heic rursum Indictio quarta mutanda est in tertiam. Emendandum eodem modo est aliud ejusdem Ludovici Præceptum apud Duchesnium tom. III. pag. 666. quod datum dicitur Kalendis Decembris anno VIII. ejusdem Ludovici, Indictione VIII. Indictio enim octava non congruit cum anno octavo Ludovici. B.

a Dist. 56. c. 10. Si Gens.
b Idem. Ivo p. 8. c. 224. decr.
c Capit. lib. 7. c. 285. in addit.

ctione LVI. a ita inscriptum, *Bonifacius Martyr scribens Regi Anglorum*, & apud Ivonem b, *Bonifacius Martyr Hiltribaldo Regi Anglorum*: in bibliotheca Mich. Thomasii invenimus in epistula integra Accheldobaldo Regi missa, cujus initium fuit, *Confitemur coram Deo*. Appellat autem se *Bonifacium Archiepiscopum Legatum Germanicum*. A. Gratissimum est, quod dicis, tum ob alia multa, tum quod inveneram nuper partem ejus epistulæ libro septimo c Capitularium sine ulla inscriptione, & propter mentionem Hispanicæ cladis verba ex fontibus ipsis accipere cupiebam. C. Quibus verbis ea de re Bonifacius egit? Totam enim epistulam perlegere aveo. B. Poteris id quidem postea facere, cum commodum erit, est enim lectu digna: sed longior est, & magnam diei partem nobis auferret. Brevibus referam, quod in ea continetur. Initio laudat Regem, quod multa pauperibus largiatur; laudat etiam, quod furta, rapinas, perjuria, & alias iniquitates & crimina prohibeat: quodque viduarum, & pauperum defensor sit, & pacis amator. Acriter autem eum reprehendit, quod uxorem non accipiat, cum minus caste vivat, & sacrarum virginum violator esse credatur. Tum addit ea, quæ Ivo & Gratianus referunt, ostendens, quid periculi ex malo Regis exemplo ad populum perveniat; quod ex Anglorum, & Hispanorum, & Burgundionum clade propter libidinem earum gentium ostendit. In verbis non magna varietas est: pro illis, *improperium nobis obiicitur*, illic est, *improperium est*: & pro *nec bello*, *nec in bello*: pro *Hispaniæ & Provinciæ*; omissa voce ET, *Hispaniæ Provinciæ*: sic autem fortasse non Galliæ pars, quæ Provincia dicitur, accipietur: pro illis, *vindex talium*, illic est, *judex omnipotens talium*. A. Ego, *vindex Omnipotens talium*, scriberem. B. Denique pro illis, *per ignorantes legem Dei*, *idest*, *per Sarracenos*: scriptum est; *per ignorantiam legis Dei*, *& per Sarracenos*. A. Quid apud Ivonem sit, videamus. C. Ivo, *improperium est*, habet, & *nec in bello*; retinet tamen, & *Provinciæ*, atque voce *vindex*, sive vocibus, *judex omnipotens*, caret: ad extremum habet, *per ignorantiam legis Dei per Sarracenos*. A. Capitularia conferamus. C. Contuli. *Et provinciæ*, solum habent, cetera ut in ipsa Bonifacii epistula (x). A. Habesne aliquid ex *Callisti minoris* concilio, quod frequens fuisse traditur? B. Nihil omnino legi. Immo multis capitibus, quibus Callisti nomen Gratianus adscripsit, selecti viri Romæ eam notam addiderunt, qua ostenderent, nusquam esse reperta. A. Cras volo, ut ex Anselmi Lucensis collectione id concilium restituamus.

DIALOGUS QUARTUS.

De Callisti secundi Romana Synodo.

A. TRia volumina ejus collectionis, quam Anselmi Lucensis A appellamus, ad manus meas pervenerunt sine nomine collectoris. Primum ex Ludovici Gometii Episcopi Sarnensis, cui ego Romæ suffectus fui sacri Palatii auditor, bibliotheca accepi: idque contuli cum alio exemplo Nicolai Ormaneti Episcopi Patavini. Tertium nuper ex Mich. Thomasii Ilerdensis Episcopi libris nactus sum, quod exemplum recens est ex bibliotheca Vaticana nuper, ut suspicor, exscriptum. Duo illa volumina satis antiqua visa sunt. In hoc igitur exemplo post ea, quæ in aliis libris leguntur, sunt quædam in singulis libris addita, ut mibi videtur, a posterioribus scriptoribus, aut dominis ejus voluminis, sive illios, a quo id sumptum est. In his sunt canones *Concilii Romani Callisti Minoris*, de quibus hodie sumus dicturi. Aperi C. hunc li-

Pontifice, ac sede Apostolica verba refert; in quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentibus & sequentibus valde illustratur: „ Sancta Romana Ecclesia privilegio specialis auctoritatis divinitus, & humanitus caput omnium Ecclesiarum post Christum Jesum effecta, secundum Antistis, vel Rectoris sui qualitatem & valitudinem, afficit totius Christianitatis membra &c. “ In indice librorum est: „ Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quattuor de rebus ecclesiasticis, ex Vaticana “.

(x) *Distinct. 56. cap. 10. in eodem libro ita inscribitur*: Contra Bonifacius martyr scribens Echeldebaldo Regi Anglorum. Si gens Anglorum, sicut &c. *In margine est*: Ivo p. 8. c. 224. *Verborum varietas nulla est in illis*: sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Provinciæ, & Burgundionum. *At in illis est*: donec judex omnipotens talium &c. al. VINDEX pro JUDEX. *Et ad illa verba*: per ignorantes legem Dei, id est, per Saracenos &c. *In margine est*: al. ETIAM pro ID EST. *Et in notis*: PER IGNORANTES: In epistola B. Bonifacii martyris [quæ una cum multis aliis extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ] legitur: „ per ignorantiam legis „ Dei, & per Saracenos &c. “ cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fere etiam Ivo. *In indice librorum est*: Bonifacii martyris epistola ex bibliotheca monasterii B. Mariæ supra Minervam.

A Vide supra *Præfationem Baluzii pag. 634.* & *histor. jur. Ecclesiastici ibid. citat. num. 260.* ubi de hoc Anselmo actum. M.

librum, & quære librum quartum extremum. B. Cur Romani selecti viri ex hoc libro emendationem Callisti capitum non fecerunt, præsertim cum ipse Thomasius, & Pet. Ciacconius ejus sodalis eodem libro fuerint usi? A. Cur id factum sit, plane ignoro. In caussa tamen fuisse existimo, quod sine ulla inscriptione canonum verba posita sint, ipsaque canonum distinctio nulla sit, ut vestris oculis inspicere potestis. C. Qua igitur de caussa hæc hujus consilii esse dicis? A. De singulorum capitum distinctione videamus. Simul enim & de scriptore ipso, sive canonum auctore cognoscemus. *Capitis primi* verba sunt: *Sanctorum patrum exempla sequentes*, & quæ sequuntur. Hæc Callisti Papæ verba esse Gratianus scribit *a* (α). *Capitis secundi* verba esse existimo: *Nullus in Præpositum &c.* quæ etiam Gratianus *b* eidem Callisto Papæ adscripsit. In verbis est aliqua varietas. Namque apud Anselmum mendose scriptum videtur: *Nullus & in præpositum, nullus in Archiepiscopum, nullus in Decanum, nullus in presbyter, vel diaconus.* Aptius apud Gratianum est: *Nullus in Præpositum, nullus in Archiepiscopum, nullus in Archi-presbyterum, nullus in Decanum, nisi presbyter, vel diaconus.* Mihi tamen videntur tollenda esse ab hac Gratiani scriptura illa verba *nullus in Archiepiscopum.* Cur enim magis de Archiepiscopis quam de Episcopis id statuatur: aut cur Archiepiscopus post Præpositum scribatur, caussa nulla est. B. In Anselmi verbis vocem *Archiepiscopum* ex compendio vocis *Archipresbyterum* confectam arbitror. Hac de re agitur in synodo Innocentii Minoris cap. VIII. Illa autem verba, *nullus in Decanum*, *Urbani Minoris in concilio Claromontano* esse videntur. Hæc duo capita *Callisti minoris* videri notarunt selecti viri: *nihil enim*, inquiunt, *Callistus primus scripsit, & tertius Gratiano multo posterior fuit.* A. Callisti primi epistulas cur reiiciunt? B. Caussam nullam accepi (β). A. *Capitis tertii* verba esse existimo: *A Presbyteris, diaconibus* &c. quod apud Gratianum non inveni. *Capitis quarti* initium est: *Præterea juxta beatissimi Papæ Stephani sanctionem* A *statuimus, ut laici &c.* Hoc quoque caput non inveni apud Gratianum, sed *Stephani Papæ* verba sunt *epist. II. cap. IX.* & *Eulalii Episcopi Syracusani in synodo tertia Romana* contra Symmachum, cujus verba posuit Gratianus *c* non semel, *Trosleianum concilium cap. III. Paschalis Minor. cap. II. vel IV.* Capitulare Caroli, & aliorum *lib. V. & VI.* *d* Burchardus *e*, Ivo *f*, Deusdedit *g*, Anselmus *h*, & liber Cæsaraugustanus *i*, & Tarracon. *k* (γ). Quod sequitur, *Sed secundum Apostolor. canones* &c. *ad caput XXXVIII. Apostolor.* refertur, quod in *septima synodo cap. XII.* insertum est. Id apud Gratianum *l* refertur quasi ex historia *Eusebii Episcopi Cæsariensis cap. XII.* ut aliquando diximus *m*. Illa autem verba, *Si quis ergo Principum* &c. *Callisti Papæ* esse, Gratianus *n* auctor est, eaque conscripsit post verba *Eulalii*, quem falso *Gelasium* appellat *Syracusanum*, de quibus nunc dicebamus. Sumpsisse videtur hæc Callistus minor ex decretis *Paschalis minoris cap. V.* In verbis Gratiani, & Anselmi hoc in-

a 1. q. 1. c. 10. Sanctorum.
b Dist. 60. c. 2. Nullus.

c Dist. 96. c. 1. §. Eulalius. & 16. q. 7. c. 24. Laicis.
d Cap. lib. 5. c. 249. & lib. 6. c. 294.
e Burch. lib. 15. c. 35.
f Ivo p. 16. c. 36. decr.
g Deusd. c. 4.
h Ans. lib. 5. c. 10.
i Cæs. l. 7. c. 212.
k Tarrac. lib. 1. c. 59.
l 12. q. 2. c. 29.
m Dialog. 9. lib. 1.
n 16. q. 7. c. 25. Si quis.

[α] *Capitis decimi* Sanctorum patrum. 1. *q. 1. hæc inscriptio est in Gregoriana editione*: Item Calixtus Papa. *In notis additur*: Est Calixti secundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot conciliis a se habitis contra Simoniam, & investituras ecclesiarum, quas Germanici Imperatores usurpaverant, multa decrevit, de quib. Abbas Urspergensis ab anno Domini 1118. in quo electus est Pontifex, usque ad annum 1124. accurate scribit. *Callisti II. omnia capita perfecte edita sunt. Et in toto volumine Gratiani, cum solum nomen est Pontificis, aut synodi, neque additur epistula, vel caput, signum est, fontes non fuisse repertos.*

[β] *In eodem libro inscriptio cap. 2. distinct. 60. hæc est*: Item Calixtus Papa. Nullus in præpositum, nullus in Archipresbyterum, nullus in Decanum, nisi presbyter, nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

(γ) *Gratianus distinct. 96. cap. 1. ita inscripsit, ut in libro Romano est*: Unde Symmachus Episcopus catholicæ ecclesiæ urbis Romæ synodo præsidens dixit. Bene quidem fraternitas vestra &c. *In margine est*: In synod. Rom. 3. sub Symmacho c. 1. & seq. *Inscriptio cap. 24.* Laicis. *16. q. 7. est hæc*: Item ibidem (*hoc est, in synodo Romana tertia Symmachi Papæ*) Eulalius Episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit. *Et in margine est*: Et epist. 2. Stephani I. c. 9. & in decretis Paschalis II. manuscript. Polyc. l. 6. tit. 1. Deusdedit p. 4. *In notis*: FACULTATIBUS: Antea legebatur DIGNITATIBUS. Emendatum est ex originali (*ut sup. dist. 96.* Bene quidem) epistola Stephani primi, & decreto Paschalis II. manuscripto: quibus locis hoc idem repetitur.

A Canon est Concilii Lateranensis a Callisto secundo celebrati, in quo refertur decretum Stephani primi adversus laicos, ne ullam facultatem habeant disponendi de rebus ecclesiasticis. Idem decretum refertur etiam ab Hildeberto Cenomanensi in epistola 54. ad A. Episcopum Claromontensem scripta. Sed Alexander III. in epistola ad Archiepiscopum Upsellensem, quæ est XIX. in appendice Petri Cellensis, citare videtur ex synodo Symmachi Papæ. Tum consequenter adfert postremam clausulam istius canonis Lateranensis. B.

interest: quam *dominationem* Gratian. appellat, alter *donationem* vocat (α). *Quinti capitis* initium esse existimo: *Conjunctiones consanguineor. fieri prohibemus &c.* B. Hæc *Callisti primi* verba sunt in *epist. II. ad Episcopos Galliæ*, Isidoro Mercatore teste, & aliis collectoribus Burchardo *a*, Ivone *b*, Anselmo c, & Gratiano *d*, & libro Tarraconensi *e*. A. Negasse viros selectos Romæ dicebas, quicquam Callistum primum scripsisse, fortasse quia Isidoro parum credendum putarent, cujus auctoritate illæ epistulæ fulcirentur. Quod si Callisti epistulas rejicimus, hæc verba posterioris tantum sunt. Sed malo credere secundum Callistum a primo verba hujus capitis sumpsisse. B. Idem mihi videtur, præsertim cum eo tempore jam Isidori collectio recepta esse videretur. A. Inepte apud Gratianum est *prohibentur quare; quia has &c.* Melius in hoc canone, *prohibemus, quia eas*: & apud Isidorum *prohibentur, quando has.* Quod etiam Gratian. habet: *leges ergo divinæ*; & postea, *leges ergo sæculi*, quod etiam apud Isidorum est: melius hic noster scripsit: *leges enim divinæ*, & postea, *leges vero sæculi* (β). Venio nunc ad *sextum caput*, quod hujus *Callisti* esse negaverit nemo. *Ordinationes*, inquit, *quæ a Burdino hæresiarcha, postquam a Romana Ecclesia est damnatus, quæque & a pseudoepiscopis per eum postea ordinatæ sunt, nos esse irritas judicamus.* C. Quis hic *Burdinus* hæresiarcha fuit? A. Sic appellare solent Romani Pontifices eos, qui in schismate electi sunt, & se adversus veros Pontifices Episcopos Romanos, sive Papas vocari passi sunt. Hic *Burdinus Archiepiscopus* olim *Bracharensis*, in schismate adversus Gelasium minorem factione Henrici IV. Imper. electus est, & cum prius *Mauritius Burdinus* diceretur, mox se *Gregorium VIII.* appellavit. Gelasio mortuo a Callisto captus, & quasi in triumpho in urbem ductus est. B. Non dubium est, quin hæc aut *Gelasii*, aut *Callisti* sint. A. *Callisti* nomen vides superioribus capitibus additum. Sic etiam additur verbis *capitis septimi f. Nullus omnino Archidiaconus &c.* In verbis pene convenit cum Gratiano. Tantum pro *sicut a sanctis*, scribi debet, *sicut sanctis*: & pro *contra hoc*, *contra hæc* (γ). *Capite VIII.* de possessionibus Ecclesiæ Romanæ agitur. Quamobrem facile credis hoc fuisse Concilium Romæ habitum? *Capitis IX.* verba sunt: *A suis Episcopis excommunicatos, ab aliis Episcopis, Abbatibus & clericis in communionem recipi proculdubio prohibemus. Capus X.* apud Gratianum invenietis *Callisto* adscribi *distinct. LXII. g Nullus in Episcopum, nisi canonice electum consecres &c.* (δ) Alio die de ceteris agemus.

a *Burch. lib. 7. c. 1.*
b *Ivo p. 9. c. 22. decr. & in epist. 39.*
c *Ans. lib. 11. c. 84.*
d 35. *q. 2. c. 2.*
e *Tarrac. lib. 5. c. 71.*
f 16. *q. 7. c. 11.* Nullus.
g *Dist. 62. c. ult.*

DIALOGUS QUINTUS.

De eadem re.

C. LIcet ne paucis, antequam alia *Callisti* capita percurras? A. Et paucis, & multis licet. C. Cur hæc *Callisti capita*, ut Gratiani verbis confirmasti, non sic etiam Burchardi, & Ivonis, & aliorum collectorum locis confirmas? A. Si Burchardus, & Ivo, & ceteri antiquiores sunt: qui possunt Callisti verba referre? C. Apud Ivonem in extrema Panormia Innocentii minoris verba referuntur, qui Callisto posterior fuit. A. Negare possum Ivonis eum librum esse: sed malo hoc affirmare, additum esse concilium Innocentii Panormiæ, non esse partem ejus collectionis. Ostendere possum veterem librum, in quo neque id concilium, neque nomen Ivonis, neque Excerptionum præfatio continetur. Et in epistulis Ivonis ea præfatio temporibus Paschalis minoris scripta est. *Deusdedit* a Urbani secundi tempore scripsit, item *Anselmus Lucensis*, sive is, cujus collectionem habemus. In libris Cæsaraugustano & Tarracon. nihil scimus ex Callisto, & Innocentio sumptum esse. Itaque so-

(α) *Hæc etiam inscriptio in eodem libro est cap.* 25. Si quis principum. 16. *q.* 7. Item Calixtus Papa. *In margine pro voce* dominationem, *est* al. donationem: *Et in notis*: Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non est inventum. Habetur in decretis Paschalis II. manu scriptis c. 5. sed non est mutatum nomen Calixti: quia Pontifices isti, qui iisdem fere temporibus fuerunt (*de Callisto II. & Paschali intellige*) frequenter eadem decreta suorum antecessorum repetebant.

(β) *Quod ad caput secundum attinet* 35. *q.* 2. & 3. *Ejus inscriptio in eodem libro est*: Item Calixtus Papa epist. secunda ad Episcopos Galliæ. Conjunctiones consanguineor. fieri prohibete: quando has &c. Leges ergo divinæ &c. Leges vero sæculi &c. *In margine hæc sunt*: Polyc. ibid. (*hoc est, Polyc. l. 6. tit. 4.*) Burch. l. 7. c. 2. Ivo p. 9. c. 22. *Et vers.* Nos vero. Simile in concilio Innocent. II. *Et ad vocem* Imperatorum, al. Imperator Romanorum.

(γ) *Ante capus* 11. Nullus omnino. 16. *q.* 7. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item Calixtus Papa. *In margine est*, al. ex concilio Rothomagensi. *In verbis nulla varietas.* Sicut sanctis canonibus, *editum est*, & contra hoc facere.

(δ) *Inscriptio cap. ult. dist. 62. in eodem libro est*: Unde Calixtus PP. II. Nullus in Episcopum &c. *In margine est*: In Pontificali est mentio hujus decreti.

a Actum de eo in *Histor. jur. Eccles. num.* 273. M.

solus Gratianus utriusque Pontificis verba refert. C. His contentus sum. Redde cetera. A. Initium *undecimi capitis* ad bellum sacrum pertinet, quod tempore Urbani minoris inchoatum est: *Eis*, inquit, *qui ad Hierosolymam proficiscuntur &c. suorum peccatorum remissionem concedimus &c. sicut a domino nostro Papa Urbano statutum fuit.* Et postea non solum Hierosolymitani belli, sed etiam Hispanici facit mentionem. Habuit autem in Hispania Callistus fratrem Raimundum Comitem Alfonsi Regis generum, & alterius Alfonsi patrem, qui Imperator Hispaniæ appellatus est, a quo Reges omnes originem ducunt. B. Exstare librum audio Callisti a de miraculis B. Jacobi Apostoli, cujus sepulchrum is quæsitum in Hispaniam venit. C. Verba mihi recitare libet, si pateris, de Hispanico bello. A. Recita. C. *Eos autem, qui vel pro Hierosolymitano, vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur &c.* A. *Capitis XII.* sententiam non potero vobis explicare. Verba sunt hæc: *Illam vero pravam defunctorum Porticanorum consuetudinem, quæ hactenus ibi fuit, ex fratrum nostrorum, & totius curiæ consilio, necnon & voluntate, atque consensu Præfecti removendam censemus &c. Fratres* interpretor Cardinales, & Episcopos: curiam vero, *curiam* Romanam non clericorum, sed civium Romanorum, *Præfectum autem*, urbis Romæ Præfectum. Sic hoc fuisse concilium Romæ habitum comprobatur. *Porticanos* suspicor fuisse inepte dictos non a porticibus, sed a portu Ostiensi & aliis, qui portoria exigerent. *Consuetudo prava* fuisse videtur, ut eis morientibus sine heredibus eorum bona diriperentur. *Capus XIII.* de induciis scriptum est, quas *treuquas* a appellabant. *Si quis treugam diffregerit &c.* Eadem fere verba ab Innocentio secundo, & Alexandro tertio repetita sunt. *Capus XIV.* a Gratianus *Callisto Papæ* adscribit. Ejus initium est: *Sanctorum patrum canonibus consona sentientes, oblationes &c.* agitur autem de ecclesiis urbis Romæ: *sentientes* melius est, quam *sancientes*, ut apud Gratianum. Pro *aut aliis*, apud Anselmum est, *aut de aliis* (α). *Capite XV.* agitur de falsa moneta: *Quicumque monetam falsam se sciente fecerit &c.* Hoc apud Gratianum b non inveni. *Capus XVI.* invenio *Callisto Papæ* ab eodem adscribi: *Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum limina &c.* Hac de re quotannis interdicitur, Pro *teloneorum & pedagiorum*, est apud Anselmum, *teloneorum & pedaticorum* (β). Sic etiam capus

a 10. q. 1. c. 14. Sanctorum.

b 24. q. 23. c. 23. Si quis.

[α] *Capus* 14. Sanctorum patrum. 10. *q.* 1. *in Romana editione ita inscribitur*: Item Calixtus Papa secundus. *In margine est*: Polyc. l. 3. tit. 9. *Et in notis*: SECUNDUS: Additum hoc est ex plerisque vetustis. Neque vero primus esse potest, cujus tempore nondum Pantheon vocabatur templum sanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud B. Mariæ, & omnibus Sanctis dicavit. *Est autem editum*, sancientes, *&* aut aliis, *sine ulla varietate.*

[β] *Hæc in eodem libro inscriptio est cap.* 23. Si quis Romipetas. 24. *q.* 3. Item Calixtus Papa. *Ad illa verba*, teloneorum, *&* pedagiorum. *additum est in margine*: al. pedaticorum.

a Non puto Antonium Augustinum ista referre tanquam crederet, sed ut referret simpliciter, quæ de Callisto feruntur opinione vulgi Hispanici. Constat enim narrationem illam falsam esse, Callistum vero numquam fuisse in Hispania. Fuit tamen studiosissimus sancti Jacobi Compostellani, ut ait Baronius, & de ejus miraculis volumen confecit. Is est ipse Callisti liber ab Antonio Augustino memoratus. Illius exemplar nos vidimus in veteri codice MS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis, ex quo decerpere visum est elegantem jucundissimamque præfationem istam: *INCIPIT ARGUMENTUM BEATI CALIXTI PAPÆ de miraculis sancti Jacobi Apostoli. Summopere pretium est beati Iacobi miracula ad decus Domini nostri Jesu Christi scripturæ tradere & memoriæ æternaliter commendare. Dum enim sanctorum exempla a peritis narrantur, auditorum corda ad patriæ cælestis dulcedinem & amorem pie excitantur. Quod ego animadvertens, barbaras terras perambulans, quædam ex his miraculis in Galetia, quædam etiam ultra tria maria, diversa scilicet in diversis locis scripta reperi, quædam in urit barbaris, quibus beatus Apostolus ea dignatus est operari, narrantibus illis qui ea viderunt vel audierunt magis didici, quædam propriis oculis vidi, quæ diligenter ad decus Domini & Apostoli litteris commendavi. Quæ quanto magis pulcriora, tanto magis cariora. Nec quis putet me omnia quæ audivi de eodem miracula & exempla scripsisse, sed quæ verissimis assertionibus verissimorum hominum vera attribui fuisse. Si enim omnia miracula, quæ de eodem ea complaribus locis sub multorum narratione audivi, scriberem, magis deficeret manus studiumque pergamenum quam ejus exempla. Quapropter præcipimus, ut codex iste inter veridicos & autenticos codices deputetur, & in Ecclesiis & in refectoriis diebus festis ejusdem Apostoli altisone, si placet, legatur.* Stimulabat Callistus Anglos ad peregrinationem Compostellanam, ut ex Willelmo Malmesburiensi docet Baronius. Contra Hildebertus Cenomanensis Episcopus in epistola LVIII. Comitem Andegavensem dehortabatur ab eo itinere capessendo. Et omnino digna est epistola illa, quæ legatur ab hominibus sacrarum peregrinationum ardore succensis. B.

Ibid. Liber hic fere totus extat in Vincentii Bellovacensis *speculo Histor. lib.* 26. *cap.* 30. *ad* 42. teste Vossio *de Histor. Lat. lib.* 2. *c.* 48. Extat quoque MS. in Catalogo Bibliothecæ Oxoniensis Jamesii, & ejusdem auctoris liber de translatione Jacobi Apostoli MS. Cantabrigiæ adservatur. M.

a Vox est Germanicæ originis *Treuw* denotat pacem, seu inducias; Vet. Vocab. *Treuga est scriptio rogabilis præstita personis & rebus ad tempus discordia nondum finita: inde treugarius qui treugas facit inter aliquos, & treugarius ad treugam pertinens, treugare, securare, pacificare.* Item habet glossa in c. *l. extr. de treuga & pace.* Testimonia plurima congessit Vossius; *de vitiis Latin. Sermon. lib.* 2. *cap.* 18. Sunt inter Jurisconsultos, qui *treugam* longum, *inducias* breve tempus designare volunt. M.

a 16. q. 1. c. 10. Interdicimus.

put XVII. Gratianus *a Callisto Papæ* adscripsit: *Interdicimus & Abbatibus & monachis publicas pœnitentias dare &c.* etiam *Abbatibus* habet Gratianus, &, *consecrationesque altarium.* Anselmus, *consecrationes altarium.* B. Hoc etiam *Callisti Minoris* esse videri, adscriptum a selectis viris inveni (α). A. *Caput XVIII.* non inveni: cujus initium est: *In parochialibus ecclesiis presbyteri per Episcopos constituantur &c. Urbano* tamen *secundo* adscribit Gratianus *b* illa verba: *Decimas & ecclesias a laicis &c.* qui addit vocem *monachi*, ea omissa, ad presbyteros refertur (β). Sic initium *capitis XIX.* non inveni: *Servitium, quod monasteria, aut eorum ecclesiæ, a tempore Gregorii Papæ septimi usque ad hoc tempus, Episcopis facere, & nos concedimus.* Quæ sequuntur, *Urbano secundo* Gratianus *c* adscribit: *Possessiones ecclesiarum, & Episcoporum triennales* &c. *tricennales* tamen scribit [γ]. Sequitur *caput XX.* quod *Urbano Papæ* inscribitur apud Gratianum *d Paternarum traditionum exemplis commoniti &c.* B. Vidi in quibusdam schedis *Urbano secundo* adscribi addito numero *capitis primi.* A. Fieri potest, ut idem ambo decreverint, ut Eugenius, & Leo, de quibus a te relatum est. Duæ illæ voces, *vel commissos*, neque in veteribus Gratiani libris, neque apud Anselmum sunt: ex scholiis, ut fit, addita sunt. B. Idem selectis viris placuisse, ut reiicerentur, inveni (δ). A. *Capitis XXI.* verba *Callisto Papæ* adscribit Pœnitentiale Romanum meum *e* & Gratianus *f*: *Presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & monachis concubinas habere penitus interdicimus* &c. B. *Urbano secundo*

b 16. q. 7. c. 39. Decimas.

c 16. q. 4. c. 1.

d 24. q. 3. c. 24 Paternarum.

e Pœnit. Rom. tit. 8. c. 8.

f Dist. 27. c. 8. Presbyteris.

cap. II. adscripta sunt in Romanis schedis veteribus, quæ a Pariseto docto viro inventæ sunt. C. Anton. Contius *Callisti secundi* verba esse existimat. A. Illa verba Gratiani, & Pœnitent. sunt, *seu matrimonia contrahere*, apud Anselmum non inveni. Vox quoque *personas*, ab eodem omittitur [ε]. Initium *extremi capitis*, hoc est *g*, *Alienationes, quæ spiritualiter* [Specialiter malo] *per Othonem, Guidonem, & Hieremiam, seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis Exarchatus factæ sunt, damnamus.* B. Suntne hæc nomina Archiepiscoporum Ravennæ? A. Id mihi incertum est. Quæ sequuntur, inveni apud Gratianum *Urbano Papæ* adscripta: *Generaliter autem omnium per intrusionem* &c. B. Hoc etiam *caput tertium* in illis schedis *Urbano minori* adscribitur: & sine nomine est in extremo hoc Anselmo Romano, in quo pro *Othone*, est *Attone*: & *specialiter*, pro *spiritualiter*. A. Gratianus scribit: *Alienationes omnium per intrusionem &c.* & mox *alienationes dico*: sed apud Anselmum non est vox *dico* utrobique. Ab illis verbis, *Illud etiam per omnia &c.* initium capitis quarti est in Anselmo extremo. In verbis nulla varietas est (ζ). Hæc de *Callisti* concilio dicere habui. Fuisse autem frequens apparet ex verbis *Pandulphi in Pontificali.* Illo anno DCCCCXCVII. Episcoporum, sive Abbatum numero Laterani concilium celebravit, in quo vir regali stirpe progenitus fere jam deperditam mundo pacem restituit. In chronicis additis Sigeberto id actum fuisse dicitur anno Christi MDXXIII. in quo pax inter regnum, & sacerdotium reformatur, & jus investitura-

g 12. q. 2. c. 37. Alienationes.

(α) *Ante caput decimum* Interdicimus etiam. 16. *q.* 1. *hæc in eodem libro inscriptio est*: Item Calixtus Papa II. *Pro voce* ordinationes *est in margine* al. ordines.

[β] *In eodem libro inscriptio cap.* 39. Decimas. 16. *q.* 7. *hæc est*: Unde Urbanus Papa II. *vox* monachi *retinetur sine ulla varietate.*

(γ) *Capitis primi* 16. *q.* 4. *inscriptio in eodem libro est*: Quod Urbanus Papa II. prohibuit dicens. Possessiones ecclesiarum, & Episcoporum tricennales &c.

(δ) *Hæc etiam est in eodem libro inscriptio cap.* 24. Paternarum traditionum. 24. *q.* 3. Item Urbanus Papa. *In notis*: Conversos: In codicibus impressis sequebatur, vel commissos, quæ sunt expuncta, quia absunt a plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus & vetusto quodam codice: in quo quidem extremo & hic, & alii tres canones descripti sunt, tanquam fragmentum alicujus concilii.

[ε] *Inscriptio capitis octavi* Presbyteris. *distinct.* 27. *in Romano libro hæc est*: Item Calixtus Papa II. *In notis additur*: Hic canon inventus est in cod. Vatic. Biblioth. in fragmento cujusdam concilii ab Urbano secundo habiti c. 2. ex eodem vero concilio sunt canones Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum. 24. q. 3. *Illa verba sine varietate edita sunt*, seu matrimonia contrahere. & personas &c.

(ζ) *Gratiani verba sunt in eodem libro ante caput* 37. Alienationes. 12. *q.* 2. Item Urbanus Papa. *In notis hæc sunt*: Post collectionem Anselmi in codice perantiquo habetur fragmentum cujusdam concilii Urbani secundi: in cujus initio hæc leguntur: „ Alienationes, quæ specialiter per Ottonem, „ Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis exarchatus factæ sunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intrusionem, seu „ canonice electorum sub Episcopi nomine, „ vel Abbatis .... ecclesiæ suæ consecrandus „ est, alienationes quocumque modo factas, „ &c. “ usque ad finem hujus capitis sine ulla varietate.

rum Epiſcopalium ab Imperatore exfeſtucatur a; his enim verbis utitur. C. Feſtuca quid ſit, ſcio: ſed *exfeſtucari*, ſputatilicum verbum videtur, ut illud apud Ciceronem. A. Finge *feſtucam* ſignificare furcam, vel furcillam: & *exfeſtucari* eſſe furcillis expelli, vel translatione ſumpta a paleis, vel feſtucis a tritico ſeparatis, furcis adhibitis: exfeſtucari eſt feſtucas tolli. C. Nunc demum intelligo. A. Velim ſcire B. de octava ſynodo quid attuleris: habebam enim Romæ exemplum canonum ſane mendoſum. Neque ei auxilio fuit epitome conciliorum Tolerani Archiepiſcopi, quam ſecutus eſſe videtur Surius in editione conciliorum. In indice librorum Mich. Thomaſii erat octava ſynodus Hadriani tempore CP. habita interprete Anaſtaſio bibliothecario, hanc ſuſpicor te attuliſſe. B. Ita eſt, ut dicis, ſed & Græcum librum audio in Hiſpania eſſe, qui ad te deferat. C. Veniſſe accepi Græcum ſcriptorem hodie cum libris, is fortaſſe eſt. A. Omnes libros alio die afferamus, & Gratiani capita conferre poterimus. B. Ita fiet. Sed non ſolum de octava, ſed etiam de nona ſynodo, quæ octava quoque dicitur, ſub Joanne octavo, erit agendum. A. Recte admones.

DIALOGUS SEXTUS.

De duplici octava Synodo.

C. ET Græcos libros duorum conciliorum & Latinos attulimus. Sed prius velim ſcire abs te, cur utrumque *octavum* appelletur: *nonum* enim qui dicunt, quod poſterius eſt, ordinem temporum ſequuntur. A. Tertiam opinionem omittis: ſunt qui *Florentinum Concilium octavum* quoque generale vocent, illis duobus, ut opinor, rejectis. Qui vero Hadriani minoris pro Ignatio contra Photium concilium, ut a poſteriori Joannis ſynodo abrogatum rejiciunt, octavam generalem ſynodum hanc appellant. Illam tamen octavam fuiſſe, antequam ab hac improbaretur, negare non poſſunt. B. Qui Florentinum concilium octavum dicunt, quo pacto interpretantur verba profeſſionis Romanorum Pontificum apud Ivonem *a*, & Gratianum *b* relata, & in *concilio Conſtantienſi ſeſſione XXXIX. Sancta octo univerſalia concilia, primum Nicænum &c. octavum quoque CP. uſque ad unum apicem immutilate ſervare profiteor.* A. Non video, quid dicere poſſint [α]. Sed major difficultas ex eiſdem verbis naſcitur, num de priore octavo ſub Hadriano minore, an de poſteriore ſub Joanne, quod illud prius abrogat, intelligantur. C. Si utrumque concilium generale eſt, ex auctoritate Romani Pontificis habitum, & prius concilium a poſteriore abrogatur, poſterius ſolum obtineat, neceſſe eſt. A. In Græco libro nuper ex Italia ad me perlato multa continentur contra Photium a Romanis Pontificibus acta poſt utramque octavam ſynodum. Quæ me facile in eam ſententiam trahunt, ut credam non confirmaſſe Joannem ſynodum a Legatis CP. habitam. B. Hoc ipſum teſtatur Joannes de priore ſynodo, non fuiſſe ab Hadriano confirmatam. A. Quid ſi hoc falſum eſt, & a Photio efficium a, ut in aliis fictis ſubſcriptionibus & falſis le-

a *Ivo lib. 2. tit. 11. c. 15. pan. & p. 4. c. 132. decr.*

b *Diſt. 16. c. 8. Sancta.*

(α) *De inſcriptione capitis octavi Sancta. diſtinct. 16. ſcriptum eſt lib. 1. dial. 20. addit. 14.*

a Eſt deveſtire feudum vel alteri derogare, in alium transferre, a ſe abdicare aliquid, & alteri tradere. Vox a more inveſtiendi in feudis, quod ſolebat feſtuca, vel Scipione fieri, inde infeſtucare eſt inveſtire, exfeſtucare, adimere feudum, aut in alium transferre. Solemnem traditionem rei immobilis Frid. a Sande *cap. 1. de eff ſtucatione*, dicit veteribus effeſtucationem fuiſſe. Ita quoque hoc loco jus inveſtiturarum epiſcopalium *exfeſtucatur*, id eſt plene & ſolemniter abdicatur, & in alium transfertur. Otto Friſingenſ. *lib. VII. Chron. cap. 34. At Eugenius Papa cum Romanis hoc tempore pacem fecit, ut Patriciatus dignitatem exfeſtucarent, & præfectum in dignitatem reciperent.* Adde Voſſium *de vitiis Lat. Sermon. lib. 4. cap.* v. M.

a Iniqui ſunt occidentales in Photium, eum defendit Montacutius, dixi aliquid in *Hiſtor. juris Eccleſiaſt. num. 238. & ſeq.* M. (46).

[46] Si in cenſum iniquorum, qui Schiſmaticos atque flagitioſos redarguunt homines ſunt, deducendi; utique Occidentales iniqui in Photium, quod dicantur neceſſe erit. Commendetur vir iſte a Maſtrichtio, ſuiſque Reformatis Calviniſtis, quoniam non minus iſti quam ille unitatem Eccleſiæ proſcindunt, atque in faciem Dei viventis, ſub ejus exemplo maledicta evomere non erubeſcunt. Tanti viri ergo πλατεῖαν ſibi Calviniſtæ retineant; quoniam ab Eccleſiæ Chriſtianæ Filiis tantundem improba Photii culpabuntur facinora, quantum de illius præclara mirantur doctrina. Photii impietatem igitur criminamur, quam nobis Nicolaus I. Romanus Pontifex in ſua ad Adonem Viennenſem Epiſtola apud Baronium ad Annum 863. num. 4. ita graphice depinxit: „ Photius, „ qui ex Schiſmaticorum, & ſea Sanctæ Communio„ nis participatione evertentium parte eſſe dignoſci„ tur, & ex ſæculari adminiſtratione, atque mili„ tia, & ex foro ſubito tonſuratus a Gregorio Sira„ cuſano dudum Epiſcopo in Synodo damnato, & „ ab Apoſtolica Sede convicto, Epiſcopus ordina„ tus eſt; & vivente, ac ſuperſtite conſacerdote no„ ſtro Ignatio Sanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ „ Patriarcha, Sedem ipſius invaſit, & Sponſam, „ quam a Chriſto Sponſo immaculatam cuſtodiendam „ velut amicus Sponſi acceperat, non per oſtium, „ quod Chriſtus eſt, ſed aliunde ex adverſo in ovi„ le Dominicum more furis, atque latronis ingre„ diens, ac ſic violentus, rapax, ac ſceleratus adul„ ter irrupit .... Epiſcopos, qui ei tanquam a„ dultero, & perverſori communicare noluerunt, exi„ lio relegavit .... & uſque hodie Eccleſiam „ Dei diverſis perſecutionibus impugnare non deſinit; „ itant Fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Ignatium „ Sanctiſſimum Patriarcham inauditis pœnis, & hoſti„ libus tormentis afficere non quieſcat, & omnes „ quot-

legatis Patriarcharum a synodo convincitur? Huc accedit quod si totam eam synodum Hadriani reiicimus: quæ Photius contra Nicolaum Pontificem, & Ignatium Patriarcham egit, approbari videntur. Sunt igitur magis consentanea, & veri magis similia, ut quæ pro auctoritate Romanæ Ecclesiæ a prioribus Pontificibus non solum Nicolao, & Hadriano, sed & ante eos a Leone quarto, & Benedicto tertio contra Photium, & Gregorium Syracusanum Episcopum Photii consecratorem acta, & scripta sunt: eadem a Joanne VIII. Marino, Hadriano tertio, Stephano VI. & Formoso comprobata sint: quod Græce scriptum invenio verbis rescriptorum eorundem Pontificum allatis. Quibus adduntur Joannis noni litteræ ad Stylianum Neocæsariensem, qui cum multa contra Photium ad Stephanum VI. Pontificem scripsisset, postea mutare sententiam visus est aliis litteris ad hunc Joannem datis. In illis ad Stephanum missis ait, deceptos esse a Photio Paulum, & Eugenium Episcopos a Joanne VIII. missos ad Ignatium de Bulgarorum regione, quem cum mortuum invenissent, a Photio donis, ab Imp. minis persuasi sunt, ut coram clero, & populo CP. dicerent, se missos esse contra Ignatium, & ut Photium absolverent. Postea Petrum ab eodem Pontifice missum esse, & hunc cum Paulo, & Eugenio, Photium receptum esse a sede Apostolica Romana, publice dixisse. B. Horum trium legatorum no-
a Ivo p. 7. c. 149. decr. mina inveni ab Ivone *a*, & Gratiano *b* es-
se relata. A. Quærantur eorum verba. B. I-
b 7. q. 1. c. 45. Hoc nequaquam. vonis verba sunt: *Ex actione V. synodi Constantinopolitanæ CCCLXXXIII.* patrum sub Joanne Papa VIII. cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus. *Apocrisarii Papæ dixerunt: Hoc nequaquam apud nos habetur &c.* C. Eadem fere verba Gratianus refert. *Unde in quinta actione CP. civitatis synodi &c. Apocrisarii Papæ dixerunt &c.* A. In libro Cæsaraugust. *c* ita est: c Cæs. l. 9. c. 62.
VI. synodi CP. CCCLXXXIII. patrum sub Joanne Papa VII. Apocrisarii Papæ dixerunt &c. Hæc mendosa sunt; neque enim hæc VI. synodus est, sed octava, vel nona habita ratione aliarum generalium aut quarta vel quinta habita loci ratione [x]. C. Non satis intelligo, cur eam quartam, vel quintam dicas. A. Fuere ante hanc generales septem, quæ vel a locis nomen habent, ut Nicæna, CP. Ephesina, Chalcedonensis, & quinta CP. iterum, & sexta item CP. tertium, & septima Nicæna posterior. Vides ante hanc tres Constantinopolitanas, quarta est, quam octavam sub Hadriano appellant, quinta hæc sub Joanne VIII. non VII. Quod si illa octava ut abrogata tollitur e medio, hæc erit octava generalis, & ratione loci quarta CP. C. Jam recte hæc mihi explanata sunt. Sed incidi in librum *Dominici Jacobatii de conciliis*, in quo referebat veterum canonistarum, sic enim dicere solet, opinionem fuisse nihil differre octo, an quattuor dicas fuisse generalia concilia. Et quod Gregorius *d* ait, sicut sancti d Lib. 1. epist. 24. Registri.
evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere, & venerari me fateor: quod repetit Gregorius VII. *lib. VII.* registri: &
Ivo *e*, & Anselmus *f*, & Gratianus *g*, & e Ivo p. 4. c. 117. decr.
alii *h* referunt. Et beatus Isidorus *i* ait, f Ans. lib. 6. c. 52.
quattuor sunt venerabiles synodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi g Dist. 15. c. 2.
quattuor evangelia, vel totidem paradisi flumina. Hæc, inquiunt, verba non ad sola quat- h Cæs. lib. 1. c. 36. Tarrac. lib. 1. c. 150.
tuor priora concilia pertinent, sed etiam ad quattuor posteriora. Octo enim esse generalia concilia fatentur ea verbis professionis Romani i Isid. lib. 6. c. 16. etymol. Grat. dist. e. c. 1.
Pontificis, de quibus hodie dictum est. B. Quo pacto Gregorius, & Isidorus, qui sexta, septima, & octava synodo fuerunt priores, de his cogitare potuerunt? C. Ratione, & auctoritate moventur. Rationem adferunt, quod quattuor loca fuerint generalium conciliorum, in quibus quattuor locis octo genera-

(x). *Ante caput* 45. Hoc nequaquam. 7. q. 1. *hæc verba sunt in eodem libro*: Unde in quinta actione Constantinopolitanæ synodi CCCLXXXIII. Patrum, sub Joanne Papa octavo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus Apocrisarii Papæ dixerunt. *In margine est.* Ivo p. 7. c. 149. *Et in notis*: IN QUINTA: Apud Ivonem p. 7. c. 149. pro indice hujus capituli leguntur hæc: „ Ex actione quintæ synodi „ Constantinop. CCCLXXXIII. patrum sub „ Joanne Papa VIII. cui præfuit Petrus pres„ byter Cardinalis, & Paulus Anconitanus „ Episcopus & Eugenius Ostiensis Episco„ pus ". Initium vero ipsius capitis est: „ A„ pocrisarii Papæ dixerunt. Hoc nequa„ quam ". *In extremo hoc capite additur etiam in notis:* Hæc synodus sub Joanne octavo extat Græca in Vaticana bibliotheca. Cujus synodi tres tantum canones cum explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur: „ Synodus in templo sapien„ tiæ habita sub Photio Patriarcha ". In secundo autem trium illorum capitulo habetur sententia hujus capitis. Visum autem est, ut omnia melius percipiantur, locum hunc Græce, & cum nova interpretatione esse adscribendum: φώτιος ὁ πατριάρχης, &c. id est, „ Photius Patriarcha dixit &c. "

„ quotquot pro veritate, & fide cum eo persistere „ comprehenderit, quibus prævalet modis perdere „ impretermisse moliatur ". Hæc & his similia adversus Evangelica, Apostolica, atque Prophetica instituta patravit Photius; pro quibus nonnisi ab Ecclesiæ inimicis laudari posse compertum est. W.

lia habita sunt: Nicæa, CP. Ephesus, & Chalcedon. Ut cum dicimus quattuor esse Patriarchas, CP. Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolym. nullam habemus rationem successionis personarum, quæ permultæ fuerunt. B. O plumbeum pugionem! Hac ratione generalia non erunt Lateranensia concilia, Lugdunensia, Viennense, Constantiense, Florentinum, Tridentinum: quod non eisdem locis habita fuerint, quibus illa quattuor prima (x). Dic de auctoritate. C. Utuntur auctoritate Innocentii tertii, A quæ utrique vestrum maxima est: cujus verba a tam in tertia collectione, quam in Gregoriana inveniuntur: quos etiam libros reiicere non licet. A. Magnam tu quidem moves expectationem. Recita verba C. *Verum postulationi hujusm. videbatur concilii Constantinopolitani capitulum obviare, in quo statutum est: ut quicumque de Pontificali dignitate ad monach. vitam, & pœnitentiæ locum descenderit, nequaquam ulterius ad Pontificatum resurgat.* B. Hoc idem caput est concilii octavi sive noni, cujus verba referunt Ivo b, & Gratianus c, & Cæsaraug. liber d. Et vere Innoc. ait esse hoc concilii CP. capitulum.

a *De renunt. c. 5.* Post translationem. *in 3. collect. & c. 11. e. tit. Greg. IX.*

b *Ivo d. p. 7. c. 149.* c *7. q. 1. c. 45.* Hoc nequaquam. d *Cæs. d. lib. 9. c. 62.*

C. Audi reliqua: *Unde contra dictum concilium, cum sit unum ex quattuor principalib. quæ sicut quattuor evangelia ecclesia catholica veneratur, nullatenus videbatur eorum postulatio admittenda.* Vides hic Gregorii verba ad hoc posterius concil. referri. Audis hoc concilium, de cujus auctoritate dubitabamus, quasi unum ex quattuor evangeliis B esse venerandum. B. In rescriptis Pontificum multa sunt ex advocatorum allegationibus accepta: sic hoc fuit ab Innocentio scriptum, quod putaret illum verum dicere, qui abusus est illa veterum canonistarum suorum opinione. Canones autem concilii Constant. primi non erant Latinis noti, ut Nicolaus ad Michaelem scribit. Licet in Corpore canonum inveniantur. Unde facile impositum est huic Pontifici, ut crederet id caput esse ejus concilii, cum sciret esse alicujus CP. C. Ivo, & Gratian. aperte dicunt esse *concilii CP.* sub *Joanne VIII.* non sub *Damaso* (ß). Hoc etiam confirmatur ex Græca synodo, & *ex Nomocanone* Joannis Zonaræ, & Theodori Balsamonis, & Alexii Aristeni: in quibus tres canones sunt hujus concilii, quod in templo sanctæ Sophiæ habitum esse dicitur. Il-

[x] *Initium capitis primi distinct. 15. in eodem libro est*: Canones generalium conciliorum (ut Isidorus ait lib. 6. etymolog. c. 16.) a tempore Constantini cœperunt &c. *In margine est*: Pann. l. 2. c. 104. *Ante cap. 2. ead. distinct. hæc sunt*: De quattuor vero conciliis scribit B. Gregorius ita dicens lib. 1. regesti epist. 24. „ Sicut sancti evan„ gelii &c. " *In margine est*: VERO, al. QUOQUE. *In scholio capitis* 8. Sancta octo. *dist. 16. hæc sunt*: SANCTA VIII. (*mendose pro* Sancta octo;) hæc concilia dicuntur octo, quia octies sunt celebrata, ut hic dicuntur, & quattuor quia in quattuor locis celebrata, ut supra distinct. prox. SICUT. *Hæc censura carent.*

(ß) *Hæc inscriptio est capitis undecimi* Post translationem. *de renuntiat. in editione Romana*: Idem [*Innoc. III.*] Episcopo Faventin. in Archiepiscum Ravenn. electum. *In margine est*: Cap. 5. eod. tit. in 3. compilatione. *In scholiis ad illa verba*, cum sit unum ex quattuor principalib. &c. EX QUATUOR: Et sunt hæc scilicet Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonensem (*scribe*, Chalcedonense) 15. dist. SICUT.

A Optime notat Antonius Augustinus falsum esse hoc loco Innocentium, qui crediderit canonem de quo heic agitur esse, Concilii Constantinopolitani primi, cum sit ex synodo, quam Photius habuit Constantinopoli. Vide lib. 5. [Marcæ] de concordia sacerdotii & imperii cap. 21. §. 12. B.

B Impia sane audacia, quam detestati sumus in Leone Papa *in histor. jur. Eccles. num. 246. pag. 277. & seqq.* M. [47].

(47) Impia profecto audacia est χξιωτ® quod Pontificum Epistolæ, atque Conciliorum Decreta circa Ecclesiæ Disciplinam promulgata redduntur cum Evangeliis æqualia. Siquidem Catholicorum nullus eo unquam devenit insaniæ, ut hoc ipsum propugnare sit ausus, quidquid Leoni IV. pro more suo imputet Mastrichtius in Juris Ecclesiastici historia Num. 246. Verba Pontificis in Epistola ad Episcopos Britanniæ, per quæ tam aspere eum objurgat Mastrichtius, hæc sunt: „ Magna voce pronunciare non ti„ meo: quia, qui illa, quæ diximus, Sanctorum Pa„ trum statuta, quæ apud nos Canonum nomine præ„ titulantur (sive sit ille Episcopus, sive Clericus, „ sive Laicus) non indifferenter recipere convincitur, „ nec catholicam, & apostolicam fidem, nec Sancta „ quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effe„ ctum suum retinere, vel credere probatur ". Præceperat Summus Pontifex, ut in judiciis instituendis, nullus auderet sententiam dicere, nisi ea Canonibus & decretalibus inter Canones ab Ecclesia receptis, Subjungit deinde quod si aliquis inveniretur suo præcepto refragans, aut Canones Ecclesiæ despiciens in discrimen æternæ salutis seipsum committeret, nec fides, nec Sancta quatuor Evangelia, quamvis ea crederet, prodesse poterunt ad salutem, quia per inobedientiæ delictum fides inefficax est, & mortua. Hunc esse Summi Pontificis Leonis sensum ejus verba tam præclare demonstrant, ut in alterum sensum nisi maligno genio possint extorqueri. Sanctus vero Gregorius Magnus dum profitebatur in sua Epistola 24. Lib. 1. quæ a Gratiano refertur Dist. 15. Cap. 2. quatuor Generalia Concilia, veluti quattuor Evangelia suscipere, & venerari, de solis fidei articulis in eis synodis adversus Hæresiarchas declaratis intelligendus est, ut ex Epistolæ contextu revincitur; ceterum a Catholicis maximum agnosci discrimen, inter Scripturam Divinam, & Conciliorum definitiones compertum est, ut videri potest apud Melchiorem Canum Lib. 5. de locis Theol. Cap. 5. W.

Illic etiam sunt XVII. *canones* alterius concilii CP. in templo beatorum Apostolorum habiti, quod ex prima, & secunda synodo dicunr. Credo propter duas quasdam synodos contra Ignatium habitas, quæ improbatæ sunt a Nicolao, & Hadriano minore, licet in posteriore interfuerint Rodoaldus, & Zacharias Legati Nicolai, quos ut prævaricatores Nicolaus in synodo Romana deposuit. Ex his XVII. *capitib.* nihil est apud Gratianum, quod sciam. Ex illis vero tribus primum caput vix ferendum est de Italis excommunicatis a Joanne Papa non recipiendis a Photio: item ut excommunicati a Photio non recipiantur a Joanne Papa, neque a Romana Ecclesia salvis privilegiis Romanæ Ecclesiæ, & ejus Pontificis. Alterum caput est id, de quo agitur, plenius apud Græcos scriptum, quam apud Latinos: *Et si antea*, inquit, *aliqui Episcopi in monach. habitum demissi, in Pontificali coacti sunt permanere, & id agentes contemnebantur: sancta synodus decernit hæc esse corrigenda juxta ecclesiasticam disciplinam. Statuit igitur, ut si quis Episcop. aut alius Antistes ad monach. vitam velit pervenire &c.* B. Quæ latini referunt non ex verbis canonis initio concepta esse videntur, sed *ex actione V.* & ex verbis Apocrisariorum, sive Legatorum. A. Sic etiam est ante verba canonis in Græco libro. *Interrogante enim Photio Legatos Romanos ipsi respondent*, quos non *Apocrisarios* sed τοποτηρητὰς Græcus vocat liber: τῦτο παρ' ἡμῖν ὀυκ ἔστιν &c. Nunc si placet, varietatem trium librorum Latinorum videamus. Pro voce *habeatur*, Ivo, & Cæsaraugustanus, *habetur*, scribunt aptius. Græce est, ὀυκ ἔστιν, ὀυδὲ σώζεται. Quod Gratianus scribit, *ordine & habitu*: illi scribunt, *ordine*, aliis omissis: Græci τάγματος. Quod Gratianus, *ad monachorum*, addunt illi, *id est pœnitentium.* Græci, τουτέστι τ μετανοούντων. Pro voce *vitam*, qua Latini utuntur, Græci χώραν, hoc est, *locum* scribunt: pro, *in episcopatum reverti*, Ivo, & Cæsaraug. habent, *ad Pontificatum reverti*, Græci, τὸ της ἀρχιερατικης ἑαυτοῦ διαδικεῖν ἀξίωμα. Item *præcepit sancta synodus* &c. Hæc sunt ex canone secundo, ita scribenda: *Item præcepit* &c. ut Ivo, & Cæsaraugustanus notant. Quod Gratianus ait, *de Pontificali dignitate, habituque*, in Cæsaraugustano est, *de Pontificatu*, apud Ivonem, *de Pontificali dignitate*, aliis omissis. Græce est, τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξιώματος. Pro illis, *& pœnitentiæ descenderit locum*, in Cæsaraugustano est, *descenderit*: apud Ivonem, *& ad pœnitentiæ descenderit locum.* Græci habent, κ τ γὰρ μετανοίας τόπον ἀναπληρώσαι. Pro voce, *nequaquam*, habet Cæsaraugustanus *ne jam*, & Ivo, *nequaquam jam.* Græci μηκέτι & pro, *resurgat*, ἀντιποιεῖσθαι. Quod sequitur *Monachorum enim vita subjectionis habet verbum*: subobscurum efficit vox *verbum* pro *ratione* positum, quod vox λόγον utrumque significet. Ivo *vitam* pro *vita*, non recte habet. In libro Cæsaraugustano hæc verba desiderantur. Illud Gratiani est: *Hoc ad pœnitentiam &c.* quæ Ivo non habet. Apud Græcos alia quoque sunt, ex quibus videtur hoc idem confirmari. Tertio can. anathema dicitur laico verberanti, aut capienti ex quacunque caussa Episcopum. De capitibus octavæ synodi sub Hadriano cras agemus: quamvis ordine perturbato.

DIALOGUS SEPTIMUS.

De eadem Synodo Octava Hadriani.

B. NOlui te heri interpellare, sed hodie peto abs te, cur putes *Petrum Presbyterum* ante duos Episcopos legatos Joannis nominari; quorum alter Ostiensis est, cui datum est, ut pallio utatur, cum Pontificem Maximum consecrat. Nunc eum Decanum Cardinalium appellant, & princeps totius ordinis est. A. Quærendum etiam erit, cur postremus Ostiensis appelletur. Fortasse tunc Episcopi non dicebantur Cardinales, sed soli presbyteri & diaconi. Et si quis eorum Episcopus eligeretur, non amplius ex collegio Cardinalium erat, sed Episcopus Anconitanus puta, vel Bononiensis, vel alterius civitatis dicebatur. Et inter Episcopos ordo temporis servabatur. Quod dixi de Cardinalibus Episcopis electis, Innocentii tertii exemplo comprobatur, qui noluit Ravennatem Archiepiscopum fieri eum, qui tituli *a* S. Praxedis presbyter Cardinalis erat, ne ab Ecclesia Romana discederet. Sed videamus, quid in Græca synodo sit. In ea enim & Joannis litteræ sunt, & sæpius nomina horum Legatorum. C. De numero quoque Episcoporum velim scire, an Græca cum Latinis conveniant. B. In prima actione ante adventum Legatorum erant cum Photio & legato Hierosolymor. Patriarchæ CCCLXXVI. Episcopi, nisi a me erratum est. Possumus igitur fidem adhibere Latinis Ivoni & Gratiano, qui omnes CCCLXXXIII. numerant. In eadem actione Petrus presbyter Cardinalis prius, quam Paulus, & Eugenius nominatur. Is quoque prius ad Photium alloquitur nomine Joannis Pontificis. A. Heri dicebamus, hunc missum fuisse a Joanne ad Photium, illos duos ad Ignatium. Idem ostendunt Joannis litteræ, in quibus Eugenius ante Paulum nominatur. Sed in commonitorio dicitur: *Commonitorium fratribus Paulo, & Eugenio Episcopis, & Petro presbytero Cardinali missis CP.* Ita autem cetera scripta sunt, ut videantur omnes simul mitti. In actione quoque quinta Paulus, & Eugenius Episcopi ante Petrum presbyterum appellantur. Et in subscriptione concilii primus Paulus Episc. Anconitanus, postea Eugenius Episc. Ostiensis, postremus Petrus presbyter Cardinalis subscripserunt: omnes ut

a l. 3. de postul. prælat. in 3. collect. & apud Gregor. IX. incip. Bonæ mem.

Le-

Legati, sed non ut Cardinales. B. Quando hæc duo conveniunt, commonitorium Joannis, & subscriptio: malo his credere, quam Ivoni & Gratiano. A. *Canones octavæ synodi* sub Hadriano videamus. Et omissis aliis, de his, quæ apud Gratianum sunt, dicamus. *Caput XV.* quod in Græco libro desideratur, & a Gratiano *a sextæ synodi universalis* esse dicitur, in libro Cæsaraugustano *b septimæ synodi CCXL.* Patrum *actione X.* apud Anselmum *c* recte *octavæ synodo universali* adscribitur. C. De numero actionis, & Patrum convenit ne cum Græcis? A. In actione convenit: sed Stylianus, de quo heri diximus, centum & duos Patres fuisse scribit. Nos de varietate verborum videamus. Mendose est apud Gratianum *venerabilis synodus*, pro *universalis synodus*, quod alii habent. Pro *cimilia, & vasa sacrata*; quod etiam Anselmus habet; *cimilia, id est, vasa sacrata*, Cæsaraugustanus *civilia* pro *cimilia* est in quodam Anastasii libro non recte. Ego nihil muto, sed Græcis litteris scribo κειμήλια, aut Latinis, *cimelia*, unde *cimeliarchus* est, ut Demochares notat, qui cimeliis, vel thesauro ecclesiæ, aut Principis præest. Quod Gratianus ait, *pro redemptione captivorum*: alii habent plenius, *quæ accipiuntur in redemptionem captivorum.* Quod dicitur, *sed non tradere salaria ecclesiarum in emphitheoticea pacta*, non facile intelligitur: *nec* pro *non* habent alii: *pauca* pro *pacta*, Cæsaraugustanus *d* mendose: *neophitæ ubi compacta*, Anastasii mendosus liber: *emphyteutica pacta*, Anselmus aptius. *Solaria* pro *salaria* scribendum puto. Sic enim scio appellari a Jurisconsultis *e*, quæ pro solo penduntur. Simile erratum esse quidam putant *cap. VII. de usufructu*, sed id incertius. B. Mihi vox *salaria* magis placet: sed postea eadem vox *salaria* bis est. A. Eadem ratione mutari potent. Pro illis verbis, *& post pauca*, quæ habent etiam Anselmus, & Cæsaraugustanus, sunt alia in Anastasii libro non inutilia, *Omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit, ecclesiastica loca, quæ per * redditus fiant, & insuper propriarum rerum dispositionem distribuere ac committere, seu conferre quibuscunque voluerit, & judicaverit, juxta propriam potestatem, ac dominatum. Quisquis autem apparuerit post hanc* &c. Vox *apparuerit* a Gratiano est omissa, habent alii. Illud quod ineptum est, *huic sanctæ sedi.* Tollenda est vox *sedi*, quam solus Gratianus habet; item vox *tentaverit* quæ irrepsit pro illa *apparuerit*, de qua diximus. Pro *divinarum rerum*, scribi debet *divinarum legum*, ut omnes habent præter Gratianum. Pro *cimiliorum & salariorum locorum*, est apud Anselmum *cimiliorum scilicet, & salariorum locorum*: *salarium* pro *salariorum* habet liber Cæsaraugustanus, cetera ut Anselmus: *sed* pro *scilicet* liber Anastasii. Ego malo, *cimeliorum, & solariorum, & locorum.* De omnibus enim supra dictum fuerat. B. Idem fiet, si scripseris, *cimeliorum scilicet, solariorum, & locorum.* C. Vox *locorum* postea omissa est, ex quo fit, ut hic significare possit *solaria locorum.* A. Non magnopere repugno. Pro illis, *Qui vero ceperit, aut emerit*; alii habent, *Qui vero emerit, aut perceperit*; non male. Pro *cimiliis*, vel *salariis*, scribo *cimeliis*, vel *solariis*: *&*, pro *vel*, est in Cæsaraugustano. In extremo capite desiderantur hæc verba ab Anselmo etiam, & Cæsaraugustano omissa: *Si vero de propriis rebus aut de aliis quibusdam conventionibus; habeat id secundum propriam potestatem & voluntatem, omni vita sua, & post finem vitæ suæ dimittat, & conferat hoc quibuscumque voluerit, non tamen sæculare diversorium fiat* [α]. Nunc de *capite XVII.* videamus, quod etiam in Græco libro desideratur. Id Ivo *f*, & Gratianus *g Gelasio Papæ* adscribunt, Anselmus *h* recte *synodo octavæ universali.* In verbis non magna varietas est. Pro *etiam sive a divæ, & sive a piæ*, habet Anselmus: *& sive a divæ*, Anastasius, & Ivo. Pro *præsulum eorum*, ceteri habent, *præsulum earum.* Pro *ac jussu præsulis*, quod habent Ivo, & Gratianus: *ac usu præsulis*, Anastasius, & Anselmus. Quod Gratianus solus scribit, *Quisquis ergo clericorum vel sæcularium*: in aliis libris est, *Quisquis ergo sæcularium.* Post verbum *restituerit*, est in solo concilio Anastasio interprete, *& reservaverit* (β). *Caput XXI.* (quod Græcis *est XIII.*

a 12. *q.* 2. *c.* 13. Apostolicos.
b *Cæs. lib.* 7. *c.* 74.
c *Ans. lib.* 6. *c.* 169.
d *Vide lib.* 1. *dial.* 9. *add.* 8.
e *c.* 2. §. Si quis nemine. *D. ne quid in loco.* & *c.* 15. *D. qui potior.*
* Per quæ. *f.*
f *Ivo in epist.* 71. *vel* 30. *ad Decan. Belvacens.*
g 16. *q.* 3. *c.* 9. Placuit.
h *Ans. lib.* 4. *c.* 30.

[α] *Capite* 13. Apostolicos. 12. *q.* 2. *in eodem libro ita inscribitur*: Item ex octava synodo universali, c. 15. *In margine est*: Ans. l. 6. c. 171. *Et in notis*: OCTAVA: Sic est emendatum ex Anselmo, cum antea legeretur *sexta.* Est autem canon decimus quintus synodi octavæ habitæ tempore Hadriani Papæ secundi contra Photium ex versione Anastasii bibliothecarii. VIDELICET PRO REDEMPTIONE: In concilio ipso, & apud Anselmum legitur „ quæ accipiuntur in redem„ ptionem captivorum “. DECERNIMUS: In ipso canone sequuntur hæc: „ Omnem vero &c. “ *ut in dialogo, præter voces*, propriarum rerum, *pro quibus sunt*, proprium rerum. *Ad illa*, cimelia, & vasa sacrata, *est in margine*: κειμήλια Græce thesauri dicuntur, ope, specuniæ repositæ (*scribe*, opes, pecuniæ repositæ) instrumenta pretiosa, aurea vasa, clinodia; inde cimeliarchus C. de agric. & cens. l. Litibus. 20. *Vox* salaria *retinetur sine ulla varietate.*

[β] *Ante caput octavum* Placuit huic. 16. *q.* 3. *in eodem libro ita scriptum est*: Unde Ge-

a *Dist.* 22. *c. ult.* b *Ans. lib.* 2. *c.* 72. c *Deusd. c.* 3. *divisione* 4.

XIII. non recte) Gratianus *a* post Anselmum *b*, & Deusdedit *c octavæ synodo* adscribunt; sed Anselmus omnia verba refert, Gratianus aliquot verba sumpta ex priore parte hujus capitis. Deusdedit alia quædam ex posteriore cum hac inscriptione: *In synodo universali CCXL. patrum habita pro Ignatio Patriarcha, quæ quibusdam octava dicitur.* C. Convenit in numero patrum cum Cæsaraugustano *d*. A. Certiora poteris ex ipsa synodo cognoscere (α). Mihi enim canere receptui necesse est propter quasdam occupationes.

d *Cæs. lib.* 7. *c.* 74.

DIALOGUS OCTAVUS.

De eadem re, & de falsa Inscriptione quorundam capitum Gratiani ex octava, & nona Synodo inscriptorum.

A. NUmerasti centum Episcopor. nomina octavæ synodi? C. Actionis decimæ numeravi Archiepiscopos LV. Episcopos XLIV. præter Ignatium Patriarcham, & Legatos Romanos, & aliorum Patriarcharum Legatos, subscriptionum par numerus est. Græci in additis ad VIII. synodum hos centum & duos fuisse referunt: in synodo Nicolai contra Photium, & Radualdum, & Zachariam, CLXX. interfuisse, in synodo Hadriani contra Photium CXX. In libro Deusdedit Cardinalis ita scriptum est capite primo: Ex VII. synodo universali habita a quinque Patriarchis cum CCCL. patribus sub primo Hadriano Pontifice Romano *e*. *Omnis electio Episcopi &c.* quod sumptum est ex *cap. III. septimæ synodi* (β). Mox sequitur: *Ex VIII. synodo item universali habita item a quinque Patriarchis cum patribus CCXL. sub primo Nicolao Pontifice. Promotiones, & consecrationes f Episcopor. &c.* ut *cap. XXII.* hujus *synodi*, de qua agimus. Utriusque capitis verba refert liber Tarraconensis *g*. A. Certiora mihi videntur, quæ ex subscriptionibus retulisti, & ex errore notarum facile pro CXI. scriptum est CCXL. fient autem CXI. si legatorum habeas rationem. Sed nos veniamus ad *caput* ipsum XXII. cujus tu mentionem fecisti. Id Gratianus *h* bis posuit, ut de ejus diligentia cognoscatis *dist. LXIII. cap. I. & II.* Namque Hadriano Papæ adscripsit illa verba: *Nullus laicorum, Principum &c.* Item illa: *Quisquis sæcularium Principum &c.* Mox addit: *Item ex octava synodo. Hadrianus Papa secundus, quod Nicolaus prædecessor eius disposuerat, missos suos, Donatum scilicet Ostiensem Episcopum, & Stephanum Nepesinum Episcopum* (sic enim mutandum esse diximus) *& Marinum diaconum S. R. E. ad Basilium Imperatorem i, & ad filios ejus Constantinum, & Leonem Augustos Constantinopolim direxit. Cum quibus & Anastasius bibliothecarius Romanæ sedis utriusque linguæ Græcæ & Latinæ peritus perrexit.* B. Idem Anastasius *in præfatione ejusdem synodi* ad Hadrianum ait, se missum fuisse a *Ludovico Imperatore*, cum eadem celebraretur synodus. A. Reliqua persequamur: *Et synodo congregata, quam octavam universalem synodum illuc convenientes appellaverunt, exortum schisma de Ignatii depositione, & Photii ordinatione sedaverunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes, in qua sic statutum est. Consecrationes, & promotiones Episcoporum &c. Photium* autem, non *Fotinum* scribendum esse aperta res est: quamvis in eodem nomine errent aliquot historici. C. Unde hanc historiam didicit Gratianus? A. Res mihi incerta est. Sed videamus, an meliora dicant Ivo, & Anselmus, & alii collectores. C. In Panormia Ivonis *k* ita scriptum est: *Ex canone Apostol. VIII. synodus cap. XI. Promotiones & consecrationes &c.* B. Cur hic de Apostolorum canone dicitur? A. In margine libri aliquis addiderat, *Apostolor. cap. XXX. cujus verba refert VII. synodus, non octava.* C. Idem Ivo in excerptionibus sic ait: *Octava synodus cap. XI. Promotiones &c.* Anselmus scribit *l*: *Hadrianus Papa universali octavæ synodo præsidens dixit: Promotiones, & consecrationes &c.* B. Quasi vero hæc præsente Hadriano constituta sint. C. Non meliora sunt, quæ Deusdedit, & liber Tar-

e *Dist.* 63. *c.* 2. Omnis. f *Dist. e. c.* 2. g *Tarrac. lib.* 1. *c.* 46. *&* 47.

h *c.* 1. *&* 2. *e. d.* i *Lib.* 1. *dial.* 4. k *Ivo lib.* 3. *tit.* 2. *c.* 1. *pan. & p.* 5. *c.* 122. *decr.* l *Ans. lib.* 6. *c.* 20.

Gelasius Papa ait. *In margine hæc sunt*: In synodo octava sub Hadriano secundo capite decimooctavo. *Et*: Polyc. lib. 3. tit. 12. Anselm. lib. 4. cap. 20. *Ad illa*: & præsulum eorum, abest ab orig. *additur in margine* [*vox* eorum, *ut puto.*] *In notis additur*: Quod hic tribuitur Gelasio, habetur in synodo octava habita ab Hadriano II. cap. 18. & ex ea citatur apud Anselm. & Polycarp. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum vulgatis. SÆCULARIUM: In vulgatis legebatur: „ Quisquis ergo clericorum, vel „ sæcularium “. Sed absunt illæ duæ voces, CLERICORUM, VEL, ab aliquot vetustis, & ab ipso concilio manuscripto. In concilio impresso legitur: „ Qui contra fecerit, ut sacrile- „ gus judicetur, & donec talia privilegia &c. “

(α) *Distinct. 22. capitis ult. inscriptio est in eodem libro*: Unde in VIII. synodo habita sub Hadriano Papa II. can. 21. Diffinimus neminem &c. *In margine est*: Deusdedit p. 3. Anselm. l. 2. c. 72. *Dictum est lib. 1. dial. 9. addit. 6.*

(β) *In Gregoriana editione inscriptio cap. 7. distinct. 63. est*: Item ex septima synodo, quæ est secunda Nicæna 350. Episcoporum c. 3. Omnis electio Episcopi. *De eodem capite scriptum est libro 1. dialog. 9. addit. 10.*

Tarraconenſis referunt, ſub *Nicolao primo* hanc ſynodum habitam eſſe, ut antea diximus. A. Vide Cæſarauguſtanum *a*. C. *In octava ſynodo cap. XI. Promotiones & conſecrationes &c.* A. Videtis, opinor, horum omnium negligentiam, qui neque fontes perquirunt, neque temporum hiſtoriam ſcire cupiunt, neque de auctoritate librorum laborant: ſed eis omnia pro oraculo ſunt, quaſi ea ut Moſes, duabus tabulis exarata Dei digito perceperint (α). C. Suntne alia ex hac ſynodo apud Gratianum? A. Falſæ inſcriptiones permultæ ſunt, de quibus certiora B. noſter dicet. Scio enim quædam ſelectos illos viros Romæ inveniſſe in *regulis brevioribus Baſilii.* B. Apud *Iſidorum* quædam etiam invenerunt, nonnulla incerta relicta ſunt, quæ *ſeptimæ*, *octavæ*, aut *nonæ ſynodo* Gratianus adſcripſit. Initium ſumamus a capite XXII. *diſtinctionis LIV. b octavæ ſynodo* inſcripto. Sunt enim verba ejus capitis ab Iſidoro ſumpta *in regula monachorum cap. XVIII. de familiari vita.* Ex quo mutandum eſt, pro *non licebit*, *non licet*: & pro *dare non poteſt*, *dare non debet* (β). *Diſtinct. XXCI. c caput XXVI.* ex *ſeptima ſynodo* inſcribitur: ſed *in incertis* ponendum eſt, quamvis capite extremo ejuſdem ſynodi ſint quædam verba apta rei, de qua agitur [γ]. *Diſtinct. XC. d caput IV. & V.* ex *octava ſynodo* ſunt apud Gratianum, ſed ex *concilio Maguntino eſt caput IV.* apud Burchardum *e* & Ivonem *f*, & in Pœnitentiali Romano *g*: & *caput V. ex concilio Agathenſi*, & ex *eodem Maguntino* apud eoſdem: tamen *incerta* etiam hæc duo capita relinquantur [δ]. *Cauſſæ primæ caput nonum* ex *octava ſynodo* eſt apud Gratianum *h*, melius apud Anſelmum *i*, & Deuſdedit *cap. II. ex ultima epiſtola ſynodi ſeptimæ*; apud Ivonem *k* eſt, *ex cap. XX. ſynodi VII.* & *ex VII. ſynodo* apud eundem Gratianum *l*. In libro Cæſarauguſtano *m* ut apud Ivonem. Videnda *Taraſii CP. epiſtula ad Hadrianum Papam contra Simoniacos*, quæ in Græco libro eſt *poſt VII. ſynodum* (ε). A. Non magnum erta

a *Cæſ. lib. 5. c. 63.*

b *Diſt. 54. c. 22.* Abbati.

c *Diſt. 81. c. 26.* In omnibus.

d *Diſt. 90. c. 4.* Alienus. & *c. 5.* Si quis.

e *Burch. lib. 10. c. 52. 53. 54. & 62.*

f *Ivo p. 13. c. 53. 54. 55. & 63. decr.*

g *Pœnit. tit. 6. c. 9. & 10.*

h *1. q. 1. c. 9.* Qui per pecuniam.

i *Anſ. lib. 6. c. 80.*

k *Ivo p. 5. c. 121. decr.*

l *1. q. 7. c. 2. §.* Sed quoniam.

m *Cæſar. lib. 4. c. 9.*

(α) *Ejuſdem diſtinct. 63. capitis 1. & 2. inſcriptiones retulimus dialogo 4. addit. 1. lib. 1.*

[β] *Capitis 22. diſtinct. 54. hæc in eodem libro Romano inſcriptio eſt*: Probatur auctoritate octavæ ſynodi, in qua ſic ſtatutum legitur. Abbati, vel monacho monaſterii ſervum non licebit &c. dare non poteſt &c. *In margine eſt*: Iſidorus Hiſpal. in reg. monach. de famil. vita. *Et in notis, poſt alia*: Caput autem, quod nunc a Gratiano citatur, alibi repertum non eſt, quam apud Iſidorum Hiſpalenſ. in reg. monach. c. de famil. vita. *Et verſ.* Unde in alio capitulo præfatæ conſtitutionis hæc ratio redditur. Injuſtum eſt enim &c. *additur in notis*: INJUSTUM: Infra 17. q. 4. c. IN VENDITIONIBUS. *verſ.* INJUSTUM. hoc ipſum citatur ex concilio Agathenſi, ubi etiam extat c. 56.

(γ) *Hæc eſt in eodem libro inſcriptio cap. 26.* In omnibus. *diſt.* 81. Item ex VII. ſynodo. *In notis eſt*: Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo, in cujus ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habentur. Ceterum in plerisque citatur ex octava: & ſententia videtur ſumpta ex c. 83. Aſceticorum B. Baſilii, cujus regulas ſub nomine octavæ ſynodi ſæpe citari alibi notatum eſt.

(δ) *Ante caput quartum* Alienus ſit. *diſtinct. 90. in eodem libro hæc verba ſunt*: Item ex octava ſynodo. *Et in margine eſt*: Burch. l. 10. c. 52. & 54. Ivo p. 13. cap. 55. & 53. ex Conc. Moguntino. *In notis additur*: In libello B. Baſilii de inſtitutis monachor. Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti eſt impreſſus) c. 42. in ultima reſponſione habetur prima pars hujus capitis, uſque ad verb. ABIICIATUR. QUI MURMURANS: Ejuſd. libelli cap. 50. penultima interrogatio ſic habet: „ Si vero „ etiam &c. “ JUXTA MENSURAM: Hæc pars non habetur in eo Baſilii loco. Apud Burchard. vero, & Ivonem (a quibus citatur ex Concilio Moguntino) ſic legitur: „ juxta menſuram, opuſque peccati, quia in „ hoc ſententia, &c. “ *Capitis quinti ejuſd. diſt. inſcriptio eſt*: Item ex eodem. Si quis monachus contentiones &c. *In margine additur*: abeſt a multis exempl. [*quod ad vocem* monachus *refertur*]. *Eſt etiam in margine*: In regula Iſidori c. 17. Burch. l. 10. c. 62. Ivo p. 13. c. 63. *Et verſ.* Qui contentioſus. *additur in margine*: In l. ſententiar. Patrum c. 96. EX STATUTIS SENIORUM. Burch. l. 10. c. 53. Ivo p. 13. c. 54. *In notis hæc ſunt*: SI QUIS MONACHUS: Hanc priorem partem Burchardus, & Ivo citant ex concilio Agathenſi, in quo etiam habetur ex codice libror. ſexdecim lib. 5. c. 22. abeſt autem fere ubique etiam in multis Gratiani exemplarib. vox MONACHUS. TAM DIU: Apud Burchardum, & Ivonem (qui citant hanc partem poſteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro ſententiar. Patrum, c. 96. EX STATUTIS SENIORUM) legitur „ ita pœni- „ teat, qualiter culpæ qualitas extat “.

(ε) *Inſcriptio capitis noni* Qui per pecunias. 1. *q.* 1. *in eodem libro hæc eſt*: Item ex octava ſynodo. *In margine eſt*: Novella 6. c. 1. & Nov. 123. c. 3. apud Julian. Anteceſſorem. Anſelm. l. 6. c. 7. Ivo p. 5. c. 121. *Et in notis*: OCTAVA: In aliquot vetuſtis exemplarib. caput hoc citatur ex ſeptima ſynodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigeſimus Apoſtol. ad hanc rem faciens. In epiſtola autem Taraſii ad Hadrianum Papam (quæ in exemplaribus bibliothecæ Vaticanæ, & a-

ratum esset, si quod ex VII. synodo erat, aut ei conjunctum, VIII. synodi esse diceretur. B. Non satis certus sum, an eadem illie verba sint [α]. Illud *Paleæ* caput *extremæ a causa quinta*, quod etiam ex *octava synodo* inscribitur, nusquam repertum est. Inveni tamen *Paleæ* non esse adscriptum, & vidend. Isidor. *in reg. monachor. cap. XVII.* (β). Quod vero eidem *octavæ synodo*, & *Isidoro* adscribit Gratianus *caussa XI.* b ex dictis *Isidori* Burchardus c, & Ivo d esse scribunt. Non dissimilis sententia exstat apud Isidorum *in monachor. regula cap. XVII. de excommunicatis*, & apud Benedicti *regulam cap. XXVI.* cujus verba referunt Ivo e, & liber Cæsaraugustanus f (γ). Certius est, quod in *eadem caussa* ex *octava synodo* esse dicitur g, Isidori esse *lib. III. cap. LIX. de summo bono*. Ut quod ei proximum est *Gregorio* adscriptum, ex *eodem libro Isidori est capi-*

a 5. q. 6. c. 7. Si quis.
b 11. q. 3. c. 28. Si quis. & c. 18. Cum excommunicato. in fine.

c Burch. lib. 11. c. 32.
d Ivo p. 14. c. 96. decr.
e Idem d. p. 14. c. 24.
f Cæs. lib. 14. c. 39.
g 11. q. 3. c. 77. Non solum. & c. 78. Quatuor.

Tom. III. R

& aliis est in fine ipsius septimæ synodi) refertur canon 22. synodi, quæ in Trullo his verbis: „ Eos, qui per pecunias ordinati sunt, „ sive Episcopi, sive quicumque Clerici, & „ non secundum probationem, & vitæ optio„ nem, deponi præcipimus: sed & illos, qui „ hos ordinasse noscuntur". Extat etiam hac de re epistola Basilii ad Episcopos sibi subjectos.

(α) *Caput secundum* Si quis omnem. 1. q. 7. *in eodem libro ita inscriptum est*: Item ex septima synodo. *Et in margine est*: Ex actione 1. in 7. anathemat. Deusdedit p. 2. Ivo p. 4. c. 198. Ex epist. Tarasii ad Joannem. Ivo p. 5. c. 121. Ans. l. 6. c. 87. *Hæc erant ita distinguenda, ut ab illis verbis* Ex epist. *ad vers.* Omnis. *pertineret, non ad princ. capitis. Id in notis melius distinguitur in hunc modum*: Si quis: Caput hoc ea magna parte collectum est ex variis locis septimæ synodi: sed non ex versione Anastasii Bibliothecarii, qua alioqui sæpe uti solet Gratianus. Initium quidem est in actione prima anathematismo septimo. Omnis Episcopus: Hinc usque ad vers. Tarasius Patriarcha, sumpta sunt ex epistola Tarasii ad Joannem Presbyterum, omissis tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidem epistola in versione Anastasii est post actiones, & canones septimæ synodi: sed in nova versione impressa in tomis conciliorum est ante iolam synodum. Tarasius: Hæc videntur sumpta ex apistola Tarasii ad Hadrianum (de qua dictum est sup. q. 1. ad c. Eos qui) aut ex quinto capite septimæ synodi: quibus locis refertur canon trigesimus Apostolorum. Quicumque per pecuniam: Hæc habentur etiam novella 123. cap. 4. apud Julian. Antecessorem. Si vero religiosam: Hæc non sunt in canone Apostolor. *In eodem vers.* Tarasius *in margine est*: In epistol. Tarasii ad Hadrian. & in 7. syn. cap. 5. ea can. Apost. 30. *Et vers.* Quicumque per pecuniam. In ead. epist. & c. 5. ex conc. Chalc. c. 2. novella 123. c. 24. apud Julian. Antecess. *Et vers.* Qui post baptismum. Conc. Neocæs. c. 9. *Et vers.* Similiter. Can. 26. al. 28. Apostol. dist. 63. Omnis elect. Canon. Apost. 29. al. 31. & in sept. syn. c. 3.

(β) *Hæc est capitis septimi* Si quis falsum. 5. q. 6. *in eodem libro inscriptio*: Item ex octava synodo. *In margine est*: In regula Isidori c. 17. *Et in notis*: Capiti huic in vulgatis erat præpositum nomen paleæ; quod sublatum est auctoritate omnium vetustorum exemplarium, quotquot collata sunt. Extat autem in regula monachor. B. Isidori cap. 17.

(γ) *Ante Caput* 18. Cum excommunicato. 11. q. 3. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item Isidorus in regula monachor. cap. 18. *Et in margine est*: Polyc. ibid. (*hoc est, l. 7. tit. 1.*) Burch. l. 11. c. 31. & 32. Anselm. l. 12. c. 16. Ivo p. 14. c. 95. & 96. *In notis*: Prior pars hujus capituli usque ad vers. Si quis enim, habetur in regula sancti Isidori [quæ missa est ex Hispania] c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus in expositione regulæ sancti Benedicti c. 26. excepta tamen ista clausula: „ nisi quæ ad eandem ex„ communicationem pertinent", quæ neque in regula B. Isidori legitur, neque apud Smaragdum. Est tamen apud Burchardum, & Ivonem. Si quis enim: Hæc usque ad finem refert Smaragdus ex quodam magistro monachorum, quod notabitur infra eadem c. Si quis frater. *Inscriptio cap.* 28. Si quis frater. *ead. q. hæc est*: Item ex octava synodo. *In margine est*: Sup. eadem Cum excommunicato. Burch. l. 11. c. 32. Ivo p. 14. c. 96. *In notis additur*: Canon hic neque habetur in octava synodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi (*immo Hadriani secundi*) neque in alia, quæ & ipsa nominatur octava sub Joanne octavo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana servantur. Multa vero, quæ a Gratiano ex octava synodo citantur, in regulis Basilii, Isidori, & aliis scriptis ad monachos pertinentibus inventa sunt. Hoc quidem sup. ead. Cum excommunicato: fuit tributum Isidoro, quemadmodum etiam a Burchardo, & Ivone. Sed Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti c. 26. cum antea egisset de monacho a suo præposito excommunicato, hæc scribit valde similia. Hinc quidam magister monachorum ait: „ Si quis vero frater aut palam, aut abscon„ se cum eo fuerit locutus, aut conjunctus, „ communem cum eo excommunicationis „ contrahat pœnam": quæ lectio convenit cum lectione Burchardi & Ivonis.

pite LVIII. licet ex libro *Officiorum Isidori* esse dicatur apud Burchardum *a* (α). C. Quamobrem dicemus in tam multis pro Isidori, aut alterius nomine abusum Gratianum hac synodo? B. Inveni a selectis viris notatum, fieri potuisse, ut in aliquo libro octava synodus inscripto post verba ejus synodi alia capita essent ex variis scriptoribus relata sine ulla inscriptione. Ita factum esse, ut addita octavæ capitibus pro verbis ejusdem synodi haberentur. C. Apertius est cum Paulo caussam confiteri, quia ignorans feci. An eadem illa caussa est in *Gregorio* pro *Isidoro* scripto? B. Minime gentium. Sed cetera videamus. *Nonæ synodi* esse dicitur *caput primum caussæ XX. b* quod selecti viri *Basilio* adscribunt in *regulis cap. XV.* & in *epist. ad Amphilochium cap. XVIII.* Ideo vero ex *nona synodo* dictum esse putant, quod canones Basilii positos post canones octavæ synodi crediderit aliquis esse ex nona synodo. A. Ludere mihi videntur, qui hæc dicunt (β). De aliis dices, cum libebit.

a Burch. lib. 16. c. 28.

b 20. q. 1. c. 1.

DIALOGUS NONUS.

De eadem re.

C. CUm *Pontificalem librum* non editum ad te nuper adlatum in manibus haberem, incidi in extrema tempora *Innocentii tertii*; illic inveni mentionem Gratiani fieri his verbis, quæ tibi melius in libro ipso indicavero, quia sunt quædam mihi valde ignota. A. Ostende locum: neque enim ingratum erit de Gratiani vita, aut tempore cognoscere. C. *Hoc anno* A scilicet MCCXV. *Gratianus monachus de Clusa civitate Tusciæ natus Decretum composuit, ut dicit Hugucon feria q. VI. c. Forma: Floret etiam Magister Petrus Lombardus, qui sententias composuit.* B. Si hæc vera sunt, cur in eo libro nihil est post Innocentium minorem conscriptum? Certiora sunt, quæ alii de Eugenio tertio referunt, & ab eodem Gratiano scribunt mentionem fieri anni MCL. A. Quæratur locus in formulis appellationum & apostolorum. B. In libro Antonii Democharis *c* sic est: *Pridie kalendas Maii anno Dominicæ Incarn. MCLXI. indictio IV.* & in margine *alias MCV. feria IV.* His addit Contius: *Sic in meo manuscripto.* C. In alia veteri editione est etiam *MCV. frau. IV.* (inepte pro *feria quarta*) & in scholiis: *MCV. Dicit Hugo*, quod hic est falsa littera, *quia non sunt tot anni, quod liber iste compositus fuit. Fuit enim editus docente Jac. Bonon. in legib. & Alex. in theologia, qui fuit postea Papa Alex. III. & fuit anno domini MCL. ut ex chronicis patet.* A. Habeo alia scholia vetustiora. Cura, ut liber adferatur. C. Eadem est scriptura numeri *MCV. feria IV.* & in margine hæc sunt: *Non currebat annus iste incarnationis tempore Gratiani, cum & ipse inferuit huic operi capitula Innocentii secundi, qui paulo præcessit Alexand. contemporaneum Gratiano.* A. Ex his apparet, deceptum fuisse illum historicum, & pro *Hugone*, sive *Hugucione secunda quæst. VI. c. Forma*, illa monstra peperisse. C. An obsecro te, idem ille est, qui H. notatur in scholiis? A. Ego eundem esse arbitror (γ). Sed nos ad *octavam synodum* er-

c 2. q. 6. c. 30. Post appellationem. §. Forma.

(α) *Quod attinet ad caput 77.* Non solum ille. *ejusd. q. 3. in libro Romano inscriptio hæc est*: Item ex octava synodo. *Et in margine*: Isidorus l. 3. de sum. bono c. 59. *Et in notis*: De hac inscriptione octavæ synodi, notatum est sup. ead. q. 3. SI QUIS FRATER. *Inscriptio cap. 78.* Quatuor modis. *ead. q. est*: Unde Gregorius ait. *In margine est*: Isidorus l. 3. de sum. bono c. 58. Burch. l. 16. c. 28. *Ad illa*, animum alicujus corrumpimus, *additur*: al. muneris alicujus corrumpitur, Isid. & *pro voce* adversarium, al. adversa. *In notis est*: Apud Gregorium non est inventum: sed apud Isidorum (quemadmodum citat Burchardus) & paulo etiam plenius: & sequitur nonnullis interjectis post caput QUI RECTE supra ead.

(β) *Gratiani verba sunt ante caput. 1. causa 20. q. 1. in eodem libro*: Probatur auctoritate nonæ synodi. Firma autem &c. *In notis est*: NONÆ: In nonnullis vetustis exemplaribus est, OCTAVÆ: Verum in octava ab Hadriano II. habita non habetur, sed in libro B. Basilii de institutis monachorum Ruffino interprete c. 8. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis fusius disputatis c. 25. AC PERFECTA: Hæc non sunt in eo B. Basilii loco.

(γ) *Verba Gratiani sunt in Gregoriano libro cap. 31. Romanis*, Post appellationem. *vers.* Forma Apostolorum. 2. *q. 6.* Pridie Kal. Maii anno Domini incarnationis MCXLI. Indictione quarta. *In notis est*: MCXLI. In vulgatis erat MCLXI. qui numerus, ut recte in glossa dicitur, constare non potest. Quod etiam confirmatur; quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non convenit cum anno illo. In manuscriptis autem, cum varia sit lectio, hæc visa est melior, quæ notarum tantum transpositione restitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrit. *In scholiis*: MCXLI: Dicit Hugo, quod hic est &c. *ut in dialogo. In admonitione ante Gratiani verba, præter ea, quæ retulimus lib. 1. addit. 1. hæc sunt*: In Chronico, quod inscribitur Pomærium Ecclesiæ Rha-

A Quo anno scripserit Gratianus *disquisitum est in histor. jur. Eccles. num. 304.* M.

a 20. q. 2. c. ult.
b Tarrac. lib. 6. c. 260.
c 26. q. 7. c. 7. Pro qualitate.
d Pœnit. Roman. tit. 9. c. 10.
e d. q. 7. c. 8. Hoc fit.
f d. q. 7. c. 9. Pœnitentem.
g Burch. lib. 19. c. 39.
h Ivo p. 15. c. 55. decr.
i d. q. c. 10. Affectum.

revertamur. B. *Caussa XX. quæstione secunda extrema* a sunt quædam verba, quæ ex *synodo nona* Gratianus refert, *ex Isidoro* liber Tarracon. *b* sed *Basilii* verba sunt in *monachor. instituт. cap. VIII.* interprete Rufino (x). *Caussa XXVI. quest. VII.* c multa capita sunt *octavæ synodo* inscripta, quæ *Basilio* inscribi debuerunt *primo* excepto, quod incertum est. Sine inscriptione refert Pœnitentiale Romanum *d*. Videtur esse epitome *capitis XXXI. concilii Carthaginensis III.* ut in notis tuis inveni. Aliud caput *e* selecti viri *Basilii* esse existimant *in epist. ad Amphilochium capite LXXIII.* sine inscriptione est in eodem Pœnitentiali (3). *Tertium caput f* ex dictis *Basilii Episcopi*, inscribunt Burchardus, *g* & Ivo *h*: & in margine Ivonis legi, *in regulis brevioribus respon. ad interrog. VIII.* Hoc idem selectis viris probatur. *Quartum caput i*, cujus initium est *Affectum*, eisdem *regulis* adscribunt *capite V.* *Quintum caput k* Burchard. *l* & Ivo *m*, ex *dictis Augustini*, inscribunt; Romani *Basilio in regulis brevioribus cap. IX.* (y) A. Laudanda est maxime horum Patrum diligentia. B. Adhuc audies alia eadem ratione recte mutata. *Caussa XXVII. quæst. II.* n ex *VIII.* synodo caput illud inscripserat Gratianus, cujus initium, *Si quis conjugatus.* Ex dictis *Basilii Episcopi*, Burchard. *o* Ivo *p*, & Anselmus *q*. *Basilii* tantum nomen est io libro Cæsaraugustano *r*. *Part epist. Alexandri secundi ad Landulphum* est io Panormia, & in excerptionibus Ivonis *s*, cujus initium *Notificasti*: & post alia a Gratiano *t* etiam relata hæc sunt: *Sanctus enim Basilius de hac re taliter dicit. Si quis conjugatus &c.* Selectis viris placuit: *Basilius in regulis fusius disputatis cap. XII.* C. Quid est, quod in margine Ivonis legitur: *Ex synodo VIII.*

k d. q. c. 11. Erga eum.
l Burc. lib. 19. c. 64.
m Ivo p. 15. c. 78. decr.
n 27. q. 2. c. 21. Si quis.
o Burc. lib. 9. c. 45.
p Ivo p. 8. c. 183. decr.
q Ans. lib. 10. c. 20.
r Cæs. lib. 10. c. 65.
s Ivo lib. 6. tit. 5. c. 11. pan. & p. 8. c. 220. decr.
t 33. q. 5. c. 2.

Rhavennatis, qui liber in bibliotheca Vaticana servatur, hæc de Gratiano legontur: „ Anno Christi MCLI. Gratianus monachus „ de Clausa [*In margine est*: Alii Clusio, „ alii Ginsa] civitate Thusciæ natus, Decre„ tum composuit apud Bononiam in mona„ sterio sancti Felicis “. Idem testatur Hugutio vetustissimus hujus codicis interpres secunda quæstione sexta cap. POST APPELLATIONEM. & Vincentius in libro historiarum bis, semel libro vigesimo tertio cap. 31. loquens de Isidoro, & iterum libro 25. c. 84. agens de Ivone, & aliis decretorum collectoribus & sanctus Antoninus p. 3. histor. tit. 18. c. 6. Trittemius vero in libro de scriptoribus ecclesiasticis Gratianum agnoscit hujus collectionis auctorem; itemque in libro secundo de viris illustribus ordinis sancti Benedicti: quo tamen loco addit [ipsam fortasse operis inceptionem spectans] fuisse ab eo compositum anno Domini MCXXVII. Hanc collectionem lonocentius tertius io epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat Corpos Decretorum.

(x) *Capitis quarti sive extremi*, Oportet infantes. 20. *q.* 2. *in eodem libro hæc inscripta est*: Unde in nona synodo legitur. *In margine est*: al. octava. *Et in notis*: Est in eodem libello B. Basilii, & eodem capite, in quo est c. FIRMA. supra ead. q. 1. & sequitur continenter post illud. *Vide paulo ante dial.* 8. *addit.* 11.

[3] *Inscriptio capitis* 7. Pro qualitate. 26. *q.* 7. *in eodem libro hæc est*: Unde in octava synodo legitur. *In notis est*: Videri potest sumptum ex regulis brevioribus B. Basilii c. 106. quod notatum alibi est evenire in iis capitibus, quæ ex octava synodo citantur. *Capitis* 8. Hoc fit *ead. q. inscriptio sola voce item constat. In margine est*: Smaragdus in regulis B. Benedicti c. 24. *In notis*: Caput hoc habetur in libello beati Basilii de institutis monachor. Rufino interprete cap. 90. ibi enim ultima interrogatio est hæc: „ Qualibus correptionibus &c. “ Responsio: „ Hoc fit &c. “ Itaque ex Interrogatione, & responsione confectum est hoc caput; sicut & duo sequentia, quæ apud eundem Ruffinum leguntur.

[y] *Ejusdem quæst. c.* 9. Pœnitentem. *in eodem libro hæc pro inscriptione habet verba*: ex eadem synodo evidenter ostenditur, cum dicitur. *In margine est*: Burch. l. 19. c. 39. Ivo p. 15. c. 55. *In notis*: Burchardus, & Ivo citant ex dictis Basilii Episcopi, & in regulis illius brevioribus numero 8. est sententia hujus capitis: quod tamen acceptum videtur ex c. 24. ejusdem libelli de institutis monachor. Ubi secunda interrogatio sic habet: „ Pœnitentes &c. “ Responsio: „ Sicut Dominus &c. “ *Ante caput* 10. Affectum illum. *ead. q. est vox* item *pro inscriptione. Et in notis est*: Sententia hujus capitis est in regulis brevioribus num. 5. Acceptum tamen videtor ex c. 19. ejusdem commemorati libelli: in quo hæc est interrogatio: „ Quomodo quis debet &c. “ Responsio: „ Affectum illum &c. “ CASTOS: Antea legebatur CAUTOS; emendatum est ex libello Ruffini, in vulgata est CONTAMINATOS, Græce *ἀγνῶς*. *Ante caput* 11. Erga eum. *ead. q. est etiam vox* item. *Et in margine est*: Burch. l. 19. c. 64. Ivo p. 15. c. 78. *Et in notis*: Hoc etiam habetur in regulis brevioribus num. 9. In eodem vero libello c. 24. ultima interrogatio est hæc: „ Erga eum &c. “ Responsio: „ Sicut præcepit &c. “ Apud Burchardum, & Ivonem, qui hoc citant ex dictis Augustioi, initium sic habet: „ Erga „ eum, qui pro peccato commisso non pœnitet, tales &c. “ qood magis convenit cum prædicta inrerrogatione, quam quomodo est apud Gratianum.

ſub Photio Conſtant, celebrata penultimo canone, cui aliquot interfuere Epiſcopi Baſilii nomine? B. Unde hæc ſumpta ſint, ignoro (x). *Capus primum diſt. II. de pœnitentia a* non *octavæ ſynodi* eſt, ut Gratianus refert, ſed *Baſilii in regulis brevioribus capite* CCXXCIX. Extremum eſt *capus XXV, de conſecrat. diſtinct. II. b* quod Gratianus ita inſcripſit: *eu octava ſynodo Baſilius Epiſcopus dixit.* Id etiam inveniri *in regulis brevioribus Baſilii* teſtantur. A. Quoto capite? B. Id etiam ignoro, quia is liber nondum a me lectus eſt: ſed in quadam ſcheda eſt *cap.* 172. (β). A. Non omnia poſſumus omnes. Hactenus de octava ſynodo. Habeſne aliquid ex *Capitularibus Imperatorum* præter ea, quæ ante diſceſſum tuum ibi oſtenderam miſſa mihi a Latino Latinio, & a Petro Ciacconio? B. Volumen attuli Capitularium quorundam Imperatorum poſt ſeptem illos libros, quos noſti, editorum. Sed exceptis duobus ad Gratiani emendationem non pertinent. A. Duo illa, quæ ſunt? B. *Ex concilio Trecenſi* ſub Joanne VIII. item ex *Fulberto Epiſcopo Carnotenſi* de forma fidelitatis, quem *Philibertum Epiſcopum* Gratianus *c* appellat; ſed *Fulbertus* dicitur in Panormia veteri Ivonis *d*, *Silibertus* in edita, *Fulbertus* recte dicitur in Ivonis excerptionibus, & in libro Cæſarauguſtano *e*. Illud quoque didicimus ex boc libro Capitolarium, ad quem hæc epiſtula Fulberti miſſa ſit, & nomen eccleſiæ, cujus Epiſcopus erat, quæ ceteri omiſerant. A. Recita verba. B. *De forma fidelitatis inter dominum & fidelem ſuum.Glorioſo Duci Aquitanorum Willelmo Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus orationis ſuffragium. De forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus &c.* C. Sunt ne hæc ſumpta ex libro feudorum, an poſt Gratianum illic ſcripta? B. Joannes Trittenhemius hunc Fulbertum, ſive Fulperium ait fuiſſe ſub Henrico primo Imperatore anno plus minus Chriſti MX, Sic apparet antiquiorem fuiſſe Ivone Carnotenſi, & Gratiano, poſt quos fuerunt Gerardus & Obertus A, qui librum feudorum ſcripſerunt ſub Friderico primo, qui anno Chriſti MCXC. mortuus eſſe dicitur. A. Gratum eſt, hæc reperta eſſe, quæ me diu quærentem fefellerunt. Et memini a me doctum virum in Sicilia petiiſſe, ut ſi quid de hac Philiberti epiſtula comperiſſem, ſic enim appellari putabamus, eum certiorem facerem (γ). *De concilio Trecenſi* videamus, de quo in libro *Aimoini de geſtis Francorum f* ſcio aliquid referri. B. Ita eſt, ut dicis. Sed apud Gratianum non multa verba ſunt, ſi cum Ivone & aliis conferamus; in veteri autem libro aliis verbis concilii ſententia conſcripta eſt. Eſt autem operæ pretium conferre ſingulorum capitum inſcriptiones. *Unde Joannes Papa VIII. ſcribit omnibus Epiſcopis*: ſic Gratianus. At Ivo *g*: *Joannes VIII. in libro Gothicæ legis.* Sine inſcriptione liber Cæſarauguſtanus *h initio libri ſeptimi. Joannes Papa VIII.* eſt apud Anſelmum *i*. In veteri libro hæc in-

a *De pœn.* d. 2. c. 1.
b *De conſ.* d. 2. c. 25. Timorem.
c q. 25. c. 18. De forma.
d *Ivo lib.* 8. *tit.* 8. c. 33. *pan.* & p. 12. c. 76. *decr.*
e *Cæſ. lib.* 6. c. 22.
f *Lib.* 5. c. 37. 17. 9. 4. c. 21. Quiſquis.
g *Ivo lib.* 2. *tit.* 8. c. 1. & 2. *pan.* & p. 3. c. 98. *decr.*
h *Cæſar.* lib. 7. c. 1.
i *Anſ. lib.* 5. c. 40. & 46.

(x) *Hæc etiam eſt inſcriptio cap.* 22. *Romanis, cujus initium eſt*, Si quis conjugatus. 27. *q.* 2. Item ex octava ſynodo, *In margine hæc ſunt*: Sent. ibid. [*hoc eſt, Sent.* 4. *diſtinct.* 27.] Polyc. ibid. (*id eſt, l.* 6. *tit.* 4.) Anſ. l. 10. c. 20. Burch. l. 9. c. 45. Ivo p. 8. c. 183. & 220. Pann. l. 6. c. 85. *In notis eſt*: Si quis conjugatus: Hæc uſque ad verſ. Nam si illo habentur apud B. Baſilium in regulis fuſius diſputatis c. 12. Burchardus quidem, Polycarpus, & Ivo p. 8. c. 183. citant totum hoc caput ex dictis Baſilii. Idem vero Ivo c. 220. & auctor Panormiæ citant epiſtolam Alexandri ſecundi Landulpho ſcriptam, in qua hoc idem ex B. Baſilio refertur. Et pars prior illius epiſtolæ refertur infra 33. q. 5. Notificasti: *Inſcriptio cap.* 2. Notificaſti. *de quo ſupra, hæc eſt*: Item Alexander Papa II, Landulpho in Corſica. *Et in margine eſt*: Ivo p. 8. c. 220. Pann. l. 6. c. 85.

(β) *De pœnitent. diſtinct.* 11. *cap.* 1. *inſcriptio in eodem libro Romano eſt*: Item ex octava ſynodo. Si quis ſemel &c. *In notis eſt*: Habetur in libro de inſtitutis monachorum interprete Ruffino c. 22. ex Baſilio in regulis brevioribus numero 289. *Inſcriptio cap.* 25. *de conſecr. diſt.* 2. *hæc eſt*: Item ex octava ſynodo. Baſilius Epiſcopus dixit: Timorem docet nos &c. *In margine hæc ſunt*: Ex Baſilii regulis brevioribus c. 172. *Et in notis*: Hoc Baſilii caput eſt ex verſione Ruffini c. 70, quibuſdam tamen omiſſis. Ex hac autem citatione, quam nunc affert Gratianus, & aliis ejuſdem locis, ut alibi dictum eſt, videtur poſſe colligi, regulas illas B. Baſilii poſt octavam ſynodum in codice, quo Gratianus uſus eſt, fuiſſe collocatas.

(γ) *Gratianus ante caput* 18. De forma. 22. *q.* 5. *in eodem libro ita ſcribit*: De forma vero fidelitatis &c. Sic invenitur in epiſtola Fulberti Epiſcopi. *In margine hæc ſunt*: In uſibus feudorum lib. 2. tit. 6. Ivo p. 12. c. 76. Pann. l. 8. c. 122. *Et in notis*: Epiſtola hæc Fulberti miſſa eſt e Gallia, deſcripta ex vetuſto codice eccleſiæ Belvacenſis: cujus hic eſt titulus: „ Glorioſo „ Duci Aquitanorum W. Fulbertus Carno„ tenſis Epiſcopus orationis ſuffragium “.

A Vixerunt hi circa medium ſeculi XII, pervenit enim ad Imperium Fridericus Barbaroſſa anno 52. iſtius ſeculi, horum conſulum Mediolanenſium Gerhardi Nigri & Oberti ab Orto meminit Patruus Friderici Imperatoris Ottho Epiſcopus Friſingenſis *lib.* 2. *c.* 12. *de geſt. Frider.* Qui mortuus eſt Anno 1158. M.

inscriptio legitur: *Lex sacrilegum edita a Joanne Papa coram serenissimo Ludovico Imperatore, & Episcopis LIII. in concilio Trecacensi, & eorum auctoritate juncta Gothicæ legi: Per defectum sacrilegii.* Addam si placet initium ex eodem libro, ut certius testimonium habeamus: *Joannes Episcopus servus servorum Dei omnibus Episcopis per Narbonensem, atque Hispanicas provincias consistentibus Abbatibus, Presbyteris, cunctisque simul ordinibus divino ministerio mancipatis, necnon Comitibus, Vicecomitibus, Vicariis, Censenariis, Judicibus & omnibus in potestatibus constitutis, & omni populo, & cunctæ simul generali ecclesiæ salutem carissimam cum benedictione Apostolica. Auctore omnipotenti Deo mediante, incarnationis D. N. Jesu Christi* [*an.*] *DCCCLXXXVIII. XV. Kal. Septembr. Ind. I. Domno videlicet Ludovico serenissimo Rege anno I. actum est hoc a nobis apud urbem Trechas pro statu sanctæ Dei ecclesiæ synodale concilium &c.* A. Rectene anni cum Indictione conveniunt? B. Minime conveniunt; & suspicor in utroque numero erratum esse, atque ita mutandum, anno DCCCLXXVIII. Indictione XI. quod existimo Aimoini verbis confirmari libro V. cap. XXXVIII. Apud Ivonem in excerptionibus ita est: *Joannes Episcopus S. S. D. omnibus Episcopis, Comitibus, Vicecomitibus, Centenariis, Judicibus catholicis in Hispania & Gothia, & provinciis degentibus, omnique populo occidentali catholico salutem, & Apostol. benedict. Noveritis dilectissimi filii, quia nos pro statu sanctæ Dei ecclesiæ jussimus congregari synodale concilium apud urbem Trechas, ubi sedentibus nobis in corona venit &c. Sineboldus sanctæ primæ sedis Narbonensis Episcopus cum suis suffraganeis Episcopis, & detulit nobis librum Gothicæ legis, ubi nihil habeatur de sacrilegiis &c.* In libro Cæsaraugustano Ivonis verba sunt his exceptis: *& Gothia provincia degentibus* item *Sigeboldus*, pro *Sineboldus*; & *habebatur*, pro *habeatur*. Multa in utroque libro sunt omissa, & hæc ipsa aliis verbis dicuntur, quorum initium est: *Inter cætera autem oblatus est in eodem nobis concilio primum a Segebodo Narbonensis ecclesiæ Metropolitano proclamationis libellus &c.* A. Magna varietas est. Sed de verbis a Gratiano relatis videamus. Sequiturne Gratianus Ivonis, an alterius libri editionem? B. Ivonis, cujus nomine duo libri nuncupantur, quos te video *Panormiam*, & *Excerptiones* ᴬ appellare, & dubitare, utrum ejusdem sint scriptoris. Panormia usus fortasse est Gratianus, Excerptiones non vidisse existimo. In hoc capite Excerptionum libri ordinem secutus videtur, cum præpostere essent duo capita in Panormia collocata. Initium primi capitis est: *Sacrilegium enim committitur*; quæ verba Contius Gratiani esse credidit: initium secundi: *Inspectis legibus Romanis.* Ante vocem *Sacrilegium*, in Excerptionibus est: *Hucusque Lex Papæ*; quæ in fine capitis posterioris sunt in Panormia. In libro Cæsaraugustano vox *Hucusque*, sola est. In veteri libro omnia aliis verbis explanantur, & illa omittuntur, *Sacrilegium enim committitur &c.* De varietate pœnarum, sive multarum in raptores agitur: triplicem fuisse dicitur, ante Justinianum XII. auri librarum, a Justiniano V. auri obryzi librarum, a Karolo XXX. librarum examinati argenti constitutam. Hæc lenissima pœna, sed usu abrogata restituitur, & DC. solidorum esse declaratur. *Præsenti*, inquit, *ideo confirmamus edicto, ut cujuscumque sit homo gentis, vel ordinis, cujuscumque sit legis, vel patriæ, judex, si in pervasores, aut violatores ecclesiasticarum rerum legem superius taxatam, id est DC. solidorum summam judicare noluerit: aut pervasor, sive violator, si pulsatus ab Episcopo, vel Abbate, seu advocatis ecclesiæ, persolvere noluerit: primum tertio, secundum Domini vocem admoniti, si non emendaverint, a ceterorum Christianorum communione sint separati &c.* Apud Ivonem post relatas multas Justiniani & Caroli *videlicet*, inquit, *in triginta libras argenti examinati, id est sexcentorum solidorum summam argenti purissimi, ideoque quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, istam leniorem compositionem emendet ipsis Episcopis, vel Abbatibus, sive personis, ad quos* * *querimonia sacrilegii juste pertinuerit, &c.* Eadem sunt in libro Cæsaraugustano. Videtis igitur Gratianum horum verborum partem retulisse, partem omisisse: de triginta enim libris retulit, de DC. solidis nihil dixit, neque de excommunicatione. In fine hujus capitis in veteri libro est: *Et subscripserunt Joannes Episcopus servus servorum Dei cum decem Archiepiscopis, & XLI. Episcopis* (x). A. De ceteris aliud erit dicendi tempus: nunc nobis surgendum est.

* quas.

DIA-

[x] *Caput* 21. Quisquis inventus. 17. *q.* 4. *in eodem libro ita inscribitur*: Unde Joannes Papa octavus scribit omnibus Episcopis. *In notis hæc sunt*: In epistola manuscripta Joannis octavi, scripta Episcopis & Abbatibus per Narbonensem, & Hispanicas provincias constitutis, præcipitur observari lex contra sacrilegos in concilio Trecasensi edita coram Ludovico Imperatore & quinquaginta tribus Episcopis. Diversa autem sunt istius epistolæ ver-

ᴬ Vide *sis Histor. nostram juris Eccles. num.* 265. *& seqq.* M.

DIALOGUS DECIMUS.

De Capitularibus Caroli, & Ludovici, & aliorum Imperatorum.

C. LEgis Gothicæ heri mentio facta est Joannis VIII. tempore, quo jam Gothi in Hispania regnare desierant A ante annos fere CLXX. An non, amisso regno, leges etiam abrogatæ sunt? Cur in hoc jubetur concilio, ut in Hispania, & Gothia hoc decretum addatur *legi Gothicæ?* Quid Gallis cum Gothia commune fuit? A. Nonne vides Narbonensem Antistitem hoc petere? Narbonensis Gallia aliquando Gothia dicta fuit, & Gothorum Regibus paruit, postea se in libertatem vindicavit, & a Francis possessa est. Ea quoque Hispaniæ pars, quæ Narbonensi conjungitur, Gothicis legibus diu usa est, quibus & Galli Reges, quorum erat tunc suprema potestas, & Comites Barcinonenses utebantur, qui postea soli imperium in his locis obtinuerunt. Neque etiam credas in reliqua Hispania leges Gothicas fuisse abrogatas: servabantur enim a Christianis, hodieque extat is liber, quod *Forum judicum* B appellatur. C. Eum librum editum esse audivi a Petro Pithœo, & habere te scio aliquot hujus libri antiquiora exempla. Estne aliquid ex hoc libro sumptum apud Gratianum? A. Unius tantum loci memini *a*, in qoo de gradibus cognationum agitur *b*, quem Isidori nonnulli esse crediderunt. Est autem ex *Pauli sententiis*, & ex earum *veteri interprete.* Id caput non credo Gratianum ex Gothicis legibus accepisse, sed ex Burchardo *c*, aut Ivone *d*, aut aliis collectoribus *e* (x). C. De *septem libris Capitularium* C scire cupio, a quo scripti sint, & qua auctoritate, & quid auxilii ex eis Gratiano adferri possit. A. Quatuor libros Capitularium Caroli Magni, & Ludovici Pii, ejus filii, atque Lotharii D Ludov. F. Caroli Nepotis *Ansegisus Abbas Lobiensis*, qui postea Senonensis Archiepisc. E fuit, edidit anno Christi DCCCXXVII. Imperii Ludovici Pii anno XIII. Indictione quinta. Primo & tertio libro continentur Caroli Capitularia; secundo & quarto Capitularia Ludovici & Lotharii. Libri singuli ita distinguntur, ut primo & secundo libro agatur de rebus ecclesiasticis, aliis duobus de ceteris rebus. Sequuntur tres libri a *Benedicto Levita* adjecti, quibus prætermissa ab Ansegiso Capitularia eorundem trium Imperatorum continentur. Ordinem noli ab eo exposcere, contenti simus ipso collectionis opere, &, ut ajunt, quod dant, accipiamus. Omnia fere sine ulla inscriptione proponuntur, etiam si ex aliis libris intelligimus cujus sint. Hæc ait fuisse Apostolica auctoritate confirmata F; nomina Pontificum subticnit, præter Leo-

a Wisigot. lib. 4. tit. 1.
b 35. q. 5. *c. 6.* Primo gradu.
c *Burc. lib. 7. c. 28.*
d *Ivo lib. 7. tit. 10. c. 1. panorm. & p. 9 c. 64. decr.*
e *Tarrac. lib. 1 c. 272.*

verba ab iis, quæ recitantur & a Gratiano, & a ceteris collectoribus: sed eadem sententia. *In margine est*: Ans. l. 8. c. 40. Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 3. c. 98. Pann. l. 2. c. 8. & 79. *Et vers.* IOEM. SI QUIS DOMUM. supra 11. q. 3. AO MENSAM. Ans. l. 5. c. 52. *Et vers.* SI QUI MONASTERIA. Ans. l. 5. c. 47. Burch. l. 11. c. 22. Ivo p. 3. c. 124. & part. 14. c. 96. Simile in Meldensi c. 60.

[x] *Libro priori, dialogo 6. addit. 4. retulimus, quid in editione Romana de inscriptione, & notis cap. 6.* Primo gradu. 35. q. 5. *scribatur.*

A Legendum, *desierant.* Error fuit typographi. B.

B Vulgo hodie *Fuero Juzgo.* Editio commentatiorum Alfonsi a Villadiego in eom librum cuse Madriti anno MDC. ita habet in prima pagina: *Forus antiquus Gothorum Regum Hispaniæ, olim LIBER JUDICUM, hodie FUERO JUZGO nuncupatur.* Jacobus Cujacius ad titulum secundum *de foro competenti* in Decretalibus probet moltis exemplis, forum dici in genere masculino, quo modo scriptum est ab Alfonso. Antonius tamen Augustinus heic forum posuit in neutro genere: quod esse aptius quam *forus* idem pronuntiavit in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 36. cap. 10. Recte autem ait Augustinus librum illum esse eum, qui a Petro Pithœo editus est Parisiis anno MDLXXIX. cum hoc titulo: *Codices legum Wisigothorum libri XII.* Hunc codicem nos contulimus cum duobus antiquissimis exemplaribus manuscriptis, uno monasterii Moyssiacensis, altero Ecclesiæ Albiensis. Rursum duo illius antiqua exemplaria extant in bibliotheca Thuane, & aliud antiquissimum in monasterio Rivipullensi. B.

C De capitularibus & his septem libris auctoribusque eorum egi *in historia jur. Eccles. num.* 192. *& seqq. multis.* M.

D Imposuit Antonio Augustioo editio Capitularium Joaonis Tilii, ubi in præfatione Ansegisi scriptum est libris quatuor Capitularium contineri capitula, quæ domnus Karolus Imperator fecit, & ea, quæ domnus Ludovicus Imperator & Lotharius Cæsar filius ipsius ediderunt. Sane fatendum est ita pariter haberi in vetustissimis Capitularium exemplaribus Rivipullensi, Camberonensi, Trecensi, & in editione Basileensi Joannis Heroldi. Nihilo minus vir clarissimus Petrus Pithœus pronuntiavit, heic perperam adjectum esse nomen Lotharii, cum nihil inter hæc proprium ejus esse putaret. Hæc sunt Pithœi verba: *Sane quod in Ansegisi præfationibus Lotharii nomen adjectum est, datum id scias exemplarium quorundam antiquitati, quæ sub ejus ditione, ut verisimile est, primum descripta, non hoc solum ipsius honori tribuerant.* At parte ea alii antiquissimi & optimi libri, Pithœanus, Thuanus, Colbertinus, non habent nomen Lotharii. Præterea certum est omnia quatuor istorum librorum capita sumpta esse ex constitutionibus Karoli Magni & Ludovici Pii. Vide Concilium Meldense cap. 78. B.

E Et istud quoque falsum est, uti jam observaverant viri eruditissimi. Nam Ansegisus collector Capitularium diversus omnino est ab Ansegiso Senonensi Archiepiscopo. B.

Ibid. Errorem esse hunc, notavi in addendis *ad pag.* 207. & 211. *histor. jur. Ecclesiast.* M.

F Intelligendum istud non est de libris septem Capitularium in universum, sed tantum de tribus ultimis a Be-

Leonem, Sergium, & Gregorium. Sumpsit autem ea ex Maguntina bibliotheca, quæ tribus filiis Ludovici Imperatoris misit, Ludovico, Lothario, & Karolo Regibus. C. Quæ a te dicta sunt, eisdem libris confirmantur, an aliorum auctoritate? A. Utrumque proferre possum. Vide præfationem Ansegisi lib. 1. Capitularium, & alteram Benedicti Levitæ libro V. cujus partem refert Ivo *a libro secundo Pannormiæ*, & *parte IV. Excerptor.* & liber Cæsaraug. *b* Adde Sigebertum *in chronicis*, & Joannem Trittenhemium. Et quia de auctoritate Capitularium dubitabas, licet verum sit, hæc fragmenta esse constitutionum trium Imperatorum a privatis hominibus collecta, tamen ut Benedictus ait *c*, *Apostolica auctoritate confirmata sunt.* Lege etiam verba *concilii Meldensis cap. LXXVIII. Ut capitula ecclesiastica a Domno Carolo Magno Imp. necnon & a Domno Ludovico Pio Aug. promulgata, omnino observari præcipiantur, sicut & legalia observanda esse noscuntur.* & *cap. LXXX.* ad Carolum Calvum Ludovici Pii filium: *Capitula patris vestri sine refragatione de cetero conserventur, ac capitulis vestræ religionis ab exiguitatis nostræ ministerio oblatis hoc diploma, si complacet, adnectatur.* Sic multa capita referuntur hujus collectionis in concilio Troslejano, in Ticinensi, & in Coloniensi sub Carolo tertio. Leonis IV. ex epist. ad Lotharium Aug. verba referunt Ivo *d*, & Grat. *e* & liber Cæsaraug. *f* *De Capitulis vestris, vestrorumque prædecessorum irrefragibiliter custodiendis, & conservandis, quanto valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc, & in ævum conservaturos, modis omnibus profitemur* (x). B. Extantne integri septem libri Capitularium? A. Multa desiderantur, ut notatur in triplici appendice post librum quartum, & libro VI. post caput CCLXXXVIII. usque ad CCCXXX. & lib. VII. post cap. CCCCLXXVIII. ad DLVIII. Adjecta sunt postea duabus collectionibus capita XXVIII. & capita CCXCVI. Ex quo evenit ut non omnia, quæ Ivo, & Anselmus, & Deusdedit, & alii collectores in Capitularibus esse referunt, inveniantur a. Sed tempus est, ut Gratiani capita cum hoc libro conferamus. B. Quæ in *legib. Longobardor.* esse dicuntur ex Carolo & Ludovico, & aliis Regibus sumpta, eisdem verbis scripta sunt, quæ in Capitularibus inveniuntur? A. Inveni nonnulla; Sed melius sunt in illis legibus, quod habent singula inscriptiones suas, & certis titulis collocata sunt. Non pauca etiam ex his Capitularibus inveni in conciliis Maguntino, Parisiensi, Vormaciensi, & aliis. Et suspicor, fontem hunc Capitularium fuisse ipsa concilia, atque conventus, in quibus Imperator cum Episcopis a, & aliis consiliariis de rebus tam ecclesiasticis quam profanis agebat; sic in con-

a *Ivo lib. 2. tit. 12. c. 11. pan. & p. 4. c. 174. decr.*
b *Cæs. lib. 2. c. 33.*
c *Lib. 7. c. 478. Cap.*
d *Ivo lib. 2. tit. 12. c. 12. pan. & p. 4. c. 176. decr.*
e *Dist. 10. c. 9. De Capitulis.*
f *Cæs. lib. 1. c. 61.*

(x) *De inscriptione capitis noni*, De capitulis. *distinct.* 10. *actum est lib.* 5. *dial.* 19. *addit.* 12.

a Benedicto Levita collectis, ut sapienter monuit illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis in libro sexto de concordia cap. 27. §. 3. Nam collectio illa Benedicti Levitæ diversa prorsus erat a collectione Ansegisi, neque unum semper corpus cum ea constituebat. Testis sit Hincmarus Remensis Archiepiscopus in opusculo quod inscripsit *De Presbyteris criminosis, de quibus approbatio non est.* Illic enim referens caput 34. libri quinti Capitularium, qui est primus Benedicti Levitæ, ita ait: *Quid de Presbyteris criminosis, de quibus approbatio non est, agendum sit, in libro primo capitulorum Domni-Karoli Imperatoris Augusti capite trigesimo quarto scriptum est. Hoc nobis magno cum studio retractandum est &c.* Denique Isaac Lingonensis Episcopus collectionem suam adornavit ex solis tribus libris Capitularium a Benedicto Levita editis. Quod evincit divisos illos ut plurimum fuisse a collectione Ansegisi. Unde factum, ut in antiquissimis exemplaribus Capitularium nulli alii libri reperiantur præter quatuor priores. B.

Ibid. Baluzius id restringit ad libros tres posteriores, nos etiam mentitam hic auctoritatem Pontificis a Benedicto Levita censebamus *in histor. jur. Ecclesiast. num.* 219. de conjunctione utriusque operis Ansegisi & Benedicti, vide *ibid. num.* 203. & quod posteriorum librorum non solus collector Benedictus censeatur, *num.* 199. M. (48).

a Quia nimirum ingens capitulorum numerus ex tribus postremis libris Capitularium detractus est a Joanne Tilio, & Petro Pithœo, vel quia jam edita erant aliis in locis Capitularium, vel fortassis quia superflua & inutilia videbantur. Nos suis quæque locis, si Deus firmam valetudinem nobis, & otium dederit, restituemus secundum antiquas librorum illorum divisiones, quarum vestigia supersunt in Capitulis Ludovici Pii & Karoli Calvi, apud Hincmarum, Isaacum, Reginonem, in Concilio Troslejano, denique apud Fulbertum & Ivonem. B.

a Verissimum est, quod heic observat Antonius Augustinus, fontem Capitularium fuisse ipsa Concilia atque conventus, in quibus Imperator cum Episcopis & aliis Consiliariis de rebus tam ecclesiasticis quam profanis agebat. Unde capitula synodalia dicebantur, quæ in synodis inventa erant, ut dictum est in Notis ad Reginonem pag. 545. Sapienter autem dixit Augustinus *Concilia atque conventus*; quia tametsi certum sit magnam partem horum capitulorum decretam fuisse in Conciliis, negari tamen non potest, quin multa etiam a Principibus nostris pro jure suo statuta fuerint extra synodorum præsentiam. Vide Marcam lib. 6. de concordia cap. 25. B. [49].

(48) Capitularia Regum Francorum quomodo, quave auctoritate sancita fuerint, & confirmata satis dictum existimamus in Nota (b) ad Caput 5. lib. I. Duareni de Eccles. Minist. & Beneficiis; quæ etenim res, & Personas Ecclesiasticas spectabant, ab Episcopis ad Conventus illos intervenientibus decernebantur. W.

[49] Multa quidem statuta fuerunt extra Synodos Regio jure, quæ tamen indirecte solummodo Ecclesiasticas Personas inspiciebant, in quantum nempe cives

concilio Troslejano appellantur *conciliorum pediſſequa* hæc Capitularia Principum. Apud Gratianum *diſtinct. LXIII. a* hanc inſcriptionem invenietis: *Ex primo libro Capitulorum Caroli, & Ludovici Imperatorum.* Eiſdem fere verbis utuntur Deusdedit Cardinalis, & Anſelmus Lucenſis. Extat *libro I. Capitular. Caroli cap. LXXXIV.* & in *additis poſterioribus cap. I.* In verbis non magna varietas eſt. Pro, *ut Dei nomine*, illic ſcriptum eſt, *ut in Dei nomine*; & pro *potiatur*, *potiretur*; & pro *præbemus*, *præbuimus* (α). Ante hoc caput poſitum eſt, quod Gratianus *cauſſa XVI. b* retulit, ex *libro Capitulorum Caroli, & Ludovici*, id Anſelmus *c* quoque proximum ſuperiori collocavit; illic tamen eſt *Caroli caput LXXXIII.* & in additis poſterioribus in præfatione. Varietas non eſt contemnenda. Pro, *verum etiam Deo opitulante conferre optamus*, ſcribe, *verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus.* Vocem *multa* habet Anſelmus, ſed pro *optamus*, ſcribit *temptamus*, quod reiicio. Pro illis, *ut autem ab eccleſiaſticis officiis de dividendis rebus eccleſiæ ſuſpicionem*: Anſelmus habet, *tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus eccleſiæ ſuſpicionem*: libro primo Capitul. eſt: *tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius ſuſpicionem*, & in additis eadem verba ſunt, excepta voce *illius*, pro qua eſt, *ullius eccleſiæ*, aptius. B. Non dubium eſt, quin vox *officiis* tolli debeat, cetera ferre poſſem. A. Poſt vocem *temporibus* deſiderantur hæc: *qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint:* quæ etiam Anſelmus omiſit [β]. Quod apud Gratianum ita inſcribitur: *Unde in libro Capitulorum CLXXV. cap. legitur: Si quem pœnituerit* &c. ex *interprete Codicis Theodoſiani* ſumptum eſt *lib. IX. tit. de abolitionibus conſtit. I. d* quæ *ſecunda* eſt in *Codice Juſtiniani.* Apud Ivonem quoque inſcriptio mendoſa eſt *cap. XX.* Pro, *ſi cum accuſato*, ſcribendum, *ſi ei cum accuſato.* Pro illis *per obretionem convenerit de colludio* &c. illic eſt, *per corruptionem de abſolutione reatus convenerit, is, qui reus probatur, remoto concludio pœnam excipiat &c.* Hæc etiam verba non recte Ivo retulit [γ]. Cetera dicentur alio die: hodie penſum abſolvimus.

a Diſt.63.c. 34. Sacror. Deuſd. c. 3. Anſ. lib.4.c. 41.

b 16. q. 1. c.59. Qui juxta.

c Anſ. d. lib.4.c.42.

d 2. q. 3. c. 8. Si quem.

DIALOGUS UNDECIMUS.

De eadem re.

C. Latinamne vocem A, an barbaram eſſe dicemus *Capitulare*, ſive *Capitularia*? A. An non recte deducitur a *capite capitale*

[α] *Inſcriptio capitis* 34. Sacrorum canonum. *diſt.* 63. *in eod. libro hæc eſt*: Item ex primo libro capitulorum Caroli, & Ludovici Imperatorum c. 84. *In margine eſt*: al. Capitularium. *Et*: Anſ. l. *6. c. 6.*

(β) *Hæc etiam eſt in eodem libro inſcriptio cap.* 59. Quia juxta. 16. *q.* 1. Item ex libro primo capitulor. Caroli, & Ludovici Imperator. c. 83. *In margine eſt*: Deuſdedit p. 5. Anſ. l. 4. c. 43. *Pro* UT AUTEM, *eſt*, al. tamen ut. *In notis eſt*: ECCLESIASTICIS: Sequebatur, OFFICIIS, quæ vox neque in vetuſtis, neque in ipſo capitulari eſt: Refertur enim ad homines, non ad officia. DIVIDENDIS: In capitulari impreſſo legitur, NON DIVIDANDIS. In capitulis autem manuſcriptis, quæ ab Epiſcopis provinciar. Rhemenſis, & Rhothomagenſis Ludovico Regi miſſa fuerunt, hæc habentur ad hunc locum pertinentia: „ Quia vero Carolus Princeps „ Pipini regis pater, qui primus inter omnes „ Francorum Reges, ac Principes, res eccleſiarum ab eis ſeparavit, atque diviſit, pro „ hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. „ Nam S. Eucherius Aurelianenſ. Epiſcopus „ &c. “ Hujus hiſtoriæ mentio etiam eſt in vita B. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis, & B. Rhigoberti Archiepiſcopi Rhemenſis. Qualis vero eſſet hujuſmodi eccleſiaſticorum bonorum diviſio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem, & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum iſtud 83. ſic exponitur: „ Tempore Hadriani Papæ, & Karoli Magni „ Imper. &c. “

(γ) *Ante caput octavum*, Si quem pœnituerit. 2. *q.* 3. *in eodem libro hæc verba ſunt*: Unde in libro capitularium c. 175. legitur. *Et in margine eſt*: Cod. Theod. lib. 9. tit. 37. c. 1. in interpretatione. *Et*: Ivo p. 16. c. 251. *In notis eſt*: PER OBREPTIONEM: Apud Ivonem legitur: „ factum per „ corruptionem conſenſum, de colludio pœ„ nam excipiat legibus conſtitutam “. Sed in interpretatione legis primæ, quæ eſt in Codice Theodoſiano, hoc modo: „ per corru„ ptionem de abſolutione reatus convenerit, „ is, qui reus probatur, remoto conludio „ pœnam excipiat legibus conſtitutam “.

A Dixi hac de re *in Hiſtor. jur. Eccleſ. num.* 314. *& ſeq.* M.

cives ſunt, & non Clerici, vel de iis inſtituebantur Decreta, quæ ob publicum bonum Clerici etiam ſervare tenentur, quamquam ſolo Regio jure ferantur; nec aliud dicere potuit Petrus de Marca, niſi velimus eum ſibimetipſi contrarium, cum in Lib. 2. de Concordia cap. 7. Num. I. docuerit Principem Sæculi nullam in homines Eccleſiaſticos habere juriſdictionem, in quantum Clerici ſunt. W.

le crimen, & *capitalis* homo? C. Recte. A. Sic igitur a *capitulo capitularis*, & *capitulare* pro *capitulalis*, quod ineptum esset; sic etiam a *fæculo fæcularis*, ab *angulo angularis* dicitur. C. Quis ex veteribus Latinis hac voce usus est? A. Non omnium veterum libros habemus: ex illis deperditis existima hanc erutam vocem fuisse. *Acta capituli* multi *capitularia* dicunt, & syndicum capituli *capitularem*: non ineptissimum id quidem videtur. C. Qui *librum capitularem* dicunt, quod *capituli* sit minus peccare videntur: quam qui ideo volumen *capitulare* dicunt, quod in multa dividatur *capitula*, & quasi collectio sit multorum capitulorum. A. Non igitur de voce ipsa quærendum fuit, an esset Latina, sed de usu vocis in hac notione. Et mihi quidem a barbaris inductum esse arbitror Caroli, & Ansegisi, & Theodulfi temporibus. Sed ut ad Gratianum *a* redeamus: is hac voce usus est *caussa XI. cap. XXXVIII.* Nam post duas constitutiones relatas sic ait: *Hæc si quis antiquata contendat, quia in Justiniani Codice non inveniuntur ita inserta: per Carolum renovata cognoscat, qui in suis Capitularibus ait inter cetera. Volumus, atque præcipimus &c.* Sic etiam Anselmus *b* inscripsit: *In Capitularibus Caroli Imperatoris.* In libro Cæsaraugustano *c* inscriptio desideratur. Exstant hæc verba in *lib. VI. Capitular. cap. CCLXXXI.* B. Caroli esse hoc caput ego dubito, cum liber sextus, ut heri dicebas, Benedicti Levitæ sit, qui Caroli, Ludovici, & Lotharii capita collegit ab Ansegiso prætermissa, neque distinxit singula cujus essent. A. Si nolis fidem habere Anselmo, & Gratiano hoc dicentibus, ego te aliis probationibus non convincam. Nisi forte multitudine nominum urgeaxis, qui Carolo potius, quam ceteris subditis se esse patiantur. Romani, Franci, Alamanni, Bajuvarii, Saxones, Thuringii, Fresones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Vascones, Beneventani, Gothi, Hispani. B. De Lothario facile cedam hac in re, at de Ludovico difficilius in primis præsertim Imperii annis post mortem patris. Sed cur hic Franci a Gallis separantur, & a Romanis Longobardi, & Beneventani, inter quos Vascones interponuntur? A. Romanos omnibus præferri ab Imperatore Romanorum mirandum non est: Francos Germanos fuisse creditur, & regale nomen diu in Gallia obtinuerunt, unde Reges Francorum dicebantur, atque dicuntur, ut Gothi in Hispania Reges Gothorum. Gallos fortasse vocat Italos ex Gallia togata. Cur Vascones post Longobardos posuerit, bellorum ordinem secutum fuisse credo: illis enim victis male pugnavit cum Vasconibus. Extremi ponuntur Beneventani, Gothi, & Hispani, ut qui longius a sede Imperii abessent. B. Beneventum a Romana urbe propius abest, quam Vascones. A. Non hanc sedem Imperii statuo, sed Parisiorum urbem, aut Aquisgranum. C. Gothos intelligis Gallos, an Hispanos, an ex ultima Gothia, quæ olim Scandinavia dicebatur? A. Ex Narbonensi provincia, & illi conjuncta parte Hispaniæ, ut heri diximus. Sed de varietate verborum videamus. Pro *ditioni nostræ*, illic est, *nostræ ditioni Deo auxiliante.* Pro *quocumque* est, *licet quocumque.* Pro voce *adstricti*, & voce *annexi*, illic est *constricti*, & *connexi.* Pro *ex XVII.* quod etiam est in Capitularibus, videtur scribendum, *ex XVI.* ut est in *Codice Theodosiano Cujacii.* Pro *Blavii*, scribe *Ablavii.* Pro *illis, quam illi, & omnibus per scripturam misimus*, illic est omissa voce *quam*, *illi & omnibus rescriptam sumpsimus.* Ante verbum *posuimus*, adde, *tam clericorum, quam & laicorum.* Pro, *lege cuncti perpetua teneant*, illic est, *lege cunctis perpetua tenendam*, sed utrumque displicet. Anselmi, & Cæsaraugustani varietatem cognoscamus. B. Hæc postrema verba Gratiani adgnoscunt: illud recte utrobique est, *Deo auxiliante*, & *ex XVI.* & *Ablavii*, & *constricti*, & *connexi*, in ceteris favent Gratiano. Sed quid tu pro illis verbis extremis substitueres? A. *Imp. Constantinus Aug. Ablavio P. P. Quicumque itaque &c.* B. Quæ similitudo est inter has, & illas voces? A. Nulla prorsus, nisi forte aliud C. nostro videatur. C. Id cogitabam. Pro, *lege cunctis*, *Imp. Const. ferri potuit*, præsertim si *l.* pro *lege* scribas: vox *perpetua* in *P. P.* converti potest. Voci *teneant*, aut *tenendam*, non video esse locum, nisi ex voce fiat extrema Constantinus. A. Finge fuisse scriptum, *tenendam perpetua*, aut pro *P. P. Pr. Præt.* [x]. B. Cur *Theodosius* appellatur a Gratiano

a 11. q.1. c.38. Volumus.

b *Anf.lib.* 3. c. 105.

c *Cef.lib.* 5. c. 13.

(x) *Gratiani verba sunt ante caput 37. Romanis, cujus initium*, Volumus. 11. *q.* 1. hæc si quis antiquata contendat &c. *ut in dialogo*: per Carolum renovata cognoscat, qui in suis capitularibus. l. 6. c. 281. ait inter cetera. *In margine est*: Anf. ibid. (*hoc est l.* 3. *c.* 108.) *In notis est*: RESCRIPTAM SUMPSIMUA: Sic est emendatum ex capitulari. Antea legebatur: „ per scripturam misimus ". *Ad illa verba*, lege cunctis perpetua teneant, *additur in margine*: lege cunctis perpetuo tenendam: Orig. *In scholiis*: CAPITULARIBUS: Id est, in Longobarda, non tamen invenitur, quæ in ea nunc est, sed in Gallia. *Gentium nomina hæc sunt*: tam Romani, quam Franci, Alemani, Bavari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Frisones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneventani, Gothi, Hispani. *De aliis verbis videatur editio Romana.*

no *a* hujus conftitutionis fcriptor? A. Quia in Codice Theodofiano eft. Sed melius Ivo *b* & Anfelmus *c* ex Capitularibus fumpferunt; quamvis numerus mendofus fit. B. Cur dividuntur illa verba *d omnes itaque cauffæ &c.* a fuperioribus, cum in conftitutione Conftantini conjuncta fint? A. Inepte factum exiftimo. Sed & feparata Ivo *e* in Panormia retulit Imp. Theodofii nomine adfcripto. C. Cur *cap. XI.* appellatur, quæ conftitutio prima eft fub *tit. XII. de Epifcopali judicio?* A. *Cujacius* fatetur, extra ordinem eum titulum fe inveniffe: *Carolus* fortaffe non capitulum XI. fed titulum fcripfit (x). Alia capita perquiramus. *Cauffa XVII. quæft. IV.* *f* duo capita funt ex Capitularibus fumpta: Prioris infcriptio eft, *item eu libro V. Capitularium.* Pofterioris, item *ex eod. lib. VI. Cap.* Illud eft *lib. III. cap. XXV.* hoc *lib. VI. cap. XC. Capitularium.* Caroli legem effe illam cnnftat *g*, tum ex Anfegifo, qui eam *libro III.* retulit, tum ex *lib. I. tit. IX. de homicidiis liberorum hominum legum Langobard.* Utrumque caput refert Ivo in Panormia, & in Excerptionibus & liber Cæfarauguftanus *h* ex Capitularibus, fed aliis verbis *ex concilio apud Theodonis-Villam*, quod extat, Burchardus *i*, & Ivo *k* in Excerptionibus. Varietas in Gratiani, & aliorum verbis hæc fola eft, quod in Capitularibus additur poft illa: *Qui monachum*, CCCC.

n 11. q. 1. c. 36. Quicumque.
b *Ivo p.* 16. *c.* 312. *decr.*
c *Anf. l.* 6. 105.
d *c.* 37. *c.* 9. Omnes.
e *Ivo lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 1. *pan.*
f 17. q. 4. c. 27. Qui fubdiaconum, & c. 28. Qui occidarit.
g *Ivo lib.* 8. *tit* 2 *c.* 2. *pan.* & *p.* 10. *c.* 9. & 10. *decr.*
h *Cæf. lib.* 7. *c.* 7.
i *Burc. l.* 6. *c.* 5. & 6.
k *Ivo p.* 10 *c.* 134. & 135. *decr.*

folid. culp. jud. quæ mihi interpretari *a* non licuit: forte fcribi debuit, *comp. jud.* pro *compofitione judicetur.* B. Quod de presbytero occifo dicitur, ut DC. folidis componat, fimile eft illi, quod Joannes VIII. Carolum conftituiffe referebatur *l*. A. Recte admones: fed in *concilio apud Theodonis-Villam* non de occifo, fed de vulnerato id ftatuitur: & ut C. nofter novum verbum difcat recitet ex Burchardi libro, quem habere video, concilii verba. C. *Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & fpaffaverit &c.* & alio capite: *Si presbyterum quis male tractaverit, & fpaffaverit &c.* monftri genus videtur hæc vox, quæ fi a *fpatha* deducitur, *fpathaverit* fcribi debuit: ego vulneraverit, maluiffem, aut fauciaverit. A. Sit ita, per me licet (β). De illo videamus, quod eft, *de confecratione dift. IV. m Monachi fibi compatres, commatresve* n *non faciant, nec ofculentur fæminas.* Id *eu libro Capitulorum* infcripfit Gratianus & *Capitulorum lib. VI. cap. CCCCXXIV.* Ivo *n* in Panormia veteri. In edita eft, *epiftolar. tit. VII. cap. XV.* & in Excerptionibus *Capitularium libro VII. cap. CCCCXCIV.* fic etiam eft in libro Cæfarauguftano *o* & *in titulis capitum libri VII. Capitularium.* Ipfius enim capitis verba defiderantur (γ). In *ead. dift. cap. CXXVI.* *p* ita infcribitur: Item Capitulorum *lib. V. cap. LXXVI.* & apud Ivonem *q* in Panormia edita c Cy-

l *Dial.* 9.
m *De conf. d.* 4. *c.* 104. Monachi.
n *Ivo lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 74. *pan.* & *part.* 1. *c.* 135. *decr.*
o *Cæf. l.* 9. *c.* 42.
p *De conf. d.* 4. *c.* 126. In Sabbato.
q *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 96. *decr.* & *p.* 1. *c.* 112. *decr.*

(x) *Eadem q. 1. infcriptio cap.* 35. Quicumque litem. *in eodem libro eft*: Unde Theodofius Imperator. *In margine hæc funt*: Cod. Theodof. l. 16. de epifcopali judicio. l. 1. §. QUICUMQUE. extr. de judic. c. NOVIT. Capitul. l. 6. c. 281. Anf. l. 3. c. 108. Ivo p. 16. c. 312. *In extremo capite additur in notis*: DIRIGATUR: In Cod. Theodofiano lib. 16. tit. de epifcopali judicio. leg. prima, quæ repetitur lib. 6. capitul. cap. 281. & in concilio tertio Valentino fub Lothario, & apud Ivonem, & Anfelmum fequuntur hæc: „ Multa enim, „ quæ in judicio captiofæ præfcriptionis juri„ cula non patiuntur, inveftigat, & promit „ facrofanctæ religionis auctoritas ", ac ftatim adnectitur caput fequens: „ Omnes ita„ que caufæ ". *Ante caput* 36. Omnes. *ead. quæft. eft tantum*: Item ibid. *Et in margine*: Capitul. ibid. Anf. ibid. Ivo ibid. Pann. l. 5. c. 23.

(β) *Capitis* 27. Qui fubdiaconum. 17. *q.* 4. *in eodem lib. infcriptio eft*: Item ex lib. 3. Capitul. c. 25. *In margine funt hæc*: Et in concilio Troslejano c. 13. & inter leges Longobard. tit. de homicid. lib. hominis. l. 27. Pann. l. 8. c. 7. Burch. l. 6. c. 5. Ivo p. 10. c. 9. & 134. fimilia quædam. *Infcriptio cap.* 28. Qui occiderit. *ead. q. eft*: Item ex libro 6. capitul. c. 90. *Et in margine*: Ivo p. 10. c. 10. Pann. l. 8. c. 8.

(γ) *In eodem Romano libro infcriptio cap.* 104. Monachi fibi. *de confecr. dift.* 4. *hæc eft*:

a Notanda eft fingularia modeftia & ingenua confeffio Antonii Auguftini, qui non intellecta a fe fatetur verba ifta abbreviata ex capitulis Karoli Magni, CCCC. *folid. culp. jud.* conjicit vero fcribi fortaffe debuiffe *comp. jud.* pro *compofitione judicetur.* Legendum igitur eft *folidis culpabilis judicetur*, ut fcriptum eft in capitulis, quæ idem Karolus addi præcepit legi Salicæ, tum etiam in antiquo codice MS. fancti Petri Piæavienfis, & in libro Capitularium Rivipullenfi. Attamen fatendum eft in libro Petri Pithœi fcriptum effe CCCC. *folid. componat*: quo etiam modo habetur in codice Colbertino & in Camberonenfi. At in regio & in Thuano legitur *componatur.* B.

β De vocibus hifce, & de prohibitione hac egi in *Schediafmate de Sufceptoribus infant. ex baptifmo pag.* 12. 13. & 59. M.

c Tam in editione Bafileenfi quam in Lovanienfi. Sed in codice Victorino legitur: *Capitular. lib. cap.* CCXCIV. Extat capitulum illud iifdem verbis in Additione prima Capitularium cap. 16. quæ fumpta eft ex conventu Aquifgranenfi Abbatum Franciæ cum monachis fuis acto anno DCCCXVII. Sed in vetuftiffimo codice MS. Bibliothecæ Juliæ Helmæftadienfis Academiæ, cujus exemplum ad me miferunt viri clariffimi Hermannus Conringius & Joachimus Joannes Maderus, ita legitur: *Ut fibi compatres commatrefve non faciant, & nullam quamlibet mulierem ofculentur.* Centuriatores vero Magdeburgenfes centuria nona cap. 6. pag. 275. fic ediderunt: *Ut fibi compatres commatrefque non faciant, & nullam unquam quamlibet mulierem ofculentur.* B.

Cypriano adscribitur *lib. VI. cap. LXXVII.* sed in veteri est: *Capitulor. lib. VI. cap. LXXVII.* & in Excerptionibus excopta prima voce, pro qua est *Capitularium.* Id confirmatur ipso libro Capitularium [α]. Extremum fit *distinct. V. cap. XXXIV. a* quod Gratianus inscripsit, Item *lib. V. Capitulorum*, & Ivo, *b lib. V. Capitulorum. cap. CLXXXV.* Sed in ipso libro Capitular. bis est *lib. V. cap. CXV. & libro VII. in additis cap. CLXXIII.* Eadem verba sunt *concilii Maguntini cap. IX.* quod sub Carolo Magno Imp. habitum est. Ejus concilii XXV. *capita* sunt in Capitularibus (β). Hæc sint de Capitularibus dicta. Cras velim de Nicolai Papæ primi epistulis agamus. Te enim attulisse quasdam ex veteri libro descriptas cognovi.

a *De Consf. d. 5. c. 34.* In Omnibus.
b *Ivo p. 6. c. 402. decr.*

DIALOGUS DUODECIMUS.

De Nicolai Primi epistolis, & responsis.

A. IN conciliis Coloniæ editis duæ tantum *Nicolai* epistulæ sunt, quarum prior est *ad omnes catholicos*, cujus initium: *Quæ apud CP. urbem*: posterior *ad Michaelem Imp.* cujus initium, *Proposueramus quidem.* Sequitur has collectio *fragmentor. Nicolai rescriptor.* ex Gratiano in XX. *titulos* divisa. In *epistulis Nicolai* in urbe Roma editis XVI. epistulas inveni, & alia quædam fragmenta. Repetitæ sunt illæ duæ, & aliæ XIV. ad caussam Ignatii, & Photii pertinentes. Omnes, sex exceptis, exstant Græce, & Latine in octava synodo, quamvis Græca sunt breviora, Latina pleniora. In fragmentis editis cum illis XVI. epistulis agitur de abroganda Metensi synodo, de depositione Thietgandi Treverensis, & Guntharii Coloniensis Archiepiscopi ob caussam Lotharii Regis, & duarum mulierum Thietbergæ, & Waldradæ, & ob sententiam in Engeltradem uxorem Busonis non servatam. Item de reliquis Episcopis dictorum Archiepiscoporum complicibus & de eadem Engeltrude, quæ a viro discesserat. Postremo de sententiis, & interdictis Apostolicæ sedis. Additur his epistulis, & fragmentis ex Reginone, & Sigeberto historia, & ex Othone Episcopo Frisingensi. Inseritur pars epistulæ Nicolai ad Carolum Regem de eadem caussa Regis Lotharii, & Thietbergæ Reginæ: item pars epistulæ ad omnes Episcopos Germaniæ, & Galliæ de excommunicatione Waldradæ pellicis: & pars epistulæ ad eundem Lotharium Regem de eadem caussa. Nunc quid tu adferas, scire cupio. B. *Responsorum Nicolai ad consulta Bulgarorum capita CVI.* C. Edita sunt nuper cum Clementis constitutionibus Latinis, & cum Arabicis Nicænæ synodi capitib. XXC. B. Conferri poterit uterque liber. Alio volumine continentur Nicolai epistulæ plus minus sexaginta, in quibus nonnullæ sunt de caussa eadem Lotharii Regis: primæ autem ad caussam Rothadi Episcopi A Suessionensis male ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo depositi pertinent. C. Hac quoque de re nuper editæ sunt XVI. Nicolai epistulæ in appendice bibliothecæ Sanctorum Patrum. A. Ex his omnibus videndum nobis est, quam opem Gratiano adferamus. Et percurramus, si placet, titulos XX. ex Gratiano, cum conciliis, ut dictum est, editos. *Titulo I.* duo capita sunt, de quibus aliquando egimus *c. Cap. I. distinct. X. d* quod est in appendice *epist. IV.* B. In veteri libro *epist. II.* Desiderantur enim *epistulæ I. ad Hincmarum*, & pars *epistolæ ad eundem, & epistulæ III. ad Carolum Regem.* A. *Distinctionis XII. caput V. e* inveniri C. dicebat in *epistula LVIII. Nicolai ad Hincmarum Archiepiscopum*, & alios, cujus initium, *Omnium nos portare.* B. Is numerus convenit cum hoc veteri libro. In appendice ea epistula non est [γ]. A. *Titulo II.* tria capita sunt. I. est *dist. VIII. cap. III. f* quod ex epist. ad eundem Hincmarum esse dicitur. B. Id inveni *epist. XXXII.* cujus initium, *Epistulam Beatitudinis tuæ, quæ longior est, prope finem.* Ex ea pro *impiis* scribendum *improbis*: & vox *compresse* in *compressæ* mutanda est, & pro *abicienda, & vitanda est*, tantum legi, *vitanda est.* A. Quid Ivo *g*, & li-

c *Lib. 1. dial. 19. & 20.*
d *c. 1. d. 10.*
e *Dist. 12. c. 5.* Ridiculum.
f *Dist. 8. c. 3.* Mala.
g *Ivo lib. 2. tit. 12. c. 28. pan. & p. 4. c. 203. decr.*

S 2

est: Item ex libro capitulorum. *In margine est*: Ivo p. 1. c. 133. Pann. l. 1. c. 81. *In notis*: In indice septimi libri Capitularium numero 494. (*nam capita ipsa a 475. usque ad 558. in volumine, quod ex Gallia habitum est, desiderantur*) hæc leguntur: „ Ne „ sibi compatres, & commatres monachi fa- „ ciant “.

(α) *Ante caput 126.* In sabbato. *ead. distinct. hæc in eodem libro verba sunt*: Item Capitularium lib. *6.* c. *77. In margine est*: Ivo p. 1. c. 112. Pann. l. 1. c. 103.

(β) *Hæc etiam est in eodem libro inscriptio cap.* 34. In omnibus. *de consecr. dist.* 5. Item in lib. 5. Capitul. c. 115. *In margine est*: Et in Mogunt. sub. Carolo c. *9.* Ivo p. 6. c. 402. *In notis:* MINISTRIS: In originali, & apud Ivonem est MAGISTRIS: Sed ob glossam non est emendatum.

(γ) *De inscriptione cap. 1. distinct.* 10. *scriptum est lib. 1. dialog. 19. addit.* 10. *& de capite* 5. Ridiculum. *dist. 12. lib. eod. dial.* 20. *addit.* 8.

A Vide quæ de hac causa dicta sunt in capite octavo, undecimo, & duodecimo præfationis nostræ ad hos Antonii Augustini dialogos. B.

& liber Cæsaraugustanus *a* habent ? B. Ivo in Panormia voce *abicienda* caret; vocem *impiis* retinet; & *compresse*. Idem in Excerptionibus vocem *compressæ* habet cetera ut in Pannormia. C. In Cæsaraugustano vox *abicienda* non est, neque illa, ab *impiis*, vox *compresse* est. Sed in eo libro diphshongorum ratio non habetur. Cur in margine addunt Demochares, & Contius: *Augustin. lib. III. cap. VI. contra Donatistas*? B. Erratum est in Contianis libris; nam Demochares recte prope caput IV. *Veritate*, addi jusserat (α). A. *II. Caput* est, de quo C. dixerat *b*. *Caput tertium distinct. XII. c* cujus pars incerta est, pars sumitur ex epistola *Nicolai ad Photium* edita Romæ, quæ etiam lecta est in synodo VIII. (β) *Caput III. est dist. XXI. caput VI. d* ex epistola *Nicolai ad Michaelem Imp.* cujus initium *Proposueramus*, quam exstare diximus in conciliis, & in editione Romana. Hoc etiam caput referunt Ivo *e* & Anselmus *f*, & liber Cæsaraugustanus *g*. *Tituli tertii capita XVI. sunt.* Primum est *ejusd. XXI. dist. caput IV. h* quod non recte Gratianus adscribit *Nicolao ad CP. Episcopum*: est enim ex eadem epistula ad *Michaelem Imp.* ut etiam Demochares notat, & aliqua verba sunt Ennodii a Nicolao relati, quem vocat Ticinensem Episcopum. B. Is est Ennodius, qui laudatur in synodo Romana contra Symmachum Papam. A. Idem est, ut ex hac epistula Nicolai, & ex dictato Gregorii VII. elici potest. *Alterum caput* i *ex eadem epistula* est, ut recte Demochares notat, licet tantum adscripserit Gratianus vocem. *Idem caput V. ejusdem distinct. Tertium* quoque *caput k* ex eadem est, & Gratianus post Ivonem *l*, & Anselmum *m Nicolao ad Michaelem Imp.* adscribit. *Quartum* etiam, & *quintum* ex eadem est, & a Gratiano *n in eadem distinctione* conscriptum. C. Poterat, si ex fonte hausisset, uno capite omnia verba referre. Sic ordinem quoque epistulæ servasset, quod minime fecit. A. In extremo quarto capite, quod Gratiano est VIII. *præstolandum*, est in conciliis, quod malo, quam *postulandum*. *Quintum* refert præter Ivonem *o*, & Anselmum *p* Hadrianus minor *in epist. ad Ignatium CP.* lecta in VIII. synodo actione tertia (γ). *Caput sextum* sumitur *ex caussa II. quæst. II. capite etiam II. q* quod Gratianus *Nicolao Papæ* adscribit, addit Joannes Cochlæus *Carolo Regi Francorum*. Alibi idem *r* Gratianus Carolo Imperatori scripserat in simili re, atque adeo in eadem. Sed malo credere utrumque falsum esse, & utriusque capitis verba esse *Isidori Mercatoris in præfatione conciliorum* (δ). *VII. caput s* ex illa *ad Michaelem Imp. epist.* est, ut Gratianus refert (ε). *VIII. & IX. t* incerta sunt, licet Gratianus inscripserit : *Nicolaus Pa-*

a *Cæs. lib.* 1. *c.* 14.
b *Lib.* 1. *dial.* 20.
c *Dist.* 12. *c.* 3. Scit sancta.
d *Dist.* 21. *c.* 6. Denique.
e *Ivo p.* 5. *c.* 17. *& p.* 6. *c.* 355. *decret.*
f *Ans. lib.* 7. *c.* 144.
g *Cæs. lib.* 8. *c.* 26.
h *Dist.* 21. *c.* 4. Inferior.
i *Dist.* 21. *c.* 5. Nolite.
k *Dist. e. c.* 7. Nunc autem.
l *Ivo lib.* 4. *tit.* 1. *c.* 6. *pan. & p.* 5. *c.* 8. *decr.*
m *Ans. lib.* 2. *c.* 67.
n *Dist. e. c.* 8. Submittitur, *& c.* 9. In tantum.
o *Ivo lib.* 4. *t.* 1. *c.* 6. *pan. & p.* 5. *c.* 8. *decr.*
p *Ans. lib.* 2. *c.* 67.
q 2. *q.* 2. *c.* 4. Omnes.
r 33. *q.* 2. *c.* 3. Historia.
s 3. *q.* 5. *c. ult.*
t 3. *q.* 9. *c.* 12. Revera. *& c.* 14. Indicas.

(α) *Caput tertium* Mala. *distinct.* 8. *in eodem libro Romano ita inscribitur*; Item Nicolaus Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo. *In margine est*: Ivo p. 4. c. 203. Pann. l. 2. c. 28. *Et in notis*: Caput hoc est ex epistola Nicolai, quæ incipit: „ Epi„ stolam Beatitudinis suæ " extatque una cum aliis ejusdem & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romæ in bibliotheca monasterii Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est. *Voces* vitanda, *&* improbis, *&* compressæ *editæ sunt.*

[β] *Libro* 1. *dial.* 20. *addit.* 7. *scriptum est de inscriptione capitis* 3. Scit sancta. *dist.* 12.

(γ) *Inscriptio capitis sexti* Denique. *distinct.* 21. *in eodem libro hæc est*: Idem Nicolaus Papa eadem epistola. *Est autem capite quarto* Inferior *scriptum*: Unde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola, cujus initium est, PROPOSUERAMUS. *In margine est*: Ans. l. 7. c. 144. Ivo p. 5. c. 17. & p. 6. c. 355. *Capitis quinti*, Nolite nos. *inscriptio est*: Idem eadem epistola. *Et capitis septimi*, Nunc autem: Idem eadem epist. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 1. tit. 20. Ans. l. 2. c. 67. al. 65. Ivo p. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6. *Capitis octavi* Submittitur, *inscriptio hæc est*: Idem Nicolaus eadem epist. *In margine est*: Polyc. l. 1. tit. 20. Anselm. l. 2. c. 65. Ivo p. 5. c. 8, Pann. l. 4. c. 6. & 7. *Et in extremo capite additur in margine*: In concilio Chalcedonens. actione 5. *Et in notis*: IN CONTUMACIA: Hinc usque ad verb. PONENS addita sunt ex originali.

(δ) *Ante caput secundum* Omnes. 2. *q.* 2. *in eod. libro ita scriptum est*: Item Nicolaus Papa. *Et in margine est*: 33. *q.* 2. Historia. §. HÆC OMNES. In præfatione Isidori in collectionem suam. *Inscriptio cap.* 3. Historia. 33. *q.* 2. *hæc est*: Item Nicolaus Papa Carolo regi. *In margine est*: In præfatione Isidori in volumen conciliorum. *In notis*; Hujus mulieris meminit Justinus in primo Apologetico pro Christianis, & Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. 4. c. 16. Verba quidem hujus capitis in epistolis Nicolai impressis, aut manuscriptis non suns inventa: sed habentur fere eadem in præfatione Isidori in suam canonum collectionem. Præstat tamen Justinum, & Eusebium adire. Fortasse autem in hoc caput translatus est titulus ex sequenti.

(ε) *Extremi capitis, cuius initium est*, Quod suspecti. 3. *q.* 5. *in eodem libro inscriptio est*: Unde Nicolaus Papa scribit: Michaeli Imperatori in epistola, quæ incipit PROPOSUERAMUS. *In margine est*: Ivo p. 5. c. 55. *In notis multa sunt animadversione digna. Vid. dial.* 2. *lib.* 1. *add.* 9.

Papa Gallioni Archiepiscopo Senensi. X. caput a incertum etiam est, male *Nicolao ad Ismarum Remorum Archiepiscopum* inscriptum a Gratiano. Semper autem est *Hincmarus* in veteribus libris scriptus (α). Verior est inscriptio *capitis XI.* apud Gratianum *b* & Ivonem *c*, & Anselmum *d*, cum sit ex illa epistula *Nicolai ad Michaelem Imp.* ex qua etiam est *caput XII. e* [β]. Quod sequitur *caput XIII.* Gratianus *f Nicolao Papæ* adscribit, additque Cochlæus, *Carolo Regi Francorum*, vide an sit in veteri libro? B. Est *epist. XX. ad Carolum Regem* incipiens *Numquam*: vel *Nil æque*: ex qua alia capita sunt apud Gratianum. In verbis nulla est varietas (γ). A. *Caput XIV.* sumitur ex illa magna *epistula ad Michaelem*, quod etiam Ivo *g*, & Gratianus *h* notant. Sed Nicolaus refert Cælestini Papæ epistulam ad Episcopos Orientis cap. XII. Græcu, cap. VII. Latine in concilio Ephesino relatam [δ]. *Caput XV. i* diximus Isidori esse Mercatoris, verba in præfatione conciliorum, & non esse Nicolai ad Carolum Regem. *Caput XVI.* ex Reginone didicimus sumi ex epistula *Nicolai ad Carolum.* Et quia est hoc caput proximum superiori apud Gratianum *k*, verisimile videtur inscriptionem hujus capitis in illud recidisse. B. Ita est, ut suspicaris: namque hæc est *illa ad Carolum epistula XX.* ex qua dixi alia quoque esse capita apud Gratianum. Id etiam Burchardus *l* & Ivo *m* notant. A. De varietate videamus. B. Pro illis, *judicium agitandum sit, nulla ratio patitur*: illic est, *judicium sit agendum, nulla ratione patet.* Pro *Thebergam*, est *Theupergam.* Pro illis, *posse inire certamen*, illic plura sunt, *posse legalem inire conflictum, vel legitimum controversiæ subire certamen.* Pro illis, *Itaque etiam locus*, illic est, *Inter quos etiam locus.* Pro *nulla vis multitudinis formidetur*, est, *nulla sit vis multitudinis formidanda.* A. Quid ex his Burchardus recipit? C. *Judicium sit agitandum, nulla ratio patet. Thietbirgam & posse inire conflictum vel legitimum controversiæ inire certamen*, & *Inter quos etiam locus*, & *nulla sit vis multitudinis formidanda.* A. Ivo videatur, & Reginon. B. *Patitur*, *Theibergam*, habet Ivo, cetera ut Burchardus *agitandum* pro *agendum*, Reginon libro II. Chronicorum *Thietbergam*, pro *Theupergam*, & *nulla vis*, pro *nulla sit vis*: cetera ut in epist. XX. (ε) A. De aliis titulis postea agendum erit, nunc valetudini consulamus.

a c. 9. c. ult.
b 4. q. 1. c. 2. Quod autem.
c Ivo lib. 4. tit. 7. c. 20. pan. & p. 14. c. 70. decr.
d Ansl. lib. 1. c. 72.
e 4. q. 4. c. ult.
f 6. q. 4. c. 6. Quod bene.
g Ivo lib. 5. tit. 5. c. 11. pan. & p. 14. c. 58. decr.
h 24. q. 1. c. 35. Ait.
i 33. q. 2. c. 3. Hillo-ria.
k c. q. c. 4. Sive.
l Burch. lib. 9. c. 52.
m Ivo p. 8. c. 116. decr.

DIALOGUS DECIMUSTERTIUS.

De eadem re.

C. DE duobus mihi satisfieri velim: quis ille Carolus est, ad quem Nicolaus scripsit (Carolum enim Magnum esse tempora non patiuntur) & qui sunt hi tituli viginti, quorum tres peracti sunt; qua de re singuli conscripti, & a quo sunt collecti? A. De Carolo recte ais Carolum Magnum non esse; mortuus est enim sub Leone tertio Pontifice. Quadragesimo quarto anno post mortem Caroli Nicolaus eligitur, anno Christi DCCCLVIII. Carolo Ludovicus Pius filius successor fuit, huic tres filii fuerunt Lotharius Imperat. & Ludovicus, & Carolus. Ludo-

[α] *Capit* 12. Revera. 3. q. 9. *in eodem libro ita inscribitur*: Item Nicolaus Papa Gallioni Archiepiscopo Senensi. *In margine est*: al. Senonensi. Sententia habetur in epistola Nicolai ad Episcopos, qui in Convicinom convenerant, nuper impressa. *Inscriptio cap.* 14. *est*: Idem Nicolaus Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo. Indicas Hermannum &c. *In margine est*: al. Senonensi: & al. Herimannum. *Capitis extremi inscriptio est hæc*: Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo. Necesse est &c.

(β) *Hæc inscriptio est in eodem libro, capitis* 2. Quod autem. 4. *q.* 1. Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem cujus initium est, PROPOSUERAMUS: *In margine est*: Ans. l. 2. c. 71. Ivo p. 14. cap. 70. *In notis multa sunt optime addita. Inscriptio capitis extremi*, Contra ritum. 4. *q.* 4. *eadem est*: Unde Nicolaus Papa ad Mich. Imp. epistula, cujus initium est, PROPOSUERAMUS. *In notis est*: Caput hoc emendatum est ex ipso originali Romæ impresso.

(γ) *Gratiani verba sunt in eodem libro ante caput* 6. Quod bene. 6. *q.* 4. Unde Nicolaus Papa ait in epistola ad Carolum Regem, cujus initium: NUNQUAM DOLOREM GENERAT. *In margine est*: Burchard. l. 9. c. 49.

[δ] *In eodem libro Romano inscriptio cap.* 35. Ait Cælestinus. 24. *q.* 1. *hæc est*: Item Nicolaus Papa scribit Michaeli Augusto epist. 7. *In margine est*: Ivo p. 14. c. 58. Pann. l. 5. c. 134. *In notis*: Nicolaus hic citat epistolam Cælestini Papæ scriptam Joanni, Juvenali, &c. Episcopis per orientem, pront est in concilio Ephesino, Vaticanæ bibliothecæ, & Lutetiæ impresso.

(ε) *De inscriptione capitis* 3. Historia. 33. *q.* 2. *scriptum est in additione* 5. *Inscriptio cap.* 54. Sive de conjugii. *ead. q. hæc est*: Item Nicolaus Papa in epistola Carolo Regi. *In margine hæc sunt*: Polyc. l. 6. tit. 4. Burchard. l. 9. c. 32. Ivo p. 8. c. 116. Regino l. 2. Chronographiæ. *In notis est*: Epistola, ex qua acceptum est hoc caput, habetur Romæ in codice monasterii Dominicanorum, & ex ea aliqua sunt addita, & emendata.

dovicus Germanorum, Carolus, qui cognomento Calvus dicitur, Francorum Rex post patris mortem dicebantur. Lotharius Imper. filios quoque tres reliquit Ludovicum Minorem Imper. & Lotharium, & tertium Carolum. Hi quoque duo alter Lotharingiæ, alter Provinciæ præfuit, & Regum nomen acceperunt. Calvus post Ludovici minoris mortem Imperator appellatus est anno Christi DCCCLXXVI. Hujus fratri Ludovico, quem Germanis imperasse diximus, filii fuerunt Carolomannus, & Carolus. Sed quæ de Nicolai verbis accepimus, ad Carolum Regem cognomento Calvum pertinere putamus, qui tunc Francor. Rex dicebatur. C. Lotharius autem quis est ex supra dictis, an Lotharius Lotharii Imp. filius? A. Is ipse est, de cujus scelere agitur, qui Reginam Thietbergam a se depulerit fictis apud synodum criminib. ut Waldradam concubinam loco uxoris teneret. De titulis non est, quod magnopere labores. In conciliis enim a Joanne Cochlæo collecti extant. *Primo* titulo de constitutionibus ecclesiæ agitur, *altero* de consuetudine, *tertio* de judiciis. Sequitur *quartus* de Romana ecclesia, & sede Apostolica, in quo sunt capita undecim. *Primum caput* a Gratiano *distinctione XXII. a* ita inscribitur: *Unde Nicolaus Papa scribit Mediolanensibus*. Anselmus *b* tamen refert hoc pacto: *Ex epist. Nicolai Papæ Junioris Mediolanensibus missa*. B. Selecti viri notarunt, *Petri Damiani verba esse*, qui Legatus fuit Nicolai secundi, & orationem ad Mediolanenses inscriptam reliquit. C. Quid respondebimus Demochari, & Contio ita in margine adscribentibus *c*: *Ex epistola ad Michaelem potest ostendi, quæ sola exstat*. B. Nec solam exstare, nec in ea hæc esse quærenda (α). A. Vereor, ne etiam *alterum caput* ad eundem *Nicolaum minorem* pertineat, ut recte Demochares arbitratur, quamvis *Nicolai* tantum nomen adscripserit Gratianus; *Nicolai in concilio XIII. Episcoporum*, Anselmus *d* mendose. Melius est in libro Cæsaraug. *e Nicolaus junior in concilio CXIII. Episcoporum.* Id concilium bis editum est cum aliis Coloniæ, in priori editione Nicolao primo adscribitur, in posteriori Nicolao secundo. C. Utra verior est? A. Vetus est: posteriores cogitationes esse meliores. Sed res erat aperta, cum in eo concilio de Berengarii Andegavensis palinodia agatur, quæ apud Ivonem, *f* & Gratianum *g* extat, & apud Lanfrancum in libro de Sacramento Eucharistiæ, & in registro Gregorii VII. coram quo iterum eandem hæresim damnavit, & in libro Tarraconensi *h*. Non potuit autem idem coram Nicolao primo, & coram Gregorio VII. palinodiam canere, cum CC. annorum intervallum sit. Hoc autem caput, de quo agimus, in eo concilio plenius scribitur, & a Gratiano iterum refertur in *eadem distinct. LXXIX. cap. IX. i* & ab Ivone *k*, & Anselmo *l*, & est in libro Cæsaraugust. *m* superiori conjunctum cum hac inscriptione, *Idem in eodem*. Demochares eidem capiti adscripsit in margine, *Nicolaus Papa II.* C. Ab Ivone accipere potuit, qui ita inscripsit: *Nicolaus Junior synodo præsidens in Constantinopolitana ecclesia cap.* 11. Sed fuitne Nicolaus umquam CP. in synodo? A. Numquam, quod sciam; sed Romæ id concilium habitum est in basilica Constantiniana. C. Erratum igitur est in simili nomine? A. Ita existimo. Non male Cochlæus caput I. & IX. conjunxit cum hac inscriptione, *Nicolaus in concilio præsidens.* Male autem *Nicolao primo* utrumque caput adscripsit. Quid selecti viri statuunt? B. *Caput nonum Nicolao II.* in concilio Romano adscribunt, *caput* vero *primum* inscribunt: *Nicolaus in concilio Romano cap. I.* (β) A. Nos ad *caput tertium tituli quarti n* veniamus. Id Gratianus *Nicolai* tantum nomine inscripsit: addit Cochlæus: *Ludovico Imperatori.* Tu quid habes ex tuis epistulis? B. Nihil omnino (γ). *Caput quartum* bis Gratianus *o* posuit: est *in epist. magna ad Michaelem Imp.* ut idem, & Anselmus *p*, notant [δ]. *Caput quintum*

a *Dist.* 22. *c.* 1.
b *Ans. lib.* 1. *c.* 63.
c *Dist.* 79. *c.* 1.
d *Ans. lib.* 6. *c.* 12. *in addit.*
e *Cæs. lib.* 3. *c.* 9.
f *Ivo lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 4. *pan.* & *p.* 2. *c.* 10. *decret.*
g *De cons. d.* 2. *c.* 42. Ego B.
h *Tarrac. lib.* 5. *c.* 58.
i *Dist.* 79. *c.* 9. Si quis.
k *Ivo p.* 5. *cap.* 80. *decr.*
l *Ans. lib.* 6. *c.* 13.
m *Cæsar. lib.* 3. *c.* 10.
n *Dist.* 97. *c. ult.*
o 1. *q.* 1. *c.* 123. & 9. *q.* 3. *c.* 21. Per principalem.
p *Ans. lib.* 1. *c.* 72.

(α) *Ante caput primum dist. 22. hæc in eodem Romano libro verba sunt*: Unde Nicolaus Papa II. scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum. *In margine post vocem* Papa *est* Junior, Ans. *Et*: Ans. l. 1. c. 63. al. 64.

(β) *Gratianus in eodem libro ante cap. 1. dist. 79. his verbis utitur*: Unde Nicolaus Papa II. ait in epistola, qua synodum a se Romæ habitam refert cap. 1. Si quis Apostolicæ &c. *In margine est*: Polycarp. l. 1. tit. 4. Ans. l. 6. c. 15. infra eod. c. Si quis pecunia. *Et in notis*: Si quis: Verba Nicolai in epistola, quæ in voluminibus conciliorum impressis post decreta Nicolai primi habetur, hæc sunt: „Primo nam &c." Idem fere habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecunia. *Ante cap. 9.* Si quis pecunia, *hæc verba sunt*: Unde Nicolaus Papa II. in concilio Romano statuit, dicens. *In margine additur*, in fine. *Et*: Supra fere idem dist. ead. c. si quis Apostolicæ. Ans. l. 6. c. 16. Polyc. l. 1. tit. 4. Ivo p. 4. c. 8.

(γ) *Capitis extremi distinct. 97. in eodem libro inscriptio est*: Unde Nicolaus Papa. Nobilissimus vir &c.

(δ) *Hæc etiam est in eodem libro inscriptio cap. 123.* Per principalem. 1. *q.* 1. Unde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, quæ incipit Proposueramus. *In margine est*: infra 9. q. 3. c. per principalem. Ans. l. 1. c. 75. & l. 2. c. 14. *Dicti cap. 21.* Per principalem. 9. q. 1. *inscriptio*

tum ejus argumenti est, de quo alio die dictum est epistulas XVI. inveniri in bibliothecæ appendice, & easdem esse in veteri libro

a 1. q. 6. c. 13. Arguta.

cum alus permultis. Apud Gratianum *a* in inscriptione *Hincmari Remensis Archiepiscopi* nomen desideratur, & pro *Rothado Rotardus Episcopus* scribitur. Apud Anselmum recte ille *Hincmarus* dicitur, hic non recte *Rotbirdus*. B. Hæc est in appendice *epist. XIII. in veteri libro epist. X.* cujus initium, *Si coram*: in utraque. *Hincmarus* est, *Rothaldus* in appendice, *Rathadus* in veteri libro. A. De aliis varietatibus videamus. B. Pro illis, *accepto fomite judicii materiam*; in appendice est, *accepta fomitem judicii & materiam*: in veteri *accepta fomite judicii & materiam*. A. Placet mihi appendicis scriptura. B. Pro verbo *removit*, in illis est, *revocavit*. Pro & infra. *Privilegia tamen &c.* in appendice est: *Cum etiam si nullus a vestro judicio provocasset, privilegia tamen &c.* In veteri est: *Quem etiam si ullis pateret indiciis, a vestro illum ad nostrum judicium provocasset, privilegia tamen &c.* A. Mutandum est in veteri, *Cum* pro *Quem*; & *ille*, pro *illum*. B. Pro *quod iterum dicitur*, & infra: in utroque libro multa scribuntur, quæ referre non est necesse. Pro *Hæc quippe*, illic est, *Hæc quippe*; & pro *noveritis*, *noveris*. Post verbum *videbantur*, hæc omissa sunt, *& a nobis tot impensis laboribus vestra resistente contumacia, recuperari non poterant*. Pro *canonica*, in libro Mich. Thomasii est, *cana*; quod alii duo libri non agnoscunt: pro *ingenio*, est *genio* in veteri libro: desideratur in appendice, in qua est *decoraretur* pro *decorentur*. A. Quid ex his probat Anselmus? G. Quæ sunt ante illas voces duas, & infra posteriores, ab Anselmo videtur Gratianus accepisse. Ante illa verba *Hæc quippe*, quæ etiam is habet, nonnulla sunt a Gratiano prætermissa. *Noveris*, autem adgnoscit, non vero, quæ post verbum *videbantur*, addunt alii: vocem *canonica*, & *ingenio*, & *decorarentur* retinet [a]. A. De *capite VI.* videamus. Et mendose in conciliis est, VI. *quæst. III. pro IX. quæst. III.* *b* Recte autem & a Cochlæo, & a Demochare dicitur esse ex epistola Nicolai ad Michaelem sæpe repetita. Idem referunt Ivo *c*, & Anselmus *d*, qui non *Innocentium*, sed *Bonifacium* scribunt, ut est in conciliis. Locus tamen quærendus apud Bonifacium: cui etiam adscribi partem horum verborum video relatam ab *Hadriano minore in concilio Romano*, cujus mentio fit in *VIII. synodo CP. actione VII.* *e* [β]. *Caput VII. ex epistula ad Episcopos Galliæ* esse dicitur, apud Petrum Ciaconium in incertis collocatur. B. Nusquam extare adscripserunt Romani, qui notant, ex ea probari auctoritatem epist. I. Alexandri primi. A. Debuissent prius, cujus esset hoc caput, probare: nam ex incertis incerta probatio elicitur. Nicolaum relatas epistulas ab Isidoro Mercatore non improbare, dubium non est (γ). *Caput VIII. eu epist. omnibus Episcopis* missa Gratianus *f*, & Cochlæus *eu epistola ad Michaelem Imp.* Demochares. Ivo *g*, & Anselmus, *h* ut Gratianus. Quid Selecti viri censent? B. Sententiam potius, quam verba esse in illa epist. ad Michaelem. A. Mihi incertum adhuc hoc erit caput (δ). *Caput IX.* non recte in conciliis editum fuit apud Gra-

b 9. q. 2. c. 10. Patet.

c Ivo lib. 4. tit. 2. c. 10. pan. & p. 5. c. 19. decr.

d Ans. lib. 2. c. 72.

e 15. q. 6. c. 2. Auctoritatem.

f 17. q. 4. c. 30. Nemini.

g Ivo lib. 4. tit. 1. c. 9. pan.

h Ans. lib. 1. c. 9.

ptio est eadem: Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, cujus initium, Proposueramus. *In margine est*: supra 1. q. 1. Ans. l. 1. c. 72. & l. 2. c. 14.

(α) *Ante cap.* 13. Arguta. 2. *q.* 6. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum invehatur, qui Rhotandum Episcopum appellantem Apostolicam sedem damnare ausus est, ita dicens. *In margine hæc sunt*: al. Rothaldum. In appendice bibliothecæ sanctorum patrum. Ans. l. 1. c. 67. *Ad vocem* removit, *est in margine* al. revocavit. Orig. *Ad vers.* Hæc quippe. Ans. l. 2. c. 85. *In notis*: Cana: Cum antea legeretor canonica, emendatum sic est ex epistola ipsa, quæ habetur manuscripta, & nuper est impressa io appendice bibliothecæ: & in libro Ennodii pro Symmacho legitur: „ cana miracula, & canum genium “, juxta illud Virgilii: „ Cana fides, & Vesta, „ Remo cum fratre Quirinus, Jura dabant “.

(β) *Inscriptio capitis decimi* Patet profecto. 9. *quæst.* 3. *in libro Romano hæc est*: Unde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola, cujus initium Proposueramus: *In margine est*: Anselm. lib. 4. c. 75. Ivo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11. *Et vers.* Nec de ejus. *additur*: infra ead. ipsi sunt. §. nec de ejus. *In notis est*: Caput hoc apud ceteros etiam collectores, multis verbis omissis in summam quandam redactum est. Innocentius: In epistola Nicolai, & apud reliquos collectores est Bonifacius. Verum neque in Bonifacii, neque in Innocentii epistolis inventum est, quod hic affertur. In ea vero epistola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epistola Bonifacii ad Episcopos per Thessaliam.

(γ) *Caput secundum* Auctoritatem. 15. *q.* 6. *in eodem libro ita inscribuur*: Item Nicolaus Papa Episcopis Galliæ. *In margine est*: Polyc. l. 6. tit. 11. *Et in notis*: Alexandai: Nicolaus citat epistolam Alexandri I. de qua re notatum est supra dist. 19. Si Romanorum.

(δ) *Quod attinet ad cap.* 30. Nemini. 17. *q.* 4. *Ejus inscriptio in eodem libro est*: Unde Nicolaos Papa omnibus Episcopis. *In margine est*: Ans. l. 1. c. 21. Pann. l. 4. c. 10.

Gratianum inveniri XXXV. *quæſt.* 11. cum XXV. *cauſſa* *a* inveniatur. De inſcriptione varietas eſt inter collectores. Anſelmus *b*, & Gratianus, *Nicolaus univerſali ſynodo præſidens.* Liber Cæſarauguſtanus *c* habet: *Nicolaus, & Leo IV. in concilio Epiſcoporum LXXXII. cap. IV.* Deuſdedit *d*, & Ivo *e*; *Leo IV. in Conciliorum LXXII. capit. V.* Eſt in fragmentis editis Romæ poſt XVI. epiſtulas Nicolai ex aliquo fortaſſe concilio caput quintum. B. Selecti viri inſcribunt, *Nicolaus civibus CP. quæ eſt inſcriptio extremæ epiſtulæ editionis illius Romanæ.* A. Non placet ea inſcriptio: nam quinque illa capita aliena ſunt ex ſynodo, ut ſuſpicor, contra Metenſem ſynodum, & illos duos Antiſtites Treverenſem, & Colonienſem, qui divortium Lotharii conſtituerunt. Hujus ſynodi Romanæ Nicolai mentio fit apud Reginonem in Chronicis anno Chriſti DCCCLXV. Pro illis verbis, *pro catholica fide, vel eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum*; illic eſt: *pro catholicæ fidei diſciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione ſceleratorum, vel interdictione imminentium, ſeu futurorum malorum* (α). *Capitis decimi* fons eſt magna illa *epiſtula ad Michaelem*, ut Cochlæus, & Demochares notant, licet Gratianus *f* *Nicolai* tantum nomen adſcripſerit: ſed Ivo *g*, & Anſelmus *h* rectius *Michaelis*, etiam nomen retinent (β). *Extremum caput*, quod nobis quoque hodie extremus erit, Gratianus *i* *Nicolai clero, & plebi Viennenſis eccleſiæ* eſſe ſcribit, ſed Anſelmus *k* ita inſcribit: *Nicolaus Epiſcopus clero, & plebi Nonenſis eccleſiæ.* In libro Veronenſi eſt, *electo, & clero eccleſiæ Nonenſis.* Quid tu ex Romanis libris habes? B. Libri cujuſdam tui mentionem vidi in Thomaſiano libro; eum eſſe exiſtimo, quem tu Veronenſem appellaſti. Eadem enim ſcriptura eſt in utroque libro. A. Incertum igitur hoc relinquamus hodie caput [γ]. De ceteris alio die agemus.

a 25. *q.* 2. *c.* 18. Si quis.
b *Anſ.lib.* 4. *c.* 26. & *lib.* 12. *c.* 3.
c *Cæſ.lib.* 2. *c.* 39.
d *Deuſd.* *c.* 4.
e *Ivo p.* 5. *c.* 35. *decr.*
f 35. *q.* 9. *c.* 6. Sententiam.
g *Ivo p.* 5. *c.* 10. *decr.*
h *Anſ.lib.* 2. *c.* 72.
i *De conſ.* *d.* 1. *c.* 7. Eccleſia.
k *Anſ.lib.* 5. *c.* 42. *in addit.*

DIALOGUS DECIMUSQUARTUS.

De eadem re.

C. LÆtos nos fecit recens ex urbe tabellarius, qui attulit aliquot Gratiani pagellas ad te G. miſſas, ut cognoſcere poſſes A qualis eſſet, quæ propediem finem accipiet, Romana juris Pontificii editio. Eas igitur ad te pagellas adferimus, ut quid tibi videatur, ſcire poſſimus. A. Pergratum mihi eſt, perque jucundum, quod dicis. Ipſas igitur pagellas videamus. C. Cur idem caput vario genere litterarum ſcriptum eſt? A. Sic diſtinguuntur, ut opinor, Gratiani verba a verbis aliorum. Sed & aliis litteris verba ſelectorum virorum conſcripta ſunt, aliis ſcholia Joannis Teutonici, & aliorum interpretum. B. Numeros adſunt ſingulis capitibus, ſed, an ſequantur Contii editionem, ignoro. Illud videntur retinuiſſe ex aliorum vulgari uſu, quod ſingulis paginis addunt, Decreti ſecunda pars. A. Conferte has pagellas cum meis libris, & ad me poſtea varietatem referre poteritis. Hodie de *Nicolai titulo* agemus. C. Ita fiet. A. *titulo quinto* de decretis Romanorum Pontificum agitur. *Caput primum* ab Ivone *l*, & Gratiano *m*, & Cochlæo, & Demochare *Nicolai* eſſe dicitur ad *Michaelem Imp.* Ego *ad Photium CP.* ſcribendum cenſeo, ex *epiſt. VI. regiſtri* Romæ editi, cujus initium eſt, *Poſtquam beato Petro*, quæ lecta eſt in octava ſynodo CP. actione quarta (δ). *Alterum caput* apud Ivonem *n* inſcribitur, *Nicolaus Archiepiſcopis per Gallias*: apud Gratianum *o* vero *Ar-*

l *Ivo p.* 4. *c.* 211. *decr.*
m *Diſt.* 11. *c.* 2.
n *Ivo p.* 5. *c.* 33. *decr.*
o *Diſt.* 19. *c.* 1.

c. 10. *In notis hæc leguntur*: Epiſtola, ex qua hoc caput eſt ſumptum, non extat: aliquid tamen ſimile habetur in epiſtola prima ad Michaelem Imperatorem.

(α) *Ante cap.* 18. Si quis dogmata. 25. *q.* 2. *in eodem libro hæc ſunt*: Item Nicolaus Papa univerſali ſynodo præſidens dixit in concilio Romano c. ultimo. *In notis additur*: Caput hoc extat in concilio Romæ habito, in quo Nicolaus Papa primus Thietgandum, & Guntarium Epiſcopos depoſuit. Quod concilium impreſſum eſt Romæ poſt epiſtulas ipſius. *In margine eſt*: Polyc. l. 1. tit. 17. Deusdedit p. 4. Anſ. l. 4. c. 26. & l. 12. c. 3. Ivo p. 5. c. 35. *Edita ſunt verba ſynodi.*

(β) *Hæc etiam eſt in eodem libro inſcriptio cap. 6.* Sententiam. 35. *quæſt.* 9. Item Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola ſeptima. *In margine eſt*: Anſ. l. 1. c. 7. Ivo p. 5. c. 19. VOLUERIT: Sic etiam in originali impreſſo: ſed Anſelmus, & Ivo habent, tenuerit. *Vid. dial.* 19. *add. ultim.*

(γ) *In eodem libro inſcriptio cap.* 8. *Romanis de conſecrat. diſt.* 1. *hæc eſt*: Item Nicolaus Papa electo, & clero Nonenſis Eccleſiæ. Eccleſia, id eſt, catholicorum collectio &c. *In margine eſt*: Anſ. l. 5. c. 42.

(δ) *Diſtinct.* 11. *cap.* 2. *in Gregoriana editione hæc inſcriptio eſt*: Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori. Conſequens eſt &c. *In margine hæc ſunt*: Sententia elicitur ex epiſtola, cujus initium, PROPOSUERAMUS. Ivo p. 4. c. 211. *Fons omittitur. Vid. lib.* 1. *dial.* 20. *add.* 1.

A De editione hac dixi *in Hiſtor. juris Eccleſ. num.* 393. & de notis emendatorum aliiſque minutiis *num.* 624. de Joanne Teutonico ſeu Semeca *num.* 334. M.

Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Galliam conſtitutis. Id confirmatur ex *epiſt. XIV. in appendice bibliothecæ*, cujus initium, *Quamvis ſingularum*; in qua eſt, *apud Gallias* pro *per Galliam*. Ejus exemplum unus ex ſelectis viris ante aliquot annos ad mo miſit, quod ea confirmari putaret omnium veterum Romanorum Pontificum epiſtulas, quas Iſidorus Mercator refert. B. In veteri libro, qui Achillis Statii fuiſſe dicebatur, eadem extat, cujus exemplum cum aliis attuli. Sed nihil illic inveni de Iſidori collectione ſcriptum. Adfine tamen huic argumentum tractatur: Non eſſe reiiciendas A Pontificias epiſtulas, licet in Corpore canonum non inveniantur. A. Ita eſt, ut dicis. Sed & illud verum eſt, Nicolaum referre non uno in loco verba earum epiſtularum, quod a tempore Hadriani Pontificis, & Caroli Magni Imperatoris fieri cœptum eſt. Prioribus ſcriptoribus ignotæ fuiſſe videntur. Sed ad varietatem veniamus, de qua paucis agemus, quando totam epiſtulam legere licet. Initio vox *vere* tollenda eſt, cum Gratianus ait: *ita ut, quod vere ſedes Apoſt. probavit, hodie teneatur acceptum.* In appendice eſt: *ita ut, quod ſedes Apoſtol. probat hodie, teneatur acceptum.* Ivo tollit vocem *vere*, cetera, ut Gratianus habet. B. Idem eſt in veteri libro. A. Hla quoque tollenda ſunt: *& ideo inter canones non eſſe aſſumenda*: quæ neque apud Ivonem ſunt, neque in appendice. B. Interpretis fortaſſe verba fuerunt, in veteri libro nulla ſunt. A. Pro *Cum & ipſi* &c. in omnibus illis ſcribendum: *cum ipſi* &c. *illis.* Ivo tamen, vel *pro illis*, ſcribit. B. In veteri eſt, ut in appendice & *imminutis*, pro *diminutis*: ut apud Ivonem. A. Pro illis, *qui ante ipſum fuit, vel poſt ipſum eſt, ad aliquod inſtitutum, vel reſcriptum recipiendum eſt*: ſcribendum ex appendice: *qui ante, vel poſt ipſum fuit, eſt aliquod inſtitutum, vel ſcriptum recipiendum.* Ivo *aliquod*, pro *ad aliquod*, & *ſcriptum*, pro *reſcriptum*: cetera, ut Gratianus habet. B. In veteri eſt, ut in appendice. A. Quod poſt alia dicitur *caput* eſſe X. Leonis in Corpore canonum, *V.* pro X. ſcribendum eſt tum ex ipſo libro, tum ex Ivone, & appendice. In conciliis eſt *caput extremum epiſtulæ primæ*. B. In veteri libro eſt: *Ait enim capitulo quinto ſucrum Decretalium.* A. Mox in Leonis verbis pro *bonæ recordationis*, ſcribendum, *beatæ recordationis* & pro illis, *ita noſtra declaratione cuſtodiri mandamus*: ſcriptum in conciliis eſt: *ita veſtram dilectionem cuſtodire debere mandamus.* Idem etiam eſt in libro Cæſarauguſtano *a*. In appendice eſt: *ita veſtræ dilectioni cuſtodiri mandamus.* In corpore canonum: *ita a veſtra dilectione cuſtodire debere mandamus.* Vox *debere* apud Ivonem deſideratur, cetera ſunt. B. In Achillis libro duplex ſcriptura cognoſcitur: altera eſt Ivonis, altera conciliorum omiſſo eodem verbo *cuſtodire*. A. Ego conciliorum ſcripturam magis probo: mox illam, quæ in corpore canonum eſt. In extremo capite pro illis, *per ſingula corporum volumina*, ſcribendum, *per ſingula voluminum corpora*, ut in omnibus illis libris eſt, appendice, Ivone, & Cæſarauguſtano *b*. B. Sic etiam eſt in veteri illo libro *c* (α). Venio ad *Caput tertium* Cochlæi, cujus initium, *Si decreta*, quod eſſe ait *extremum diſtinct. XX. clero CP.* ſed neque extremum eſt, neque clero inſcribendum, ſed *Photio CP.* ut apparet *ex regiſtro Romæ edito* epiſt. VI. cujus initium, *Poſtquam beato*, quam lectam eſſe diximus in ſynodo VIII. actione IV. In libro Cæſarauguſtano *d*. *Michaeli Imperatori* apud Gratianum, *clero CP.* non recte eſt inſcriptum (β). Nunc ad *titulum ſextum* de Imperatoribus veniamus, ſub quo ſunt *capita ſex* ex epiſtula ad Michaelem Imperatorem. *Caput primum* mendoſe dicitur eſſe apud Gratianum *e diſt. X. caput primum*, cum ſit *caput quintum*, cujus initium, *Imperium*. Quattuor

a Cæſ. lib. 2. c. 32.

b Cæſ. lib. 2. c. 18.

c Diſt. 20. c. 2.

d Cæſ. lib. 2. c. 48.

e Diſt. 10. c. 5. Imperium.

(α) *Gratiani verba ſunt ante caput* 1. *diſtinct.* 19. *in eodem libro*: De his ita ſcribit Nicolaus Papa Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Gallias conſtitutis. Si Romanorum Pontificum &c. *In margine eſt*: Ivo p. 5. c. 33. *Et ad verba illa*, Capitulum ſancti Papæ Innocentii, *additur*. Innoc. PP. I. ad Exuperium epiſt. 3. c. ult. *Et ad illa*, unum Beati Leonis capitulum, *additur*, Leo PP. I. epiſt. 1. in fine. *Et ad verba*, cap. decimo, *additur*, al. quinto ſuor. decr. *Et ad illa*, Papa Gelaſius *hæc adduntur*: Gelaſius Papa I. cum LXX. Epiſcopis. Habetur ſup. 15. diſt. c. SANCTA ROMANA. §. ITEM DECRETALES. *In notis eſt*: CUM IPSI: Locus fuit emendatus ex ipſa epiſtola Nicolai, quæ Romæ manu ſcripta habetur; & nuper impreſſa eſt in appendice bibliothecæ ſanctorum patrum: ut dictum eſt ſupra diſt. 10. c. LEGES. (*ſcribe*, lege) in qua epiſtola multa alia habentur ad epiſtolas decretales etiam antiquiſſimas pertinentia.

(β) *Capitis ſecundi*, Si decreta, *diſtinct.* 20. *in eod. libro inſcriptio hæc eſt*: Item Nicolaus I. Photio, in epiſtola, cujus initium eſt, POSTQUAM BEATO PETRO. *In margine hæc ſunt*: Eſt eadem epiſt. 6. ex qua ſumptum eſt c. QUOD DICITIS. ſupra diſt. 16. Anſ. l. 3. c. 33.

A Hoc tamen argumentum urgent Epiſcopi Galliæ contra Papam. Vid. *Hiſtor. jur. Eccleſ.* num. 229. pag. 255. M.

tuor capita habet Gratianus *diſtinct. XCVI.* *a* De quibus hoc tantum dicam ex Gelaſii Pontificis verbis in tomo de anathematis vinculo (ſic enim in conciliis inſcribitur) ſumpſiſſe Nicolaum illa verba, *Cum ad verum ventum eſt &c.* & *Cypriano* adſcribere Gratianum *diſtinct. X.* *b* poſt Ivonem *c*. Verborum varietas non eſt contemnenda. Non enim recte *diſtinct. XCVI.* ſcripta ſunt; cum ante illa, *actibus propriis*, deſideretur vox *SIC*, & pro illis, *& ut Chriſtiani*; ſcribi debeat, *ut & Chriſtiani*, quæ recte Ivo, & Anſelmus *d* ſcripſerunt. Quod etiam *alio capite*, cujus initium, *Satis evidenter*, ex Theodoſio minore ad *ſynodum Epheſinam* refertur, id eſſe opinor *actione prima capite XXXI. in eadem ſynodo* relatum. Apud Gratianum oro *ſynodum noſtram* ſcribendum eſt, *ſynodum veſtram*, ut in conciliis eſt, & apud Anſelmum [α]. *Caput ſextum*, cujus initium, *Non quales*, apud

a *Diſt.* 96. c. 4. Ubinam. c. 5. Denique. c. 6. Cum ad verum. c. 7. Satis evidenter.
b *Diſt.* 10. c. 8. Quoniam.
c *Ivo* p. 4. c. 188. *in decr.*
d *Anſ. lib.* 1. c. 72.

Gratianum *e* *eſt cauſa prima*, & apud Ivonem *f*, & Anſelmum *g* ex *eadem epiſtula ad Michaelem Imperatorem* (β). Nunc ad *titulum VII.* de Regibus veniamus: cujus *ſeptem capita* Cochlæus refert, ex quibus quattuor habent hanc inſcriptionem, *Nicolaus Lothario Regi.* De his hodie dicemus. *Caput primum* refert Gratianus *diſtinct. LXIII.* *h* de quo ſcire cupio, quid selecti viri ſentiant. Ego tantum invenio in libro Cæſaraugustano *i* eandem inſcriptionem. B. Notant ſelecti viri, exſtare epiſtulam ad Lotharium, item aliam de eadem re ad Epiſcopos regni Lotharii: ſed ego diu quæſitam neutram inveni (γ). A. Quid illam, ex qua ſumitur *caput quartum k*, cujus initium, *Præcipuæ Gualdradæ?* B. In veteri libro extat, & principium ejus epiſtulæ eſt, *Audito revertente Miſſo.* Magna quoque pars ejus extat in hiſtoria Reginonis. cujus pars edita eſt Romæ poſt Nicolai epiſtulas. Pro *Gualdradæ*, illic

eſt,

e 1. q. 1. c. 86. Non quales.
f Ivo p. 5. c. 18. decr.
g *Anſ.* l. c. 72.
h *Diſt.* 63. c. 4. Porro.
i *Cæſ. lib.* 3. c. 65.
k 11. q. 3. c. 3. Præcipue.

(α) *Ante caput quintum*, Imperium veſtrum. *diſt.* 10. *hæc in eodem libro verba ſunt*: Item Nicolaus Papa I. in epiſtola ad Michaelem Imperatorem; cujus initium eſt, Proposueramus, *Capitis* 8. Quoniam idem. *ead. diſt. inſcriptio eſt*: Item Nicolaus Papa I. in epiſtula 7. ad Michaelem Imperatorem. *In notis additur*: Huic capiti in codicibus impreſſis erat præpoſitus hic titulus: „ Cyprianus Juliano Imperatori “: quod eſt contra omnem temporum rationem. In manuſcriptis omnibus excepto undecimo Vaticano, abeſt dictio Imperatori, quemadmodum & apud Ivonem. Nonum autem habet, Juliano Episcopo. aliud pervetuſtum. Jubiano. Ceterum integrum boc caput eſt in epiſtola Nicolai ad Michaelem Imp. quæ incipit, Proposueramus: ex quo refertur infra diſtinct. *96.* c. cum ad verum: una cum aliis verbis ejuſdem epiſtolæ, ex quibus hæc pendent. Er ſumptum eſt ex Gelaſio in tomo de anathematis vinculo. Propria: In originali eſt: „ propriam volens medicinali humilitate ſurſum efferri “. Ivo habet, ut Gratianus hic in pleriſq. codicibus. In nonnullis tamen eſt: „ propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri “: quemadmodum etiam infra diſt. *96.* c. cum ad verum. Apud Gelaſium loco indicato legitur: „ Sic actionibus propriis, dignitatibusque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, „ ſuos volens medicinali humilitate ſalvari, „ non humana ſuperbia rurſus intercipi, ut „ & Chriſtiani &c. “ *In margine eſt*: Ivo p. 4. c. 188. infra diſt. *96.* c. cum ad verum. In caſu: „ Julianus Imp. vendicabat „ ſibi imperium, & Pontificatum: quod locum habuit in veteri teſtamento. Sed dicit Cyprianus &c. “ *Diſtinct. 96. c. 4.* Ubinam legiſtis. *inſcriptio eſt*: Item Nicolaus Papa in epiſt. ad Michaelem Imp. quæ incipit Proposueramus. *In margine eſt*: Anſ. p. 1. c. 75. *Capitis* 5. *ead. diſt. cujus initium eſt*: Denique hi. *inſcriptio eſt*: Idem in eadem epiſtola. *Et in margine*: Anſ. ibid. *Capitis ſexti* Cum ad verum. *inſcriptio hæc eſt*: Idem paulo inferius. *In margine eſt*: ſupra diſt. 10. c. quoniam. Anſelm. ibid. *Et in notis*: Ad verum. Poſt ultima verba capitis antecedentis ſequitur continenter in eadem Nicolai epiſtola: „ Fuerunt hæc ante „ adventum Chriſti &c. Sed cum ad verum „ ventum eſt, eundem Regem, atque Pontificem ultra ſibi &c. “ Nihil autem mutatum eſt & ob gloſſam, & quoniam eſt initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata ſunt ſupra diſtinct. 10. c. quoniam. *Inſcriptio cap.* 7. Satis evidenter. *ead. diſtinct. eſt*: Idem in eadem paucis interjectis. *In margine eſt*: Anſ. l. 1. c. 71. *Et verſ.* Sed et Theodosius: Rufinus in hiſt. lib. 1. c. 2. *In notis eſt*: Theodosius minor: Verba hæc ſunt accepta ex epiſtola Theodoſii, ac Valentiniani Imperatorum ſynodo Epheſinæ per Candidianum miſſa, quæ eſt in extremo primæ actionis ipſius ſynodi. In verſione antiqua, quæ ſervatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita eſt, eadem plane boc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conveniunt cum Græcis.

(β) *Inſcriptio capitis* 86. Non quales. 1. q. 1. *in eodem libro Romano hæc eſt*: Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſt. quæ incipit Proposueramus. *In margine eſt*: Anſ. l. 1. c. 75. Ivo p. 5. c. 18.

(γ) *Hæc etiam eſt inſcriptio in eodem libro capitis quarti*, Porro ſcias. *diſt.* 63. Item Nicolaus Papa I. Lothario Regi. *In margine eſt*: Ivo p. 5. c. 357.

est *Waldradæ*. C. Antonius Contius notat vocem *Præcipuæ*, cum *æ* A scribendam in fine, quod nomen fuerit proprium ejus mulieris. Estne hoc in aliquo ex his libris? B. Nullum vestigium exstat. Sed neque apud Anselmum, qui bujus capitis verba refert. Pro verbo *declina*, quo Gratianus, & Anselmus *a* utuntur, est in veteri libro, & apud Reginonem, *declinans*, & adduntur hæc: *& ejus consortium perpetuæ oblivioni contradens.* Post vocem, *sequestrata*, alia quoque verba omissa sunt: sed & post vocem *passione*, hæc addi possunt, *& brevissimi temporis desiderio.* Pro illis, *ad perenne traharis exitium*, est illic, *ad sulphureos fetores, & ad perenne traharis exitium.* Pro illis *ut ait beatus Gregorius*: plura sunt in veteri libro. *Sed ut manifestius vera nos dicere scias, beatum Papam Gregorium audi, qui ait.* Sunt autem verba Gregorii *parte III. Pastoralis cap. V.* [α] A. Nunc de *alio capite* tibi dicendum est, cujus initium, *Ita corporis b*, quod Ivo, & Gratianus esse *Nicolai ad Lotharium Regem* prodiderunt & ex eadem epistula idem Ivo *c* esse ait aliud caput, cujus initium est, *An non districta d*. B. De his duobus capitibus nihil certi accepi (β). A. De ceteris agemus, cum licebit.

a *Ans. lib.* 12. *c.* 36.
b 11. *q.* 3. *c.* 96. Ita corporis.
c *Ivo p.* 8. *c.* 277. *decr.*
d 24. *q.* 3. *c.* 19. An non.

DIALOGUS DECIMUSQUINTUS

De eadem re.

A. ECquidnam lucri ex Romanis pagellis fecistis? C. Sunt multa nobis grata: Illud in primis, quod invenimus caput quoddam falso *Eutychiano* adscriptum non a Gratiano *e* solum, sed a veteribus quoque, Burchardo *f*, Ivone *g*, & Anselmo *h*, & alio, nobis ignoto, Polycarpo *i*: recte vindicatum *Theodulpho Aurelianensi cap. XXVI.* quod a te quoque fuerat animadversum *k*. A. *Policarpus* non est B scriptoris nomen, sed libri a *Gregorio Presbytero* collectore canonum conscripti. Estne aliqua varietas insignis? C. Post illa, *neque bibat*, addunt, *neque oret*, ex Theodulpho, Burchardo, & Ivone (γ). B. *Alio capite l* in verbis *Ambrosii m*, quorum pars est in *Toletano concilio n* pro illis, *quod & juratus inter saltantium choros promiserat*, scribunt, *quod eviratus inter &c.* ex Ambrosio, & Ivone in excerptionibus *o*: namque in Panormia *p ejuratus* editum est. A. Consulite veterem Panormiæ librum. Facilis autem errandi occasio est. C. In veteri est *eviratus*, sed ita scriptum, ut aliquis facile non admonitus C *ejuratus* legat. A. *Eviratus* placet, quasi virum se esse oblitus. Sed quid in concilio Toletano est, & apud Rabanum *q*, qui ejusdem Concilii Toletani, & Ambrosii verba refert. B. In utroque libro hæc verba sunt omissa [δ]. Sed & Rabanum Romani non adscripserunt; quod etiam facere debuerant in *margine capi-*

e 22. *q.* 1. *c. ult.*
f *Burch. lib.* 12. *c.* 14.
g *Ivo p.* 12. *c.* 71. *decr.*
h *Ans. lib.* 11. *c.* 65. *vel* 71. In Rom.
i *Polyc. lib.* 6. *tit.* 11.
k *Lib.* 1. *dial.* 13.
l 22. *q.* 4. *c.* 8. Unusquisque.
m *Amb. lib.* 3. *c.* 12. *de officiis.*
n *Tolet.* 8. *c.* 2.
o *Ivo p.* 12. *c.* 17. *decr.*
p *Idem lib.* 8. *tit.* 8. *c.* 16. *pan.*
q *Raban. c.* 21. *pœn.*

T 2

[α] *Quod ad caput tertium attinet, cujus initium*, Præcipue Gualdradæ. 11. *quæst.* 3. *hæc est in eodem libro ejus inscriptio*: Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epistola, cujus initium AUDITO. *In margine est*: Anselm. l. 3. c. 66. Regino chron. l. 2. *Et ad verba*, ut ait beatus Gregorius, *additur*, Pastor. p. 3. c. 5. *Et in notis*: Sumptum est caput hoc ex epistola Nicolai, quæ incipit: „ Audito revertente misso vestro " & extat Romæ in monasterio Dominicanorum: est autem quasi in epitomen redactum (redacta *scribo*) multis verbis omissis. Hujus epistolæ bonam partem refert Regino libro secundo Chronicorum.

[β] *Eadem quæst. tertia capitis 96*. Ita corporis. *in eodem libro inscriptio est*: Item Nicolaus Papa Lothario Regi. *In margine hæc sunt*: Ivo p. 8. c. 227. *Et vers.* Probat. *additur*: supra ead. THEODUALDUM. *Inscriptio cap.* 19. An non districta. 24. *q.* 3. *est*: Item Nicolaus Papa Lothario Regi. *In margine est*: Ivo p. 8. c. 227.

(γ) *De inscriptione capitis extremi* 22. *q.* 1. *scriptum est lib.* 1. *dial.* 13. *addit.* 14.

(δ) *Ante caput octavum* Unusquisque. 22. *q.* 4. *in Romano libro inscriptio est*: Item Ambrosius de officiis lib. 3. c. 12. *Et in margine est*: In Tolet. 8. c. 12. Ivo p. 12. c. 17. *Et vers.* Sæpe plerique *additur* Pann. l. 8. c. 101. *Et vers.* NON SEMPER: infra eadem. NON SEMPER. *In notis est*: EVIRATUS. Emendatum est ex B. Ambrosio, & Ivone. Antea enim legebatur, ET JURATUS. *Rabanus omissus est.*

A Contii hæc verba sunt in margine istius capitis: *Puto legendum* Præcipuæ *ut sit proprium nomen.* Doleo hanc conjecturam excidisse viro doctissimo. Vide locum integrum tomo tertio Conciliorum Galliæ pag. 329. in epistola Nicolai ad Lotharium quæ incipit *Audito revertente Misso nostro.* B.

B Dixi de Gregorio, ejusque collectione Polycarpo in *Hist. jur. Eccles. num.* 274. M.

C Recte. Nam etiam in manuscripto Pannormiæ codice Victorino sic scripta est vox illa ut facile dignosci non queat utrum *eviratus* legendum sit an *ejuratus*. Attamen vetusti correctoris diligentia effectum est ut intelligeremus legendum esse *eviratus*, ut qui mucrone cultelli disjunxerit literas *u* & *i*. B.

pitis V. & IX. eiuſdem quæſt. a [α]. A. Fortaſſe imperfectæ hæ paginæ conſcriptæ ſunt. C. Ita eſt, ut dicis: namque alia invenimus mendoſa, aut omiſſa. A. De his alia die agemus. Nunc ad *Nicolaum* revertamur. *Caput ſecundum tituli ſeptimi*, cujus initium b, *Quæ Lotharius*, apud Gratianum hanc habet inſcriptionem: *Nicolaus Papa Carolo Regi*: quod ante eum Ivo *in epiſt. LXII. ſive CXXVI. ad Hugonem Lugdunenſem* ſcripſerat. *Regem Francorum* appellat Cochlæus, *Imperatorem* Anſelmus c, qui plenius verba Nicolai refert. Fons quærendus eſt ex tuo veteri libro. B. *Ludovico Regi* inſcribitur epiſtula, cujus initium, *Syllabarum veſtrarum*, in ea extrema Anſelmi, & Ivonis, & Gratiani verba inventa ſunt. In verbis varietas non eſt animadverſione digna. Recte Contius notat, verba Gratiani eſſe illa, *In manifeſtis* &c. [β] A. Quod ſequitur caput, *Scelus, quod Lotharius*: ex alia epiſtula ſumptum videtur, quæ miſſa eſſe dicitur *Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam conſtitutis*, apud Gratianum d, atque *per univerſas provincias*, addit Ivo e, idemque eſt in libro Cæſarauguſtano f, in quo tamen vox *Galliam* deſideratur. A te expecto, ut fontem aperias. B. Fruſtra expectas: nullum enim habeo, quem poſſim oſtendere: niſi forte ex Ivone conjectura ducamur: ut idem ſit fons, qui eſt alterius capitis, cujus initium, *Theugualdum* g, quod eſt in *extremo regiſtro* Romæ edito, & id fragmentum eſſe ſynodi Romanæ exiſtimabas: quod etiam ſelectis Romæ placuit. A. Non diſplicet conjectura, ſed certiora expectemus [γ]. De illo videamus, cujus initium, *Excellentiſſimus Rex Carolus* h, quod ex *epiſtula ad Hincmarum Rhemorum Archiepiſcopum* ſumptum dicitur, licet in nomine ſit varietas, de qua alio die dictum eſt. Apud Ivonem i eadem eſt inſcriptio, quæ apud Gratianum. Quid tu habes dicère? B. In incertis eſſe collocandum (δ). A. ſequitur *titulus VIII. de Patriar-*

a 12. q. 4. c. 1. In malis. & c. 9. Incommutabilis.

b 2. q. 1. c. 16. Quæ Lotharius.

c Anſ. lib. 12. c. 16.

d 2. q. 1. c. ult.

e Ivo p. 8. c. 226. decr.

f Cæſar. lib. 10. c. ult.

g 11. q. 3. c. 10. Teugualdum.

h 11. q. 3. c. 102. Excellentiſſ.

i Ivo lib. 5. tit. 3. c. 26. pan. & p. 14. c. 46. decr.

[α] *In eadem quæſt. 4. cap. 5.* In malis. *in eodem libro hæc inſcriptio eſt*: Item Iſidorus in Synonimis libro ſecundo. *In notis additur*: SECUNDO: Etiam B. Braulius in vita Iſidori memorat duos ſynonimorum libros. Et in ſynonimit, quæ nuper cum aliis Iſidori operibus ſunt Pariſiis impreſſa, facile locum haberet diviſio in duos libros. Nam ex poſteriore parte videtur ſumptus libellus de norma vivendi, qui in eodem Pariſino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetiis ſub hoc titulo: „ Iſidorus de homine, & ratione deflente, & de homine, & ratione conſolante " impreſſus eſt, videtur epitome quædam ſynonimorum. *In margine hæc ſunt*: Cap. de mendacio in impreſſo Pariſiis. Ivo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gloſſa ordinaria in c. 14. Matthæi in verſ. Juramentum. *Capitis IX. ejuſd. quæſt. cujus initium*: Incommutabilis, *hæc inſcripto eſt*: Item ex concilio Toletano 8. c. 2. *In notis additur*: Initium hujus capituli emendatum eſt ex recentioribut editionibus conciliorum Colonienſibus & codice Lucenſi regio. In vetuſtioribut autem editionibus & duobus codicibus Vaticanis, duobuſque monaſterii Dominicani poſt verſ. INNECTENOA, quod in ipſo concilio antecedit huic capitulo, ſequitur continenter: „ Etenim immutabilit Deitatis licet dicta ſint „ firmiſſima, crebro tamen &c. " Intermediis omiſſis. *Rabanus omittitur.*

(β) *Caput 16.* Quæ Lotharius. 2. *q.* 1. *in eodem libro ita inſcribitur*: Item Nicolaus Papa Ludovico Regi in epiſtola, quæ incipit SYLLABARUM. *In margine eſt*: Anſ. l. 12. c. 35. *In notis additur*: Sumptum eſt ex epiſtola, quæ habetur in codice ſæpe memorato monaſterii Dominicanorum, in qua hæc præcedunt: „ Accuſatorem autem habere Lotharium non niſi illum, qui accuſator fratrum in Apocalypſi appellatur, & opera „ ejus, quæ & ipſa ejuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profecto competimus. „ Quæ vero Lothariut Rex &c. "

(γ) *Gratiani verba ſunt ante caput extremum 2. q. 1. in eodem libro*: Unde idem Nicolaus Papa ſcribit Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam conſtitutis. Scelus quod Lothariut &c. *In margine eſt*: Ivo p. 8. c. 226. Regino omnia hæc refert lib. 2. Chron. n. 875. *Capitis* 10. Teugualdum 11. *q.* 3. *inſcriptio eſt*: Item Nicolaus Papa. *In margine additur*: In ſynodo Romana c. 2. Item: al. Thietgandum. Ivo p. 8. c. 226. *Et in notis*: Caput hoc Ivo citat ex Nicolao Epiſcopit, & Archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atque per univerſas provincias conſtitutis. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quid in concilio a ſe Romæ habito de Netenſi ſynodo penitus abolenda, & depoſitione Thietgandi, & Guntharii ſtatutum fuerit. De quo quidem concilio, & horum Epiſcoporum depoſitione Regino lib. 1. Chronicor. accurate hæc inſcribit: „ Interea Thietgandus &c. " CONSISTERE: In ſecundo capite concilii locut hic ita habet: „ Conſiſtere: Diffinientes, „ &c. " & ſunt verba ſumpta ex capite, SI QUIS EPISCOPUS OAMNATUS. ſupra eadem ex concilio Antiocheno.

(δ) *Eadem quæſt. 3. cap.* 102. Excellentiſſimus. *in eodem libro inſcriptio hæc eſt*: Uude Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo. *Et in margine eſt*: Ivo p. 14. c. 46. Pann. l. 5. c. 106. *Et ad verba*, novit aliud eſſe &c. *additur*: B. Greg. l. 34. mor. c. 16.

triarchis, & Archiepiscopis, cujus quattuor capita sunt: *quartum* autem est illud, de quo agebamus, cujus initium, *Theugualdum a* ex *epistula* missa *omnibus Episcopis Galliæ, & Germaniæ* apud Cochlæum. Id Ivonis *b* verbis confirmatur, licet Gratianus *Nicolai* tantum nomen adscripserit, nisi quid selecti viri addiderunt. B. Adduot, *in synodo Romana contra synodum Metensem cap. secundo.* In extremo capite illis verbis, *Prædictis autem depositis*, hæc addunt: *Hæc non sunt in eo concilio, sed ex aliqua epistula sunt, quam non habemas. Videndus Regino libro secundo chronicorum.* A. Ivo eadem verba omisit, sed & in fragmento Romæ edito pro eis verbis alia sunt. De aliis nos capitibus videamus. *Capout primum c ex epistula ad Joannem Ravennatem Archiepiscopum* esse dicitur. Ad *Nicolaum minorem* pertinere in quodam Mich. Thomasii libro inveni. B. In Pontificali de vitis Pontificum libro certius est, Nicolaum primum in concilio Romæ habito in domo Leoniana de caussa hujus Joannis cognovisse, eique restituto dixisse, ut Episcopos per Æmiliam nisi post electionem de eis cleri, & populi, atque per epistulas Apostolicæ sedis Præsulis non habeas consecrandi licentiam. A. Hæc meliora sunt, quam quæ Gratianus refert (α). Qoid de *altero capite* dices, cujus initium, *Hæc est ordinatio. d*, *ex epist. ad Salomonem Regem Britonum?* B. Nihil habeo, quod dicam. C. Contius addit, *Regem ultimum eum fuisse Britonum* [β]. A. *Caput tertium*, cujus initium, *Conquestus est e*, apnd Ivonem *f* sæpe relatum invenio tam in Exceptionibus & in Panormia, quam io epistulis, ex *epistula Nicolai ad Rodulphum*, sive *Rudulphum Archiepiscopum Bituricensem*, quem etiam *Primatem Aquitaniarum* vocat. Sic etiam inscriptum est ut apud Gratianom, bis in libro Cæsaraugustano *g*. B. Non extat in his, quos attuli libris. A. Ex eadem epistula fortasse est *caput prius* tituli ooni *de sacris ordinibus* cujus initium; *Quæ in consecrationibus h*. Habet enim similem ioscriptionem apud Ivonem *i*, & Gratianum, nisi tibi aliud videatur. B. Non babeo, quod tuis verbis addam (γ). A. *Posterioris capitis*, cojus initium, *Simoniaci*, inscriptio apud Ivouem *k* est, *In decretis Nicolai cap. II.* apud Gratianum *l Nicolaus Papa II.* utram tu inscriptionem veriorem putas? B. Nihil certi coostitui potest (δ). A. *Titulus X. de Episcopis* octo habet capita, ex qoibus tria eandem habent ioscriptionem: *Nicolaus Alvino*, vel potius *Albino Archiepiscopo Januensi.* Primi *m* initium: *Episcopi ab anni*: alterius *n Pontifices, qui aliqua*: tertii *o Episcopos vero.* Hæc apud Ivonem *p* in Excerptionibus ita inscribuntur: *Nicolaus Alvino Jovanensi Episcopo*: sed in margine *Januensi*. Mihi quidem mendosum videtur, *Januensi Archiepiscopo*; sed & Contio *Jovanensi* non displicet; tibi optio permittitur, vel potius, ut fontem ostendas, rogandus es. B. Hac quoque in re mei adhuc fontes sitiuot. *Januenses* autem, vel *Genuates* sub Nicolao Archiepiscopum non habuisse crediderim. De *Jovanensi Episcopo* quærendum censeo. C. Quid si *Lovaniensem*, vel *Viennensem* scribamos? B. Incertum id quoque est (ε). A. Est *aliud caput q*, cujus initium est, *Episcopis dispensatio*, id Gratianus *Nicolai Papæ* tantum nomine inscripsit; Cochlæus, & Demochares recte *Michaeli Imperatori* adscripserunt: est enim in extrema illa epistula, cujus initium, *Proposueramus* (ζ). In tertio capite *r Si quælibet*, cujus initium apud Gratianum est, *Denique Suffredus*, nihil addunt. Tuum auxilium imploran-

a d. c. 10. Teugualdum.
b Ivo d. c. 226.
c Dist. 63. c. 13. Episcopos.
d 3. q. 6. c. 10. Hæc quippe.
e 9. q. 3. c. 8. Conquestus.
f Ivo lib. 4. tit. 4. c. 3. pan. & p. 5. c. 56. decr. & in epist. 77. vel 133. Remensis diœcesis Episcopis, & epist. 234. vel 238. Lugd. Primati, & epist. 54. vel 55. Hugonis Lugdun. Archiepiscopo & epist. 58. Urbano II. Pont. Max.
g Cæs. lib. 2. c. 79. & lib. 3. c. 51.
h Dist. 23. c. 12. Præterea.
i Ivo p. 6. c. 121. decr.
k Ivo lib. 3. tit. 9. c. ult. pan.
l 1. q. 1. c. 107. Statuimus.
m Dist. 34. c. 1.
n 7. q. 1. c. 4. Pontifices.
o d. c. 4. in fin.
p Ivo p. 5. c. 352. & 353. decr.
q Dist. 43. c. ult.
r 6. q. 3. c. 3. Denique.

(α) *Distinct. 63. cap.* 13. Episcopos per Æmiliam. *Inscriptio est in eodem libro*: Item Nicolaus Papa Joanoi Ravennati Archiepiscopo. *In notis est*: In vetusto codice Mutinensi sex concilii Romæ habiti referuntur capitula, quorum secundom est boc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.

(β) *Hæc est in eodem libro inscriptio cap.* 10. Hæc quippe. 3. *q.* 6. Unde Joannes Papa Salomoni tertio, & oltimo Regi Britonum. *In margine est*: Regino lib. 2. Chron. *In notis*: SUBROGATI POST AUNT: Sic restitutum est ex aliquot vetustis, & valde emendatis codicibus. Antea legebatur, SUBROGARI POSSUNT.

(γ) *Ante caput octavum* Conquestus est. 9. *q.* 3. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo. *In margine est*: Ivo p. 5. c. 56. Pann. l. 4. c. 29. *Capitis* 12. Præterea. *dist.* 23. *inscriptio est*: De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho Archiepiscopo Bituricensi. *In margine est*: Ivo p. 6. cap. 121. & vers. Ergo. Innoc. PP. I. ep. 1.

[δ] *Inscriptio cap.* 107. Statuimus. 1. *q.* 1. *in eodem libro hæc est*: Hanc distinctiooem innuit Nicolaus Papa secundus scribens omnibus Archiepiscopis. *In margine est*: 4. sent. distinct. 25. Paun. l. 3. c. 127.

(ε) *Capitis primi dist.* 34. *in eodem libro inscriptio est*: Unde Nicolaus Papa ad Albinum Archiepiscopum. Quorundam relatiooe &c. *In margine est*: al. Alvioum. Ivo p. 5. c. 353. *Inscriptio cap.* 4. Pontifices. 7. *q.* 1. *hæc est*: Item Nicolaus Papa Alvioo Januеosi Archiepiscopo. *In margine est*: al. Albino Vieneosi. Ivo p. 5. c. 352.

(ζ) *Dist.* 43. *capitis extremi in eodem libro inscripsio est hæc*: Item Nicolaus ad Michaelem Imp. in epistola, cujus initium est, PROPOSUERAMUS. Dispensatio est oobis &c. *In margine hæc sunt*: DISPENSATIONE NOBIS: orig.

randum eſt. B. Immo divinum: Humano enim deſtituti ſumus (α). Idem dicturus ſum de VI. capite *Sciſcitaris a*, quod ex *epiſtula* miſſa *Hunifrido Morinenſi Epiſcopo* ſumptum dicitur. A. Hæc igitur incerta relinquimus. C. *Humifrido* pro *Hunifrido* eſt apud Democharem, & Contium. A. Cochlæi ſcriptura magis placet (β). Cetera in alium diem differamus.

a 7. q. 1. c. 47. Sciſcitaris.

DIALOGUS DECIMUSSEXTUS.

De quibuſdam locis Gratiani Romanæ editionis, & de aliis Nicolai capitibus.

A. VEſtrum nunc eſt de Romanis pagellis dicere. B. Quod ex *B. Auguſtini epiſtula CLIV.* Gratianus refert *b* de jurejurando Laban, mendoſum erat, *ſicut Laban per Deum Sochor*; ſcribi enim debuit, *per Deum Nachor c*, ut in ſacris libris eſt, licet in Auguſtini editis libris ſit Jacob. A. Vidiſtis quid Ivo, & Anſelmus, & liber Cæſaraugustanus ſcripſerint? B. Ivo *d* in Pannormia habet, *Laban per Deos ſuos Sochor vel Nachor*. Idem in Excerptionibus *per Deum Nachor*, ut etiam Romani referunt. In Anſelmi libro *e* omiſſa ſunt hæc verba. In Cæſaraugustano eſt *f*, *per Deum Sabaoth*, quod etiam invenimus in veteri Gratiani libro, in alio tamen non minus veteri eſt Sochot. C. Romani referunt, in vetuſto Gratiani libro inveniſſe *Nachor*. A. Id igitur teneamus, quod in ſacris libris eſt. B. In eodem capite verba Gratiani ſunt: *ſicut Joſeph, qui per Pharaonem jurando, hoc in eo veneratus eſt, quod Dei judicio poſitus erat in infimis.* In margine eſt, *alias Memphis.* & in ſcholio: *In infimis.* alias *Memphis*, *quæ erat caput regni Pharaonis*: & in alio ſcholio: *Poſitus erat ſcilicet Pharao. In infimis, id eſt, in mundanis. Vel poſitus erat, ſcilicet Princeps in mundanis, vel in Memphis, quæ civitas erat, vel caput regni.* Hæc in Romano edita ſunt, ut jam pridem habebamus. In duobus quoque veteribus tuis Gratiani libris illa ſunt, *in infimis*: & in altero eorum hoc ſcholium: *id eſt, in mundanis, vel terrenis, & erat præpoſitus aliis*: & in voce *poſitus* additur in margine: *Pharao*. In ſacris libris, cum de Pharaone agitur, Memphis nulla mentio eſt. A. Ego pro *in infimis* malo *in ſummis* ſcribere: *in Memphis* dicere per Grammaticos non licet. C.

b 22. q. 1. c. 16. Movet. §. Alia.

c Gen. 31. vel 31.

d Ivo lib. 8. tit. 8. c. 28. pan. & p. 12. c. 35. decr.

e Anſ. lib. 11. c. 69.

f Cæſar. lib. 6. c. 19.

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis,

ait Valerius Poeta; quibus verbis apparet, Memphin claram fuiſſe illa pyramidum mole, quas Ægypti Reges feciſſe conſtat ex Herodoto, & Diodoro Siculo. A. Invenies, ut opinor, apud Euſebium, quis fuerit ille Rex Ægypti, cui Moſes ſervierit, eumque fuiſſe ante Memphim conditam ab Epapho Jovis filio (γ). B. Mendoſe editum invenimus *capite altero g quæſtionis quartæ ejuſdem cauſſæ in margine*, *Matth.* 4. pro *Matth.* 14. & *Ivo part.* 12. *cap.* 3. pro *cap.* 10. Et capite quinto *h* deſiderantur hæc: *Raban cap.* 21. *pœnit. & Burchard. lib.* 12. *c.* 29. *& Ivo p.* 12. *cap.* 12. *&* 84. C. Ego in ſcholio capitis noni *i* non recte editum eſſe credo, *Sententiam, id eſt, communicationem*: ſed melius alii habent, *comminationem*. Quæ vero ex *Macrobio* afferuntur, *tripliciter contingit Deos loqui*: in *ſomnio Scipionis* reperiri aliis verbis exiſtimo. *Sed non advertunt hanc habere legem omnia * vel ſigna, vel ſomnia: ut de adverſis oblique aut denuntient, aut minentur, aut moneant*: & quæ ſequuntur [δ]. A. Imperfectas eſſe iſtas pagellas exiſtimo, & mendoſas; integras, & ſine iſtis mendis habebimus alias: interea Nicolai capita perſequamur. *Caput VII. decimi tituli*, cujus principium eſt,

g 22. q. 4. c. 2. Eſt etiam.

h c. q. c. 5. In malis.

i c. q. c. 9. Incommutabilis.

* Omina, f.

[α] *Hæc etiam ſunt in eodem libro verba ante c.* 3. Denique Suffredus. *6. q.* 3. Item Nicolaus Papa. *Ad illa verba*, Quod quia omiſſum; *additur in notis*: Locus hic emendatus eſt ex pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus.

(β) *In eadem editione inſcriptio cap.* 47. Sciſcitaris. *7. q.* 1. *hæc eſt*: Item Nicolaus Papa Humifrido Morinenſis eccleſiæ Epiſcopo.

(γ) *Gratianus ita ſcribit in eodem Romano libro ante c.* 16. Movet te. 22. *q.* 1. De bis ita ſcribit Auguſtinus eadem epiſt. 154. ad Publicolam. *Et in margine eſt*: Sent. 3. diſt. 39. Auſ. l. 11. c. 75. Ivo p. 12. c. 35. Pann. l. 8. c. 117. Polyc. l. 6. tit. 11. *In notis hæc ſunt*: QUIA ILLE: In epiſtolis B. Auguſtini excuſis legitur: „ quam ille, qui „ ei jurat, falſos Deos colit “. In codice earumdem Vaticano: „ quando ille, qui ei ju„ rat, falſos Deos colit “; in editione Frobeniana, & apud Ivonem: „ quia ille, qui ei „ jurat, falſos Deos colit “: NACHOR: Sic eſt emendatum ex loco ipſo Geneſis, Ivone, & uno vetuſto Gratiani codice, in cujus quidem vulgatis erat: „ per Deum Sochot “. In B. Auguſtini autem: „ per Deum Ja„ cob “: Verba Gratiani: „ ſicut Joſeph, &c. “ & ſcholii, ut in dialogo.

(δ) *Eadem cauſſa quæſt.* 4. *cap.* 2. Eſt etiam. *hæc in eodem libro inſcriptio eſt*: Item Ambroſius de officiis lib. 1. c. 50. *In margine eſt*: Ibidem in Tolet. 8. [*adde c.* 2.] ſent. 3. diſt. 39. Ivo p. 12. c. 3. (*ſcribe c.* 10.) Pann. l. 8. c. 91. Matth. 4. (*ſcribe* 14.) *In notis eſt*: CUSTODIRE: Addita eſt vox iſta ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur. *De inſcriptione cap.* 5. In malis. *ead. q. ſcriptum eſt dial.* 15. *addit.* 3. *hujus libri. Scholium* Sententiam, id eſt, communicationem. *c.* 9. INCOMMUTABILIS. *ead. q. ſic eſt editum, ut in dialogo refertur.*

est, *Reprehensibile valde* a, *Nicolai ad Carolum Imp.* esse ait Gratianus post Ivonem b, & librum Cæsaraugustanum c *Regem Francorum* vocat Cochlæus. Estne in aliquo veteri libro? B. Inventa est *Ludovico, & Carolo Regibus missa epistula*, cujus initium *Credimus ex Dei dono*: ex ea mutandum est pro *cum omnibus aliis*, *cum aliis*, voce *omnibus* omissa (α). A. *Capitis VIII.* d inscriptionem ad *Radulphum*, sive *Rodulphum Bituricensem Archiepiscopum* vidimus, cum de capitibus tituli octavi ageremus: eadem est apud Ivonem e. B. Ita est, ut dicis; sed fontes adhuc quærimus (β). A. *Titulus XI. est de presbyteris*, cujus sex capita sunt. *Primum caput* f non recte *Nicolao primo omnibus Episcopis* adscribitur, cum sit *Nicolai minoris in concilio Romano cap. III.* Neque male Ivo in Pannurmia g inscripsit, *Decretum Nicolai junioris, & Alexandri*; quod etiam Demochares notat. *Alexandri* autem *minoris* verba refert præter Ivonem, Gratianus h & liber Cæsaraugustanus i (γ). *Caput alterum*, cujus initium, *Sacerdotes* ex epistula missa *Carolo Archiepiscopo & eius suffraganeis*, Ivo k & Gratianus l adscribunt; *Carolo Archiepiscopo Maguntino* Cochlæus. *In gestis concilii Vormaciensis*, Demochares. Id confirmatur ex *libro conciliorum cap. XI. & XII. eiusdem concilii* [δ]. Incertior est inscriptio *tertii capitis*, cujus initium, *Si presbyter*; est enim apud Ivonem m, *Nicolaus Hosbaldo Episcopo Quadrantino Coepiscopo*, pro *Episcopo* habet Gratianus, n *chorepiscopo* Contius ex veteri libro. *Osualdo coepiscopo*, Joannes Cochlæus. Mihi *Osualdo Episcopo* magis placet, nisi tu certiora adferas. B. Nihil habeo de ea re dicere. *Osualdi Episcopi nomine* vidi libellum *Martyrologium* inscriptum. A. Idem *Oswaldus* A ap-

a 23. q. 8. c. 19. Reprehensibilis.
b *Ivo p. 5. cap. 334. decr.*
c *Cæs. lib. 4. c. 84.*
d *De conf. d. 1. c. 55.* Porro.
e *Ivo p. 5. c. 20. decr.*
f *Dist. 32. c. 5.* Nullus.
g *Ivo lib. 3. tit. 11. c. 3. pan.*
h *c. 6. Preter. dist. c.*
i *Cæs. lib. 8. c. 44.*
k *Ivo lib. 3. tit. 11. c. 4. pan.*
l *Dist. 50. c. 33.* Sacerdotes.
m *Ivo p. 10. c. 24. decr.*
n *Dist. 50. c. 30.* Studeat.

(α) *Quod attinet ad cap. 19.* Reprehensibile. 23. *q.* 8. *in eodem libro id ita inscribitur*: Sed obiicitur illud Niculai ad Ludovicum, & Carolum Reges. *In margine est*: Ivo par. 5. c. 334. *Et in notis*: Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasterio Dominicanorum scripta Ludovico, & Carolo Regibus: cujus initium est: „ Credimus ex Dei dono “, in qua de Carolo, sermonem proprie ad ipsum convertens, queritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipue, quæ hoc capite continetur, nullos Episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat: AD CAROLUM IMPERATOREM. *In casu relictum est*, Carolus Imperator scribit &c.

(β) *De consecrat. distinct.* 1. *c.* 56. *Romanis, cujus initium est*, Purro Gloria, *hæc inscriptio est*: Item Nicolaus Papa Rodulpho Archiepiscopo Bituricensi. *In margine est*: Ivo par. 5. c. 20. *Et in notis*: APOSTOLICO: Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus: Ivo tamen habet.

[γ] *Ante caput quintum*, Nullus missam, *dist.* 32. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis *In margine est*: In synodo Romana CXIII. Episcoporum in basilica Constantiniana. *Et*: Pann. l. 3. cap. 135. *In extremo capite hæc verba sunt*: [Quicumque sacerdotum, & diaconorum &c.] Sicut in subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur. SICUT IN SUBSEQUENTI: Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secundus in epistola, quæ extat, omnibus Episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim Episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (ut ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio a se habito iisdem verbis repetivit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai junioris, & Alexandri. *Inscriptio cap. 6.* Præter hoc. *ead. dist.* Item Alexander secundus. *Et in margine est*: In epist. proxima notat. indicata. Pann. ibi. & l. 8. c. 142. *Et ad verba*, Papæ Leonis, *additur*: Leo IX. in concilio Romano. *In notis est*: ET ROGANTES: Hæc usque ad vers. DEINDE, addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus, DEINDE, qui in epistola Alexandri non est.

(δ) *In eodem libro inscriptio cap* 33. Sacerdotes. *distinct.* 50. *hæc est*: Unde Nico- la-

A Vir fuit optimus & sanctissimus, valde laudatus a Willelmo Malmesburiensi in libro *tertio de gestis* Pontificum Anglorum, & a ceteris scriptoribus Anglis, tum etiam a Francisco Godwino, licet illum is postea mordeat in causa cœlibatus Clericorum. At calidissimus Joannes Balæus omnes reverentiæ & honestatis terminos heic excessit, huc etiam progressus ut Oswaldum Odonis Archiepiscopi Cantuariensis filium ex monacha fuisse impudenter insinuaret, quia videbat eum dici nepotem Odonis, id est, fratris filium, ut interpretatur Godwinus. Fuit autem primo Wigorniensis Episcopus, (non Wintoniensis, ut male credidit Antonius Augustinus) deinde Archiepiscopus Eboracensis. Retinuit tamen semper episcopatum Wigorniensem, ne monastica professio, quam ipse illic recenter instituerat, evanesceret per absentiam ejus. Decessit die 27. Februarii anno 992. Wigorniæque in Ecclesia a se constructa sepultus est, ubi ad tumulum ejus, ut scribit idem Godwinus, multa patrata perhibentur miracula, propter quæ a posteritate credula sanctorum numero adscriptus est. Attamen Joannes Pitseus putat eum pervenisse usque ad annum decimum supra millesimum. Scripsit nonnulla opuscula, quæ a Balæo & Pitseo enumerantur. Nullus tamen eorum meminit Martyrologii ab eo scripti. B.

appellatur. Fuitque ejus nominis sanctus vir Episcopus Vintonensis, & postea Eboracensis in Britannia: in qua insula ego veterem librum Oswaldi martyrologii titulo inscriptum inveni [α]. *Caput quartum Presbyter iste*, ex *epistula* missa *Gerardo*, sive *Girardo Turonensi Archiepiscopo* Gratianus *a* inscripsit, Ivo *b* eum *Airardum* appellat. Quid tu ais? Fuitne aliquis A hoc nomine Archiepiscopus, ad quem Nicolaus scripserit? B. Nihil habeo quod dicere possim (β). A. Certior est inscriptio *capitis quinti*, cujus initium, *Sciscitantibus c*. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum*, quæ melius est apud Gratianum, & Ivonem *d* in Pannormia, quam apud eundem in Excerptionibus. Sine inscriptione est in libro Tarraconensi *e*. Est in editis capitibus *cap. LXXI.* ex quo possunt addi verba a Gratiano prætermissa. Aliter Lucius tertius refert hujus capitis verba, cum scribit *f*, *sacramenta, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existunt*: *contagionum* enim habet Nicolaus, non *cogitationum*, neque *pollutionum*, ut est in quadam collectione *g* posita post concilium Romanum Alexandri tertii [γ]. *Sextum caput h* inscribitur, *Nicolaus Thadoni*, *vel Tadoni Archiepiscopo Mediolanensi*, apud Ivonem *i*, & Gratianum. Quid tu his addis? B. Hoc tantum, *de presbyterorum* flagellatoribus agere Nicolaum, non *clericorum*; ut est in epitome [δ]. A. Nunc surgendum censeo.

a 2. q. 1. c. 10. Notum.
b *Ivo p. 6. c. 429. decr.*
c 15. q. 8. c. 5. Sciscitantibus.
d *Ivo lib. 5. tit. 1. c. 31. pan. & p. 1. c. 83. decr.*
e *Tarrac. lib. 5. c. 168.*
f *De cohabit. cler. c. 7.* Vestra. *apud Gregor. IX. c. 1. De vita & hon. cler. in 2. collect.*
g *Par. 50. c. 28.*
h 17. q. 4. c. 23. De presbyteror.
i *Ivo p. 10. c. 20. decr.*

DIALOGUS DECIMUSSEPTIMUS.

De aliis Nicolai Papæ capitibus.

A. TItulus XII. de clericis inscribitur, tria tantum habet capita. *Primi capitis* initium, *Clericus, qui*. Ejus inscriptio apud Gratianum *k*: *Nicolaus Papa Odoni Viennensi Archiepiscopo*: apud Ivonem *l*, *Stephanus Adoni Viennensi Archiepiscopo*. Est etiam varietas in illis verbis *De illo clerico Alverico*: est enim *Alvico* pro *Alverico* apud Ivonem, *Albino* apud Contium, qui *Othoni Coloniensi* in margine adscripsit, & *Adoni Viennensi*, ex Ivone. *Stephani* non habuit rationem. B. In veteri libro extat *Nicolai epistula Odoni Archiepiscopo* missa, ut in indice scriptum est, *Adoni* in verbis plene relatis: in eadem hoc non inveni caput; sed illud, quod alibi posuit Gratianus *m*, ita inscriptum, *Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo*. Eadem inscriptione utitur Ivo *n* in Excerptionibus, & in epistulis. A. De eo capite postea erit agendum [ε]. *Caput alterum*, cujus initium, *Clericum*, quod apud Gratianum *o* solo *Nicolai Papæ* nomine inscribitur: apud Ivonem *p*, *Nicolaus Wilfredo Morinensis ecclesiæ Episcopo*, sed & plenius scriptum est: sic etiam in libro Cæsaraugustano *q* plenius scribitur, & eodem modo in-

k *Dist. 32. c. 4.* De illo.
l *Ivo p. 6. c. 119. decr.*
m 12. q. 2. *de reb.* 22.
n *Ivo p. 3. c. 152. & in epist. 71. vel 30.* Belvac. Decano.
o *Dist. 32. c. 5.* Clericum.
p *Ivo p. 6. c. 119. decr.*
q *Cæs. lib. 15. c. 35.*

laus Papa Carolo Archiepiscopo, & ejus suffraganeis. *In margine est*: In gestis concilii Vormaciensis c. 11. Vide Ivonem p. 10. c. 180. Pann. l. 3. c. 136.

(α) *Eadem distinct. cap. 39.* Studeat. *in eodem libro ita inscribitur*: Unde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo Chorepiscopo Quadrantino. *In notis additur*: CHOREPISCOPO: Antea legebatur COREPISCOPO: emendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimeque convenit verbis Nicolai. *In margine est*: Ivo p. 10. c. 24.

(β) *Capitis* 10. Notum sit. 2. *q.* 1. *in eodem libro inscriptio est*: Item Nicolaus Papa Girardo Turonensi Archiepiscopo. *In margine est*: al. Airardo. Ivo p. *6*. c. 429.

(γ) *Gratiani verba sunt ante cap.* 5. Sciscitantibus. 15. *q.* 8. *in eodem libro Romano*: Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 71. *In margine est*: Extra de cohab. cler. & mul. c. VESTRA DUXIT. Ivo p. 2. c. 83. Pann. l. 5. c. 13. *Et in notis*: ET CETERA: Antea legebatur, ETC. Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata, & addita. HIERONYMO: Est in epistola de septem gradibus, quemadmodum & quod sequitur: „ priusquam audias, „ &c. " est ibidem superius. *Cap.* 7. Vestra duxit. *de cohabit. cleric. & mul. ita inscribitur*: Lucius III. *In margine est*: c. 1. eod. tit. in 2. compil. & post concil. Lateranens. sub. Alex. III. p. 50. c. 18. *Vox* contagionum *edita est. Retinenda igitur est in ea collectione.*

(δ) *Quod attinet ad caput* 23. De presbyterorum. 17. *quæstion.* 4. *eius inscriptio in editione Romana est*: Item Nicolaus Papa Thadoni Archiepisco Mediolanensi. *In margine est*: In Chronico Mediolanens. Ivo p. 10. c. 20.

(ε) *Ante caput quartum distinct.* 32. *hæc in Gregoriano libro verba sunt*: Item Nicolaus Papa Odoni Viennensi Archiepiscopo. De illo clerico Alverico &c. *In margine est*: al. Adoni. & al. Alvico. *Et*: Ivo p. *6*. c. 119. *Caput* 22. De rebus. 12. *q.* 2. *ita inscribitur*: Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo in epistola, cujus initium QUIA SANCTITATIS VESTRÆ. *In margine est*: Ivo p. 3. c. 152. *Et in notis*: Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliothecæ Dominicanæ, in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone (al. Odone) sibi propositas.

A Ingenue fatetur Antonius Augustinus nescire se quis sit hic Gerardus, vel Airardus Archiepiscopus Turonensis. Vide infra in Notis ad Gratianum 2. q. 1. cap. 10. *Notum*. B.

inscriptum legitur una excepta voce *Wilfredo*, pro qua est, *Guifredo*. Similis est inscriptio cujusdam capitis *a*, de quo egimus, cum de titulo X. dictum est, licet illic *Hunilfredus* diceretur. Hoc loco apud Cochlæum est, *Osualdo coepiscopo Quadrantino*, ut *capite tertio tituli undecimi b*, quæ etiam inscriptio est cujusdam capitis proximi apud Gratianum *c* huic nostro, & in libro Cæsaraugustano *d* in quo tamen est *chorepiscopo*, pro *coepiscopo* ut apud Contium, & in vetori libro meo est. B. Inscriptionem eandem utrique capiti convenire putavit. Sed cur non invenimus alterius capitis verba in his XX. titulis? C. Quid si posterius caput non esse *Nicolai* credidit, aut utrumque ejusdem esse sententiæ? A. De *tertio capite* videamus, cujus initium, *Hi qui arborem e*. Hoc solum *Nicolai* nomen habet apud Gratianum, & Cochlæum: de eo quid selectis viris placuit? B. Incertum esse, & nusquam repertum [α]. A. Sequitur titulus XIII. de votis monasticis: sub quo sunt capita tria. *Primi* initium est, *Fœmina quæ post obitum*. Ejus inscriptio apud Gratianum *f* est, *Nicolaus ad Albinum Viennensis ecclesiæ Archiepiscopum*. Hic *Adalwinus* appellatur a Burchardo *g* & *Vivenentis ecclesia*: & ab Ivone *h* in Pannormia *Vivacensis ecclesia*, & *Adalwinus* Archiepiscopus. Sic etiam in Excerptionibus *Adalwinus* est *Archiepiscopus*. Sed *ecclesia Viennensis* vel *Vmanensis*, aut, ut in alio capite est, sic inscribitur, *Nicolaus Alumino Junariensi Episcopo*. Ex hac varietate orta mihi hæc opinio est, ut hic idem ille sit *Albinus*, quem alii *Jannensem Archiepiscopum*, alii *Jovanensem Episcopum* vocabant, ut in capitibus tituli decimi invenimus *i*. B. Opinioni tuæ facile subscribo; *Alumino* enim, & *Alwino* similes voces sunt, & *Januensi*, sive *Jovanensi*, cum *Junariensi* maxime convenit. Est quoque titulo XVIII. *aliud caput*, cujus initium, *Inter hæc k*: ita inscriptum apud Gratianum, & Ivonem *l*, *Nicolaus Alvino Archiepiscopo*, sed idem Ivo alibi *m* ita inscripsit, *Nicolaus Carolo Archiepiscopo, & ejus suffraganeis*. A. Video incerta esse hæc omnia. C. Quid de illis verbis dicturus es, quæ *Palea* superiori capiti *n* addidit, quæ a Burchardo, & Ivone sumere potuit, si modo aliquid ab eis sumpsit? an ea dicemus ab Joann. Cochlæo esse omissa, cum tamen *Nicolai* essent? A. Omissa esse constat; cur omiserit, incertum est [β]. *Alterius capitis*, cujus initium, *Præsens clericus*: inscriptio est apud Gratianum *o*, & in libro Cæsaraugustano *p*: *Nicolaus omnibus Episcopis in regno Ludovici*. Apud Ivonem *q* additur, *Nicolaus Papa primus*. Quid habes ex Romanis libris, quod addas? B. Nihil omnino (γ). Sed de illo quidem capite *Vidua quidem r*, cujus inscriptio est apud Ivonem *s*, & Gratianum, *Nicolaus Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis*. A. Cochlæus addit *Carolo Archiepiscopo Maguntino*, ut in alio *capite tituli undecimi*, quod in *Vormaciensi synodo* inventum est. Quærite in eodem concilio. C. *Caput* est *XXI.* in quo extremo hæc verba sunt a Gratiano, & Ivone omissa: *Quod si præsumpserit, a liminibus sanctæ ecclesiæ segregetur, donec ad emendationis remedia confugiat*. A. Poteris hoc addere Romanæ editioni, si in ea fuerit omissum [δ]. Tituli XIV. de laicis duo capita sunt. *Prioris* initium est, *De presbyteris t*. Sumptum est ex *cap. LXX. ad consulta Bulgarorum*, ut etiam Ivo *u* notat. In libro Tarraconensi *x* *Nicolao* tantum *Episco-*

a 7. q. 1. c. 47. Sciscitaris.

b Dist. 50. c. 39. Studeat.

c Dist. 6. c. 6. De his.

d Cæs. lib. 15. c. 34.

e Dist. 50. c. 49. Hi, qui arborem.

f Dist. 27. c. 6. Quod interrogasti.

g Burch. lib. 8. c. 47.

h Ivo lib. 3. tit. 17. c. 18. pan. & p. 7. c. 65. & c. 152. decr.

i Dial. 15. Hujus libri.

k 33. q. 2. c. 6. Inter hæc.

l Ivo lib. 7. t. 2. c. 1. pan. & p. 8. c. 333. decr.

m Idem d. p. 8. c. 124.

n Dist. 27. c. 7. Nam si.

o 20. q. 3. c. 4. Præsens.

p Cæs. l. 9. c. 48.

q Ivo p. 6. c. 350. decr.

r 27. q. 1. c. 34. Vidua.

s Ivo lib. 3. tit. 17. c. 12. pan. & p. 7. c. 145. decr.

t Dist. 28. c. ult.

u Ivo lib. 5. tit. 1. c. 11. pan. & p. 2. c. 82. decr.

x Tarrac. lib. 1. c. 167.

(α) *Distinct.* 50. *caput* 5. Clericum. *in eodem libro ita inscriptum est*: Item Nicolaus Papa. *Et in margine est*: Ivo p. 6. c. 320. *Capitis sexti* De his clericis. *hæc inscriptio est*: Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino. *De cap.* 39. Studeat. *ead. dist. scriptum est dial.* 16. *addit.* 7. & *de cap.* 47. Sciscitaris. 7. *q.* 1. *dial.* 15. *addit.* 14. *Cap.* 49. Hi qui arbores. [*sic enim editum est*, *non* arborem] *ead. dist.* 50. *inscriptio est*: Item Nicolaus Papa.

[β] *Inscriptio capitis sexti* Quod interrogasti. *dist.* 27. *in eodem libro hæc est*: Item Nicolaus Papa ad Albioum Viennens. ecclesiæ Archiepiscopum. *In margine est*: Valde variant hæc nomina in exemplaribus, & Burch. & Ivone. Burchard. l. 8. cap. 47. Ivo p. 7. cap. 65. & 152. Pann. l. 3. cap. 205. *Capitis* 7. Nam si consenserimus. *ead. dist. inscriptio est*: Palea. *In margine hæc sunt*: Burchard. & Ivo ibidem. Pann. l. 5. cap. 206. *In notis est*: Caput hoc in multis Gratiani codicibus, in quibus habetur sine nomine Paleæ, est conjunctum superiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Ivonem. In pannormia autem est sejunctum. *Inscriptio cap.* 6. Inter hæc. 33. *q.* 2. *hæc est*: Hinc idem Nicolaus scribit Albino Archiepiscopo. *In margine est*: Sent. ibidem. [*hoc est*, *Sent.* 4. *distin.* 38.] Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Pann. l. 7. c. 14.

(γ) *Caput quartum.* Præsens clericus, 20. *q.* 3. *in eodem libro ita inscribitur*: Unde Nicolaus Papa scribit omnibus Episcopis in regno Ludovici. *In margine est*: Ivo p. 6. c. 356.

(δ) *Hæc est in eodem libro inscriptio c.* 34. Vidua. 27. *q.* 1. Item Nicolaus Carolo Archiepiscopo, & ejus suffraganeis. *In margine hæc sunt*: Habetur in concilio Vormaciensi c. 21. Ivo p. 7. c. 145. Pann. l. 3. c. 199. *In notis*: OBLATIONES: In concilio Vormaciensi, apud Ivonem, & in Pannormia legitur, OBLATIONEM: sed glossa magis fere convenit voci OBLATIONES.

po adſcribitur [α]. *Poſterioris in ſcripturis a*, apud Gratianum hæc inſcriptio eſt, *Nicolaus Ludovico Imp.* Addit Cochlæus, *Ludovico ſecundo Imp.* Demochares, & Contius *Michaeli Imp.* Sed nobis res incerta eſt, licet de Conſtantini verbis aliquid in epiſtula magna ad Michaelem dicatur, & apud Deuſdedit capite III. B. Idem ſelectis viris placet [β]. A. Tituli XV. de eccleſiis capita tria ſunt. *Primi* initium, *Nulla ædificia b*, licet nomen habeat *Nicolai* Papæ, melius inſcriberetur, *concilii Salegunſtadienſis capite XII.* ut eſt apud Burchardum *c* & Ivonem *d* & pro *clericorum* ſcribendum eſt, *preſbyterorum* (γ). *Alterius* capitis, *De rebus quæ ſemel e*: inſcriptio eſſe debet, *Nicolaus Adoni Archiepiſcopo*, ut a te dictum eſt hodie. De varietate nunc dices. B. Dixi extare *Nicolai Epiſtolam*, ejus initium eſt: *Quia ſanctitatis veſtræ.* In ea pro *conceſſionis Principum*, eſt, *ſucceſſionis*, quod non æque placet: & pro *conſulatis Principem*, illic eſt, *conſulto principe.* Cetera ſunt leviora (δ). A. *Tertii capitis* initium eſt, *Sicut antiquitus*, inſcriptio: *Nicolaus omnibus Epiſcopis*, apud Gratianum *f* & Ivonem *g*, & Anſelmum *h*, & in libro Tarraconenſi *i*. C. Duplex inſcriptio eſt in Panormia, *Agathenſis concilii capit. XXVIII.* & *Nicolai.* In eo concilio hæc verba non invenio. A. Conſule veterem Pannormiæ librum. C. *En concilio Antiocheno cap. V. Nicolaus &c.* A. Hoc etiam mendoſum eſt. Quid in veteribus tuis eſt? B. Varietas notata eſt a ſelectis viris, *LX. paſſus*, pro *XL.* & *confinia earum*, pro *confinia eorum* (ε). A. Tituli XVI. de

a *Diſt.* 96. c. 8. In ſcripturis.
b 12. q. 1. c. 4. Nulla.
c *Burch. in fine decr.*
d *Ivo p.* 15. c. 178. *decr.*
e 12. q. 2. c. 22. De rebus.
f 17. q. 4. c. 6. Sicut.
g *Ivo lib.* 2. *tit.* 8. c. 3. *pan.* & p. 3. c. 104. *decr.*
h *Anſ. lib.* 5. c. 74. *in addit.* & 46. *in Rom.*
i *Tarrac. lib.* 6. c. 244.

baptiſmo duo capita ſunt: *de priori*, cujus initium: *A quodam Judæo k*, dictum a nobis eſt *l*. *Alterius* initium, *Catechiſmi baptizandorum*: inſcriptio apud Gratianum *m*, *Nicolaus Papa*: apud Ivonem *n*, *Nicolaus Papa Joanni Archiepiſcopo Ravennatenſi.* Quid tu addis? B. Nihil habeo, quod addere poſſim (ζ). A. Sequitur titulus XVII. de pœnitentia, de quo cras agemus.

k *De conſ. d.* 4. c. 24. A quodam.
l *Dial.* 18. *lib.* 1.
m c. 57. Catechiſmi. *ejuſd. diſt.*
n *Ivo lib.* 1. *tit.* 2. c. 33. *pan.* & p. 1. c. 87. *decr.*

DIALOGUS DECIMUSOCTAVUS.

De eadem re.

B. NON mihi videtur omnia Nicolai Pontificis capita, quæ a Gratiano relata ſunt, Joannes Cochlæus collegiſſe. A. Quid ita? Habesne aliam meliorem collectionem? B. Nullam habeo. Sed ex his, quæ a te dicta ſunt, elicio aliquot eum capita prætermiſiſſe: ut de illis taceam, quæ falſo Nicolao inſcribuntur. C. Ex indice incertorum capitum a Petro Ciacone miſſo poterunt fortaſſe alia inveniri. A. Recte admones. Id a vobis alio die fieri poteſt. Sed nos prius quod cœpimus, peragamus. *Caput primum tituli de pœnitentia* apud Gratianum *o* eſt inſcriptum, *Nicolaus Frontario Archiepiſcopo Burdegalenſi*: in Pœnitentiali Romano nuper edito *Nicolai* tantum nomen exſtat, & plenius quædam ſcripta ſunt. Quid aliud Romæ inventum eſt? B. Nihil aliud accepi (η). Eſt igitur incertum ut quod ſequitur, *De his vero, qui pro criminibus p*, in quo has varias ſcripturas notant ſelecti viri *revertuntur*, pro *convertuntur*, & *regionis*, pro *religionis.* A. Placent (θ).

De

o 12. q. 2. c. 17. De viro. *Pœnit. Rom. tit.* 8. c. 18.
p 26. q. 7. c. 3. De his.

(α) *Extremi capitis, diſtinct.* 28. *inſcriptio in eodem libro hæc eſt*: Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum c. 70. Conſultandum decernitis &c. *In margine eſt*: Ivo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12. *Et in notis*: PRESBYTERUM: In ultimo capite harum reſponſionum referunt Bulgarorum verba, dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diverſa docerent. Nondum enim a Romana ſede Epiſcopum, aut Presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur, conjugatus erat.

(β) *Diſtinct.* 96. *cap.* 8. In ſcripturis. *in eodem libro inſcriptio eſt*: Idem (*Nicolaus*) Ludovico Imperatori. *In margine eſt*: Habentur aliqua in eadem epiſtula ad Michaelem.

(γ) *Ante caput quartum*, Nulla ædificia. 12. *q.* 1. *hæc in eodem libro verba ſunt*: Unde Nicolaus Papa. *Et in margine*: In concilio Salegunſt. c. 12. Ivo p. 15. c. 178. *Et in notis*: Fere eadem leguntur in concilio Salegunſtadienſi c. 12. quod habetur in fine Collectionis Burchardi & refertur ab Ivone p. 15. *Vox* clericorum *edita eſt.*

(δ) *De inſcriptione cap.* 22. De rebus. 12. *q.* 2. *ſcriptum eſt addit.* 1. *hujus dialogi.*

(ε) *Inſcriptio capitis ſexti*, Sicut antiquitus. 17. *q.* 4. *in eodem libro hæc eſt*: Item Nicolaus Papa omnibus Epiſcopis. *In margine hæc ſunt*: Inter decreta Nicolai in codice Ormanetti. Anſelm. lib. 5. cap. 74. Ivo p. 3. cap. 164. Pannorm. l. 2. cap. 81. *Ad voces XL.* paſſus, *additur*, al. *LX.* & *ad* illa, confinia earum, *additur*, al. eorum.

(ζ) *Capitis* 24. A quodam, *de conſecrat. diſtinct.* 44. *inſcriptionem vide lib.* 1. *dialogor.* 18. *addit.* 1. *Capitis* 57. Catechiſmi. *e. diſtinct. inſcriptio eſt*: Item Nicolaus Papa. *In margine eſt*: Ivo part. 1. cap. 82. Pannorm. l. 1. cap. 40.

(η) *Gratiani verba ſunt in Romano libro ante cap.* 17. De viro nefando. 12. *q.* 2. Nicolaus Papa definit ſcribens Frontario Archiepiſcopo Burdegalenſi. *In notis eſt*: Caput hoc alibi non eſt inventum, quam in collectione canonum incerti auctoris.

(θ) *Quod attinet ad cap.* 3. De his vero. 26. *q.* 7. *ejus inſcriptio eſt in eodem libro*: Item Nicolaus Papa. *In margine eſt ad vocem* EGERUNT, al. GERUNT, aliquot manuſcri-

De *tertio capite dicendum est*, cujus initium *Interfectores a*, id sumptum dicitur ex *epist. missa Radulpho Bituricensi Archiepisco*, ut Ivo *b*, & Gratianus referunt: idemque est in libro Cæsaraugustano *c*. B. Hoc etiam caput incertum est. C. Quid est, quod dicitur in hoc capite, *Beati Leonis Papæ XXV. regula decretalium?* A. Ex corpore canonum discere id licet: est autem in eo *caput XXV.* quod in libris conciliorum est *caput XII. epistulæ XC.* ad Rusticum Narbonensem, cujus initium, *In adulescentia d*. *Capitis quarti* initium est, *Latorem e* inscriptio apud Burchardum *f* est, *Nicolaus Radaldo Episcopo sanctæ Argenteæ Revensis ecclesiæ*, quod licet sit in edito, & in veteri libro, mendosum esse credimus, & scribendum, *Argentoratensis* ecclesiæ. Apud Ivonem *g* est *ad Radulphum*, cetera ut apud Burchardum. *Radaldo* est apud Anselmum *h*, *Rodulpho*, in libro Tarraconensi *i*: *Ratholdo Episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis*, apud Gratianum. *Radulpho* placuit Cochlæo. Nihil mutant Demochares, & Contius: quid habeant selecti viri, a te audire aveo. B. Nihil inveni præter variam scripturam aliquot verborum. *Caput quintum*, *Si quis cum duabus k* conjungitur superiori cum hac inscriptione, IDEM. Apud Ivonem *l* ita inscriptum invenio, *Nicolaus Carolo Archiepiscopo, & ejus suffraganeis*; & in margine: *Idem habet concilium Vormaciensem cap. XXXIII.* Id melius est, quam quod Cochlæus inscripsit. *Ad consulta Bulgarorum*. C. Idem error est, qui in aliis deprehensus est, ut quæ *concilii Vormaciensis* sint, dicantur esse *Nicolai ad Carolum*. A. De alio capite ejusdem concilii Nicolao adscripto, in tituli XIX. censura videbimus (*z*). Tituli XVIII. de matrimonio capita novem sunt. *Primi* initium est, *Sufficiat solus m*, quod sumptum esse scimus ex *capite tertio ad consulta Bulgarorum*: licet apud Ivonem *n* aliam habeat inscriptionem, & in libro Cæsaraugustano *o*. *Nicolai* tantum nomen habet apud Anselmum *p*, & Gratianum. Verba Nicolai sunt hæc, *Sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur: qui consensus si solus in nuptiis forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.* De aliis verbis Nicolai aliud erit dicendi tempus [β]. *Alterius capitis*; cujus initium est, *Scripsit nobis q*, inscriptio apud Gratianum, & Anselmum *r* est, *Nicolaus Papa*; apud Burchardum *s* additur, *in epist. ad Carolum Regem*: item apud Ivonem *t*, & in libro Cæsaraugustano *u* *Regem Francorum* vocat Cochlæus. Alibi apud eundem Ivonem *x* inveni partem hujus capitis, *Nam licet sit scriptum &c.* habere hanc inscriptionem, *Nicolaus ad Lotharium*. Apud Burchardum *y* quoque licet sub eadem inscriptione aliis verbis conjunguntur hæc, quæ sunt longe a superioribus divisa. B. Ita est, ut dicis: namque apud Gratianum ex *epistula ad Carolum Regem*, cujus initium, *Nunquam, vel Nil æque*, sumitur prior pars ejus capitis: posterior vero ex *epistula ad Losarium Regem*, *Audito*, quæ in historia Reginonis etiam relata est. Et si quis attente verba consideret, videbit in priori parte Lotarii fieri mentionem, & in posteriori ad eundem verba illa dirigi, *mutuam separationem vestram prohibemus*. Initio pro *Theberga*, *Theuperga* scribendum: & pro illis, *se regla dignitate &c.* illic est, *regia se velle eum dignitate, seu copula*: & pro *esse contentum*, scribendum, *fore contentam*: & pro *elegerit*, *elegisset* (γ). A. *Capitis sexti*, cujus initium, *Ubi non est*, inscriptionem

a 33. q. 2. c. 5. Interfectores.
b Ivo lib. 7. tit. 2. c. 2. pan. & p. 8. c. 125. decr.
c Cæsar. lib. 10. c. 97.
d c. 14. In adulescentia. 32. q. 2.
e c. 15. eo q. Latorem.
f Burc. l. 6. c. 46.
g Ivo p. 10. c. 173. decr.
h Ans. lib. 11. c. 50.
i Tarrac. lib. 1. c. 254.
k c. 16. e. q. Si quis.
l Ivo p. 9. c. 31. decr.
m 27. q. 2. c. 2. Sufficiat.
n Ivo lib. 6. tit. 8. c. 6. pan. & p. 8. c. 17. decr. & in epist. 150. & 145. & 241.
o Cæs. lib. 10. c. 27.
p Ans. lib. 10. c. 30. in Rom.
q c. 25. e. q. Scripsit.
r Ans. lib. 10. c. 21.
s Burch. l. 9. c. 47.
t Ivo lib. 6. tit. 5. c. 3. pan. & p. 8. c. 128. decr.
u Cæs. lib. 10. c. 99.
x Ivo c. 9. e. tit. 5 pan. & c. 188. e. p. 8. decr.
y Burch. d. l. 9. c. 53.

 nem

script. & *ad vocem* Religionis, al. Regionis, aliquot manuscr.

(*z*) *Hæc etiam inscriptio est in eodem libro cap.* 5. Interfectores. 33. *q.* 2. Unde Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo. *In margine est*: Sent. 4. dist. 38. Ivo p. 8. c. 125. Pann. l. 7. c. 15. *Ad verba* Leonis Papæ XXV. regula, *additur*; intra eadem in adolescentia. Sent. ibid. *Et in notis* XXV: Hoc eodem numero habetur in codice canonum inter decreta, seu regulas Leonis. *Capitis* 14. In adolescentia. *ead. q. inscriptio est*: Item Leo Papa ad Rusticum epistola 90. al. 92. c. 11. *Et capitis* 15. Latorem. *ead. q. hæc inscriptio est*: Item Nicolaus Papa Rhatoldo Episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis. *In margine hæc sunt*: al. Rodulpho. Polyc. l. 6. tit. 10. Anselm. l. 11. c. 52. Burch. l. 6. c. 46. Ivo p. 10. c. 137. *Et vers.* Si autem. Vide Rhenarum ad finem Tertulliani operum. *Ad vocem* conversionem. al. conversationem. *In notis est*: Pœnitentia parricidarum, quæ hic præcipitur, habetur in concilio Wormaciensi c. 30. *Capitis* 16. Si quis cum duabus. *ead. q. pro inscriptione est vox* Item. *Et in margine*: al. Idem. *Et*: In concilio Wormaciensi cap. 33. idem habetur. *Et in notis*: Ivo citat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum Archiepiscopum, & ejus suffraganeos. Idem vero habetur in concilio Wormaciensi c. 33. nisi, quod pro illis verbis: „ lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos " in eo legitur „ lapsa fornicationis, liceat ".

(β) *Ante caput secundum*, Sufficiat. 27. *q.* 2. *in eodem libro hæc verba sunt*: Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum. c. 3. *In margine est*: Sent. ibidem. (*hoc est*, *Sent.* 4. *distinct.* 27.) *Et in notis*: Emendatum est caput hoc ex ipsius Nicolai responsis.

[γ] *Eadem quæstione cap.* 26. *Romanis*, Scripsit nobis Thietberga. *in eodem libro inscriptio est*: Item Nicolaus Papa Carolo Regi. *In margine est*: Sent. ibidem. (*hoc est*,

nem non aliam inveni, quam hanc, *Nicolaus Papa*, apud Ivonem *a*, & Gratianum *b*: & Bernardum Papiensem *c*, & Raimundum. Fontem tu nobis ostendes. B. Nisi fontibus obscurior est (α). A. Sequitur *caput quartum Nostrates tam mares d*, quod est ex *capite* sumptum *tertio ad consulta Bulgarorum*; quod Ivoni *e*, & Gratiano haud fuit ignotum. Idemque est in libro Cæsaraugustano *f*. Plura autem sunt in dicto capite tertio, quam in aliis collectionibus (β). *Ex eisdem responsis ad consulta Bulgarorum cap. XCVI.* est *caput VI.* cujus initium, *Quidquid mulier*, ut etiam Gratianus *g*, & Ivo *h* notant: sed plenius in archetypo scriptum est, sic enim illic est: *Quidquid mulier sua contra te cogitaverit, aut fecerit, vel si te accusaverit &c.* & in fine desiderantur hæc: *Quæ est Apostolo præcipiente i, sicut a Christo ecclesia diligenda &c.* (γ) *Caput IX. Nec uxorem ducere k*, ex *eisdem responsis est cap. XLVIII.* sic etiam Ivo *l*, & Gratianus & liber Cæsaraugustanus *m* inscripserunt: scriptum autem illic est, *nullatenus arbitramur*, pro *ullo modo arbitror* (δ). Redeo nunc ad *caput V.* cujus initium, *Lotharius Rex*: id caput hanc inscriptionem habet apud Gratianum *n*: *Nicolaus Radualdo Portuensi, & Joanni Sicoliensi Episcopis. Fhicolensi* pro *Sicoliensi* est apud Ivonem *o*: *Ficulensi*, in veteri Gratiani libro. Quid tu auxilii adfers? B. Pro *Joanni* scribi posse *Haganoni*, ex Reginonis Chronicis, sic enim illic est: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXV. missi sunt Hagano, & Rodoaldus Apostolicæ sedis legati in Galliam* &c. Quod vero dicitur, *Lotarius Rex in commonitorio profitetur*, mendosum esse putatur: namque illud *commonitorium* non Regis fuit, sed Pontificis ad Regem. Itaque selecti viri putant, ex inscriptione decidisse eam vocem, & post vocem, *Episcopis*, scribendum, *in commonitorio*: & mox: *Lotarius Rex profitetur*. A. Ecclesiæ nomen mendosum videtur, & cetera incerta sunt (ε). *Caput VII.* cujus initium, *Hi, qui matrimonium p*, ita inscripsit Gratianus, *Nicolaus ad Carolum Maguntien. Episcopum Magunt.* pro *Maguntien.* est apud Burchardum *q* *Magontiensem*, apud Ivonem in Panormia: *Maguntien.* in excerptionibus *r*, *Magnonensem* est in libro Tarraconensi *s*. At in Cæsar-

a Ivo lib. 6. tit. 11. c. 3. ann.
b 30. q. 2. c. un.
c c. 4. de desp. impub. in 1. coll. & 2. ant. apud Greg. IX.
d 30. q. 5. c. 3. Nostrates.
e Ivo lib. 6. tit. 1. c. 9. pan. & p. 8. c. 6. decr.
f Cæs. lib. 10. c. 7.
g 32. q. 5. c. 22. Quidquid.
h Ivo p. 8. c. 228. decr.
i Eph. 5.
k 33. q. 4. c. 11. Nec uxorem.
l Ivo lib. 6. tit. 1. c. 3. pan. & p. 8. c. 47. decr.
m Cæsar. lib. 10. c. 26.
n 31. q. 2. c. ult.
o Ivo p. 8. c. 334. decr.
p 32. q. 7. c. 25. Hi, qui.
q Burch. lib. 9. c. 28.
r Ivo lib. 6. tit. 6. c. 8. pan. & p. 8. c. 166. decr.
s Tarrac. lib. 2. c. 233.

est, Sent. 4. distinct. 27.) Ans. l. 10. c. 21. Burch. l. 9. c. 49. Ivo p. 8. c. 128. & 188. Pann. l. 6. c. 77. *Et in notis*: Scripsit: Usque ad vers. (*scribe verb.*) elegerit, sunt ex epistola Nicolai primi Carolo Regi scripta: cujus initium est, Nunquam dolorem. & extat in codice monasterii Dominicanorum. Nam licet: Hæc usque ad finem sunt ex epistola ejusdem Nicolai scripta Lothario, cujus initium est: „ Audito revertente misso „ nostro " & extat in eodem codice. *Ante vers.* Nam licet sit, *additur*: Et in altera epistola ad Lotharium Regem.

(α) *Gratianus ante verba cap. unic. 30. q. 2. his verbis utitur*: Testatur hoc idem Nicolaus Papa dicens: Ubi non est &c. *In notis est*: Utraque: Sic est emendatum ex plerisque vetustis, cum antea legeretur, alterutra. utriusque enim consensus necessarius est. *Et postea*: In Decretalibus tit. de desponsatione impub. c. 2. habetur initium hujus capitis: & adiiciuntur alia ex eo Nicolai rescripto. Consentiat: In vulgatis codicibus sequitur: „ nec est conjugium, nisi „ sit consensus utriusque ": quæ verba absunt a plerisque manuscriptis. *In margine est*: Extra de despons. impub. c. 2. Pann. l. 6. c. 122. *Capitis* 2. Ubi non est. *de despons. impub. inscriptio est*: Nicolaus Papa. *In margine est*: Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. Pannormia libro 6. tit. 11. c. 3. sive c. 122. Gratianus 30. q. 2. c. Ubi non est.

(β) *Inscriptio capitis tertii*, Nostrates. 30. *q. 5. in libro Romano hæc est*: Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 3. *In margine est*: Ivo p. 8. c. 6. Pann. l. 6. c. 9.

(γ) *Capitis* 22. Quicquid. 32. *q. 5. in eod. libro inscriptio est*: Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 96. *In margine est*: Ivo p. 8. c. 228. *Et in notis*: Quæ est: Hæc usque ad finem addita sunt ex ipsis responsionibus. *In margine est*: Ephes. 5.

(δ) *Hæc etiam est in eodem libro inscriptio cap.* 11. Nec uxorem. 33. *quæst.* 4. Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 48. *Et in margine est*: Sent. ibidem (*hoc est, Sent. 4. dist.* 32.) Ivo p. 8. cap. 47. Pann. l. 6. c. 3.

(ε) *Extremi capitis 31. q. 2. in eodem libro inscriptio est hæc*: Item Nicolaus Radoaldo Portuensi, & Joanni Ficolensi Episcopis. Lotharius Rex (in commonitorio) profitetur &c. *In margine est*: Ivo p. 8. c. 334. *Et in notis*: In commonitorio: Hæc verba videntur accipienda quasi pro titulo, & sejuncta a ceteris: ut indicetur caput hoc sumptum esse ex commonitorio, quod Nicolaus legatis suis Rodoaldo Portuensi, & Joanni Ficolensi Episcopis dederit. Nam totius capituli verba sunt ipsius Nicolai legatos monentis, quomodo se in ea causa gerere debeant. Datum vero ab eo fuisse commonitorium his ipsis legatis Nicolaus in epistola ad Episcopos in Convicinum congregatos in appendice bibliothecæ SS. Patrum testatur his verbis: „ Porro quid de Lotharii &c. " Cum nec etiam: Hæc verba non sunt hoc loco apud Ivonem: sed paulo superius post illa verba „ admisisse se dicit " multa interiiciuntur, in quibus & hæc continentur, licet alio ordine. Sed ob glossam non est mutatum.

ſarauguſtano *a*, & apud Anſelmum *b Nicolai* tantum nomen: apud Cochlæum eſt, *Carolo Maguntinenſi Archiepiſcopo*. Fons eſt, *Interpres Julii Pauli libro ſecundo ſententiarum titulo XIX*. Eſt autem ſcribendum, *Si quis*, non *Hi qui* (α). *Caput VIII.* cujus initium, *Inter hæc*, hanc habet apud Gratianum *c* inſcriptionem, *Nicolaus Alvino Archiepiſcopo*: eadem eſt apud Ivonem *d* in utraque collectione: ſed alia quoque in excerptionibus *e* eſt: *Nicolaus Carolo Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis*. De his inſcriptionibus dictum eſt: & quædam capita in *Vormacienſi concilio* inventa ſunt. B. Ita eſt, ut dicis. Hujus tamen capitis ſententia illic non eſt. A. Eſt igitur in incertis numerandum. B. Ita plane exiſtimo (β). A. De duobus reliquis titulis alio die agemus.

a *Cæſar. lib.* 10. *c.* 75.
b *Anſ. lib.* 10. *c.* 25.
c 33. *q.* 2. *c.* 6. Inter hæc.
d *Ivo lib.* 7. *tit.* 2. *c.* 1. *pan.* & *p.* 8. *c.* 333. *decr.*
e *Ivo in d.* *p.* 8. *c.* 124.

DIALOGUS DECIMUSNONUS.

De eadem re.

A. UT ſuave eſt navigantibus, poſt varias multorum dierum agitationes, è longinquo portum videre, aut patriæ ſuæ mœnia, atque turres adgnoſcere: ſic mihi videor non injucunde portum videre poſt noſtræ peregrinationis curſum, atque ſermonum, quibus de Nicolai incertis capitibus egimus; cum hodie undecim capitibus diſcuſſis, quæ reliqua ſunt, finem facere licebit. Namque titulus XIX. de impedimentis matrimonii ſex habet cap. XX. titulus de bellis quinque. *Primum* igitur *caput prioris tituli*, cujus principium eſt, *Noſſe deſideras f*, ita inſcribitur apud Gratianum. *Nicolaus Salonitano Epiſcopo. Salomonitano*, apud Ivonem *g* in Panormia edita; *Salemonio*, in veteri, & in Excerptionibus: *Salemnio* eſt in libro Cæſarauguſtano *h*: *Nicolaus ad Salemoniam*, to Tarraconenſi *i* (γ). Sed & fortaſſe verior eſt inſcriptio capitis quarti, *Sciſcitatur k*, *Salomoni Conſtantienſi Epiſcopo*, quæ tam apud Gratianum, quam apud Ivonem *l* in utraque collectione, & in libro Cæſarauguſtano *m* exſtat: quamvis in Tarraconenſi *n* vox *Conſtantienſi* deſideretur. B. Non diſplicet conjectura. Sed utrumque caput incertum eſt etiam ſelectis viris (δ). A. *Capitis ſecundi*, cujus initium, *De his, qui filiaſtros o*, inſcriptio apud Gratianum eſt, *Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi Epiſcopo*, & apud Ivonem *p* non diſſimilis eſt. *Archiepiſcopo*, pro *Epiſcopo*, eſt in Cæſarauguſt. *q* & apud Cochlæum. B. Hoc etiam caput in incertis numeratur (ε). A. Quod ſequitur, *ita diligere debet r*, exſtat in *reſponſis ad conſulta Bulgarorum capite ſecundo*; idque etiam adfirmant Ivo *s*, & Anſelmus *t*, & Gratianus, & Cæſarauguſtan. liber *u*, licet in numero capitis errent. Sed in verbis referendis multum ſibi ſumunt, cum alia omittunt, alia adſcribunt, alia brevius dicunt. Nos id tantum dicamus, quod pro illis eſt: Item. *Eſt inter fratres, & filios ſpirituales gratuita, & ſancta communio* &c. *Nulla vero inter eos, & filios eorum conſanguinitas eſt: quoniam ſpiritus ea, quæ ſanguinis ſunt, neſcit. Caro enim, ſecundum Apoſtolum x, concupiſcit adverſus ſpiritum; hæc enim invicem adverſantur. Eſt tamen alia inter eos gratuita, & ſancta communio, &c.* Ex bis verbis apparet, non recte *inter fratres* ᴀ apud Gratianum ſcribi; ſed *inter*

f 30. *q.* 1. *c.* 3. Noſſe.
g *Ivo lib.* 6. *tit.* 11. *c.* 5. *pan.* & *p.* 1. *c.* 136. *decr.*
h *Cæſ. lib.* 10. *c.* 71.
i *Tarrac. lib.* 6. *c.* 132.
k 30. *q.* 4. *c.* 1.
l *Ivo lib.* 7. *tit.* 9. *c.* 1. *pan.* & *p.* 1. *c.* 137. & *p.* 9. *c.* 35. *decr.*
m *Cæſ. l.* 10. *c.* 131.
n *Tarrac. lib.* 6. *c.* 268.
o 30. *q.* 1. *c.* 6. De his.
p *Ivo lib.* 6. *tit.* 11. *c.* 7. *pan.* & *p.* 1. *c.* 304. *decr.*
q *Cæſ. lib.* 10. *c.* 135.
r 30. *q.* 3. *c.* 1. Ita.
s *Ivo lib.* 6. *tit.* 11. *c.* 4. *pan.* & *p.* 8. *c.* 135. & *p.* 9. *c.* 34. *decr.*
t *Anſ. lib.* 10. *c.* 72. *in addit.*
u *Cæſ. lib.* 10. *c.* 130.
x *Gal.* 5. *c.*

(α) *Ante cap.* 25. Hi qui. 32. *q.* 7. *in eodem libro hæc verba ſunt*: Item Nicolaus ad Carolum Moguntinenſem Epiſcopum. *In margine eſt*: L. 2. ſent. Pauli tit. 19. in interpretatione legis 4. in Cod. Theod. Sent. 4. diſt. 34. Ant. l. 10. c. 27. Burch. l. 9. c. 28. Polyc. l. 6. tit. 4. Ivo p. 8. c. 166. Pann. l. 6. c. 93. *Inſcriptio cap.* 26. Neque furioſus. *ead. q. eſt*: Item Fabianus Papa. *In margine eſt*: Paulus ibidem. Sent. ibidem. Polyc. ibdem (*ſcribe*, ibidem). Anſelm. l. 10. c. 28. Burch. l. 9. c. 30. Ivo p. 8. c. 168. Pann. l. 6. c. 92.

(β) *In eodem libro inſcriptio cap.* 6. Inter hæc. 33. *q.* 2. *hæc eſt*: Hinc ibidem Nicolaus ſcribit Albino Archiepiſcopo. *In margine hæc ſunt*: Sent. ibidem (*hoc eſt, ſent.* 4. *diſt.* 38). Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Pann. l. 7. cap. 14. *Vide dial.* 17. *add.* 3. *hujus libri.*

[γ] *Gratiani verba ſunt in editione Gregoriana, ante cap.* 3. Noſſe deſideras. 30. *q.* 1. E contra vero ſcribit Nicolaus Salonitano Epiſcopo dicens. *Et in margine eſt*: al. Salamonio. Sent. 4. diſt. 42. Ivo. p. 1. c. 136. Pann. lib. 6. c. 124. Diſt. 28. SI QUIS DOCUERIT. & diſt. 31. QUICUMQUE.

(δ) *Eadem cauſſa quæſt.* 4. *ante cap.* 1. *hæc verba ſunt in eodem libro*: Unde Nicolaus Papa ſcribit Conſtantienſi Epiſcopo Salomoni. Sciſcitatur a nobis &c. *In margine eſt*: Sent. ibidem [*hoc eſt, Sent.* 4. *diſt.* 42.] Ivo p. 1. c. 137. & p. 9. c. 35. Pannorm. l. 7. c. 64.

(ε) *Quod attinet ad cap.* 6. De his, qui. 30. *q.* 1. *in libro Romano ita inſcribitur*: Item

ᴀ Eſt tamen inter fratres per fictam hanc cognationem introducta cognatio. Vide ſis, quæ *in ſyntagmate de ſuſceptoribus infant. ex Baptiſmo* notavi pag. 67. & 68. M. (50).

(50) Quidnam in ſuo ſintagmate *de ſuſceptoribus Infant. ex Baptiſmo* adnotaverit Maſtrichtius adverſus cognationem illam ſpiritalem, quam inter nonnullos, Baptiſmatis occaſione, conſurgere tuetur Eccleſia, neſcimus prorſus, eo quod hujuſcemodi librum offendere non potuimus; videantur propterea, quæ dicta ſunt in Nota (20) præcedenti. W.

a 33. q. 2. c. 17. Si quis.
b Ivo lib. 7. tit. 9. c. 3. pan. & p. 1. c. 138. & p. 9. c. 36. decr.
c 35. q. 2. & 3. c. 17. De conſanguinitate.
d 2. q. 5. c. 22. Monomachiam.
e Ivo p. 8. c. 187. decr. & epiſt. 68. vel 91. Ad Cenomanenſ. Epiſc. & epiſt. 200. vel 74. Ad Guillel. militenſ.
f Burch. lib. 9. c. 51.

inter patres, eſſe ſcribendum; ut etiam Ivo habet, & liber Cæſarauguſtanus (*x*). Nunc ad *quintum caput* veniamus, cujus initium eſt, *Si quis cum matre a*; quod *Nicolao* adſcribitur ab Ivone *b*, & Gratiano: ſed Gratianus non adjecit ex qua epiſtula, Ivo addit *ex epiſtula miſſa Carolo Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.* Hodie extat in *concilio Vormacienſi cap. XXXIV.* quod recte in margine Ivonis eſt adſcriptum. Eſt autem in eo concilio, & apud Ivonem ſcriptum: *Si quis cum commatre ſpirituali fuerit fornicatus, uſque ad dignam pœnitentiam, anathematis percutiatur ictibus* [3]. *Capitis ſexti*, cujus initium, *De conſanguinitate c*, inſcriptio eſt apud Gratianum hæc: *Nicolaus Papa Amalphitanæ eccleſiæ ſuffraganeis.* Sed verius eſt ſcribendum eſte: *Nicolaus ſecundus in concilio Romano CXIII. Epiſcoporum* (*γ*). Extremi tituli de bellis *caput primum Monomachiam d*, Gratianus inſcripſit, *Ex decretis Nicolai Papæ.* Ivo *e* quoque in Excerptionibus, & in epiſtulis ſolum *Nicolai* nomen adſcripſit. Burchardus *f* videtur *ad epiſtulam ad Carolum Regem* referre. Tu nobis certiora oſtendes. B. *In epiſtula ad Carolum Regem*, cujus initium, *Nil æque*, *ſive Nunquam æque*, verba ejus capitis ſunt: quæ ita ſcripta leguntur: *Monomachiam vero in lege aſſumi, nuſquam præceptum fuiſſe reperimus, quia licet quoſdam iniiſſe legerimus &c.* (δ) A. *Caput ſecundum*, cujus initium eſt, *Quin etiam præfato g*, pars eſt capitis *Auctoritatem*, de quo diximus *h*, cum de titulo IV. ageremus (ι). *Tertium caput Omnium veſtrum i* hanc habet apud Gratianum inſcriptionem, *Nicolaus exercitui Francorum.* Apud Ivonem *k* in Excerptionibus *Leoni quarto in epiſtula miſſa exercitui Francorum adſcribitur*; ex qua aliud caput eſt apud Gratianum *l*. In Panormia Ivonis *m Alexandro ſecundo* videtur adſcriptum. Illud quidem certe conſtat, melius, & plenius apud Ivonem in utraque eſſe collectione, quam apud Gratianum; niſi tibi aliud videatur. B. Hoc ipſum probo, nihilque habeo, quod his addam (ζ). A. Veniamus igitur ad *quartum caput*, *Si nulla urget neceſ-*

g 15. q. 6. c. 2.
h Dial. 13.
i 23. q. 5. c. 46. Omnium.
k Ivo p. 10. c. 87. decr.
l 23. q. 8. c. 9. Omni.
m Ivo lib. 8. tit. 4. c. 16. pan.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi Epiſcopo. *In margine eſt*: Ivo p. 1. c. 304. Pann. l. 6. c. 126.

[*x*] *Caput primum* 30. *q.* 3. *in eodem libro ita inſcriptum eſt*: Nicolaus Papa reſpondens ad conſulta Bulgarorum. c. 2. teſtatur ita dicens: Ita diligere debet &c. *In margine hæc ſunt*: Sent. 4. diſt. 42. Ivo p. 2. c. 135. & p. 9. c. 34. Pann. l. 6. c. 123. Ivo ſerm. 1. de rebus eccleſiaſticis.

(3) *Hæc eſt in eodem libro inſcriptio cap.* 17. Si quis cum matre. 33. *q.* 2. Item. *Et in margine eſt*: al. Idem. In eodem concilio (*Wormacienſi*) c. 34. Ivo p. 1. c. 138. & p. 9. cap. 36. Pann. l. 7. c. 64. *In notis eſt:* CUM MATRE: Sic in Pannormia, & apud Ivonem p. 9. c. 36. ſed apud eundem p. 1. can. 138. legitur: „ Si quis cum commatre “. Sicut etiam in concilio Wormacienſi QUOS ENIM: Hæc non ſunt in Wormacienſi, neque apud Ivonem, ſed fere eadem in Pannormia.

(*γ*) *Ante cap.* 17. De conſanguinitate. 35. *q.* 2. & 3. *in eodem libro hæc verba ſunt:* Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ eccleſiæ ſuffraganeis. *In margine eſt*: Habetur in ſynodo Epiſcopor. 113. in baſilica Conſtantiniana cap. 11. & 12. Sent. ibidem (*hoc eſt, Sent.* 4. *diſt.* 40.)

(δ) *Inſcriptio capitis* 22. Monomachiam. 2. *q.* 5. *in eodem libro hæc eſt*: Item ex decretis Nicolai Papæ. *In margine hæc ſunt:* Burch. l. 9. c. 51. Ivo p. 8. c. 187. *Ad illa verba* in lege non aſſumimus, *additur* in legem aſſumi nuſquam præceptum reperimus. Orig. *In notis eſt*: Epiſtola ſcripta Carolo Regi patruo Lotharii (ex qua caput hoc eſt acceptum) extat Romæ in codice ſæpe citato monaſterii Dominicanorum, in qua inter alia refertur, Lotharium, cum ſcire vellet, an Theuperga, ſive Thietberga (ut vocat Rhegino) ipſius uxor adulterium patraſſet, voluiſſe duos homines monomachiam committere: ita ut ſi ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet, ipſa plane adulterii convicta cenſeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus docens, hanc non eſſe legitimam rationem probandi crimina (quamvis in Longobardicis conſtitutionibus, & in capitularibus habeatur) ſed potius, nihil aliud eſſe, quam Deum tentare. Addit vero denegatam fuiſſe a Lothario Theupergæ juſtam purgationem his verbis: „ Sed de adulterio „ illa coram miſſi noſtri præſentia purgare ſe „ voluit: ſed ipſe non annuit “. Totam hanc hiſtoriam deſcribit Rhegino lib. 2. Chronic. ex his vero oſtenditur rubricam hujus capitis apud Gratianum nimis eſſe generalem: quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonſtrare, non eſſe utendum monomachia ad purgationem.

[ι] *De inſcriptione capitis* 2. Auctoritatem. 15. *q.* 6. *ſcriptum eſt dial.* 13. *addit.* 7. *huius libri.*

(ζ) *Capitis* 46. Omnium. 23. *q.* 5. *in eodem libro inſcriptio eſt*: Item Nicolaus exercitui Francorum. *In notis additur:* Ivo p. 10. c. 87. verſ. OMNIUM VESTRUM. hinc idem citat ex epiſtola Leonis quarti ad exercitum Francorum, ubi etiam affert id, quod infra eadem q. 8. c. OMNI TIMORE. ex eodem Leone refertur. *In margine eſt*: Ivo p. 10. c. 87. Pann. l. 8. c. 30. *Capitis* 9. Omni timore. 23. *q.* 8. *inſcriptio eſt*: Idem (*hoc eſt, Leo quartus*) exercitui Francorum. *In margine eſt*: Pann. l. 8. c. 30. *Addi debuit, Ivo p.* 10. *c.* 87.

a d. q. 8. c. 15. Si nulla. b Ivo lib. 8. tit. 4. c. 23. pan. & p. 10. c. 93. decr. c Cæs. lib. 7. c. 11. d 24. q. 3. c. 25. Illi, qui. e Ivo lib. 5. tit. 3. c. ult. pan. f Dist. 23. c. 1. g Ivo lib. 3. tit. 1. c. 1. pan. h Dist. 27. c. 7. Nam si. i Dial. 17. f. 2. k Dist. 23. c. 4. Clerici. l c. dial. 17. m Dist. 50. c. 6. De his. n 15. q. 5. c. ult. o Ivo p. 6. c. 122. decr. & 10 e. pist. 201. fi. 77.

cessitas a, quod esse ex responsis ad consulta Bulgarorum cap. XLVI. Ivo *b* & Gratianus scribunt: quod mendosum est in libro Cæsaraugustano *c*. Si quis integrum caput legerit, alia videbit a Nicolao dicta non contemnendi (α). *Extremum caput*, cujus initium est, *Illi qui peregrinos d*, ita inscribunt Ivo *e*, & Gratianus, *Nicolaus omnibus Episcopis*. Tuam de hoc capite sententiam expecto. B. In incertis collocandum esse censeo (β). A. Nos nostrum pensum absolvimus. Vestrum est, ut de aliis incertis capitibus *Nicolai* a Cochlæo prætermissis dicatis. B. Non multa sunt ab eo prætermissa. Initio quod a Gratiano dicitur *distinct. XXIII. f Item ex sexta synodo. Unde Nicolaus Papa*: mendosum est, ac melius Ivo in Pannormia *g* nihil de sexta synodo scripsit. Sed ut ex Ivonis, & Gratiani verbis relatis constat, a *Nicolao minore synodus ea habita est Romæ anno Christi MLIX.* in qua fuerunt Episcopi LXXXVI. Fit etiam mentio Henrici Imp. & Stephani Pontificis, quæ a primo Nicolao aliena sunt. Recte igitur Demochares *Nicolao minori* adscripsit id caput, & Cochlæus omisit id in Nicolai primi capitibus (γ). De *alio capite* omisso *distinct. XXVII. h* a te dictum est *i*. *Tertium caput* est *distinctione XXXIII.* cujus initium, *Clerici qui k*; id in incertis numerant selecti viri. *Quarti capitis* mentio a te facta est *l*, cujus initium est, *De his clericis m* (δ). De *quinti capitis* inscriptione hodie actum est, licet cum aliqua varietate scripta sit apud Gratian. *caussa XV. quæstione quinta extrema n*, *Nicolaus Saloni Constantiensi Episcopo*. Apud Ivonem *o* est *Salamoni*, pro *Soloni*, tam in Excerptionibus, quam in epistula ad Hildebertum *Cenomanens. Episcopum*. Sine inscriptione est in libro Cæsaraugustan. *p* (ε). *Sextum caput q* falso *Nicolao primo* adscribitur. Est enim *Nicolai secundi* in concilio Romano, quod exstat CXIII. Episcoporum. Hæc etiam verba *Alexandri secundi* esse dicuntur apud Gratianum *r*, & in libro Cesaraug. *s* [ζ]. *Caput VII.* nomeo *Nicolai* habet apud eundem Gratianum *t*. Ex *concilio Arausico* est apud Anselmum *u*, quod illic non inveni. Incertum igitur relinquatur (η). Duo his capita *x* addimus, quæ in *magna epistula ad Michaelem Imperatorem*, de qua sæpius dictum est, inveniuntur. Sed eorum alterum adscribunt Gratianus, & Ivo *y Nicolao ad clerum CP.* alterum solum habet *Nicolai* nomen apud Gratianum; recte Demochares notat in posterioris margine, unde id sumptum sit. A. Magna pars extat in *concilio Ephesino*. B. Ita est, ut dicis [θ]. Ad extremum duo etiam capita videntur esse omissa, quæ Gratianus posuit *caussa XXXV. quæst. IX. z* quorum *alterum* incipit, *Apostolicæ sedis*, idque Gregorio inscriptum est: *alterius* initium est, *Sententiam Romanæ sedis*: quod recte Demochares ait esse sumptum ex *epistula ad Michaelem Imperatorem*; quod etiam apud Ivonem *aa*, & Anselmum *bb* notatur. Illud non *Gregorii* est, sed *Nicolai in epistula ad omnes Episcopos in Ludovici regno existentes*, cujus initium, *Gaudemus*, & in *epist. ad Ludovicum Regem*, cujus initium est, *Epistulam Serenitatis vestræ*. Ex quibus pro illis verbis, *tanta patientia, & maturitate decoquitur*, scribendum est: *tanta sapientiæ maturi-*

p Cæs. lib. 15. c. 36. q 16. q. 2. c. 3. Præcipimus. r Dist. 32. c. 6. Præter. in fin. s Cæs. lib. 8. c. 44. t 16. q. 5. c. 1. u Ans. lib. 5. cap. 9. in Rom. x 24. q. 1. c. 36. Aperte. & c. 37. Miramur. y Ivo lib. 5. tit. 5. c. 12. pan. & p. 14. c. 59. decr. z 35. q. 9. c. 4. Apostolicæ. & c. 6. Sententiã. aa Ivo lib. 5. c. 19. decr. bb Ans. lib. 1. c. 72.

ti-

(α) *Eadem quæst. 8. cap. 15.* Si nulla. *in eodem libro inscriptio est hæc*: Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 46.

(β) *Ante caput 25.* Illi, qui. 24. *q.* 3. *hæc in eodem libro verba sunt*: Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis. *In margine est*: Pann. l. 5. c. 114.

(γ) *Gratiani verba sunt ante cap. 1. dist. 23. in eodem libro*: Unde Nicolaus Papa II. in concilio Lateranensi. *In margine est*: Pann. l. 3. c. 1. *In notis*: Hujus decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterii Farfensis litteris Longobardicis ante annos pene quingentos scripto, & alibi. *Vide lib. 1. dial. 9. addit. 7.*

(δ) *De inscriptione capitis 7.* Nam si. *dist. 27. scriptum est, dial. 17. addit. 3. huius libri. Et de inscriptione cap. 6.* De his. *dist. 50. in eodem dial. 17. addit. 2.*

(ε) *Posterioris capitis, cuius initium est*, Presbyter. 15. *q.* 5. *in eodem libro inscriptio est*: Item Nicolaus Salomoni Constantiensi Episcopo. *In margine est*: Ivo p. 6. c. 122.

[ζ] *Inscriptio capitis tertii*, Præcipimus. 16. *q.* 2. *in eodem libro hæc est*: Item Nicolaus Papa II. Epist. unica, c. 5. *& in margine est*: distinct. 32. PRÆTER HOC. § DEINDE.

(η) *Eiusdem caussæ quæst. 5. caput 1. hanc habet inscriptionem in eodem libro*: Unde Nicolaus Papa ait. Si quis Episcopor. &c. *In margine est*: Ans. l. 5. c. 9. *Et in notis est*: Anselmus citat ex Arausico, in cujus 10. capite fere idem legitur.

(θ) *Capitis 36.* Aperte. 24. *q.* 1. *in eodem libro hæc inscriptio est*: Item (*Nicolaus vel Cælestinus Papa*) ad clerum Constantinopolitanum. *In margine est*: Nicolaus ibidem (*est epist. 7. Michaeli Augusto*) ex eodem Cælestino ad Clerum Constantinopolit. *Et*: Ivo part. 14. cap. 59. Pannorm. l. 5. c. 135. *Et notis*: Hinc etiam citatur a Nicolao alia epistola ejusdem Cælestini, quæ est inter acta ipsius concilii Ephesini: INTELLEXISTIS: Hic incipiunt propria Nicolai verba *Capitis 37.* Miramur. *ead. q. inscriptio est*: Idem Nicolaus Papa ibidem paulo inferius. *In margine est*: Io can. Apost. 32. al. 34. & in concilio Antioch. c. 7.

vitate decoquitur; & pro illis, *ut retractatione non egeat*, *nec immutari* (α). Hæc sola sunt a nobis inventa, quæ dedita fortasse opera, aut, ut fit, humana negligentia prætermissa sunt. A. Gratum mihi fuit, quod dixisti. Alio die de non editis Hispaniæ conciliis agemus.

DIALOGUS VIGESIMUS.

De Hispaniæ Conciliis non editis, & de aliis veteribus libris.

C. QUænam sunt ea, quæ dixisti, non edita Hispaniæ concilia? A. Septem Toletana concilia, duo Cæsaraugustana, duo Barcinonensia, Emeritense, Oscense, Egarense a, & cum his conjungitur ex Gallia, Narbonense. C. Præclara quidem nomina, & nostris æqualibus, ac præceptoribus inaudita: nec sat scio, an Gratianus his umquam usus fuerit, uno excepto Emeritense, quo illum mutato nomine inventri dicebas
a Dial. 3. lib. 1. usum. Toletana autem, quæ Gratianus *a* sæpe refert, concilia, & ex Cæsaraugustano quædam, omnia fere in editis voluminibus exstant. A. Qua ratione Emeritense vidit, & quædam Toletana non edita: potuit etiam cetera legere. Sed age videamus capita quædam ex his Toletanis accepta. *Caussa XXVI.*
b 26. q. 5. c. 13. Quicumque. *quæstione V. b caput illud*, cujus initium, *Quicumque sacerdotum*, ex *Toletano concilio* sumi Gratianus fatetur. In editis conciliis non invenies: sed in his, quæ dixi non edita, inventum est ex duobus capitibus duorum conciliorum sumptum. Initium enim ejus capitis est ex concilio *Toletano XII. capite VII.* Posterior pars, cujus initium, *Plerique etiam*, est ex *Toletano XVII. capite V.* Sed multa in utroque capite relicta sunt studiosis viris legenda. Pro illis, *caussa doloris cujuslibet*: illic est, *causa cujuslibet doloris vel amaritudinis*: pro, *altare vestibus facris*: est *altare divinum vestibus sacratis*: pro voce *accinuerit*, est, *accingi*: aut ut in alio libro est, *accingisse*: sed scribendum est, *accinuisse*. Pro illis, *& extingui præceperit*, plura sunt: *vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induerit, atque, quod peius est, occasionem nutrierit, unde templis domini aut officia consueta desint, aut oblatio singularis sacrificii videatur in aliquo defraudari.* Pro illis, *loci sui dignitate &c.* illic est: *ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta superiorem sententiam domini, & loci sui dignitate &c.* Pro illis, *Plerique etiam sacerdotum sauciati &c.* multa sunt alia prætermissa. Pro illis, *ipsum offertur sacrificium, mortis incurrat periculum*, illic est: *idipsum offertur sacrificium ipsius sacrosancti libaminis interventu, mortis ac perditionis incurrat periculum: & quod cunctis datum est in salutis remedium, illis hoc perverso instintu, quibusdam esse expetunt in interitum.* Pro illis, *ergastulo relegentur*, plenius illic est, *ergastulo relegati, excepto supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus, sacræ communionis eis denegetur perceptio; quia Domino se crediderunt fraudulento delibasse studio.* B. Multo meliora sunt hæc, in quibus *& exilii, & excommunicationis* pœna est: quam illa, quæ *exilium* tantum continebant (β). A. Ex *Toletano XVI. capite V.* illa sunt, quæ Gratianus *c* refert post aliud Emeritensis concilii c 10. q. 3. Unio.
caput. Omittuntur autem multa exordii verba, ut in superioribus. Et in extremo capite post verbum *persolvere* additur: *nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus &c.* & post verbum, *parvipenderit*, hæc adduntur: *ut quippiam exinde temerandum crediderit*: In fine sunt hæc verba non satis integra post verbum, *multari*: ita nempe *ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto; ad ordinis sui sanctiones, modis omnibus studeat adimplere.* B. In libro Mich. Thomasii legi cujusdam docti viri scripturam post vocem, *interdicto*, *liber fuerit*, *ad ordinis sui remeaverit locum*, *cunctas hujus ca-*

[α] *Hæc etiam est in eodem lib. inscriptio cap.* 4. Apostolicæ. 35. *q.* 9. Item Gregorius. *In notis est*: Apud Anselmum, & Polycarpum citatur ex epistola Nicolai Papæ ad Regem Carolum. Extat in codice sæpe memorato monasterii Dominicanorum in epistola Nicolai, quæ inscribitur ad Ludovicum Regem, & in altera ejusdem ad Episcopos omnes in regno Ludovici, quæ incipit, GAUDEMUS. *In margine est*: Deusdedit ibidem (*hoc est*, *p.* 1.). Polyc. l. 5. tit. 6. Ans. l. 2. c. 69. *Inscriptio cap.* 6. Sententiam. *ead. q. est hæc*: Item Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola septima. *In margine hæc sunt*: Ans. l. 1. c. 75. Ivo p. 5. c. 19. *Et in notis*: VOLUERIT: Sic etiam in originali impresso: sed Anselmus, & Ivo habent, RENUERIT. *Vid. dial.* 13. *add.* 10.

(β) *Ante caput* 13. Quicumque. 26. *q.* 5. *in editione Gregoriana hæc verba sunt*: Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnat dicens cap. 7. *Et in notis est*: Principium hujus capituli usque ad vers. PLERISQUE. est ex 13. concilio Toletano c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano c. 5. quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania: & inde nonnulla hic emendata, & addita.

a Habitum illud fuit sub Sisebuto Rege Gothorum in Hispania. Egaram porro urbem fuisse Hispaniæ Tarraconensis sitam, ubi nunc est Terracia, inter Barcinonem, Minorissam, & Ausonam, ostendimus olim in dissertatione de episcopatu Egarensi, quæ nuper edita est in tomo quinto Conciliorum pag. 1645. Illud nunc addo, graviter hic lapsum esse Maurum Castellam Ferrerium, qui in libro secundo historiæ sancti Jacobi pag. 109. scribit, Concilium Egarense celebratum fuisse in Gallia Narbonensi, quæ tum parebat imperio Regum Gothorum in Hispania regnantium. B.

canonis sanctiones, modis omnibus &c. A. Magna libertate is interpres utebatur (α): Ex *capite septimo ejusdem concilii* Gratianus sumpsit *extremum caput distinctione XVIII.*

a Dist.18. c. ult.

a quod falso Contius refert ex *Toletano tertio cap. XVIII.* Varietas non magna est his exceptis. Pro illis verbis, *plenissime omnia referet &c.* illic est, *publice omnia reserata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissime notiores efficiantur,* & post alia: *Quod si quispiam ea parvipendenda crediderit, aut contemnenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, susurratione plenus, invidia incensus, & laceratione perfunctus, nec non potius earundem definitionum extiterit fautor benevolus: sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistes usquequaque multatus* (β). Hæc sunt apud Gratianum *b* aperte ex his conciliis sumpta.

b Dist.8. c.7. Frustra.

Sed quia incidi in verba quædam *Augustini* apud Gratianum relata, quæ in *Toletano concilio XVII. cap. IV. Cypriani* esse dicuntur, de his videndum censeo. *Augustini* verba sunt: *Frustra, inquit, quidam, qui ratione convincuntur, consuetudinem nobis obiciunt &c.* In eo concilio est: *Itemque præcellentissimus doctor, & invictissimus martyr Cyprianus prosequens ait. Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponant &c.* Ivo *Augustino* eadem adscripsit. Utrumque existimo eisdem fuisse verbis usum, & Cyprianum, & Augustinum, atque in illo verbo, *inquit*, ad Cyprianum respexisse. Cypriani verba sunt in *epistula ad Jubajanum. Proinde frustra quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt &c. Augustini libro quarto de baptismo contra Donatistas cap. V. Proinde, inquit, frustra quidem c, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt &c.*

c Ivo p. 2. c. 94. & p. 4. c. 235. decr.

C. Non igitur scribi debuit, *Frustra, inquit quidam*: sed, *proinde, inquit, frustra quidam*: neque *convincuntur*, sed *vincuntur*, cur autem *obiciunt* habet Augustinus, *opponunt* Cyprianus? A. Memoria fortasse lapsus est, & sententiæ ejusdem verbum protulit. Ideo retinendum arbitror (γ). De aliis videamus, quæ ex aliis libris non editis sumpta sunt. Sed quid illud est, quod puer ad vos attulit? C. Nunciat venisse librarium cum jure Pontificio tandiu desiderato Gregorianæ editionis. A. Manum igitur de tabula, ut ajunt. Velim tamen interea scire, quinam alii libri essent reliqui: de illis loquor, de quibus agebamus nondum in vulgus editis, cum quibus Gratianus conferri potuit. B. Eos nullo ordine referam, sed utut venerint in buccam. Initium faciam a *septimi Gregorii registro*, in quo præter epistularum libros X. multa sunt concilia Romæ ab eodem Pontifice habita. Successit huic *Victor tertius*, & post eum *Urbanus minor*: utriusque synodos habes. Victoris Beneventanam, Urbani Claromontensem, Melfiensem Placentinam. Item *Paschalis minoris* duo Romana concilia. Aliud *Innocentii minoris* Romanum concilium, & horum trium Pontificum *Urbani, Paschalis, & Innocentii* aliquot epistulas. *Eugenii tertii* Remense concilium, falso *Eugenio minori* a Coloniensibus inscriptum. His omnibus antiquius est concilium Ravennæ habitum ab *Joanne IX.* Pont. Max. Item epistulæ aliquot *Leonis minoris*, & *Leonis quarti*. Concilia provincialia Galliæ addere possumus Andegavense, Troslejanum, Lemovicense, Bituricense, Tullense, Pictaviense, atque alia hujusmodi. Vitæ quoque addantur Pontificum Romanorum ad Joannem XXII. Anastasii bibliothecarii historia ex Georgio, & Theophane: & interpretatio concilii Nicæni de imaginibus & octavi CP. contra Photium. Fragmenta Hadriani Pontificis ad Carolum Magnum de imaginibus, quæ in Suriana editione desiderantur. Hæc, & alia plenius in Romano Gratiani volumine, & in epitome veteris juris Pontificii tuo cognoscentur. A. Habes igitur C. quod tantopere expetebas, juris Pontificii emendationem, non ex sordidis rivulis, & lacunis, sed ex ipsis fontibus splendidissimis quasi Venerem quandam e mari exorientem, quæ omnium in se oculos convertat: & mirificos amores, & cupiditates eliciat.

[α] *In eodem libro inscriptio cap.* 3. Unio. 50. *q.* 3. *hæc est*: Item ex concilio Toletano 56. c. 4. *In notis hæc sunt*: Caput hoc est pars quarti canonis concilii 56. Toletani, cujus duo exemplaria missa sunt ex Hispania: ex quibus nonnulla sunt in hoc capite emendata, & addita. Habitum vero est concilium hoc Aera DCCXXXI. cum illud Emeritense habitum fuerit Aera DCCIV. MULCTARI: In concilio sequitur: „ ita nempe, ut postquam ab excommunicationis „ interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, „ cunctas hujus canonis sanctione modis o„ mnibus studeat adimplere ".

[β] *Dist.* 58. *cap. extremi inscriptio in eodem libro hæc est*: Unde in concilio Toletano 56. cap. 6. DECERNIMUS &c. *In notis est*: QUATENUS: In duobus exemplaribus hujus decimi sexti concilii Toletani locus hic ita legitur: „ Quatenus coram eis pu„ blice omnia reserata de his, quæ eodem „ anno in concilio acta, vel definita extite„ rint, plenissime notiores efficiantur ".

(γ) *Caput septimum distinct.* 8. *in eodem libro ita inscribitur*: Idem (*Augustinus*) in libro 4. de baptismo contra Donatistas cap. 5. Frustra, inquit, quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt &c. *In margine est*: Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epistula ad Jubaja. Ivo p. 2. cap. 94. & p. 4. cap. 235. *Et vers.* Hoc plane, *additur*: Hic B. Augustinus respondet.



Tituli Dialogorum

Libri Prioris.

Libri Posterioris.

Index omnium capitum Gratiani, quæ in his duobus Libris continentur.

cap.

cap.

De Pœnitentia.

De Consecratione.

Index capitum Gregorii noni, & libri sexti, & extravag.

Index capitum juris Cæsarei.




STE-

STEPHANI BALUZII
TUTELENSIS
NOTÆ AD GRATIANUM.

Dist. 8. c. 3. Mala.



Nscriptio istius capitis hæc est in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus: *Item Nicolaus Papa Hlgmaro* vel *Igmaro Remensi Archiepiscopo.* Male Sargemanensis: *Ignatio Remensi Episcopo.* Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 4. c. 1.

Ibid. c. 5. Si consuetudinem.

Io vulgatis editionibus legitur simpliciter: *Item Gregorius Wimundo Aversano Episcopo.* Sed Correctores Romani adnotant in hoc loco in aliquot manuscriptis & apud Ivonem esse *Gregorius VII.* Ivo parte 4. Decreti cap. 213. *Gregorius VII. Wimundo Aversano Episcopo.* Idem in Pannormia edita Basileæ lib. 2. cap. 166. *Gregorius Guillimundo Aversano Episcopo.* In editione Lovaniensi: *Augustinus cap. 5. & 6. lib. 4. de baptismo.* In veteri codice Pannormiæ Victorino: *Gregorius IV. Wimundano Aversano Episcopo.* Io antiqua collectione canonum, quæ fuit viri clarissimi Claudii Puteani, ounc vero servatur in bibliotheca Regia, ita legitur: *Gregorius VII. Wimundo Aversano Episcopo.* Codex sancti Germani Parisiensis: *Item Gregorius VII. Guimundo Aversano Episcopo.* Verus codex Victorinus: *Item Gregorius Papa VII. Guillimundo Aversano Episc.* Antiqua editio Moguntioa: *Item Gregorius VII. Guilimundo Aversano Episcopo.* Codex Colbertinus: *Item Gregorius VII. Simundo Adversano Episcopo.* Ex voce *Adversano* factum est postea *Adversario.* Alter codex Victorinus: *Item Gregorius VII. Guimundo Adversario Episcopo.* Unde facile corrigas errorem, qui exstat apud Guillelmum Durandi io præfatione libri secundi de modo generalis Concilii celebrandi: *Gregorius VII. Gilmundo etiam adversario Episcopo scribit.* Atque hoc mendum non esse typographorum erratum patet ex vetustissimo ejusdem libri exemplari scripto diu ante typographicam artem inventam.

Dist. 10. c. 3. Certum est.

In codicibus Gratiani manuscriptis, & per typographos vulgatis legitur: *Item Felix Papa.* Apud Democharem: *Item Fœlix Papa loquitur Principi.* Ad quem vero Principem scripta sit epistola illa, cujus Felicis, docet oos Sirmondi præfatio ad appendicem Codicis Theodosiani, ubi monet, ita restituendam esse inscriptionem istius capitis: *Item Felix III. Zenoni Augusto.*

Dist. 15. c. 3. Sancta Rom.

Gelasius in concilio. Constat decretum istud de libris canonicis & apocryphis vulgo tribui Gelasio Papæ illius nominis primo. In veteri tamen codice MS. Ecclesiæ Urgellensis, in quo continetur sincera Isidori collectio, & in pervetusto codice monasterii Jurensis, ut monet R. P. Petrus Franciscus Chiffletius in Notis ad Vigilium Tapsensem, idem decretum tribuitur Hormisdæ Romano Pontifici, qui non multo post Gelasium floruit. Sed & olim beneficio clarissimi viri Lucæ Dacherii vidi vetustissimum codicem collectionis Dionysianæ, in quo scriptum erat decretum hoc a Damaso Papa, diu videlicet ante Gelasii tempora editum fuisse. Unde olim collegimus in Notis ad Epistolam CXXVIII. Lupi Ferrariensis, Damasum fortassis primum omnium de hujuscemodi libris publice statuisse, deinde vero Gelasium renovasse decretum Damasi, illudque auxisse eorum auctorum nominibus, qui post Damasum vixere. Quod idem de Hormisda quoque dici potest.

Vener. suscipiendæ sunt. Post hæc verba nihil ex Gelasiano isto decreto legitur in antiquis Gratiani exemplaribus Regio & Sangermanensi. Quin & Nicolaus Cardinalis Cusanus in libro tertio de concordantia catholica cap. 2. admonet antiqua Decreta (id est, veteres Gratiani codices) non habere hunc textum nisi usque ad vers. *Item decreta Romanorum Pontificum* inclusive, nimirum usque ad ultima verba a nobis relata. Sequentia tamen, quæ in vulgatis Gratiani editionibus leguntur, exstant in duobus Victorinis & io Colbertino, tum etiam in duabus antiquis editionibus Moguotioa & Veneta.

Heroicis versibus. Sic omnino habent antiqua Gratiani exemplaria Victotina & Colbertinum, tum etiam veteres editiones Moguntina & Veneta. Et tamen Joannes Pierius Valerianus io libello, quem scripsit pro sacerdotum barbis, docet vulgata hactenus exemplaria pro *heroicis versibus* habuisse *hereticis versibus.* Hæc sunt ejus verba, digna profecto, quæ heic describantur: *At videte, obsecro, quæ damna plerunque depravati codices afferant. Nostris in sacris legibus, dist. XV. Gelasii Papæ sententia est, venerabilis viri Sedulii paschale opus, quod*

heroi-

heroicis descripsit versibus, insigni laude proferendum. Vulgata tamen hactenus exemplaria, pro heroicis versibus, hæreticis versibus *habuere. Quod bonis quibusdam legum professoribus suspicionem oggessit poemata omnia esse heretica, poetasque inter pios, etiamsi sacra tractent, nequaquam adnumerari, id, quod Hadriano VI. Pont. Max. usque adeo persuasum vidimus, ut hac de causa nullum hominum genus majore prosequeretur odio quam poetas, id nominis nihil aliud præ se ferre arbitratus quam impietatem. Et adhuc aliqui, non mali quidem Præsules, depravata illius lectionis hallucinatione & alterius hujus de rasitanda barba errore ducti, neminem sacerdotio dignum putant, qui vel barbam nutriat, vel versus faciat. Tanti est pravam semel opinionem imbibisse.*

Historia Eusebii Pamphili. Heic Gelasius, sive quis alius sit auctor istius decreti, historiam Eusebii ecclesiasticam numerat inter apocrypha. Et tamen idem, cum in initio ageret de opusculis sanctorum patrum, quæ in Ecclesia catholica recipiuntur, eandem historiam inter probatorum auctorum lucubrationes connumeraverat. Quod cum videret Beatus Rhenanus, existimavit verba illa, *Historia Eusebii Pamphili apocrypha*, adjecta deinde huic decreto fuisse ab homine imperito. Hæc sunt ejus verba ex epistola ad Stanislaum Turzum Episcopum Olomutzensem, quæ præfixa est editioni Latinæ Eusebii & nonnullorum aliorum historicorum ecclesiasticorum ab eodem Rhenano procuratæ anno MDXXIII. Basileæ: *Quod autem*, inquit, *eadem XV. dist. paulo post legitur historiam Eusebii Pamphili apocrypham esse, ab aliquo asino adjectum est; nisi velimus dicere Gelasium sibi ipsi contrarium, ut qui in eodem decreto improbet librum ante a se probatum, quod est valde inconveniens.* Reprehendit autem Rhenanum Carolus Molinæus, quod existimaverit hæc verba ab aliquo asino adjecta, cum potius dici debuisset alterius Eusebii esse historiam illam quam Cæsariensis. Hæc sunt verba Molinæi: *Non est dicendum hæc verba ab aliquo asino adjecta, ut ait Beatus Rhenanus in præfatione sua in historiam Eusebii Cæsariensis, præsertim quia omnes libri sic habeant etiam inter Concilia Ecclesiæ Tom. I. Sed dicendum, esse alterius Eusebii quam illius Cæsariensis supra eod. col. 2. approbati.* Carolum deinde Molinæum, tacito tamen ejus nomine, reprehendit Contius in scholio ad hunc locum: *Sed nec iis assentior*, inquit, *qui de alio Eusebio hunc locum intelligi volunt quam illius Cæsariensis, cujus hodie extat utraque lingua historia ecclesiastica. Nam & Nicephorus in præfatione histor. eccles. ait in ejus historia apparere cacoethes ejus hæreseos, & idem Gelasius paulo ante id significat.*

Mihi sane illa conciliandæ istius contradictionis ratio probari non potest, quam adfert Molinæus. Itaque observandum est cum clarissimo viro Joanne Baptista Cotelerio, apocrypha a Gelasio non pro pseudepigraphis duntaxat sumi, verum pro omnibus, quæ quia notam aliquam mereri videntur, sive suppositionis, sive erroris, sive impietatis, abscondi debent atque ignorari, nec in publica versari notitia sicut libri canonici scripturarum & ii ecclesiastici patrum, qui inoffenso pede decurri queunt. Quare inter apocrypha recenset Clementis Alexandrini opuscula, Tertulliani, Cypriani, Arnobii, Lactantii, aliorum, quamvis indubia. Huc usque observatio Cotelerii. Jam vero satis omnes intelligunt sublatam esse eam repugnantiam, non quæ esset, sed quæ esse videretur in decreto de libris canonicis & apocryphis. Nam qui in prima parte monuerat Chronicon Eusebii Cæsariensis atque ejusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum texuerit librum, propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, *usquequaque non renuendos*, nunc cum de libris agit auctorum, in quibus nævi quidam & errores sunt, quique propterea non in omnium manibus esse debent, inter eos ponit historiam ecclesiasticam Eusebii, quam tolerari potius quam suscipi ab Ecclesia dixerat in prima parte decreti, ut sæculi nostri verbis sententiam veteris temporis explicemus. Vide Didacum Covarruviam lib. 4. variar. resolut. cap. 17. §. 7. ubi recte ista explicat, conjecturam etiam Beati Rhenani refellens.

Fausti Mani apocrypha. In variis quæ hactenus prodierunt Gelasiani istius decreti editionibus sequitur: *Opuscula Commodiani apocrypha.* Quæ descripta non sunt apud Gratianum in vulgatis editionibus. Exstant tamen in Contiana, sed diverso charactere cusa, ut intelligeremus addita ea non esse ex antiquis Gratiani exemplaribus, sed ex ipso Gelasii decreto huc translata velut in suum. Hic tamen agendi modus, ut ego arbitror, excitavit gravem Antonii Augustini censuram adversus Contium, tamquam is perperam nonnulla Gratiano inseruisset, quæ inserenda non erant. Hæc sunt Augustini verba ex præfatione ad antiquas collectiones Decretalium: *Audacius Antonius Contius nuper & Joannes Quintinus, qui multa inserere ausi sunt pontificiis rescriptis. Eorum ego ingenium laudo, atque quod das minime aspernor. Id tamen mihi malo exemplo fieri videtur, si quod publica auctoritate accepimus, liceat nobis privata voluntate interpolare. Illi quidem præclare notas addunt, quibus sua ab alienis distinguantur. At res est plena periculi, cum facile in his librariis labi soleant & aliena verba, vel longius separata in nostrorum verborum numerum referre.*

Dist. 19. c. 3. In memoriam.

Hæc est inscriptio istius capitis in codicibus regio & Sangermanensi & in prima editione Moguntina: *Item ex capitulo Karoli Imperatoris.* Reliqui habent *Capitul.* Editio Veneta: *Item ex c. Caroli Imperatoris.* Burchardus lib. 1. cap. 220. citat ex Concilio Triburiensi, ubi exstat. Fatendum tamen est cognitum magis fuisse hoc caput sub nomine Caroli, quam sub nomine Concilii Triburiensis, nimirum a viris, quibus Gratiani collectio notior erat quam codex Conciliorum. In tomo octavo Spicilegii Dacheriani edita est oratio a Pio secundo habita in conventu Mantuano, in qua hæc scripta sunt pag. 323. quæ ita legi debent, sicuti etiam leguntur in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ: *Mirum si hæc ratio Carolum movit, quem prædecessoris sui Magni Caroli decebat imitatorem esse, cujus hæc verba leguntur: In memoriam beati Petri Apostoli honoremus &c.* Sed ex canone Triburiensi descripsisse videntur Episcopi provinciæ Juvavensis in epistola scripta anno DCCCCI. ad Joannem IX. Papam, quæ a Goldasto edita est in appendice documentorum de Regno Bohemiæ. Hi enim ita loquuntur: *Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa sancta & apostolica sede, quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis & origo Christianæ religionis, profluxerit quippiam perversitatis, sed doctrina & auctoritas ecclesiasticæ rationis.* Vide additionem nostram ad caput XVI. libri secundi de concordia sacerdotii & imperii.

Dist. 19. c. 9. Anastasius.

Certum est permulta in hoc capite esse, quæ non congruunt cum fide historiæ. Neque tamen propterea accusandus est Gratianus, cum ille non sit auctor illius narrationis, quam accepit ex veteri libro pontificali Romanæ Ecclesiæ. Recte ergo Albertum Pighium reprehendunt Antonius Augustinus & Didacus Covarruvias, quod omnem istius loci invidiam rejecerit in Gratianum. Vide quæ supra a nobis dicta sunt in Notis ad Antonium Augustinum pag. 427.

Revocare Acacium, id est, *dogma ejus,* ut habet glossa interlinearis in codice Regio. Baronius autem ita interpretatur, ac si Anastasius propensior fuerit in restituendo sublato e Diptychis Acacii nomine. Fortassis neutra harum interpretationum vera est.

Dist. 20. c. 1. De libellis.

Epistola ista Leonis quarti ad Episcopos Britanniæ, cujus varia fragmenta refert Gratianus, reperitur integra in tomo tertio Conciliorum Galliæ. Aliqua autem illius pars exstabat in collectione Severini Binii.

Dist. 22. c. 4. De Constantinopolitana.

Initium istius capitis sumptum est ex epistola 63. libri 7. epistolarum sancti Gregorii, ut recte notant Correctores Romani.

Quod et d. piissim. Tota illa clausula usque ad verbum *profitentur* deest in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, etiam apud Democharem & Contium. Adjecta ergo est a Correctoribus Romanis contra omnium codicum & editionum fidem. Et tamen iidem cum soleant admonere, si quid propria auctoritate ex originalibus, ut ajunt, addant in contextu Gratiani, nihil heic admonuerunt; sed locum hunc uno tenore ediderunt interpolatum, ac si Gratianus ita legisset. Qua audacia non video fieri quicquam posse audacius (*a*).

Eusebius. Tametsi clausula illa non exstet apud Gratianum, adeoque Eusebius iste nihil faciat ad auctorem nostrum, utar tamen hac occasione; ut admoneam, vocem illam deesse in antiquissimo codice epistolarum sancti Gregorii manuscripto in bibliotheca Regia, tum Thomam Jamesium in Vindiciis Gregorianis pag. 123. notare eandem deesse in antiquis epistolarum Gregorii libris a se visis. Denique Amalarius, qui epistolam illam totam integram refert in libro 4. cap. 26. de ecclesiasticis officiis, legit simpliciter, *frater noster ejusdem civitatis Episcopus,* omisso nomine Eusebii, quod omisit etiam An-

(*a*) An recto jure a Baluzio audaciæ Romani Correctores insimulentur, vel non, ut dignoscatur, ad verbum transcribenda duximus, quæ de clarissimo hoc Auctore leguntur apud Van-Espenium in Brevi commentario ad primam partem Gratiani, Distinctione XXII. „ Circa hunc Canonem plura notavit Stephanus Baluzius, atque in primis monet, quod integra clausula incipiens a verbo *D. Piissimus*, usque ad „ verbum *profitentur*, desit in omnibus Gratiani antiquis exemplaribus, & editionibus, etiam apud Democharem, & Contium: adjecta ergo est, ait, a Correctoribus Romanis contra omnium codicum, & editionum fidem......... Qua audacia non video fieri quidquam posse audacius ". (Hæc usque in Editione Mastrichtii; apud Van-Espen tamen hæc Baluzii leguntur adjecta verba): „ Merito tamen hic consulenda est Nota PP. Benedictinorum ad citatam Epistolam S. Gregorii Nov. Edit. ubi excusare nituntur „ Correctores Romanos. Verum est quod hic notat Baluzius, in Editione Antonii Contii prædictam clausulam non haberi; quod vero idem Baluzius asserit, eam in omnibus antiquis exemplaribus non haberi, ac „ per Correctores Romanos contra fidem omnium exemplarium adjectam, falsum id esse notat Petrus Gussant in Notis ad hanc Epistolam Gregorii, ibidem de hac clausula ita disserens: In nonnullis exemplaribus Gratiani deest hæc clausula, scilicet in Editione Parisiensi Anni 1542., in Venet. 1588. & quibusdam aliis perpaucis; sed maxima pars tam MSS., quam editorum Gratiani Exemplarium eam continet; & merito, cum non aliter potuerit legere Gratianus, quam legeret apud S. Gregorium: nam in omnibus MSS. & editis ipsius Registri hæc Clausula continetur; & ita eam legerunt quotquot occasione data hanc Epistolam retulerunt, ut infra memorabimus: imo & ipse Jamesius, qui nullam vellicandi „ Gratianum, & Correctores Romanos occasionem prætermittit, eandem clausulam retulit; utpote quæ „ in sex MSS. Anglicanis reperiatur; unde apposite, sed prudenter suo more Correctores Romani clausulam hanc, quæ in corruptis quibusdam exemplaribus deerat, restituerunt, ex incorruptis nimirum Gratiani Codicibus, & ex purissimis S. Gregorii fontibus; neque vero monendos ea de re Lectores duxerunt; „ nempe quia corruptos illos Gratiani Codices, aut non viderunt, aut si viderunt, tanquam rem notis indignam contemnendos censuerunt ". W.

Anselmus Lucensis lib. 2. cap. 68. Nullus quippe ea tempestate Eusebius fuit Episcopus Constantinopolitanus, sed Cyriacus, ut cuivis manifestum est.

PRIMAS BYZANCENUS. Apud sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 2. epist. 64. hæc scripta sunt in titulo: *De Episcopo Constantinopolitano de crimine accusato.* Hanc porro summulam, ut vocant Correctores Romani, seu potius corruptelam esse antiquissimam, colligitur ex epistola XLVII. Hincmari Remensis Archiepiscopi ad Joannem VIII. Papam scripta nomine Karoli Calvi. In capite enim quinto referens locum ex hac epistola Gregorii de prærogativa sedis apostolicæ, cui se Episcopus in ea epistola nominatus dicebat velle subiici, Hincmarus aperte interpretatur de Episcopo Constantinopolitano. Quod aliunde, ut opinor, accipere non potuit Hincmarus quam ex lemmate jam tum apposito huic epistolæ. Habetur illud in antiqua editione Parisiensi epistolarum sancti Gregorii facta anno MDXVIII. itemque in ea, quæ anno MDLXXXVI. in eadem urbe procurata est cum reliquis sanctissimi Pontificis operibus. Cum ergo lemma istud sit antiquum, adeoque per multa sæcula citra controversiam putatum sit heic agi de Episcopo Constantinopolitano, ut patet ex glossis Gratiani tam editis quam manuscriptis, non bene mihi fecisse videntur, qui Romæ curam edendarum sancti Gregorii lucubrationum susceperunt anno MDXCI. titulum illum ita mutantes propria auctoritate: *De Episcopo Bizaceno provinciæ Africæ de crimine accusato.* Porro omnes antiqui codices, omnes Gratiani editiones ante Romanam, habent in hoc loco *Byzancenus Primas.* In antiquissimo tamen epistolarum ejusdem Gregorii codice MS. bibliothecæ regiæ legitur *Bizazenus*; apud Anselmum vero Lucensem lib. 2. cap. 68. in codice Sangermanensi *Byzacenus*, in Barberino *Bizacenus*; quo etiam modo habetur in editione Romana epistolarum sancti Gregorii. Certa est hauddubie emendatio. Itaque vere mendum heic esse pronuntiavit illustrissimus Cardinalis Baronius ad annum DXCIX. de Primate enim Byzaceno agi, non autem de Episcopo Constantinopolitano. Ut mirum valde sit illustrissimum Cardinalem Perronium postea contendisse loqui in hoc loco sanctum Gregorium de Constantinopolitanæ urbis antistite. Occasio postulat, ut post emendatum istum locum, eandem medicinam adhibeamus Hieronymo, Augustino, & Zozimo, qui eodem vitio laborant. Itaque apud Hieronymum in dialogo adversus Luciferianos Muzonius (quem fuisse Episcopum primæ sedis Byzacenæ patet ex Concilio Carthagine habito anno CCCXCVII.) dicitur *Episcopus provinciæ Byzantinæ*, pro quo reponendum est, *Byzacenæ*, ut nemo non videt. Atque ita omnino scriptum vidi in vetustissimo codice MS. bibliothecæ sancti Germani Parisiensis; *Muzonius Episcopus provinciæ Byzacenæ, cui propter ætatem primatus ab omnibus deferebatur, ita locutus est.* Apud Augustinum in epistola XLVIII. ita editum est: *Omnes vos Maximianistæ superabunt, quorum schisma in Byzantio & in Tripoli exarsit.* Legendum ergo heic quoque *Byzacio*, ut manifestum est. Eodem modo emendanda est inscriptio Epistolæ XIII. Zozimi Papæ, quæ ita habet: *Zosimus Episcopis per Byzantium constitutis.* Quid enim hoc monstri est, si per Byzantium heic Constantinopolim intelligas? Data est ergo ad Episcopos per Byzacium constitutos quæ una est ex provinciis Africanis. Error hinc ortus quod antiqui illi librarii sæpenumero scriberent *Byzantium* pro *Byzacium.* Exemplum istius mali moris extat in veteri Notitia provinciarum MS. cujus nos exemplar unum habemus, aliud simile extat in bibliotheca illustrissimi Archiepiscopi Remensis Caroli Mauritii Tellierii: *In Africa sunt provinciæ numero VI. Proconsularis, in qua est Carthago, Numidia, Bizantium &c.* Item vetus codex sancti Petri Pictaviensis MS. *Provinciæ Africanæ numero VI. Proconsolabris, in qua est Cartago, Nudimia, Bizantium, Tripolis, &c.* Sed has provincias rectius enumerat Rufus Festus in breviario suo: *Per omnem Africam sex provinciæ factæ. Ipsa ubi Carthago est, proconsularis, Numidia consularis, Byzacium consularis.* Sic in veteri codice canonum Ecclesiæ Romanæ, cum in actis Concilii Carthagine habiti anno tertio & quadringentesimo recensentur Episcopi provinciarum Africæ, qui Concilio illi adfuerunt, ita legitur: *Ordo itaque rerum deposcit, ut primitus de fratribus nostris & consacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzantio vel certe de Mauritania convenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreverint interesse. Et offerentibus Philolego, Gesta, Venustiano, & Feliciano Episcopis provinciæ Byzantinæ legationis literas &c.* Et infra: *Animadvertimus fratres & coepiscopos nostros Byzantinæ provinciæ &c.* In quibus locis *Byzacio* & *Byzacenæ* recte reposuit vir clarissimus Christophorus Justellus, tum in codice Dionysii Exigui, tum etiam in codice canonum Ecclesiæ Africanæ.

SUPERIOR ROMA. In antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus legitur *inferior Roma*; nisi quod in regio emendatum est a manu antiqua *superior*: In vetere Victorino supra vocem *inferior* addita est hæc inepta glossa, *rationes vallis*, ac si superior & inferior Roma esset ratione situs. Melius Contius, qui in margine adnotavit legendum heic esse *senior*: quod etiam placuisse video Antonio Augustino. *Dist.* 22. c. 6. Renovantes.

DEINDE ANTIOCHENA. Cogor in hoc loco defendere Gratianum adversus Cujacium, qui eum arguit malæ fidei, quasi canonem istum Trullanum, quem Cujacius adscribit sy-

ſynodo Chalcedonenſi, corruperit. Hæc ſunt verba Cujacii ad caput 3. *Sane ſi*: de ſoro competenti: *Et initio quidem quatuor tantum Primates conſtituti ſunt ex Concilii Conſtantinopolitani ſexti canone 36. & Juſtiniani Nov. 123. nempe hi quatuor, Romanus, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus. Deinde cum Romanus ſe ſuper omnes ſic in cœlum extuliſſet, jam noluit ſe Primatem appellari, aut Primatibus adnumerari, quaſi non habentem comparem. Tum pro Romano ſubditus eſt Antiochenus primas* cap. penult. 22. diſt. *ex Concilio illo Chalcedonenſi, ſed depravato dedita opera a Gratiano, puta pro Romano ſubſtituto Antiocheno.* Primo certum eſt nihil heic circa Romanum Pontificem mutatum fuiſſe a Gratiano, & Antiocheni Patriarchæ mentionem in hoc canone Trullano vere factam. Deinde errat Cujacius, cum exiſtimat Patriarcharum quatuor ſive Primatum inſtitutionem primo factam fuiſſe in ſynodo Trullana, quam ipſe Conſtantinopolitanam ſextam nominat. Ex Novellis porro Juſtiniani colligitur quinque olim patriarchales ſedes fuiſſe, & in his connumeratam etiam Romanam. Qua de re vide Marcam in libro primo de concordia cap. 5. §. 4. & 5.

Diſt. 23. Heic ad verba Gratiani in principio diſtinctionis poſita adnotandum eſt cum Antonio Auguſtino in notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 4. cap. 9. tractatum ordinandorum appellari ſolere a Gratiano a diſtinctione iſta uſque ad quæſtionem primam ſive cauſam conſcripta, ideoque veteres interpretes Alanum, Vincentium, Tancredum, Laurentium, & ceteros, cum capita collectionis illius referunt, ſemper *ſupra* addere, perinde ac ſi poſt Gratiani volumen hoc adſcriptum eſſet. Occaſio hujus obſervationis hæc eſt ex loco citato primæ collectionis Decretalium: *Illud autem quod de Archiepiſcopi conſecratione, ordinatione &c. ut in tractatu ordinandorum.* id eſt, diſt. 66. cap. 1. ut monuit idem Auguſtinus.

Ibid. c. 2. Qui Epiſcopus. Hoc caput a Gratiano citatur ex Concilio Carthaginenſi quarto. Nos vero in notis ad Reginonem pag. 577. monuimus ſumptum eſſe ex Statutis Eccleſiæ antiquis, quæ olim unicuique Epiſcopo legebantur in conſecratione ſua.

Ibid. c. 21. Prohibete. Comam non nutriant. Ad Clericorum enim modeſtiam pertinet, ut ait vir doctiſſimus Carolus Annibal Fabrotus ad titulum Decretalium de vita & honeſtate Clericorum, ut neque comam alant neque barbam, quo loco multa de hoc vetere inſtituto diſſerit. Hinc celebratiſſimus ille canon Concilii quarti Carthaginenſis: *Clericus nec comam nutriat nec barbam*: ubi tamen quidam codices addunt *radat* vel *tondeat*. Inde factum, ut inter oppoſitiones, quas ævo Nicolai primi adverſum Latinos Græci faciebant, illud etiam quærerent, cur Clerici barbas raderent, ut patet ex Ratramno, Ænea Pariſienſi, & aliis. Quod rurſum ævo Leonis IX. Latinis exprobratum fuiſſe a Niceta cognomento Pectorato obſervat Chriſtianus Lupus pag. 1439. ubi multis ex antiquitate teſtimoniis probat hunc occidentalis Eccleſiæ uſum antiquitus fuiſſe, ut Clerici barbam raderent. Itaque vero Gregorius VII. lib. 9. epiſt. 50. ſcribere potuit totius occidentalis Eccleſiæ clerum ab ipſis Eccleſiæ Chriſti primordiis barbam radendi morem tenuiſſe. Elegans & feſtiva eſt hiſtoria cujuſdam Presbyteri Gothi ſive Dalmatæ, quem Thomas Archidiaconus Spalatenſis in capite XVI. hiſtoriæ Salonitanæ graviter objurgatum narrat ab Alexandro ſecundo, quod barbam radere ſecundum catholicæ Eccleſiæ morem renueret; additque: *Illico autem venerandus Pontifex propria manu paucos pilos de barba illius præcidit, & mox aſtantibus, ut eum eccleſiaſtico more raderent, juſſit.* Denique cum barbæ cœpiſſent in honore eſſe, ac tamen plerique eas exhorreſcerent tanquam rem novam & alienam a moribus Eccleſiæ, Joannes Pierius Valerianus ævo Clementis ſeptimi libellum Romæ edidit pro ſacerdotum barbis, qui dein Pariſiis recuſus eſt anno MDXXXIII. In eo libello Pierius evincere multis ac variis argumentis conatur faciendum eſſe ſacerdotibus barbæ alendæ poteſtatem. Inter incommoda vero, quæ ex barbæ raſitatione in Eccleſiam invecta eſſe conqueritur, illud etiam addit, eo aliquando noſtrorum delitias proceſſiſſe, ut hujus raſitationis ergo confuſa quodammodo ſpecie difficulter vir a fœmina internoſceretur, atque hinc accidiſſe, ut mulier ad pontificii ſolii majeſtatem eveheretur. Sed adverſus Pierium, quem novellum barbæ laudatorem vocat, ſcripſit poſtea Gentianus Hervetus alium libellum de pilis & barba radenda, qui editus eſt Pariſiis anno MDXXXV. in quo inter alia ſic loquitur: *Quamquam ſatis mirari non poſſum, quid ſacerdotem ullum ulla ex parte impellere poſſit, ut barbam alere quam radere malit. Si enim ex eo vultui dignitatem & majeſtatem quærit, quorſum attinet pilorum denſitate inanem gravitatis laudem captare, turpiſſimis & nequiſſimis (pro dolor) factis ſummam levitatem effundere?*

Aliter legitur hoc caput in prima appendice Reginonis cap. 19. *Mulier, quamvis docta & ſancta ſit, viros in conventu docere non præſumat. Similiter nec baptizare.* Apud Burchardum vero lib. 8. cap. 83. *Mulier quamvis docta in conventu docere non audeat.* In Concilio Carthaginenſi quarto, unde petitum eſt iſtud caput, ita legitur: *Mulier, quamvis docta & ſancta, viros in conventu docere non præſumat. Mulier baptizare non præſumat.* *Diſt.* 23. *c.* 29. Mulier.

Caput iſtud nullam habet inſcriptionem in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, etiam uſque ad Democharis & Contii tempora. Sed quia Demochares & Contius *Diſt.* 23. *c.* 33. Sponſus.

tius in margine adnotaverant sumptum esse ex canone 13. Concilii quarti Carthaginensis; hinc audaces facti Correctores Romani eam observationem transtulerunt in textum Gratiani fari coacti, quæ nunquam sciverat. Accepit enim hauddubie ex Burchardo aut Ivone, apud quos dicitur esse caput 101. Concilii apud Valentias. Recte Regino lib. 2. cap. 153. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Dist. 25. c. 1. Perlectis. Sumptum est hoc caput ex epistola Isidori Hispalensis Episcopi ad Ludifredum Cordubensem Episcopum, ut præfert inscriptio. Sub finem vero, cum dignitas & auctoritas Archidiaconi explicatur, hæc adduntur: *Archipresbyter se esse sub Archidiacono &c.* usque ad *vel cui ipse injunxerit.* Eadem extant in Decreto Ivonis parte 6. cap. 20. ubi Joannes Molinæus ista adnotavit in margine: *Hæc non habentur in codice regio, suspectaque mihi perpetuo visa sunt, quod Archipresbyter subdatur Archidiaconis, quod vetustum non esse in canonibus Conciliorum vel mediocriter versatus nemo ignorat.* Consuluimus nos super ea re codicem antiquissimum bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis, in quo clausulam illam non invenimus; ejusdemque, ut opinor, auctoritate ductus Antonius Contius ista ad hunc locum adnotavit in margine Gratiani: *Desunt apud Ivonem.* Itaque Correctorum Romanorum hæc verissima adnotatio est ad locum, de quo nunc agimus: *Hinc usque ad vers.* Ad primicerium, *non sunt in ipsa epistola Isidori, neque in Pannormia, neque apud Burchardum.* Mirum enimvero non est ista non extare apud Burchardum, qui non omnia ex illa Isidori epistola descripsit, quæ de Archidiaconi officio agunt, sed in illis verbis excerpta sua finivit, *Clericis proprias partes idem distribuit.* In Decretalibus Gregorii IX. in titulo *De officio Archipresbyteri* ea, quæ a Gratiano referuntur de auctoritate Archidiaconi super Archipresbyterum, laudantur ex Concilio Toletano. Sed in nullo Toletanorum Conciliorum reperiuntur, & Garsias Loaisa noluit verba illa agnoscere pro verbis canonum Toletanorum. Ceterum Cujacius agens de hoc ipso negotio *ad caput penult. de causa possess. & propriet.* ait: *Nam Archipresbyter subiectus est Archidiacono, Presbyter Diacono. Quod prima fronte mirum videtur. Et verum est tamen.* Item ad caput 8. *Ex parte.* De Clericis non resident: *Et quamquam*, inquit, *possit videri in clero tanto major esse Archipresbyter Archidiacono, quanto major est Presbyter Diacono, tamen Archidiaconus Archipresbytero præponitur, cap. 1. sup. de offic. Archipresbyt. & can. 1. 25. dist. Et Arnulphus Episcopus Lexoviensis in epistolis etiam scribit Archipresbyterum ab Archidiacono eligi & confirmari ab Episcopo. Ex quo sequitur Archidiaconum esse Archipresbytero majorem.* Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 1. tit. 16. cap. 1.

Dist. 27. c. 6. Quod interrogasti. Hoc caput in prima appendice Reginonis cap. 57. refertur ex epistola Nicolai Papæ primi ad Adalwinum Archiepiscopum Juvavensem, quæ est sincera capitis istius inscriptio. Vide Notas ad Reginonem pag. 595. Similis medicina adhibenda est capiti *Quorundam.* dist. 34. & capiti *In tuis.* 7. q. 2. ut illic dicemus. De sensu porro istius capitis consule Cujacium ad cap. *Consuluit.* 4. Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt.

Dist. 28. c. 8. Diaconi. Ex isto capito collegit Cujacius ad caput primum ejusdem tituli etiam Diaconos ex permissu Episcopi ea lege posse in ordinem Diaconorum conscribi, ut tamen sibi quandoque liceat ducere uxorem liberorum procreandorum causa. *Quod tamen Justinianus*, inquit, *probare non videtur Nov.* 123.

Ibid. c. 12. De Syracusanæ. Variant inscriptiones istius capitis in antiquis codicibus. Sangermanensis habet: *Item Pelagius Cathego Patricio.* Colbertinus & Victorini duo, *Cethego.* Regius, *Cetheo.* Veteres editiones, *Cethego*: quo etiam modo edidit Juretus in epistola 55. Ivonis Episcopi Carnotensis, qui hunc locum citat, atque ita etiam habet editio istius epistolæ apud Holstenium in collectione Romana. Sed apud Anselmum lib. 6. cap. 40. in codice sancti Germani Parisiensis scriptum est *Cætero*: quæ lectio reperitur etiam in libro Barberino ejusdem Anselmi. Correctores Romani videntur elegisse meliorem lectionem. Cethegi namque Exconsulis & Patritii tempore Justiniani mentio est in epistola Vigilii Papæ encyclica ad universam Ecclesiam de successu suo ad sanctam Euphemiam.

Dist. 28. c. 16. Presbyterum. In antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus hæc est inscriptio istius capitis: *Item ex sexta synodo.* Reliqua addita sunt a Correctoribus Romanis, sed admonitis a Contio, qui in margine editionis suæ adnotavit ista exstare in canone 26. synodi in Trullo.

Presbytarum. *scilicet orientalem*, ut ait vetus interpres in veteri codice Victorino, vel *orientalis Ecclesia*, ut ait alter vetus interpres in codice Regio.

Per ignorantiam. Hæc verba non habentur in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, neque apud Democharem & Contium. Sed in glossa legitur: *Potest intelligi de eo, qui contraxit secundas nuptias per ignorantiam juris.* Nam & vetus interpres in codice regio per non legales nuptias intellexit secundas: *non legalibus*, ait, *id est, secundis*; quam interpretationem amplexus esse videtur Innocentius III. lib. 2. epist. 68. ex qua sumptum est caput *Nuper.* de digamis non ordinandis. At Balsamon & Zonaras in scholio ad hunc locum interpretari maluerunt de eo, qui per ignorantiam suæ cognatæ legitime conjunctus est, & postea factus Presbyter. Atque ego sane eam sententiam

puto

puto esse veriorem. Nemo enim se secundis nuptiis alligat per ignorantiam juris, & nihil unquam fuit vulgatius in Ecclesia quam ei non licere esse in sacerdotio qui non esset unius uxoris vir. Vide Antonium Augustinum in fine dialogi octavi libri prioris. Quod autem Correctores Romani hic in contextu Gratiani addiderunt has duas voces, *per ignorantiam*, sumpserunt haud dubie ex canone Trullano, ubi extant. Ego tamen maluissem Gratianum purum putum edidissent, additiones porro istas, quæ alioqui bonæ sunt, posuissent in margine aut in notis.

Dist. 32. c. 5. Nullus. Cujacius ad caput 7. *Vestra.* de cohabit. Cleric. ac mul. disputat in utramque partem, an rite possit quis & impune sine fraude interesse sacris quæ facit is qui concubinam habet vel focariam, qui inquam quo in alio flagitio & dedecore volutatur, vel etiam an de manu ejus rite & legitime sacramenta sumere possit.

Carolus Molinæus in annotatione ad caput istud hæc omnino ait: *Cum hæc decreta Dominus Mansenecallus primus Tolosani senatus Præses exequi vellet anno 1550. non caruit Epicureorum & Sophistarum cum illis colludentium calumniis.*

Dist. 32. c. 6. Præter hoc. Cum his qui præfatæ. In editione Lovaniensi Pannormiæ lib. 3. cap. 135. ita legitur hic locus: *officia qui præfatæ constitutioni fuerint inobedientes maneat.* Melius in editione Basileensi & in codice Victorino: *ad divina officia qui præfatæ constitutionis fuerit inobediens maneat.*

Dist. 32. c. 17. Hospitiolum. Hoc caput ita inscriptum est in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus: *Item Hieronymus.* Demochares addidit: *ad Nepotianum de vita Clericorum*, quam additionem retinuit Contius. Retinuerunt quoque Correctores Romani, sed addiderunt, *& alibi*, quia videbant caput hoc esse collectum ex variis beati Hieronymi locis in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.

Dist. 32. c. 19. Mulieres. Matricuriæ. Apud Fulgentium Ferrandum in breviatione canonum cap. 221. legitur *matriculæ*: quam lectionem confirmat in Notis suis Petrus Franciscus Chiffletius vir doctissimus.

Dist. 34. c. 1. Quorundam. Mendosa est inscriptio istius capitis, quæ sic restituenda est: *Nicolaus Papa ad Adaluvium Archiepiscopum.* Vide quæ dicta superius sunt dist. 27. cap. 6. *Quod interrogasti.*

Dist. 36. c. 1. Illiteratos. Admonent in hoc loco Correctores Romani duas istas voces *vitiatos vel* abesse a plerisque vetustis exemplaribus Gratiani & ab originali. Non extant sane in Regio Gratiani codice, neque in Sangermanensi aut Victorinis, neque demum in Colbertino. Immo Regino lib. 1. cap. 411. & Burchardus lib. 2. cap. 18. referentes istud Gelasii decretum, duas illas voces omiserunt. Ivo vero parte 6. Decreti cap. 37. & 75. & in Victorino Pannormiæ codice illas pariter non habet: Habentur tamen in editionibus Pannormiæ & in antiquissimis Gratiani editionibus Moguntina & Veneta.

Cunctos ipse judicaturus. Indubitati juris est in Decreto Gratiani, Romanum Pontificem nullius mortalis hominis judicio subjacere, ipsum autem fas habere de omnibus judicandi, neque cuiquam licere de ejus judicare judicio, ut legitur in capite *Cuncta.* 9. q. 3. Ex ea persuasione descendit nobile illud & celeberrimum Bonifacii VIII. apophtegma in capite *Licet.* de Constitutionibus in Sexto; *Romanus Pontifex jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere.* Attamen eam non fuisse omnium sedis apostolicæ Pontificum sententiam probari potest auctoritate Silvestri secundi. Consultus ille a quodam Abbate, non statim respondit, quia destitutus erat auxilio suorum librorum, quos in Gallia reliquerat, & Romæ libri istiusmodi non extabant, qui de rebus canonicis tractarent. Hac sapienti excusatione deprecatus culpam tarditatis, tum se præmuniens adversus invidiam, si quid non recte rescriberet absque librorum auctoritate, ad postulata Abbatis respondere se ait, quæ memoria teneret. Quod si Silvester putasset omnia jura contineri in scrinio pectoris sui, nimirum expectoranda statim erat responsio ad inquisitiones Abbatis, neque recurrendum ad frivolam illam & inutilem excusationem de absentia librorum suorum. Sed operæ pretium est heic describere epistolam ipsam ex veteri codice sancti Germani Parisiensis, in quo collectio continetur, quæ vulgo tribuitur Anselmo Lucensi. Sic ergo ibi habet in fine libri undecimi. *Dist.* 40. c. 6. Si Papa.

EX DECRETO SILVESTRI PAPÆ.

Silvester Episcopus servus servorum Dei Abbati salutem & apostolicam benedictionem. De hoc unde nos consuluisti, ideo respondere tibi distulimus, quoniam auctoritatem in Romanis voluminibus non habemus. Illos autem libros, in quibus specialem sententiam legimus, in Gallia relictos recolimus. Aliquid tantum memoriæ retinemus, quod tuæ petitioni sufficere posse credimus. In eisdem libris de Episcopis per pecuniam promotis legitur ut quisquis talis inventus fuerit, per biennium pontificali officio carens duos dies per hebdomadam vino & cocto se abstineat, & post finitum psalterium comedat. Hoc quippe traditionibus priorum patrum concordare videmus, qui hujuscemodi Episcopos deponi sanxerunt. Officii suspensio evidenter fit cujusque depositio. Qui enim deponitur, a communione privatur. Valet utique tantundem biennii suspensio cum pœnitentia, quantum sola depositio. Qui verò post biennem suspensionem & pœnitentiam officio suo redditur, quasi post depositionem misericorditer reconciliatur. Incipe ergo post octavas Pentecosten prædictum biennium, & eo pacto

tuo

tuo officio sis restitotus. Si fratrum custodiam & totius cœnobii sarcinam alicui frattum committere possis, donec pœniteas committe. Sin autem, oportet, quamvis graveris, ut ipse patienter totum sufferas. Multiplex igitur calor purius effundit a fornace metallum (b).

Dist. 42. c. 7. In oratorio. Caput istud non exstat in libro Sangermanensi. In aliis vero, & in antiquis editionibus refertur simpliciter ex Augustino, hoc modo: *Item Augustinus.* Editiones Democharis, & Contii: *Item Augustinus epistola 109. ad monachas.* Editio Romana: *Item Augustinus epistola 109. de regula monachorum.* Et tamen hæc verba non reperiuntur in epistola illa Augustini. Regino lib. 1. cap. 54. cum quiddam aliud attulisset ex dictis Augustini, & in titulo istius capitis hæc tantum verba posuit: *Item alibi.* Ex quo Burchardus lib. 3. cap. 80. collegit istud quoque caput sumptum a Reginone esse ex Augustino; adeoque inscriptio ejus hæc apud illum est: *Ex dictis Augustini.* Hinc ergo acceperunt Ivo, & Gratianus. Inventum autem est hoc caput in regula Tarnatensis monasterii cap. 15. Vide Notas eruditissimi viri Hugonis Menardi ad caput 59. concordiæ regularum §. 4.

Dist. 44. c. 7. Nullus Presbyter. Burchardus lib. 2. cap. 161. & Ivo parte 3. cap. 252. itemque Gratianus citant ex Concilio Nannetensi cap. 10. ubi non habetur. Fons illius errari est Regino lib. 1. cap. 213. qui non satis bene ista distinxit. Vide illic Notas nostras. Exstat hoc caput io Capitulis Hincmari tit. 1. cap. 14. Vide Cujacium ad caput 14. De vita & honestate Clericorum.

Dist. 44. c. 12. Non liceat. Partem istius capitis, nimirum hæc verba *Nec oportet Clericos*, & quæ sequuntur, Regino libro 1. cap. 187. retulit absque nomine auctoris. Burchardus libro 2. cap. 165. & post illum Ivo parte 6. cap. 256. *ex Concilio Carthaginensi cap.* 12. Gratianus io codicibus manuscriptis & in antiquis editionibus *ex Concilio Martini Papæ*, in editione Romana *ex Concilio Martini Papæ cap. 61. & 66.* Exstat in Additione quarta Capitularium cap. 49. ubi in veteri codice MS. Petri Pithœi scriptum est *gratias auctori & datori Deo referre*, cum ceteri habeant simpliciter *gratias auctori Deo referre.*

Dist. 47. c. 5. Si quis Cler. Caput istud multum illustrat Cujacius ad titulum Decretalium de vita & honestate Clericorum cap. 2.

Dist. 50. c. 22. Si quis Presbyter. Regioo libro 1. cap. 342. citat ex Concilio Bracharensi, id est, ex capite 17 Martini Bracharensis. Recte heic adnotant Correctores Romani delendas esse voces illas, *aut Subdiaconus*, quæ exstabant in editionibus Gratiani, quæ antecedunt Romanam. Etenim duæ illæ voces desunt in antiquis Gratiani exemplaribus regio, Sangermanensi, Colbertino, Victorinis, & ab antiquis editionibus Moguntina & Veneta; neque pariter exstant apud Martinum Bracharensem, Reginonem, Burchardum, & Ivonem.

Dist. 50. c. 28. Domino. Antonius Augustinus pag. 39. censet scribendum esse *Masoni* in titulo istius epistolæ. Antiqua collectio canonum Andegavensis ita habet: *In epistola Isydori Episcopi ad Massonem Episcopum de restauratione sacerdotis. Domino sancto meritisque beato Masoni Episcopo.* Ita etiam editum est ab Henrico Canisio in tomo quinto lectionis antiquæ pag. 293. ex veteribus membranis monasterii Weingartensis & a Nicolao Serario in epistola septuagesima secunda inter Bonifacianas. In vetustissimo codice MS. sancti Petri Pictaviensis legitur *Mansioni.* Forte est Massona Emeritensis Episcopus, qui Concilio Toletano tertio subscripsit.

In gestis concil. Cujacius ad titulum Decretalium de cognitione spirituali cap. 1. explicans hunc locum ait illum sic intelligi debere, ut potior sit semper synodus œcumenica sive universalis provinciali, quamvis sit posterior, alioqui ubi par est potestas utriusque Concilii, posterius priori prævalere. Eadem mens fuisse videtur antiquo canonum collectori, quem vir clarissimus Lucas Dacherius edidit nuper in tomo undecimo Spicilegii. Sic enim legitur io fine præfationis: *In quibuscumque rebus generalium Conciliorum auctoritatem non habemus, magis earum synodorum, quæ per singulas provincias factæ sunt quam proprium nostrum sequendum sensum.* Viderat Beatus Rhenanus hanc præfationem, cujus magnam partem edidit in admonitione de Tertulliani dogmatis, ubi demum addit, de tribus istius collectionis libris loquens: *Quos libros magno redimere cupiam. Sed injuria temporis & hominum incuria deperditi sunt, solo hoc opusculo salvo, quod præfationis illic vicem habet, & huc totum a me est appositum studiosis rerum Christianarum consulturo.* Pax, vir eruditissime. Deperditi non sunt libri illi, & nunc editi sunt ex antiquissimis codicibus in Gallia nostra repertis. Addit rursum Rhenanus: *Testatur in*

(b) Quoniam genio ita compelleretur Balutius, ut Summi Pontificis Bonifacii VIII. Decretalem in Cap. *Licet.* de Constitutionibus in Sexto Decretal. expressam subsannaret, nescimus prorsus; cum id unum definierit Romanus Præsul, lege scilicet posteriori legem præcedentem derogari, licet expresse illius non meminerit legislator. Hæc est omnium Legalium, atque Canonistarum sententia, successoris nempe manus haud ligari per Constituta Prædecessorum; Hinc in scrinio pectoris sui ne dum Romanus Pontifex, sed quilibet supremus Princeps habet suæ Ditionis Jura; in quantum justa de causa eadem auferre, vel interpretari potest pro sua voluntate; quamquam supremi Legislatores etiam, ordinarie loquendo contra Prædecessorum statuta sententiam dicere non moliantur, ut se legum custodes, & vindices, non destructores ostendant: ita se gessit in causa illius Abbatis Silvester Secundus, qui ad Canonum normam sententiam dicere maluit, quam sua auctoritate, quomodocumque posset, causam definire. W.

in calce se non tantum œcumenica concilia secutum, sed quædam ex provincialium synodorum constitutionibus accepisse, in quibus præsidere solet metropolitanus Episcopus. Quo libentius legere velim modo dictos libros.

Dist. 50. c. 34. De his vero.

In præfatione nostra ad epistolam Rhabani ad Heribaldum cap. 6. & 13. jam monuimus verissimam esse inscriptionem istius capitis apud Gratianum, falsam vero esse apud Burchardum, qui caput illud accepisse se ait ex Concilio Ilerdensi: unde non recte peti rectissime admonuit Antonius Augustinus in Notis ad Pœnitentiale Rhabani. Falsum quoque est, quod Romani Correctores addiderunt in contextu Gratiani, nimirum hoc caput sumptum esse ex libro illo pœnitentiali cap. 1. Nam neque liber ille inscriptus est Heribaldo, neque verba, quæ heic referuntur ex epistola ad Heribaldum, exstant in primo ejusdem epistolæ capite, sed in decimo. Re autem vera caput, quod est decimum in epistola ad Heribaldum, primo loco ponitur in libro pœnitentiali ad Otgarium misso.

Dist. 50. c. 37. Clerico.

In codice Sangermanensi hæc est inscriptio istius capitis: *Unde Urbanus secundus scribit Guarnerio Mereburgensi Episcopo.* Sic etiam scriptum primo fuit in Regio; sed postea emendatum est, & pro *Mereburgensi* repositum *Nerebonensi*, puncto addito sub secunda *e*, quod significat hanc quoque literam esse delendam, ut legatur *Nerbonensi.* Antiquus itaque liber Victorinus & prima editio Pannormiæ habent *Nerbonensi.* Ceteri & antiquæ editiones Moguntina & Veneta *Narbonensi.* Quo etiam modo legitur in Lovaniensi Pannormiæ editione lib. 3. cap. 154. Et tamen certum est nullum ea tempestate Narbonensem Archiepiscopum fuisse Guarnerium, sed Dalmatium, cujus successor Bertrandus ex cathedra Nemausensi ad Narbonensem translatus est ab Urbano secundo. Itaque quærenda est vera inscriptio hujus capitis. Guillelmus Catellus in libro quinto Memoriarum historiæ Occitaniæ pag. 784. notat in antiquis codicibus manuscriptis hoc caput inscriptum esse *Guerino Neubrigensi Episcopo.* Verum istud quoque falsum omnino est quia nullus unquam Neubrigensis Episcopus fuit. Itaque heic agitur de Episcopo Mereburgensi seu Mersepurgensi in Germania, ut docet antiquus Pannormiæ codex Victorinus, in quo sic legitur: *Urbanus II. Garnerio Mereburgensi Episcopo.* Quo etiam modo supra adnotavimus scriptum esse in Gratiani libro Sangermanensi. Wernerum porro fuisse Episcopum Merseburgensem sive Marspurgensem ab anno 1073. usque ad tempora Paschalis secundi, docet ex Broturso Joannes Gualterius in Chronico Chronicorum.

Clerico jacente. In tertia collectione Decretalium lib. 5. tit. 7. cap. 5. exstat mentio casus cujusdam qui huic similis est. Item in epistola Ollegarii Archiepiscopi Tarraconensis ad Raymundum Episcopum Ausonensem, cujus mentionem fecimus in Appendice synopsis Conciliorum Philippi Labbei pag. 382.

Dist. 50. c. 40. Qui vero.

Regino lib. 2. cap. 95. & post eum Burchardus lib. 6. cap. 33. & Ivo parte 10. Decreti cap. 162. citant ex Concilio Mogontiacensi, cum Gratianus referre se dicat ex Matiscensi.

Dist. 50. c. 64. In capite.

Regino lib 1. cap. 291. citat istud caput ex eodem Concilio, ex quo retulerat caput, quod præcedit, id est, ex Concilio Agathensi, ubi non exstat. Item Burchardus lib. 9. cap. 26. in editis. Admonent tamen Correctores Romani in uno manuscripto Burchardi exemplari citari ex Pœnitentiali Romano. Quo etiam modo citatur in alio antiquissimo Burchardi exemplari, quod exstat in bibliotheca illustrissimi viri Dionysii Talonis Regii Advocati in Parlamento Parisiensi.

Dist. 54. c. 2. Nulli.

Vide Reginonem lib. 1. cap. 407. Recte vero notant Correctores Romani caput istud aliqua ex parte convenire cum iis, quæ scribuntur lib. 1. Capitularium cap. 88. de ordinatione servorum.

Dist. 54. c. 5. Magnum.

Caput illud non exstat in codice Sangermanensi, neque in Regio, neque demum in vetere Victorino. Exstat tamen in recentiore Victorino & in Colbertino, cum hac inscriptione: *Ex Concilio Magontiensi capitulo VIII.* Quo etiam modo habens antiquæ editiones Moguntina & Veneta; itemque Demochares & Contius, nisi quod *Maguntinensi* habent pro *Magontiensi.* Iidem in margine ista adnotarunt: *cap. 8. Concil. Carthaginens. primi id habetur.* Ex quo factum est, ut Correctores Romani, abolita inscriptione, quæ in omnibus Gratiani editionibus exstabat, istam, quæ certa est, substituerint: *Ex Concilio Carthaginensi primo cap.* 8. Recte, ut dixi. Sed ego mallem, ut depravatam lectionem retinuissent in contextu Gratiani, bonam vero exemplo Democharis & Contii reposuissent in margine. Vide Notas Antonii Augustini ad primam collectionem Decretalium libro 1. titulo 11.

Astiagensis. In codice Colbertino & in prima editione Moguntina legitur *Augustensis*, in Victorino recentiore *Augustinensis*, in antiqua vero editione veneta *Augustudinensis*, apud Democharem *Augustudunensis*. Sic etiam Contius, nisi quod in margine admonuit legendum esse *Astuagensis*: quo modo habet in omnibus codicibus vetus collectio canonum, edita in tomo XI. Spicilegii Dacheriani, lib. 3. cap. 30. nisi quod Trecensis habet *Astiagensis.* Sincera vero priscæ bonæque lectionis vestigia supersunt etiamnum in veteri codice MS. Ecclesiæ Urgellensis, in quo antiqua Isidori collectio continetur, ubi scriptum est: *Magnus Episcopus Astuagenesius.*

Dist. 54. c. 6. De servorum.

Certum est caput istud sumptum non esse ex Concilio Toletano, sed ex libro primo Capitularium. Manifesta autem est origo istius erroris, ut ostendimus ad caput 394. libri

bri

bri primi Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. Hallucinatio fuit Burchardi. Idem dic de capite octavo ejusdem distinctionis, quod ex eodem Concilio Toletano citatur a Burchardo & Ivone.

Dist. 56. c. 1. Presbyterorum.

Sirmondus in capite tertio Antirrhetici secundi adversus Aurelium ait, ita scribendum esse in fronte istius capitis: *Unde Urbanus Papa II. Piboni Tullensi Episcopo scribens ait.* Exstare enim caput illud in epistola Urbani ad Pibonem MS. Correctores vero Romani admonent in margine sumptum esse ex Concilio Melphiensi, ubi exstat iisdem omnino verbis, quibus legitur apud Gratianum. Quare si quid mutandum aut addendum esset in inscriptione istius capitis, mallem apponere nomen Concilii Melphiensis quam Pibonis. Probabile enim est notius Gratiano fuisse Concilium Melphiense Urbani secundi, quam epistolam ab eodem scriptam ad Pibonem Episcopum Tullensem. Porro epistola illa edita est nuper in tomo decimo Conciliorum.

Dist. 56. c. 13. Cenoman.

Certum & constans est, nullum Urbani secundi pontificatu Turonensem Archiepiscopum fuisse Bartholomæum. Et tamen Gratianus tum in manoscriptis tum in editis codicibus caput, de quo nunc agimus, refert ex epistola ejusdem Urbani ad Bartholomæum Archiepiscopum Turonensem. Neque reponi potest errorem esse librarii. Nam Innocentius III. adferens istam auctoritatem in capite *Innotuit.* de elect. & electi potestate, cuncta refert ad Urbanum prædecessorem suum, quia nimirum ita legerat in codice Gratiani. Fons istius mali est Ivo Carnotensis Episcopus, qui parte 6. Decreti cap. 410. caput primum istius distinctionis describens, hæc in titulo posuit: *Decretum Gregorii VII. & Urbani II. Presbyterorum filios &c.* In Pannormia vero lib. 3. cap. 51. *Decreta Gregorii VII. & Urbani II. de filiis sacerdotum. Presbyterorum filios &c.* Sequitur deinde in Panormia: *Ex libro Pontificatus. Felix tertius &c.* Deinde: *Urbanus Archiepiscopo Bartholomæo Turonensi. Cenomanensem electum &c.* Sic in editionibus Pannormiæ. At in vetustissimo & optimo codice sancti Victoris Parisiensis nomen Urbani omissum est in hoc loco, ubi ita simpliciter legitur: *Bartholomæo Turonensi Archiepiscopo. Cenomanensem.* Post quæ sequitur in eodem codice: *Urbano II. Petroni Legionensi Episcopo. Quia simpliciter ad sedem apostolicam veniens &c.* ut apud Gratianum. Itaque res ita constitui potest, decretum de Episcopo Legionensi vere esse Urbani, aliud esse Gregorii septimi. Nam ævo Gregorii Bartholomæos tenuit cathedram Turonensem, Cenomanensem vero Arnaldus, quem tradunt filium fuisse sacerdotis. Ad eum porro scripta est epistola 27. libri 7. ejusdem Gregorii.

Dist. 59. c. 2. Si officia.

Inscriptio istius capitis hæc est in libro Sangermanensi: *Unde Zozimus Papa.* In regio vero: *Unde Zosimus Papa.* In Victorino antiquiore: *Unde Gelasius Papa.* Sed postea emendatum est a manu aliquanto recentiore, & supra lineam scriptum nomen Urbani. Recentior Victorinus & Colbertinus & duæ antiquæ editiones habent: *Item Urbanus Papa.* Esse Zozimi in epistola ad Isichium Episcopum Salonitanum recte adnotarunt Correctores Romani.

Quærunt. Describenda heic mihi videtur observatio Caroli Molinæi ad hunc locum: *Incedebant enim* (Episcopi nimirum) *comitati suis sacerdotibus. Sed hodie habent aliud satellitium. Et tamen multitudinem faciunt propter quæstum; ut ille, qui cupiens mille aureos, publicatis ordinibus fecit mille sacerdotes pro singulis aureis in Lemovicis.* Scio Molinæum de ista avaritia & turpi quæstu queri potuisse, si nostro sæculo scripsisset (*c*).

Dist. 63. c. 12. Nosse.

In omnibus Gratiani libris antiquis & editionibus caput istud refertur ex epistola Stephani Papæ ad Romanum Archiepiscopum Ravennatem; quo etiam modo legitur apud Anselmum Lucensem lib. 6. cap. 30. in codice Sangermanensi. Quod referendum esse ad Stephanum quintum scribit Hieronymus Rubeus in libro quinto historiæ Ravennatum.

Dist. 63. c. 29. Cum Hadrianus.

Scio ista ferme ad verbum sumpta esse ex libro pontificali in vita Hadriani secundi, cujus auctor vulgo creditur Guillelmus Bibliothecarius. Attamen in ea etiamnum sententia persto quam prompsi in Notis ad Agobardum pag. 126. nimirum: sublestæ ac valde dubiæ fidei apud me esse narrationem istam. Quod confirmari potest auctoritate Eutropii Presbyteri Longobardi, qui ait Carolum Calvum, ut Joanni VIII. ac ceteris Romanis gratiam rependeret ob imperium Romanum in eum collatum, abdicasse jus, quod hactenus Imperatores habuerant prohibendi, ne electiones Romanorum Pontificum valerent quæ citra præsentiam Missorum Imperatoris aut sine consensu ejus factæ essent: *Removit etiam ab eis regias legationes, assiduitatem vel præsentiam apostolicæ electionis.* Quod evincit jus illud maxime viguisse eo tempore, quo Hadrianus secundus electus est (*d*).

Dist. 63. c. 30. Ego Ludovicus.

Carolus Molinæus in Notis ad hunc locum putat hanc concessionem æque falsam esse ac illam, quæ sub Constantini nomine circumfertur. Recte, ut opinor.

(*c*) Nan magni Baluzio, aut alteri Catholico cuicumque viro Molinæi observatio facienda est; cum nil præter maledicta contineat. W.

(*d*) De Jure Imperatorum circa Episcoporum, & etiam Romani Pontificis electiones satis dictum est in Nota (*b*) ad Caput Sextum Libri I. Duareni de Eccles. Minist., & Benef.; atque in Nota (*b*) ad Caput I. Libri 3. ejusdem Duareni ibidem. W.

Dist. 63. c. 32. Constitutio.

Idem Molinæus ait paleam hanc vere confictam esse; quia Henricus dictus Auceps nullum unquam negotium habuit cum Papis; & tantum abest, ut Otho primus ejus filius hæc jura abjudicaverit, ut ea renovaverit, ut omnes chronographi testantur.

Dist. 63. c. 34. Sacrorum canonum.

Sumptum est illud caput ex capite 84. libri primi Capitularium, ubi tam in editionibus quam in codicibus manuscriptis legitur *suo liberius potiretur honore*: quo etiam modo legitur in Chronico Reicherspergensi. In uno tamen antiquissimo codice bibliothecæ Colbertinæ sic habetur: *suo jure liberius potiretur*. Porro jam antea ad Concilia Galliæ Narbonensis pag. 34. adnotavimus, eam legem non fuisse observatam, ac nihilominus Reges nostros dedisse episcopatus in universum; si paucas quasdam Ecclesias excipias, quibus speciali privilegio concessum erat, ut illis vacantibus provideretur per electionem. Notanda autem est hoc loco hallucinatio auctoris Chronici Reicherspergensis, qui tempus istius constitutionis refert ad annum DCCCXLIX. conditamque fuisse ait a Karolo Calvo & Ludovico Rege Germaniæ fratribus Lotharii Imperatoris. Hæc sunt ejus verba: *His temporibus Carolus & Ludovicus gloriosi Reges, fratres hujus Lotharii Imperatoris, in primo libro Capitulorum suorum statuerunt Romanæ Ecclesiæ dicentes. Sacrorum canonum non ignari &c.* ut apud Gratianum. Errat, inquam. Primum enim constat capitulum istud esse ex libro primo Capitularium Caroli Magni & Ludovici Pii, qui de electione Episcoporum in universum intellexerunt, non vero coercere voluerunt ad electionem Romani Pontificis. Deinde electio istius nullatenus pendebat a Carolo Calvo aut Ludovico fratre ejus, qui Reges Italiæ non erant. Itaque frustra legem edidissent de electione Romani Pontificis.

Sept. cap. nicæni. Regius Gratiani codex & Sangermanensis itemque recentior Victorinus legunt *septimo Concilio Nicensi*. Colbertinus *septimo Concilio Nicæno*: Ita etiam Demochares & Contius. Antiqua editio Moguntina, VII. *Niceni Concilio*. Vetus codex Victorinus, *septimi Nicæni Concilii*. Legendum, *in Septimunicensi Concilio*, ut pridem monuit vir doctissimus Petrus Pithœus in præfatione ad Breviationes canonum Fulgentii Ferrandi & Crisconii. Hanc emendationem amplectitur Cujacius ad caput primum de cohabitatione Clericor. & mulier. in Decretalibus, nescio an ex conjectura, seu quia acceperat a Pithœo. Ceterum nemini tribuit hanc emendationem. Respexit ergo Gratianus ad caput undecimum Breviationis Ferrandi, quod his verbis conceptum est: *Ut ad eligendum Episcopum sufficiat matricis arbitrium. Concilio Septimunicensi. Concilio Macrianensi*. Pro eo igitur quod Gratianus mox habet *& in Gangrensi*, legendum est *Macrianensi*, ut admonent Pithœus & Cujacius, & paret ex Ferrando. Nam & in Regio Gratiani codice & in antiquiore Victorino legitur *& in Agaacensi*: in qua voce conspiciuntur vestigia aliqua bonæ lectionis. Ceterum hanc emendationem secuti sunt viri clarissimi Petrus Franciscus Chiffletius in Notis ad Ferrandum pag. 282. & Franciscus Florens in Decretales pag. 136.

Dist. 64. c. 8. De abjectione.

Palea ista reperta non est in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, Victorino antiquiore, neque in Colbertino. Exstat tamen in recentiore Victorino *Ex concilio Aurasico cap. XX.* Ceterum is, qui canonem illum posuit in Decreto Gratiani, seu is Gratianus fuit, seu alius quispiam, non accepit ex Concilio ipso, sed ex Burchardo, ubi exstat lib. 1. c. 30. Hinc ergo emendandum erat istud caput.

Dist. 68. c. 4. Quamvis.

In Regio Gratiani libro titulus istius capitis hic est: *De his ita scribit Leo omnibus Episcopis*. Sangermanensis addit, *& Presbyteris*. Antiquior Victorinus: *De his autem scribit Leo Episcopus omnibus Episcopis*. Recentior: *De his ita scribit beatus Leo Episcopus omnibus Episcopis & Presbyteris*. Antiqua editio Moguntina: *De his ita scribit Leo Episcopus omnibus Episcopis & Presbyteris*. Voces *& Presbyteris* non exstant in veteri editione Veneta neque in editionibus Democharis & Contii. Cetera similia sunt. Romana autem sic habet: *De his ita scribit Leo I. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ epist. 86. alias* 88. Verba sunt Correctorum, non vero Gratiani, licet in contextu posita sint. In vetustissimo codice MS. bibliothecæ Regiæ, in quo collectio Dionysii Exigui continetur, posita est ante collectionem ipsam hæc epistola Leonis cum hac inscriptione: *Epistola Leonis Papæ de privilegio Chorepiscoporum sive Presbyterorum ad universos Germaniæ & Europæ atque Galliæ Ecclesiarum Episcopos*. Exstat sane inter epistolas sancti Leonis epistola quædam adversus Chorepiscopos Germaniarum atque Galliarum. Verum ea non est sancti Leonis; & scriptam esse ævo Caroli Magni & Ludovici Pii, cum maxime incaluit quæstio de Chorepiscopis, manifestum fiet ex textu epistolæ, & ex libris Capitularium collectis a Benedicto Levita, si quis ea comparare invicem velit. Idem dicendum de epistolis Damasi & Joannis III. eandem ob causam scriptis. Inscriptio porro epistolarum Leonis & Joannis, quæ datæ dicuntur ad Episcopos Germaniarum ac Galliarum, quod fieri non potuit, nisi ævo Caroli Magni ob unionem Ecclesiæ Gallicanæ & Germanicæ, hæc inquam inscriptio satis ostendit compositas illas fuisse sub finem octavi sæculi. Idem dici potest de epistola nona Pelagii secundi, ut pluribus dicetur ad cap. *Invenimus*. 71. De consecr. dist. 1.

Dist. 68. c. 5. Chorepiscopi.

Sumptum est caput istud ex epistola Damasi ad Episcopos Africæ, quam in capite superiori diximus esse supposititiam.

Car-

Dist. 71. c. 5. Fraternitatem.

CARDINANDUM. Admonent Correctores Rnmani scriptum heic antea fuisse *ordinandum*, & emendatum esse ex ipsa epistola sancti Gregorii, ex qua sumptum est hoc caput. In Regio Gratiani codice scriptum est *ordinandum*, sed postea superscriptum antiquitus *cardinandum*. Colbertinus & Sangermanensis habent *ordinandum*. Antiquior Victorinus legit *cardinandum*, Sed superscriptum est *ordinandum*. Recentior *ordinandum*. Sic etiam antiquæ editiones Moguntina & Veneta. Anselmus lib. 7. cap. 70. in codice sancti Germani *cardinandum*. Adnotant hoc loco Correctores Romani vocem *cardinare* ita videri beatum Gregorium accepisse, ut canonicam translationem significet. Sed pace eruditissimorum virorum dictum sit, cardinare seu incardinare significat simpliciter addicere Clericum certæ Ecclesiæ tanquam illic constitutum in cardine: id quod manifestum est vel ex locis, quos ipsi indicant ex sancto Gregorio. Vide porro Florentem ad titulum Decretalium de translatione Episcopi pag. 266.

Dist. 73.

GRÆCA ELEMENTA. Ista Gratianus sumpsit, ut opinor, ex Ivone parte 6. Decreti cap. 433. Ivo vero acceperat ex Reginone lib. 1. cap. 437. Unde colligitur verissimum esse, quod antea præfati sumus ad Reginonem, nimirum, Ivonem collectione Reginonis usum esse. Fons istarum rerum epistola, quæ Attici Episcopi Constantinopolitani nomine circumfertur. Dubitaverat olim de ejus auctoritate illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca. Verum, re postea melius perpensa, mutavit sententiam, eamque epistolam agnovit pro germano fœtu Attici.

Dist. 75. c. 1. In nomine.

Accepit Gratianus illud caput ex Burchardo, ut manifestum est. Burchardus autem acceperat ex libro primo Reginonis cap. 439. initium tantum mutans & finem epistolæ.

MXII. In codice Burchardi MS. apud Dionysium Talonium legitur: *Data Wormatiæ Id. Martii anno dominicæ incarnationis, mense XII. Indictione X.* In Colbertino Gratiani libro & in antiqua editione Veneta: *Data Warmatiæ Idus Martii, anno dominicæ incarnationis millesimo. II. mense XII. Indictione X.* In codice Sangermanensi: *Data Guarmaciæ Idibus Marcii &c.* ut in editione Veneta. Prima editio Moguntina: *Data Guarmaciæ Idus Marcii anno dom. incar. M. III. mense XII. Ind. X.* Verum Indictio decima recte congruit cum anno incarnationis dominicæ millesimo duodecimo.

Dist. 81. c. 12. Presbyter.

HOMICIDIO. Duæ antiquitus, ut ad Reginonem monuimus, fuere istius canonis apostolici editiones; una, in qua exstabat clausula de homicidio, alia, in qua deerat. Duravit autem duplex illa editio usque ad sæculum Gratiani. Nam Anselmus vocem illam non habet, quæ tamen exstat apud Ivonem part. 6. Decreti cap. 234. & apud Bernaldum Presbyterum Constantiensem in libro de vitanda excommunicatorum communione apud Tengnagelium pag. 254. De Nota porro Correctorum Romanorum ad hunc locum diximus in Notis ad Agobardum pag. 121.

Dist. 81. c. 22. Si quisquam.

Palea hæc in nulla veterum Gratiani librorum habetur præterquam in recentiore Victorino, ubi refertur *ex decreto Eugenii*. Exstat autem in capite XV. Concilii Romani sub Eugenio secundo. Cujacius ad caput primum de cohabit. Clericor. & mulier. in Decretalibus, ubi canon iste descriptus est, admonet in castioribus sive emendatioribus codicibus ita recte legi: *Si quisquam Sacerdotum, Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum.*

Dist. 81. c. 27. Cum omnibus.

Sumptum est caput istud ex Concilio Carthaginensi tertio. Vir clarissimus Petrus Franciscus Chiffletius in Notis ad Ferrandum pag. 298. pronuntiat, sibi suspectum esse hunc canonem qua parte in Clericorum contubernium admittit etiam famulorum conjuges, immo & quascumque fœminas, quæ antequam clero ipsi addicerentur, in eorum domibus consuevissent: *Qua licentia*, inquit, *haud scio an excogitari quidquam potuit vel ad Clericorum famam, vel ad conscientiam convulnerandam perniciosius.* Vide Reginonem lib. 2. cap. 82. & sequentibus.

Dist. 83. c. 2. Nemo.

Burchardus, Ivo, & Gratianus in vetustis codicibus & editionibus hunc locum referunt ex Augustino. Re autem vera est sancti Gregorii, ut optime monent Correctores Romani. Mallem tamen ut iidem retinuissent Augustini nomen in contextu Gratiani, emendationem vero posuissent in margine aut in Notis. Insignis est ad illustrandum hoc caput locus Hieronymi in caput octavum Ecclesiastis, a nobis relatus ad librum septimum de concordia sacerdotii & imperii, dignus profecto qui heic quoque repetatur: *Possumus*, inquit, *hoc testimonium accipere adversus Episcopos, qui acceperunt in Ecclesia potestatem, & scandalizant eos magis, quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in Ecclesia, & beati in his, quæ non probabiliter fecerant publice sive a successoribus sive a populis prædicantur. Et hoc itaque vanum est, quia non ut egerunt sic audiunt, nec statim corripiuntur in peccato suo. Nemo quippe audet accusare majorem. Propterea quasi sancti & beati & in præceptis Domini ambulantes augent peccata peccatis. Difficilis est accusatio in Episcopum. Si enim peccaverit, non creditur. Et si convictus fuerit, non punitur.* Quia nimirum pro reverentia ordinis peccator honoratur, ut ait sanctus Gregorius in hoc capite. Manifesta porro crimina in Episcopo vix accipere fidem recte olim dixit Cassiodorus lib. 1. Variar. epist. 9.

Dist. 84. c. 4. Cum de quorum.

Est tantum epitome canonis Africani, qui exstat integer apud Reginonem lib. 1. cap. 92.

Dist. 88. c. 1. Decrevit.

Caput istud non esse Melchiadis recte observarunt Correctores Romani; qui monuerunt acceptum illud esse ex scripto de primi-

tiva Ecclesia munificentia Constantini, quod in antiquis Conciliorum voluminibus consequenter sequitur post decreta Melchiadis.

Decrevit s. synodus. Priscis temporibus, cum nemo dubitaret de veritate & auctoritate eorum, quæ apud Gratianum scripta sunt, dubium non erat, quin caput istud vere esset Concilii, quod habitum fuisset sub Melchiade Romano Pontifice. Itaque ea persuasione imbutus Gaufredus de Monte electo Abbas Lirinensis, qui Basileæ. quo tempore Concilium illic generale celebrabatur, scripsit tractatum de auctoritate Concilii generalis, ex hoc Gratiani loco collegit, potestatem sive jus definiendi ac decernendi residere penes synodum, & non in solo Papa. Hæc sunt hominis verba: *Et est advertendum quod Papa non dicit ibi*, Decernimus sacro approbante Concilio, *sed* Decrevit sancta synodus, *ad denotandum quod auctoritas diffinitiva residet penes synodum & non in solo Papa; sicut nec solus Papa facit Concilium, sed ipse cum aliis.* Tum explicans quomodo deinde factum sit, ut in Conciliis ultimorum temporum Romani Pontifices decernere se dicant sacro approbante Concilio, ait: *Nec obstat, quod in suprascriptione dictorum capitulorum præponitur nomen Papæ, & in pluribus locis dicitur* sacro approbante Concilio: *quia hoc factum fuit ex gratitudine Conciliorum ad honorandam sanctam Romanam Ecclesiam, quam Concilia generalia honorare consueverunt.* Dicere itaque videtur Abbas iste, Romanos Pontifices non esse rerum dominos aut canonum conditores, ex ultronea porro & gratuita Conciliorum benevolentia in Ecclesiam Romanam descendisse honorem qui Romanis Pontificibus tributus est in synodis posteriorum temporum, in quibus Papæ decernere consueverunt sacro approbante Concilio. At si auctoritas diffinitiva, ut ille ait, ita penes synodum residet ut ad eam pertineat jus sanciendorum canonum, non vero ad Papam, quia is solus non facit Concilium, haud scio quonam modo conciliari Gaufredus possit cum Gratiano, qui 25. q. 1. sub finem apertis ac minime ambiguis verbis scribit, Ecclesiam Romanam habere jus condendi canones, ita porro ipsam præstare canonibus auctoritatem, ut se non subjiciat eis, omnes vero canones vel a Romanis Pontificibus vel ab aliis ex eorum auctoritate conditos fuisse. Multo minus Gaufredo conveniet cum Alexandro a Turre Episcopo Sithiensi, qui in libro quinto de fulgenti radio Ecclesiasticæ hierarchiæ cap. 18. omnem Conciliorum auctoritatem & robur ponit in persona Romani Pontificis, adeo *ut celeberrima Concilii decreta nihil firmi*, inquit, *nihil sancti, nihil rati habeant, nisi ab illo sacrorum principe sint approbata.* Hinc illud Ludovici Majorani in libro tertio de vero Dei cultu cap. 35. majorem esse Petri successorumque ejus auctoritatem, quam ecclesiasticæ congregationis, id est, Concilii generalis. Nolo persequi ceteras sententias hominum Italorum, quorum major est e propinquo reverentia. Dicam tamen inveniendam ab iis esse aliquam rationem, qua Gallicanæ Ecclesiæ sententiam cum sua consocient, ac conjugant, ut idem omnes, si fieri possit, sentiamus de auctoritate Conciliorum & Romani Pontificis. Hactenus enim Gallicanæ Ecclesiæ sententia & Italicorum ingeniorum opinio visæ sunt esse res dissociabiles, quantum attinet ad istam materiam. Sed ante quam ab hoc capite discedam, illud quoque addam, exstare alium ejusdem Abbatis tractatum de potestate Papæ & Concilii, itemque alium adversus errores Bohemorum, utrumque Basileæ elucubratum. Hinc ergo illustrari poterit historia Abbatum celeberrimi & antiquissimi Monasterii Lirinensis (e).

Vide Reginonem lib. 1. cap. 61. & lib. 2. cap. 375. & sequentibus. Vide etiam illic Notas nostras pag. 550. Dist. 90. c. 1. Oblationes.

Regino lib. 1. cap. 208. citat hoc caput ex Concilio Nannetensi, antiqua Gratiani editio Moguntina ex Concilio Navarcensi, Veneta ex Ananethensi, recentior Gratiani codex Victorinus ex Aurelianensi. In secunda collectione Decretalium lib. 5. tit. 22. & apud Dist. 91. c. 4. Presbyter.

(e) Quæcumque ex verbis Gaufredi Abbatis inferentur a Baluzio levis momenti inveniuntur ad Romani Pontificis auctoritatem infirmandam; scripsit in Basileensi Concilio Gaufredus, in quo adversus Romanum Præsulem agebatur: hinc quodlibet movebant lapidem illius Synodi Patres, ut Concilium supra Papam extollerent, ad exempla Synodorum præcedentium proinde recurrebatur, cujuscumque auctoritatis, & characteris essent Synodi illæ, affectata interim omissione silentes de Œcumenicis, & legitimis Conciliis, quæ superioritatem & Auctoritatem Romani Pontificis supra seipsa confitebantur, atque Pontificis ipsius nomine Decreta sanciebant. Synodus Chalcedonensis Œcumenica, ut de Occidentalibus non loquamur, sit omnium instar, quæ damnationem Dioscori, altave Decreto sub nomine edidit S. Leonis: „ Sanctissimus, & „ Beatissimus Archiepiscopus Magnæ, & senioris Romæ Leo, per nos, & per præsentem S. Synodum, una „ cum ter beatissimo, & omni laude digno Beato Petro Apostolo, qui est petra, & Crepido Catholicæ „ Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum, nudavit eum (Dioscorum) tam Episcopatus dignitate, quam etiam „ & ab omni Sacerdotali alienavit ministerio “. Hanc autem sibi auctoritatem inquit Celeberrimus Galliæ scriptor Antonius Charlas in Tract. de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ lib. VIII. Cap. 13. Num. 21. non vindicaverunt Apostolicæ Sedis Legati, nisi postquam eis dictum fuit = Petimus vestram sanctitatem, qui habes, magis autem qui habetis locum Sanctissimi Papæ Leonis, promulgare in eum, & regulis infirmam contra eum proferre sententiam. Omnis enim, & tota Universalis Synodus concors efficitur vestræ Sanctitatis sententiæ = Hæc utique Œcumenicæ Synodi verba majoris sunt ponderis, quam sint verba illius Synodi, quæ in Basileensi Concilio Gaufredus Abbas proposuit ad deprimendam, sed frustra, Romani Pontificis dignitatem. W.

pud Gregorium IX. lib. 3. tit. 41. citatur ex Concilio Agathensi. Utrobique male. Est enim ex Capitulis Hincmari Remensis Archiepiscopi tit. 1. cap. 9. Hinc ergo corrigendi Gratianus & libri Decretalium. Ceterum caput illud non exstat in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Colbertino, vetere Victorino.

Ibid. §. Propheta. PROPHETA. Regino lib. 1. cap. 185. citat ex decretis sancti Benedicti, Burchardus lib. 2. cap. 105. Ivo parte 6. Decreti cap. 182. & Gratianus ex dictis ejusdem. Est autem ex capite XVI. regulæ sancti Benedicti. Ceterum paragraphus iste non habetur in manuscriptis Gratiani codicibus, in quibus deest prima pars capitis, id est, in Regio, Colbertino, antiquiore Victorino. Quin & in codice sancti Germani Parisiensis, ubi exstat caput *Presbyter &c.* ex Concilio Nannetensi, desiderantur, quæ postea sequuntur in editionibus ex regula sancti Benedicti. Habentur tamen in recentiore Victorino.

Dist. 92. c. 5. Si quis. SYNODUS PERFECTA. Id est, cui interfuerit Metropolitanus antistes provinciæ. Neque necesse est addi vocem *etiam* post vocem *metropolitanus*, ut admonent Correctores Romani ad caput octavum istius distinctionis. Synodus porro ista perfecta, quam plenariam vocat auctor antiquus, qui scripsit tres libros de pœnitentia nuper in lucem emissos in tomo undecimo Spicilegii Dacheriani, valde diversa est a plenario totius Ecclesiæ Concilio, de quo loquitur sanctus Augustinus. Vide porro Notas ad Agobardum pag. 100.

Dist. 93. c. 24. Legimus. In fine istius capitis hæc constans est lectio in omnibus Gratiani codicibus manuscriptis & editionibus: *noverit se laicis majorem, sacerdotibus esse minorem.* Unde colligi potest, quantum valeat unius hominis auctoritas ad corrumpenda veterum scriptorum loca. Nam apud Hieronymum in epistola ad Evagrium, ex qua sumptum est hoc caput, legitur: *noverit se lucris minorem, sacerdotio esse majorem*: quo etiam modo legendum heic apud Gratianum esse ait Cujacius ad titulum Decretalium de Clericis non residentibus. Sic etiam habetur in collectione Anselmi Lucensis lib. 1. cap. 78. in codice sancti Germani de Pratis.

Emendatio hæc istius loci Hieronymiani me admonet, ut medicinam adferam alteri ejusdem auctoris loco, qui exstat in libro sexto commentariorum in caput octavum & decimum Ezechielis. Hæc sunt verba Hieronymi: *Caveat ergo & uxor, ne forte victa desiderio coeundi, illiciat virum; & maritus, ne vim faciat uxori, putans omni tempore subjectam sibi debere esse conjugii voluptatem.* Valde corruptus est iste locus, qui sic legendus est ex vetustissimo codice MS. monasterii Corbejensis literis Saxonicis ad miraculum scripto: *Caveat ergo & uxor, ne forte victa desiderio coeundi, celet virum; & maritus, ne vim faciat uxori, putans omni tempore subjectam sibi debere esse conjugii voluptatem.* Quo etiam modo legitur apud Ivonem parte 8. Decreti cap. 86. & part. 9. cap. 121. Quod indicat vocem *illiciat*, quæ in vulgatis editionibus posita est pro voce *celet*, esse novitiam suppositamque ab iis, qui pudicitiæ cupidine & amore ducti, neque satis forsitan intelligentes Hieronymum, indecorum putabant & a verecundia muliebri valde alienum, si uxor a marito peteret debitum conjugale. Vult ergo Hieronymus ut si forte uxorem titillaverit appetitio venereæ voluptatis, marito significet. Prohibet autem, ne maritus tyrannum agat, hoc est, ne putet sic subjectam sibi esse debere uxorem, ut non ei debitum reddere debeat, cum ipsa petit, sed cum marito collibuerit; tanquam initium & arbitrium capiundæ voluptatis semper debeat esse penes virum, nunquam penes uxorem. Nam & Apostolus Paulus dixerat virum sui corporis potestatem non habere, sed mulierem, admonens illos ne invicem fraudarent.

OMNI ANNO. Fatendum est hæc verba reperiri in omnibus Gratiani exemplaribus manuscriptis & editis. Admonent tamen Correctores Romani, ea desiderari in aliquot Conciliorum editionibus. Ego puto simpliciter mendum heic esse, & pro *omni anno* legendum *omnino*. Vide Notas ad Reginonem pag. 553. *Dist.* 95. c. 4. Presbyteri.

NICOMEDIANÆ. Sic omnino habent antiqua Gratiani exemplaria manuscripta, & antiquæ editiones, tum etiam Demochares, Contius, & Correctores Romani. Apud sanctum Gregorium lib. 5. Indict. 14. epist. 7. ex qua sumptum est hoc caput, legitur *Nicomeditanæ.* Attamen ego contendo locum hunc esse corruptum, & pro *Nicomedianæ* vel *Nicomeditanæ* legendum esse *Nicopolitanæ.* Primum enim ea epistola scripta dicitur ad Episcopos Epiri; quorum Metropolitanus non erat Nicomeditanus Episcopus, qui nullus fuit, sed Nicopolitanus, ut cuivis manifestum est. Deinde apud sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 1. epist. 11. & Indict. 2. epist. 90. reperimus mentionem fieri Andreæ Episcopi Nicopolitani, hujus nimirum ipsius, de quo ad Gregorium retulerant Episcopi Epirotæ. Unde patet certam esse emendationem, uti dictum est in libro quinto de concordia sacerdotii, & imperii cap. 25. §. 10. Ceterum ne quis putare possit vitio typographorum factum esse, ut prava illa lectio irrepserit in epistolas sancti Gregorii prohibet auctoritas veterum Gratiani codicum omni arte typographica antiquiorum, tum etiam vetus codex epistolarum sancti Gregorii, manuscriptus in bibliotheca Regia, ubi Episcopus ille vocatur Nicomeditanus. *Dist.* 100. c. 11. Scriptorum.

NEOPHYTOR. HÆR. Ivo parte 2. Decreti cap. 84. refert epistolam Paschalis Papæ, in qua istud ipsum refertur ex beato Gregorio, apud quem non exstare admonent Correctores Romani, qui putant heic agi de Paschale 1. q. 1. c. 5. Quisquis.

le

le secundo. Attamen Goffridus Abbas Vindocinensis ad Urbanum secundum scribens lib. 1. epist. 1. istius epistolæ Paschalis mentionem facit. Unde certo colligitur illam non posse esse secundi Paschalis, ut recte illic monuit Sirmondus: *Nuper canones relegens*, inquit, *quandam sententiam inveni, quæ Paschali Papæ inscribitur, ubi neophytum factum Episcopum hæreticum vocat, & sicut simoniacum, ita & neophytum a sancta Ecclesia debere separari docet & præcipit.* Infra eadem causa quæst. 3. cap. 7. *Si quis objecerit.* exstat aliud fragmentum ejusdem epistolæ Paschalis, ubi recte adnotant iidem Correctores Romani, auctorem hujus capitis ac totius illius epistolæ esse Paschalem primum.

1. q. 1. c. 59. Si quis. Correctores Romani non indicaverunt fontem istius capitis. Videtur autem compositum ex responso XIII. Stephani secundi Papæ, quod sic habet: *De illo Presbytero, qui baptizavit, tamen nec symbolum nec orationem dominicam, nec psalmos tenet, nec scit, si Episcopus eum benedixit, hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti præsumpsit, amittens, sub districta pœnitentia, & in monasterium mittatur, & omnibus diebus vitæ suæ plangens quod incongrue egit, degat vita monastica. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, in eo permaneant baptismo.* Paulo aliter habet hoc responsum in antiqua collectione canonum Andegavensi MS. ubi tribuitur Papæ Siricio: *Presbyter qui orationem dominicam non tenet, nec simbolum, neque psalmos, si Episcopus fuit qui eum benedixit, hic primum omnium dignitatem quam illicite præsumpsit amittat, & sub districta pœnitentia omni tempore vitæ suæ in monasterio degat. Infantes vero quos in sancta Trinitate baptizavit, baptizati permaneant.* Rectius heic legitur *si Episcopus fuit qui eum benedixit*, quam apud Sirmondum *si Episcopus eum benedixit.* Nam quia multi per eas tempestates falsi Episcopi erant, præcipue Scoti, fieri poterat, ut Presbyteri nescirent, utrum vere Episcopi essent illi, qui eos ordinaverant Presbyteros. Ceterum ignorare non poterant sibi manus impositas esse ab Episcopo. Ex isto porro responso formatum postea est caput nonum Concilii Compendiensis sub Pippino, quod descriptum reperitur in capite quarto libri quinti Capitularium. Puto enim pro eo, quod illic legitur *sicut Sergius Papa dixit*, legendum esse *sicut Stephanus Papa dixit.* Recte autem in Concilio Compendiensi editum est *Georgius* pro eo, quod editiones Capitularium habent *Gregorius.* Georgii quippe nomen hoc loco exstat in omnibus antiquis libris Capitularium.

1. q. 1. c. 70. Prophetavit. Non ergo se jactent. Vide Notas ad librum Agobardi de privilegio & jure sacerdotii cap. CXI.

1. q. 1. c. 105. Dictum est. Primus hunc canonem Triburiensem protulit Regino lib. 1. cap. 127. ex quo deinde Burchardus accepit. Verba autem illa *vel pro balsamo*, quæ superflua videntur, non exstant apud Reginonem. Balsamum enim & chrisma synonima sunt in hoc loco, ut patet ex capite quarto Concilii Bracharensis secundi 1. q. 1. c. 102. *Placuit ut nullus.* Item vox *statuit* neque in collectione Reginonis reperitur, neque in Decreto Burchardi. Pro eo autem quod Gratianus & Burchardus in fine capitis habent *gratuita dispensatione donentur*, Regino legit *gratuita dispensentur.*

Decretum istud ab Urbano primum fuit in Concilio Placentino, dein repetitum in Claromontano. Refert, interpretaturque hunc canonem Eckbertus Bunnensis Canonicus in sermone decimo adversus Catharos. Vide infra 9. q. 1. c. 5. *Ordinationes.* 1. q. 1. c. 108. Si qui.

Melius habetur istud caput apud Reginonem lib. 1. cap. 23. Vide porro illic Notas nostras. 1. q. 2. c. 1. Placuit.

Palea ista non exstat in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, & vetere Victorino. Habetur tamen in alio Victorino & in Colbertino, item in antiquis editionibus Moguntina & Veneta, & in editione Democharis. Contii editio primam illius partem tribuit Urbano Papæ, secundam Gregorio. Et post hæc verba, *occasione præsumat*, addit: *Greg. in registro. Regulam antiquam &c.* Recte: Nam prima pars sumpta est ex Concilio Placentino Urbani secundi, altera ex regesto sancti Gregorii. Notavit autem Antonius Augustinus in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 2. cap. 1. verba sancti Gregorii mendose apud Gratianum conjuncta esse cum verbis Urbani. Ceterum illum Gregorii locum luculenter explicat Marca in libro sexto de concordia cap. 10. 1. q. 2. c. 3. Nullus.

Caput istud plurima cura indiget, ob temeritatem præcipue Goffridi Abbatis Vindocinensis, quam postea explicabimus. Non reperiebatur illud ante hoc decennium inter vulgatos canones Claromontani Concilii. Quo factum est ut, nonnulli viri eruditissimi, qui non animadvertebant exstare apud Gratianum, pronuntiaverint, constitutionem illam, cujus mentio alibi supererat, hodie desiderari. Deinde Jacobus Sirmondus vir diligentissimus, cum decretum istud invenisset inter canones synodi Nemausensis, admonuit corrigendam esse inscriptionem ejus apud Gratianum, proque Concilio *Arvernensi* reponendum esse *Nemausense*, ut diximus supra in Notis ad Antonium Augustinum pag. 79. Tandem anno MDCLXIII. restitutus est hic canon Arvernensi Concilio, simulque admonitum, repetitum illum fuisse in synodo apud Nemausum celebrata anno sequenti post Claromontanam. Quæ causa errandi Sirmondo fuit. Sic ergo habet initium istius capitis: *Quæsitum est etiam de Episcopis, qui altaria monasteriis data, frequenter redimi pecunia compellebant. Decretum itaque est. Quoniam quidam simo-* 1. q. 3. c. 3. Quæsitum.

mo-

moniacæ pravitatis &c. Concilium Nemausense can. 1. *In Arvernensi Concilio quæsitum est de Episcopis, qui altaria &c.* Duæ omnino illius Claromontani canonis editiones antiquitus fuere, una omnium generalis & ubique recepta, altera monasterii Vindocinensis. Generalis habet ubique hanc clausulam: *Salvo utique Episcoporum censu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt.* Vindocinensis autem editio non habuit clausulam illam. Quod probatur primo ex Chartulario illius monasterii, in quo canon ille descriptus est absque ea clausula, tum etiam ex epistola Paschalis secundi ad Ivonem Episcopum Carnotensem, & Rannulfum Sanctonensem, quam decurtatam in hoc loco exhibet idem Chartularium, unde edita est bona fide a Sirmondo. Sic visum Goffrido negare audacter Urbanum secundum præcepisse, ut Episcopi annuum censum haberent a monachis, & expungere clausulam illam e canone Claromontano. Hæc sunt ejus verba ad Ulgerium Episcopum Andegavensem lib. 3. epist. 12. *Annuntiastis, ut dicitur, Presbyteris vestris & Personis Ecclesiæ vestræ, quod Dominus Papa Urbanus in Arvernensi Concilio præceperat, ut Episcopi annuum censum habeant a monachis pro redemptione altarium. Bene novit prudentia vestra, non esse bonum, quod apostolica sinceritate disponitur, per contrarium prædicare. Bone Domine, vos illi non adfuistis Concilio, & ego interfui, qui hujus rei cognosco veritatem &c.* Negavit itaque, verum esse, quod vere affirmabat Ulgerius. Fraudem vero manifestam heic fecit, cum censum illum annuum interpretatus est de censu *pro redemptione altarium*, verba hæc perperam inserens decreto synodico. Nam Urbanus prohibens illam altarium redemptionem, quæ aliquid admixtum habebat simoniacæ pravitatis, conservaverat tamen Episcopis jus percipiendi censum annuum, quem ex eisdem altaribus habere soliti erant. Qui census multum diversus erat a pensitatione, quam Episcopi exigebant in mutatione personarum. Sed Goffridus putavit illa invicem permiscenda & conturbanda esse, ut facilius se, monasteriumque suum tueri posset adversus Ulgerium. Hæc itaque fuit editio monasterii Vindocinensis. Aliam exhibent primo codex Anianensis canonum Claromontani Concilii a nobis editorum, antiquæ membranæ monasterii sancti Albini Andegavensis, epistola Paschalis secundi ad Ivonem edita ex membranis ejusdem monasterii, tum etiam omnia Gratiani exemplaria manuscripta & omnes editiones. Denique hanc clausulam vere additam canoni Claromontano fuisse ab Urbano, colligitur ex epistola ejus de privilegiis monasterii sancti Bertini in Sithiu, cujus hoc fragmentum refertur in literis Gerardi Episcopi Morinorum descriptis in duobus antiquis Chartulariis ejusdem monasterii. Hæc sunt Urbani verba: *Quæcunque altaria vel decimas ab annis triginta & supra monasterium vestrum possedisse cognoscitur, quiete deinceps & sine molestia qualibet vobis successoribusque vestris possidenda firmamus. Salvo utique censu Episcopi annuo, quem ex eis hactenus habuit.* Unde colligitur, falli virum eruditissimum Antonium Dadinum Alteserram, qui lib. 4. dissertationum juris canonici cap. 8. cum retulisset integrum locum ex epistola Goffridi ad Ulgerium, nimium Goffrido credens pronuntiat, dubitandum non esse post testimonium Goffridi quin postrema illa verba quæ leguntur in calce capitis *Quæsitum* adjecta canoni fuerint commento Episcoporum, qui peccandi titulum & auctoritatem quærebant. Mox vero, ut opinionem suam confirmet, affert nonnulla decreta posteriorum temporum, quæ venditionem prioratuum & redemptionem Ecclesiarum prohibent. Verum istud multum diversum est a clausula, quam Alteserra putat adjectam canoni Claromontano. Canon enim vetat altarium redemptionem ac venditionem, sed confirmat possessionem, in qua Episcopi erant percipiendi ex eis censum annuum, id est, censum synodalem, ut alibi diximus. Atque hanc interpretationem esse justissimam alibi pluribus ostendemus, Deo juvante. Vide interim additionem nostram ad caput primum & trigesimum libri sexti de concordia sacerdotii & imperii.

Hoc caput in vetustis Gratiani exemplaribus regio, Sangermanensi, Colbertino, & in antiqua editione Veneta, hanc habet inscriptionem: *Idem Gregorius.* In duobus autem Victorinis & in prima editione Moguntina: *Idem.* quod melius est. Habetur enim in Concilio Placentino Urbani II. itemque in Claromontano. 1. q. 3. c. 5. Ea quæ.

Post vocem *plectendi*, in qua terminatur hoc caput in editione Romana, omnes antiqui libri & editiones conjungunt verba, quæ sequuntur, *Officio autem &c.* Antonius quoque Contius, qui solet in margine distinguere verba Gratiani a verbis canonum aliorumve locorum ab illo relatorum, Gratiani propterea nomen in margine apponens majusculis characteribus exaratum, nihil heic scripsit, donec perventum est ad initium capitis sequentis, ubi sic legitur in margine: GRATIAN. Melius Correctores Romani, qui capitis istius nostri finem, uti diximus, constituerunt in verbo *plectendi*, sequentia retulerunt ad Gratianum. Sunt enim revera Gratiani verba. Interpretatur porro hunc locum vir doctissimus Didacus Covarruvias lib. 2. variar. resolut. cap. 8. §. 6. 1. q. 4. c. 10. Non imputantur.

Ista in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus citantur simpliciter ex Urbano, etiam apud Democharem & Contium. Postea Correctores Romani hæc addiderunt in contextu Gratiani: *In Concilio Placentino cap. 5. & sequentibus, itemque in Concilia Romano.* Optima admonitio. Sed tamen ponenda illa non erat in textu, sed in Notis. Ex- 1. q. 5. c. 1. Quicunque.

stant

stant porro hæ constitutiones etiam inter canones Claromontanos a nobis editos ex veteri codice MS. illustrissimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis.

1. q. 5. c. 4. Eos qui. Fragmentum est epistolæ Urbani secundi ad Vitalem Presbyterum, cujus alia duo fragmenta exstant infra 30. q. 3. c. 4. & q. 4. c. 6. Habetur autem integra in veteri codice MS. monasterii Rivipullensis. Ejus initium est: *Urbanus II. Vitali Presbytero Brivensi. Super quibus &c.* Deinde: *Quod autem uxor &c.* Denique: *Porro eos, qui &c.* ut in hoc capite. Scripta est, ut diximus, ad Vitalem Presbyterum. Sed quis fuerit ille Vitalis, dubium faciunt antiqui codices manuscripti. Heic apud Gratianum simpliciter vocatur Presbyter, absque titulo. Sed Correctores Romani admonent in libro manuscripto decretorum Pontificum citari ex Nicolao ad Vitalem Presbyterum Pruviensem. Quod male est, cum sit ex epistola Urbani secundi. Caput *Super quibus* ita inscribitur: *Unde Urbanus scribit Vitali Presbytero Brixiensi.* Inscriptio vero capitis *Quod autem* ita habet: *De his ita scribit Urbanus II. Vitali Presbytero Brixiæ.* Atque ita omnino legitur in antiquis codicibus Regio & Sangermanensi. In optimo tamen & vetustissimo codice monasterii Rivipullensis, qui scriptus est ævo Paschalis secundi, capita illa constanter inscribuntur Vitali Presbytero Brivensi. Quo etiam modo legitur in vetustissima collectione canonum MS. quæ fuit Claudii Puteani. Animus itaque olim fuerat, eam epistolam intelligere scriptam fuisse ad Vitalem Presbyterum Brivensem in finibus Lemovicum. Verum antiquus auctor vitæ Anselmi Episcopi Lucensis a Sebastiano Tengnagelio editus mentionem facit cujusdam Vitalis Presbyteri Brixiensis hoc ipso tempore viventis. Hæc sunt ejus verba: *Aliud quoque miraculum, quod confratre Vitali Brixiensis Ecclesiæ Presbytero, religiosæ vitæ viro, aliisque pluribus referentibus audici &c.* Ea auctoritate permoveor, ut credam veram esse lectionem, quæ docet epistolam scriptam esse ad Vitalem Presbyterum Brixiensem, tametsi libri optimi manuscripti nomen habeant Vitalis Presbyteri Brivensis. Videndum autem erit, an caput *Consuluit*, quod exstat in titulo Decretalium de usuris, quodque in prima collectione Decretalium lib. 5. tit. 15. cap. 12. dicitur esse Urbani III. ad Brixiensem Presbyterum, restituendum sit Urbano secundo. Nam Antonius Augustinus illic admonet Presbytero Brixiensi inscriptum illud esse in tribus libris Tarraconensibus; licet hanc inscriptionem omittant Raymundus & Contius.

1. q. 5. c. 3. Præsentium. In veteri codice Rivipullensi legitur *cuidam principum ejus oblatam*, pro eo quod Gratianus habet *datam.* Infra in eodem libro sic habetur: *liceat cum ex concessione Episcopi sui fratrumque &c.*

1. q. 7. c. 3. Cavendum. Palea ista non exstat in manuscriptis Gratiani codicibus Regio, Sangermanensi, & vetere Victorino. Habetur tamen in recentiore Victorino & in Colbertino, tum etiam in antiquis editionibus Moguntina & Veneta. Vide Reginonem lib. 1. cap. 238.

In antiqua collectione canonum Lugdunensi lemma istud appositum est huic canoni: Excerpta martini. *Si quislibet Clericus aut laicus pro hæresi fuerit excommunicatus, libellum fidei suæ det, ut opinionem hæresis purget.* Canon vero ita habet: *Si quis Episcopus, sive laicus, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, in aliquibus Ecclesiæ opinione offenderit &c.* 1. q. 7. c. 22. Si quis Episcopus.

In Pannormia edita Lovanii sic inscriptum est caput istud: *Urbanus 2. a Petro Pistoriensi Episcopo & Rustico Vallis Umbrosæ Abbati.* In Basileensi vero & in codice Victorino: *VII. a Petro Pystorensi Episcopo & Rustico Vallis umbrosæ.* Melior est haud dubie lectio Lovaniensis editionis. Error hinc ortus, opinor, in codice MS. quod in codice, quo librarius ille utebatur, ita haud dubie scriptum erat, V. II. ex quo effectum est VII. Legendum itaque: *Urbanus II. Petro &c.* Rursum in codice Victorino initium capitis est istiusmodi: *Daibertum a Gnezolone &c.* Et infra: *Negzelon hæreticus constat ab hæret. ordinatus, quia nihil habuit, dare nil potuit, cui manus imposuit:* Mox: *necessitate ingruente Diaconem.* 1. q. 7. c. 24. Daibertum.

In antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus legitur simpliciter: *Item Gregorius Johanni Defensori eunti in Hispaniam.* Sed quia Demochares & Contius in margine editionum suarum admonuerant, caput istud sumptum esse ex epistola 50. lib. 11. epistolarum sancti Gregorii, Correctoribus Romanis placuit ista addere in contextu Gratiani: *libro undecimo, epistola* 50. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 13. cap. 3. 2. q. 1. c. 7. In primis.

Caput istud sumptum est ex prima actione Concilii secundi Suessionensis. Refertur autem in prima appendice Reginonis cap. 22. In regio Gratiani codice sic male inscriptum est: *Item Melciadas Papa.* Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 2. tit. 3. & Cujacium ad titulum Decretalium de libelli oblatione cap. 1. 2. q. 1. c. 9. Legem.

Girardo. Codex Sangermanensis *Arardo*; Victorinus antiquior *Airardo*; Colbertinus *Ayrardo*; recentior Victorinus *Archaldo.* Nulla istarum lectionum bona est. *Airardo* tamen mallem quam *Girardo.* Nam tum Herardus erat Archiepiscopus Turonensis, cujus exstant capitula CXL. excerpta ex corpore canonum. Chronicon Malleacense in veteri codice MS. Joannis Beslyi viri clarissimi: *Domnus Herardus ordinatus est Turonensium Archiepiscopus anno DCCCLVIII. Hic generali synodo in civitate Turonica habita quædam necessaria sanctorum canonum capitula excerpsit, quæ firmius custodienda sanxit, XVII. Kal. Junii.* 2. q. 1. c. 10. Notorum.

He-

Herardi itaque nomen reponendum est in fronte istius capitis, quemadmodum factum a Sirmondo est. Flodoardus lib. 3. hist. Rhemens. cap. 21. loquens de variis Hincmari epistolis ad Episcopos scriptis: *Herarde Turonensium antistiti, de quibusdam apostatis ad Ecclesiam redeuntibus & aliis pœnitentibus suscipiendis.*

2. q. 5. c. 7. Mennam. Capitis istius inscriptio sic habet in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, etiam in illis, quæ a Demochare & Contio procuratæ sunt: *Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum capit. CCXXXII.* Unde patet Gratianum accepisse ex Burchardo, apud quem lib. 1. cap. 196. sic omnino legitur in codice Talonico. Antiquissimæ epistolarum sancti Papæ Gregorii collectiones manuscriptæ divisæ in libros non sunt, sed consequentibus numeris descriptæ. Ut mirandum non sit, si Burchardus aliter numeravit, quam nos hodie solemus. Non utar ampliori probatione. Adferam tantum titulum antiquissimi & optimi libri manuscripti bibliothecæ Regiæ, in quo sic legitur: *In hoc codice continentur epistolæ beati Gregorii Papæ numero CCXCIII.* Correctores Romani, quibus inscriptio istius capitis haud dubie videbatur obscurior & difficilior, quam expediret studiosis rei canonicæ, libere pro more suo erasetunt postrema Gratiani verba, & pro illis illa substituerunt, *lib. II. epist.* 8. Sic turbatunt fontes, ex quibus sua Gratianus accepit. Mennæ porro Episcopo, de cujus causa heic agitur, inscripta est epistola quinquagesima secunda libri noni ejusdem Gregorii, ubi dicitur fuisse Episcopus Tolosanus in omnibus editionibus. In vetustissimo tamen epistolarum sancti Gregorii codice MS. bibliothecæ Regiæ video Telonensem Episcopum dici, non Tolosanum: quod audio reperiri etiam in aliquot aliis earundem epistularum libris antiquis. Sane ex Italia in Britanniam per Narbonensem secundam Viennensemque & Lugdunensem pergentibus, quæ omnium expeditior securiorque via est, prima Galliarum urbs in litore mediterranei maris occurrit Telo sive Tolona, vulgo hodie *Toulon*, dein Massilia, & ceteræ civitates, quarum Episcopi numerantur in titulo istius epistolæ, qui sic habet in editione Romana MDXCI. *Gregorius Mennæ Tolosano, Sereno Massiliæ, Lupo Cabiloni, Agilio Metis, Simplicio Parisiis, Melantio Rotomagensi, & Licinio Episcopis Francorum, a paribus.* Hunc Titulum descripsit postea Sirmondus ex editione Romana in tomo primo Conciliorum Galliæ. Error autem est in his verbis, *Agilio Meris*; pro quibus legendum esse *Agulfo Metis* recte conjecit Sirmondus, vel *Agiulpho Metis* Meurissius Episcopus Madaurensis in historia Episcoporum Metensium pag 92. Nam in veteri codice MS. Bibliothecæ Regiæ mox laudato sic legitur: *Gregorius Mennæ Thelonæ Sereno Massiliæ, Lupo Cabillonensi, Agilfo Metis, Simplicio Parisis, Melantio, Potumo, & Licino Episcopis Francorum, a paribus.* Sed emendanda quoque sunt ista ex libro Regio *Melantio, Potumo*; pro quibus legendum est, *Melantio, Rotumo*, id est, de Rodomo, seu Rotomago, ut diserte scriptum vidimus in antiquo codice epistolarum sancti Gregorii manuscripto in bibliotheca monasterii sancti Remigii Rhemensis, ubi etiam scriptum est *Agileo Metis.* Mennam porro Thelonæ Episcopum fuisse vel hæc res manifeste probat, quod in causa monasterii Lirinensis apud eundem sanctum Gregorium lib. 9. Indict. 4. epist 8. ejus testimonium refertur, tanquam e propinquo. Scribens enim Pontifex ad Cononem Abbatem Lirinensem ait: *Quam autem solers sis in regendis fratribus, quantoque studio in eorum sis custodia vigilans, reverentissimo fratre & coepiscopo nostro Menna referente cognovimus.* Quid porro monasterium Lirinense ad Episcopum Tolosanum, tam procul ab domo? Ante quam vero manum de tabula tollam, libet heic explicare rem non satis omnibus notam, nimirum quid significent illa verba *a paribus*, quæ leguntur in titulo istius epistolæ Gregorianæ. Veteres igitur hoc loquendi modo significare volebant eandem epistolam iisdem omnino verbis scriptam esse separatim ad unumquemque eorum, qui nominabantur in titulo epistolæ. Quod etiam antiquitus observatum est a docto quodam viro in margine ejusdem regii codicis de quo paulo antea dicebamus: *Uniformis*, inquit, *epistola dicitur a paribus, dum duobus vel pluribus ipsa eademque uno sensu eodemque dictatu uniformiter mittitur.* Et quandoquidem heic sumus, moneo emendandam esse inscriptionem epistolæ cujusdam Alexandri III. in tomo quinto Spicilegii Dacheriani pag. 525. ubi post hæc verba *Firmano Episcopo* scriptum est *similiter Esculano Epicopo, similiter Camerinensi &c.* Delenda itaque sunt omnia quæ post voces *Firmano Episcopo* interjecta sunt usque ad *salutem*, quæ reponenda sunt in fine epistolæ. Nam ista adnotata olim a Joanne Berardi sunt, ut hinc intelligeret lector, eandem epistolam seorsim missam esse ad Esculanum Episcopum, & ceteros, qui illic nominantur. Unde & in codice MS. ex quo edita illa est, quo nos usi sumus beneficio optimi viri Antonii Vionis Herovallii, vox *similiter* ubique in hoc loco scripta est rubeo charactere. Quod indicat, ut dixi, ista reponenda esse in fine epistolæ, sicut videmus in regesto Innocentii III. frequenter additum in calce epistolarum: *In eundem modum Episcopo &c.*

Primus hunc canonem Triburiensem protulit Regino lib. 2. cap. 302. ex quo Burchardus descripsit. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 30. cap. 9. 3. q. 5. c. 15. Nobilis.

Reperitur hoc caput inter Capitula Hincmari Archiepiscopi Rhemensis tit. 2. cap. 23. 2. q. 5. c. 16. Si mala.

unde citatur in capite nono Concilii Troslejani. Exstat etiam in Decreto Ivonis part. *6.* cap. 420. & in veteri collectione canonum manuscripta, quæ fuit Claudii Puteani. Sed in duobus istis locis acceptum dicitur ex epistola quadam Hincmari, qua caremus: *Hincmarus Remorum Episcopus ac plebis Dei famulus dilecto fratri & venerabili coepiscopo Johanni salutem. Si mala fama &c.* Varie autem se habet hic locus secundum varias editiones. Nam & Correctores Romani admonent finem illius diversum esse in Concilio Troslejano. Apud Ivonem vero & in codice Puteano ita legitur: *secundum decreta majorum cum denominatis sibi vicinis Presbyteris, quos scimus se nolle periurare, sacramento famam suam purget.* Ibi *periurare* melius est quam *pejerare* apud Gratianum. Vox enim illa tum valde erat in usu, ut patet ex libris Capitularium. Atque ita legitur in vetustis Gratiani codicibus Regio, Sangermanensi, Colbertino, vetere Victorino. In recentiori Victorino legitur *dejerare.* In antiquis editionibus Moguntina & Veneta *pejerare.* Rursum Hincmarus hunc eundem locum paulo aliter refert in epistola 48. cap. *16.*

2. q. 5. c. 20. Consuluisti. HUMBERTO. Codex Sangermanensis habet *Huberto*, Regius & vetus Victorinus *Lutberto*, recentior Victorinus *Guiliberto*, Colbertinus *Liberto*, antiqua editio Moguntina *Lamperto*, Veneta *Huberto*, vetus codex Puteanus *Ludberto.* Ea est vera lectio, quæ restituenda etiam est capiti 13. *Viginti* supra *16.* distinct. ubi scriptum est *Luyshobio* pro *Ludberto.* Hujus exstat epistola ad Ludovicum Regem in calce opusculorum Hincmari a Joanne Cordesio editorum pag. *628.* Item pag. *631.* epistola Otfridi monachi Wissenburgensis ad eundem Luidbertum, seu vetus præfatio in evangelium versibus Germanicis redditum: cujus operis ex veteri codice MS. meminit, & Nicolaus Serarius lib. 4. rerum Moguntiac. pag. *655.* Apud Flodoardum lib. 3. hist. Rhemensis cap. 21. mentio est plurimarum epistolarum ab Hincmaro scriptarum ad Luitbertum Maguntinum Archiepiscopum. Infra in hoc capite codex Puteanus legit: *Occulta vero & incognita illius sunt judicio relinquenda &c.*

2. q. 5. c. 22. Monomachiam. Caput istud sumptum est ex epistola quinquagesima Nicolai primi. Primus vero illud ex ea epistola excerpsit Regino lib. 2. c. 77.

2. q. 5. c. 23. Sæpe. Multum diversus est hic canon a vulgatis editionibus Concilii Wormaciensis, uti diximus ad Reginonem lib. 2. cap. *276.* Heic vero Correctores Romani ediderunt *Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie*, cum in omnibus Gratiani codicibus manuscriptis, & antiquis editionibus, tum etiam apud Reginonem & Burchardum, scriptum diserte sit *tibi* pro *mihi.*

2. q. 5. c. 26. Si Episcopo. Apud Regionem lib. 2. cap. 277. Burchardum lib. 2. cap. 199. & Ivonem part. *6.* Decreti cap. 272. vox *furtum* non exstat. Iterum Regino & Burchardus & regius Gratiani liber habent *in singulis Missam tractare debet, & secretam publice dicere & communicare.* Ita etiam Ivo; nisi quod legit *pro singulis*, cum alii legant *in singulis.* Ceterum in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus, tum etiam apud Democharem & Contium, hoc caput ita habet: *Si Episcopo aut Presbytero aliquod maleficium imputatum fuerit, pro singulis &c.* Reliqua ergo addita sunt a Correctoribus Romanis.

Recte admonent iidem Correctores hanc epistolam videri esse Gregorii quarti. Vide quæ de ea re nos supra diximus in capite septimo nostræ præfationis. 2. q. 6. c. 11. Decreto.

Multifariam multisque modis inscriptum est hoc caput in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus. Codex Sangermanensis & prima editio Moguntina: *Item cum Vigilius Papa dicat.* Antiquior Victorinus: *Item Vigilius Papa ait.* Regius & antiqua editio Veneta: *Item cum Julius Papa dicat.* Recentior Victorinus: *Item Julius Papa dicat.* Colbertinus: *Item cum Julius Papa ait.* Apud Democharem & Contium: *Item cum Julius Papa dicat.* Ubi iidem adnotant in margine hæc exstare in epistola prima Julii ad Episcopos orientales. Quod partim verum, partim falsum est. Nam in epistola illa Julii hæc tantum habentur ex isto capite: *Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum.* In collectione Anselmi Lucensis lib. 2. cap. 18. in codice Sangermanensi: *Vigilius Papa.* Atque hæc est vera & genuina capitis istius inscriptio. Verum neque apud Gratianum neque apud Anselmum adnotatus est locus, ex quo excerptum est hoc caput. Itaque Correctores Romani, cum illud invenissent in epistola Vigilii, quæ ad Eutherium sive Eleutherium scripta dicitur, verbis Gratiani ista addiderunt; *in epistola ad Elutherium cap. ult.* Illustrissimus Cardinalis Baronius, cum describere pararet epistolam illam in suis annalibus, nescireque cujus civitatis Episcopus fuisset hic homo, pronuntiavit ex ea colligi posse *ipsum fuisse Episcopum in extremis Hispaniæ oris Oceano conjunctis, vel in Lusitania aut in Gallicia.* Quo factum est, ut postea nonnulli Hispani scriptores sibi persuaserint, tanquam rem certam, Episcopum illum fuisse Bracharensem in Lusitania etiam propterea in hunc terrarum orbem inducentes auctoritatem Juliani Lucæ Archidiaconi Toletani & Marci Maximi Archiepiscopi Cæsaraugustani, Chronographorum, si superis placeret, antiquissimorum & indubitatæ fidei. At in antiquissima collectione canonum Lugdunensi optimæ notæ, quam in Hispania confectam, & inde Lugdunum olim advectam puto, cum varia illius epistolæ capita in septem variis locis referantur, semper referuntur ex epistola Vigilii ad Profuturum. Itaque dubitandum non est, mea quidem sententia, quin expungendum sit ex titulo epistolæ nomen

Eu-

2. q. 6. c. 12. Qui se scit.

Eutherii, ut reponatur Profuturi. Nam diserta epistolæ a sede apostolica ad Profuturum metropolitanæ Bracharensis Ecclesiæ Episcopum scriptæ, mentio exstat in canonibus 4. & 5. Concilii I. Bracharensis habiti sub Ariamiro Rege. Hæc sunt canonum verba: *Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus, quem Profuturus quondam hujus metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum. Item placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracharensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus Episcopus scriptum sibi & directum a sede beatissimi Apostoli Petri suscepit.* Quibus verbis nemo non videt designari aperte epistolam Papæ Vigilii, quæ ad Profuturum data dicitur in veteri codice Ecclesiæ Lugdunensis. Ex qua interim observatione illustrari poterunt, quæ de ordine Missæ Hispanicæ scribit eminentissimus & doctissimus Cardinalis Bona lib. 1. rerum liturgicarum cap. 7. Vide infra dist. 1. de consecr. cap. 24. *De fabrica.*

2. q. 6. c. 13. Argula. Hoc caput sumptum est ex epistola 42. Nicolai Papæ ad Hincmarum Rhemensem Archiepiscopum scripta. In fine capitis legebatur olim, *canonica patrum deliberatione*, non solum in omnibus Gratiani codicibus manuscriptis & editis, sed etiam apud Anselmum Lucensem, & in epistola ipsa Nicolai. Correctores tamen Romani, repudiata lectione illa, quæ retinenda erat, voci *canonica* substituere maluerunt *cana*, propter illum Virgilii versum:

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus,
Jura dabant,

& quia in libro Ennodii pro Symmacho legitur *cana miracula* & *canum gentium*. Ceterum in manuscriptis Gratiani exemplaribus legitur paulo infra *ingenio*, pro eo quod Romani ediderunt *genio*.

2. q. 6. c. 31. Post appellationem. §. Forma. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & in editione Moguntina legitur *Cappellanum Ecclesiæ sancti Apollinaris*, pro eo quod vetus editio Veneta, & quæ post eam secutæ sunt habent *Capellanum sancti Apollinaris.*

MCXLI. Ind. quarta. Legendum MCV. *feria* IV. ex consensu omnium veterum Gratiani codicum & antiquæ editionis Venetæ, nisi quod codex regius habet MCVI. vitio haud dubie librarii. Prima editio Mogontina, quam sequitur Demochares, habet MCLXI. *Indictione quarta.* Romani Correctores, cum viderent, quartam Indictionem non convenire cum anno illo incarnationis dominicæ, sua propria auctoritate reposuerunt MCXLI. At ego contendo standum esse auctoritati veterum librorum, tametsi constaret mendum heic esse, adeoque nihil mutandum in contextu Gratiani.

2. q. 6. c. 40. Si quando. In antiquis Gratiani exemplaribus manuscriptis & editionibus ante Romanam legitur heic simpliciter in titulo: *Unde Adrianus Papa ait.* Correctores Romani addiderunt: *in Capitulis a se collectis cap.* 44. Et tamen Gratianus, cum capitulorum istorum auctoritatem adducit, ea nominare non solet, solo nomine Hadriani contentus. Certum est autem ea capitula tributa ut plurimum Hadriano fuisse, etiam ævo Hincmari. Verum bene multa in illis sunt, quæ ostendere videntur illa non posse esse illius Pontificis. Quo factum est, ut in præfatione mea ad Antonii Augustini dialogos *de emendatione Gratiani*, veriorem esse putaverim scripturam veteris libri sancti Victoris Parisiensis, in quo hæc capitula collecta dicuntur ab Angilramno Metensi Episcopo & Adriano Papæ oblata. Illud ipsum habetur in antiquo codice manu scripto monasterii Lætiensis, ubi sic legitur: *Liber capitulorum ex diversis Conciliis sive decretis Romanorum Pontificum collectorum ab Anilramno Metensi Episcopo.* Hæc admonere alicujus, opinor, momenti erat.

2. q. 7. c. 5. Laicos. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus legitur simpliciter: *Item Eusebius.* Vel: *Item Eusebius Papa.* Demochares vero ista addidit in margine: *Eusebius epist. 1. ad Episcopos Galliæ.* quæ verba dein editionis suæ margini apposuit etiam Contius. Sed Correctores Romani, Demochare & Contio audaciores, illa transtulerunt in textum Gratiani. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de testib. & attestationib. cap. 14. *De cetero.*

2. q. 7. c. Nos si. Vir doctissimus Hermannus Conringius putat epistolam illam esse Leonis tertii, eo in primis argumento, quod Leone quarto sedente summa imperii penes Lotharium fuerit, non autem penes Ludovicum. Deinde apud neminem veterum scriptorum reperitur intercessisse simultates aliquas inter Leonem quartum & Lotharium. At vero ex Eginhardi annalibus liquet commotum adversus Leonem tertium fuisse Ludovicum Pium anno DCCCXV. quia cum conspirationem adversum se initam detexisset; *omnes illius factionis auctores ipsius jussu fuerant trucidati*, privata videlicet auctoritate sua, cum rem deferre debuisset ad aures Principis rerum domini. Nam & ipse Leo summum Principum nostrorum imperium agnoverat, in initiis sui pontificatus, ac Carolo Magno fidem suam scripto obligaverat, id est, fidelitatis sacramentum præstiterat. Docet istud epistola 84. Alcuini, quæ est Caroli ad Leonem: *Perlectis*, inquit, *excellentiæ vestræ litteris, & audita decretali cartula, valde, ut fateor, gavisi sumus, seu in electionis unanimitate, seu in humilitatis nostræ obedientia, & in promissionis ad nos fidelitate.* Ubi tamen legendum puto, *& in promissione ad nos fidelitatis.* Sed ut redeamus ad Ludovicum,

purgare se apud eum studuit Leo per Legatos. Probabile autem est scriptam missamque eodem tempore a Leone fuisse epistolam ad Ludovicum, cujus heic fragmentum refert Gratianus sub nomine Leonis quarti.

2. q. 7. c. 53. Placuit. Ex hoc capite collegit Gratianus interdictam monachis antiquitus fuisse accusationem adversus Episcopos, immo negatam etiam licentiam dicendi testimonium adversus eosdem. Viguit ea lex in Anglia per multa tempora, ut colligimus ex Eadmero in libro tertio historiæ novorum. Orta erat controversia de auctoritate quarundam litterarum Paschalis secundi in Angliam delatarum a monachis quibusdam. Nonnulli ajebant falsas illas esse, alii negabant. Qui veras esse contendebant, *astruere nitebantur, semoto verborum incerto, scriptis sigillo Papæ signatis verbisque monachicis omnino credendum. Illi e contra trium potius Episcoporum assertionibus quam vervecum pellibus atramento denigratis plumbique massula oneratis fore credendum, abiecto monachellorum testimonio, qui ubi seculo se abrenuntiare professi sunt, omne, inquiunt, secularis negotii testimonium perdiderunt.* Cum vero nihilo minus adversarii urgerent, uti cederetur auctoritati bullarum pontificiarum, responderunt isti: *Testimonium monachorum contra Episcopos non recipimus, & ovinæ pellis reciperemus?* Apud Eadmerum pag. 65.

3. q. 2. c. 3. Oportet. Inscriptio istius capitis in codice Sangermanensi hæc est: *Item Stephanus Papa V. Girardo Laodicensi.* in Regio, *Leodicensi*: in antiquiore Victorino, *Lodicensi*: in recentiori, *Gerardo Leodicensi*: in Colbertino demum, *Grando Leodicensi.* Ecce manifestissime constat, epistolam inscriptam esse cuidam Clerico Leodiensi, seu is Episcopus erat, sive in inferiori gradu constitutus. Nam veteres codices nihil habent de dignitate hominis. Quod si de Leodiensi Episcopo heic agitur, necesse est, ut Franconis nomen substituamus pro Girardo. Nullus enim, saltem Stephani quinti Pontificatu, Leodiensis Episcopus fuit Girardus, sed Franco, ut constat ex historia Episcoporum Leodiensium.

3. q. 8. c. 8. Clericus. Cujacius ad titulum primum Decretalium de judiciis cap. 4. ita explicat postremam partem istius capitis, ut curiam interpretetur de curia Decurionum, qui judices non sunt; cui pœnæ causa Clericus addicitur, ut serviat tanquam pistrino, quam sententiam amplexus quoque fuisse videtur Franciscus Juretus in Notis ad epistolam 53. Ivonis Episcopi Carnotensis. Quia tamen interpretatio illa non caret difficultate neque contradictoribus, illustrissimus vir Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis sibi in eam rem incumbendum esse credidit. Itaque anno MDCL. die undecima Maii dissertationem de ea re edidit in monasterio sancti Hieronymi Murtensis prope Barcinonem; quam nos existimavimus heic post Notas nostras opportunissimo loco edendam esse, cum nondum in lucem prodierit. *

Miror eruditissimos & sapientissimos viros Correctores Romanos inscriptionem hujus epistolæ mutasse contra omnium veterum librorum & editionum fidem. Ubique enim constanter scriptum est: *Unde Nicolaus Papa Salomoni*, vel *Salamoni Regi Britonum*, vel *Britorum.* Exstat autem epistola illa Nicolai integra in tomis Conciliorum. Et tamen Correctores Romani sic ediderunt: *Unde Joannes Papa Salomoni tertio & ultimo Regi Britonum.* Veruntamen non puto Gratianum scisse, ne fando quidem, quotus Britonum Rex fuerit Salomon, neque item utrum ultimus. Additionis istius fons & origo est Contius, qui in margine editionis suæ adnotavit eum fuisse ultimum Regem Britonum, quam observationem ex margine in textum transtulerunt Correctores, ut solent. Neque tamen vera propterea est observatio viri doctissimi & celeberrimi; qui de emendatione ista alicubi agens, vel ex eo probat epistolam illam non posse esse Joannis VIII. quod ad ejus tempora Salomon Rex non pervenerit. Fallitur, inquam, vir eruditissimus. Nam Joannes electus est Romanus Pontifex anno DCCCLXXII. Salomon vero occisus anno DCCCLXXIV. ut tradit auctor annalium Metensium. De causa porro Archiepiscopi Turonensis adversus Episcopos Britonum, de qua agitur in hoc capite, vide quæ dicta a nobis sunt in libro quinto de concordia sacerdotii & imperii cap. 46. 3. q. 6. c. 10. Hæc quippe.

Hoc caput in antiquiori codice Victorino sic inscriptum est: *Item Nicholaus Papa Guallinoni Sennensi Episcopo.* In Regio: *Item Nicholaus Papa Wallinoni Senensi Archiepiscopo.* In Sangermanensi: *Item Nicholaus Papa Senoniensi Archiepiscopo.* Aliorum varias lectiones referre necessarium non arbitror. Legendum itaque: *Item Nicolaus Papa Waniloni Sennensi Archiepiscopo.* Ceterum epistola illa Nicolai edita est integra a Joanne Cordesio in appendice opusculorum Hincmari, dein a Sirmondo in tomo tertio Conciliorum Galliæ. Vide porro, quæ de negotio illo Herimanni dicta a nobis sunt in Notis ad Lupum Ferrariensem pag. 457. & in capite septimo præfationis nostræ ad dialogos Antonii Augustini de emendatione Gratiani. 3. q. 6. c. 14. Judicas.

Hunc locum Regino lib. 2. cap. 336. citat ex libro tertio Capitularium cap. 52. Burchardus, quia nolebat uti auctoritate Capitularium, retulit ex Concilio Matiscensi cap. 4. q. 2. c. 2. Placuit.

V.

[a] Petri de Marca Interpretationem Capitis *Clericus* non prætermittendam censemus, quum sæpius ea fuerit in vulgus edita, cum in variis horum Dialogorum editionibus tum in Roboretensi Oper. ejusdem Petri de Marca anni MDCCXLII.

V. ac propterea initium mutavit. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de testibus & attestationibus cap. 1.

6. q. 1. c. 18. Quicunque. Vide Halitgarium lib. 4. cap. 28. Rhabanum in epistola ad Heribaldum cap. 18. & Reginonem lib. 2. cap. 324.

7. q. 1. c. 4. Pontifices. In vetustis Gratiani exemplaribus Colbertino, Sangermanensi, duobus Victorinis, tum etiam in prima editione Moguntina, inscriptio istius capitis ita habet: *Item Nicholaus Alvino Jovanensi Archiepisc.* In Regio vero: *Alumpno Jovinensi Archiepiscopo.* Apud Democharem & Contium: *Item Nicolaus Papa Alvino Januensi Archiepiscopo.* quo etiam modo editum fuisse reperio a Petro Albignano. Utraque lectio mala est, cum legendum sit *Adalwino Iuvavensi Archiepiscopo*, uti nuper adnotavimus ad Reginonem pag. 595.

7. q. 1. c. 10. Non furem. Codex Sangermanensis habet: *Item Leo IV. Nennoni Duci Britanniæ.* Recentior codex Victorinus & vetus editio Moguntina, *Novoni*, Regius, *Neunino.* antiquior Victorinus, *Nonnoni*, Colbertinus, *Nemo.* Editio Veneta antiqua, quam secutæ sunt posteriores, *Vernoni.* Sed illud mendosum est, ut jampridem monuit Sirmondus in capite tertio Antirrhetici secundi adversus Aurelium. Legendum ergo, *Namenojo.* Hic est Nomenojus, ad quem scripta est celebris illa & elegantissima epistola LXXXIV. Lupi Abbatis Ferrariensis, in qua Episcopi Gallicani ad eum scribunt, nolle se fures & latrones vocare Episcopos ordinatos in locis viventium, sed mercenarios. *Episcopi legitimi sedibus propriis pulsi; &, ut mitius loquamur, quia dicere nolumus* Fures et Latrones, *mercenarii introducti.* Quibus verbis respexisse omnino mihi videntur ad epistolam istam Leonis quarti, in qua Gilardus Nannetensis Episcopus ordinatus in loco Actardi vocatur fur & latro. De illa enim loqui puto Episcopos Gallicanos, cum Nomenojo scribunt ipsum noluisse litteras ejusdem Leonis recipere, quibus eum monebat, ut a malis cœptis desisteret. *Non solum nihil eorum, quæ mandaverat, fecisti, sed ne litteras quidem ipsas recepisti; & quia nolebas a malo desistere, timuisti bene monentem audire.*

7. q. 1. c. 13. Qualiter. In antiquis Gratiani exemplaribus ea est inscriptio istius capitis: *Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorii, qui Ariminensi Episcopo dolore capitis aborranti alterum subrogavit ita scribens in registro capitulo CCXXXVIII.* Editiones Democharis & Contii habent *cap.* CCCXXXVIII. Correctores Romani pro ultimis Gratiani verbis ista substituerunt: *ita scribens in 7. lib. regesti sui, indit. 2. epist. 49. ad Marinianum Episcopum Ravennæ.* Verum retinenda erat veterum codicum & editionum lectio, ut deprehendere possent eruditi lectores, an ista Gratianus accepisset ex fontibus ipsis, an vero ex rivulis & stagnis aliorum. Nam si quis editione Romana Gratiani sola utatur, nunquam animadvertet caput istud descriptum esse ex Burchardo, apud quem exstat lib. 1. cap. 189. *ex registro S. Gregorii Papæ cap.* CCXXXVIII. ut heic apud Gratianum in antiquis codicibus & editionibus. Ivo parte 5. Decreti cap. 305. habet: *Ex registro Gregorii cap.* CCXXXIX. Accepit ergo & Ivo ex Burchardo.

7. q. 1. c. 14. Quamvis. Idem flagitium ab eisdem commissum est in titulo istius capitis, qui sic habet in vetustis Gratiani codicibus: *Item ex eodem capitulo CCXXXIII. ad Eleutherium Episcopum.* pro quo Contius & Demochares ediderunt CCXLIII. Correctores Romani: *Item ex eodem regesto, lib. 11. epist. 7. ad Eutherium Episcopum.* Sed Burchardus, ex quo Gratianus descripsit, lib. 1. cap. 191. habet: *Ex regist. c. CCXXXIII. ad Etherium Episcopum.* In codice vero Talonii: *E reg. Atherium Episcopum cap.* CCXXXIII. At Ivo p. 5. Decreti cap. 307. scriptum habet in titulo istius capitis: *Ex registro Gregorii ad Eleuterium Episcopum.*

7. q. 1. c. 21. Placuit. Etiam in vetustis Gratiani exemplaribus manuscriptis adnotatum est, canonem istum Concilii Carthaginensis quinti esse. Renovata autem est hæc constitutio a Carolo Magno, ut patet ex libro primo Capitularium cap. 41. Vide Notas ad Reginonem p. 542.

7. q. 1. c. 30. Remote. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus manuscriptis & editis hæc tantum leguntur: *Item Hilarius Papa.* Deinde Demochares addidit in margine: *Episcopus Terracon. cap.* 3. Correctores Romani observationem Democharis ex margine, ut solent, transtulerunt in textum.

7. q. 1. c. 33. Sancitum. Primus hunc canonem protulit Benedictus Levita lib 7. Capitular. cap. 146. & post eum Regino lib. 1. cap. 240. sed sine nomine auctoris. Burchardus addidit: *Ex Concilio Rotomagensi cap. V.* Quem secuti postea sunt Ivo & Gratianus. Sed utrum revera sit alicujus Concilii Rotomagensis, definire non possum. Certe non exstat in editis. Fortassis erit Concilii apud Rotomagum habiti sub Ludovico Rege, cujus mentionem facit eruditissimus vir Joannes Mabillon monachus Benedictinus in præfatione ad tomum tertium sanctorum ordinis sui pag. 56. ubi existimat, habitum illud esse circiter annum octingentesimum octogesimum.

Surripiat aut. Hæ voces non habentur in antiquis Gratiani libris, neque in Talonico Burchardi codice optimo, neque demum apud Ivonem. Addita autem sunt, ut fatentur Correctores Romani, ex Burchardo, apud quem sic legitur in vulgatis editionibus: *Ecclesiam surripiat aut Ecclesiam vacantem &c.* Sed observandum est antiquos librarios duas interdum unius loci lectiones simul posuisse, ut ex his eligeret lector quam mallet, quemadmodum non semel dictum a nobis est. Apud Reginonem unde Burchardus accepit, tum etiam in libro septimo Capitularium, legitur simpliciter: *Ecclesiam subripiat, pro hac cupidi-*

ta-

tate &c. Postea exortus est Burchardus, qui hunc quoque canonem in Decreto suo posuit. Duæ ergo illius lectiones habentur apud Burchardum, una vulgata, altera quæ exstat in codice Dionysii Talonii. Vulgata sic habet: *surripiat, aut Ecclesiam vacantem pretio redimat.* Altera nihil habet præter vocem *surripiat.* Ego censeo primo scriptum fuisse apud Burchardum, uti apud Reginonem est, deinde studiosum quendam adnotasse supra lineam, *aut Ecclesiam vacantem pretio redimat.* Ex quo factum est, ut aliqui eorum, qui postea codicem Burchardi descripserunt, utramque lectionem retinuerint, alii eam tantum quæ, erat ex glossemate; quæ prævaluisse videtur, cum Ivo & Gratianus illam habeant. Quidquid vero sit de toto isto negotio, certum est correctores Romanos non debuisse mutare textum Gratiani.

7. q. 1. c. 47. Sciscitaris. Humifrido. Sirmondus in capite tertio secundi Antirrhetici monet legendum *Hunfredo*; male porro apud Ivonem parte 6. Decreti cap. 120. appellari Wilfredum. In vetustis Gratiani codicibus vocatur Vinfridus vel Vinfredus, in antiqua editione Moguntina Hunifridus. Eidem inscriptum debere esse caput *Clericum.* dist. 50. admonet idem Sirmondus.

7. q. 2. c. 1. In tuis. Hujus capitis inscriptio in codicibus Regio, Sangermanensi, & vetere Victorino hæc est; *Unde Alex. II. scribit Gebonardo Viuanensi Archiepiscopo:* in Colbertino, *Vinanensi:* in recentiore Victorino, *Vienensi.* In antiquis editionibus Moguntina & Veneta, tum etiam apud Democharem & Contium, *Vivariensi.* Hanc ultimam lectionem retinuerunt in editione sua Correctores Romani. Verum manifestus heic error est. Neque enim Vivariensis Episcopus metropolitico unquam honore sublimatus est, neque ullus ea tempestate Gebonardus fuit Episcopus Vivariensis. Itaque sic legendum est: *Alexander secundus Gebonardo Juvanensi Archiepiscopo*, id est, Salzbergensi: quam lectionem exhibent Ivo parte 6. Decreti cap. 405. & vetus canonum collectio MS. quæ fuit Claudii Puteani. Gebonardum porrò sive Gebehardum tenuisse cathedram Juvavensem ævo Alexandri secundi patet ex vita ejus ab Henrico Canisio edita in tomo sexto lectionis antiquæ pag. 1227. & ex Sigeberto in libro de unitate Ecclesiæ pag. 94. in editione Basileensi Simonis Schardii. Similem medicinam adhibuimus capiti *Quod interrogasti.* dist. 27. & in causa ista, q. 1. cap. 4. *Pontifices.*

7. q. 2. c. 2. Nuper. Citat hoc caput, quod esse ait *ultimum septimæ causæ capitulum in corpore decretorum*, Innocentius III. apud Odoricum Raynaldum ad annum 1202. §. 12. cum ageretur de Lectorensi Episcopo morbo comitiali laborante in Archiepiscopum Auscitanum electo.

Trigínta diebus. In codice Sangermanensi legitur, *ut cum LXXX. diebus:* in Regio, *ut cum vl LXXX. diebus:* sed duo puncta supposita sunt literis *vl*, quæ ostendunt illas esse superfluas. In antiquiore Victorino, *ut cum l. XXX. diebus:* quo loco litera *l* divisa est per lineolam superius, ut significet *vel.* Verum mendum heic est. Codex Colbertinus, *ut cum XXX. diebus.* Recentior Victorinus: *ut cum l triginta diebus:* quo etiam loco litera *l* significat *vel.* Prima editio Moguntina: *ut cum XXX. diebus.* Veneta: *ut cum vel XXX. diebus:* quo etiam modo legunt Demochares & Contius. At Correctores Romani expunxerunt particulam *vel*, ut simpliciter legerent *triginta.* Fortassis nonnullorum veterum scriptorum auctoritas, & vestigia sinceræ lectionis in aliis ostendunt legendum esse *octuaginta.*

8. q. 1. c. 1. Si Petrus. Jam antea ad distinctionem 68. monuimus falsam esse epistolam Joannis tertii, ex qua sumptum est hoc caput.

8. q. 1. c. 5. Episcopo. Judicio Episcoporum. Post illa verba sequitur in omnibus Gratiani codicibus manuscriptis, & editis, *& electione Clericorum.* Ea vero expunxerunt Correctores Romani, *quia neque in originali*, inquiunt, *neque apud cæteros collectores leguntur.* Ego, qui puto religiosum debere esse editorem veterum auctorum, retinuissem eam clausulam in contextu Gratiani, & in Notis admonuissem eam non exstare in originali, neque apud ceteros collectores. Et fortassis Gratianus viderat antiquum aliquod Antiocheni Concilii exemplar in quo clausula illa continebatur. Diverso ausu iidem Correctores nonnulla frequenter addiderunt in contextu Gratiani, quæ omittenda erant, quia non exstant apud Gratianum. Hinc enim fit, quod sæpe dicendum est, ut Gratiani collectionem hodie non habeamus, sed collectionem Correctorum Romanorum inhærentem ordini, qui servatus a Gratiano est.

8. q. 1. c. 7. Apostolica. In omnibus Gratiani libris editis, & manuscriptis hæc tantum habentur: *Item Innocentius Papa secundus.* Correctores Romani addiderunt: *in Concilio Romano cap. 16.* Verum nulla ratio est, cur hoc caput adscribatur Romano Concilio potius quam Claromontano, quod novem annis habitum est ante Romanum. Eadem enim verba, quæ heic leguntur, exstant inter canones Concilii quod Innocentius secundus celebravit apud Clarummontem in initiis sui pontificatus. Unde rursum colligitur, nihil mutandum aut addendum fuisse apud Gratianum absque auctoritate veterum codicum.

8. q. 2. c. 2. Artaldus. Hoc caput intelligi debere de Artaldo Episcopo Helenensi in Gallia Narbonensi probavimus in libro quinto de concordia sacerdotii, & imperii cap. 41. In veteri collectione canonum MS. quæ fuit viri clarissimi Claudii Puteani, & nunc servatur in bibliotheca Regia, hæc, quæ sequuntur, paulo aliter leguntur quam apud Gratianum: *Canonicis juraverat. hujusmodi sacramentum. feci, nul-*

lam

lam conventionem ante consecrationem meam, criminis ejus conscius sum, a sacerdotio me repellat. Ceterum omnia antiqua Gratiani exemplaria manuscripta, & edita habent *a sacerdotio me repellat*; quæ verba optimum sensum faciunt. Ut mirum valde sit hanc lectionem fuisse repudiatam a Correctoribus Romanis, qui *a sacra me unctione repellat* edere maluerunt.

Arelatensis. Omnia Gratiani exemplaria sic prorsus habent. Sed vetus collectio canonum Claudii Puteani, a nobis sæpe laudata, legit *Alanensis.* Quæ lectio, tametsi corrupta, propius accedit ad veram. Legendum quippe *Helenensis.* Helena, sive Elna, vulgo *Elne*, civitas est Galliæ Narbonensis dicta Illiberis apud Titum Livium lib. XXI. & *vicus Eliberri magnæ quondam urbis & magnarum opum tenue vestigium*, apud Melam. *Castrum Helenæ* in Chronico Hieronymi, & oppidum *cui Helena nomen est*, apud Paulum Orosium in libro septimo historiarum adversus paganos. Helenensis Ecclesia suffraganea semper fuit Ecclesiæ Narbonensis, usque ad tempora Julii secundi, qui eam anno MDXI. X. Kal. Augusti exemit ab omni superioritate, dominio, potestate, jurisdictione, correctione, & auctoritate Archiepiscopi Narbonensis ejusque Officialium & Vicariorum, subjecitque eam sedi apostolicæ. Sed postea Leo X. exemptionem, liberationem, & decretum, ac literas hujusmodi revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, illaque omnia pro infectis haberi, & censeri, nulliusque roboris vel momenti fuisse & esse declaravit, Episcopumque & clerum ac populum civitatis & diœcesis Elnensis Archiepiscopo Narbonensi semper subjecta fuisse, & esse prout ante exemptionem, & liberationem. Literæ Leonis datæ sunt Romæ anno MDXVII. XI. Kal. Februarii. Verum ista Leonis bulla irrita fuit, Carolo Quinto Cæsare, & Hispaniarum Rege obsistente. Itaque Helenensis Episcopus noluit deinceps habere Archiepiscopum Narbonensem pro suo Metropolitano. Cum vero post Leonis ac Julii tempora Concilium Tridentinum statuisset, ut Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligerent, in cujus synodo provinciali cum aliis interesse deberent, Elnensis Episcopus, qui tum erat sub dominio Philippi secundi Regis Hispaniæ, maluit Tarraconensem metropolim agnoscere quam redire ad Narbonensem. Denique Gregorius XIII. Elnensem Ecclesiam statuit deinceps fore suffraganeam Ecclesiæ Tarraconensis. Clemens autem octavus sedem Episcopi Elenensis transtulit Perpinianum, nomine tamen veteri semper manente.

9. q. 1. c. 4. Ab excommunicatis.

In veteri collectione canonum, quæ fuit Claudii Puteani, legitur: *Urbanus II. Gebehardo Episcopo Constantiensi.* In codice vero Rivipullensi, *Geboardo.* Sirmondus tamen in capite tertio Antirrhetici secundi adversus Aurelium monet mutandam esse inscriptionem hujus capitis apud Gratianum, & pro Gebehardo Episcopo Constantiensi substituendum esse nomen Pibonis Episcopi Tullensis, quod is locus reperiatur in epistola, quam Urbanus ad eum scripsit; quæ nuper, ut diximus, edita est in tomo decimo Conciliorum. Verum, & Ivo & Gratianus aliique præterea veteres collectores caput istud sumptum dicunt ex epistola ad Gebehardum Episcopum Constantiensem, ut ipse Sirmondus fatetur; adeoque nihil mutandum est. Refert autem hoc caput Eckbertus Bunnensis Canonicus in sermone decimo adversus Catharos.

9. q. 2. c. 4. In dominicis.

Refertur hoc caput, uti & sequens, a Reginone lib. 1. cap. 61. *ex Concilio Nannetensi* 419. Burchardus lib. 2. cap. 92. *ex eodem cap.* 419. Emendare ista conatus est Ivo Carnotensis, quod putaret hauddubie heic erratum esse, non a Burchardo, sed a librario: neque enim tot posse esse unius Concilii capitula. Itaque part. 2. Decreti cap. 122. hunc eundem canonem referens, *ex Concilio Nannetensi cap. XIX.* sumptum fuisse tradit in omnibus editionibus, & in vetustissimo codice manuscripto sancti Victoris Parisiensis. Et tamen Antonius Augustinus in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 25. cap. 2. ait, caput istud ab Ivone in loco citato referri ex capite 419. Concilii Nannetensis, nullum interim Decreti Ivonici exemplar antiquum laudans auctorem istius rei. Quo fit, ut ego existimem heic memoria lapsum esse summum virum, & Ivonem posuisse pro Burchardo. Vide porro præfationem nostram ad Reginonem cap. 9. & 13.

10. q. 1. c. 2. Sic quidam.

Apud Reginonem lib. 1. cap. 32. & apud Burchardum, qui ex Reginone accepit, lib. 3. cap. 20. legitur: *Multi contra canonum constituta &c.* Lib. 7. Capitular. cap. 213. *Multi contra canonum statuta &c.* Lectionem quæ in Reginone est confirmat Concilium Toletanum tertium, unde sumptum est hoc caput.

10. q. 1. c. 9. Relata.

Apud Reginonem lib. 1. cap. 12. legitur: *Delata est &c.* Sic etiam habetur in editionibus Burchardi lib. 1. cap. 229. At in vetere libro ejusdem Burchardi manuscripto in bibliotheca illustrissimi viri Dionysii Talonii legitur *Relata*: unde huc translatum est hoc initium istius capitis.

Mansiones. Id est, procurationes, ut diximus ad Reginonem. Eædem dicebantur paratæ, ut colligitur ex verbis istius canonis, quæ sequuntur. Attamen quidam paratas distinguunt a mansionatico.

10. q. 1. c. 14. Sanctorum.

In vetustis Gratiani exemplaribus, & editionibus hæc est inscriptio istius capitis: *Item Calixtus Papa.* Correctores Romani, cum recte observassent ista non posse esse Callixti primi, non recte in contextu Gratiani addiderunt *secundus*, ut heic agi docerent de re, quam Callixtus secundus sancivisset. In veteri codice MS. monasterii Anianensis, ex quo

nos

nos edidimus Concilium Lateranense habitum ævo istius Callisti, hæc adduntur post vocem *rotundæ, & sancti Nicolai Barensis, sancti Ægidii, aut de aliis &c.*

10. q. 2. c. 4. Precariæ. Videndus Regino lib. 1. cap. 364. & sequentibus, ex quo sua Burchardus accepit. In Notis porro nostris pag. 575. deteximus malam Burchardi fidem in hoc loco. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 12.

10. q. 2. c. 6. De precariis. Optime adnotant Correctores Romani caput istud non posse esse alicujus Concilii Carthaginensi. Iidem admonent extare in lege Longobardorum lib. 3. tit. 8. (legendum, 10.) cap. 2. Est enim ex Capitulis Lotharii Imperatoris, quæ adjecit ad legem Longobardorum. Ceterum caput istud non habetur in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensis, & Victorinis. Habetur tamen in Colbertino, & in antiquis editionibus Moguntina, & Veneta. Vide Antonium Augustinum in loco mox laudato.

10. q. 3. c. 8. Inter cetera. PAROCHIALIUM. Antonius Augustinus pag. 31. suorum dialogorum de emendatione Gratiani censet, legendum esse *parochianorum* pro *parœcialium*. Male, ut opinor. Canon quippe non loquitur de Christianis fidelibus, qui sub Presbyterorum illorum cura consistebant, qui vulgo dicuntur parochiani, sed de Presbyteris, qui parœcias regebant, quos ideo canon vocat parœciales Presbyteros. Hi se prægravari quærebantur ab Episcopis suis, & modum poni postulabant eorum avaritiæ. Renovavit synodus decretum Concilii Bracharensis secundi. Itaque nihil in hoc loco mutandum; retinendaque vetus lectio, quam retinuit & Loaisa in canone quarto Concilii Toletani tertii, unde sumptum est hoc caput. Vetustissimus codex MS. Ecclesiæ Lugdunensis: *Querimonias etiam parrochialium Presbyterorum Galliciæ provintiæ sallertissime discernere decuit.* Antiqua collectio canonum Andegavensis: *Quærimonias etiam parrœchialium Presbyterorum Gallitiæ provinciæ solertissime discernere placuit.*

GALLIÆ. In antiquis Gratiani exemplaribus Regio & Sangermanensi scriptum est *Galiciæ*: in recentiore Victorino *Gallicię*: in antiquiore *Galatiæ*: in Colbertino vero & duabus antiquis editionibus Moguntina & Veneta *Galliæ*. Quo etiam modo editum est a Demochare & Contio; eandemque lectionem prætulerunt Correctores Romani, quod Gallicanæ Regni Gothorum provinciæ Episcopi, id est, provinciæ Narbonensis, ad synodos Toletanas per ea tempora convenire solerent. Verum verior mihi videtur sententia Garsiæ Loaisæ, qui ista adnotavit in margine istius Toletani canonis: GALLICIÆ: *Sic est in omnibus codicibus manuscriptis. quam lectionem retinui, cum infra dicatur hoc decerni ex decreto Concilii Bracarensis, sub cujus metropoli erat Gallicia.* Carolus etiam Molinæus in annotatione ad hunc locum putat legendum esse *Galliciæ*. Vidimus autem supra *Galliciæ* diserte scriptum esse in antiquissimis codicibus Lugdunensi & Andegavensi. Eandem autem lectionem præfert etiam collectio Isidori. Guafredus de Monte electo Abbas Lirinensis legit *Galliæ* in tractatu de auctoritate sacri Concilii generalis.

DIŒCESIS SUÆ BASILICAS. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, etiam apud Democharem & Contium, legitur: *dioceses vel basilicas*, quo etiam modo scriptum est in vetusto codice Ecclesiæ Lugdunensis. Colbertinus Gratiani codex habet tantum, *per singulas dioceses juxta synodum &c.* Correctores Romani maluerunt *per singulas diœcesis suæ basilicas.* Quam lectionem retinuit Loaisa in editione Conciliorum Hispaniæ. Verum sincerior mihi videtur lectio veterum codicum. Quo loco vetus glossa interlinearis in codice Sangermanensi ita distinguit, ut super voce *dioceses* addat *rurales*, super verbo autem *basilicas* addat *civitatenses*.

Sed ut redeamus ad canonem ipsum, adnotandum est in eo agi de Episcopis visitantibus suas diœceses, quorum fastui & ambitioni modum ponere conatur ista synodus Toletana. Ex eo fonte orta est constitutio Lateranensis sub Alexandro III. adversum Legatos; de qua egimus in libro quinto de concordia sacerdotii & imperii cap. 51.

Caput istud non exstat in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, & vetere Victorino. Habetur autem in recentiore Victorino absque inscriptione. In Colbertino conjunctum est cum superiore. In antiqua editione Veneta nullam habet inscriptionem, nisi quod Paleæ nomen illic exstat. In prima editione Moguntina sic inscriptum est: *Item ex Concilio Parisiensi capitulo primo.* Canon est quartus Concilii quinti Parisiensis habiti anno DCXV. ut monuit Sirmondus in Antirrhetico secundo adversus Aurelium. Citatur autem, sed absque inscriptione, lib. 6. Capitularium, cap. 154. & Addit. IV. capitolo 62. 11. q. 1. c. 2. Nullus judicium.

Φρατρία. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, tum etiam in editione Conciliorum Jacobi Merlini, legitur *fratrea* vel *phratea*, Latinis characteribus. Primus, ut arbitror, Demochares græcis literis in hoc loco usus est; quem secuti sunt Contius & Correctores Romani. In antiqua collectione canonum Lugdunensi legitur: *quod apud Græcos dicitur fratrias.* Est igitur interpretatio canonis Calcedonensis, in quo vox Φρατρία usurpata est pro conspiratione seu potius sodalitate. Fratrias cum conspirationibus conjunxit Flavius Gundemarus Rex in tomo Conciliorum Hispaniæ pag. 263. *Per quasdam fratrias & conspirationes.* 11. q. 1. c. 21. Conjuratio.

ILLICITOR. Vide Reginonem lib. 1. cap. 318. 319. & lib. 2. cap. 445. 11. q. 1. c. 34. Aliud.

Refert hanc constitutionem Innocentius 11. q. 1. c. 35. Quicunque.

III.

III. in cap. *Novit.* De judiciis. ex Gratiano, ut apparet, cum eam tribuat Theodosio. Est enim constitutio Constantini inserta Codici Theodosiano. Rectius ergo in libro sexto Capitularium cap. 281. citatur ex sextodecimo Theodosii Imperatoris libro. Vide porro Cujacium in caput *Novit.*

11. q. 1. c. 37. Volumus. Puto, totum hoc caput non satis bene intellectum esse ab Antonio Augustino in dialogo undecimo libri posterioris de emendatione Gratiani. Itaque visum est illud explicare. Romani, Franci, Alamanni, Bajoarii, Burgundiones, Saxones, Turingi, & Frisones, nullam, ut arbitror, difficultatem habent, neque Britones, Longobardi, Guascones, aut Beneventani. Quærendum igitur quid heic intelligi debeat per Gallos, Gothos, & Hispanos. Ac primo quidem dubium esse non potest, quin per Gallos intelligi debeant homines originis Gallicæ, Franci quidem & Francico imperio subjecti, sed qui genus repetebant a vetustis Galliæ incolis ante Francorum adventum. Hi ergo haud dubie suam legem habebant diversam a lege Francorum, id est, Codicem Theodosianum, ac fortasse alias. De Gothis & Hispanis major est difficultas. Sed tamen ea facile solvetur. Gothi, & Hispani Francico imperio subjecti eandem regionem incolebant, id est, eam Hispaniæ partem, quæ nunc Catalonia dicitur usque ad fluvium Rubricatum. Unde in Præcepto Caroli Calvi dato anno DCCCXLIV. in monasterio sancti Saturnini prope Tolosam ita legitur: *Gotos sive Hispanos intra Barchinonam famosi nominis civitatem vel Terracium castellum cohabitantes.* Gothi igitur in ea Hispaniæ parte habitantes ii erant, qui supererant ex Regno Gothorum, & nunc Catalani vocantur. Hispani vero in eadem parte Hispaniæ cum Gothis habitantes ii erant, qui ex ea Hispaniæ parte orti erant, quam Saraceni tenebant, & se in Regnum Francorum contulerant, ut se Saracenorum jugo subtraherent. Unde in Præcepto Caroli Magni dato Aquisgrani anno DCCCXI. IV. Non. Aprilis misso ad Comites illarum partium agitur de Hispanis, qui querelam suam adversus eos detulerant ad Principem, conquerentes sibi ablatas esse terras, quas ab eodem Carolo acceperant excolendas in ea ora. Sed totum illud negotium clarius explicant Præcepta duo Ludovici Pii de Hispanis, qui ad se perfugerant, quæ edita primo sunt a Petro Pithœo, deinde ab Andrea Duchesnio. Porro qui heic Gothi vocantur inter gentes Regni Francorum, Hostolenses vocantur in Præceptis Carlomanni, & Caroli Simplicis, quæ edita a nobis sunt in appendice Conciliorum Galliæ Narbonensis tit. II. & IV. *Si vero infra istas villas homines Hostolenses sive Hispani fuerint &c.* Hinc factum, ut in veteri Chartulario Ecclesiæ Helenensis idem Carolus simplex vocetur Rex Francorum atque Gothorum. Fortassis ex compositione istorum duorum vocabulorum *Gothi Hostolenses*, quæ promiscue tum usurpabantur pro significandis populis qui nunc Catalani dicuntur, ortum est Cathaloniæ nomen, ut primum fortassis dicti sint populi Gothostolenses, dein per abbreviationem Gotholenses. Alioqui enim non video unde exorta sit ea appellatio. Ex Gotholensibus porro, ut mutare solet posterior ætas, facti sunt haud dubie Catalenses, *Catalens*, *Catalans.*

11. q. 1. c. 38. De persona. Nihil dicam de hoc capite. Illud tantum moneo, videndum esse Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 13. cap. 3.

11. q. 1. Si Clericus. Vide rursum Antonium Augustinum ibidem lib. 2. tit. 2. cap. 1. ubi multa affert notatu digna ad illustrationem istius capitis.

11. q. 3. c. 3. Præcipue. Quæ heic dicenda fuissent, ea relata sunt in Notis ad Antonium Augustinum, quia Augustinus pag. 147. notaverat insignem errorem Antonii Contii.

11. q. 3. c. 20. Curæ sit. Burchardus, Anselmus, Ivo, & Gratianus citant hoc caput ex decreto Honorii Papæ, ut recte monent Correctores Romani. Ex eodem decreto citat etiam sanctus Thomas Archiepiscopus Cantuariensis in epistola ad Episcopum Cicestrensem nondum edita: *Inde est*, inquit, *quod mandamus vobis & in vi obedientiæ præcipimus, ut eos, qui a nobis excommunicati sunt, vos quoque, prout decet, excommunicatos & habeatis & denuntiari faciatis juxta illud decretum Honorii Papæ.* Curæ sit *omnibus Episcopis &c.* Ivo tamen parte 14. Decreti cap. 65. eam constitutionem tribuit Joanni octavo in Concilio apud Ravennam. Certum hoc caput non potest esse Honorii secundi, cum referatur a Burchardo, Anselmo, & Ivone.

11. q. 3. c. 28. Si quis frater. Regino lib. 2. cap. 393. refert hoc caput, sed absque nomine auctoris. Burchardus, quia videbat caput, quod antecedit, sumptum dici ex Isidoro, istud quoque eidem scriptori tribuendum esse putavit. Burchardum Ivo descripsit, ut solet.

11. q. 3. c. 28. Debent. Verba sunt formulæ secundum quam priscis temporibus fieri debebat excommunicatio. Hanc formulam integram retulit Regino lib. 2. cap. 409. Burchardus, qui putaret istud quoque sumptum esse ex Concilio Rotomagensi, quia caput 406. ex eo Concilio dicebatur acceptum, formulam istam tribuit Concilio Rotomagensi, ut diximus in capite XIX. præfationis ad Reginonem. Burchardum secutus pro more suo est Ivo Carnotensis Episcopus.

11. q. 3. c. 107. Canonica. Et istud quoque caput est formula prisci ævi, relata a Reginone lib. 2. cap. 413. Burchardus deinde citavit ex Concilio Arausico cap. V. Ivo simpliciter ex Concilio Arausico. Hinc ergo edoctus est Gratianus falsa pro veris accipere, falsa reddere & proponere.

21. q. 2. c. 33. Si quis. Canon iste aliter legitur apud Reginonem libro 1. cap. 353. Refertur autem infra ex Concilio Aurelianensi. Sed re vera est tantum epitome istius canonis Agathensis.

12. q. 2. c. 39. Et si illi. Codex Sangermanensis hæc tantum habet

in inſcriptione hujus capitis: *Item ex Concilio Toletano.* Reliqui & veteres editiones: *Ex Concilio Toletano quarto.* Demochares, & Contius addiderunt io margine, *cap. 66.* Sed Correctores Romani malueruot eam notam reponere in texto Gratiani. Vide Antonium Auguſtinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 11. c. 5.

12. q. 2. c. 44. Precariæ. Apud Reginonem lib. 1. cap. 36x. citatur ex Concilio apud Belvacum, quod deſcriptum eſt in Concilio Meldenſi. Itaque ſive referas ex Concilio Meldenſi, ſive ex Belvacenſi, parum refert. Vide porro Notas ad Reginonem pag. 574.

12. q. 2. c. 55. Injuſtum. Regino lib. 1. cap. 370. refert ex Capitulis ad Cariſiacum, quæ non exſtant. Huic ergo malim credere quam illis, qui repetunt eandem conſtitutionem ex Concilio apud Silvanectum vel Tanſiacum. Deeſt autem hæc palea in vetuſtis Gratiaoi codicibus Regio, & Sangermanenſi. Deeſt etiam in vetere Victorino, niſi quod poſtea addita eſt in margine cum hac epigraphe: *Item ex Concilio Aprecarenſi cap. III.*

12. q. 2. c. 58. Epiſcopus qui. Exſtat apud Reginonem lib 1. cap. 357. & inde apud Burchardum lib. 3. cap. 176. Sed apud Reginonem deſunt illa verba *Tunc enim* uſque ad *acquiſivit*, quæ habeotur apud Burchardum, & Gratianum.

12. q. 2. c. 62. Octava. Antiqua Gratiani exemplaria habent: *Item ex Concilio Spalenſi.* Editiones Moguntina, & Veneta: *Item ex Concilio Hiſpalenſi.* Sic etiam apud Democharem, & Contium, qui in margine ita ſcripſeruot: *Cap.* 8. *Concil. Spalenſis* 2. Hæc deinde obſervatio in textum migrare juſſa eſt editione Romana.

Heliſæo. Varie ſcribitur hoc nomen in vetuſtis Gratiani codicibus. Regius, Sangermanenſis, recentior Victorinus, & antiquæ editiones Moguotina, & Veneta, tum etiam Demochares, habent *Eliſeph.* Contius *Eliſep.* antiquus Victorinus *Elipheph.* Colbertinus *Elyſeo.* antiqua collectio canonum Lugdunenſis *Heliſeo.* editio Loaiſæ *Eliſſeo.* Adeo certum eſt nihil certi ſtatui poſſe in hujuſcemodi rebus. Attamen ſi quid in re adeo obſcura poſſet affirmari, mallem cedere multitudini teſtimoniorum, & legere *Eliſeph.* Nam alioqui hoc nomen magis accedere videtur ad nomina Hiſpanica illorom temporum, quibus Hiſpanicæ Eccleſiæ permixtæ erant cum Mauris & Judæis.

Agabrensis. Sic omoino habent vetera Gratiani exemplaria Victorina, Sangermanenſe, prima editio Moguntina, Loaiſa. Vetus editio Veneta *Agabienenſis.* Demochares, & Contius *Agabmienſis.* Utrique male. Recte codex Regius *Egabrenſis.* Quo etiam modo ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo libro Eccleſiæ Lugdunenſis. Egabro, hodie *Cabra*, ot docet Loaiſa, fuit olim ſedes epiſcopalis.

12. q. 2. c. 146. De laicis. Canooem iſtum Claromontanum nos primi omnium edidimus ex veteri codice manuſcripto monaſterii Anianenſis, poſt noſtram vero editionem inſertus eſt maximæ, & ampliſſimæ Conciliorum collectioni. Sic autem illic incipit hoc caput: *Die igitur quarta de laicis quæſtio facta eſt &c.*

Ante Romanam editionem caput iſtud hanc habebat inſcriptionem: *Item Innocentius Papa ſecundus.* Correctores Romani, quia neſciebant iſta decreta ab Innocentio primum fuiſſe io Concilio Claromontano, & certo exiſtimabant petita eſſe ex concilio Lateranenſi ejuſdem Innocentii, hæc verba audacter, & intrepide addiderunt, *in Concilio Lateranenſi cap.* 4. Exſtat ioter canones ejuſdem Claromontani Coocilii; ubi deſiderantur voces illæ, *Eccleſiæ &c.* Cetera ſunt ſimilia; niſi quod canon Claromontanus habet *ſubiiciantur* pro eo quod Gratianus legit *ſubjaceant.* 12. q. 2. c. 147. Illud quod.

Refert hunc canonem Africanum Regino lib. 1. cap. 217. De toto porro iſto negotio vide, quæ obſervata a nobis ſuot ad illum locum ex libro tertio Salviani adverſus avaritiam pag. 270. *Rectius pauperes a ſe fiunt.* 12. q. 3. c. 1. Placuit.

Hinc canoo ex Concilio Arauſico cap. 54. refertur a Reginone lib. 1. cap. 219. & a Burchardo lib. 3. cap. 119. Sed iſthic obſervandum eſt, exſtare quidem hunc canonem in editione Helmæſtadienſi Reginonis, ſed non in antiquiſſimo codice MS. quo nos uſi ſumus. Ivo recte citavit ex Concilio Agathenſi, ubi exſtat. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de peculio Clericorum cap. 2. 12. q. 4. c. 3. Presbyter.

Dioecesim. Corrige *diœceſim.* Heic magna pars eruditorum hominum peccat, dum ſcripturam veterum codicum reducere volunt ad originem ſuam. Vix enim reperias ullum veterem codicem, in quo vocabulum illud ſcriptum ſit cum diphtongo. Et tamen fere omnes, qui veteres libros edunt, *diœceſim* ſemper ſcribunt ubicunque legerint *dioceſim.* Hæc admonere alicujus fortean momenti fuerit.

Diocesim. Id eſt, parœciam, Eccleſiam. Nam ſicut parœciæ vocabulum uſurpabatur antiquitus ad ſignificandam integram Epiſcopi diœceſim, uti dictum eſt io Notis ad Lupum Ferrarienſem, ita diœceſis vocabulo exprimebantur interdum ſingulares Presbyterorum Eccleſiæ, quæ nunc vulgo vocantur Eccleſiæ parœciales. Ruricius Lemovicenſis lib. 2. epiſt. 6. *Has ad ſanctitatem veſtram per Presbyterum meum pro diœceſi Gemiliacenſi, unde jampridem vobis ſcripſeram, deſtinavi.* Gregorius Turooenſis lib. 4. hiſt. Francor. cap. 13. *Cautinus Epiſcopus Brivatenſem diœceſim pſallendo adire diſpoſuerat.* Item lib. 6. cap. 38. *Urſicinum Cadurcinæ urbis Epiſcopum laceſſere cœpit, dicens quia diœceſes Rutenæ Eccleſiæ debitas retineret.* Et libro 1. de miraculis ſancti Martini cap. 22. *Quid etiam in Condatenſi diœceſi actum ſit.* Vide etiam Sidooium lib. 9. epiſt. 16. cum Notis Savaronis, & Sirmondi. Interdum vero diœceſis, quod etiam obſervatum ab aliis eſt, ſumitur pro tota Epiſcopi diœceſi, inter-

dum

dum porrigitur ad universam Metropolitani provinciam.

12. q. 5. c. 6. Sicubi. In omnibus Gratiani exemplaribus manuscriptis, & antiquis editionibus legitur in hoc capite, *post hanc diffinitionem a Presbyteris &c.* Pro quo Correctores Romani posuerunt *post defunctionem ejus a Presbyteris.*

12. q. 5. c. 7. Quicunque. In fine istius capitis, quod sumptum esse dicitur ex Concilio Triburiensi, hoc est, ex Burchardo, hæc leguntur: *Similiter de sanctimonialibus.* Atque in his verbis est finis istius causæ duodecimæ in omnibus antiquis codicibus, & editionibus. In Colbertino tamen sequuntur constitutiones tres Adriani III. sive potius IV. Leonis IX. & Adriani item quarti, ut opinor, cum hoc titulo: *Decreta de novalibus.* Illarum prior exstat in prima collectione Decretalium, & apud Gregorium nonum, sed paulo diversa ab ea, quæ exstat in codice Colbertino. Eam vero Correctores Romani putant esse Adriani IV. ad sanctum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem. Frustra. Nam Adrianus mortuus est anno MCLIX. mense Septembri. Thomas vero ad sedem Cantuariensem evectus est anno tantum MCLXII. ut ex actis vitæ ejus collegit illustrissimus Cardinalis Baronius. Leonis noni epistolam ego olim inveneram in Pannormia Ivonis lib 2. cap. 29. & in aliquot codicibus manuscriptis. Hujus porro pars habetur in cap. *Relatum.* De sepulturis; ubi male inscribitur Episcopis per Dardaniam constitutis, cum scripta sit ad Episcopos per Italiam. Edita est nuper in tomo nono Conciliorum pag. 984. Aliam Adriani epistolam non inveni editam. Itaque visum est eam in hoc loco describere, vel ob eam rationem, quod Decreto Gratiani inserta sit in codice Colbertino.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei dilectis A. Priori & universis monachis de Pontiden. salutem, & apostolicam benedictionem. Nobis in eminenti specula disponente Domino constitutis, si cunctarum jura Ecclesiarum integra non debent, & illibata servari, locum beati Petri Apostolorum principis inutiliter obtinere, & juxta commissæ nobis dispensationis officium negligenter agere videremur. Sic enim Ecclesia Dei, nobis eam divina providente gratia gubernantibus, recte suo cursu dirigitur dum nos errata quæque vigili provisione corrigere, & unicuique studemus jus proprium conservare. Dilectus autem filius noster Pontanolensis Ecclesiæ Canonicus adversus * nos cum quæstione deposita, sua nobis relatione monstravit, vos quasdam decimationes ad ipsorum jus pertinentes eis violenter auferre, & ipsos super eisdem decimationibus ausu temerario infestare: qui si beati Benedicti regulam, juxta quam vivitis, & monasticum habitum, quem gestatis, attenta sollicitudine pensaretis, ad proximorum bona diripienda non præsumeretis manus extendere, vel quæ alterius juris sunt vobis ita illicite usurpare. Ne igitur vos de cetero aut avaritiæ malum aut vitium, quod absit, rapacitatis accuset, per apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus quatinus nullam antiquam eorum possessionem vel decimationem, & eam præsertim, quæ in eo loco, qui Arden nuncupatur, existit, auferre, seu perturbare ulterius præsumatis, & si quid eis præter solitum hoc anno de ipsis decimis negavistis, quascunque etiam ipsorum possessiones per violentiam detinetis, secundum quod antiquitus præfata Ecclesia noscitur possedisse, eisdem Canonicis in integrum restituere omni occasione cessante nullatenus differatis. Nos siquidem religiosis viris non alias decimas nisi eas, quæ de novalibus provenire noscuntur, duximus indulgendas. Si vero hujus nostri mandati ausi fueritis existere contemptores, & ad sedis apostolicæ audientiam querimonia pervenerit iterata, timendum vobis erit, ne sentire postmodum debeatis severitatis ecclesiasticæ ultionem.

* vos cum quæstione

Sequitur rursum in eodem codice.

Item ex Concilio Ephesino.

Sed & hoc ibidem statutum est de Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & ceteris Clericis, si hereditatem a Domino Rege vel ab aliquo Principe vel amico suo seu per hereditariam sortem sibi devenerit, vel quocunque modo acquisierit, donare eis liceat omnia cuicunque monasterio voluerint, dum vivunt, pro remedio animæ, ad Ecclesiam quamcunque voluerint, vel suis consanguineis vel amicis. Sin * autem obierint quam firmiter perfecerint, altari, cui serviunt, omnia perpetuo sanctificentur, & vivis tradantur.

* ante

Certum est hanc constitutionem non posse esse ullius Concilii Ephesini, & in synodo quadam occidentali posteriorum temporum fuisse conditam. Si quis conjecturæ locus erit, tribuendus est hic canon Concilio habito apud Erphesfurt in Germania anno DCCCCXXXII. Nam caput *Placita* 15. q. 4. tribuebatur olim Concilio Ephesino, cum sit Concilii illius Germanici, ut recte monuerunt Correctores Romani, & nos quoque infra ostendimus. Hunc scrupulum nobis exemit Burchardus, qui in lib 1. cap. 227. canonem istum refert ex Concilio apud Altheum cap. 37. Nam *Alphesum* scriptum quoque alicubi esse pro *Altheum* monemus infra 31. q. 1. cap. 3. Facile autem est mutare *Alphesum* in *Ephesum.*

Hæc est inscriptio istius capitis in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus etiam usque ad tempora Democharis & Contii: *Unde Gelasius Papa ait.* Correctores Romani addiderunt: *Episcopis Siciliæ epist. 2. cap.* 2. Regino lib. 1. cap. 18. citat simpliciter *ex epistola Gelasii Papæ.* Vide lib. 7. Capitularium cap 175. 13. q. 2. c. 1. Facultates.

Nescio unde Gratianus acceperit istam regulam editam fuisse in Concilio Varensi. Sic enim omnino legitur in omnibus Gratiani exempla- 13. q. 2. c. 15. Præcipiendum.

emplaribus manuscriptis, & in omnibus editionibus. Regino lib. 1. cap. 125. Burchardus lib. 3. cap. 159. & Ivo part. 3. Decreti cap. 222. referunt ex Concilio Nannetensi, ubi exstat. Ceterum de interpretatione istius capitis, in quo nonnulla sunt intellectu difficilia, pluribus actum est in Notis ad Reginonem pag. 558.

12. q. 2. c. 31. Fures. Primus hunc canonem synodi Triburiensis in epitomen, ut solet, redegit Regino, apud quem exstat lib. 2. cap. 94. Hinc ergo accepit Burchardus, dein Ivo, ex istis vero Gratianus. De auctoritate porro canonum Triburiensium, quæ referuntur apud Reginonem, & tamen non exstant inter vulgatos canones ejusdem synodi, vide præfationem nostram ad Reginonem cap. 10.

14. q. 2. c. 1. Super prudentia. Hanc Paschalis secundi epistolam, quæ data est Trojæ in Apulia anno MCXV. VI. Kal. Septembris, vir eruditissimus Petrus Franciscus Chiffletius edidit integram inter probationes historiæ monasterii Trenorchiani pag. 372.

14. q. 3. c. 4. Usura. Citatur hoc caput ex Concilio Agathensi, ubi non exstat. Regino lib. 1. cap. 284. illud describens, non monuit, unde acceptum esset. Heic Burchardus, ne hæsisse sibi aqua videretur, addidit auctoritatem Agathensis Concilii. Et tamen difficile non erat invenire fontem, ex quo Regino derivaverat. Nam cum is paulo ante retulisset quiddam ex primo libro Capitularium, & consequenter istud caput absque nomine auctoris, pronum erat intelligere, acceptum esse ex eodem libro primo Capitularium, ubi exstat.

14. q. 4. c. 5. Si quis. Caput istud citatur ex Concilio Martini Papæ, id est, ex Capitulis Martini Bracharensis in concilio secundo Bracharensi probatis. De sensu autem, & sententia hujus capitis vide Cujacium ad titulum Decretalium de vita, & honestate Clericorum cap. 2.

14. q. 4. c. 7. Nec hoc quoque. Jam monuimus ad Reginonem lib. 1. cap. 224. varias esse istius capitis lectiones apud eos, qui illo usi sunt. Vide Halitgarium lib. 4. cap. 34.

14. q. 4. c. 9. Quicunque. Regino lib. 1. cap. 287. refert ex libro primo Capitularium, ubi exstat. Postea vero Burchardus, cum Decretum suum concinnaret statuissetque secum ne uteretur auctoritate Capitularium, constitutionem illam retulit ad Julium Papam. Hinc ergo decepti sunt Ivo & Gratianus. Hæc si bene semel observata fuerint, facile erit deprehendere fontes plurimorum Gratiani erratorum.

14. q. 5. c. 12. Dixit. Caput istud cum sequenti primus retulit Regino lib. 2. cap. 273. sed in epitomen, ut arbitror, redacta pro more suo. Ex eo deinde descripserunt Burchardus & alii.

14. q. 6. c. 4. Fur autem. Regino lib. 2. cap. 272. retulit *ex dictis Hieronymi ad Titum*. Burchardus lib. 11. cap. 55. simpliciter *ex dictis Hieronymi*, in vulgatis editionibus. Sed in vetere libro manuscripto Dionysii Talonii adnotatum non est, unde sumptus sit hic locus. Ivo part. 13. Decreti cap. 41. ex Hieronymo tantum.

15. q. 4. c. 1. Nullus Episcopor. Excepto criminali. Id est, negotio, ut adnotat vetus interpres in veteri codice Victorino. Ceterum hæc lectio constans est in omnibus Gratiani codicibus manuscriptis, & editis. Sed in Concilio Tarraconensi edito a Garsia Loaisa legitur: *exceptis criminalibus negotiis*. Antiqua, & vera lectio exstat in vetustissimo codice manuscripto Ecclesiæ Lugdunensis: *excepto criminalia negotia*. Antiqui dicebant *excepto* per omnes casus; & idem verbum sæpe regebat accusativum; ut adnotavimus ad Reginonem pag. 591. Nihil vulgatius in veteri lege Longobardorum, in lege Wisigothorum, in vetustis exemplaribus Capitularium, apud Marculfum, in Chartulario monasterii Casauriensis, & alibi. Quam rem heic omittimus, quia pluribus, Deo dante, de ea agemus in nostra, quam paramus, editione Capitularium Regum Francorum.

15. q. 4. c. 2. Placita. In codice Gratiani Sangermanensi, tum etiam in antiquis editionibus Moguntina, & Veneta, denique apud Democharem & Contium hæc est inscriptio istius capitis: *Item ex concilio apud Ephesum habito præsente Rege Henrico*. In recentiori Victorino legitur *apud Ephesim*; in antiquiore, *apud Herpister*. In Regio scriptum fuit apud *Exphesium*, sed litera x jugulata deinde est. Colbertinus habet *Erphesur*. Legendum esse *Erphesfurt* docet Antonius Augustinus in dialogo tertio libri prioris pag. 30. & patet ex Burchardo, Ivone, & veteri libro Claudii Puteani. Recte ergo emendatum sic est in Romana editione. Aliud decretum ejusdem Concilii Ephesini ex codice Colbertino retulimus pag. 512.

Dominicis diebus. Vide Reginonem lib. 1. cap. 376. & Notas nostras pag. 575.

15. q. 6. c. 5. Juratos. Ivo in Pannormia edita parte 5. cap. III. caput istud refert hoc modo: *Urbanus II. Vapicensi, & Diensi Episcopis*. Sed in codice Victorino ita scriptum vidi: *Urbanus II. Edrensi, Vapicensi, Diensi Episcopis*. Melius antiqua canonum collectio in codice manuscripto monasterii Rivipullensis: *Urbanus II. Ebredunensi, Vapincensi, Diensi Episcopis*.

Hugoni. Sic habent omnes Gratiani codices, uno excepto Sangermanensi, qui *Wigoni* habet. Neque dubito, quin ita reponendum sit, cum eodem modo diserte scriptum viderim in codice Rivipullensi. Nam & in Victorino Pannormiæ libro legitur *Jungoni*. Quod si scripturam illam depravatam revocare studeas in viam, facile invenies scriptum primo fuisse *Uvigoni*: istud vero a librario facile mutatum esse in *Jungoni*. In Victorino porro illo codice, & in Rivipullensi legitur: *prohibere. Quod si sacramenta &c.* & *juraverunt*. Recte.

15. q. 7. c. 1. Sextaactione. Fragitanum. In prima appendice Reginonis cap. 31. legitur *Fratiganum*. In antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, & Victorinis, *Fragitanum*. In Colber-

bertino vero, & in antiquis editionibus Moguntina & Veneta, *Flagitanum*: quam lectionem retinuerunt Demochares, & Contius. Editio Loaisæ habet *Fragitanum*. Sic etiam antiqua canonum collectio Lugdunensis, & vetus liber Claudii Puteani. Ostenderunt autem in hoc capite Correctores Romani quantum sibi licere crediderint.

15. q. 7. c. 4. Felix. SELEMSELIT. Antiqua Gratiani exemplaria Regium, Sangermanense, Colbertinum, & vetus editio Moguntina legunt *Selensitanus*. Editio Veneta *Seleucitanus*. Codices Victorini *Silensitanus*. Demochares, & Contius *Seleucitanus*. Correctores Romani *Selemselitanus*: quo modo scriptum est in antiquo codice MS. Ecclesiæ Urgellensis, in quo sincera Isidori collectio continetur. In antiquissimo codice MS. Ecclesiæ Lugdunensis bis scriptum est: *Felix Episcopus Selemsilitanus*. Fortassis Episcopus is erat Silitanus in provincia Numidiæ; cujus sedis Episcopum fuisse Maximum, regnante Hunerico Rege, reperio in antiqua notitia provinciarum Africæ edita a Sirmondo, & Chiffletio. Sed tamen nihil affirmare ausim.

16. q. 1. c. 10. Interdicimus. Caput istud videtur sumptum ex Concilio Lateranensi Callisti secundi, cum aliquid simile reperiatur inter canones ejusdem Concilii a nobis editos ex veteri codice MS. monasterii Anianensis.

16. q. 1. c. 25. Sunt nonnulli. Decretum istud Bonifacii IV. reperitur integrum in multis codicibus manuscriptis; editum vero est a Luca Holstenio. Constitutum autem fuit in Concilio Romano, cui interfuit Mellitus Episcopus Londinensis, ut docet Beda lib. 2. historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum cap. 4. *His temporibus venit Mellitus Londoniæ Episcopus Romam de necessariis Ecclesiæ Anglorum causis cum apostolico Papa Bonefacio tractaturus. Et cum idem Papa reverendissimus cogeret synodum Episcoporum Italiæ de vita monachorum & quiete ordinaturus, & ipse Mellitus inter eos assedit anno octavo imperii Focatis Principis, Indictione decima tertia, tertio die Kalendarum Martiarum.* Item Henricus Huntindoniensis lib. III. *Mellitus Episcopus Londoniæ Romam profectus Concilio Bonifacii Papæ interfuit, in quo de vita & quiete monachorum tractavit. Hic est Bonifacius quartus a Gregorio Papa.* Decretum illud totidem verbis, tacito tamen Bonifacii nomine, descriptum est in canonibus Concilii Nemausensis ab Urbano secundo celebrati.

16. q. 1. c. 26. Sic vive. Fragmentum est ex epistola divi Hieronymi ad Rusticum monachum, qui postea Narbonensis Episcopus fuit. Vide quæ de hoc viro dicta a nobis sunt in libro quinto de concordia sacerdotii & imperii cap. 33. ubi descripsimus hunc Hieronymi locum.

16. q. 1. c. 38. Presbyteros. Recte admonent Correctores Romani, duas esse diversas istius capitis lectiones, quarum una, quam omnia vetera Gratiani exemplaria præferunt, habet *aut admissa clericatus militia monasticis non provehantur ordinibus*, alia *aut omissa clericatus militia monachis provehantur ordinibus*. Postremam lectionem, ut ab eisdem adnotatum est, habent prima Parisiensis editio epistolarum sancti Gregorii & Anselmus Lucensis lib. 7. cap. 163. Discrimen itaque per eas tempestates magnum erat inter Clericos & Monachos, Abbatibus vero non licebat esse Clericos, ut patet ex hoc loco. Singularis istius disciplinæ locus est in Concilio Carthaginensi edito in tomo sexto Spicilegii Dacheriani. Quæstio erat de monasterio quodam provinciæ Byzacenæ, quod Liberatus Episcopus sibi ob eam causam subjectum debere esse dicebat, quia fundatum fuerat a Subdiacono suo Abbate ejusdem monasterii. Negarunt monachi scisse se eum fuisse Subdiaconum. Unde certo colligitur, dimissum ab eo fuisse gradum Subdiaconi, cum in monasterium se abdidit. Hæc sunt monachorum verba pag. 3. *Nec ideo nos eum quia Subdiaconus, sed propterea quia monachus fuit, Abbatem habuimus. Unde etsi forsan alicui Episcopo aliquando Subdiaconus, nobis tamen monachus fuit. Nec nos heredes honoris ecclesiastici, quem eum habuisse nescimus, sed sanctissimæ professionis extitimus.*

Caput istud sumptum est ex Capitulari Caroli Magni ad Salz cap. 3. Refertur autem a Reginone lib. 1. cap. 26. 16. q. 1. c. 44. Quicunque.

In antiquis Gratiani exemplaribus inscriptio hujus capitis sic habet: *Item ex libro Capitulorum Caroli & Ludovici Imperatorum.* Certum est, capita, quæ in libro primo Capitularium leguntur, Caroli Magni debere esse, si ratio habeatur propositi quod Ansegisus susceperat. Itaque ob eam causam necessarium est caput istud referri ad eundem Carolum. Attamen vir eruditissimus Jacobus Sirmondus, cum videret idem caput constituere initium Capitularis, quod a Ludovico Pio editum est anno DCCCXVII. apud Aquisgranum, tum cetera, quæ sequuntur, capita in eodem libro primo esse descripta, pronuntiavit in tomo secundo Conciliorum Galliæ pag. 684. Ansegisum immemorem propositi & instituti sui, cum librum illum solius Caroli ecclesiasticis legibus destinasset, has etiam Ludovici filii constitutiones injecisse. Censebat ergo Sirmondus caput istud non esse Caroli sed Ludovici tantum. Sed ego, qui certo scio, caput istud vere esse Caroli, ut alibi ostendam, existimo Ansegisum eo deceptum, quod cum intelligeret illud esse Caroli, cetera, quæ sequebantur, ad eum quoque pertinere putaverit, cum tamen sint ut plurimum solius Ludovici. 16. q. 1. c. 59. Quia justa.

ECCLES. DE DIVIO. Ita omnino codex regius, Sangermanensis, & Colbertinus, itemque vetus editio Moguntina. Antiquus codex Victorinus habebat etiam eandem lectionem; sed postea vox *viris* addita est supra lineam post vocem *ecclesiasticis*. In recentiore Victorino legitur *ecclesiasticis personis*. In antiqua

qua

qua editione Veneta, *ecclesiasticis officiis*, quam lectionem retinuerunt Demochares & Contius. Verum vox *officiis* non exstat in libris Capitularium, unde sumptum est hoc caput.

16. q. 2. c. 2. Admonemus.

Quatuor paleæ sequentes non exstant in antiquis Gratiani exemplaribus Sangermanensi, Regio, vetere Victorino, & Colbertino. Habentur tamen in recentiore Victorino, sed absque paleæ nomine.

16. q. 2. c. 6. Sane quia.

Hæc constitutio condita primum est anno MXCV. in Concilio Claromontano, dein anno sequenti repetita in Nemausensi. Vide porro additionem nostram ad caput 31. libri sexti de concordia sacerdotii & imperii, ubi canon iste editus & multum illustratus est.

Cum abb. consensu. Locus iste aliquam habet difficultatem, adeoque silentio prætereundus non est. Etenim heic tota instituendi Presbyteri auctoritas datur Episcopo, Abbati solus consensus. Et tamen in prima parte constitutionis electio Presbyteri sive collocatio, ut synodi verbis utamur, tribuitur monachis, consensus Episcopi, dum præcipitur, ne monachi in parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio Presbyteros collocent. Quod prima fronte videtur esse contrarium. Sed controversia istbæc dirimi ita potest, si ratio habeatur usus, quem in Ecclesiam statim invexit hic canon Claromontanus. Certum quippe est, eodem tempore, quo conditus fuit, intellectum de jure præsentationis fuisse quod Abbates deinceps habuerunt in institutione Presbyterorum qui regerent parochiales Ecclesias eorum monasteriis contributas. Testis erit ipsemet Urbanus auctor conditorque canonis, cujus hæc sunt verba ex epistola ad Hugonem Abbatem Cluniacensem edita in Bibliotheca Cluniacensi pag. 520. *Liceat quoque vobis seu fratribus in Ecclesiis vestris Presbyteros eligere, ita tamen ut ab Episcopis vel ab Episcoporum vicariis animarum curam absque venalitate suscipiant.* quæ verba haud ita multo post repetita inveniuntur in epistola Paschalis secundi ad eundem Hugonem data pag. 522. Anno deinde MCXI. Lambertus Attrebatensis Episcopus, qui Concilio Claromontano interfuerat, Ecclesiæ beati Petri de Insula concedens altare de Moncellis, hanc cautionem donationi suæ adjecit apud Ferreolum Locrium in Chronicho Belgico pag. 268. *Adjicimus etiam, ut Ecclesia beati Petri per vos Presbyterum idoneum Episcopo Atrebatensi præsentet, qui ei obedientiam promittat, & de vitæ suæ honestate, sicut canonicum est, promissionem faciat, ac deinde curam in populo de Moncellis gerendam gratis suscipiat.* Biennio post Guillelmus Cadurcorum Episcopus statuens in futurum de Ecclesia sancti Stephani Vairiacensis, quæ tenebatur a monachis Tutelensibus, his, quæ sequuntur, verbis explicavit potestatem Episcopis & Abbatibus datam in canone Claromontano: *Electione & providentia Tutelensis Abbatis & monachorum in sæpedicta Ecclesia sancti Stephani de Vairiaco sacerdos ponatur; sed nobis præsentetur, a nobis curam suscipiat animarum, nobis obedientiam promittat.* Eodem modo canonem postea explicavit Eugenius III. in epistola de privilegiis Majoris monasterii Turonensis data anno MCXLV. *In parochialibus vero Ecclesiis quas tenetis Presbyteros eligatis, quibus, si idonei fuerint, Episcopi parochiæ curam committant; ut ejusmodi sacerdotes de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant.* Apertius Alexander III. anno MCLXXIX. cum privilegia confirmaret monasterii Tornodorensis in tomo quarto Galliæ Christianæ pag. 645. *In parochialibus autem Ecclesiis quas tenetis liceat vobis sacerdotes eligere, & electos Episcopos repræsentare; quibus, si idonei inventi fuerint, Episcopus &c.* Unde facile colligi potest, verum esse, quod olim observavimus, huic canoni Claromontano imputandam esse originem juris, quo hodie utuntur Abbates, quoties sacerdotia vacant, quibus animarum cura imminet, quæ ab eorum monasteriis pendent. Destinant enim virum huic ministerio, quem Episcopo præsentant. Tum vero Episcopus eum in sacerdotio instituit, si idoneus repertus fuerit. Rursum ea ratione sublata quoque est repugnantia, quæ esse initio videbatur in verbis canonis Claromontani.

Omnes libri manuscripti, & antiqua editio Moguntina legunt: *Item ex Concilio apud Flaventiam habito.* Veneta vero, *apud Faventiam*: quam lectionem secuti sunt Demochares, Contius, & Correctores Romani. Certum est autem, hoc quoque caput ex Urbano secundo citari a Gratiano. Itaque mallem legere *apud Placentiam*, cum manifestum sit nullum apud Faventiam Concilium celebratum esse ab Urbano. Non exstare enim omnes Placentinæ synodi canones colligi potest ex Bertholdo. 16. q. 2. c. 7. Statuendum.

Certum est, omnia antiqua Gratiani exemplaria, & omnes editiones repetere hoc caput ex decretis Innocentii Papæ. Primus Antonius Demochares admonuit id haberi in cap. 2. Concilii Spalensis. Atque hinc repetit etiam Burchardus. Reprehendit autem heic Gratianum Cujacius ad titulum Decretalium de præscriptionibus cap. 9. *Quia indicante.* 16. q. 3. c. 6. Inter memoratos.

Exstat hoc caput in prima collectione Decretalium lib. 3. tit. 32. ex Gratiano, ut opinor, descriptum. Et tamen vir clarissimus Philippus Labbeus in tomo decimo conciliorum pag. 509. existimat Gratianum ista sumpsisse ex collectione Bernardi Papiensis. Sed hanc ejus opinionem uno verbo destruit Antonius Augustinus in initio præfationis ad antiquas collectiones Decretalium: *Primus post Gratiani collectionem*, inquit, *Bernardus Circa fuit, Papiensis Præpositus, mox Faven-* 16. q. 7. c. 2. Congregato.

ven-

veutinus Episcopus, qui sub eisdem fere titulis, quibus Gregoriana collectio, qua hodie utimur, constat, Pontificum Maximorum epistulas decretales collegit. Certamen ergo est inter Antonium Augustinum, & Philippum Labbeum.

16. q. 7. c. 7. Decimas. Caput istud Regino lib. 1. cap. 49. citat ex libris Capitularium, ubi exstat lib. 5. cap. 46. Burchardo deinde visum illud repetere ex Concilio Mediomatricis, ubi non exstat, ne Capitularium auctoritas alicujus apud eum momenti esse videretur.

16. q. 7. c. 16. Si quis Clericus. Correctores Romani non invenerunt fontem istius capitis, quod in fronte dicitur esse Paschalis secundi. Puto autem conditum fuisse anno MCVII. in Concilio Trecensi, cui Paschalis præsedit. Ad hoc vero Concilium pertinere videntur etiam tria capita, quæ sequuntur.

16. q. 7. c. 31. Decernimus. QUOD SI SPRETIS. Ita prorsus habetur in antiquis Gratiani exemplaribus, & in aliquot editionibus Concilii Toletani noni, ex quo caput istud descriptum est. In duobus tamen codicibus Vaticanis, ut admonent Correctores Romani, legitur: *Quod si superstitibus*: quæ lectio melior est. Error ortus ex transpositione literarum. Legendum quippe *preslis* pro *spretis*. Atque ita legitur in vetustissima collectione canonum manuscripta in bibliotheca Regia. Immo paulo supra, pro eo quod & vulgatæ Conciliorum editiones, & Gratianus habent *superstites extiterint*, idem vetus codex Regius legit *suppreſtes extiterint*; antiqua vero canonum collectio Lugdunensis *subprestes*. Quo loco, tamen admonendum est in eadem collectione legi paulo post, nimirum in loco quem heic emendandum suscepimus, *Quod si spretis*. Eadem collectio in epistola Innocentii ad Probum de Fortunio, & Ursa legit: *conventumque secundæ mulieris priore subprestite de divortio ejectæ nullo pactu posse esse legitimum.* In eodem codice Ecclesiæ Lugdunensis lemma canonis quarti Concilii Toletani quinti sic expressum est: *De his, qui regnum sibi blandiuntur Rege supreſtite.* Et canonis XVII. Concilii sexti Toletani: *De his, qui Rege supreſtite aut sibi aut aliis adfuturum provident regnum.* Apud Marculfum lib 2. cap. 5. pro eo quod editiones habent *subperstes fuerit*, antiquissimus codex Regius legit *subprestis*: quo etiam modo emendandum est in plerisque Marculfi locis. Ex eodem fonte ortum est, ut in eodem codice Lugdunensi, pro *superstitiosum*, quæ vox exstat in eodem canone quarto Concilii Toletani quinti, legatur *suprestitiosum*. Et in epistola Vigilii ad Profuturum Episcopum Bracharensem, in capite primo, pro *superstitione*, scriptum est *subprestitione* in eodem codice. Adeo facilis est error, qui proficiscitur ex transpositione literarum. Contra pro eo quod in initio sermonis LXXIX. sancti Ambrosii legitur *& illo spreto atque despecto* in vulgatis editionibus, in vetustissimo sermonum ejusdem Ambrosii codice Ecclesiæ Lugdunensis habetur *& illo spetro atque dispecto. Prestis* ergo, ut ad emendationem nostram tandem redeamus, & *suprestis* significant superstitem. Unde certo colligi debet legendum heic apud Gratianum esse: *Quod si prestis eisdem &c.* id est, superstitibus.

Regino lib. 1. cap. 242. hoc caput adfert ex libris Capitularium, ubi repertum est. Burchardus e libris Capitularium, ut solet, in peregrinum solum transtulit, constitutionem illam referens *ex decretis Gregorii Papæ cap. V.* Vide Franciscum de Roye ad titulum Decretalium de jure patronatus cap. 1. Ceterum ægre fero, initium istius capitis mutatum esse a Correctoribus Romanis, quamvis mutatum sit in melius. Debuerant enim, quod sæpe dicendum est, emendare Gratianum ad vetera Gratiani exemplaria, emendationes vero ex originalibus, ut vocant, adnotare in margine aut in Notis, ut factum fuerat a Demochare & Contio. 16. q. 7. c. 35. Considerandum.

Istud caput sumptum est ex Reginone lib. 1. cap. 242. ubi exstat iisdem omnino verbis, nisi quod Gratianus, qui ex Burchardo descripsit, post vocem *consensu* addidit *& consilio Episcopi.* Est autem epitome tantum canonis Triburiensis; quia solemne est Reginoni sic referre canones istius Concilii, uti jam observavimus. Vide clarissimum virum Franciscum de Roye ad titulum Decretalium de jure patronatus cap. 2. 15. q. 7. c. 36. Si plures.

Ivo parte 6. Decreti cap. 428. & vetus collectio canonum MS. in bibliotheca Regia caput istud aliter referunt quam Gratianus, & quidem pleniore sensu. In Pannormia edita Basileæ capitis istius ea inscriptio est: *Calix. III. Hugoni Treverensi, & Theorico Virilinensi Episcopis.* In editione autem Lovaniensi lib. 3. cap. 183. *Calix. III. Hugoni Treverensi, & Theorico Verdunensi Episcopis.* Melius in codice Victorino: *Alexander II. Hidoni Tervirensi, & Theodorico.* Ubi tamen legendum *Hudone Trevirensi*, ut in Decreto Ivonis, & in veteri codice MS. Bibliothecæ Regiæ. Vide doctissimum virum Franciscum de Roye in prolegomenis ad tractatum de jure patronatus cap. 31. 17. q. 2. c. 1. Gonsaldus.

Ista etiam ex concilio Triburiensi abbreviavit Regino lib. 2. cap. 37. apud quem *immunitate* legitur pro *emunitate*: quæ est lectio Gratiani. Utraque autem lectio bona est. 17. q. 4. c. 7. Si quis in atrio.

Caput istud ex lege Romana recitat Regino lib. 2. cap. 266. Gratianus heic ex Pœnitentiali Theodori. Sane inter capitula Theodori edita in tomo septimo Spicilegii Dacheriani ista leguntur in cap. 54. *Pecunia Ecclesiæ furata sive rapta reddatur quadruplum, populari dupliciter.* 17. q. 4. c. 16. Pecunia.

Decretum illud Joannis VIII. exstat inter acta Concilii Tricassini secundi, & apud Ivonem parte 3. Decreti cap. 98. datum ad Episcopos, & alios in Hispania, & Gothia provin- 17. q. 4. c. 21. Quisquis.

vinciis degentes, qui libro Gothicæ legis utebantur. Correctores vero Romani monent eandem epistolam in codice manuscripto datam esse ad Episcopos, & Abbates per Narbonensem, & Hispanicas provincias constitutos. Quam inscriptionem ego veriorem puto. Nam ista decreta esse constat ad suggestionem Sigebodi Archiepiscopi Narbonensis, cujus auctoritati subjecta erat non solum Gallia Narbonensis, sed etiam ea citerioris Hispaniæ pars, quæ citra Rubricatum habitatur, ut alibi diximus. Eadem dicta etiam est Gothia per eas tempestates, ut supra observatum est. Hispanicam autem provinciam vocat Joannes eam partem Hispaniæ, quia vere erat una ex provinciis Hispanicis, licet tum Francorum imperio pareret. E diverso Gallia Narbonensis, cum in Gothorum Hispaniæ Regum potestate esset, Gallicana provincia ab eis dicebatur.

SACRIL. COMMITTITUR. Hæc non sunt Joannis Papæ, sed Ivonis Carnotensis, aut alicujus vetustioris interpretantis legem Joannis. Illud manifestum est ex verbis Ivonis, qui post relatam Pontificis legem, ista addit: *Huc usque lex Papæ.* Et mox addit: *Sacrilegium enim committitur &c.*

SI QUIS DOMUM. Ista, & quæ sequuntur, non exstant apud Ivonem, sed in collectione, quæ Anselmo Lucensi tribuitur lib. 5. cap. 42. ubi dicuntur esse Joannis octavi.

SI QUI MONAST. Hæc rursum non exstant in loco Ivonis supra relato, licet exstent apud eundem parte 3. Decreti cap. 124. & part. 14. cap. 92. & apud Anselmum in eodem lib. 5. cap. 36. ubi refertur ex decretis Joannis Papæ.

In fine epistolæ, prout edita est in tomis Conciliorum, & apud Ivonem, Papa jubet, ut decretum istud addatur libro legis mundanæ, id est, libro legis Gothicæ; ne quis existimet, heic agi de libris Capitularium Caroli Magni, quia constitutionis ejus adversus sacrilegos mentio facta est paulo supra.

17.q.4.c. 24. Qui Presbyterum. Palea ista non habetur in antiquis Gratiani exemplaribus, quæ nos vidimus, neque in prima editione Moguntina. Exstat tamen in veteri editione Veneta. Regino lib. 2. cap. 43. caput istud retulit *ex Concilio Moguntinensi cap. 24.* & post ipsum Burchardus lib. 6. cap. 7. Ceterum pro eo quod heic, & apud Burchardum legitur *cum septuaginta duobus juret*, Regino habet *cum duodecim juret*: quam lectionem esse præferendam ostendimus ad Reginonem. Attamen Antonius Augustinus in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 30. cap. 10. existimare videtur, eam lectionem esse meliorem, quam Burchardus, & Ivo, & Palea habent.

ABSQUE SPE CONJUG. Vide Notas ad Reginonem pag. 582.

17.q.4.c. 25. Ut Presbyteri. Hic canon non exstat inter vulgatos canones Concilii Triburiensis. Dubitandum tamen non est de ejus auctoritate, cum relatus a Reginone sit lib. 1. cap. 333.

Palea hæc non habetur in codice Regio, Sangermanensi, antiquo Victorino, neque in Colbertino, neque demum in prima editione Moguntina. Exstat autem in recentiore Victorino, & in antiqua editione Veneta. Regino lib. 2. cap. 41. caput istud refert ex libris Capitularium. Notavimus autem heic malam fidem, & versutiam Burchardi; qui, ne videretur aliqua accepisse ex libris Capitularium aut ex Reginone, jugulavit, quæ illic dicuntur de Capitulari Caroli Magni. Unde colligi debet, Gratianum ex Burchardo accepisse, cum caput illud referat prout a Burchardo decurtatum est. Fons autem capitis est liber quintus Capitularium. Scio illud hodie reperiri in quarto, sed male. Non exstat enim in multis antiquis libris Capitularium ab Ansegiso collectorum. Repertum vero est in libro quinto, in veteri codice bibliothecæ Regiæ, in Colbertino, & in Rivipullensi. Citatur denique ex hoc libro ab Ivone in Panormiæ lib. 8. cap. *6. ex libro V. Capitular. cap. XC.* (sic enim habetur in Victorino Panormiæ codice, non autem XX. ut habent editiones) & in antiqua collectione canonum MS. in bibliotheca Regia. In regio vero libro Capitularium, & in Rivipullensi positum est numero LXXXV. in libro quinto; & numero LXXXVI. in Colbertino. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 32. cap. 2. 17.q.4.c. 26. Omnes.

WIRIGILDI. Antea legebatur *Renaldus.* Recentior codex Gratiani Victorinus, qui solus habet hanc paleam, legit *Veraldi.* Recte autem admonuerunt Correctores Romani legendum heic esse *Wiriqildi.*

In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus caput illud refertur ex libro quinto Capitularium. Apud Reginonem tamen refertur ex libro 3. cap. 25. ubi etiamnum exstat. Puto hinc fluxisse errorem apud Gratianum, quod caput *Omnes Presbyteri*; quod re vera est libri quinti, omissum a librario fuerit per incuriam, dum Gratianum exscriberet, & sub ea nihilo minus inscriptione positum caput *Qui subdiaconum.* Variæ autem, & admodum diversæ sunt lectiones istius capitis in libris veteribus, ut alibi dicemus. 17.q.4.c. 27. Qui Subdiaconum.

Capitis istius inscriptio hæc est in omnibus antiquis libris, & editionibus: *Item Innocentius Papa secundus.* Hæc tantum. Correctores Romani addiderunt: *in Concilio Lateranensi cap.* 15. In Concilio Claromontano ejusdem Innocentii ita legitur: *Item placuit, ut, si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericos vel monachos manus injecerit, anathemati subjaceat.* 17.q.4.c. 29. Si quis suadente.

REATUM. In regio Gratiani libro, Sangermanensi, & Victorino recentiore, tum etiam

in

iq Colbertino legitur, *facrilegii vitium incurreris.* Antiquus Victorinus habet: *Si quis fuadente diabolo in Clericum vel monachum &c.* Prima editio Mnguntina: *facrilegii crimen incurreris.* Veneta: *vitium vel crimen incurrerit.* Admonitio fuit veteris librarii; ut folebant antiquitus duas interdum ejufdem loci varias lectinnes fimul referre in contextu oratinnis, lectori arbitrium relinquentes eiigendi quam mallet. Quod ita interdum eveniebat. Literarum ftudiofi cum legerent librum aliquem, & in eo reperirent lectionem, quæ ipfis non fatis fana videbatur, nihil mutabant, fed tamen in margine vel fupra lineam apponebant lectionem, quam putabant effe præferendam. Poft hos librarii, qui codices illos defcribebant, cum putarent omnia defcribenda eile, etiam varias illas lectiones uno tenore defcribebant in contextu. Hic eft fons plurimnrum erratorum in antiquis libris. Adferri poffent multa exempla hujus moris. Sufficiet tamen unicum exemplum prioris ufus ex antiquiffimo codice manufcripto monafterii Corbejenfis. In fine commonitorii Vincentii Lirinenfis vulgo legitur *immoriantur.* At in codice Corbejenfi fcriptum eft *immorentur*, & in margine *vel immoriantur.* Exemplum emendationis politæ fupra lineam habetur in libro feptimo epiftolarum fancti Gregorii epift. 64. in qua agitur de caufa Primatis Byzaceni. In vetuftiffimo itaque codice Regio fcriptum eft: *Bizacenus primus fuerat accufatus.* Qui poftea libro illo ufus eft, fuper voce *primus* addidit *vel primas.* Rurfum infra legitur: *Nunc autem iifdem prima.* Heic rurfum fuper voce *prima* repofitum eft ab eadem manu *vel primas.* Jam fi quis hos codices defcripfiffet, facile erat utramque lectionem reponere in contextu. Itaque ut ad id redeamus, unde digreffi fumus, quod heic apud Gratianum in editione Veneta legitur *vitium vel crimen incurreris*, ex more librariorum factum eft. Eruditorum deinde eft expendere, quænam duarum lectionum præferenda fit. Alterutram ergo iftarum retinere debuerant Correctores Romani. Dabant enim collectionem Gratiani, non vero decreta Innocentii fecundi.

17. q. 4. c. 25. Uxor. Caput iftud in omnibus Gratiani codicibus manufcriptis, & editis infcribitur Joanni Epifcopo Viennenfi; nifi quod in vetere Victorino legitur fimpliciter: *Idem Johanni Epifcopo.* Ivo parte 16. Decreti cap. 77. legit *Vivanenfi.* Certum eft, nullum ævo Gelafii primi Epifcopum Viennæ fuiffe Joannem. Nondum vero inftituta cathedra epifcopalis erat apud Juvavum five Saltzburgum. Itaque mutanda neceffario eft infcriptio iftius capitis.

17. q. 4. c. 42. Hanc ergo. Palea ifta non habetur in aliquot vetuftis Gratiani exemplaribus, neque in prima editione Moguntina. Exftat tamen in antiquo codice Victorino, & in antiqua editione Veneta.

18. q. 1. c. 21. Perniciofam. Capitis iftius hæc infcriptio eft in omnibus antiquis Gratiani codicibus, & editionibus: *Item Innocentius fecundus.* Correctores Romani addiderunt: *in Concilio Romæ habito c. 26. & 27.* Non exftat autem in Concilio Claromontano Innocentii fecundi.

19. q. 1. c. 1. Clerici. Melior. vitam. Contra Innocentius primus in epiftola ad Victricium dixit clericatum effe meliorem gradum comparatione vitæ monafticæ. Quod etiam fenfiffe Hieronymum facile colligi poteft ex epiftola ad Rufticum. Vide Notas ad Lupum Ferrarienfem pag. 381. & 501.

19. q. 2. c. 2. Duæ funt. In antiquis Gratiani exemplaribus, & in prima editione Moguntina legitur: *Unde Urbanus Papa in Capitulo fancti Ruffi.* Legendum: *Unde Urbanus Papa II. Capitulo fancti Ruffi.* Citat finem iftius capitis Stephanus Tornacenfis in epiftola prima. Viri clariffimi Sammarthani fratres ediderunt epiftolam ejufdem Urbani ad Arberium Abbatem, & Capitulum fancti Ruffi, fed multum decurtatam, in qua fortaffis exftabat decretum iftud. Data eft ea Tricaftri anno MXCVI. XIII. Kal. Octobris.

19. q. 3. c. 1. Nullus Abbas. Et hoc quoque caput ex Concilio Eduenfi refert Stephanus Tornacenfis in epiftola mox laudata, iifdem omnino verbis; nifi quod verbum *trahendo* apud illum deeft, fortaffis per incuriam editoris. Videtur autem hoc caput effe breviarium tantum canonis Eduenfis, cum in veteri collectione, quæ Anfelmo Lucenfi tribuitur, ifta legantur fub finem libri feptimi in codice Barberino: *Ex Concilio Eduenfi, cui præfuit Hugo Denfis Epifcopus Romanæ Ecclefiæ Legatus. Clerici communem, & canonicam vitam profeffi in nullo monafterio cucullis induantur, vel in aliis Ecclefiis recipiantur, quandiu vigor canonicus in fuis locis perftiterit, nifi petantur, & concedantur a Prælatis, vel ad regimen animarum, vel ad inftitutionem regularium difciplinarum. Quod fi aliter præfumptum, ad Ecclefias fuas omnimodis revocentur. Non enim canonicus ordo monaftico ordine in aliquo inferior perhibetur.* Ceterum nos alibi, Deo dante, plura dicemus de hoc Eduenfi Concilio, edituri etiam Hugonis Dienfis Epifcopi tractoriam ad Archiepifcopum Turonenfem, qua eum fuffraganeofque ejus evocat ad fynodum in Auguftodunenfi civitate celebrandam IV. Idus Septembris.

19. q. 3. c. 2. Mandamus. Refert rurfum hoc caput Stephanus Tornacenfis in eadem epiftola prima. Vide Innocentium III. lib. 13. epift. 4.

Monac. effic. Vir illuftriffimus Francifcus Bofquetus Epifcopus Monfpelienfis ad epiftolam illam Innocentii III. quam mox laudavimus, adnotat heic apud Gratianum legi in codice manufcripto Collegii Fuxenfis, *monachus efficiatur fine licentia fui Abbatis.* Verum poftrema illa verba valde fapiunt gloffema imperiti hominis, & non funt omnino hujus loci. Certe non exftant in antiquis Gratiani libris, & editionibus.

19. q. 3. c. 3. Statuimus. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & in prima editione Moguntina, tum etiam apud Ivonem parte 6. Decreti cap. 411. legitur: *Abbati Sancti Ruffi* vel *Rufi*. Sola vetus editio Veneta habet *Rufini*. Male. Apud Stephanum Tornacensem in eadem epistola caput istud nullam habet inscriptionem. Illud obiter monendum, verba illa, *ad hac impetrata venia*, *salva reverentia majorum & gratia*, quæ Italico charactere edita sunt apud Stephanum tanquam e constitutione Urbani secundi, non esse tamen Urbani, sed Stephani Tornacensis, adeoque alio charactere scribenda esse.

Sine patris. Ita legit Stephanus Tornacensis, qui sua accepisse videtur ex Gratiano. In aliquot vetustis legitur, *sine patris*, *& totius congregationis*. Quod melius est. Nam & apud Ivonem habetur, *sine Abbatis totiusque congregationis*. In antiqua tamen collectione Rivipullensi deest conjunctio, *sine Abbatis totius congregationis*. Sed lemma capiti appositum in eodem codice est istiusmodi: *Quod nulli Canonico citra licentiam Abbatis & Capituli a claustro discedere liceat*. Vide infra 20. q. 4. cap. 3.

Sine comm. lit. caut. Hanc formam postea servaverunt Romani Pontifices in privilegiis, quæ concesserunt monasteriis. Obvia sunt istarum rerum innumera fere exempla. Sufficiet unicum ex bulla Lucii III. pro monasterio Montis sancti Quintini, quæ edita est a clarissimo viro Luca Dacherio in Notis ad Guibertum pag. 620. *Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, nisi arctioris religionis obtentu, sine Abbatis sui licentia fas sit de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere.*

20. q. 1. c. 2. Addidistis. Male omnino Gratianus hoc caput tribuit Gregorio primo, cum sit Gregorii tertii. Vide porro quæ de hoc argumento dicta a nobis sunt in Notis ad Salvianum pag. 420. secundæ editionis.

20. q. 1. c. 4. Monachum. Canon est quadragesimus nonus Concilii Toletani quarti in editione Loaisæ. Habitum autem fuit æra DCLXXI. Constitutionem porro istam edicto suo postea renovavit Chindasuintus Rex, quod exstat in libro tertio legis Wisigothorum tit. 5. cap. 3.

21. q. 1. c. 2. Qui plures. Verum est, istam constitutionem Leoni quarto tribui in vetustis Gratiani libris. Sed tamen ego puto dubitari posse, an vere sit Leonis quarti. De negotio porro, de quo heic agitur vide Cujacium ad titulum Decretalium de præbendis & dignitatibus cap. 28.

21. q. 2. c. 4. Sicut. Caput illud apud Reginonem lib. 1. cap. 243. refertur ex Concilio, ut arbitror, Remensi, unde acceperunt Burchardus, Ivo, & Gratianus. Vide Notas ad Lupum Ferrariensem pag. 371.

21. q. 2. c. 5. Præcipimus. Hæc olim erat inscriptio istius capitis apud Gratianum: *Unde Innocentius secundus*. Correctores Romani addiderunt: *in synodo Romana c.* 10. Recte, ut opinor; tamenetsi id adnotare debuerant in margine, non vero reponere in contextu Gratiani.

Velato capite. Argumentum heic sumit Zacharias ex capite undecimo prioris epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios, ubi deturpare caput suum dicitur mulier orans non velato capite. Vide quæ nos infra adnotamus 33. q. 5. cap. 19. 21. q. 4. c. 3. Episcopi.

Apud Reginonem lib. 2. cap. 311. hæc tantum habentur in fronte istius capitis: *Ex Cap.* id est, ex Capitulis Caroli & Ludovici. Burchardus lib. 12. cap. 2. *Ex dictis Hieronymi Presbyteri*. Nolebat enim, uti jam frequenter observavimus, uti auctoritate Capitularium Regum nostrorum. Hinc ergo facilis est emendatio Gratiani. 22. q. 1. c. 12. Habemus.

Ex eodem fortasse fonte orta est falsa inscriptio istius capitis, quod a Burchardo lib. 12. cap. 14. tribuitur Eutychiano Papæ, cum sit Theodulfi Aurelianensis Episcopi, ut recte monent Correctores Romani. Displicebat enim fortassis homini Germano sive Saxoni appellatio Capitulorum Gallicanorum, ideoque omnia Capitula Regum & Episcoporum nostrorum repudiabat. De decretis porro Eutychiano tributis plura dicta a nobis sunt in Notis ad Reginonem pag. 579. 22. q. 1. c. 17. Prædicandum.

Burchardus lib. 12. cap. 25. citat *ex Concilio Hibernensi cap.* 1. Male apud Stevartium in excerptis e Burchardo pag. 690. *Nivernensi*. Inventum est autem nuper hoc caput in antiquissima collectione canonum Hibernensium, unde editum est in tomo nono Spicilegii Dacheriani pag. 23. Ivo parte 12. Decreti cap. 80. & Gratianus referunt *ex Concilio Elibertano cap.* 1. 22. q. 4. c. 17. Definitio.

In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, apud Reginonem lib. 2. cap. 331. Burchardum lib. 12. cap. 5. in codice Talonii, & Ivonem parte 12. Decreti cap. 62. legitur: *Qui periurat se &c.* Atque ita semper in antiquis libris Capitularium, ubicunque perjurii mentio est. 22. q. 5. c. 2. Qui pejerat.

Certum est, clausulam illam, *sicut Gunebodigni faciunt*, additam Gratiano fuisse a Correctoribus Romanis. Non nego, quin ea exstet in Capitulari Aquisgranensi, quod est fons istius capitis. Verum cum non habeatur in antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus, addenda illa non erat in contextu orationis, sed in Notis aut in margine. Sane cum a Gratiano, sive potius ab Ivone, ex quo Gratianus descripsit, caput istud citetur ex libro primo Capitularium, manifestum est ignotam Ivoni & Gratiano fuisse eam clausulam, quia non exstat in antiquis libris Ansegisi, quibus addita est a Joanne Tilio ex constitutionibus, ut puto, Caroli Magni editis a Vito Amerbachio. Illud admonere heic debeo, memoriæ lapsu factum esse nuper, ut in Notis ad Reginonem pag. 590. scripserim eam clausulam exstare in veteri codice MS. 22. q. 5. c. 14. Parvuli.

Ca-

Capitularium monasterii Rivipullensis. Memoriæ lapsus fuit, ut dixi. Non animadvertebam enim adnotatum a me esse in libro meo edito deesse in codice Rivipullensi XXXI. capita libri primi Capitularium, nimirum a capite XXVII. usque ad LXVI. Gunebodignos porro diximus ad Reginonem pagina 590. eos esse, qui Gundobada lege vivebant.

22. q. 5. c. 16. Honestum. Duæ antiquitus fuere illius capitis lectiones. Antiqua, quæ sola vera est, quæque exstat in omnibus libris manuscriptis Capitularium, excepto Camberonensi, habet: *in sanctis habet jurare.* Quod Gallice diceremus: *Qui a à jurer.* Hanc lectionem secutus est Ivo Carnotensis in parte 12. Decreti cap. 33. At in capite *69.* ubi idem caput describit ex Burchardo, legit *audet* pro *habet.* Quæ lectio valde mala est. Eam tamen exhibent, ut dixi, vetus Capitularium liber monasterii Camberonensis, Regino lib. 2. cap. 312. Burchardus lib. 12. cap. 12. & Gratianus. Burchardus porro hanc constitutionem pro sua audacia tribuit Papæ Cornelio, quia nolebat eam laudare ex libris Capitularium. Burchardum secuti sunt Ivo & Gratianus. Præceptum Caroli Calvi pro Ecclesia Cameracensi editum ab Auberto Miræo in Notitia Ecclesiarum Belgii cap. 37. *excepto dumtaxat strepite, quo Comitis industria, mallo accersito, justitiam Dei & Regis regaliter habet exhibere.*

23. q. 4. c. 17. Infideles. Caput istud inventum non est apud Augustinum, sed apud auctorem glossæ ordinariæ, ut monent Correctores Romani. Vide porro quæ nos de hoc argumento diximus in Notis ad Agobardum pag. 43.

23. q. 4. c. 30. Guilisarius. Guilisarius. Ita omnino libri veteres & editiones Gratiani. Unus Anselmus Lucensis, seu is, qui collectionem, quæ Anselmi esse dicitur, composuit, in optimo codice MS. sancti Germani Parisiensis & in Barberino habet *Vilisarius*, quod propius accedit ad *Belisarius.* Anselmo antiquior Anastasius Bibliothecarius in vita Silverii fere semper scribit *Vilisarium*, rarissime *Belisarium*, non solum in editionibus, sed etiam in vetustissimo codice MS. bibliothecæ Colbertinæ. Ex Belisario itaque factus est Vilisarius, ex Vilisario Guilisarius. Idem Anselmus utrobique habet *palatium Pincis* pro eo quod Gratianus in vetustis codicibus & editionibus constanter habet *palatium Principis.* Pinciani palatii mentio est apud Anastasium in vita Silverii. Quamquam non est magnum operæ pretium de re ista certare, cum manifestum sit caput istud sumptum esse ex supposititia Silverii Papæ epistola, quam illustrissimus Cardinalis Baronius repudiavit ut falsam.

23. q. 5. c. 12. Placuit. Sumptum est hoc caput ex Concilio Bracharensi primo. Citatur etiam ab Halitgario lib. 4. cap. *6.* Reginone lib. 2. cap. *92.* Burchardo lib. *19.* cap. 130. & in Additione IV. Capitularium cap. *60.* Vide etiam lib. *6.* Capitularium cap. *70.* & lib. *7.* cap. 344.

23. q. 5. c. 47. Excommunicatorum. Ivo parte 10. Decreti cap. 54. & vetus liber Claudii Puteani paulo aliter hoc caput referunt, quam exstat apud Gratianum. In veteribus Gratiani libris, & editionibus inscribitur Gotifredo, vel Godefrido Episcopo Lucano. De sensu autem istius capitis videndus omnino Marca in libro quarto de concordia cap. 14. §. 3.

23. q. 8. c. 21. Sancitum. Caput istud non reperitur in regio Gratiani codice, neque in Sangermanensi, neque in antiquo Victorino. Habetur tamen in recentiore Victorino & in Colbertino, tum etiam in antiquis editionibus, ubi refertur ex Concilio Guarmaciensi seu Wormaciensi, ubi hodie legitur. Attamen observandum heic est, primum ejus auctorem esse Carolum Magnum, ex cujus Capitularibus citatur a Reginone lib. 1. cap. 24. Vide porro quæ nos illic adnotavimus pag. 545. Vide etiam Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 3. tit. 34. cap. 1.

23. q. 8. c. 22. Pessimam. Caput est 18. Concilii Lateranensis ab Innocentio secundo celebrati, ut adnotant Correctores Romani. Repertum etiam est in fine Concilii, quod idem Pontifex habuit apud Clarummontem in initiis sui pontificatus. Hæc ibi diversa sunt a vulgatis canonibus synodi Lateranensis: *omnimodis laborandum, ignes apposuerit. Et si in hoc mortuus fuerit.*

In Hispania. Nimirum in servitio Dei, ut loquitur canon, hoc est, pugnando adversum Sarracenos, qui tum Hispaniæ incubabant, adversus quos propterea institutum erat bellum sacrum. Hispanicum enim illud iter non erat simplex peregrinatio religionis ergo, ut diximus in Notis ad Concilium Lateranense Callisti secundi.

24. q. 1. c. 4. Audivimus. Certum est inscriptionem istius capitis corruptam esse in omnibus Gratiani exemplaribus manuscriptis, & editis. Recte autem, ut opinor, apud Ivonem parte 14. Decreti cap. 57. legitur: *Guillelmo Marchioni.* In Pannormiæ editionibus lib. 5. cap. 135. legitur ut apud Gratianum: *Alexander II. Valeriano Episcopo, & martyri.* Pro quo in optimo Pannormiæ codice Victorino habetur, *Willermo Marchioni.* Quærendum itaque deinceps erit, quis fuerit ille Marchio Willermus.

24. q. 1. c. 5. Manet. Hoc caput mirifice, ut solet, illustrat illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca in libro quarto de concordia cap. *6.* §. 3. & cap. 8. §. 7.

24. q. 2. c. 1. De communione. Olim duæ fuere istius capitis diversæ editiones. Una, quę sola bona est, habuit *remedium non differetur.* Altera, quæ bona non est, negationem adjectam non habet. Illam tamen, præter auctores a nobis alibi laudatos, sequitur vetus canonum collector editus in tomo undecimo Spicilegii Dacheriani lib. 2. cap. *65.* itemque Hincmarus in opusculo LV. capitulorum cap. 24. Vide Notas ad Reginonem pag. 557.

24. q. 3. c. 18. Ecce autem. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus, itemque apud Demochare-

rem, & Contium, hæc tantum habentur in titulo: *Idem Prosper.* Correctores Romani addiderunt: *libro secundo de vita contemplativa cap. 7.* Certum est, tributos olim Prospero fuisse libros tres de vita contemplativa, qui inter ejus opera edi solent, ejusque nomine a Gratiano passim, & ab aliis citari solent. Verum recte observatum est ab eruditissimo viro Jacobo Sirmondo in tomo secundo Conciliorum Galliæ pag. *683.* illos non esse Prosperi, sed Juliani Pomerii Abbatis Arelatensis. Vide infra dist. 1. de pœnit. cap. 31. *Porro illi.*

24. q. 3. c. 22. Quisquis. Burchardi editiones lib. 10. cap. *65.* referunt hoc caput ex Concilio Tungrensi, in codice autem Talonico ex Targrenti Concilio. Ivo parte 13. Decreti cap. *65.* ex Concilio Tungrensi, ut apud Burchardum editum.

Christum Domini. Id est, Episcopum, ut statim dicitur. Res postulare videtur ut heic captata occasione, explicem locum quendam sancti Hilarii, quod in ejus interpretatione lapsus esse videatur vir eruditissimus. Verba Hilarii sunt ex libro contra Constantinum Augustum jam vita defunctum: *Quot tu deinde in Ecclesiam Tolosanam exercuisti furores? Clerici fustibus cæsi, Diacones plumbo elisi, & in ipsum, ut sanctissimi mecum intelligunt, in ipsum Christum manus missa.* Heic vir doctissimus per Christum intelligit imaginem crucifixi, cum de Rhodanio Tolosano Episcopo intelligi debeat hic locus, qui propterea missus est in exilium, quod Arrianis esset contrarius, ut omnes norunt paulo versati in historia illorum temporum.

24. q. 3. c. 23. Si quis. Correctores Romani non indicaverunt fontem istius capitis, quod sumptum est ex Concilio Lateranensi Callisti secundi.

24. q. 3. c. 24. Paternarum. Inscriptio istius capitis hæc est: *Item Urbanus Papa.* Antonius Augustinus in dialogo quinto libri posterioris scribit, vidisse se veterem codicem, in quo caput illud adscriptum erat Urbano secundo. Ego puto, esse canonem Concilii Claromontani, cujus epitome a nobis olim edita est cum aliquot canonibus ejusdem synodi. In epitome illa, quæ continet velut narrationem quandam rerum in hac synodo gestarum, ista leguntur in capite octavo: *Item etiam expeditio facta est, & constituta est equitum, & peditum ad Hierusalem, & alias Asiæ Ecclesias a Sarracenorum potestate eruendas. Et in eorum bonis usque ad reditum pax continua promulgata.* Nisi forsitan tuitio ista personarum ecclesiasticarum, & peregrinorum distinguatur a tuitione, quæ concessa est euntibus ad bellum sacrum.

24. q. 3. c. 25. Illi qui. In decretis Nicolai secundi, quæ nondum in lucem prodierunt, hæc leguntur in ipso statim initio: *Ut pax, & tregua Domini a fidelibus Christianis reperta, & laudata, sicut scriptura habentur, ita firmiter teneantur. Infractores vero anathemate feriantur.* Hinc ergo patet, caput istud esse Nicolai secundi. Et vero non posse esse alterius Nicolai, hinc manifestissime colligitur, quod illic agatur de tregua, & pace, quæ istius tantum Nicolai sæculo reperta est, Nicolai primi ævo audita nondum fuerat.

Enumerat in hoc capite Gratianus antiquas hæreticorum sectas, Isidorum, ut ipse fatetur, describens. In nonnullis porro paragraphis Græce hodie leguntur aliqua vocabula, quæ in antiquis Gratiani exemplaribus Latine scripta sunt. Primus omnium Demochares Græcos characteres miscuit cum Latinis Gratiani. Joannes deinde Quintinus, cum hunc catalogum ex Gratiano descriptum ederet, tum Contius, denique Correctores Romani, Demochari quam Gratiano similes se esse maluerunt. Ego vero, qui omnino puto, Gratianum in summos quidem Græcæ linguæ apices novisse, censeo retinendam fuisse Latinitatem Gratiani; id est, nihil apud illum emendandum nisi ex fide veterum Gratiani exemplarium, nævos quin etiam, erroresque viri retinendos in editione emendatissima. 24. q. 3. c. 39. Quidam.

Mirum non est, Correctores Romanos non invenisse epistolam, ex qua sumptum est hoc caput. Nondum enim exierat in lucem. Eam postea edidit illustrissimus Cardinalis Baronius, & post eum Sirmondus in tomo primo Conciliorum Galliæ. Incipit autem: *Multa contra veterem formam &c.* 25. q. 1. c. 7. Contra.

Sumptum est istud ex Concilio Toletano quarto. Sed multo melius editus est hic canon apud Reginonem lib. 2. cap. 352. 26. q. 5. c. 5. Si qui Episc.

Exstat apud Reginonem lib. 2. cap. *364.* absque inscriptione. Burchardus lib. 10. cap. 1. primus illud tribuit Concilio Ancyrano, prorsus male. Vide Antonium Augustinum in dialogo 14. libri prioris, & Notas nostras ad Reginonem pag. 592. 26. q. 5. c. 12. Episcopi.

Codices Regius, Sangermanensis, recentior Victorinus, & antiqua editio Veneta sic habent in fronte istius capitis: *Item Ciprianus ad Pomponium de virginitate.* Antiquus Victorinus, *ad Pompinum.* Prima editio Moguntina, *ad Pompinium.* Male. Sed omnium pessime Colbertinus: *Item Ciprianus ad populum.* Recte alii, *ad Pomponium.* Epistola est sexagesima secunda Cypriani. Porro Demochares, & Contius in inscriptione istius capitis retinuerunt *de virginitate*, & in margine admonuerunt legendum esse *de virginibus.* Eam emendationem Romani Correctores reposuerunt in contextu Gratiani. 27. q. 1. c. 4. Nec aliqua.

Manus obstetricum. Rigaltius in observatione ad hunc Cypriani locum: *Turpe negotium, & nimium curiosis digitis, inter obstetricum manus virginitas occiditur.* Vide Cujacium ad titulum Decretalium de frigidis, & maleficiatis cap. *6. Fraternitatis.*

Zeli dolorem. Ita in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus, & in aliquot etiam Cypriani editionibus. Rigaltius tamen fretus auctoritate codicis Veronensis

ma-

maluit, *zeli livorem*, itaque reposuit in sua editione.

27. q. 1. c. 15. Impudicas. Hujus capitis, prout legitur apud Burchardum, & Gratianum, fons, & origo est Regino lib. 2. cap. 164. ut ostendimus in præfatione nostra ad Reginonem cap. 17.

Abruptum. Certum est, banc emendationem esse optimam, & ita etiam legi apud Burchardum lib. 8. cap. 29. in editionibus. Attamen in codice Talonii legitur *arbitrium*. Hinc ergo sumpsit Gratianus, apud quem constanter in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus ante Romanam legitur *arbitrium*. Unde colligi certo debet, ita omnino scripsisse Gratianum, neque mutari debuisse.

27. q. 1. c. 25. Parvanit. Istud caput Gratianus accepisse videtur ex Reginone, cum non reperiatur apud ceteros collectores Gratiano antiquiores. Apud Reginonem porro lib. 2. cap. 165. refertur *ex epistola Gregorii Papæ*. Hinc Gratianus simpliciter: *Item Gregorius*. Putavit Demochares invenisse se bunc locum in epistola nona libri octavi sancti Gregorii ad Marianum sive Marinianum. Verum recte monuerunt Correctores Romani, caput hoc vel ex alia epistola acceptum esse, vel in eo multa esse immutata. Solet autem aliquoties Regino abbreviare veterum loca, quæ ab eo referuntur.

27. q. 1. c. 38. Viduæ si. Caput istud non exstat in codice Sangermanensi, neque in Colbertino, neque demum in Victorino vetere. In Regio autem, ubi exstat, banc habet inscriptionem: *Item ex Concilio Toletano III. cap. X.*

27. q. 2. c. 4. Omnis. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 37. cap. 1.

27. q. 2. c. 13. Additur. Istud quoque caput accepisse videtur Gratianus ex Reginone, apud quem exstat lib. 2. cap. 107. sub finem.

27. q. 2. c. 18. Lex divinæ. Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 4. tit. 2. cap. 1.

24. q. 2. c. 20. Multorum. Jungendum est istud caput cum capite primo distinctionis 31. *Ante triennium*. Abrogat autem Gregorius Pelagii decessoris sui constitutionem de uxoribus Subdiaconorum, unde collegit Erasmus in caput septimum epistolæ prioris ad Corinthios, Pelagium, & Gregorium Romanos Pontifices diversa, & invicem pugnantia statuisse de hipodiaconorum abstinentia ab uxoribus.

27. q. 2. c. 21. Agathosa. In prima appendice Reginonis cap. 51. refertur *ex reg. par. 1. cap. 180. ad Adrium Notarium Panormi*. Apud Burchardum lib. 9. cap. 48. *ex reg. Greg. ad Adrium Notarium cap.* 80. Sed in codice Talonii legitur: *Ex reg. Gg. ad Adrianum Notarium cap. LXXX.*

27. q. 2. c. 26. Scripsit. Caput istud a Reginone lib. 2. cap. 113. refertur paulo aliter, quam heic habetur expressum. Ex Reginone descripsit Burchardus lib. 9. cap. 49.

27. q. 2. c. 29. Quod autem. Burchardus lib. 9. cap. 40. & post eum Ivo parte 8. Decreti cap. 178. citant ex epistola Gregorii ad Joannem Ravennatem Episcopum. Nescio autem quo modo factum sit, ut Correctores Romani in hoc loco admonuerint in Pannormia exprimi nomen Gregorii junioris. Nam in duabus Pannormiæ editionibus Basileensi, & Lovaniensi, in loco a Correctoribus adnotato, id est, lib. 6. cap. 115. ita omnino inscriptum est hoc caput: *Exempla Gregorii ad Johannem Ravennatem Episcopum*. In Victorino vero Pannormiæ codice: *Ex epistola Gregorii ad Johannem Ravennatem Episcopum*. Fieri potest, ut decepti illi fuerint inscriptione capitis 78. octavæ partis Decreti ejusdem Ivonis, quæ ita habet: *Gregorius junior Bonifacio Episcopo. Quod proposuisti &c.* Gratianus heic retulit ex epistola Gregorii ad Venerium Episcopum Calaritanum. Utrique male. Est enim ex epistola Rhabani ad Heribaldum Episcopum Autissiodorensem, ut ostendimus nuper in capite undecimo præfationis nostræ ad eandem epistolam. Ex epistola porro illa citat Regino lib. 2. cap. 242. Vide infra 33. q. 1. c. 1. *Quod autem*.

Regino lib. 2. cap. 215. refert hoc caput *ex Concilio ad Vermeriam temporibus Pippini*, in quo inventum est. Mos autem fuit Burchardo mutare ut plurimum inscriptiones capitum, quæ descripsit ex Reginone. Itaque lib. 17. cap. 3. istud retulit *ex Concilio. Aurelianensi cap. 6.* in editis, *cap. VIII.* in codice Talonico. Burchardum secuti sunt, ut solent, Ivo & Gratianus. 27. q. 2. c. 30. Quid dormiarit.

Regino lib. 2. cap. 217. istud quoque caput refert ex Concilio apud Vermeriam temporibus Pipini, ubi hodie non exstat, sed in Compendiensi. Fieri potest ut canones horum Conciliorum in eodem libro descripti fuerint, sic ut Vermeriense, quod tempore prius erat, priore loco descriptum esset, Compendiense sequeretur, Reginonem vero non semper intentum fuisse ad distinctionem harum synodorum. Fieri etiam potest, ut ea tempestate exstarent canones multo plures Concilii Vermeriensis, quam nunc exstent, eos porro fortean dein repetitos in Compendiensi. Burchardus & post eum alii referunt ex Concilio Triburiensi. 27. q. 2. c. 32. Si quis sponsam.

Regino lib. 2. cap. 156. laudat hunc locum ex libro primo Capitularium, ubi exstat. Burchardus, cui Capitularium Regum nostrorum auctoritas in fastidium versa erat, citavit ex Concilio Toletano, ubi non exstat. Vide Notas Correctorum Romanorum. 27. q. 2. c. 34. Statutum est.

Vide Antonium Augustinum in Notis ad primam Collectionem Decretalium lib. 4. tit. 4. cap. 1. 27. q. 2. c. 51. Duobus modis.

Caput hoc in omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus citatur *ex Concilio Urbanensi*, vel *Urbenensi*. In veteri collectione canonum, quæ fuit Claudii Puteani, *ex Concilio Urbenensi VI.* Cum ergo hæc constitutio reperiatur in canone sexto Concilii Arvernensis, mihi dubium non est, 28. q. 1. c. 17. Si quis Judaicæ.

quin

quin hinc emendanda sit inscriptio istius capitis.

28. q. 2. c. 2. Si infidelis. Citat hoc caput Innocentius III. lib. 2. epist. 50. ad Episcopum Ferrariensem, ex qua sumptum est caput *Quanto*, de divortiis.

29. q. 2. c. 4. Si quis ingenuus. Regino lib. 2. cap. 119. citat etiam ex Concilio Vermeriensi, ubi exstat. Sed apud ipsum, uti nec in Concilio ipso, non exstat sequens clausula, quæ videtur esse tantum interpretatio superioris partis: *Si autem ancillam eam sciérat, & collaudaverat, prout legitimam eam habeat.* Solus Burchardus habet hanc clausulam. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de divortiis, cap. 1.

29. q. 2. c. 7. Perlatum. Refertur a Reginone lib. 2. cap. 203. ubi desunt hæ duæ voces, *quæsitum est*, quas Romani Correctores aiunt scribunt a ceteris collectoribus præter Magistrum sententiarum.

30. q. 1. c. 1. Pervenit. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de cognatione spirituali cap. 4. *Maritum.*

30. q. 1. c. 2. Si quis filiastr. Regino lib. 2. cap. 218. citat ex Concilio ad Vermeriam. In fine vero hæc adduntur: *Similiter & mulier.*

30. q. 1. c. 5. De eo quod. Apud Reginonem lib. 2. cap. 196. hoc caput adscribitur Rhabano in epistola ad Heribaldum, unde sumptum esse, & corruptum a Burchardo pluribus ostensum est in capite decimo præfationis nostræ ad eam epistolam.

30. q. 1. c. 7. Ad limina. In omnibus veteribus Gratiani exemplaribus & editionibus legitur *Lomozinæ* vel *Lemozinæ*, nisi quod prima editio Moguntina habet *Lemovicinæ*. Vetus quoque codex monasterii Rivipullensis, & Anselmus lib. 10. cap. 30. legunt *Lemoziaæ*. Citat hoc caput Stephanus Tornacensis in epistola quinta, ex Gratiano, ut verisimile est. Ceterum Anselmus Lemovicensis Episcopus, ad quem scripta est epistola illa, synodum suam plenam habuit Lemovicas civitate an. DCCCXCVII. ordinationis suæ anno XXVIII. ut patet ex charta edita a clarissimo viro Christophoro Justello in probationibus historiæ Vicecomitum Turennensium pag. 14. Unde colligitur factum illum fuisse Episcopum anno DCCCLXIX. Sane in Chartulario Ecclesiæ Lemovicensis exstat quædam charta Frotarii Militis data anno DCCCLXXI. Indictione IV. regnante Hludovico Rege filio Caroli Regis in Equitanorum regno anno V. in qua Anselmus Episcopus nominatur.

30. q. 3. c. 2. Pitacium. Epistolam Zachariæ Romani Pontificis ad Theodorum Episcopum Ticinensem, cujus major pars hic & apud ceteros collectores habetur, nos edidimus integram in appendice actorum veterum, quæ adjecta est post Notas ad Reginonem.

30. q. 3. c. 4. Super quibus. Supra 1. q. 5. cap. 2. *Eos qui.* monuimus hanc epistolam vere scriptam videri ad Viralem Presbyterum Brixiensem, tametsi nonnulli antiqui codices Brivensem vocent.

30. q. 4. c. 5. Post uxoris. Correctores Romani 30. q. 3. c. 5. adnotant, epistolam Paschalis secundi, ex qua sumptum est hoc caput, haberi integram in collectione Anselmi Lucensis lib. 10. cap. 34. Quod verum est. Nam exstat in codice Barberino. Sed deest in libro vetere monasterii sancti Germani de Pratis. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de cognatione spirituali cap. 4. *Maritum.*

Sumptum est hoc caput ex eadem Urbani secundi epistola, ex qua diximus sumpta esse caput *Eos qui.* 1. q. 5. c. 2. & caput *Super quibus.* 30. q. 3. c. 4. 30. q. 4. c. 6. Quod autem.

Refertur hic canon a Reginone lib. 2. cap. 153. Vide porro quæ ad explicationem ejus nos illic diximus pag. 585. & 657. 30. q. 5. c. 5. Sponsus.

Paranymphis. Paranymphi sunt (ut ait Cujacius ad titulum Decretalium de clandestina desponsatione) qui assident novæ nuptæ, donec eam sacerdoti benedicendam obtulerint, & deduxerint in domum viri. Quæ tamen omnia si non intervenerint, non ideo matrimonium ullum vitium incurrit.

Correctores Romani adnotant, apud Augustinum, unde sumptum est hoc caput, legi: *fieri verum connubium non potest.* Atque hanc lectionem adversus Gratianum confirmat Cujacius ad titulum Decretalium de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium cap. 1. 31. q. 1. c. 1. Denique.

Capitis istius inscriptio in codice Sangermanensi hæc est: *Unde in Concilio apud Alpheum habito Rege statutum est cap. VI.* In regio & in recentiore Victorino: *Unde in Concilio apud Alpheum habito præsente Corrado Rege statutum est capitulo IV.* In Victorino vetere: *Unde in Conciliis apud Alphæum habitis præs. R. Corrado statutum est cap. VI.* In Colbertino: *Unde in Conciliis apud Alfenum habitis præs. Corrado Rege statutum est cap. VI.* Prima editio Moguntina: *Unde in Conciliis apud Alphæum habitis præsente Conrado statutum est cap. VI.* Veneta: *Unde in Concilio apud Alphesum habito præsente Rege Corrado statutum est capitulo VI.* Burchardus lib. 9. cap. 34. in codice Dionysii Talonii: *Ex Concilio apud Althæum habito præsente Kuonrado Rege cap. V.* Ita etiam Ivo parte 8. Decreti cap. 211. & in Pannormia lib. 7. cap. 10. In veteri tamen collectione canonum MS. in bibliotheca Regia hoc decretum tribuitur Concilio Augustidunensi. 31. q. 1. c. 2. Illud vero.

Nolumus enim. Hanc regulam postea in usum miserunt Romani Pontifices Hadrianus IV. & Alexander III. in causa Gaufredi Comitis Ruscinonensis, qui adulteram pertinaciter retinebat, uti adnotatum a nobis est in appendice synopsis Conciliorum R. P. Philippi Labbei pag. 383.

Regino lib. 2. cap. 237. caput istud simpliciter retulit ex Concilio Triburiensi. Adnotant vero Correctores Romani, sententiam hujus capituli haberi in canone quadragesimo ejusdem Concilii, sed cum Burchardus hoc citet ex capite tertio, videri alterius esse quod desideratur. Non animadverterunt viri doctissimi, magnam in hoc fuisse audaciam Burchardi, qui & ca- 31. q. 1. c. 4. Relatum.

ca-

capitum inſcriptiones perſæpe propria temeritate mutavit, & numeros de ſuo addidit. Nam quod ad caput iſtud ſpectat, manifeſtum eſt deſcriptum a Burchardo fuiſſe ex Reginone, qui canonem Triburienſem, ut ſolet, in compendium redegit.

31. q. 1. c. 6. Si qua mulier. Hæc palea non habetur in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, vetere Victorino, & Colbertino. Exſtat tamen in Sangermanenſi cum hoc titulo: *Item ex Concilio apud Vermerias.* In recentiore Victorino: *Item ex Concilio Elibertano apud Vermerias.* Quo etiam modo legitur in antiqua editione Veneta, tum etiam apud Democharem & Contium, qui in margine adnotavit, caput iſtud deeſſe in veteri codice. In prima editione Moguntina hæc tantum habentur: *Ex Concilio Elibertano.* Vide Reginonem lib. 2. cap. 118. & Antonium Auguſtinum in Notis ad primam collectionem Decretalium lib. 4. tit. 20. cap. 1. Adnotavit in hoc loco Antonius Auguſtinus, caput iſtud alicubi peti ex Concilio apud Vermerias, alibi vero ſumptum dici ex Concilio apud Warmaciam vel Wormaciam. Cujacius vero ad titulum Decretalium de divortiis cap. 1. volens tollere difficultatem, quæ heic remorari poſſet lectores illarum rerum curioſos, admonuit nihil referre Vermeriam ſcribas an Wormatiam; utroque enim nomine eundem locum ſignificari. Præſtat autem ponere ipſa ejus verba: *Et ut hoc admoneam, quo cæcutiunt multi, nihil refert Vermeriam ſcribas an Vormatiam. Utroque nomine Vangionum civitas cognominatur, ubi & Pippinum habuiſſe Concilium fere omnes hiſtorici narrant.* Verum eſt Wormatiam eſſe civitatem Vangionum, in Germania ſuperiori, vulgo hodie *Worms.* At Vermeria, ſive Vermeriacum, fuit palatium regium in Gallia, haud procul Compendio in diœceſi Sueſſionenſi. Hodie locus ille vocatur *Verberie* & contractius *Verberi.* Itaque magnum diſcrimen eſt inter hæc duo nomina, immenſum ſpatium inter hæc duo loca.

31. q. 2. c. 1. Si verum. In omnibus Gratiani exemplaribus manuſcriptis & editis, etiam apud Democharem, Contium, & Correctores Romanos, hæc tantum habentur in titulo illius capitis: *Item judicium Urbani Papæ.* Ivo parte 8. Decreti cap. 23. & in Pannormia lib. 6. cap. 108. addit: *de filia Jordanis Principis.* Quo etiam modo legitur in veteri canonum collectione MS. in bibliotheca Regia.

Rodelli. Apud Ivonem, & in veteri illa collectione bibliothecæ Regiæ ſcriptum diſerte eſt *Ridelli*: quæ eſt vera lectio. Notiſſimum per eas tempeſtates nomen in Gallia Narbonenſi.

Ostenditur. Ibidem utrobique legitur *oſtendetur*: quod melius eſt.

In libris Gratiani regio, & Sangermanenſi, tum etiam in prima editione Moguntina, legitur: *Item Sanctio Regi Aragonum.* Alii codices manuſcripti, & editio Veneta, *Sacrato* vel *Sacratio.* Ivo parte 8. Decreti cap. 24. *Satino.* In Pannormia edita Lovanii lib. 6. cap. 109. *Item Sanctio Regi Aragonum.* In editione Sebaſtiani Brant: *Item Sacratio Regi Aragonum.* In Victorino vero Pannormiæ codice: *Urbis Sancio Aragonum.* Refert hoc caput Hildebertus in epiſtola 42. ſed abſque titulo. Recte in libro Cæſarauguſtano, ut admonet Antonius Auguſtinus in dialogo quinto libri prioris, ſcriptum erat: *Urbanus ſecundus Sanctio Regi Aragonum.* 31. q. 2. c. 3. De nepotis.

Alterum duxit. Ita vetus editio Veneta. Sed prima Moguntina, itemque veteres codices Sangermanenſis, Colbertinus, & recentior Victorinus habent *ducit.* Ubi gloſſa interlinearis in antiquo codice Victorino ponit: *id eſt, ducere vult.* Editiones Democharis, & Contii habent: *& alterum maritum duxit.* Codex regius, & antiquior Victorinus: *& adulterum ducit*: quam lectionem, tametſi prorſus malam, cenſeo retinendam apud Gratianum, quia is accepiſſe videtur ex Burchardo. Burchardus autem ex Reginone fideliter exſcripſerat, uti diximus in capite XVI. præfationis noſtræ ad Reginonem. Nam apud Burch. lib. 9. c. 63. legitur *adulterum ducit* in editionibus, & in libro Talonico. 32. q. 7. c. 8. Fidelis.

Probabile eſt iſtum canonem eſſe Concilii Compendienſis, quod ſub Pipino Rege celebratum eſt, licet aliis illic verbis referatur. Hæc ſunt verba canonis octavi Compendienſis apud Sirmondum: *Si quis homo habet mulierem legitimam, & frater ejus adulteravit cum ea, ille frater vel illa fœmina, qui adulterium perpetrarunt, interim quo vivunt, nunquam habeant conjugium. Ille, cujus uxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet accipere aliam.* Brevius Regino lib. 2. cap. 216. *Si quis cum uxore fratris ſui dormierit, adulter, & mœcha diebus vitæ ſuæ abſque conjugio maneant. Ille vero, cui uxor fuit, ſi vult, aliam conjugem accipiat.* Burchardus lib. 17. cap. 17. refert ex Concilio Triburienſi cap. 52. iiſdem omnino verbis, quibus a Reginone relatum erat ex Concilio Vermerienſi (*f*). 32. q. 7. c. 19. Quædam.

Pri-

(*f*) Nunquam fieri cum poſſit in Eccleſia Chriſti, ut uno vivente Conjuge, quomodocumque flagitioſo, alter utcumque innocens ad alias tranſeat nuptias, ſi valide primum Matrimonium fuerat celebratum ut jam ſuperius in Nota 41) adverſus Miſtrichtium obſervatum eſt, hinc neceſſe eſt, quod Canon iſte, cuilibet tandem ſynodo adſcribatur, in eo exponatur ſenſu, quem, eidem in emendato Gratiani Codice per Correctores Romanos aſcriptum invenimus. Nempe quod nunquam Frater, vel Fœmina, qui adulterium perpetrarunt, conjugium inire poſſint, etiam poſt Mariti obitum. Mortua vero adultera muliere, Maritus poſſit cum altera Matrimonium inire. Si autem ita intelligendus eſſet Canon ille, ut innocens Conjux poſſit repellere uxorem inceſtuoſo adulterio pollutam, & alteram illico ducere, jam Eccleſiæ Doctrinæ in præcitata obſervatione indicatæ Canon ille refragaretur. W.

32. q. 7. c. 20. Si quis viduam. Primus omnium Rhabanus caput istud citavit ex Concilio Mogontiensi in epistola ad Heribaldum cap. 20. ex quo Regino descripsit lib. 2. cap. 197. Repertum est in eodem capite 26. Concilii Moguntini sub Rhabano, ex quo ipse Rhabanus citat. Vide rursum Reginonem lib. 2. cap. 225.

32. q. 7. c. 21. Qui dormierit. Exstat in Concilio Vermeriensi cap. 12. & hinc apud Reginonem lib. 2. cap. 215.

32. q. 7. c. 23. Concubuisti. Certum est caput illud a Gratiano tributum esse Zachariæ Romano Pontifici: id quod & antiqua exemplaria manuscripta, & veteres editiones probant. Unde vero ita acceperit Gratianus, non video. Burchardus enim lib. 19. cap. 5. citat ex Pœnitentiali Romano: quod magis placet. Nam & stilus ipse non est epistolaris, & præterea non convenit dignitati pontificiæ.

Concubuisti. *Scienter*, ut ait glossa interlinearis in antiquis Gratiani exemplaribus Victorino vetere, & Sangermanensi. Quamquam quid opus erat istud adnotare, cum fieri vix possit, ut quis insciens sorori commisceatur uxoris suæ? Quod si tamen contingeret, scelus vero illud nullo is unquam tempore intelligeret a se perpetratum, haud dubie pœna teneri non posset, quæ adversus incestos istiusmodi statuta est in hoc capite. Non habent enim latentia peccata vindictam, ut ait Innocentius primus in epistola ad Exuperium Episcopum Tolosanum 32. q. 5. c. 23. *Christiana religio*.

Nubat cui velit. *Post mortem mariti*, inquit auctor glossæ. Sed hanc interpretationem apud Petrum Lombardum lib. 4. Sententiarum dist. 34. reprehendit Erasmus in caput septimum epistolæ prioris ad Corinthios, ubi fuse disputat, an unquam divortium licitum esse possit inter Christianos. Non dubitabat autem Erasmus, quin hæc constitutio vere esset Zachariæ. Itaque ea persuasione imbutus, ex eo etiam refellit Magistrum sententiarum, quod probabile non sit Zachariam prætermissurum fuisse eam interpretationem suæ constitutionis, si ea illi mentis fuisset, quam ipsi affingit Lombardus: *An rem tanti momenti*, inquit, *taciturus erat Pontifex, si sensisset, quod hic interpretatur? Quid si maritus superstes sit uxori? Nonne tam par erit hac in parte pœna nocentis, & innocentis?* Sane si quis verba istius capitis expendat paulo diligentius, facile animadvertet glossam esse contrariam sententiæ, quæ illic posita est. Nam fœmina, cujus maritus mortuus est, quæ ideo soluta est a lege viri, privilegio non indiget, ut alium ducat. Illic vero damnatione viri sublato matrimonio, uxori potestas fit in aliam familiam nubendi: quod marito interdicitur. Unde colligi certo debet regulam hanc esse diversam a generali lege connubiorum, quæ nemo unquam dubitavit, quin licita essent inter liberos, id est, inter eos, qui matrimonii vinculis adstricti non essent, adeoque auctorem istius capitis non approbaturum hodie, si reviviseceret, interpretationem, quam huic loco adhibuerunt Petrus Lombardus, & Bartholomæus Brixiensis.

Canon est synodi Vermeriensis, ex qua refertur a Reginone lib. 2. c. 214. 32. q. 7. c. 24. Si quis.

Caput istud sumptum est ex libro secundo sententiarum Pauli in interpretatione, ut etiam observatum est a Correctoribus Romanis. Regino lib. 2. cap. 130. laudaverat ex lege Romana: quod idem est. Vide porro Notas nostras ad Reginonem pag. 585. 32. q. 7. c. 25. Hi qui.

In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus legitur: *Unde Gregorius scribit Johanni Ravennati Archiepiscopo*. Apud Burchardum lib. 9. cap. 40. in codice Dionysii Tulonii: *Ex epistola Gregorii ad sanctum Johannem Ravennatem Episcopum*. In vulgatis editionibus & apud Ivonem parte 8. Decreti cap. 178. & in Pannormia lib. 6. cap. 115. *Ex epistola Gregorii ad Joannem Ravennatem Episcopum*. His itaque auctoritatibus adducti Correctores Romani vocem *Episcopo* reposuerunt apud Gratianum, cum antea legeretur *Archiepiscopo*. Regino lib. 2. cap. 242. recte citat ex epistola Rhabani ad Heribaldum, ut ostensum est in capite undecimo præfationis nostræ ad epistolam illam. Vide supra 27. q. 2. cap. 29. *Quod autem*. 33. q. 1. c. 1. Quod autem.

Burchardus lib. 9. cap. 44 citat simpliciter ex epistola Gregorii. Fons non est inventus. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de conditionibus appositis cap. ult. 33. q. 1. c. 2. Requisisti.

Apud Reginonem lib. 2. cap. 244. caput istud refertur absque inscriptione. Burchardus lib. 9. cap. 42. citat ex Concilio apud Compendium cap. 20. Hodie est in Concilio Compendiensi sub Pipino cap. 17. 33. q. 1. c. 3. Si quis accepit.

Vir clarissimus Jacobus Sirmondus in capite tertio Antirrhetici secundi adversus Petrum Aurelium admonet caput istud sumptum esse ex epistola Hincmari ad Aquitanos, quæ nunc edita est in synodo Tullensi apud Tusiacum tomo tertio Conciliorum Galliæ pag. 173. 33. q. 1. c. 4. Si per sortiarias.

Nunquam injusto. In epistola ipsa tomo 3. Conciliorum Galliæ pag. 184. legitur: *sed nunquam vel nusquam injusto*. Heic meminisse oportet observationis a nobis non uno loco factæ, veteres librarios, cum non satis intelligerent, quænam lectio præferenda esset ex duabus, quæ illis occurrebant inter exscribendum, utramque ut plurimum posuisse, eo pacto lectori arbitrium integrum relinquentes sequendi quam mallet. Vide Notas ad Salvianum pag. 403. secundæ editionis. Itaque legendum simpliciter, *nunquam injusto*. Quæ lectio sola habetur in libro 6. Pannormiæ, cap. 117. tam in editis, quam in codice Victorino.

Revocanda ad memoriam hoc loco sunt, quæ supra observavimus dist. 27. cap. 6. *Quod interrogasti*. & 7. q. 1. cap. 4. *Pontifices*. nimirum epistolam istam Nicolai primi datam esse ad Adaluvinum Juvavensem sive Saltzburgensem Archiepiscopum. 33. q. 2. c. 6. Inter hæc.

In

33. q. 2. c. 8. Admonere. In omnibus antiquis Ivonis & Gratiani exemplaribus & editionibus inscriptio istius capitis hæc est: *Item Stephanus V. Astulpho.* Burchardus tamen lib. 6. cap. 40. refert ex epistola Paulini Forojuliensis Episcopi ad Heistulfum. Itaque nuper ea sub nomine ejusdem Paulini edita est in tomo septimo Conciliorum pag. 1064. ex manuscripto codice Remensi. Neque dubium est, quin ea sit vera ac genuina epistolæ istius inscripito, cum diserta illius mentio exstet apud Flodoardum lib. 3. hist. Remensis cap. 21. in commemoratione epistolarum ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo scriptarum: quod observatum est in margine epistolæ in tomo septimo Conciliorum. Verba sunt Flodoardi: *Vulfado Bituricensi Archiepiscopo, de his, qui inconsulte uxores suas interficiunt, sententiam Paulini, quam sibi mitti petierat, scribens.*

33. q. 2. c. 15. Latorem. Inscriptio istus capitis hæc est in libro Sangermanensi: *Item Nicholaus Papa Rodulpho Episcopo sanctæ Argenteæ retensis.* In regio autem sic: *Item Nicholaus Papa Radulfo Episcopo sanctæ Argenteæ retensis Ecclesiæ.* Sed heic primo scriptum erat *tretensis*, postea prima litera *t* jugulata est. Antiquus codex Victorinus: *Item Nicholaus Papa Rodulpho Episcopo sanctæ argenteæ utensis.* Recentior: *sanctæ argenteæ eretensis Episcopo.* Colbertinus: *sanctæ argenteæ retensis.* Antiquæ editiones Moguntina & Veneta: *sanctæ Ecclesiæ argenteæ retensis.* Burchardus, ex quo alii sumpsisse videntur, diserte scriptum habet lib. 6. cap. 46. *sanctæ argenteæ retensis Ecclesiæ*, etiam in libro Dionysii Talonii. Anselmus Lucensis lib. 11. cap. 43. in codice sancti Germani, *argenteæ remensis.* in Barberino, *retensis.* Testatur quoque Beatus Rhenanus in admonitione de Tertulliani dogmatis eandem lectionem reperiri in omnibus, quos ipse vidit, Gratiani codicibus, non excusis modo, verum etiam manuscriptis, reperisse se porro epistolam illam in veteri codice adjunctam constitutionibus provincialis synodi, quam Magonciaci habuit Rabanus Archiepiscopus. Itaque in editione Rhenani sic legitur: *Nicolaus &c. Ratholdo Episcopo sanctæ Argentoratensis Ecclesiæ.* Quo postea modo apud Gratianum emendarunt Demochares, & Contius. Recte porro Demochares, Contius, & Correctores Romani heic Ratholdi nomen reposuerunt pro Radulphi. Nam & ita eum nominat Burchardus, & ea ipsa tempestate vivebat Radoldus Argentoratensis seu Argentinensis Episcopus, ut fidem facit Jacobus Wymphelingius in catalogo Episcoporum Argentinensium his verbis: *Radoldus, vir mirifica sapientia præditus, episcopatum vehementer auxit, & diversis operibus loca sacra exornavit. Sedit annis octo. Obiit in Domino anno octingentesimo, & septuagesimo octavo.* Falsus est tamen hoc loco Wymphelingius; omninoque necesse est Radoldum mortuum esse ante annum DCCCLXXVIII. si verum est ipsum sedisse annis tantum octo. Vel si mortuus est anno illo, sedisse dicendus est annis saltem duodecim. Nam Nicolaus primus, qui epistolam istam scripsisse dicitur ad Ratholdum, obiit anno DCCCLXVII. exeunte.

De pœnitentia. Primus, ut arbitror, hunc locum protulit Regino lib. 2. cap. 49. *Dist. 1. c.*
ex dictis Ferrandi Diaconi. Postea Burchar- 27. Perni-
dus lib. 6. cap. 31. eundem locum referens, ciose.
accepisse se ait ex dictis Augustini. Quem secuti sunt non solum Anselmus, Ivo, & Gratianus, sed etiam Alexander III. in epistola XXII. earum, quæ a Sirmondo editæ sunt cum epistolis Petri Cellensis. Cum autem putaret vir doctissimus Joannes Molinæus, hunc locum vere Augustini esse, neque tamen illum inveniret apud Augustinum, ista addidit in margine apud Ivonem parte 10. Decreti cap. 160. *Decerpta hæc videntur ex enarrat. psal. ad versi. Dormivi conturbatus, & proximos.* Quoniam vero locus ille Augustini non sufficiebat ad constituendam integram sententiam istius capitis, Correctores Romani huc descenderunt, ut existimarent ex variis Augustini locis confectum esse. Hæc sunt eorum verba: *Caput hoc collectum est ex variis locis B. Augustini, videlicet ex lib. 3. de consensu Evangelistarum, c. 13. explanatione psal. 56. & 63. & tract. 114. & 115. in Joannem.* Quantum laboris ac tædii ademisset Regino viris doctissimis, si tum editus ille fuisset!

Jam antea adnotatum est supra 24. q. 3. *Dist. 1. c.*
c. 18. *Ecce autem.* libros de vita contem- 31. Porro
plativa non esse Prosperi, sed Juliani Pome- illi.
rii. Qua observatione utendum etiam est in hoc capite, & in capite *Charitas.* dist. 2. de pœnit.

Volunt. excomm. Elegans est locus Cæ- *Dist. 1.*
sarii Episcopi Arelatensis ex homilia prima c. 32. Faci-
inter eas, quæ a nobis editæ sunt: *Et hoc* liu.
attendite, fratres, quod qui pœnitentiam petit, excommunicari se supplicat. Vide reliqua.

Oret P. V. Eccles. Vide Cæsarium A- *Dist. 1. c.*
relatensem in eadem homilia prima. 44. Agite.

Vide eundem Cæsarium in homilia nona *Dist. 1. c.*
& decima de nostris. 13. Quia radix.

Vide Rhabanum in epistola ad Heribal- *Dist. 5. c.*
dum cap. 15. & Reginonem lib. 1. cap. 313. 2. Qualitas.

Caput istud sumptum est ex canone tertio 33. q. 5.
Concilii Compendiensis sub Pipino Rege. In c. 3. Mulier.
Concilio ipso legitur: *Mulier si sine commeatu viri sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad conjugium.* In libro autem quinto Capitularium cap. 16. *Mulier si sine comiatu viri sui &c.* Latini veteres commeatum dicebant pro facultate, potestate, licentia, sed ut plurimum in rebus bellicis. Annibal ad milites apud Livium lib. 21. *Si quis vestrum suos invisere vult, commeatum do.* Apud Suetonium in vita Tiberii accipitur pro potestate abeundi: *Requiem laborum prætendens, commea-*

tum petiit. Et paulo post: *Facta tandem abeundi potestate.* Inutile esset ista probare pluribus testimoniis. Postea, labente bona Latinitate, vocabulum illud usurpatum est simpliciter pro potestate seu permissione. Concilium Vernense sub Pipino cap. 9., & lib. 5. Capitularium cap. 42. *Si quis Presbyter ab Episcopo suo degradatus vel excommunicatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine commeatu* (in Capitularibus, *comiatu*) *facere præsumpserit &c.* Eddo Argentinensis Episcopus apud Franciscum Guillimannum in Episcopis Argentinensibus pag. 107. *Ideo placuit nobis per commeatum Domini nostri Pippini gloriosi Regis.* Hinc factum, ut Regino, cum describere statuisset hunc canonem Compendiensem in sua collectione, ita scripserit lib. 2. cap. 126. *Mulier si sine licentia mariti sui &c.* Reginonem secutus est Burchardus lib. 9. cap. 47. Falluntur enim vehementer, aut fallunt, qui scribunt, Burchardum in hoc loco usum esse voce *comiatu.* Nam & in editionibus & in codice Talonico diserte scriptum est *licentia.* Hinc rursum factum, ut duæ deinceps fuerint istius canonis editiones; una vetus, quam librarii retinuerunt in libris Capitularium; alia recens ac nova, quam collectores canonum & decretorum post Reginonem usurpare maluerunt. Ivo Carnotensis Episcopus utramque posuit in suo Decreto, antiquam parte 9. cap. 124 ex libro quinto Capitularium, aliam part. 8. cap. 185. *ex Concilio*, ut ipse ait, *apud Compendium cap. VI.* sed revera ex Burchardo, apud quem hæc ipsa verba habentur. Gratianus novam tantum lectionem retinuit, quæ tum apertior videbatur. Et tamen non multo ante Gratianum vox *comiatus* adhuc in usu erat haud procul Gratiani patria, nimirum apud Langobardos. Exstant enim in Chartulario monasterii Casauriensis acta vetera, in quibus sic habetur: *In Dei nomine. Ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi anno MXLVII. mense Januario, Indictione XV. Ideoque ego Raimundo filius quondam Grimaldi, & ego Beledruda filia quondam Coni, quæ sum sociata in conjugio Raimundo viro meo, consentiente mihi Beledrudæ ipso jamdicto Raimundo viro meo, & ego Raimundus comiatum dedi & consentiens sum tibi jamdictæ Beledrudæ conjugi meæ.* Et paulo post: *Declaro enim, quia statutum est in ipso Capitulari Domni Imperatoris, & Domnus Karolus Imperator instituit in suo Capitulari, ut quæcumque femina libera Langobarda per commiatum viri sui potestatem habeat de rebus suis vendere aut donare.* Item in aliis actis biennio post confectis: *Ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi anno MXLIX. mense Octobri, Indictione III. Ideo constat me Tederadam filiam quondam Luponi, conjugem Johannis. Declaro enim, quia Domnus Karolus Imperator constituit in suo Capitulare, ut quæque femina potestatem habeat per commiatum viri sui vendere, & donare, & cuicumque venderet, firmum & stabile permaneret. Et ego Johannes filius quondam Transarici commiatum dedi tibi Tederadæ conjugi meæ.* Acta ista descripta sunt ex vetustissimo Chartulario monasterii Casauriensis, quod mecum pro humanitate sua & amicitia nostra communicavit vir clarissimus & literarii orbis fulgentissimum sydus Antonius Vion Herovallius.

Hoc caput Regino lib. 2. cap. 125. retulit ex Concilio Vermeriensi, ubi exstat. Postea Burchardus lib. 9. cap. 46. Remense Concilium pro Vermeriensi, ut solet, substituit. Burchardum descripsit Ivo parte 8. Decreti cap. 184. & in Pannormia lib. 6. cap. 82. Verba autem illa, *sed similiter convertatur*, quæ in fine capitis habentur apud Burchardum, Ivonem, & Gratianum, non exstant in Concilio Vermeriensi neque apud Reginonem. Addita autem illa fuisse puto a Burchardo, ne fortean accepisse videri posset a Reginone. 35. q. 5. c. 10. Qui uxorem.

Heic Sanctus Ambrosius dicit, mulierem debere velare caput, quia non est imago Dei. 33. q. 5. c. 19. Mulier. Addit deinde, illam, ut ostendatur subjecta, & quia prævaricatio per illam inchoata est, hoc signum debere habere, ut in Ecclesia, propter reverentiam episcopalem, non habeat caput liberum, sed velamine tectum. Interpretatio est capitis undecimi prioris epistolæ Pauli ad Corinthios, ubi scriptum est debere mulierem potestatem, id est velum, signum subjectionis & prævaricationis, habere supra caput propter angelos, id est, ut vulgo interpretantur, propter Episcopos & Presbyteros, qui angeli Dei vocantur. Quo respexisse etiam videtur Tertullianus in libro de corona militis, ubi scribit, feminam nudo capite videri non debere propter angelos. Explicandus autem heic obiter est, data occasione, canon XLII. Aunacharii Episcopi Augustodunensis, in quo sic vulgo legitur: *Ut unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem suum habeat. Quod si qua non habuerit, usque in alium diem dominicum non communicet.* Baronius, Binius, Vossius, alii, existimant heic per dominicalem intelligi linteolum illud, cujus mentio est apud Augustinum in sermone 252. de tempore, sive ille Augustini sit, sive alius cujuspiam: *Mulieres*, inquit, *nitidum exhibent linteolum, ubi corpus Christi accipiant.* Sed ego semper aliter sensi, omninoque ita existimavi, dominicale illud fuisse genus quoddam velaminis absque quo non licebat feminis accedere ad sacram communionem. Atque ut in ea etiamnum sententia perstem facit antiqua collectio canonum Andegavensis, in qua canon ille sic ad verbum legitur tanquam ex Concilio Matisconensi: *Si mulier communicans dominicale suum super caput suum non habuerit, usque ad alium diem dominicum non communicet.* Quare

fixum

fixum ac constans esse debet dominicale fuisse velum, quo mulieres operiebantur eo tempore, quo accedebant ad Eucharistiam percipiendam. Vide supra 21. q. 4. cap. 3. *Episcopi.*

Propter rev. Episc. Sic explicat Ambrosius locum Pauli. Sic etiam multi alii explicarunt. Attamen Jacobus Gothofredus, pro eo quod apud D. Paulum legitur διὰ τοὺς ἀγγέλους, legendum esse putat διὰ τοῦ τοὺς ἀγελαίους, id est, *propter greges juvenum.* Sed hanc interpretationem reiicit vir clarissimus Franciscus de Roye in libro secundo de juribus honorificis in Ecclesia cap. 14. licet emendationem Græci textus non omnino improbet. Ego arbitror retinendam esse antiquitatem, explodendam novitatem, juxta monitum Vincentii Lirinensis.

34. q. 1. c. 2. Cum in capit. Inscriptio illius capitis hæc est in codicibus manuscriptis: *Item Innocentius Papa.* Vel: *Item Innocentius Probo.* Quo etiam modo legitur apud Ivonem in Decreto. In Pannormiæ editionibus legitur: *Innocentius Papa Probo Episcopo.* Sed in optimo libro Victorino hæc tantum habentur: *Innocentius Probo.* quod melius est. Itaque male in prima editione Moguntina legitur: *Item Innocentius Papa Probo Episcopo.* Melius Veneta: *Item Innocentius Papa Probo.*

Cum constituta. Legendum *Restituta* auctoritate omnium veterum Gratiani librorum, & editionum. Hoc enim est proprium nomen mulieris, quam Fortunius duxerat, cum Ursa tenebatur in captivitate, ut adnotatum etiam est supra lineam in codicibus Sangermanensi, & antiquo Victorino. Restituta quoque vocatur in collectione decretorum Innocentii primi apud Dionysium Exiguum, tam in veteribus libris quam in editionibus, & apud Ivonem parte 8. Decreti cap. 245. & in Pannormia lib. 6. cap. 89. denique in antiqua collectione canonum Lugdunensi, & in vetustissima item collectione monasterii Rivipullensis.

34. q. 1. c. 4. Si quis nec. Caput istud sumptum est ex canone nono Concilii Vermeriensis, non a Gratiano quidem, sed ab Ivone, qui primus illum in compendium redegisse videtur, quemadmodum exstat apud Gratianum. Regino integrum illum retulit lib. 2. cap. 124. itemque Burchardus lib. 9. cap. 54. Sed apud Burchardum desunt verba sequentia: *aut seniorem suum, cui fidem, & fidelitatem promissam mentiri non potest, secutus fueris &c.* Postrema porro pars canonis non exstat apud Ivonem neque apud Gratianum.

34. q. 1. c. 6. In lectum. Regino lib. 2. cap. 206. Burchardus lib. 17. cap. 4. & Pœnitentiale Romanum Antonii Augustini tit. 3. cap. 5. citant hoc caput ex Concilio Triburiensi, ubi non exstat. Sed meminisse heic oportet observationis quam protulimus in capite decimo præfationis ad Reginonem: nimirum plurimos canones Concilii Triburiensis a Reginone relatos, qui nunc non exstant, non ideo tamen reiiciendos, ob auctoritatem, & perspectam bonam fidem hominis.

34. q. 1. c. 7. Ego dixi. Palea ista non exstat in antiquis Gratiani exemplaribus manuscriptis. Habetur autem in vetustis editionibus Moguntina, & Veneta. Et certe additum Gratiano fuisse istud caput vel ex eo manifeste colligitur, quod inscriptio sequentis capitis ita omnino habet etiam in editionibus, quæ habent hanc paleam: *Unde in eodem Concilio legitur.* Quo etiam modo editum est a Demochare, & Contio. Correctores Romani addiderunt vocem *Triburiensi.*

34. q. 1. c. 8. Si quis cum duabus. Regino lib. 2. cap. 208. & post eum Burchardus lib. 17. cap. 5. citant ex Concilio Triburiensi. Neque dubium esse potest, post testimonium Reginonis, quin vere sit illius Concilii.

35. q. 2. c. 11. Extraordinaria. Certum est, antiquas editiones, & aliquot manuscripta Gratiani exemplaria sic habere in titulo istius capitis: *Ait enim Urbanus Papa secundus Gratiano Neapolitano Episcopo.* Sed in vetere Victorino est, *Gratiano apolitano Episcopo.* Sic etiam primo scriptum fuit in codice regio; sed postea supra lineam inter has voces *Gratiano* & *apolitano* addita est syllaba *ne*: unde factum est *Gratiano neapolitano.* Vitiosa lectio, quam recte emendarunt Correctores Romani. Nam scriptam esse epistolam ad Hugonem Episcopum Gratianopolitanum testis est omni exceptione major Ivo Carnotensis Episcopus in epistola 232. uti illic observavit Franciscus Juretus vir eruditissimus.

35. q. 2. c. 14. Sane consang. In Colbertino Gratiani codice sic habet inscriptio istius capitis: *Item Ysidorus.* In recentiori Victorino: *Item Ysidorus ex Concilio Maticensis provinciæ.* In regio: *Item Ysidorus ex Concilio Maticensi.* In Sangermanensi, & Victorino vetere: *Idem Ysidorus vel ex Concilio Maticensi.* Prima editio Moguntina: *Itam Isidorus ex Concilio Maticensi.* Veneta: *Item Isidorus ex Concilio Maciensi.* quo etiam modo editum est a Demochare, & Contio. Correctores Romani: *Item Isidorus ex Concilio Manciensi.* Ivo parte 9. Decreti cap. 41. *Ex Concilio Mantiecno* sive *Manticeno.* In Pannormia lib. 7. cap. 69. *Ex Concilio Maciensi.* Male, cum legendum sit *Maticensi* auctoritate libri Victorini. Sane cum Ivo ista acceperit ex Burchardo, non aliter legere potuit, quam scriptum ab illo fuit. At Burchardus lib. 7. cap. 8. scripsit: *Ex concilio Matiscensi cap.* 3. Non reperitur tamen inter canones Conciliorum Matisconensium. Sed in capite 29. Concilii, quod apud Cabillonem habitum est ævo Caroli Magni, eadem ferme verba habentur, quæ in isto capite leguntur.

35. q. 2. c. 20. Quædam lex. Refertur hoc in exceptionibus Egberti cap. 130. & in prima appendice Reginonis cap. 30. tum etiam apud Burchardum lib. 7. cap. 19. & 20. Ex illo porro collegit Cujacius ad titulum Decretalium de consanguinitate, & affi-

affinitate cap. 5. affinitatem, quæ contracta est inter cognatos viri, & uxorem, tum etiam inter cognatos uxoris, & virum, morte alterius conjugis non perimi in superstite.

35. q. 2. c. 21. Contradicimus. Regino lib. 2. cap. 226. recte citat ex Concilio Moguntiacensi. Burchardus lib. 7. cap. 18. ex Concilio Cabillonensi, non recte. Ex Burchardo descripserunt Ivo, & Gratianus. Hinc origo falsæ inscriptionis illius capitis. Vox *inventum* non habetur apud Reginonem.

35. q. 5. c. 1. Series. Caput istud a Gratiano refertur ex Isidoro. In margine vero Demochares ista addidit: *Isidor. cap. 6. lib. 9. Etym.* Secuta est deinde editio Antonii Contii, ubi addita est in margine nota Democharis; & consequenter diverso charactere Contius ita heic scripsit: *Non exstat in his, quæ vidi Isidori exemplaribus vel impressis vel manuscriptis.* Deinde lib. 1. lectionum subsecivarum juris civilis cap. 10. ait valde mirari se, exstitisse quosdam tantæ falsitatis confirmatores, qui & librum, & caput, quo apud Isidorum invenirentur, notaverunt ad marginem librorum: *quibus*, inquit, *in tam aperto mendacio nulla venia suffragatur.* Videndus heic Antonius Augustinus in dialogo sexto libri prioris, & in dialogo decimo libri posterioris.

35. q. 5. c. 6. Primo gradu. Rursum heic excandescit in eodem capite lectionum suarum Contius adversus eos, qui Pauli J. C. verbis heic abusi sunt sub nomine Isidori, cum non exstent apud Isidorum. Conqueritur autem præterea, fraudem factam fuisse in contaminandis Pauli verbis, & cum barbari cujusdam interpretis ineptiis commiscendis. Itaque caput istud omnino emendandum est ex libro quarto Sententiarum Pauli tit. XI. Vide iterum eundem Augustinum in dialogis mox laudatis.

35. q. 6. c. 2. Videtur. Palea ista non exstat in antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, Colbertino, ac vetere Victorino. Habetur tamen in recentiore Victorino, & in antiquis editionibus Moguntina & Veneta. Vide Cujacium ad titulum Decretalium *Qui matrimonium accusare possint* cap. 3.

35. q. 6. c. 3. Notificamus. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus & editionibus caput illud inscriptum est Richario, vel Richardo Episcopo Januensi. Codex Sangermanensis Ricarium Genuensem vocat. Vetus collectio canonum Rivipullensis: *Ciriacho Genuensi Episcopo.* Ivo parte 9. Decreti cap. 33. *Cyriaco.* In Pannormia edita lib. 7. cap. 85. *Richardo Januensi Episcopo.* In codice Victorino: *Cariaco Genuensi Episcopo.* Legendum *Cyriaco*, ut monet Ferdinandus Ughellus tomo quarto Italiæ sacræ pag. 1164. ubi adnotat, Cyriacum factum fuisse Episcopum Januensem circa annum MXC. eamque Ecclesiam rexisse annis quattuor.

Dec. uxoris. Omnes antiqui libri & veteres editiones, etiam apud Democharem & Contium, habent: *duo ex propinquioribus jam defunctæ uxoris vel vivæ ejus, qui accusatur hanc &c.*

35. q. 6. c. 4. Sidus. Caput illud sumptum esse dicitur *ex Concilio Urbani Papæ habito in Apulia*, id est, ex Concilio apud Melphiam, vel ex Concilio apud Trojam.

35. q. 6. c. 5. De parentela. Regino lib. 2. cap. 231. fons est & origo istius capitis. Sed verba illa, *& istæ sanctorum reliquiæ*, quæ leguntur apud Burchardum, Ivonem, & Gratianum, non exstant apud Reginonem.

35. q. 6. c. Illud. Et illud quoque caput Burchardus sumpsit ex Reginone lib. 2. cap. 232.

35. q. 6. c. 7. Episcopus. Nuper in Notis ad Reginonem pag. 579. diximus decretum illud non esse Eutychiani Papæ, sed formulam fuisse, secundum quam Episcopi interrogare debebant laicos in unaquaque parœcia.

In synodo. Id est, in conventu habendo in Ecclesia, cum Episcopus ad illam accedet visitaturus. Vide Notas ad Reginonem pag. 578. Addendus vero nunc est insignis locus ex vita sancti Udalrici Episcopi Augustani ab incerto, sed antiquo auctore conscripta, qui in capite sexto tractans qualiter diœcesim visitavit, ita ait: *Ad loca autem illa cum pervenisset, ubi Concilia sua denunciata fuerant, cum evangelio, & aqua benedicta, & sonantibus campanis, & tanta honorificentia susceptus est, quantum illis, qui ibi congregati sunt, virtus suppetebat. Statim vero Missa celebrata in Concilio considens populum ante se vocari fecit, prudentioresque, & veraciores sacramento interrogare præcepit, quæ in illa parochia emendatione digna fuissent, & contra jura Christianitatis perpetrata peccata, ut ei veraci relatu nota fierent facta.* Vide reliqua.

Synodalem causam. Id est, quæ ad Episcopi cognitionem pertineat, quæ judicari debeat in synodo Episcopi cum consilio Clericorum suorum, ut patet ex laudata vita sancti Udalrici. Vide Notas ad Reginonem pag. 579.

35. q. 6. c. 9. Ab illo die. Caput istud exstat apud Reginonem lib. 2. cap. 233. sed paulo diversum ab editione Gratiani. Itaque Gratianus descripsit ex Burchardo lib. 7. c. 27.

35. q. 6. c. 11. Ab isto die. Et hoc quoque caput ex Reginonis lib. 2. cap. 240. descripsit Burchardus lib. 9. cap. 81. ex quo postea aut ex Ivone Gratianus accepit. Ceterum fons istorum omnium est Regino.

35. q. 10. c. 1. Fraternitatis. Epistola ista inventa non est inter epistolas sancti Gregorii, nec ullus ætate illius fuit Venerius Episcopus Calaritanus. Non reperi porro illam apud auctorem ullum Anselmo Lucensi Episcopo antiquiorem, apud quem exstat lib. 10. cap. 35. in codice MS. sancti Germani Parisiensis, ubi manu antiqua scriptum est in margine: *Apocrifum caput.* Apud Anselmum vero, post ultima verba a Gratiano relata, hæc adduntur in fine epistolæ: *Sed ne Domini constitutio vel jussio cassaretur, &*

& ne tellus a proprio vacaret ornatu, Spiritu sancto restante, posuit terminum constitutio sancta sanctorum. Ait autem præceptio sancta divina: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Posuit enim Dominus terminos causis, ætatibus sæculi finem statuit, compaginibus membrorum hominum posuit numerum. Lex Ecclesiæ regulaque sanctorum cognatio mortalium agnatis atque affinibus terminum reciprocationis instituit. Quod valde metuendum exterminare sancimus; quique exterminare non metuit, catholicus non esse convincitur. Miror autem, epistolam istam non fuisse insertam amplissimæ collectioni Conciliorum, cum illic in tomo quinto pag. 1578. edita sit alia supposititia sancti Gregorii epistola ad Felicem Episcopum Messanensem. Facile enim conjungi ambæ poterant.

36. q. 2. c. 8. Tria legitima. Caput istud adjectum vidi libris Capitularium in veteri codice MS. bibliothecæ regiæ, in altero Oratorii Trecensis, & in tertio nostro. Utrobique autem hanc habet inscriptionem: *De legitimis conjugiis. Hieronymus ait. Tria legitima &c.* Regino quoque lib. 2. cap. 107. istud ipsum refert ex dictis Hieronymi.

Dist. 1. c. 9. Nemo Ecclesiam. De consecratione ostensa donatione. Id est, dote basilicæ per donationem cartulæ confirmata, ut loquitur Concilium Bracharense secundum apud Reginonem lib. 1. cap. 23. Debet autem dos illa sive donatio gestis municipalibus alligari, ut docet sanctus Gregorius lib. 2. Indict. 10. epist. 9. *Percepta primitus donatione legitima gestisque municipalibus alligata.* Donationem illam dotis nomine expressit Zacharias Papa in epistola ad Pipinum Majorem Domus cap. 15. si modo vocula *tot*, quæ nullum heic sensum habet, mutetur in vocem *dote*, ut par est. Hæc sunt enim verba Zachariæ Gregorium describentis, & interpretantis: *Percepta primitus donatione legitima, id est, præstanta tot, gestisque municipalibus allegata.* Nemo enim non videt legendum illic esse *præstante dote.* Vide Notas ad Reginonem pag. 543.

Dist. 1. c. 18. Ecclesiæ. Certum est, hoc caput apud Gratianum citari ex Concilio Meldensi cap. VIII. cum tamen non sit concilii Meldensis canon, sed ex libro primo Capitularium. Error hinc ortus quod Regino lib. 1. cap. 28. citat canonem 63. Meldensem, deinde adfert absque inscriptione constitutionem de Ecclesiis antiquitus constitutis, tum caput istud, cui hæc verba superscripsit: *Cap. LXV.* Hinc Burchardus lib. 3. cap. 10. collegit caput istud sumptum esse ex canone LXV. Concilii Meldensis; sic enim legendum haud dubie apud Burchardum non vero XLV. ut perperam editum est. Scio ita haberi in codice Burchardi Talonico. Sed nihilominus existimo ita rescribendum esse.

Dist. 1. c. 24. De fabrica. Hoc caput apud Burchardum lib. 3. cap. 62. citatur simpliciter ex epistola Vigilii Papæ. In antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus scriptum est: *Item Julius Papa.* In editionibus Democharis, & Contii: *Item Julianus Papa.* Sed in margine ista adnotata sunt: *Vigilius Papa ad Eutherum.* Ex quo Correctores Romani effecerunt inscriptionem istius capitis hoc modo: *Item Vigilius Papa ad Eutherium epist.* 1. c. 4. Revera est Vigilii, ut recte observat Antonius Augustinus in dialogo decimoquarto libri prioris, verum non ex epistola ad Eutherium, sed ex ea, quæ ad Profuturum Bracharensem Episcopum scripta est. Vide quæ supra adnotata a nobis sunt 2. q. 6. c. 12. *Qui se scit.*

Sanctuaria. Id est, reliquias sanctorum sacra pignora. Vide clarissimum virum Antonium Dadinum Alteserram in Notis ad epistolas sancti Gregorii lib. 1. epist. 48. pag. 53.

Lignei sacerdotes. In omnibus antiquis Gratiani exemplaribus, & editionibus ita legitur hic locus: *Quondam sacerdotes non aureis calicibus, sed ligneis utebantur. Zephirinus XVI. Romanus Episcopus patenis vitreis Missas celebrari constituit. Tunc deinde Urbanus XVIII.* in aliis XVII. *Papa omnia misteria sacra fecit argentea.* Fatendum tamen est in Concilio Triburiensi, unde sumptum est hoc caput, tum apud Burchardum lib. 3. cap. 223. & apud Ivonem parte 3. Decreti cap. 282. ita legi, quo modo editum hodie est apud Gratianum. Refert autem hunc locum illustrissimus Cardinalis Baronius ad annum DCCLV. demum addens pulcherrimam hanc gravissimamque sententiam, de Bonifacio Episcopo Moguntino, loquens: *Ita sanctus, cum sui temporis sacerdotum ignaviam deploraret.* Ita etiam Petrus Damiani, vir sanctissimus, in opusculo 31. ad Episcopos Cardinales cap. 6. *Nunquam certe vidisse me memini pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore contectos sicut erant, qui ab Esculano atque Tranensi gestabantur Episcopis. Uterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao præsidente, alter in Lateranensi Ecclesia coram Alexandro, Romanis scilicet Pontificibus, sunt dejecti. Nec eis profuit, quod Pontifices lignei auratis usi sunt baculis, dum sacerdotii meritum non nitor efficiat vestium, sed spiritualium norma virtutum, & non micantia margarita vel gemma, sed mores aurei deceant sacerdotem.* Hinc vetus adagium sive carmen inter Francos, a Vido Coquillio relatum in historia Nivernensi: — Dist. 1. c. 44. Vasa.

Au temps passé du siecle d'or,
Crosse de bois, Evesque d'or.
Maintenant changent les lois,
Crosse d'or, Evesque de bois.

Regino lib 1. cap. 67. citavit hoc caput, ex Concilio Remensi. Vide illic Notas nostras. — Dist. 1. c. 45. Ut calix.

Recte adnotatum est ab eminentis doctrinæ dignitatisque viro Joanne Cardinale Bona lib. 1. rerum liturgicarum cap. 13. caput istud falso tribui Papæ Soteri aut Anacleto. Addit dein- — Dist. 1. c. 61. Hoc quoque.

deinde vir doctissimus optimam, ac verissimam observationem, nimirum Missas solitarias istorum Pontificum ævo non fuisse in Ecclesiæ usu, huncque abusum nonnisi post aliquot secula inter monachos irrepsisse. Vide Reginonem libro 1. cap. 191. & Burchardum libro 3. cap. 68.

Dist. 1. *c.* 64. Missas. Canon iste conditus fuit in Concilio Agathensi, cui præfuit sanctus Cæsarius Episcopus Arelatensis. Exstat inter ejus homilias a nobis editas una, quæ octava est, valde pia, docta, & elegans, de hoc argumento, digna profecto, quæ his nostris temporibus relegatur in conventu Christianorum.

Dist. 1. *c.* 65. Cum ad celebr. UBI EPISCOPUS. In aliquot antiquis Gratiani exemplaribus legitur: *Et si ibi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat a sacerdote.* Antiqua collectio canonum Lugdunensis & Regino lib. 1. cap. 196. habent: *Et ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis*, id est, Episcopi. Nam si Episcopus non adest, populus benedictionem ejus accipere non potest. Postea cum sacerdotis vocabulum vulgo usurpatum est ad significandum Presbyterum, raro ad significandum Episcopum, putarunt, qui postea secuti sunt negationem, in hoc loco deesse, adeoque substituendam. Et tamen canon 26. Concilii primi Aurelianensis, unde sumptum est hoc caput, non habet negationem illam; quæ non exstat etiam in Additione quarta Capitular. cap. 42. ubi descriptus est idem canon. Immo Concilium tertium Aurelianense cap. 29. aperte ostendit, heic per sacerdotem intelligi Episcopum, adeoque tollendam esse negationem. Hæc sunt verba canonis: *De Missis nullus laicorum ante discedat quam dominica dicatur oratio. Et si Episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur.* Refertur autem iisdem omnino verbis iste canon lib. 7. Capitular. cap. 201. Primus ergo negationem adjecit Burchardus lib. 3. cap. 29. *Et si Episcopus defuerit &c.* Fatendum tamen est, eam lectionem reperiri in antiqua collectione canonum edita in tomo undecimo Spicilegii Dacheriani, non quidem in codice nostro, ex quo edita est, sed in regio & Trecensi, ubi sic legitur lib. 2. cap. 95. *Et ubi Episcopus defuerit, benedictionem accipiant sacerdotis.* Verum admonendum illud est, in codice Trecensi, quod multo antiquius est regio, scriptum a primo fuisse *fuerit*, postea syllabam *de* additam fuisse supra lineam ante verbum *fuerit*. In antiquissimo codice Lugdunensi, ubi caput illud positum est in libro tertio, legitur simpliciter *fuerit*, ut in nostro. Vide Concilium Agathense can. 47.

Dist. 1. *c.* 66. Qui die. Adversus impiam illam perditissimorum hominum dementiam, quæ in hoc capite notatur, valide declamat Salvianus Presbyter Massiliensis in libro sexto de gubernatione. Vide notas nostras pag. 402. secundæ editionis.

Dist. 1. *c.* 71. Invenimus. Jam alii observaverunt, hanc epistolam non posse esse Pelagii secundi. Quod confirmari potest ex eo, quod scripta dicitur ad Episcopos Germaniarum atque Galliarum. Nam hæc conjungendarum harum nationum ratio in usu non fuit nisi sub secunda Regum nostrorum stirpe, cum regiones illæ Francorum imperio parerent. Tum vero nihil vulgatius. Acta sancti Albani martyris edita ab Henrico Canisio in tomo quinto lectionis antiquæ pag. 660. ajunt Bonifacio concessum a Gregorio & Zacharia Romanis Pontificibus fuisse *per totam Galliam Germaniamque in omnibus Conciliis & ecclesiasticis conventibus apostolica vice fungi.* Præfatio Concilii apud Theodonis villam habiti anno DCCCXXI. apud Burchardum lib. 6. cap. 5. *cum nuntiis reliquorum Episcoporum Galliæ & Germaniæ.* Decretum Ludovici Pii eodem anno editum in conventu Triburiensi apud eundem Burchardum ibidem: *a primatibus totius Germaniæ & Galliæ.* Infra: *pene omnes Galliæ & Germaniæ principes subscripserunt.* Gregorius IV. epistolam de Aldrico Episcopo Cenomanensi scripsit ad Episcopos per Galliam & Germaniam constitutos. Idem in epistola ad Episcopos regni Francorum apud Agobardum tom. 2. pag. 59. *hæc idcirco diximus, ut noveritis, non vos posse dividere Ecclesiam Gallicanam & Germanicam ab unitate tunicæ, quæ subjacet capicio.* Acta sancti Friderici Episcopi Trajectensis apud Surium die XVIII. Julii: *Porro Germaniæ & Galliæ Episcopi comperta cæde immerita beati Friderici &c.* Walafridus Strabo cap. 28. de rebus ecclesiasticis: *Triduanæ autem Litaniæ, quæ proximis diebus ante Ascensionem Domini annue per omnes Galliarum vel Germaniæ Ecclesias celebrantur, in Galliis sunt constitutæ.* Nicolaus primus in epistola LXIV. ad Theutbergam Reginam in tomo tertio Conciliorum Galliæ pag. 321. *omnes religiosi & clari Galliarum & Germaniæ viri.* Idem in epistola LXVII. Lotharium ibidem pag. 327. *Siquidem cum ad relationem omnium pene qui ex Gallicanis & Germanicis regionibus Romam orationis gratia veniunt &c.* Flodoardus lib. 3. hist. Rem. cap. 21. in commemoratione epistolarum ab Hincmaro Archiepiscopo scriptarum: *Respondit etiam ad capitula quædam regni Francorum Episcopis a Johanne Papa transmissa de privilegiis sedium per capitula VII. quoniam idem Papa nisus fuerat Ansegisum Senonensem Episcopum Primatem constituere, ut apostolica vice per Gallias & Germanias frueretur.* Sumptum illud ex epistola Joannis VIII. ad Episcopos per Gallias & Germanias constitutos, quibus scribit se Ansegiso Senonensis Ecclesiæ Præsuli concessisse, ut vice sua in ecclesiasticis negotiis exercendis frueretur per Gallias & Germanias. Responsio itaque Hincmari, cujus meminit Flodoardus, est epistola ipsius sexta in editione Busæi, XLIV. in editione Sirmondi. In capi-

te

te autem XX. conjunguntur etiam, alia occasione, Germanicæ & Gallicanæ nationes: *In Germanicis & Belgicis ac Gallicanis provinciis omnis religio Christianitatis pene fuit abolita.* Belgicam provinciam miscuit Hincmarus in gratiam suæ provinciæ, quæ una erat ex Belgicis. Ante tempora igitur Bonifacii Moguntini Galliarum & Germaniarum Episcopi non solent conjungi. Unde certo colligitur, epistolam illam Pelagii confictam esse ævo Carolino. Videndus autem eminentissimus Cardinalis Joannes Bona lib. 2. rer. liturgicar. capit. 10.

Dist. 2. c. 13. Quotidie. Regino lib. 1. cap. 194. citat simpliciter *ex definitione ecclesiasticorum dogmatum*, absque nomine auctoris. Heic apud Gratianum tribuitur Augustino, alibi Gennadio Massiliensi. Vide Notas Geverharti Elemenhorsti ad caput 53. editionis ejusdem libri ab eo procuratæ sub nomine Gennadii. Vide etiam epistolam quadragesimam Hincmari Remensis Archiepiscopi.

Dist. 2. c. 21. Omnis. Constitutio ista non exstat inter vulgatos canones synodi Eliberitanæ, videturque esse ex veteri Pœnitentiali aut ex canone quodam Concilii Hibernensis, quod sæpe canones Hibernici laudentur in veteribus libris tanquam ex Concilio Eliberiano. Regino, qui lib. 1. cap. 331. primam partem istius capitis habet, retulit absque nomine auctoris. Burchardus lib. 5. cap. 22. *ex Concilio Elibertano cap. 3.* Idem lib. 19. cap. 155 refert decretum quoddam de eadem materia ex Concilio Elibertano, quod Regino lib. 1. cap. 328. tribuit Concilio Helibernensi, in veteribus vero libris, ut adnotavimus nuper ad hunc locum Reginonis, dicitur esse Concilii Hibernensis.

Dist. 2. c. 28. Si per ebrietatem. Caput illud in veteribus Gratiani libris citatur ex Pœnitentiali Bedæ Presbyteri. Exstat autem in capite duodecimo libri de remediis peccatorum, qui vulgo Bedæ tribuitur. Regino lib. 1. cap. 149. non adfert nomen auctoris, ex quo ipse descripsit. Burchardus lib. 5. cap. 46. refert ex Pœnitentiali Bedæ.

Dist. 2. c. 29. Pervenit. Heic & apud Reginonem lib. 1. cap. 120. & apud Burchardum lib. 5. cap. 30. citatur ex Concilio Remensi. Vide Notas ad Reginonem pag. 554.

Ad offer. infirmis. Vide rursum Notas ad Reginonem pag. 537.

Dist. 2. c. 30. Sacerdotum. Vide eruditissimum virum Franciscum de Roye Antecessorem Andegavensem in tractatu de juribus honorificis in Ecclesia capit. 3. pag. 10.

Dist. 2. c. 31. Institutio. Sumptum est istud ex Concilio Gerundensi, ut inscriptio indicat. Notandum autem est discrimen, quod Romani Correctores admonent esse in editionibus hujus capitis. Nam apud Gratianum legitur *in omnibus provinciis*, & apud Burchardum & Ivonem *in omnibus comprovincialibus Ecclesiis*: quod melius est. Nam in Concilio ipso legitur *in Tarraconensi provincia*. Synodi enim provincialis auctoritas non egreditur extra provinciam. In antiqua collectione canonum Lugduonensi legitur: *ita in Dei nomine Terraconensis provinciæ tam ipsius Missæ ordo &c.*

Dist. 2. c. 32. Presbyter. Regino lib. 1. cap. 69. caput illud citat *ex Capitulis synodalibus*, id est, ex libro primo Capitularium. Duplex quippe Capitulorum regiorum genus erat. Alia enim erant regia simpliciter, id est, in concilio Principis inventa & statuta. Alia vero erant synodalia regia sane; sed in synodis facta, & ut plurimum de rebus ecclesiasticis. Vide Notas ad Reginonem pag. 542.

Infirmatus. Recte admonent Correctores Romani, post ista addi apud Burchardum & Ivonem & in Capitularibus *aut parvulus infirmus fuerit*. Vide Notas ad Regionem pag. 551.

Dist. 3. c. 1. Pronuntiandum. Assumptio S. Mariæ. De hac festivitate nihil decreverat Carolus Magnus cum festivitates recte enumeraret, quæ per omnia venerari debent in anno. Cum enim ceteras nominasset lib. 1. Capitularium cap. 164. demum addit: *De adsumptione sanctæ Mariæ interrogandum relinquimus.* Deinde ista quoque festivitas addita est aliis, ut patet ex lib. 2. Capitular. cap. 35. & lib. 6. cap. 186. Ex Capitularibus descripsit etiam Regino lib. 1. c. 377. Magnum inter Canonicos Ecclesiæ Parisiensis his diebus certamen fuit de hoc festo propter verba Usuardi, qui dormitionem sanctæ Dei genitricis Mariæ simpliciter vocat, ab assumptionis nomine abstinet. Meum non est componere hanc litem. Adferam tantum insignem locum ex vetustissimo libro homiliarum Ecclesiæ Lugdunensis, cujus auctor ignoratur. Videtur autem tribui debere Paulo Diacono aut Smaragdo. In codice itaque illo post recitatam in festo assumptionis sanctæ Mariæ homiliam in illud ex evangelio secundum Lucam, *intravit Jesus in quoddam castellum*, auctor homiliæ ista addit in fine: *Succincte evangelica lectione tractata, dicendum breviter quid hæc eadem lectio ad beatam Dei genitricem conveniat. Cum enim tota eu duabus sororibus Deo devotissimis constet, tamen in fine sui non incelebrem immo præcipuam de Beata Dei genitrice sententiam continet, ubi dicitur*: Maria optimam partem elegit. *Cum enim sancta Ecclesia tribus fidelium gradibus constet, conjugatorum scilicet, continentum, & virginum, beata profecto Dei genetrix, cujus hodie solemnia celebramus, optimam partem elegit, cui datum est, & de intemerata virginitate, & de prolis gaudere fœcunditate, quæ simul, & virgo materque esse promeruit. Dicamus ergo, immo incunctanter dicamus, quia Maria optimam partem elegit. Ferunt enim quidam codices, quod hodierna die a filio suo Domino Jesu Christo in cœlestibus fuerit provecta palatiis. Quod quia a beato Hieronymo in epistola, quam ad Paulam scripsit, apocryphum asseveratur, minus fiden-

fidenter a catholico sensu recipitur. Sit ergo illud necne, not tamen debemus credere eam filio suo in cœlestibus conregnare. Jam ergo ad eam vota nostra precesque convertamus. Rogemus eam, ut pro nobis apud pietatem filii sui intervenire dignetur. Flodardus lib. 3. historiæ Remensis cap. 5. enumerans res præclare gestas ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo, hæc ait inter cetera: *Libellum quoque de ortu sanctæ Dei genitricis Mariæ, sed & sermonem beati Hieronymi de ipsius Dominæ Assumptione scribi fecit.*

Dist. 3. c. 20. Aquam.

Remedius Curiensis cap. 24. & Regino lib. 1. cap. 210. citant etiam ex epistola Alexandri Papæ.

Dist. 4. c. 25. Romanus.

Caput istud est pars capitis *Si quis per ignorantiam.* 1. q. 1. c. 59. ubi vide quæ dicta illic a nobis sunt.

Dist. 4. c. 44. Ab antiqua.

Inscriptio istius capitis hæc est in antiquis Gratiani exemplaribus, & in editione Veneta: *Gregorius Quirico Episcopo, & ceteris in Hibernia Episcopis.* nisi quod codex regius *Quirino* habet pro *Quirico*. Editio prima Moguntina non legit *Hibernia*, sed *Yberia*: & quidem rectius. Nam ita prorsus scriptum est in antiquissimo epistolarum sancti Gregorii libro manuscripto in bibliotheca regia: *Gregorius Quirio Episcopo, & ceteris Episcopis in Iberia.* Vide Antonium Augustinum pag. 35. & Marcam in Notis ad Concilium Claromontanum pag. 327. editionis nostræ. Falluntur autem, ut ego arbitror, qui istius epistolæ mentionem fieri putant a Paulo Diacono in libro tertio de gestis Longobardor. c. 10. Agitur enim illic de epistola Pelagii.

Dist. 4. c. 94. Plerique.

Sisemundi. In antiquis Gratiani exemplaribus Regio, Sangermanensi, recentiore Victorino, & duabus editionibus Moguntina, & Veneta, scriptum est *Sisemondum*, in Colbertino *Semandum*, in Victorino vetere *Sisemundum*. Legendum est *Sisenandum*, ut recte monet Antonius Augustinus pag. 36. & 37.

Dist. 4. c. 104. Monachi.

Vide Antonium Augustinum pag. 138. & ibi Notas nostras. Vide etiam quæ in hoc loco observantur a Correctoribus Romanis.

Dist. 4. c. 118. Eos quos.

Pueris autem. Cujacius ad titulum Decretalium de dispensatione impuberum cap. 3. admonet hunc locum, qui valde depravatus est apud Gratianum, ita legi debere: *Pueris autem, quibus, quod adhuc investes sint, a puritate vocabulum est.* Apud Burchardum sane lib. 4. cap. 99. legitur: *Pueris autem, quibus, quod adhuc investes sunt, a puritate vocabulum est.* At in codice Talonii paulo aliter legitur, sed tamen eodem sensu: *Pueris autem, quibus, qui adhuc investes sunt, a puritate vocati sunt.* Vide illustrissimum virum Franciscum Bosquetum Episcopum Monspeliensem in Notis ad epistolas Innocentii III. pag. 151.

Impuberes. Ita recentior codex Victorinus & antiquæ editiones Moguntina, & Veneta. Ceteri habent *imberbes*.

Dist. 4. c. 123. Presbyteri.

Sumptum est hoc caput ex canone 36. Concilii quarti Carthaginensis. Burchardus tamen lib. 4. cap. 76. citat ex Concilio apud Valentias, pessimo more. Vide Notas ad Reginonem pag. 553.

Dist. 4. c. 152. Placuit.

Titulus hujus capitis in antiquis Gratiani libris, & editionibus præfert heic nomen Anselmi Romanæ Ecclesiæ Legati, nisi quod in codice regio vocatur Aricelinus. Reponendum haud dubie est Aselli nomen, qui per ea tempora Legatus Romanæ Ecclesiæ fuit in Africa. Vide Antonium Augustinum pag. 24.

Dist. 5. c. 34. In omnibus.

Caput istud sic inscriptum est in veteribus Gratiani libris: *In libro quinto Capitularium.* Sumptum est autem ex canone nono Concilii Moguntiaci sub Carolo Magno, onde descriptum est in libro quinto Capitularium c. 115. Canonicorum Clericorum mentio etiam in canone undecimo Concilii tertii Aurelianensis.

Dist. 5. c. 35. Nullus.

Sumptum est hoc caput ex Capitulis Hincmari Remensis Archiepiscopi tit. 1. cap. 14. Vide Reginonem lib. 1. c. 213.

Turpia joca. Cicero lib. 14. epist. 14. ad Atticum: *Joca tua plena facetiarum de hæresi Vestorina, & de Pheriorum more. Puteolano risisse me satis nihil est necesse rescribere.* Quo loco vide Notas clarissimi, & erudissimi conterranei mei Simeonis Bosii. Ælius Spartianus in vita Adriani: *Joca ejus plurima extant.* Julius Capitolinus in vita Antonii Pii: *Omuli multa joca semper patienter accepit.* Vide Notas ad Reginonem pag. 537.

Cum urso. Vide Notas ad Reginonem pag. 564.

Larvas dæmonum. In Capitulis Hincmari, unde sumptum fuisse diximus hoc caput, & apud Reginonem, tum etiam apud Burchardum lib. 2. cap. 161. post hæc verba sequitur, *quas vulgo talamascas dicunt.* Vide Notas ad Reginonem pag. 564.

Dist. 5. c. 37. Non oportet.

Gratianus hoc caput citat ex Concilio Laudicensi, ubi exstat. Regino autem lib. 1. cap. 507. & Burchardus lib. 2. cap. 135. ex decretis Martini Papæ, id est, Martini Bracharensis, apud quem inventum etiam est. Vide Cujacium ad titulum Decretalium de vita, & honestate Clericorum cap. 12.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE QUIBUSDAM VETERIBUS

CANONUM ECCLESIASTICORUM COLLECTORIBUS

JUDICIUM, AC CENSURA.

AD LECTOREM.

*Quæ verba nullam habent adjunctam notam, ea sunt Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis: quæ vero habent ejusmodi *, ea sunt eorum Virorum, quorum testimonia ab eodem afferuntur. Cætera, diverso * typorum genere descripta, ab Antonio Augustino, Tarraconensis ex Fr. nepote, adjecta sunt.*

* Typis Cursivis. *

AN-

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE QUIBUSDAM VETERIBUS

CANONUM ECCLESIASTICORUM COLLECTORIBUS

JUDICIUM, AC CENSURA.

CAPUT I.

De S. Clemente martyre.



Atthæus monachus initio Nomocanonis de conciliis, & sacris scriptoribus, qui canones ediderunt: „ Clemens Papa Romanus edidit LXXV. canones, qui „ Apostolorum dicuntur. „ (*Vide Apostolorum canones, de quibus jam* „ (a) *plura diximus*) sub Trajano passus est “. *Libro priori de emendatione Gratiani dial. VI. Clementis hujus libros Apostolicarum institutionum Auctor fontes dicit canonum Apostolorum.*

CAPUT II.

De S. Cypriano martyre.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Cyprianus edidit synodum Carthaginensem de baptizandis hæreticis: sub Decio passus est “. *Atque certum est damnatam hanc synodum a Cornelio fuisse. De pœnitentiis etiam multa Cyprianus in libro de lapsis. Vide Auctoris præfationes ad antiquas decretalium collectiones, & ad canones pœnitentiales.*

CAPUT III.

De S. Dionysio Alexandrino martyre.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Dionysius martyr eodem tempore ad „ quendam Basilidem de diversis capitulis scripsit, & ut canones Ecclesia ejus universa observat. Fuit Dionysius Origenis discipulus anno quarto Philippi Imperatoris, qui Gordiano „ successit & successit ipse Heraclæ XIII. Episcopo Alexandriæ, & sedit * anno XVII. ex „ quibus tres Philippi, unus Decii, unus Galli, & Volusiani Decii filii, XII. Valeriani „ & Galeni filii ejusdem Valeriani, qui fuerunt XV. annis Imperatores, & passus est „ martyrium pro Christo “. Hic Basilides Episcopus fuit cujusdam parœciæ Pentapoleos in Libya, ut scribit Eusebius in VI. & VII. Ecclesiasticæ historiæ.

* annos f.

Joannes Zonara: „ Interpretatio epistulæ „ B. Dionysii Archiepiscopi Alexandrini ad „ Basilidem Episcopum, qui de diversis capitulis interrogaverat, & responsa canonum „ vim obtinent; canones IV. “.

Theodorus Balsamon totidem verbis usque ad verbum EPISCOPUM: „ canones IV. “

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Episcopus XIII. Heracleas annis 46. XIV. Dionysius expulsus ab Imperatore Valeriano anno 17. XV. Maximianus annis 8. “

Hujus meminit Auctor in utraque illa præfatione. Epistulam hic citatam invenies tom. 3. biblioth. Patrum col. 73. & D. Hieronymi de hoc sancto viro encomium.

CAPUT IV.

De S. Gregorio admirabili.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Beati „ Gregorii Thaumaturgi epistula exstat „ divisa in canones XII. hic interfuit in concilio Antiocheno adversus Paulum Samosatenum tamquam Neocesariensis Episcopus; „ de eo multa Gregorius Episcopus Nysses. “

Joannes Zonara: „ interpretatio epistulæ „ canonicæ B. Gregorii Thaumaturgi de his, „ qui captivi idolothyta comederunt, & de „ aliis criminibus, canones XII. “.

Theod. Balsamon totidem verbis, sed addit NEOCÆSARIENSIS & CANONES XI.

Alexius Aristenus appellat etiam NEOCÆSARIENSEM & CANONES XIII.

Inter ejus opera nunc recens Moguntiæ edita exstat epist. hic citata: & in 3. tom. biblioth. Patrum col. 283. ultimum ejus caput excussit Auctor noster in libro canonum pœniten-

(a) In Apparatu ad primam partem Epitomes Juris Pontificii veteris, ubi de Canonibus Apostolorum differit Antonius Augustinus Augustini ex Fratre nepos.

nitentialium; & meminit hujus ſancti in utraque præfatione citata. Sed quis tantum virum non laudet, non admiretur? vide in initio ſuorum editorum operum ſanctos patres, qui eum ſummopere commendant.

CAPUT V.

De S. Petro Alexandrino.

MAtthæus monachus, ut ſupra: „ Poſt „ beatum Dionyſium, qui fuit XIV. „ Alexandriæ Epiſcopus, Theonas ſucceſſit, „ poſt quem Maximus, poſt Maximum Pe- „ trus martyr. Hujus feruntur canones XIV. „ ex ſermone de pœnitentia; de his, qui tem- „ pore perſecutionis lapſi ſunt, quo pacto pœ- „ nitentes ſuſcipi debeant; item ex ſermone „ de ſancto paſchate. Paſſus eſt pro Chriſto „ ſub Diocletiano, qui fuit quintus ab Aure- „ liano, poſt annos 15.“

Joannes Zonara: „ Interpretatio ſancti Pe- „ tri Archiepiſcopi Alexandr. & martyris ex „ ſermone de pœnitentia, de his, qui in per- „ ſecutione lapſi ſunt, pœnitentibus canones „ XIV. Item ex ſermone de paſchate canon „ ſingularis“.

Theod. Balſamon eadem; CANONES XV. omittit de paſchate titulum.

Alexius Ariſtenus CANONES XIV. & omittit titulos de pœnitentia, & de paſchate.

Nicephorus CP. Epiſcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Epiſcopus XIV. Dionyſius „ expulſus ab Imperatore Valeriano anno 17. „ XV. Maximianus ann. 8. XVI. Theonas „ ann. 19. XVII. Petrus martyr ann. II. Ha- „ ctenus ex diverſis gentibus. Poſt Conſtanti- „ num XVIII. Achillas ann. 1. “

Hujus, ſicut & cæterorum, de quibus hactenus diximus, meminit Auctor in utraque prædicta præfatione, ut concilio Nicæno antiquiorum.

CAPUT VI.

De Athanaſio Alexandrino.

MAtthæus monachus, ut ſupra: „ Sunt „ quoque ex Athanaſio Magno Alexan- „ drino præclaræ voces in his libris. Interfuit „ is Nicænæ ſynodo: & non multo poſt ſuc- „ ceſſit Alexandro Antiſtiti. Nam poſt B. Pe- „ trum martyrem Achillas ſuffectus eſt, huic „ Alexander ſucceſſit. Victoriis autem Atha- „ naſii plena ſunt omnia terrarum, ac marium „ ſpatia, ita multis certaminibus contendit „ pro Chriſto “.

Joannes Zonara: „ Interpretatio epiſtulæ „ B. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini ad „ Amun monachum, ſine ulla canonum di- „ viſione. Item ex ejuſdem 39. epiſtula feſtiva „ cap. 1. Item ex ejuſdem epiſtula ad Rufinia- „ num Epiſcopum cap. 1. “

Theodoſius Balſamon totidem verbis.

Socrates libro 7. cap. 36. & lib 4. cap. 20. hiſtor. Eccleſ.

Hiſtor. Tripart. libro 7. cap. 36. & 37. „ Athanaſius, conſulatu Gratiani II. & Probi, „ mortuus eſt. Sedit annos 46. ſucceſſit Pe- „ trus“. Vide de eo lib. 4. & ſeq.

Nicephorus CP. Epiſcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Epiſcopus XVIII. Achillas „ anno 1. XIX. Alexander, qui fuit in prima „ ſynodo anno 23. XX. Athanaſius ſæpe expul- „ ſus ab Arrianis, cui primum ejecto ſuffece- „ runt Gregorium. Hic XXI. fuit, expulſus „ eſt a Conſtantio, & reſtitutus Athanaſius „ XXII. Gregorius Cappadox dejecto Athana- „ ſio anno.... Athanaſius tertio, itemque „ quarto, omnes ſimul anni Athanaſii 46. „ XXIII. Petrus expulſus a Valente ann. 1. “

Vide in initio ſuorum operum multos patres graviter laudes numerantes. Auctor meminit ejus in utraque præfatione.

CAPUT VII.

De Baſilio Magno.

MAtthæus monachus, ut ſupra: „ Multis „ verbis laudatur Baſilius, cujus cano- „ nicæ epiſtulæ tres ad ſanctum Amphilochium „ Epiſcopum Iconii, quæ dividuntur in cano- „ nes LXXXIV. & alia variis de rebus “.

Joannes Zonara: „ Interpretatio epiſtulæ ca- „ nonicæ ſancti magni patris Baſilii Archie- „ piſcopi Cæſareæ in Cappadocia ad S. Am- „ philochium Epiſcopum Iconii, quæ Phry- „ giæ metropolis eſt, canones XVI. altera ad „ eundem incipit a canone XVII. ad quin- „ quageſimum; tertia a quinquageſimo primo „ ad octuageſimum quartum: quarta ad eun- „ dem, LXXXIV. capita continet de cibis „ variis. Poſtea ex ejuſdem epiſtula ad Dio- „ dorum Tharſenſem Epiſcopum, ut ne quis „ duas ſorores ducat. Item alia epiſtula ad Gre- „ gorium presbyterum, ut non habitet cum „ uxore. Item ad Chorepiſcopos, ne ordinent „ miniſtros Eccleſiæ. Item ad ſuos Epiſcopos, „ ne pecunia accepta ordines faciant. Item ex „ cap. 27. de ſancto Spiritu ad B. Amphilo- „ chium. Item ex cap. 29. ejuſdem libri “.

Theodorus Balſamon eadem dicit: „ tres e- „ piſtulas conjungit in canones 85. quarta eſt „ cap. 86. quinta ad Diodorum, incipit a cap. „ 87. ejus finis eſt cap. 88. ſexta ad Gregorium „ cap. 89. ſeptima ad Chorepiſcopos cap. 90. „ octava ad Epiſcopos cap. 91. Alia ſumpta ex „ lib. de ſancto Spiritu ſunt cap. 92. & 93. “

In omnium manibus ejus admiranda opera feruntur: & in eis ſunt citatæ epiſtulæ; aliter tamen in capita diviſæ: cum in prima inveniantur quinquaginta capita, triginta quatuor in ſecunda; reliquæ in capita non ſecantur. Ejus meminit Auctor in utraque præfatione; ſicut & ejus fratris ſanctiſſimi, de quo nunc dicendum.

CAPUT VIII.

De Gregorio Nyſſeno.

MAtthæus monachus, ut ſupra: „ Baſilii „ frater fuit Gregorius Nyſſæ Epiſco- „ pus;

pus: ex ejus canonica epistula ad Letojum Episcopum Melitenes, sumpta sunt quædam. ".

Joannes Zonara: „ Interpretatio canonicæ epistulæ S. Gregorii Episcopi Nyssæ ad B. Letojum Episcopum Melitenes canones 8. "
Theodosius Balsamon totidem verbis.

Hæc ad Letojum epistula est in 2. tomo suorum operum. In bibliotheca patrum est in 3. tomo collect. 61. aliaque ejus opera ibi adduntur. Eandem edidit Auctor inter canones pœnitentiales cum notis,

CAPUT IX.

De Timotheo Alexandrino

MAtthæus monachus, ut supra: „ Timothei Alexandrini canones XV. qui ex responsis ejus constituti sunt. Nam cum magnus Athanasius Alexandrina sede exturbatus est ab Arianis, Gregorius Cappadox Arianus sedem occupavit; is justo judicio damnatus, & iterum Athanasius reversus est. Huic Petrus successit orthodoxus, quo a Valente expulso, Lucius Arianus sufficitur. Lucio ejecto (sive mortuo) Petrus rediit. Post Petrum Timotheus sedere cœpit anno 4. Theodosii magni, & interfuit universali concilio CP. Huic post septem annos successit Theophilus ".

Joannes Zonara: „ Interpretatio responsorum canonicorum Timothei sanctissimi Episcopi Alexandriæ, qui unus fuit ex CL. patribus synodi CP. ad varia Episcoporum, & clericorum interrogata, cap. 18. "

Theod. Balsamon totidem verbis excepta mentione synodi CP.

Alexius Aristenus: „ Timothei Alexandrini unius ex CL. patribus CP. adversus Macedonium congregatis, cui successit Theophilus, canon. XV. "

Socrates lib. 9. cap. 22. hist. tripart. „ Consulatu Arcadii Aug. primo, & Baudonis, defuncto Timotheo Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo, Theophilus successit ".

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Episcopus XXIII. Petrus, expulsus a Valente anno primo XXIV. Lucius Arianus anno 5. XXV. Petrus iterum ann. 1. XXVI. Timotheus, qui in secunda synodo fuit ann. 8. XXVII. Theophilus annis 28. "

Ejus xviii. responsa reperies in VI. Tomo Bibliothecæ Patrum, & auctores, qui de eo agunt. Socium, & successorem Athanasii eum facit Rufinus in lib. 1. histor. Eccl. cap. 17. Vide eundem lib. cap. 21. Socrat. lib. 4. cap. 37. lib. 5. cap. 8. & 12. Sozomen. lib. 6. cap. 29. & lib. 7. cap. 7. & 9. Ejus meminit Auctor in præfationibus citatis.

CAPUT X.

De Theophilo Alexandrino.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Timotheo Alexandriæ Episcopo successit Theophilus, cujus epistulæ duæ, canones duo exstant. Ei Cyrillus successit fratris filius ".

Joann. Zonara: „ Interpretatio sermonis Theophili Archiepiscopi Alexandrini in theophaniis de suggestione Ammonis, de gestis in Lyco Ægypti regione, can. 10. Item ad Aphyrigium de catharis nuncupatis. Item ad Agathum Episcopum. Item ad Mennam Episcopum ".

Theodos. Balsamon brevius: „ canones omnes, XIII. "

Alexius Aristenus CANONES XIV.

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Episcopus XXVI. Timotheus, qui in secunda synodo fuit anno 8. XXVII. Theophilus ann. 28. XXVIII. Cyrillus ".

Socrates lib. 7. cap. 7. hist. Eccles. „ Theophilus lethargico morbo mortuus est, Honorio IX. & Theodosio V. Cos. 15. Oct. tertio post mortem die Cyrillus fratris filius sufficitur ".

Ejus epistulæ referuntur 3. tom. biblioth. patrum col. 496. ubi sunt auctores, qui de eodem agunt. Vide etiam Niceph. Calist. lib. 11. cap. 34. in fin. lib. 12. cap. 10. 12. 24. Tri-Part. lib. 9. cap. 44. in fin. 22. 26. lib. 10. c. 7. 10. 13. 14. Verba relata ab Auctore sunt lib. 12. cap. 9. paulo aliter: „ Defuncto Theophilo morbo letargico consulatu Honorii IX. & Theodosii V. Cos. 15. Octob. die tertio mortis Theophili Cyrillus ordinatur Episcopus ". *In margine* ANNO DOMINI. *CDIV.*

CAPUT XI.

De Cyrillo Alexandrino.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Theophilo successit Cyrillus fratris filius, cujus exstant epistulæ duæ in VII. canones divisæ ".

Joannes Zonara: „ Interpretatio epistulæ canonicæ sancti patris Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini ad Domnum canones tres.

Theod. Balsamon totidem verbis. Additur canon quartus ex epistula ejusdem ad Episcopos Libyæ.

Alexius Aristenus: „ Sancti Cyrilli Alexandrini ad Domnum can. 3. Ad Episcopos Libyæ, & Pentapoleos duo. Ad Maximum diaconum unus. Ad Gennadium Archimandritam unus, simul omnes VII. "

Theodorit. lib. 10. cap. 25. histor. tripart. „ Cyrillus Theophili * consobrinus Alexandrinum suscepit post patruum Episcopatum ".

* fratris filius Th.

Idem lib. 5. cap. 35. histor. Ecclesiasticæ.

Nicephorus monach. in hist. eccl. post tripart.

part. „ Septimo Theodosii ann. mortuo Theophilo Alexandrino Cyrillus consobrinus ejus sufficitur “. Idem Anastas. Biblioth.)

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis: „ Alexandrinorum Episcopus XXVII. Theophilus ann. 28. XXVIII. Cyrillus, qui Ephesi in priori synodo fuit contra impium Nestorium ann. 32. XXIX. Dioscorus “.

Socrates lib. 7. cap. 7. hist. eccl. & XI. Tripart. cap. 7. „ Theophilus letargico morbo mortuus est. Honorio IX. & Theodosio V. Cos. 15. Octob. tertia die electus est Cyrillus fratris filius Theophili “.

Ejus epistulæ sunt inter opera ejus evulgata: ubi & reliqui, qui de eo scripserunt, & in 3. tomo bibliothecæ Patrum col. 555.

CAPUT XII.

De Gennadio Constantinop.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Leonis Imperatoris, qui post Marcianum fuit anno X. beatus Gennadius sedem CP. ascendit post Anatolium, sedit annos 14. exstat ejus epistula ad synodum Rom. omne scelus superare pecunia accepta ordines conferre “.

Joannes Zonara: „ Encyclicæ epistulæ Gennadii Patriarchæ CP. & synodi ad omnes Metropolitanos, & ad Papam Romanum subscripserunt Episcopi LXXIII. “

Alexius Aristenus: „ Gennadii CP. & synodi ab eo coactæ “.

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis: „ Constantinopol. Episcopus. XL. Flavianus presbyter CP. ann. 1. mens. 10. Hoc dejecto a Dioscoro in insidiosa synodo Ephesi, XLI. Sufficitur Anatolius presbyter, & a responsis Dioscori ann. 8. mens. 8. XLII. Gennadius presbyter CP. ann. 13. mens. 2. XLIII. Acacius presbyter, curator pupillorum, hæreticus ann. 17. mens. 9. “

Ejus meminit Auctor in præfatione ad Canones Pœnitent. ut prædictis posterioris.

CAPUT XIII.

De Joanne Chrysostomo Constantinop.

THeodoret. lib. 10. cap. 18. histor. tripart. „ Joannes in desertum Armeniæ Cucuson destinatus, inde ad Pityuntem, ubi fines sunt Ponti, & Imperii Romani “. Sozomenus: „ Ajunt, Joannem, cum in exilium duceretur, vidisse dicitur Basiliscum martyrem Comanis, eum mortis suæ diem prædicentem; illic mortuus est “.

Socrates 14. „ * Septemb. lib. 6. cap. 21. vel 19. histor. Eccl. in Cumanis Euxini Ponti “. (* Novemb. Gr.)

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis; „ Constantinop. Episcopus XXXII. Nectarius axiomaticus (hoc est, ex optimatibus, sive purpuratis Imp.) a patribus CL. simul baptizatur, & ordinatur. Sedit ann. 16. menses 3. XXXIII. Joannes presbyter Antiochiæ, cognomento Chrysostomus ann. 5. mens. 6. XXXIV. Joanne * expulso Arsacius presbyter Nectarii frater ann. 2. “ (* exterminato)

Socrates lib. 6. cap. 2. hist. Eccl. „ Nectarius CP. mortuus est, Cæsario & Attico Coss. 27. Septemb. Joannes presbyter Antiochiæ electus est, Arcadio Imp. consentiente. Sed Theophilus Alexandrinus studebat, Isidorum presbyterum fieri: metu accusationis destitit, 26. Februarii consecratur. Honorio Romæ, Eutychiano CP. Coss. “ *Eadem fere Sozomen. lib. 8. cap. 2. histor. Eccles.*

Idem Socrat. cap. 3. „ Erat Joannes Antiochenus ex Coële Syria Secundi, & Anthusæ filius nobili genere, Libanii Sophistæ discipulus, & Andragathii philosophi. Evagrium condiscipulum in quiete vitæ imitatus, lectionibus sacris operam dedit. Idem ut facerent, suasit Theodoro, & Maximo condiscipulis, quorum alter Mopsuestiæ in Cilicia, alter Seleuciæ in Isauria Episcopus fuit. Habuerunt monasticæ disciplinæ institutores Diodorum, & Carterium. Fuit Diodorus postea Tarsi Episcopus, & scriptor multorum librorum piorum. Degebat Joannes cum Basilio Diacono a Meletio ordinato, qui postea fuit Cæsareæ Cappadociæ Episcopus: Zenon Episcopus reversus ex Hierosolymis lectorem Antiochiæ Joannem fecit. Mox a Meletio Diaconus ordinatus est, multa scripsit. Ab Evagrio Paulini successore presbyter ordinatus “. *Socrates lib. 6. c. 19.* „ Joannes pulsus in exilium Comanis ad Pontum Euxinum sitis. Exivit e vita XVIII. Kalend. Decembris ad VII. consulatum Honorii, & Theodosii II. “ *Eadem dixit c. 2. & 3.*

Marcellinus Comes: „ Joannes Antiochiæ natus, ibique a Meletio Episcopo, & confessore lector Ecclesiæ ordinatus, per singulos officii gradus ascendit. Diaconus per quinquennium divinos edidit libros, presbyter 12. ann. plures confecit. Constantinopoli in locum Nectarii suffectus est indict. II. Honorio IV. & Eutychiano Coss. plura volumina superioribus addidit; habuit inimicos Theophilum Alexandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Beroënsem, Antiochum Ptolemacensem, * Everianum Gabalensem, & Severianum Caldonensem “. (* Severi.) (Calcedonensem scribo.) *Hujus Comitis chronicon exstat VII. lib. bibliothecæ Patrum ad finem, post* CALDONENSEM *addit: „ Ob statuam Eudoxiæ in exilium missum in Cussum oppidum; post annum in Comanam villam in regione Pontica, ubi mortuus, & sepultus in atrio Basilici Episcopi, & martyris. Honorio VI. Aristene Coss. “ Plura in initio suorum operum. In præfat. ad antiquas collectiones Auctor eum nominat.*

CA-

CAPUT XIV.

De Tarasio Constantinop.

MAtthæus monachus, ut supra: „ Tarasius CP. ad Hadrianum Papam Romanum multis sacræ scripturæ testimoniis docet, maximum scelus esse, pecunias accipere ordinantem clericos “.

Joannes Zonara: „ Interpretatio epistulæ Tarasii sanctissimi Patriarchæ CP. novæ Romæ ad Hadrianum Papam veteris Romæ, vt non fiant ob pecuniam ordinationes “.

Theodorus Balsamon totidem verbis.

Alexius Aristenus: „ Tarasii CP. Hadriano Romæ “.

Nicephorus CP. Episcopus in chronico: „ Constantinopolitanus Episcopus LXXV. Paulus Cyprius diaconus orthodoxus, & confessor ann. 5. mens. 6. LXXVI. Tarasius a secretis ann. 21. dies 2. LXXVII. Nicephorus a secretis monachus factus expulsus ab Imperatore Leonte Armenio impio ann. IX. “ *De eo multa in actis concilii Nicæni II. VII. synodo gener. Meminit ejus Auctor in præfatione ad Canones Pœnitentiales.*

CAPUT XV.

De Martino Bracarense Archiepiscopo.

ISidorus Hispalensis Archiepiscopus in libro de viris illustribus cap. 22. „ Martinus Dumiensis monasterii sanctissimus Pontifex ex orientis partibus navigans * Galatiam venit, ibique universis ab Arriana impietate ad fidem catholicam conversis, Suevorum populis regulam fidei, & religionis constituit, Ecclesias informavit; monasteria condidit, copiosaque præcepta piæ institutionis composuit. Cujus quidem ego legi librum de differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen epistularum, in quibus hortatur vitæ emendationem, &c. Floruit regnante Theudomiro Rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in republica & Athanagildus in Hispaniis Imperium tenuere “. *Eadem fere verba repetit in chronico Gothorum, Wandalorum, & Suevorum, agens de Theudomiro Rege, ubi commendatur ut clarus omni virtute, maxime orationis instantia, & eleemosynarum largitione. Opus de differentiis quatuor virtutum est tom. 5. Biblioth. Patrum: Vide ejus lib. de viris illustribus cap. 22. & 35.*

* in Galæciam.

Gregorius Turonensis Archiepiscopus lib. 5. cap. 37. hist. „ Hoc tempore & B. Martinus Galliciensis Episcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum. Nam hic Panoniæ ortus fuit, & exinde ad visitanda loca sancta in Orientem properans, in tantum se literis imbuit, ut nulli secundus suis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, ubi cum B. Martini reliquiæ portarentur, Episcopus ordinatur. In quo sacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus migravit ad Dominum: Versiculos, qui super ostium sunt a parte meridiana in basilica S. Martini, ipse composuit “. *Vide eum etiam libro 1. de miraculis S. Martini cap. 11.*

Aimoinus de gestis Francorum lib. 3. cap. 38. vel 39. „ Ea tempestate B. Martinus Galliciensis migravit ad Dominum. Hic Pannonia oriundus loca sancta in oriente circumiens abunde se illis litteris imbuit, & Galliciam revertens, in basilica, quæ prima apud Hispanos in honore S. Martini dedicata est, Pontifex ordinatus, triginta in hoc officio explevit annos. Anno septimo Childeberti Regis, qui fuit vigesimus primus Chilperici, atque Guntranni stella cometes visa est in die sancto paschæ “.

Joannes Trittenhemius de scriptoribus Ecclesiasticis: „ Martinus Episcopus Dumiensis cœnobii rector quondam, & Abbas, vir tam in divinis scripturis, quam in sæcularibus literis eruditus, veniens a partibus orientis in Galliam Suevorum populum doctrina, & miraculis ab Arriana impietate ad rectam fidem convertit. Regulas orthodoxæ fidei constituit, monasteria condidit, Ecclesias reformavit. Scripsit ad Mironem Regem Galliciæ, De quatuor virtutibus Cardinalibus: Formulam honestæ vitæ: Epistularum librum plenum cultura virtutum. Claruit sub Theudómiro Rege Suevorum, & Justiniano Imp. CP. anno DXL. “

Idem lib. 2. cap. 13. de viris illustribus ordinis S. Benedicti: „ Martinus ex Abbate Dumiensis Cœnobii Episcopus Galliarum, &c. claruit anno DCL. “

Ex concilio Bracarense II. in princip. „ Regnante D. N. Jesu Christo currente æra DCX. anno 2. Regis Ariamiri. 18. Kalend. Januar. &c. Martinus Bracarensis Ecclesiæ Episcopus dixit, &c. “

Et in fine: „ Martinus Bracarensis Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus his gestis subscripsi “.

De capitulis LXXXV. excerptis ex Orientis conciliis a Martino Bracarensi.

PRæfatio sancti Martini Bracarensis Episcopi in librum capitulorum ex græcorum synodis collectorum: „ Nigesio Episcopo, vel universo concilio Lucensis Ecclesiæ Martinus Episcopus “.

„ Canones sancti, qui in partibus orientis ab antiquis patribus constituti sunt, Græco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est, ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam; simulque & illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant; & propterea in ipsis canonibus aliqua sim-

pli-

„ plicioribus videantur obscura, ideo visum est, ut cum omni diligentia, & ea, quæ per translatores obscurius dicta suot, & ea, quæ per scriptores sunt immutata, simplicius & emendatius restaurarem id primum observans, ut illa, quæ ad Episcopos, vel universum clerum pertinent, una in parte conscripta sint, similiter, & quæ ad laicos pertinent, simul sint adunata: ut de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius iovenire “.

Innocentius tertius libro 2. registri epistula 121. Petro Compostellano: „ Ex epistula, quam Martinus Bracarensis Archiepiscopus ex certa scientia dirigit ad Episcopos Lucensis concilii, &c. “

[* Ant. Augustini Censura.]

* Hæc Martini Episcopi capitula pro Martini Papæ in synodo decretis olim habebantur, atque ita mendose apud Gratianum, & alios legebantur ante Ant. Democharis editionem. Non sunt autem omnia e Græcis conciliis sumpta, sed quædam sunt ex concilio Toletano primo, alia ex Bracarensibus; maxima vero ex parte sunt a Græcis sumpta. Aliquando non ita latina facta, ut Græce habentur, sed ex duobus, aut tribus capitibus diversorum conciliorum uno cap. conscripta. Debuit quoque singulis addere, unde sumerentur. Id ex nostra collectione elici poterit.

Addit his postea Sigebertus, qui multa de hoc sancto viro, de illustribus scriptoribus Ecclesiasticis cap. 19. & 118. Tom. V. Bibliothecæ Patrum exstant libri de quatuor virtutibus cardinalibus, columm. 1322. & 1327. de moribus. Hujus sancti Archiepiscopi testamenti meminit etiam concilium Toletanum X. in decreto 3. Inter collectores latinos eum numerat Auctor in præfatione ad antiquas collectiones multa de ejus collectione 1. lib. de emendatione Gratiani dial. X. XI. XII.

CAPUT XVI.

De Isidoro Hispalensi Episcopo.

BRaulio Episcopus Cæsaraugustanus in vita Isidori: „ Isidorus vir egregius Hispalensis Ecclesiæ Episcopus, Leandri Episcopi successor, & germanus floruit a tempore Mauritii Imperatoris & Reccaredi Regis in quo * quidquam sibi antiquitas vindicavit, immo vero tempus antiquitatis, in eo scientiam imaginavit, &c. Edidit libros differentiarum duos, &c. Procemiorum librum unum, &c. De ortu & obitu patrum librum unum, &c. Ad germanum suum Fulgentium Episcopum Astigitanum officiorum lib. duos, &c. synonymorum lib. duos, &c. de natura rerum ad Sisebutum Regem lib. unum, &c. De numeris lib. unum, &c. De nominibus legis, & Evangeliorum lib. unum &c. De hæresibus lib. unum &c. Sententiarum lib. tres, quos floribus ex libris Papæ Gregorii moralibus decoravit. Chronicorum a principio mundi usque ad tempus suum, &c. Contra Judæos postulante Florentia germana sua lib. duos, &c. De viris illustribus librum unum. Monasticæ regulæ librum, &c. De origine Gothorum, & regno Suevorum, &c. Wandalorum historiæ librum unum. Quæstionum lib. duos, &c. Etymologiarum codicem, &c. quem ego in XX. lib. divisi, &c. Quanto vero flumine eloquentiæ & quotiaculis divinarum scripturarum, seu patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confuderit, synodalia gesta coram eo specia li astu declarant, & quæ contra Gregorium præfatæ hæresis antistitem eam asserunt veritatem. Obiit temporibus Heraclii Imperatoris & Christianissimi * Zintillani Regis: sana doctrina præstantior cunctis & copiosior operibus charitatis “. *Exstat hoc opus initio operum D. Isidori, & in fine liber Ildefonsi de viris illustribus, de quo statim.*

[* quidquid f.]

[* Chintilani]

Ildefonsus Episcopus Toletanus in libro de viris illustribus cap. 9. „ Isidorus post Leandrum fratrem Hispalensis sedis provinciæ Bæticæ cathedram tenuit, vir doctrina simul & ingenio pollens, &c. scripsit opera eximia, & non parva. Librum de genere officiorum. Librum procemiorum. Librum de ortu; & obitu patrum. Librum lamentationis quem ipse synonyma vocitavit: Libellos duos ad Florentiam sororem contra nequitiam Judæorum. Librum de natura rerum ad Sisebutum principem. Diversarum sententiarum. Expositiones Sacramentorum, qui liber dicitur quæstionum. Ad petitionem Braulionis Cæsaraugustani Episcopi librum Etymologiarum: in ejus opere diem extremum consumpsit. Floruit temporibus Reccaredi, * Leuvani, * Veterici, Gundemari Sisebusi, * Suntilani, & Sisenandi Regum annis ferme quadraginta tenens pontificatus honorem, insignemque; doctrinæ sanctæ gloriam pariter, & decorem “.

[* Livanis. * Vuetirici. * Suintilani.]

Joannes Trittenhemius de scriptoribus Ecclesiasticis: „ Isidorus Junior Episcopus Hispalensis post Leandrum, vir in divinis scripturis eruditissimus, &c. Carmine excellens, & prosa, non minus sanctitate, quam doctrina insignis effulsit. Hic dicitur Junior ad differentiam senioris Episcopi Cordubensis, vel alterius etiam, qui eum præcessit, Hispalensis Episcopi. Scripsit ad Braulionem Episcopum Etymologiarum lib. XX. In Genesim allegorias, &c. & in alios libros sacros. Interpretationis veteris, & novi testamenti libros duos, procemiorum lib. unum. Differentiarum &c. Synonymorum, vel Soliloquiorum, &c. De summo bono sententiarum libros tres. De origine officiorum lib. duo. De sancta Trinitate, de corpore, & sanguine Domini, de officio missæ Decretum canonum. De computo, & natura rerum. De proprietate rerum. Sermonum Ecclesiasticorum dogmatum. Lamentum pœnitentis. De astronomia. Historiam, seu Chronicam libros tres, de cosmographia. De Grammatica, & vocabu-

„ lis.

„ lis. Allegoriarum de hæresibus. Epistularum. Claruit sub Heracleona Imp. Heraclii filio anoo Domini DCXXX. temporibus Sisebuti Regis Gothorum in Hispania, & catalogo Sanctorum insertus est 18. Kal. Fabr. “

In concilio Hispalens. II. in quo cap. 12. & 13. damnatur Acephalus Episcopus duarum in Christo eaturarum proprietatem abnegans, & Deitatem passibilem afferens, subscripsio: „ Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Spalensis Episcopus subscripsi “.

In concilio Toletano, VIII. cap. 2. „ Nostri quoque sæculi doctor egregius, Ecclesiæ Catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, & quod majus est, * jam sæculorum finitorum doctissimus, cum reverentia nominandus Isidorus in libro Sententiarum secuodo, &c. “

* in sæculorum fine.

Regino io chronicis: Ann. DLXXII. „ Heraclionas filius Heraclii cum matre sua Martina regnavit ann. 2. Circa hæc tempora Sisenandus, & post aum Chilitilla io Hispaoia regnaverunt. Synodus bis facta est Toleti, &c. Sub his Regibus Isidorus Hispalen. Ecclesiæ Episcopus floruit, nulli modernorum Doctorum postponendus, qui multa de fidei regulis, Ecclesiasticisque disciplinis disputavit “.

De collectione conciliorum Isidori Hispalensis.

APerte * Joann. Trittenhem. ait decret. canonum hunc Isidorum scripsisse, & de Burchardo ait „ magnum, & insigne opus decretorum post Isidorum scripsit “. Idem scribit Innocentius in historia de Ivone Carnotensi, ut ex Sebastiano Brantio cognovimus. Juvat hanc sententiam, quod legitur apud Isidorum lib. 6. cap. 16. etymolog. „ Sed & si quæ sont concilia, quam sancti patres, spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur “. Eadem refert Ivo Carnotens. lib. 2. tit. 11. cap. 22. panorm. & Gratian. dist. 15. cap. 1. & Raban. in etymolog. & Hugo sancti Victoris didascal. lib. 4. cap. 12. Ac mirari nequeo satis eorum negligentiam: aum neque Isidorus, neque Rabanus, neque Hugo gesta conciliorum in suis libris posuerint. Si quis dicat sumpsisse hæc Isidorum ex præfationa conciliorum, & oblitum esse ea verba omittere: ego potius convincam eum, qui præfationem scripserit, a libro etymologiarum permulta accepisse. Sed de duplici præfatione conciliorum mox agemus. Interea cum videam duos Antistites Braulionem, & Ildefonsum libros Isidori enumerassa, & nihil de conciliis dixisse; auget suspicionem meam, ut putem, illa verba sumpsisse Isidorum ex aliquo veteri conciliorum libro. Sed fingamus, Isidorum collegisse aliquando concilia; non ideo sequitur, hanc eandem esse collectionem, quæ ejus nomine inscripto edita est: in qua permulta sunt post Isidori mortem conscripta, ut est sexta synodus generalis, & concilia Toletana VI. VII. & cætera, ad XIII. in editis, XVII. in veteribus, & Emeritense, & Bracarense III. Nec mihi obiiciatur Inoocentiana historia, neve Trittenhemii, aut aliorum opinio, qui præfationem illam duplicem videre potuerunt Isidori nomina conscriptam, ut a Gratiao. appellatur, dist. 16. c. 1. & 4. & ab Ivone Carnotens. lib. 2. tit. 11. cap. 39. panorm. & parte 4. cap. 107. decr. Vide etiam Grat. 35. q. 2. cap. 14. sane. Verba autem illa Isidori, quæ autea retulimus, Gelasii Papæ esse videntur in concilio LXX. Episcoporum: ita enim scribit: „ Sed & si quæ suot concilia a sanctis patribus hactenus instituta, post horum auctoritatem, & custodienda & recipienda, & decernimus & mandamus “. Quæ verba sunt non solum in omnibus editis conciliorum libris, sed & apud Burchard. Vormat. lib. 3. c. 220. & Ivo dicto tit. 11. cap. 3. panorm. & part. 4. cap. 64. decr. & io lib. Cæsaraugust. lib. 1. cap. 33. & apud Gratian. dist. 15. cap. 3. Sancta, in principio.

* Antonii Augustini Censura.

In decreto de scripturis apocryphis.

CAPUT XVII.

De altero Isidoro, cujus collectio in Hispania est, & de corpore canonum Hispaniensi, tempore Innocentii Tertii.

INnocentius III. lib. 2. registr. epist. 121. Petro Compostellano Episcopo: „ Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus adstruebas: tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutionem authenticum approbavit; tum quia de ipso concilio sumptum est illud capitulum: Priscis quidem canonibus: quod continetur in corpore decretorum: est autem apud Gratian. 10. q. 3. cap. 2. mendose Mersch appellatum “. *Emendatum jam in Romana editione ex Emeritensi.*

Præfatio Isidori in Hispaniæ bibliothecis: „ Canones conciliorum a temporibus Constantini cœperunt: in præcedentibus namque annis, persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas, &c. “

Sumuntur hæc ex Isidoro Hispalens. lib. 6. c. 16. etymolog. eadem refert Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. & 20. & 21. & 22. panorm. & Gratian. dist. 15. cap. 1. & Hugo S. Victoris, lib. 4. cap. 11. & 12. didascal.

Sequitur in dicta præfatione post illa verba: quorum et jam gesta in hoc opere condita continentur: „ In principio autem hujus voluminis Nicænam synodum constituimus propter auctoritatem ejusdem magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum Græcorum, & Latinorum, sive quæ antea, sive quæ postmodum facta sunt sub ordine numerorum, ac temporum capitolis suis distincta, sub hujus voluminis aspectu locavi-

„ mus; ſubiicientes etiam decreta Præſulum Romanorum, in quibus pro culmine Sedis Apoſtolicæ non impar conciliorum exſtat auctoritas. Quatenus Eccleſiaſtici ordinis diſciplina in unum a nobis coacta, atque digeſta, & ſancti Præſules paternis inſtruantur regulis, & obedientes Eccleſiæ miniſtri, vel populi ſpiritualibus imbuantur exemplis. Canones autem, qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recipit, &c. “

Quæ ſequuntur, invenies apud Gratian. diſt. 16. cap. 1. „ Et poſt apocrypha deputata: Canon autem græce, latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, &c. “ ut apud Gratian. diſt. 3. cap. 1. & 2. & Hugo didalc. lib. 4. cap. 11. quæ ſunt etiam Iſidori Hiſpalenſ. verba, dicto cap. 16. libri ſexti etymolog.

Et poſt illa, PRAVUMQUA CORRIGAT: „ Synodum autem ex Græco interpretari, &c. “ ut apud Grat. diſt. 15. cap. 1. in fine, & Hugo cap. 12. ubi ſupra, quæ etiam Iſidori Hiſpalenſ. verba ſunt: dicto cap. 16.

Finis præfationis: „ Concilium a ſocietate multorum in unum, &c. “

Index eorum, quæ in hac collectione poſita ſunt.

CApitula Græciæ; Canones Nicæni concilii, Ancyritani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Sardicenſis, Antiocheni, Laodiciæ Phrygiæ, Conſtantinop. CL. Epiſcoporum, Conſtantinop. CLXIII. Epiſcoporum, Epheſini primi, Chalcedonenſis. Epiſtula formata Attici CP. Epiſcopi: Concilia Africæ: Synodus Carthaginis, Africæ prima, ſic ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima. Synodus Africæ in Milevitana urbe habita. Concilia Galliæ, Arelatenſe primum, ſecundum, tertium. Valentinum, Tauritanum, Regienſe, Arauſicum primum, ſecundum: Valenſe primum, ſecundum: Agathenſe, Aurelianenſe I. II. Epaunenſe, Carpentoractenſe, Arvernenſe primum, ſecundum. Concilia Hiſpaniæ: Concilium Eliberitanum, Tarraconenſe, Gerundenſe, Cæſarauguſtanum, Ilerdenſe, Valentinum, Toletanum primum, ſecundum, tertium, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum, octavum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, decimumquintum, decimumſextum, decimumſeptimum: Bracarenſe primum, ſecundum, tertium. Capitula ex Orientalium patrum ſynodis a Martino Epiſcopo. Hiſpalenſe primum, ſecundum: Emeritenſe.

Epiſtulæ Pontificum Romanorum: Damaſi ad Paulinum, Syricii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi, Ormiſdæ, Vigilii, Gregorii.

* Ant. Auguſtini Cenſura.

* Si præfationem tantum, & Romanorum Pontificum decreta conſideremus; Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi eſſe hæc collectio poteſt. Idem dicendum eſt de conciliis Græciæ, Africæ, & Galliæ. At ſi concilia Hiſpaniæ reſpiciamus, dicere cogimur, alium eſſe, & extremis Gothorum temporibus vixiſſe, quibus concilium Toletanum decimum ſeptimum habitum eſt, anno Chriſti DCXCIV. Egicani Regis anno ſeptimo. Sed & ſuperiora concilia Toletana a ſexto, quod habitum eſt anno ſecundo Chintilani Regis, Chriſti DCXXXVIII. poſt mortem Iſidori Hiſpalenſ. habita ſunt. Eadem ratione Emeritenſe, & Bracarenſe tertium videre non potuit. Quiſquis tamen hic Pſeudiſidorus fuerit nobis auxilio fuit tum in Græcis regulis, quas aliter latinas edidit, quam Dionyſius, atque Martinus Bracarenſis fecerant: tum in permultis Carthaginenſibus conciliis, & aliis Galliæ, & Hiſpaniæ, quæ hac ratione conſervata ad nos pervenerunt. Quod vero aliqui putant, poſt Iſidorum addita fuiſſe huic collectioni illa, quæ diximus, concilia poſteriora; fieri id quidem potuiſſe non negamus: ſed illa, quæ ex etymologiis ſumpta ſunt, poſteriorem eſſe demonſtrant; & index horum conciliorum in titulos aliquos diſcretus, in quibus omnium conciliorum habetur ratio, quem indicem vidi, qui eidem Iſidoro adſcriberent; ſed vehementer falluntur; nam ipſe ſe ſcriptor prodit his carminibus ineptis uſus; quæ detegunt eum adoleſcentem fuiſſe tum primum manum ferulæ ſubtrahentem.

CAPUT XVIII.

De tertio Iſidoro, cognomento Mercatore, ſive Peccatore, cujus collectio edita eſt Pariſiis anno M. D. XX.

INitio hujus collectionis ante præfationem ſcriptum eſt: „ Origo conciliorum generalium. Quo tempore concilia celebrari cœperunt, & de quattuor conciliis. Canones generalium conciliorum, a temporibus Conſtantini, &c. “ ut apud Iſidorum Hiſpalenſ. lib. 6. c. 16. etymolog. & in præfatione alterius Pſeudiſidori. Finis eorum verborum eſt: „ Quorum etiam geſta in hoc * corpore condita continentur “. * opere

Poſtea additur hic titulus: „ Item de ſynodis principalibus, quibus in locis, quibus pro cauſſis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratæ ſint. Prima ſynodus in Nicæa, &c. “ ut apud Gratian. diſtinct. 16. capit. 10. PRIMA AUTEM. Quæ verba Iſidori Hiſpalenſ. non ſunt, quia hic agitur de ſex generalibus ſynodis: & is ante ſextam ſynodum moritur. Sed & idem ignoraſſe videtur quintam generalem ſynodum, in qua Theodorus Mopſueſtenus damnatus eſt, & Ibæ epiſtulam ad Marin Perſam, & Theodoriti capitula contra B. Cyrillum ſcripta. Hæc ſunt tria illa capitula, de quibus fuit olim magna contentio ante quintam ſynodum: cum in illa quinta generali ſynodo damnatus fuerit Theodorus, & illa alia duo capita epiſtulæ Ibæ, & ſcriptorum Theodoriti, Iſidorus nimis laudat

hunc

hunc Theodorum, & ait ab Acephalis Episco-
pis fuisse damnatum. In lib. de viris illustribus,
& in etymologiis, Acephalis obiicit trium ca-
pitulorum damnationem. In Hispalensi vero
secundo concilio præclate in Acephalum Epi-
scopum invehitut, negantem duas Christi na-
turas, & deitatem passam esse asserentem.

Sequitur annotatio synodorum, quarum ge-
sta in hoc codice continentut: „ Prima annota-
„ tio Ancyranæ synodi “ (sic enim scribo,
non Aquitanæ, ut in edito libro est, sive An-
quiritanæ, ut olim scripserunt.) Cætera babet
Gratian. distinct. 16. cap. 11. PRIMA. Hæc unde
sumpta sint, ignoramus.

Postea duæ epistulæ referuntur Aurelii Car-
thaginensis Episcopi, & Damasi Papæ: Has
existimo inventas cum epistulis Clementis, &
aliorum Pontificum, qui fuerunt ante Dama-
sum, quæ neque in collectione Hispaniensi,
neque in corpore canonum legebantar.

Sequitur præfatio Isidori: „ Isidorus Servus
„ Christi Lectori conservo suo, & parenti in
„ Domino fideli salutem “. Post vocem ISI-
DORUS, additur in veteri libro MERCATOR: sic
etiam est apud Ivonem part. 4. c. 107. decr.
& in margine est PECCATOR; at vox LECTORI,
illic non est, neque vox FIDELI: sed ita scriptum
est: „ Ex præfatione Isidori in opus canonum:
„ Isidorus Mercator servus Christi conservo
„ suo, & parenti fidei in Domino salutem “.
Et lib. 2. tit. 11. c. 39. Panorm. „ Epistula
„ Isidori in capite canonum. Isidorus servus
„ Christi lectori consorti suo “; sic est in edi-
to. At in veteri libro: „ Isidorus Mercator
„ servus Christi lectori conservo suo “. Apud
Grat. dist. 16. cap. 4. vel potius 5. est: „ E-
„ pistula Isidori in capite canonum: Isidorus
„ servus Christi lectori suo conservo “.

Verba Isidori Mercatoris: „ Compellor a
„ multis tam Episcopis, quam reliquis servis
„ * Christi canonum sententias colligere, & * Dei
„ in uno volumine redigere, & de multis u-
„ num facere. Sed hoc me oppido conturbat,
„ quod diversæ interpretationes varias senten-
„ tias faciunt: & licet unus sit sensus, diver-
„ sæ tamen sunt sententiæ, & aliæ longiores,
„ aliæ breviores. Ea vero concilia, quæ Græco
„ sunt edita stilo, amplius quam tripliciter,
„ aut quadrupliciter interpretata, atque con-
„ scripta reperimus. Quod si veritas est quæ-
„ renda, e pluribus Græcorum sequamur sti-
„ lum, eorumque imitemur dictiones, atque
„ exemplaria. Sin minus, ipsi dicant, atque
„ exponant, quibus tot sunt exemplaria, quot
„ codices. Nobis tamen videtur, cum in no-
„ stro discrepaverint sermone, ut unitas, &
„ veritas ab ipsis quærenda sit, quorum lingua
„ edita esse noscuntur. Quod & nos fecimus:
„ & sicut a veris eorum reperimus magistris,
„ in volumine, cui hæc præponitur præfatiun-
„ cula, inserere curavimus “.

Hæc mihi videtur non Isidori esse, sed Hie-
ronymi verba in prologo in Josue, & in quatuor
evangelia. Quæ sequuntur, Isidori Hispal. sunt.
„ Canon autem græce, latine regula nun-
„ cupatur. Regula autem dicta, &c. “ ut apud
Gratianum dist. 3. c. 1. & 2. & Hug. S. Vict. dida-
scal. lib. 4. c. 11. & Pseudisidorum in præfatione
Hispan. collectionis; qui sumunt ex Isid. Hisp.
l. 6. c. 16. etimolog.

Post illa: „ pravumque corrigat: Synodum
„ autem ex Græco, &c. “ ut apud Gratian.
dist. 15. c. 1. in fine, & Hug. dicto lib. 4. c.
12. & Isid. Hispal. dicto c. 16. & alterum I-
sidor. d. præfatione Hispan.

Et post illa: „ a societate multorum in u-
„ num: In principio vero voluminis hujus,
„ qualiter concilium apud nos celebratur, po-
„ suimus: ut qui nostrum ordinem sequi vo-
„ luerint, sciant qualiter hoc agere debeant.
„ Qui autem hoc agere melius elegerint, fa-
„ ciant, quod justo, canonicoque, atque sa-
„ pientissimo concilio judicaverint. Denique
„ propter eorum auctoritatem, cæteris conci-
„ liis præposuimus canones, qui dicuntur A-
„ postolorum, &c. “ ut apud Gratian. dist.
16. c. 4. vel 5. & Ivon. lib. 2. tit. 11. cap.
39. Panorm. & p. 4. c. 107. Decr.

Post verba: „ canonicas posuerunt constitu-
„ tiones. Deinde quorumdam epistularum de-
„ creta [virorum] Apostolicorum interse-
„ ruimus: id est, Clementis, Anacleti, Evari-
„ sti, & cæterorum Apostolicorum, quos
„ potuimus hactenus reperire, epistulas usque
„ ad Silvestrum Papam. Post modum vero
„ Nicænam synodum constituimus, &c. “ ut
in præfatione Hispan.

Post illa: „ sub hujus voluminis aspectu lo-
„ camus “ (vel locavimus, ut est in veteri,
& in Hispan.) „ Subiicientes etiam reliqua
„ decreta Præsulum Romanorum usque ad S.
„ Gregorium, & quasdam epistulas ipsius, in
„ quibus, &c. “ ut in Hispan.

Post illa: „ imbuantur exemplis. Et non
„ malorum hominum pravitatibus decipiantur.
„ Multi enim pravitate, & cupiditate depressi
„ accusantes sacerdotes depresserunt, &c. “

Et post alia: „ Scire autem vos volo octua-
„ ginta Episcopos, qui hoc opus me incipere
„ & perficere coegistis, & cunctos reliquos Do-
„ mini sacerdotes oportet, quod plura, quam
„ illa viginti capitula, quæ apud nos haben-
„ tur, Nicænæ synodi reperimus, & in decre-
„ tis Julii Papæ septuaginta capitula ejusdem
„ synodi esse debere legimus, &c. “

Et postea: „ nobis autem quidam [e con-
„ sortio] fratrum nostrorum Orientales te-
„ stati sunt, se vidisse concilium Nicænum,
„ habens potiorem quatuor evangeliorum ma-
„ gnitudinem, continens in se sessiones Epis-
„ coporum, & introductiones, judiciaque quæ-
„ rimoniarum, atque definitiones, & consti-
„ tutiones, nec non & subscriptiones eorum.
„ Ad cujus similitudinem magnum Chalcedo-
„ nense concilium conscriptum esse confir-
„ maverunt. Et demum alia CP. condita: u-
„ num videlicet sub Justiniano Imperatore con-
„ tra Dei impugnatores, Origenem, Didymum,

„ & Evagrium: & aliud temporibus Agathonis Papæ, & Conſtantini Imperatoris contra Macarium Epiſcopum, & Stephanum, &c.“

Item: „ Noſſe etiam oportet, licet cætera non infirmentur, quatuor eſſe principalia concilia, ex quibus pleniſſimam fidei doctrinam tenent Eccleſiæ tam de Patris, & Filii, & Spiritus ſancti divinitate, quam de prædicti Filii, & Salvatoris noſtri incarnatione. Prior harum Nicæna ſynodus, &c. “ ut Gratian. diſtinct. 15. cap. 1. & Hugo dicto lib. 4. cap. 12. & Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. 20. 21. & 22. Panorm. ex Iſidoro Hiſpalenſ. d. cap. 16. lib. 6. etymol.

Poſt: „ ſtabilita vigore. Primo quidem ordo, ut prædictum eſt, de celebrando concilio inſertus habetur, & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum Apoſtolicorum, id eſt, a S. Clemente uſque ad S. Silveſtrum ſequens ordinem ſuum “. In veteri libro eſt: „ decretorum, atque diverſorum conciliorum breviarium interpolatur, ſequens ordinem ſuum “.

Eadem verba ſunt apud Ivonem dicto tit. 11. cap. 39. in fine Panorm. & part. 4. cap. 107. Decret. & apud Gratian. diſtinct. 16. cap. 4. vel 5. in fine.

De ordine collectionis Iſidori Mercatoris.

ORdo de celebrando concilio. Canones Apoſtolorum 50. Decreta Clementis Papæ, & martyris, Anacleti, Evariſti, Alexandri, Sixti (vel Xyſti) Teleſphori, Hyginii, Pii, Anitii (vel Aniceti), Soteris, Eleutherii, Victoris, Zepherini, Callixti (vel Calliſti), Urbani, Pontiani, Anteri, Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, Sixti (vel Xyſti) ſecundi, Dionyſii, Felicis, Eutychiani, Caii, Marcellini, Marcelli, Euſebii, Melchiadis (vel Milciadis.) De primitiva eccleſia, & edicto Conſtantini. Concilium Nicænum. Fides Gregorii majoris. Concilium Ancyranum, Neocæſarienſe, Gangrenſe, Sardicenſe, Antiochenum, Laodicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe. Edictum Marciani Imperatoris: Sacra Valentiniani, & Marciani Augg. Edictum Marciani Imp. contra hæreticos. Epiſtula formata qualiter debet fieri. Concilium Carthaginenſe I. II. III. IV. V. VI. VII. Milevitanum. Concilium Arelatenſe I. II. III. Valentinum. Taurinate. Regienſe. Arauſicum. Valenſe. Agathenſe. Aurelianenſe. Concilium Elibertinum, Tarraconenſe, Cerundenſ. Cæſaraug. Ilerdenſe, Valentinum, Toletanum, I. II. &c. XII. XIII. Bracar. I. II. Liber capitulorum ex diverſis conciliis B. Martini Bracar. Epiſcopi. Concilium Bracarenſe III. Hiſpal. I. II. Excerptiones ex decretis Silveſtri Papæ. Decreta Marci Papæ, Julii, Liberii, Felicis ſecundi, Damaſi, Syricii, Anaſtaſii, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Celeſtini, Sixti (vel Xyſti) tertii, Leonis, Hil. Simplicii, Felicis (tertii), Gelaſii, Anaſtaſii, Symmachi. Liber Ennodii Papæ (vel Epiſcopi Ticinenſis) Decreta Hormiſdæ, Joannis, Felicis (quarti) Bonifacii (ſecundi) Joannis (ſecundi) Agapiti, Silverii, Vigilii, Pelagii, Joannis (tertii), Benedicti. Pelagii (ſecundi), Gregorii I. II. Vitaliani, Martini, Gregorii tertii, Zachariæ. His adduntur acta quintæ, & ſextæ ſynodi generalis, item Conſtantienſis, & Baſilienſis ſynodi. Sed hæc duo poſteriora concilia Jacobi Merlini ſunt, illa priora Mercatoris fortaſſe.

Cum * ad Gregorium III. & Zachariam Papam hæc collectio perducatur: ſatis oſtendit non eſſe Iſidori Hiſpalenſis. Fuit enim electus Zacharias mortuo Gregorio anno Chriſti DCCXXXI. Hiſpania capta a Mauris. Illi vero octuaginta Epiſcopi, ad quos mittitur hæc collectio, nunquam in Hiſpania fuerunt: in Africa fuiſſe aliquando ſcimus, & multo plures, non tamen Zacharia Pontifice; miſeram enim ſervitutem ſerviebant Chriſtiani in Africa, & in Hiſpania illis temporibus. At fingamus hanc collectionem Italicam eſſe: cum multi Epiſcopi in Italia ſemper fuerint. Repugnat numerus annorum ita ſcriptus, ut fieri in Hiſpania tantum, & in Africa ſolebat; hoc eſt, æra Cæſaris: qui numerus annis Chriſti major eſt triginta octo annis. Repugnat, quod nulla concilia hic ponantur Italica. At Africana, Gallica, & Hiſpanica ſatis diligenter collecta ſunt. Magnaque ex parte hæc collectio ſumpta eſt ex Hiſpanienſi Pſeudiſidori, de qua diximus, collectione. Ille tamen certiora refert, ab apocryphis manum abſtinet: hic nihil relinquit, quod diſpliceat. Sic videas hic Apoſtolorum canones ab illo rejectos, ut apocryphos: illic nihil ſupra Damaſum ex decretis Pontificum, ut in corpore canonum; hic etiam concilii Laryſlæi mentionem fecit, & canonum ſeptuaginta Nicæni concilii, & Rufini interpretationem Clementis epiſtularum non omittit. Sunt tamen non pauca, quæ huic debeamus præclara; tum quod illa ipſa, quæ habet alter collector conſecuti citius ſumus; tum quod addidit alia poſt Gregorium edita, item aliam interpretationem 50. canonum Apoſtolorum. Et in epiſtulis Pontificum ante Damaſum, vel Syricium, multa conſecuti ſumus. Sed illud maximum eſt, quod fontes habuerimus multorum capitum, quæ apud Burchardum, Ivonem, & Gratianum legebamus.

* Anton. Auguſtini Cenſura.

De ſancto Iſidoro, & de altero Hiſpanico, quem Pſeudiſidorum auctor vocat, & de Mercatore meminit in libris de emendatione Gratiani: & in dial. 6. lib. prioris refert præfationem Pſeudiſidori, & Mercatoris duplicem, contraria de canonibus Apoſtolicis ſtatuentem: cum prima illos reiciat, hæc altera amplectatur. In præfatione ad collectiones antiquas, utrumque Iſidorum Pontificum Romanorum epiſtulas, & omnium conciliorum decreta collegiſſe aſſerit.

CA-

CAPUT XIX.

De Theodoro Archiepiscopo Cantuariensi.

EX Pontificali in vita Vitaliani Papæ: „ Imperator Constantinus die XV. Julii. XII. Indict. in balneo occisus est. Eodem tempore missi sunt a Vitaliano Papa in Britanniam Theodorus Archiepiscopus, & Hadrianus Abbas, utrique doctissimi, qui * plures ecclesias Anglorum doctrinæ ecclesiasticæ fruge fœcundarunt. Ex quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium judicia, * quot scilicet annis pro uno peccato quis pœnitere debeat, mirabili, & discreta consideratione descripsit “.

* Plurimas

* Quantis

Aimoinus de gestis Francorum lib. 4. cap. 32. „ Constantini Imperatoris temporibus Vitalianus Papa Theodorum Archiepiscopom, & Hadrianum Abbatem in Britanniam direxit ad corroborandam, quam B. Gregorius in Anglorum gente severat, fidei Christianæ segetem “.

Ado in chronicis. Anno DCXLI. „ Constantinus filios Constantini imperavit annis 28. Vitalianus Papa Theodorum Archiepiscopum, & Hadrianum Abbatem virum sanctum, atque doctissimum in Britanniam mittit, qui plurimas ecclesias Anglorum doctrina ecclesiastica fœcundarunt. Constantinus Imperat. indict. 12. & paulo post: Vitalianus Papa (*Obiit*) ann. DCLXIX. Constantinus filius Constantini superioris anno XVII. “

Beda l. 4. cap. 1. ecclesiast. hist. gentis Anglor: „ Sedi Apostolicæ tempore illo Vitalianus præerat. Erat in monasterio Niridiano non longe a Neapoli Campaniæ Abbas Hadrianus vir natione Afer, sacris literis diligenter imbutus, & monasterialibus simul, & ecclesiasticis disciplinis institutus, Græcæ pariter, & latinæ Linguæ peritissimus. Hunc ad se accitum Papa Episcopatu accepto Britanniam venire, &c. “

Et postea: „ Erat ipso tempore Romæ monachus Hadriano notus nomine Theodorus, natus ex Tharso Ciliciæ, vir & sæculari, & divina literatura Græce, & Latine instructus, probus moribus, & ætate veneraodus, id est, annos habens ætatis *66.* Hunc offerens Hadrianus Pontifici, ut Episcopus ordinaretur, obtinuit, &c. “

Deinde post alia: „ Ordinatus est Theodorus a Vitaliano Papa anno Dominicæ Incarnationis DCLXVIII. die VII. Kal. April. & cum Hadriano VI. Kal. Jun. Britanniam missus est “.

Et cap. II. „ Pervenit Theodorus ad ecclesiam suam secundo post consecrationem anno VI. Kal. Jun. & fecit in ea annos XXI. mens. III. dies XXVI. “

Et cap. 5. „ Anno Dom. Incarn. DCLXX. anno 2. adventus Theodori, Osuvi Rex Nordam Humbrorum moritur XV. Kal. Mart. Egfridum filium regni hæredem reliquit. Cujus ann. 3. Theodorus concilium cogit Episcoporum. Ejus verba sunt, &c. Ann. DCLXXIII. 24. Sept. Indict. 1. quo anno Rex Cantuariorum obierat Egbertus mense Julio, succedente fratre Lothere “.

Et cap. *6.* Altera synodus refertur ejusdem Theodori: „ Imperantibus Egfrido Rege Humbronensium anno 10. die 15. Kal. Octobr. Indict. 8. & Edilredo Rege Mercinens. ann. 7. & Alduulfo Rege Estranglorum ann. 17. & Lothario Rege Cantuariorum ann. 7. Præsidente Theodoro Archiepiscopo Britanniæ insulæ, & civitatis Dorovernis. Recipiunt quinque synodos generales, & synodum Martini Papæ Indict. 8. Imper. Constantini anno 9. “

Idem Beda in epilogo ejusdem histor. eccles. Ann. DCLXVIII. Theodorus ordinatur Episcopus. Ann. DCLXXIII. Egbertus Rex Cantuariorum obiit, & synodus facta est ad Herudforda præsente Egfrido Rege, præsidente vero Theodoro Archiepiscopo, capitula 10. Ann. DCLXXX. synodus in Campo Hedfelda de fide catholica [præsidente Archiep. Theodoro.] Ann. DCXC. Theodorus Archiepiscopus obiit “.

Idem Beda lib. de sex mundi ætatibus: „ anno CCCCIƆƆƆƆ DC. XXII. mundi. Martino in exilio defuncto Vitalianus ait, successit ei in Pontificatu, ab eoque Theodorus Archiepiscopus, & Hadrianus Abbas in Angliam missi sunt “. *Vide eundem libro quæstionum quæst. 3. tom.* 8.

Rabanus in epist. ad Humbertum Episcopum: „ quota generatione licitum sit connubium: Similiter & in Theodori Archiepiscopi gentis Anglorum capitulis, quæ de necessariis rebus conscripsit, invenimus, quod in tertia propinquitate carnis secundum Græcos liceat nubere; in quinta vero secundum Romanos. Et postea: Hunc autem Theodorum Tharso Ciliciæ natum Vitellianus Papa Romæ Episcopum ordinans, Britanniam misit: unde etiam Orientalium ecclesiarum consuetudinibus pleniter institutus fuerat, nec eum aliqua latere potuerunt, quæ in observationibus legitimis Græci, vel Romani eo tempore babuerunt, maxime cum in utraque lingua perfecte instructus esset “.

Regino in chronicis: „ Anno Dom. Incarnationis DLXXVI. Constantinus filius * Constantii, filii Heraclii, regnavit ann. 28. “

* Constantini f.

Eisdem verbis utitur Beda in l. de temporibus apud Lovan. p. 4. c. 146. decret.

Et post alia: „ Per id tempus Theodorus Archiepiscopus, & Hadrianus Abbas doctissimus a Vitelliano Papa missi sunt in Britanniam, plurimasque ecclesias Anglorum doctrinæ Apostolicæ fruge fœcundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium judicia, quantis scilicet annis pro uno quoque peccato quis pœnitere debeat, mirabili, & discreta consideratione describit “.

Sigebertus in chronicis: „ Ann. DCLXVIII. Theodorus Archiepiscopus, & Hadrianus,

„ Ab-

„ Abbas a Vitelliano Papa in Angliam diriguntur. Ann. DCLXXIV. Theodorus in „ Anglia ſynodo habita conſtituit multa eccleſiæ utilia. Hic Theodorus ſcripſit pœnitentialem librum mirabili, & cauta diſcretione „ diſtinguens modum ſingularum culparum. „ Ann. DCXC. Theodorus Archiepiſcopus „ Anglorum obiit ".

Joann. Trittenhemius de ſcriptorib. eccleſ. „ Theodorus ſeptimus Archiepiſc. Cantuarienſ. „ a Vitelliano Papa conſecratus, natione Græcus ex Tarſo Ciliciæ monachus ordinis noſtri in orbe Romana: vir in divinis ſcripturis „ eruditiſſimus, & in ſæcularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, Græco, & Latino ſermone peritiſſimus. Carmine quoque „ excellens, & proſa; & non minus ſanctitate, „ quam ſcientia clarus: habita ſynodo in Anglia, multa ad Anglicanæ eccleſiæ utilitatem conſtituit. Scripſit autem inter cætera „ ingenii ſui monimenta egregium opus de „ qualitate pœnitentiæ injungendæ de his, qui „ in multis criminibus deliquiſſent, cujus operis titulus eſt: Pœnitentiale Theodori, & „ epiſtulæ ad diverſos. Moritur non ſine opinione ſanctitatis ſub Juſtiniano minore Imper. ann. DCXC. Ind. 3. ætatis 78. Epiſcopatus 22. "

Idem lib. 2. cap. 18. de viris illuſtr. ordin. S. Bened. „ Theodorus monachus Romanus „ natione Græcus a Vitelliano Papa ſeptimus „ Archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia deſtinatus, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & in obſervantia catholicæ traditionis ſtudioſiſſimus, habita ſynodo in Anglia „ multa ad utilitatem eccleſiæ conſtituit. De „ cujus laude, ſanctiſſimiſque laboribus Beda „ in 4. & 5. eccleſ. hiſtor. pluries fecit mentionem. Scripſit autem librum de pœnitentiæ qualitate notabilem, quem Gratianus „ Decreti compilator ſæpe allegat. Moritur „ ann. Dom. DCXC. Indict. 3. ætatis ſuæ „ 88. Pontif. 22. "

De eodem lib. 3. cap. 114. & 115. addit: „ ex Tarſo Ciliciæ, & ſanctus appellatur, ut „ etiam ſanctus Hadrianus ejus comes Abbas „ Heridanenſis cœnobii non longe à Neapoli „ Campaniæ, natione Afer. "

Item lib. 4. cap. 60. pro CANTUARIENSI ait: „ *Dorvernenſis ſeptimus Archiepiſcopus* „ *a Vitelliano Papa ordinatus* ".

Ex pœnitentiali Theodori multa ſumpta ſunt apud Burchardum Vormatienſem, & Ivonem Carnotenſem, & Anſelmum Lucenſem, & Gratianum. Item apud Bernard. Papienſ. in 1. collect. Decretal. & apud Gregor. IX.

* Ant. Auguſtini Cenſura.

* Hic primus videtur apud Latinos de pœnitentiis ſcripſiſſe: quem ſequutos eſt Beda ejus forraſſe diſcipulus. Sumpſit pœnitentias Theodorus Græcus ex Baſilio, & aliis Græcis patribus, ita videtur eorum acerbitatem, ac ſeveritatem ſequi. Quæ res effecit, ut paulatim hæc ratio puniendi delicta abolita ſit. Sed male in contraria lapſi ſumus: ut dum acerbitatem fugimus, favemus morbis, vel fovemus potius hæc crimina impunitate data.

Hujus etiam meminit Auctor in præfatione ad canones pœnitent.

CAPUT XX.

De venerabili Beda presbytero.

EX verbis ejuſdem Bedæ in fine hiſtor. eccleſ. in epitome: „ Beda Dei famulus, „ & presbyter monaſterii beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod eſt ad Wirimudam, & Ingiruum, qui natus in territorio „ ejuſdem monaſterii, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reverendiſſimo Abbati Benedicto, ac „ inde Ceolfrido, &c. XIX. vitæ anno diaconatum. XXX. gradum presbyteratus ab Epiſcopo Joanne, jubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Uſque ann. LIX. ætatis hæc „ ſcripſi, in vetus, & novum teſtamentum, „ &c. Librum epiſtularum: Item de hiſtoriis ſanctorum: De ſancto Felice confeſſore: „ De ſancto Anaſtaſio martyre: De vita S. „ Cudberti monachi, & Antiſtitis: Hiſtoriam „ Abbatum hujus monaſterii Bened. Ceolfridi, Wertberti lib. 2. Hiſtoriam eccleſ. gentis noſtræ lib. 5. Martyrologium: Hymnorum librum: Item epigrammaton: De natura rerum, & de temporibus: De temporibus „ librum majorem: De orthographia: De metrica arte lib. duos: De ſchematibus & tropis, hoc eſt, de figuris & modis elocutionum ſacræ Scripturæ ".

Epitaphium ejuſdem.

Beda Dei famulus, monachorum nobile ſydus.
Finibus e terræ, profluit eccleſiæ.
* *Soles iſte patrum ſcrutando per omnia ſenſum,* * Iohn I.
Eloquio viguit, plurima compoſuit.
Annos in hac vita ter duxit vitæ triginta,
Presbyter officio, utilis ingenio.
Junii ſeptenis viduatus carne Kalendis,
Angligena Angelicam commeruit patriam.

Obiit anno ab Incarn. DCCXXXV. ab obitu B. Gregorii Papæ CXXVII.

Joann. Trittenhemius de ſcriptor. eccleſ. „ Beda monachus, & presbyter monaſterii ſanctorum Petri, & Pauli in Anglia, ordinis S. Benedicti, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus, „ & valde eruditus, atque in ſæcularibus literis peritiſſimus, philoſophus, aſtronomus, „ calculator, & poeta inſignis, Græci ſermonis non ignarus, ingenio præſtans, eloquio „ non curioſus, dulcis tamen, & compoſitus. „ Cum eſſet ſeptem annorum &c. " (ut ſupra Beda.) „ Scripſit (ultra ſupra ſcripta) Scintillarum „ ex ſententiis Patrum: Flores B. Gregorii in „ cantica: Geſta diverſorum Sanctorum: De paſſione S. Felicis: Vitam S. Alberti Epiſcopi „ libris duobus: Chronicam ſui cœnobii libris „ duobus: De locis ſanctis, &c. Moritur ſub „ Leo-

„ Leone Imp. anno DCCXXXIII. Indict. „ XV. ætatis LXXII. prid. Kal. Junii “.

Eadem ſcribit lib. 2. c. 31. de viris illuſtr. ordin. S. Bened. „ Moritur ann. DCCXXXIII. „ Indict. I. ætatis ann. LXXII. “

Et lib. 3. c. 155. INTER SANCTOS. additur: „ Hujus doctrina tanto pretio digna habita „ eſt, ut Sergius Papa ab urbe Roma Ceol- „ frido Abbati ejus ſcripſerit in Angliam, pe- „ tens eum, & exhortans, ut ſine omni con- „ tradictione famulum Dei Bedam ad limi- „ na deſtinaret Apoſtolorum, eo quod ejus „ præſentia in arduis cauſſis fidei, eccleſiæ Dei „ valde utilis eſſet, & neceſſaria, &c. Nullus „ unquam Nonnum Bedam vidit otioſum, „ &c. “

Epitaphium.

Presbyter hic Beda requieſcit carne ſepultus.
Dona, Chriſte, animam in cælis gaudere per ævum:
Daque Sophiæ illum inebriari fonte; cui jam
Suſpiravit ovans intento ſemper amore.

„ Fuit primo ſepultus in cœnobio ſuo, ac poſt- „ ea cum ſancto Cuntbiberto in Dunelim „ translatus dicitur. Obiit, &c. cujus natale „ 7. Kal. Junii colitur “.

Marianus Scotus lib. 2. chronicorum: „ Anno DCLXXVIII. ſanctus Beda presbyter „ Angiicus computator his temporibus clarus „ habetur “.

Lambertus Schafnaburgenſ. in hiſtoria Germanorum: „ Anno DCCXXXVI. Beda nobi- „ lis, & præclarus doctor obiit “.

Sigebertus in chronicis: „ Anno DCCXXXI. „ Beda venerabilis presbyter, & monachus, „ ſanctitate, & ſcientia clarus obiit “.

Otho Friſingenſ. in chronicis lib. 5. cap. 18. „ Sub Leone Imperatore Beda venerabilis An- „ glorum presbyter multa ſcripturarum ſuarum „ monumenta relinquens in pace quievit. Leo „ moritur anno DCCXLII. cœpit anno „ DCCXVIII. “

In epiſtulis S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini martyris mentio fit ſcriptorum Bedæ.

De pœnitentiali Bedæ.

In extremo volumine librorum Bedæ exſtat libellus ita inſcriptus: „ De remediis peccato- „ rum “, cujus initium eſt: „ De remediis „ peccatorum pauciſſima hæc, quæ ſequuntur, „ ex priorum monumentis excerpſimus, &c. “

Poſt alia: „ Excerptum de canonibus catho- „ licorum patrum, vel pœnitentiæ ad reme- „ dium animarum Domini Agberti Archiepi- „ ſcopi. Inſtitutio illa ſancta, quæ fiebat, &c. “ ut apud Burch. lib. 19. c. 8: qui in margine adſcripſit: „ Ex dictis prophetæ, & Gregorii, „ Hieronymi, & Auguſt. & de tribus pœni- „ tentialibus collectum “.

Pro illis: „ Poſtea autem ſuum Pœnitentia- „ lem, qui hoc ordine ſecundum auctoritatem „ canonum ordinatur, ut diſcretiones omnium „ cauſſarum inveſtiges “. Burch. d. c. 8. ſic habet: „ Ad hæc autem ſuum Pœnitentialem, „ qui & ſecundum canonum auctoritatem, & „ juxta ſententias trium Pœnitentialium Theo- „ dori Epiſcopi, & Romanorum Pontificum, „ & Bedæ ordinetur. Sed in pœnitentiali Be- „ dæ plura inveniuntur utilia, plura autem „ inveniuntur ab aliis inſerta, quæ nec cano- „ nibus, nec aliis pœnitentialibus conveniunt. „ Sapiens autem medicus excipiat meliora, ut „ diſcretiones, &c. “

Pro illis verbis Bedæ: „ Conſtituerunt ſan- „ cti Apoſtoli, deinde ſancti Patres, & ſancti „ Pontifices, deinde canones ſanctorum Pa- „ trum, deinde alii, atque alii, ut Hierony- „ mus, & Auguſt. & Gregor. & Theodorus. „ Ex quorum omnium illa deſcripſimus dictis, „ & ſententiis veraciter, &c. “ Burchardus ita ſcribit: „ Hæc omnia de canonibus, & de „ ſanctorum patrum ſententiis, & de Hierony- „ mo, de Auguſtino, Gregorio, Theodoro, Be- „ da, & ex Pœnitentiali Romano vera colle- „ gimus, & ut nulli neceſſe ſit perire, &c. “

Ex pœnitentiali Bedæ, & ex aliis libris ſunt plura capita apud Burchardum Vormatienſ. Ivon. Carnotenſ. Anſelm. Lucenſ. & Gratian. Item apud Bernard. Papienſ. in 1. collect. decretal. & apud Gregor. IX.

Refert Auctor in præfatione ad canones pœnitentiales: Bedam ex Romano Pœnitentiali librum Theodori citatum auxiſſe, edidisque in eo opere librum Bedæ de remediis peccatorum.

* Neque in Bedæ, neque in Joann. Trittenhemii enumeratione librorum ejuſdem Bedæ invenio hujus libri mentionem, qui de remediis peccatorum inſcribitur, neque etiam illud volumen Pœnitentiale Bedæ dictum ab eiſdem agnoſcitur. Eundem vero librum eſſe, affirmare non audeo, præſertim cum videam in verbis hujus libri relatis a Burch. fieri Bedæ mentionem; ut facile ſuſpicari liceat, hunc librum eſſe alicujus poſteri ſcriptoris. Non eſt tamen inutilis, cum videatur referre veterum Patrum ſcripta de pœnitentiis omnium criminum. * Ant. Auguſtini Cenſura.

CAPUT XXI.

De corpore canonum, & de Dionyſio Abbate, cognomento Exiguo, interprete Græcorum canonum.

EX præfatione canonum ejuſdem Dionyſii Exigui ad Stephanum Epiſcopum Salonitanum: „ Quamvis clariſſimus frater noſter „ Laurentius aſſidua, & familiari cohortatione „ parvitatem noſtram regulas Eccleſiaſticas de „ Græco transferre * compulerit, confuſione, „ credo, priſcæ tranſlationis offenſus, &c. “ * pepulerit (impulerit)

Hanc præfationem refert Beda de ratione temporum, & de ſex ætatibus mundi ad annum CCCCIↃↃↃↃ. D. XVIII. *& Baronius tom. VII. ad Chriſti annum DXXVII.*

Ex Caſſiodoro de inſtitutione divinarum ſcripturarum lib. 1. cap. 23. „ Generat etiam ho- „ die catholica Eccleſia viros illuſtres proba- „ bi-

bilium dogmatum decore fulgentes: fuit enim noſtris temporibus & Dionyſius monachus Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctiſſimus, reddens actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat, æquitatem, &c. qui mecum dialecticam legit, & in exemplo glorioſi magiſterii plurimos annos vitam ſuam Domino præſtante tranſegit ".

Et poſt alia: „ Qui petitus a Stephano Epiſcopo Salonitano ex Græcis exemplaribus canones Eccleſiaſticos moribus ſuis, ut erat planus, atque diſertus * magnæ eloquentiæ [* magna f.] luce compoſuit, quos hodie uſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos aſſidue legere; ne videamini tam ſalutares Eccleſiaſticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex Græco tranſtulit in Latinum, quæ utilitati poſſunt Eccleſiæ convenire, &c. In Eccleſiæ pace ſepultus, inter Dei famulos credendus eſt habere conſortium ".

Ex Joann. Trittenhem. de ſcriptor. Eccleſiæ: Dionyſius Abbas Romanus, cognomento Exiguus, vir certe ingenio, & ſcientia magnus, atque clariſſimus, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in diſciplina ſæcularium literarum nobiliter doctus, Græco, & Latino eloquio clarus, computiſta, & calculator temporum egregius, ſcripſit Latino ſermone nonnulla opuſcula, de quibus ego tantum repert ſubjecta: Annorum 532. Cyclum paſchalem magnum, &c. Tranſtulit de Græco in Latinum vitam ſancti * Baciomii Abbatis, [* Pacomii f.] librum quoque Gregorii * Emiſſeni de [* Nyſſena f.] conditione hominis, & ſcripta Protei Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoavit autem Cyclum ſuum anno Domini DXXXI. &c. claruit ſub Juſtiniano magno anno DXL. "

Eodem lib. 2. cap. 4. de illuſtr. viris ordin. S. Benedicti: „ Dionyſius Abbas Romanus, cognomento Exiguus, vir in divinis ſcripturis valde eruditus, & in ſæcularibus literis peritiſſimus, calculator, & Geometer inſignis, Græco, & Latino inſtructus eloquio; qui doctrinæ ſuæ magnam apud veteres auctoritatem conſecutus, edidit non ſpernenda opuſcula. De ratione paſchæ librum, Cyclum quoque magnum 532. annorum, Epiſtulas etiam nonnullas compoſuit. De Græco in Latinum tranſtulit ſcripta Proterii, &c. De paſcha celebrando, & librum Gregorii Emiſſeni, &c. Vitam quoque S. Pachomii. Claruit anno Domini DLXX. "

Ex Adonis Chronico: „ Dionyſius paſchales ſcribit circulos, incipiens ab anno Dominicæ incarnationis DXXXII. qui eſt annus Diocletiani CCXLVIII. poſt conſulatum Lampadii, & Oreſtis. Quo anno Codex Juſtinianus orbi promulgatus eſt ".

Otho Friſingenſis lib. 5. cap. 4. „ Per idem tempus floruere Caſſiodorus Senator, ac Dionyſius Abbas, qui cyclos paſchales ſubtiliter compoſuit ".

Interpretationem Dionyſii multi collectores decretorum ſunt ſecuti. *Dionyſii epiſtula ad Felicianum Paſtorem, refertur tomo 3. bibliothecæ Patrum col. 613.*

Index canonum, quos Dionyſius Latinos fecit.

EX præfatione canonum Dionyſii Exigui citata: In principio: „ * itaque canones, [* ſiquidem] qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere, facile hoc ipſum veſtram ignorare noluimus ſanctitatem: quamvis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſſumpta eſſe videantur. Deinde regulas Nicænæ ſynodi, & deinceps omnium conciliorum, ſive quæ ante eam, ſive quæ poſtmodum facta ſunt uſque ad ſynodum CL. Pontificum, qui apud Conſtantinopolim convenerunt ſub ordine numerorum, id eſt, a primo capitulo uſque ad 165. ſicut habent in Græca auctoritate, digeſſimus.

„ Tum ſancti Chalcedonenſis concilii decreta ſubdentes, in his Græcorum canonum finem eſſe declaramus.

„ Ne quid præterea notitiæ veſtræ credamur velle ſubtrahere; ſtatuta quoque Sardicenſis concilii, atque Africani, quæ Latine ſunt edita, ſuis a nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta.

„ Univerſarum vero definitionum titulos poſt hanc præfationem ſtrictius ordinantes, &c. "

Quinam ſint 165. canones, explanatio ex corpore canonum, & Græcis libris.

Nicænæ ſynodi canones	20
Ancyranæ	25
Neocæſarienſis	15
Gangrenſis	20
Antiochenæ	25
Laodicenæ	60
Summa	165

Confirmatur hic ordo, & numerus ex verbis concilii Calcedonenſis actione XII. Græcis, XI. Latinis, ubi canones 16. & 17. Antiochen. appellantur 96. & 97.

Index corporis canonum, & de ejus auctoritate.

„ LEo IV. Epiſcopis Britanniæ: De libellis, & commentariis aliorum non convenit aliquos judicare, & ſanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, quæ habentur apud nos, ſimul cum canonibus; quibus in omnibus eccleſiaſticis utimur judiciis, id eſt, Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrenſium, [Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, (Epheſiorum) Calcedonenſium], Sardicenſium, Afri-

„ canorum, Carthaginensium. Et cum il-
„ lis regulæ præsulum Romanorum Silvestri,
„ Syricii, Innocentii, Zosimi, Cælestini, Leo-
„ nis, Hilarii, Gelasii, (Symmachi) Hormis-
„ dæ, (Simplicii) & Gregorii junioris. Isti o-
„ mnino sunt, & per quos judicant Episcopi,
„ & per quos Episcopi, simul & clerici ju-
„ dicantur".

Et postea: „ Qui illa, quæ prædiximus,
„ sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos
„ canonum nomine prætitulantur, sive sit E-
„ piscopus, sive clericus, sive laicus, non in-
„ differenter recipere convincitur: nec catho-
„ licam, & apostolicam fidem, nec sancta
„ quattuor evangelia utiliter, & efficaciter ad
„ effectum suum retinere, vel credere proba-
„ tur".

Hæc omnia refert Ivo Carnot. l. 2. tit. 11. cap. 31. aliis est cap. 118. panorm. & part. 4. cap. 72. decr. & in epist. 217. ad clericos E-ducenses, & Deusdedit c. 2. & Anselm. Lucens. lib. 3. c. 115. & Cæsaraug. lib. 2. c. 11. & Gratian. dist. 20. cap. 1. *Vide hanc epistolam in Baron. tom. X. ad Christi annum DCCCLV.*

„ Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Epi-
„ scopis Galliæ: Quamquam quidam vestrum
„ scripserint, haud illa decretalia priscorum.
„ Pontificum in toto canonum codicis corpore
„ esse descripta, & ideo inter canones non es-
„ se assumenda, &c."

Et postea: „ Si ideo non esse decretales epi-
„ stulas priscorum Pontificum Romanorum
„ admittendas dicunt, quia in codice canonum
„ non habentur adscriptæ: ergo nec S. Gre-
„ gorii, nec ullius alterius, qui ante ipsum
„ fuit, vel post ipsum est, ad aliquod institu-
„ tum, vel rescriptum recipiendum est; eo
„ quod in codice canonum non habeatur ad-
„ scriptum".

Item post alia: „ Ostendimus nullam esse
„ differentiam inter illa decreta, quæ in cor-
„ pore canonum habentur Sedis Apostolicæ
„ Præsulum, & ea, quæ præ multitudine vix
„ per singula corporum volumina reperiun-
„ tur, &c."

Hæc Nicolai epistula exstat integra, incipit: Quamvis singularis. (*Est in appendice ad bibliothecam Patrum tom. 3. & epist. 54. in 3. tom. epist. decret. Romæ editarum, & in Baron. tom. X. cit. vide etiam dial. 14. libri poster. de emendat. Grat. n. 2. & dial. 11.*) refert multa Ivo Carnot. part. 5. c. 33. decr. & Cæsaraug. lib. 2. cap. 18. & Gratian. dist. 19. c. 1.

Liber editus Moguntiæ anno MDXXV. hos habet canones.

Conciliorum.

Apostolorum per Clementem canones	50
Nicæni Concilii	20
Ancyrani	24
Neocæsariensis	14
Gangrensis	20
Antiocheni	25
Laodicensis	59
Constantinopolitani	3
Ephesini	12
Chalcedonensis	27
Sardicensis	21
Carthaginensis	33
Africanorum	105
Summa omnium	413

Pontificum Romanorum.

Syrici capita	15
Innocentii	57
Zosimi	4
Bonifacii	4
Cælestini	22
Leonis	49
Hilarii	6
Simplicii	2
Felicis III.	13. sive 16
Gelasii	18
(Anastasii)	(8)
Symmachi	5 sive 8
Hormisdæ	4
Gregorii junioris	17
Summa omnium	230

In libro, quem vidi etiam Moguntiæ editum anno MDXXV. non sunt canones Felicis III. adduntur vero Anastasii junioris 8. Symmachi quinque.

Confirmatur idem ordo ex lib. Cresconii de concordia canonum, qui liber in Vaticana bibliotheca est. Is in præfatione ad Liberinum Pontificem mentionem facit Breviarii canonum a Ferrando Carthagin. ecclesiæ diacono fuisse digestum. Idem ordo cap. 59. confirmatur ex capitularibus Caroli lib. 1. Item in Triburiensi concilio, & aliis, ubi decreta Pontificum Romanorum referuntur, semper ordo & numerus capitum servatur, qui in corpore canonum est. Eodem pacto Rabanus Moguntinus in lib. de pœnitentiis eadem utitur ratione, cum refert Innocentii, & Leonis, & aliorum Pontificum decreta. Sic etiam Burchardus Vormatiens. Ivo Carnotens. Anselm. Lucensis, Deusdedit Cardinalis, liber Cæsaraugustanus, & Gratianus, & collectores decretalium.

Ex corpore canonum Bernardus Papiens. in 1. collect. posuit c. 2. de Præbend. quod etiam habet Gregorius IX. sub eodem titulo c. 2. cum

cum eadem inſcriptione. Vere tamen eſt ex Juliani Novellæ III. interpretatinne.

De corpore canonum in Hiſpania, vide Innocent. III. lib. 2. epiſt. 121. regiſtri, pag. 352. *Vide Auctorem libro priori de emendat. Gratian. dial. 3. num. 5. & 9. & dial. 11. num. 5. & poſt utrumque Iſidor. hoc opus editum eſſe docet Auctor in utraque præfatione ad antiquas collectiones, & ad canones pœnitentiales. Dionyſius Exiguus hiſtoriam conciliorum edidiſſe videtur uſque ad VIII. Synodum, ſeu IX. ſub Joanne VIII. (quam pſeudoſynodum dico) Græcorum maxime, & Africanorum Stephano juniori dicatam, ut eſt in M. S. Vaticano codice. Creſconius locos edidit communes ad decreta Conciliorum, & Romanorum Pontificum collocanda, & ſequens corpus canonum ſola refert Græca, & Africana concilia, quæ Græce ſcripta fuere, & nullum Romanum Pontificem ante Syricium ponit.*

* Anton. Auguſtini Cenſura.

* Etſi veteres libros legi, & varia fragmenta, quibus hæc eadem, aut bona eorum pars contineretur, quæ in corpore canonum diximus eſſe; nunquam tamen is titulus eſt a me repertus. Sic etiam in Moguntina editione neque is titulus, neque Dionyſii præfatio poſita ſunt. In ea tamen ſententia ſum, ut ea addi debeant. Dionyſii interpretationem corpus canonum continet, aliam edidit uterque Iſidorus in collectione conciliorum, exceptis Apoſtolorum regulis, quas alter contemnit, alter quinquaginta refert. Ambo Iſidori poſteriores ſunt Dionyſio, item Iſidoro Hiſpalenſi, cujus extant etymologiæ. Ipſæ interpretationes, ut illis temporibus ſcriptæ, valde placent. Miror tamen cur in corpore canonum, neque Pontificum Rom. decreta ante Syricium, neque poſt Hormiſdam, aut Gregorium minorem poſita ſint. Conciliorum vero multorum canones, quos ambo Iſidori ediderunt, hi omiſerunt. Sed Colonienſes omnia conjunxerunt, exceptis cap. 33. concilii Carthaginenſis, atque aliis quibuſdam. Quæ de primatu Romanæ eccleſiæ in Moguntino libro ſunt, ea non ſunt ex corpore canonum; quod ex nominibus Pontificum cognoſci poteſt. Et hoc argumentum nimis jejune tractatur, ut ex his, quæ a nobis collecta ſunt, apparet.

CAPUT XXII.

De Capitularibus Caroli Magni, & Ludovici Pii ejus filii Imperatorum; & de ejus collectore Anſegiſo Abbate.

EX præfatione ejuſdem Anſegiſi: „ Anno „ Incarnationis Domini DCCCXXVII. „ Indict. 5. anno 13. Imperii Ludovici Auguſti, & Lotharii Cæſaris filii ipſius, Anſegiſus Abbas pro amore bonæ memoriæ Domni Caroli Magni Imp. & dicti Ludovici Aug. filii ipſius, & Lotharii Cæſaris Ludovici filii, hæc ſubter deſcripta adunavi capitula “.

Et poſtea: „ Hæc in quatuor diſtinxi libellis. Illa ſcilicet, quæ domnus Carolus Imp. fecit ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in primo adunavi libello. Ea vero eccleſiaſtica, quæ domnus, ac piiſſimus Ludovicus Imp. & Lotharius Cæſar filius ipſius ediderunt, in ſecundo deſcripſi. Illa autem, quæ domnus Carolus in diverſis fecit temporibus ad legem mundanam pertinentia, in tertio adunavi. Ipſa vero, quæ Ludovicus, & Lotharius fecerunt ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarto congeſſi “.

Ex præfatione Benedicti Levitæ in lib. 5. Capitularium: „ Præcedentes quatuor libelli nonnulla glorioſiſſimi Caroli, atque Ludovici Imperatorum continent capitula, quæ eorum tempore ab Anſegiſo Abbate ſunt collecta, ſicut in eorumdem proœmio continentur “.

Partem horum verborum refert Ivo Carnot. lib. 2. tit. 12. cap. 11. panorm. & part. 4. cap. 174. decreti.

Ex Sigeberti chronico: „ Anno Domini DCCCXII. Carolus Imp. per omne imperium ſuum legatos ad faciendum judicium, & juſtitiam cunctis dirigit, & legis capitula 23. inſtituit “. Et poſtea: „ Anno Domini DCCCIII. Carolus per omne Imperium ſuum juſtitias facit, & legis capitula 29. inſtituit. Anno Domini DCCCXXVII. Anſegiſus Abbas Lobienſis edicta Imperatoris Caroli Magni, & Ludovici filii ejus ad eccleſiaſticam legem pertinentia in duobus æque libellis digeſſit “. *Idem eorundem edicta ad mundanam legem pertinentia in duobus æque libellis congeſſit.*

De eodem Anſegiſo ex Joann. Trittenhem. in lib. de ſcriptor. eccleſ. „ Anſegiſus Abbas Lobienſis cœnobii ordinis ſancti Benedicti, & poſtea Senonenſis Archiepiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus literis nobiliter doctus, ſermone & ingenio clarus, diſtinxit, & comportavit ad utilitatem eccleſiæ catholicæ Imperatorum Caroli Magni, & Ludovici leges, quas vidi. Statuta eccleſiaſtica Caroli lib. 1. Regnante Domino, &c. Alia nonnulla edidit. Claruit ſub Lothario Imperat. Ludovici filio anno 840. “

Ex eiuſdem lib. 2. cap. 45. de viris illuſtr. ordin. S. Bened: „ Anſegiſus Abbas Lobienſis, poſtea Senonenſis Archiepiſcopus, vir undecumque peritus, & Regum ſui temporis neceſſarius amicus, ingenio ſubtilis, & cautus eloquio ſcripſit, &c. Edicta Caroli Magni Imp. ad Eccleſiaſticam legem pertioentia, &c. claruit anno DCCCXL. “

Item lib. 4 cap. 86. „ Anſegiſus, &c. vir undecumque doctiſſimus verbo, & exemplo Epiſcopatu dignus, multa ingenii ſui monumenta dedit, &c. “

Aimoinus de geſtis Francorum lib. 5. cap. 27. „ Carolus duos miſit * oratores Anſegiſum

* miſſos. al.

„ pre-

„ presbyterum monasterii S. Michaelis Abbatem, & Echanum laicum Romam cum „ epistulis ad dominum Apostolicum " (Hadrianum).

Et cap. 32. „ Carolus Romam invitante „ Papa Joanne perrexit. Anno DCCCLXXVI. „ in die Nativitatis Domini in Imperatorem „ est unctus, & coronatus ".

Et postea: „ Accersens legatos Apostolici „ Joannem Tuscanensem, & Joannem Aretinum, atque Ansegisum Senonensem, illorum „ consilio medio futuro mense Julio, generalem „ synodum auctoritate Apostolica, & sanctione „ sua apud Pontignonem indixit ".

Et cap. 33. „ Legit Joannes Tuscanensis „ (Episcopus) in synodo epistulam (a domino „ Apostolico missam) de primatu Ansegisi Senonensis Episcopi, ut quoties utilitas Ecclesiastica dictaverit, sive in evocanda synodo, sive in aliis negotiis exercendis per Gallias, & Germanias Apostolica vice fruatur, „ &c. " Multi contradicunt. Literæ exstant datæ 4. Non. Jan. Indict. 9.

In extremo capite: „ Postea Imperator Legatos numeratos Apostolicos Leonem, & „ Petrum remisit Romam, & cum eis Ansegisum Senonensem Episcopum, & Adalganum Augustidunensem Episcopum ".

Martinus Polonus: Anno DCCCLXXIII. „ Joannes Papa VIII. sedit annos 10. diebus „ 12. Hic unxit oleo Carolum filium Ludovici Regis, &c. Hic tradit venerabili viro „ Ansegiso Senonensi Archiepiscopo caput sanctissimi Gregorii, & brachium Leonis Papæ, quas venerandas reliquias Senonis in „ Ecclesia S. Petri cum magna veneratione „ (deportavit, & etiam) collocavit ".

De confirmatione Apostolica, & auctoritate Capitularium.

Benedictus Levita lib. 7. cap. 478. Capitular. „ Maxime trium ultimorum capitula istorum librorum Apostolica sunt cuncta auctoritate roborata; quia his cudendis „ maxime Apostolica interfuit legatio. Nam „ eorum nomina præter trium; id est, Leonis, Sergii, & Gregorii, hic non inseruimus; „ licet ea per singulos conventus inserta invenissemus, vitantes legentium, atque scribentium fastidia. Si quis autem plenius ea nosse voluerit, istorum legat authentica, quibus „ illa inserta reperiet ".

Idem in præfatione lib. 5. „ Hæc vero capitula, quæ in subsequentibus tribus libellis „ coadunare studuimus, in diversis locis, & „ in diversis schedulis, sicut in diversis synodis, ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus, maxime in sanctæ Moguntiacensis Metropolis Ecclesiæ scrinio ab * „ Hariculfo ejusdem sanctæ sedis Metropolitano recondita, & demum ab Autcario secundo ejus successore, atque consanguineo „ inventa reperimus, quæ in hoc opusculo „ tenore suprascripto inserere maluimus ".

* a Riculfo

Et postea: „ Quoniam valde sunt utilia hæc „ capitula, & scire volentibus oppido profutura, quæ pro lege tam Ecclesiastica, quam „ & sæculari jure firmissime sunt tenenda ".

Ex concilio Meldens. cap. 78. „ Ut capitula Ecclesiastica a domino Carolo Magno „ Imp. nec non & a domino Ludovico Pio „ Augusto promulgata obnixe observari præcipiantur, sicut & legalia observanda esse „ noscuntur ".

Ex concilio Troslejano cap. 3. „ Concilia, „ & conciliorum pedissequa capitularia observentur ".

Ex Leonis IV. epistula ad Lothar. August. „ De capitulis vestris, vestrorumque prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conservandis, quanto valuimus, & valemus, „ Christo propitio, & nunc, & in ævum conservaturos modis omnibus profitemur, & si „ fortasse quilibet aliter vobis dixit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem ".

Hæc refert Ivo Carnotens. lib. 2. tit. 12. cap. 12. Panorm. & part. 4. cap. 176. Decr. & Cæsaraug. lib. 1. cap. 61. & Grat. dist. 10. c. 9. Hæc capitularium collectio sæpe refertur in concilio Troslejano, & in Ticinensi, & in Coloniens. sub Carolo III. Burch. Vormat. lib. 1. cap. 218. & c. 219. refert caput Caroli Imp. de Episcopis Aquisgrani conlaudatum, id extat libro 5. capit. 2. Capitular. verba sunt: „ Carlomani Ducis (Principis Francorum) anno DCCXLII. in synodo Francica ". Vide etiam lib. 7. cap. 141. Capit. & Ivon. part. 5. cap. 332. & 333. Decr. Refertur sæpe ab Ivone Carnotens. tum in Panorm. tum in Decretis præsertim parte 16. tum etiam in epistulis, & ab Anselmo Lucensi, & a Deusdedit, & a Cæsaraug. Refertur a Gratiano dist. 63. cap. 34. Sacrorum, & 11. q. 1. c. 38. Volumus, & de cons. dist. 4. c. 104. Monachi, & cap. 126. In sabbato, & alibi.

Hujus libri aliquot capita invenies in legibus Longobardorum sub titulis aptis collocata, cum inscriptione nominis Caroli, Ludovici, & aliorum Imperatorum. Usi autem sunt illis legibus, qui beneficia jure Longobardorum acceperant in Italia, & in Sicilia, multique hodie illic eisdem legibus utuntur, paucis exceptis.

Ex Meldens. c. 80. ad Carolum Calvum Lodovici Pii filium: „ Capitula, quæ Domino mediatore communiter decrevistis, & manu propria confirmastis, & nunc observatores vos verbis promisistis, ut opere pleniter conservetis, & adimpleatis, nunc etiam „ admonemus, &c. Capitula patris vestri sine „ refragatione de cætero conserventur, ac capitulis vestræ religioni ab exiguitatis nostræ ministerio oblatis hoc diploma, si complacet, adnectatur ".

* Ad manus meas pervenit hæc collectio mutila: namque sex libri, Parisiensis editionis anni MDXLVIII. erant imperfecti: sexti enim

* Ant. Augustini Censura.

enim finis erat initium capitis CCLXXXIX. cum tituli essent capitum CCCXXX. sexti libri. Septimi vero libri exemplum, quod ab urbe Roma habui, multis capitibus erat deminutum. Ultimum ejus libri caput supra scripsimus CCCCLXXVIII. cum tituli capitum essent DLVIII. sequebatur duplex collectio adjectorum capitularium. Jam vero in singulis capitibus desideratur inscriptio ejus, qui primus ejus capitis auctor est. Sunt enim multa capitula sumpta ex sacris libris, ut initio lib. VI. cap. LIII. Alia ex conciliis Græcis, & ex corpore canonum, ut initio libri primi cap. LIX. Multa sunt ex conciliis Maguntino, Parisiensi, Vormatiensi, & aliis eisdem temporibus, quibus ipsa Capitularia sunt edita, habitis. Multa sunt repetita, multa confuse collecta: multa etiam barbare scripta sunt, multa mores barbaros ostendentia. Magna tamen ex parte vincunt meliora, quæ cum his conciliorum, & Pontificum decretis consonant; atque conveniunt.

Hæc fere eadem docet Auctor dial. 10. & 11. posterioris libri de emendatione Gratiani. Vide etiam dial. 19. libri prioris, num. 12. & in notis: & ubique docet, concilia maxime in Gallia, & Germania celebrata fontes fuisse Capitularium canonum. Editio nova Parisiens. MDCIV. anni valde diversa est & multo copiosior eis collectionibus, quas refert Auctor. In illius principio multa adduntur Capitularium encomia: sed quæ Auctor dicit, non exiguam ei operi lucem afferunt.

CAPUT XXIII.

De aliis Capitularibus Caroli, Ludovici, & aliorum Imperatorum, & de collectore Benedicto Levita.

EX præfatione ejusdem Benedicti ad lib. 5. Capitularium: „ Quæ Ansegisus, aut invenire nequivit, aut inserere fortasse noluit,
„ & illa, quæ postmodum a fidelibus sanctæ
„ Dei Ecclesiæ, & Pipini, ac Caroli, atque
„ Ludovici didicimus in dictis libellis non es-
„ se inserta, in tribus subsequentibus libellis
„ distincte cum titulis suis coadunare curavi-
„ mus: ac Ludovico, Lothario que, atque Ca-
„ rolo nobilissimis Regibus, filiis videlicet
„ Ludovici piissimi Imperatoris habenda, scri-
„ bere non distulimus “.

Horum verborum partem refert Ivo Carnot. lib. 2. tit. 12. cap. 51. panorm. & part. 4. cap. 574. decret. Alia verba ejusdem præfationis refert Cæsaraug. lib. 2. cap. 33.

CAPUT XXIV.

De adjectis Capitularibus incertis collectoribus.

POst libros septem Capitularium adjecta sunt capitula XXVIII. & in posteriori collectione capitula CCXCVI.

In nova Parisiens. editione multo plura adduntur capitula, post septem libros: sunt enim quinque additiones: prima octuaginta capita continet ad monachos maxime pertinentia. Leo Episcopus Hostiens. lib. 1. histor. Cassinens. cap. 18. ex monachorum, & Abbatum capitulo Aquisgrani celebrato tempore Ludovici Imperatoris Caroli filio, ea prodiisse docet, & refertur in principio additionis conventus præfatio, quæ idem dicit. Secunda additio vigintiquinque capita continet varia, & a variis collecta. In tertia septuagintaocto sunt capita, ad Episcopos maxime pertinentia, & ad sacris ordinibus initiandos. In quarta sunt CIV. capita de variis rebus ex sanctorum Patrum decretis, & Imperatorum edictis, ut dicitur in principio nomine Regis Caroli Crassi (credo) cui etiam tribuuntur in præfatione capita quintæ additionis XX. sed ex synodis ab Episcopis, & Abbatibus habitis in suo regno: quæ potius comitia Regia dicenda videntur. Vitus Amerpachius opusculum edidit de constitutionibus Caroli Magni a Clothario Imperatore ejus nepote in epitomem redactis: quod iterum cudit Joannes Busæus nostræ Societatis Jesu post Hincmari epistulas.

CAPUT XXV.

De Theodulpho Episcopo Aurelianensi.

AImoinus de gestis Francorum lib. 5. cap. 10. „ Carolus Magnus Imperat. obiit 5.
„ Kalend. Februar. anno Incarnation. Domini
„ DCCCXIV. missus est Rampo ad Ludo-
„ vicum filium, qui cum Aurelianam deve-
„ nisset ad urbem, Theodulphus ejusdem ur-
„ bis Episcopus, vir undecumque doctissimus,
„ ejus adventus caussam persentit, & velocissi-
„ me misso tabellario Imperatori innotescere
„ studuit “.

Item lib. 4. cap. 105. extremo: „ Inter conjuratos contra Ludovicum pium Impera-
„ torem aliqui Episcopi fuerunt, Anselmus
„ Mediolanensis, Vuolfoldus Cremonensis, &
„ Theodulphus Aurelianensis “.

Sigebert. in chr. Anno Christi DCCCLXIII. Lotharii Imp. anno 3. „ His temporibus flo-
„ ruit Theodulphus Abbas Floriacensis; post-
„ modum Episcopus Aurelianensis, de quo
„ refertur, quod illos versus: Gloria, laus, &
„ honor, in die Palmarum cantari in Galliis
„ solitos composuerit. Quos cum ipse coram
„ Ludovico Imp. Andegavi exul decantas-
„ set, misertus Imperator jussit eum absolvi “.

Joann. Trittenhem. de script. Eccles. „ Theo-
„ dulphus Episcopus Aurelianens. ex Abbate
„ Floriacensis cœnobii ordinis S. Benedicti,
„ vir in divinis scripturis doctus, & in sæcu-
„ laribus literis a juventute instructus, car-
„ mine excellens, & prosa. Fertur nonnulla
„ utroque stylo composuisse opuscula: sed
„ in manus nostras adhuc minime venerunt.
„ Hic a Ludovico Imp. nescio ob quam suspi-
„ cionem, innocenter missus in carcerem,

„ hy-

„ hymnum Gloria, laus, composuisse, &c. quem cum in die Palmarum, transeunte Imperatore juxta carcerem, alta voce cecinisset, adeo Imperatori complacuit, ut statim eum abire liberum permiserit. Scripsit diverso metro hymnorum lib. 1. epistolarum lib. 1. claruit sub eodem Ludovico anno Domini DCCCXL “.

Eadem fere dicit lib. 2. cap. 40. & lib. 4. cap. 197. de viris illlustr. ordin. S. Benedicti.

* Ant. Augustini Censura.

* Theodulphus ad presbyteros Aurelianenses capita XLVI. edidit, quæ in veteri conciliorum Gallicanorum libro vidimus. Is tamen privata auctoritate, aut fortasse in synodo diœcesana, ea capita constituit. Falso aliquot sunt ex his in editis conciliorum libris pro sextæ synodi verbis scripta; aliquot etiam pro variis Romanorum Pontificum decretis referuntur tum in eisdem conciliis, tum a Burchardo Vormatiensi, Ivone Carnotensi, Anselmo Lucensi, & Gratiano. Hac de causa his usi sumus, ut certa pro incertis poneremus. Pietatem vero, & religionem ejus non minus probamus, quam eruditionem, atque prudentiam. Ex qua re utilitas lectorum erit, ut sibi quisque dictum putet, quod is suis sacerdotibus scripserat.

Hanc epistulam invenies tom. II. Bibliothecæ Patrum col. 994. ubi referuntur alii de hoc Theodulpho loquentes. Baronius eandem edidit tom. IX. annal. ad ann. DCCCXXXV. & ex illo noster Joann. Bulæus post Hincmari Epistulas, cum aliquibus auctoribus, qui de illo dixerunt. Henricus Canisius tom. V. part. 2. & tom. VI. illius carmina quædam refert. Vide Auctoris præfationem ad canones pœnitentiales.

CAPUT XXVI.

De Rabano Mauro Archiepiscopo Moguntino.

Sigebertus in chronicis: „ Rabanus Sophista, & sui temporis poetarum nulli secundus, fit Abbas Fuldensis, qui multa de scripturis sanctis disseruit; qui etiam librum de laude S. Crucis figurarum varietate distinctum, difficili, & mirando poemate composuit, Sergio Papæ sancto Petro offerendum misit anno Christi DCCCXXIV. Ann. Cristi DCCCXXVII. Rabanns Abbas tractatus in libros Sapientiæ, & Eccles. ad Otgarium Archiepiscopum edidit sub Leone IV. Papa Anno DCCCXLVIII. Rabanus Abbas Fuldensis ordinatus Moguntiæ Archiepiscopus, celebrata synodo Moguntiæ jussu Ludovici Regis multa Ecclesiæ utilia decrevit Anno DCCCLVI. Rabanus egregiæ vitæ, & scientiæ Archiepiscopus obiit “: *Vide etiam Sigebertum de viris illustribus cap. 90.*

* Alcuini f.

Joann. Trittenhem. de scriptor. eccles. „ Rabanus Maurus sextus Archiepiscop. Moguntinus ex Abbate Fuldensis monasterii ordinis S. Benedicti natione Teutonicus ex civitate Fuldens. in Buchonia, * Albini Anglici quondam auditor, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis nobiliter doctus, philosophus, rhetor, astronomus, & poeta subtilissimus; cui, ut absque invidia loquar, nec Italia similem, nec Germania peperit æqualem. In monasterio Fuldensi juvenis monachum induit, & tam moribus, quam scientia mirabiliter profecit. Unde & quartus ejusdem cœnobii Abbas fuit, viginti quatuor annis præfuit, & pene infinita opuscula scripturarum composuit, &c. Tandem offensus improbitate monachorum ad Ludovicum Imp. Caroli filium migravit, cum quo mansit usque ad mortem Otgarii Moguntinens. Archiepiscopi, in cujus locum suffectus præfuit annis novem. Habita quoque synodo multa ad utilitatem fidelium constituit. Scripsit autem in monasterio Fuldensi tam carmine, quam soluta oratione multa volumina, maxime in scripturis sanctis, quas a principio usque ad finem omnes explanavit. Scripsit de laudibus S. Crucis libros duos, ad Haymonem Episcopum de universo lib. XXII. de universali natura lib. I. de institutione clericorum lib. III. de divinis officiis lib. I. de computo dialogorum lib. I. ad Ludovicum Regem lib. I. de quæstionibus canonum lib. I. ad Regimbaldum Episcopum lib. I. de benedictionibus Patriarcharum lib. I. Epistularum ad diversos lib. I. Sermonum innumerabilium lib. I. Moritur sub Ludovico, & Lothario Principibus anno Domini DCCCLV. indict. III. Episcoparus ann. IX. Sepultus in monasterio S. Albani prope Moguntiam, non sine opinione sanctitatis “.

Idem lib. 2. cap. 39. de viris illustr. ord. S. Bened. „ Rabanus Maurus Magnetius ex Abbate &c. ex finibus Francorum in silva, quæ Buchonia nuncupatur, distans a Moguntia millibus ferme XV. versus Thuringiam, Albini auditor &c. cum adhuc monachus esset annos natus 30. scripsit de laude S. Crucis lib. II. metro primum, prosa secundum, quos postea S. Petro per manus Sergii Papæ obtulit. Scripsit ad Haymonem Episcopum Halberstatensem etymologiarum, seu de universo lib. XXII. de universali natura lib. I. ad Haistulfum quartum Moguntinum Archiepiscopum de institutione clericorum libros III. ad Heribertum Episcopum de quæstionibus canonum lib. I. ad Regembaldum de eadem re lib. I. &c. Rexit Episcopatum annis octo, &c. Moritnr anno DCCCLV. indict. III. “

Eadem fere lib. 3. cap. 199. & lib. 4. cap. 81. „ Annis novem præfuit Ecclesiæ Moguntiæ “.

In utroque opere ait Trittenhemius plura opera a Rabano edita fuisse, quæ ad ejus manus non pervenere, & in posteriori libro ait, in bibliotheca Fuldensi plures ejus libros vidisse, quorum titulorum oblitus erat, utrobique ejus doctrinam, & sanctitatem valde commendat. Carmina de ejus vita a Rabano com-

composita, exstant in I. tom. Bibliothecæ patrum, & in ejus expositione Ecclesiastes, & Hieremiæ edita Basileæ.

Liber editus Coloniæ MDXXXII. „ Rabani Mauri Moguntinens. Archiepiscopus de clericorum institutione, & cæremoniis Ecclesiæ ex veteri, & novo testamento ad Heistulfum Archiepiscopum libros tres. Ejusdem ad Otgarium Episcopum Pœnitentium lib. I. Quota generatione licitum sit matrimonium, epistula ad Humbertum Episcopum. De consanguineorum nuptiis, & de magorum præstigiis, ad Bonosum liber de anima, ad Lothrrium Regem lib. I. de septem signis nativitatis Domini: De ortu, vita, & moribus Antichristi “.

Marianus Scotus lib. 3. Chronicorum: Anno DCCCXXII. Eigildus Fuldensis Abbas obiit: Rabanus sibi successit. Anno DCCCXLVII. Otgarius Moguntinus Archiepiscopus obiit: Rabanus Abbas Fuldensis sibi successit. Anno DCCCLVI. Rabanus Archiepiscopus Moguntinus obiit: Carolus ei successit “.

Martinus Polonus: Anno DCCCXVI. Ludovicus cum Lothario filio suo imperavit ann. 25. Eo tempore floruit Rabanus monachus Fuldensis, Poeta Magnus, & in scientia theologiæ præclarus “.

* Ant. Augustini Censura.

* Soler Rabanus tacito Isidori nomine ejus verba referre tum in lib. etymologiarum, tum in lib. de institutione clericorum. Librum Pœnitentiæ ex corpore canonum, & ex variis conciliis, quæ Isidorus peccator etiam retulit, sumpsit. Eumque Rabanus Abbas Otgario Archiepiscopo Moguntino, cui postea successit, inscripsit. Hujus libelli gratia, & quia concilium provinciale Moguntiæ habuit, hæc de eo scripsimus.

Pœnitentiale ejus, seu lib. de remediis peccatorum edidit Auctor in lib. de canonibus pœnitentialibus, in cujus operis præfatione multa de eo. Henricus Canis. tom. I. edidit Rabani martyrologium ex bibliotheca S. Galli apud Helvetios.

CAPUT XXVII.

De Burchardo Episcopo Vormatiensi.

JOann. Trittenhem. de scriptor. Ecclesiastic. „ Burchardus ex monacho Lobiensis cœnobii ordinis S. Benedicti, Episcopus Vormatiensis in Germania, Alberti Gemblacens. Abbatis apud Lobias quondam auditor, atque discipulus. * Hujus in canone fit mentio 73. dist. c. 1. IN NOMINE DOMINI. Vir in divinis scripturis studiosissimus, & valde eruditus. Scripsit ex sententiis sanctorum patrum, & generalium conciliorum, atque summorum Pontificum magnum, & insigne opus post Isidor. videlicet Decretorum, quod divisit in libros XX. In novo testamento Epistularum ad diversos lib. I. claruit sub sancto Henrico Imp. anno Dom. MXX.

* Cujus

Idem lib. 2. cap. 73. de viris illustr. ord. S. Bened. „ Burchardus monachus Lobiensis, deinde Vormatiensis Episcopus, discipulus quondam Alberti Abbatis Gemblacensis, cum adhuc ambo morarentur apud Lobias magnum divinis literis impendit studium, unde & doctor magnus evasit. Scripsit decretum post Isidorum ex sententiis patrum lib. XX. Epistulas etiam plures ad diversos, & quædam alia, quæ non vidi. Hujus viri mentionem facit Gratian. 73. dist. cap. 1. in nomine, &c. Claruit anno Domini MX. “

Et lib. 4. c. 253. „ Burchardus, &c. vir doctrina, & moribus insignis, ingenii clara monumenta reliquit. Decreta sanctorum patrum, & conciliorum post Isidorum in XX. lib. magno studio comportavit, quo veteres ante Gratianum usi sunt. Claruit anno Domini MX. “

Burchardus l. 2. c. 227. Decretorum: „ In nomine Patris n, & Filii v, & Spiritus sancti A. Walterio Spirensi Episcopo. Ego Burchardus sanctæ Wormatiens. ecclesiæ devotus gregis Christi famulus, in Deo vero summæ felicitatis beatitudinem. * Quum sancta catholica ecclesia, &c. Data Wormatiæ Idib. Martii anno Dominicæ Incarnationis MXII. Indict. X. “

* Cum

Eadem verba refert Ivo Carnot. part. 6. c. 434. & 435. Decreti, & Gratian. dist. 73. cap. 1. sed Ivo mutat nomina personarum, & loci, & temporis: Gratianus retinet Burchardi nomen, & alia.

In calce libri XX. Burchardi Concilii Salegunstadensis initium: „ Ego Aribo Moguntinæ sedis Archiepiscopus, quamvis indignus, cum cæteris confratribus nostris, & coepiscopis, Burchardo Wormatiensi, Werenhario Areentino, &c. synodum in Salegunstad. condiximus ann. Dominicæ Incarn. MXXIII. Indict. V. pridie Id. August. Anno autem D. Henrici secundi regnantis XXI. Imperii vero sexto, &c. “

Ejusdem concil. canones habes apud Ivonem Carnotens. part. 15. cap. 168. & sequentib. Decreti. Bernardus Papiensis in 1. collectione decretal. refert Burchardi verba cap. 2. *de sponsa duorum.* Item Gregorius IX. c. 2. ejusdem tit. Item cap. 1. *de frigid.* Bernard. & Greg. Et cap. 9. *de accusat.* Bern. cap. 8. eodem titul. Gregor. Et cap. 5. *de sortileg.* BEAN. TANTUM. Burchardi librum decretorum Ivo Carnotensis Episcopus sequitur, paucis additis, & mutatis; quod poterit lector facile utriusque libri collectione cognoscere.

Idem Ivo in epist. 74. ad Willelm. Abbatem Fiscunens. monaster. „ In collectionibus Burchardi Episcopi Wormariens. ex concilio Meldensi capit. 5. ita scriptum reperitur: ALTARE SI MOTUM FUERIT, &c. “ Videnđ. Burchard. lib. 3. cap. 11. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 11. Panorm. & part. 3. cap. 13.

De-

Decreti. Anselm. lib. 5. cap. 13. Cæsaraugust. lib. 7. cap. 27. Grat. de cons. dist. 1. cap. 18. Si motum.

Sigebertus in chronicis: „ Anno Christi „ MVIII. Burchardus fit Wotmatiens. Epi- „ scopus, qui in scripturis studiosus magnum „ illud canonum volumen edidit, scripturarum „ sententiis undique compilatis defloratum, „ collaborante sibi in hoc magistro suo Olber- „ to Abbate viro undequaque doctissimo". *Vide Sigebert. etiam in lib. de viris illustribus cap. 144. multis laudibus eum extollentem, & in editionis decretorum Coloniens. principio extant ejus gesta.*

* Antonii Augustini Censura.

* Laudanda est Burchardi maxima diligentia io colligendis variis sententiis ex conciliis, & decretis Pontificum Romanor. & aliis scriptis sanctorum virorum, item ex Imperatorum, & Regum sanctionibus, aliisque libris. Laudo etiam ejus prudentiam io discernendis, & separandis rebus, de quibus agitur: quamvis alius fortasse ordo aptior inveoiri potuisset: tamen bic ipse ab eo excogitatus oon est inutilis. In librorum delectu, & in inscriptione singulorum capitum minus certa notari potest. Est enim Burchardus, ut cæteri, qui postea scripserunt, reprehendendus, quod non ex fontibus ipsis hausit singula, sed ex rivulis, & stagnis aliorum. Vetus liber inscriptione caret, editi habent hanc: D. Burchardi Wormatiens. Ecclesiæ Episcopi decretorum lib. XX. Trittenhemius decretum, aut decreta inscripsit. Ivo collectiones, Sigebertus canonum volumen appellat. Joann. Molinæus in præfatione Ivonis decreti auctor est, multa in editis Burchardi libris desiderari, quæ ipse viderit io veteribus plenlora, sed ea duodecim libris tantum divisa, quorum sexta pars est editus liber. *De eo sæpe Auctor in libris de emendatione Gratiani, & in utraque præfatione ed antiquas collect. & ad canones pœnitentiales.*

CAPUT XXVIII.

De Deusdedit Cardinali presbytero tituli Apostolorum in Eudoxia.

Hic ad Victorem tertium, Gregorii septimi successorem præfationem scribit, in qua hæc verba sunt: „ Ex variis sanctorum „ patrum, & Christianorum Principum aucto- „ ritatibus potioribus quibusque in unum con- „ gestis præsens defloravi opusculum, quadri- „ faria dispertitum partitione. Primus liber con- „ tinet privilegium auctoritatis Romanæ Ec- „ clesiæ. Et quoniam Ecclesia sine clero suo „ esse non potest, nec clerus absque rebus, „ quibus temporalibus subsistat; huic subjun- „ xi secundum, & tertium de clero, & de re- „ bus ejusdem Ecclesiæ. Quia vero sæculi po- „ testas Dei Ecclesiam sibi subjugare nititur, „ libertas ipsius Ecclesiæ, & cleri, & rerum „ ejus tertio, & maxime quarto libro eviden- „ ter ostenditur. Singulas autem deflorationes „ huic operi insertas, juxta ordinem capitulo- „ rum minime locavi; quia pene omnes aliæ „ bina, aliæ plura negotia continet, &c."

Idem io lib. contra iovasores, & simoniacos, & reliquos schismaticos tempore Urbani Junioris: „ Quatuor itaque sunt, de quibus, „ Deo auctore, scribere proponimus. Primum, „ quod Regi non liceat sacrosanctis Ecclesiis „ Episcopos constituere. Secuodum de simo- „ niacis, schismaticis, & eorum sacerdotio, „ & sacrificio, &c. Tertium, quod clerus a „ sæcularibus pasci debet, atque honorari, non „ infamari, vel judicari, ac persequi. Quar- „ tum, quod sæculari potestati non liceat in „ Ecclesiam clericos introducere, vel expel- „ lere, nec res Ecclesiasticas regere, vel in sua „ jura transferre". *Utriusque operis, & præfationis meminit Baronius tom. XI. annal. ad annum MLXXXVII.*

Ex Pontificali in Victore: „ Victor, qui „ & Desiderius, Cassinensis B. Benedicti Ab- „ bas, sedit mens. 4. dies 7. Ad hunc Deus- „ dedit presbyter tituli Apostolorum in Eudo- „ xia composuit, & ordinavit librum cano- „ num".

* Ant. Augustini Censura.

* Duorum librorum, quos Deusdedit scripsit, alterius tantum præfationem legi ad Victorem tertium: alterius duo habeo exempla ex libro veteri Romæ in sacrario Ecclesiæ B. Petri reperto sumpta. Utriusque indicem supra scripsi. Hic non eadem ratione utitur, qua Burchardus, Ivo, Anselm. & Grat. ut colligat tantum dicta patrum, vel conciliorum, sed ipse pluribus utitur argumentis, & sua auctoritate patrum confirmat, aliena confutat, & acrius io caussa versatur, quæ illis temporibus ecclesiam Dei perturbabat, Henrico Imperatore sua privilegia concedendi ecclesias, & monasteria, & Episcopos, & Abbates per virgam, aut baculum instituendi, sive investiendi armis defendente adversus Gregorium VII. & successores. Multa colligit, sed non omnia ex fontibus haurit, neque in caussa justa omnibus certis utitur auctoritatibus.

Vide auctorem de eo in utraque præfatione ad antiquas collectiones, & ad canones pœnitentiales, & in libris de emendat. Gratiani maxime l. priori dial. V.

CAPUT XXIX.

De Anselmo Lucensi Episcopo.

Sigebertus in chronicis: „ Anno MLXXXVI. „ Cassinensium Abbas Desiderius, qui & „ Victor. 162. contra Clementem fit Papa: „ sed dyssenteria dissolutus, non multo post „ moritur. Anselmus Lucensis Episcopus Hil- „ debrandi Papæ cooperator indefessus apud „ Mantuam exulans moritur, qui in Hiere- „ miam, & in Psalmos tractatus edidit, & do- „ ctrinam Hildebrandi libro luculento confirma- „ vit; cujus sanctitas miraculis declarata est". *Eadem scribit in lib. de viris illustribus cap. 162.*

Joann.

Joann. Trittenhem. de ſcript. eccleſ. „ Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, vir in divinis „ ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus lit„ teris non infime doctus, Gregorii VII. Pa„ pæ cooperator indefeſſus, & contra Guiber„ tum ei ſubordinatum ab Henrico defenſor „ egregius, adeo ut omnia ejus facta, dicta, „ vel ſcripta contra Henricum Imp. auctori„ tate juris, & ſcripturarum defenderet. Reli„ quit ingenii magni monumenta clariſſima: „ In Hieremiam, in Pſalterium. Contra Gui„ bertum Antipapam; & plures epiſtulas ad „ diverſos. Claruit ſub Henrico quarto anno „ Domini M. LXXX. “

De collectione Anſelmi credita, quæ appellatur Authentica canonum, ſive regularum.

* Anton. Auguſtini Cenſura.

HUjus * collectionis tres vidi libros: in duobus veteribus libri nullus erat: in exemplo Romano hæc inſcriptio eſt: „ Incipit „ authentica, & compendioſa collectio regu„ larum, & ſententiarum ſanctorum patrum, „ & auctorabilium conciliorum “. In libro veteri meo deſideratur lib. XI. de pœnitentiis, in aliis duobus exſtat, ſed & in illo liber undecimus eſt, qui aliis duodecimus; liber duodecimus eſt, qui aliis decimustertius. In eodem veteri eſt initio ordo Romanorum Pontificum uſque ad Paſchalem Juniorem: in exemplo Romano adduntur Paſchalis, Gelaſius, & Calliſtus plene notatis annis, menſibus, & diebus: Honorius, & Innocentius imperfecte ſine diebus. In hac collectione ſunt Urbani poſterioris, & Paſchalis aliquot conſtitutiones, quas Anſelmus Lucenſ. videre non potuit, ſi credimus Sigeberto tempus mortis ejus notanti ante Urbani minoris electionem. Sed potuerunt addi ea capita poſt Anſelmi mortem ab aliquo viro ſtudioſo. Et plane magna eſt varietas in numeris capitum ſingulorum librorum: ut ex his tribus libris, quos legi, cognovi. Idemque accidiſſe aliis certus ſum. Et in exemplo Romano multa capita legi, ſumpta ex Panormia Ivonis, alia ex concilio Romano Calliſti poſterioris, item ex aliis libris. Hic mihi collector viſus eſt Burchardi collectionem legiſſe, idque adſcriptum aliquot capitibus legi. Gratianus alicubi videtur hujus libri ordinem ſequi. Inſcriptionum incertitudo eſt, quæ in aliis libris Burchardi, Ivonis, & Gratiani; & ut in illis ſine delectu omnes placent cujuſcumque ſcriptoris ſententiæ. Multa vero ſunt non male allata, quæ in aliis libris non leguntur: ut in noſtra collectione notamus. Initium libri primi idem eſt cum initio libri primi Burchardi, & cum initio partis quintæ Ivonis decretorum: „ In novo teſtamento poſt „ Chriſtum Dominum, &c. “ ex Anacleto: quibus etiam utitur Iſidorus, & Rabanus, ut alibi diximus.

Ejuſdem meminit Auctor in utraque præfatione ſæpe citata, & in lib. priori de emendatione Gratiani dial. V. in principio ait: Anſelmus Lucenſis, ſive is, cujus collectionem habemus, Urbani II. tempore ſcripſit, &c. *Henric. Caniſius tom. 6. variæ lectionis edidit hujus Anſelmi libellos contra* * *Witbertum Antipapam Clementem nomine, & brevem quandam canonum collectionem, quæ potius tractatus quidam peculiaris eſt de facultatibus eccleſiæ a ſæcularibus non uſurpandis ex ſcripturarum teſtimoniis, conciliis, Romaniſque Pontificibus. In principio refert teſtimonium Trittenhemii, Syſti Senenſ. lib. 4. bibliothecæ, & Abbatis Urſpergenſis eum collaudantium.*

* Wibe.

CAPUT XXX.

De Ivone Epiſcopo Carnotenſi.

AImoinus lib. 5. cap. 49. de geſtis Francorum: „ Rex Philippus ſexagenarius præ„ ſente Ludovico filio anno MCVI. diem „ clauſit extremum, &c. Conſulti proceres, & „ potiſſimum dictante venerabili, & ſapien„ tiſſimo Ivone Carnotenſ. Epiſcopo, ut Au„ relianos Rex Ludovicus conveniat, ſuaſe„ runt “.

Sigebertus in chronicis: Anno MLXXVIII. „ Ab hoc tempore cœpit reflorere in Eccleſia „ B. Quirini Belvacenſi canonicus ordo pri„ mum ab Apoſtolis, poſtea a B. Auguſtino „ Epiſcopo regulariter inſtitutus ſub magiſtro „ Ivone, venerabili ejuſdem Eccleſiæ Præpo„ ſito, poſtea Carnotenſium Epiſcopo. Anno „ Chriſti M. XCII. Dominus Ivo ſancti Quin„ tini Belvacenſis Præpoſitus a Papa Urbano „ conſecratus fit Carnotenſis Epiſcopus “.

In lib. de viris illuſtribus cap. 168. ait: „ Ivo Carnotenſis Epiſcopus ſcripſit ad Hu„ gonem Lugdunenſem Archiepiſcopum, & „ Apoſtolicæ Eccleſiæ legatum epiſtulam non „ multum prolixam, ſed multum canonicis, „ & catholicis teſtimoniis auctorizatam pro „ diſſidio regni, & ſacerdotii; & pro inuſita„ tis eccleſiæ Romanæ decretis. Scripſit & ad „ diverſos amicos utiles valde epiſtulas. Com„ poſuit etiam inſigne volumen canonum “.

Joann. Trittenhem. de ſcript. Eccleſ. „ Ivo „ Epiſcopus Carnotenſ. ex Præpoſito S. Quin„ tini Belvacenſ. ordinis Canonicorum regula„ rium Divi Patris Auguſtini, vir in divinis „ ſcripturis exercitatus, & canonum ſanctorum „ patrum, ac generalium conciliorum cautiſ„ ſimus interpres, nec minus ſanctitate, quam „ ſcientia reverendus ordinem ſuum diu col„ lapſum magnifice reformavit. Scripſit poſt „ Burchardum Wormatienſ. Epiſcopum ex ca„ nonibus ſanctorum compendioſum decretum, „ quo ante Gratiani tempora utebantur Ju„ riſtæ, quod prænotavit PANORMIAM libro „ 10. Excerptiones Eccleſ. Epiſtularum ad di„ verſos lib. 1. Ivo Carnotenſ. Eccleſiæ Epi„ ſcopus claruit ſub Henrico IV. anno Domi„ ni M. XC. “

Ex epiſtulis ejuſdem Ivonis conſtat fuiſſe ab Urbano II. factum Epiſcopum Carnotenſem; Ur-

Urbano successit Paschalis II. sub quo scripsit Excerptiones.

Post Sigeberti chron. incertus: An. MCXIV. „ Post Ivonem, qui vita atque doctrina sua Carnotensem Ecclesiam illustravit; quique inter cetera opera sua, illud volumen, quod decreta Ivonis dicunt, utiliter compilavit, Gaufridus vitæ merito, ac prudentia venerabilis Carnutensem Ecclesiam rexit “.

De Panormia, sive Pannormia Ivonis.

* Ant. Augustini Censura.

HOC nomen *, PANORMIA in veteri libro non est, in quo etiam tota illa Ivonis præfatio Excerptiones, &c. nulla est: sed hic titulus: „ incipit liber sacrorum “, & mox: „ prima pars continet de fide, &c. “ Nomen collectionis nusquam in eo libro est. Desiderantur etiam numeri singulorum capitum cujusque partis, tituli in singulis partibus simul ponuntur. Non male in edito libro distinguuntur. Sebastianus Brant Basileæ ann. MCCCCXCIX. librum Decretorum, sive Panormiam Ivonis Carnotensis edidit mendose: hæc ex Innocentio in Historiarum libro addens: „ Ivo, qui Episcopus Carnotensis fuit, inter alia laudabilia ingenii sui opera decreta Apostolica abbreviando compilavit ordinando sub titulis ea, quæ prius Isidorus in unum magnum volumen redegerat, nullum alium habentia ordinem, nisi secundum Pontificum Romanorum tempora. Quæ quidem decreta Ivo abbreviavit, quia scribi non poterant sine magno sumptu. Ipsa quoque capita distinxit, & multas sanctorum patrum sententias interseruit. Hunc autem suum librum Pannormiam appellavit, quasi totius justitiæ sive legis materiam continentem, a πᾶν quod est totum, & νόμος lex, sive Justitia; sive a norma, quæ est regula, sive fabrorum directorium. Sed quia Ivonis non parvæ quantitatis erat opus; Hugo Catalanus ex eodem abbreviato libellum portatilem legitur composuisse, quæ Summa Decretorum Ivonis intitulatur; & forte præsens est libellus “. Hæc Sebast. Brant.

At Joann. Molinæus in præfatione de Panormia sive summa decretorum Ivonis ita ait: „ Qui liber ipsi, aliisque omnibus creditus est hactenus Decretum esse Ivonis Carnotensis, cum interim nihil sit, quam mendis, ac erroribus scatens epitome, eaque meo quidem judicio incerti auctoris; quamvis non desint qui Hugonem Catalanum fuisse compendiarium suspicentur “. Hæc Joann. Molin. qui numeros capitum ita refert, ut nullam habeat titulorum rationem: quod video etiam Romæ fieri a Gratiani emendatoribus. Ego numeros titulis, & singulis capitibus addidi ad decretalium, & digestorum, & Constitutionum exemplar.

Joann. Trittenhem. non solum hunc librum Panormiam Ivonis appellat, sed & addit initium EXCERPTIONES, &c. quod initium est decretorum Ivonis non solum in edito libro, sed etiam in Ivonis epistulis. Idem initium est Panormiæ in libro edito a Sebastiano Brant; sed, ut dixi, in veteri libro ea non sunt. Gratianum suspicor ex hoc libro plura sumpsisse, quam ex Burchardi, aut Ivonis decretis, quæ decreta vix eum vidisse constat; at ex hoc libro pleraque eodem ordine sumpsisse apparebit, si quis conferat utrumque diligenter. Illud etiam non facile credo, Panormiam esse epitomem decretorum Ivonis, cum pauca sint, in quibus inter se conveniant, excepta præfatione, quam alienam esse ex veteri libro manifestum est. In Panormiæ fine edita est synodus Innocentii Junioris imperfecta, quæ in veteri libro non est. De ea dicemus alio loco. *Hæc eadem dicit Auctor dial. V. libri poster. de emendat. in princ.*

De Ivonis Decreto.

* Ant. Augustini Censura.

TItulus * hujus libri verus est, qui utitur initio illis tribus verbis: „ EXCERPTIONES ECCLESIASTICARUM REGULARUM, partim ex epistulis Romanorum Pontificum, partim ex gestis conciliorum catholicorum Episcoporum, partim ex tractatibus patrum orthodoxorum, partim ex institutionibus catholicorum Regum nonnullo labore in unum corpus adunare curavi “. Sic est in editis libris, & in veteri libro epistularum Ivonis, & in exemplo alio post epistolam XCVII. ad Paschalem * Ivonem, & in Panormia Basiliensi, excepta prima voce EXCERPTIONES, quam agnoscit Trittenhemius solus, pro qua cæteri habent EXCEPTIONES. Apparet Ivonem magna ex parte sumpsisse a Burchardo fere omnia, excepta secunda parte, in qua plenius de errore Berengarii tractat, & sextadecima parte, in qua multa sunt ex jure civili Romanorum, & ex Capitularibus Caroli, & aliorum Imperatorum sumpta. Joann. Molinæus hunc librum edidit Lovanii anno MDLXI. cui multorum capitum certiores inscriptiones debemus, quæ apud Burchardum scriptæ fuerant mendose: item Gratiani loca margini adscripta, & sacrorum librorum numerus.

* Juniorem f.

Utriusque operis Panormiæ, & decreti, ut Ivonis, meminit Auctor in lib. de emendat. Gratiani, & in præfationibus citatis ad antiquas collectiones, & ad canones pœnitentiales. Epistularum liber cum notis, & chronico de Regibus Francorum editus est Parisiis anno MDLXXXV.

CAPUT XXXI.

De Hildeberto Cenomanensi, & postea Turonensi Archiepiscopo.

HIC Nannetensi synodo præfuit, ab Honorio II. confirmatæ, qui fuit Callisti junioris successor, Honorio successit Innocentius minor.

Henricus Gandavens. post Sigiberti chronicon cap. 8. his verbis eum laudat: „ Hildebertus ex Cenomanensi Episcopo Archie-

„ piſcopus Turonenſis, qui claruit tam proſa quam metro, ſcripſit eleganti metro vitam Mariæ Ægyptiacæ, expoſuit etiam metrice totum miſſæ ordinem, ſcripſit etiam diverſas ad diverſos epiſtulas verborum venuſtate egregias, ſententias utiles, & ſententiarum coloribus adornatas “.

De eo Tritenhemius ita ait: „ Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſ. & Turonenſ. poſtmodum Archiepiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſæcularibus doctrinis nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio acutus,& multum diſertus eloquio. Berengarii Turonenſ. quondam diſcipulus, ſed perſecutor erroris: qui multas pro eccleſiaſtica libertate perſecutiones, & tribulationes uſque ad carceres ſuſtinuit. Scripſit utroque ſtylo, metrico videlicet, & proſaico quædam præclara opuſcula, de quibus ad lectionis noſtræ notitiam, adhuc pauca pervenerunt. Scripſit eleganti metro valde pulchram & utilem expoſitionem ſuper toto miſſæ officio; de ſuo exilio, & de miſeria hujus vitæ, de ſacramento altaris, epiſtularum ad diverſos, hymnorum, & orationum diverſo metro lib. 1. Epitaphium Berengarii verſibus quinquaginta duobus. Claruit ſub Henrico IV. anno MXC. In Ordine Romano eſt opuſculum de ſacrificio miſſæ, & appellatur ibi Hildebertus Honorii ſecundi familiaris “. *Extant ejus epiſtulæ, & verſus tom. 3. biblioth. patrum: vide de eo Antoninum 3. part. Speculi hiſtorialis tit. 16. cap. 9. §. 1.*

Ex epiſt. XLIX. al. XLVIII. cujus initium: Plerumque fit, in appendice bibliothecæ, & in veteri libro: „ Excerptiones autem decretorum, quas in unum volumen ordinare diſpoſuimus, ad ſuum finem nondum perductæ ſunt, &c. bonam tamen explevimus partem, &c. “

Ex epiſtula LXXXI. al. LXXXIII. quæ in veteri libro non eſt: „ Excerptiones eccleſiaſticarum regularum &c. “ ut apud Ivonem ante Panorm. & Decretum, & in epiſt. Sed mihi ex Ivone ſumi viſa ſunt hæc. Suſpicari poſſumus, hujus eſſe Panorm. aut Anſelmi librum, aut Cæſaraug. aut Tarraconenſ. librum eiſdem temporibus ſcriptos. *Hæc epiſtula eadem fere eſt ſaltem per tria prima folia cum Ivonis ad decretum præfatione. Vide de hac re Auctorem priori libro de emendat. Gratiani, dial. 1. de Cæſaraug. Tarraconenſique libro dicam ſtatim poſt cap. ſequens.*

CAPUT XXXII.

De Gregorio presbytero.

GRegorius presbyter ſub Calliſto minore dicitur collectionem feciſſe, Polycarpum inſcriptam. Ea uſi fuerunt Romæ Gratiani emendatores. Brevem librum eſſe indicat, quod raro ejus mentionem faciunt, & quod non capitulorum numerus ab eis, ſed titulorum refertur.

Ejuſdem libri meminit Auctor in præfatione ad collectiones antiquas & in lib. poſteriori de emendat. Gratiani dial. XV. Qui eſt in Vaticana bibliotheca XXVII. libros continet, uſque ad Romanum Pontificem prædictum. Hactenus opuſculum D. Antonii Auguſtini, cui pauca diverſo caractere addidimus.

CAPUT XXXIII.

De Cæſarauguſtana, & Tarraconenſi canonum collectione.

C*Itantur hæ collectiones ſæpiſſime in Epitome* Juris Pontificii veteris, *explicantur vero in libris de emendat. Grat. Auctor namque dial. V. poſt 3. num. ait primam ad illum miſſam fuiſſe ex monaſterio Carthuſianorum Cæſarauguſtano, quo pervenerat poſt obitum Hieronymi Zuritæ Regii Hiſtorici, litteris, doctrina, ac ſanguinis claritate inſignis: in XV. libros diviſa eſt, & cum poſt Urbanum II. reliquorum Pontificum non meminerit, pro eo tempore ſcripta creditur: & præter conciliorum, Romanorumque Pontificum decreta, ſanctorum Patrum teſtimonia continet.*

Tarraconenſis, quam alias Populeti nominat Archiepiſcopus, ex inſigni monaſterio Ciſtercienſium monachorum Regio XII. millibus Tarracone diſtanti, quod vulgo Populeti ſive Poblete dicitur, dono data ei fuit, & quia auctoris nomine carebat, hæc ex diœceſi Tarraconenſis, ſicut & illa Cæſarauguſtana ab eo nominatur: quod etiam in Anſelmo, aliiſque auctoribus ab eo uſitatum invenimus. Hic liber decreta Gregorii VII. continet, non poſteriorum Pontificum: indicium non mediocre pro ea ætate conſcriptum eum eſſe paulo ante Cæſarauguſtanum: ut eodem fere tempore hæ duæ collectiones prodierint, & Anſelm. & Deuſdedis, & ſimilium. Cum enim eo tempore Henricus IV. Imp. cum Gregorio VII. Victore III. & Urbano II. & cum Paſchali II. Henricus V. aliique Imperatores cum Pontificibus Romanis graviſſime contenderent de inveſtituris Epiſcoporum, Abbatum, reliquorumque clericorum, variiſque modis eccleſiam vexarent; viri pii, & eruditi, qui in eo ſæculo vixere, ad jus eccleſiæ defendendum, ad debitum honorem, & reverentiam Romanis Pontificibus debitam conſervandam, in antiquis decretis colligendis maxime elaborarunt, ex eorumque laboribus hæ collectiones emanarunt.

CAPUT XXXIV.

De aliis Collectoribus.

H*IS addere poſſumus Hadrianum Romanum Pontificem, cujus epiſtula ad Ingelramnum Mediomatric. Epiſcopum in hac Epitome ſæpe refertur: quia in ea multorum conciliorum, etiam Græcorum, Romanorumque Pontificum decreta reperiuntur. Quis vero,*

ro,

ro, quantusque vir hic Pontifex fuerit, satis constat ex ejus gestis, & epistulis, maxime ex VII. generali synodo Nicæn. II. pro veneratione imaginum.

Alios, & antiquiores, & recentiores in sæpe citatis duabus præfationibus refert Auctor maxime in illa ad antiquas collectiones; in ea enim invenies, qui fuerunt Matthæus Blastares monachus, Joannes Zonaras, Alexius Aristenus, Theodorus Balsamon, Photius, & similes in hoc tractatu sæpe relati, quos ut satis notos, & parum nostro instituto utiles, cum in hoc opere numquam ab Auctore citentur, libenter prætermitto.

Solum de Damaso, Pontificali, Professione fidei Summorum Pontificum, qui ad finem titulorum * *ab eo adduci solent, breviter dicam, illos duos Romanorum Pontificum historias conscripsisse. Sed an Damasus ille fuerit sanctissimus Pontifex, qui anno CCCLXVI. Ecclesiam gubernavit, satis dubium est. Hoc certum multa scitu digna in eo libro inveniri, etsi alia minus certa sint, fortasse temporum injuriis, hæreticorum malitiæ, aut scribarum incuriæ, & imperitiæ tribuenda. Pontificalis auctor est Anastasius Bibliothecarius insignis. Ejus opus editum fuit Moguntiæ ante annos X. & historiam contexuit usque ad Nicolaum. Hadriani enim II. & cæterorum ad Alexand. II. vitas scripsit Guillelmus, alter S. R. E. Bibliothecarius. Illius verba refert sæpe Auctor sub Pontificalis titulo, sicut & alii collectores: ut Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 11. panorm. par. 14. cap. 40. decreti. Cæsaraugust. collectio lib. 14. cap. 43. Tarracon. lib. 1. cap. 70. Gratian. dist. 19. Anastasius cap. 9. & alii.*

* In Epitome Juris Pontif. Veteris.

De Professione fidei Roman. Pontificum, hæc scribit Auctor lib. priori de emendat. Gratiani dial. XX. ad num. 14. Is liber *diurnus Professionis Rom. Pontificum* non extat, quod sciam, hoc titulo: Professionis tamen vidi aliquot exempla; *ejusdem etiam meminit. dial. VI. lib. poster. in princip.*

Nihil vero de Gratiano dicemus? Nihil sane ut de viro omnibus noto, & de quo tum expositores, tum Romani emendatores, tum alii ejus temporis historici multa scripsere: & quanti illum Auctor noster fecerit, quantopere eum excusare, defendere, ac omnibus commendare curaverit, ex duobus libris de ejus emendatione clarissime constat. Quo autem tempore floruerit, & sub quibusque Pontificibus, explicuit dial. IX. posterioris libri, & in initio operis in additione ad dialog. primum (a).

(a) His Ant. Augustinus, Tarraconensis ex Fr. nepos, pauca addit, quæ in apparatum ad Juris Pontificii Veteris Epitomen inicienda sunt.



Index capitum.


CA-

CANONES POENITENTIALES

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.



ANTONII AUGUSTINI

PRÆFATIO.



TRes Pœnitentiæ Sacramenti partes constat esse: Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem. De satisfactione in Concilio Tridentino tum Sessione VI. capite quartodecimo, tum Sessione XIV. capite octavo, agitur, doceturque jejuniis, eleemosynis, orationibus, & aliis piis spiritalis vitæ exercitationibus faciendam, hos enim fructus dignos pœnitentiæ vocat, qui a Christo Domino Patri offeruntur. *Debent ergo*, inquit synodus, *Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere; ne si forte † connniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Nam Claves * Sacerdotum non ad solvendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent.* Et Sessione XXIV. capite octavo: *Apostolus monet, publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse, non † dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice injungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores provo-*

† peccatis.

* Sacerdotibus.

† Sit.

ca-

cavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire. De hoc genere satisfactionum permulta exstant antiqua Patrum testimonia, & omnium temporum exempla. Nam & Clemens Petri successor libro secundo capite XVI. constitutionum Apostolorum aperte de pœnitentia peccantibus indicenda ab Episcopis jejunii duarum, aut trium, aut quinque, aut septem hebdomadum conscribit, & Canone Apostolorum LXXII. LXXIII. LXXIV. & LXXVI. ἐπιτίμιον, ἢ ἐπιτιμᾶσθαι, καὶ μετανοῆσαι scribit, quibus vocibus postea pro *pœnitentia*, sive *satisfactione*, & pro *pœnitere*, & *pœnitente*, posteriores usi sunt. Apertius beatus Cyprianus, exorta Novati, & Novationorum hæresi, multa de hac ipsa satisfactione scripsit, ut lib. I. epist. VIII. & lib. III. epist. VIII. & XIV. & lib. IV. epist. IV. & in libro de lapsis, cujus initium est, *Pax ecce dilectissimi.* Exstant hodie Græci hac de re canones multorum virorum sanctissimorum: quorum principes sunt Dionysius Alexandrinus, & Gregorius Neocæsariensis, cognomento Thaumaturgus, & Petrus Martyr Alexandrinus Episcopus, qui antiquiores Nicæno Concilio fuerunt. Sed & Synodus Ancyrana, & Neocæsariensis, quæ itidem priores fuerunt Nicæna, diligenter de hac eadem satisfaciendi parte canones conscripserunt. Jam vero ipsa Nicæna synodus œcumenica, & provinciales Eliberitana, & Arelatenses duæ magna diligentia pœnas criminibus, & satisfactionem Pœnitentibus statuunt. Aurei quoque illius sæculi singulos Patres, qui fuerunt post Nicænam synodum, & in aliis duabus generalibus synodis Constantinop. & Ephesina interfuerunt, & in mul-

tis

tis provincialibus Græcis, atque Latinis, longum est enumerare. Sed eorum referam nomina, qui canones Græcos conscripserunt. Athanasius Alexandrinus, Basilius Cæsariensis, Gregorii duo, alter cognomento Theologus Nazianzenus, alter Nycænus, cujus epistolam ad Letojum infra scripsimus: item Alexandrini tres Episcopi, Timotheus, & Theophilus, & Cyrillus. Adduntur his Gennadii Constantinopolitani, & Tharasii epistolæ, qui posteriores superioribus fuerunt. Si quis etiam canones synodorum aut Græcos, aut Latinos legat eorum temporum, multo magis id animadverteret, & magnam illam diligentiam in singulis criminibus coercendis admirabitur. Addantur illa, quæ in historiis leguntur de magno illo Antistite Ambrosio Mediolanensi, qui Theodosium Imper. coegit agere pœnitentiam de Thessalonicensi cæde, qua negavit pollutum adire posse sanctissima numina. Quo exemplo in Gallia Ludovicus Pius Imp. Caroli Magni filius pœnitentiam publice agere a Sacerdotibus coactus est: & Henricus Imp. a Gregorio VII. non ante absolutus est, quam pene nudus publice satisfaceret. Quid illud Nectarii CP. aliud facinus docet, quam fuisse in ea urbe Presbyterum constitutum huic pœnitentiæ judicio, & solere satisfactiones publice, causasque earum omnibus referri? At ex Leonis quoque reprehensione epistola LXXVIII. cap. II. ad Episcopos Campaniæ, constat, aliquando in usu fuisse, ut publice se reum quisque confiteretur etiam eorum criminum, quæ occulte gessisset. Neque verum est, quod hostes hujus sacramenti dicunt, Nectarium expulisse confessioni præfectos sacerdotes, neque amplius in Oriente Pœnitentias indictas fuisse. Nam contra est,

quod permultis Græcis synodis postea habitis, eadem est religio Pœnitentiarum, atque observatio. Et in octava synodo sub Hadriano Minori habita CP. actione IX. nominatim, quod genus satisfactionis singulis resipiscentibus, aut antea indictum sit, aut tum primum indicatur, diserte exponitur. Interrogantur enim Græci imaginum fractores, & venientes ex schismate Photiano, num antea fuerint crimen confessi, & quod *epitimium* acceperint? illi exponunt, quid egerint, & eis, qui non satisfecissent, *epitimia* indicuntur. Jam illa, quid recensere opus est, quæ multis nota sunt, & veterum decretis constituta? Initio quadragesimæ eiici solitos ex Ecclesia Pœnitentes sacco indutos, & cinere aspersos, feria quinta ante Pascha absolvi. Aliis quoque anni temporibus pœnitentes cum cathecumenis foras mitti, ex formulis sacrificiorum tam Græcis, quam Latinis constat. Id ad audientes proprie expectat. Erant enim alii, qui extra portas Ecclesiæ flentes dicebantur, alii, qui consistentes, atque subjecti, sacris non arcebantur, sed solius oblationis, atque communionis Eucharistiæ expertes fuerunt. Sed operæ pretium est, Theodulphi Episcopi Aurelianensis verba referre cap. XXXVI. ad presbyteros Aurelianenses. Fuit autem is temporibus Caroli Magni, & Ludovici Pii Imperatorum: *Hebdomada una*, inquit, *ante initium quadragesimæ confessiones sacerdotibus dandæ sunt, pœnitentia accipienda, discordantes reconciliandi, & omnia jurgia sedanda, & dimittere debent debita invicem de cordibus suis, ut liberius dicant:* DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS. *Et sic ingredientes in beatæ quadragesimæ tempus, mundis, & purificatis mentibus ad sanctum Pascha* pre-

procedant, & per pœnitentiam se renovent, quæ est secundus baptismus. Quibus verbis apparet, magnopere nos a veterum disciplina recessisse, cum hodie nullo magis tempore digna magnis pœnis, ac pœnitentia fiant, quam illis proximis ante quadragesimam diebus, quibus oportuit, confessiones fieri, ut quadragesimæ initio satisfacere pœnitentes possemus. Et quidem non pœnitentes solos, & omnes Christianos cilicia, & cineres accipere solere, indicant quæ hodie cæremoniæ sacræ fiunt, verbisque concilii quarti Toletani cap. X. confirmantur: *Tunc enim*, inquit, *opus est fletibus ac jejunio insistere, corpus cilicio, & cinere induere, animum mæroribus deiicere, gaudium in tristitiam vertere, quousque veniat tempus resurrectionis Christi.* Et in concilio Toletano tertio cap. XII. *Quicumque*, inquit, *ab Episcopo, vel presbytero sanus, vel infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia Episcopus servet, & presbyter, ut si vir est sive sanus, sive infirmus, prius eum tondeat, aut in cinere, & cilicio habitum mutare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Si vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi prius velata fuerit, aut mutaverit habitum.* Et in Agathensi concilio cap. XV. ita scriptum est: *Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & concilium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abiiciantur; & nisi digne pœnituerint, non recipiantur.* Et in concilio Meldensi cap. LXXVI. *Nemo Comitum, aut quisquam ex judiciaria potestate post quartam feriam, quæ caput jejunii nominatur, in qua omnes pœnitentes manus impositionem ad vacandum solummodo pœnitentiæ, & divinis officiis accipiunt, placitum, aut mallum tenere præsumant.* De quinta feria ante Pascha ita scriptum invenio ab Innocentio epist. I. cap. VII. *de pœnitentibus, qui*

ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus, poenitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum, Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat.

Cum igitur hæc eſſet vetus ſatisfactionis, & pœnitentiæ obſervatio: in tanta hominum & temporum varietate, neceſſe fuit, ut modus, & ratio indicendi has pœnas conſcriberetur,& ut canones colligerentur de eiſdem delictis, ſive criminibus, ſcripti, eos poſteri Pœnitentiales libros, & canones dixerunt. A Græcis autem nomocanones vocantur, quibus regulæ conciliorum, & illorum Patrum, quorum nomina ſupra ſcripſimus, colliguntur. A Latinis in Corpore canonum poſiti ſunt canones conciliorum Orientis, interprete Dionyſio Exiguo, & canones Sardicenſes, & Africani, ſive Carthaginenſes, atque etiam canones quorundam Romanorum Pontificum a Syricio ad Gregorium minorem.Pœnitentiales libri tres commemorantur,Theodori Cantuarienſis Archiepiſcopi,& Bedę presbyteri, & quod Poenitentiale Romanum vocatur. Fuit autem Theodorus natione Græcus a Vitaliano Papa miſſus in Britanniam inſulam, in qua tum alia multa, tum has poenitentię regulas conſtituit.Hunc non longo intervallo Beda ſecutus eſt, qui etiam Romanum librum vidiſſe dicitur, & ex eo Theodori librum auxiſſe, aliis etiam aliunde acceptis. Hos libros fateor me numquam legiſſe,ſed tantum in Burchardi Vormacienſis, & Ivonis Carnotenſis collectionibus fragmenta quædam eorum inveniſſe, item apud Anſelmum Lucenſem,& alios, quorum mentionem in noſtris invenies. Et quamvis a nobis collectio quædam nomen Bedæ præferens, & alia Poenitentialis Romani edatur: non eſſe credimus veteres illos libros; ſed Bedæ libellum invenimus

inter

inter opera Bedæ editum cum ea inſcriptione: *De remediis peccatorum*, ut a nobis quoque in vulgus datur. Ejus libri aliquam partem inveni a Burchardo referri alio nomine: & facile ex his, quæ in notis dixi, & ex collatione cum fragmentis Bedæ Poenitentialis, ab eodem Burchardo, & ab aliis relatis differentia utriuſque libri apparebit. Poenitentiale Romanum a nobis editum multo poſterius eſt Beda, & illo veteri Romano libro, quorum verba etiam refert. Namque hic Gregorii VII. & Urbani, & Calliſti, & Innocentii Minoris verba ſcribitur, qui multis annis fuerunt Beda poſteriores. Sed & quædam videntur ex Gratiani libro eſſe accepta, ut poſtea dicemus. Hunc librum in Michaelis Thomaſii Ilerdenſis Epiſcopi bibliotheca inveni ſine ſcriptoris, aut libri inſcriptione, quem non inutilem eſſe judicavi, & Romanum appellavi; quod ex ea urbe ad noſtras manus venerit. Tertius a me liber hac de re eſt editus Rabani libellus, qui *pœnitentium* inſcribitur, qui licet nonnullorum manibus tereretur, non ſatis erat cognitus, quantum in hoc genere excelleret. Fuit is Archiepiſcopus Maguntiæ, temporibus Ludovici Pii Imp. Caroli filii, de quo ſupra diximus. Uſus autem Rabanus eſſe videtur Corpore canonum & Iſidori Mercatoris priori editione, quod ad concilia tantum attinet provincialia. Nam Romanorum Pontificum epiſtolas nullas refert, præter eas, quæ poſt Damaſum conſcriptæ ſunt; & in Corpore canonum exſtant. Quarto loco poſuimus pulcherrimam Gregorii Nycæni epiſtolam, qua tota hæc ſatisfactionis diſciplina accurate traditur; Cui addita eſt de locis poenitentium brevis collectio, quæ Gregorii Thaumaturgi eſſe dicitur. Poſtremo Canones

XLVII. Pœnitentiales, ſine nomine Gratiani collectione referri ſolitos, poſuimus ex in Aſtenſis ſumma, qui ab oſtienſi acceperat ſumptos: quos falſo nonnulli putant ad forum tantum judiciale pertinere. Non tamen negamus, & illos, & magnam eorum partem, quæ hoc volumine continentur, vix poſſe extra judicium ab his, qui occulta crimina audiunt, & ſatisfactiones indicunt, exequi. Tamen admonere pœnitentes poſſunt, quam olim veteres vindictam eiſdem criminibus indixiſſent. In publicis vero criminibus coercendis in utroque, ut vocant, foro major eſſe uſus poteſt: illis exceptis, quæ temporum ratio non patitur. Eſt etiam delectus habendus, & ratio auctoritatis conſtituentium, in quo video multos juris Pontificii ſtudioſos vehementer decipi, qui Gratiani collectionem parem vim cum Gregoriana habere putant. Cum tamen Gregorius nonus Pontificia auctoritate uſus omnibus in eo volumine Decretalium contentis vim legis ſtatuerit, Gratianus unius Magiſtri, & monachi perſonam gerens ea, quæ refert, non majori pollere potuit efficere auctoritate, quam antea fuerunt. Itaque ſi qua ſunt ab eodem relata ex Pontificiis epiſtolis, aut ex conciliis generalibus ſumpta, ea ſuprema illa poteſtate, qua excellunt, apud omnes vim legis obtinent: at quæ ex provincialibus conciliis, aut ex Epiſcoporum, aut aliorum ſanctorum virorum libris, aut epiſtolis accepta ſunt, ea generalem non habent auctoritatem. Accidit autem ſæpe, ut falſæ ſint apud Gratianum inſcriptiones ſingulorum capitum, quod etiam in noſtro Pœnitentiali Romano evenit, ut ex notis noſtris cognoſci poteſt: ita fit, ut ne illa quidem capita vim legis obtineant, quæ dicantur eſſe ſum-


pta

pta ex Romanorum Pontificum, aut ex generalium Conciliorum decretis: ſed neceſſe eſt adire fontes, unde emanarunt, ut certa ab incertis diſtinguamus. Quod ſupra de Gratiani auctoritate diximus, idem in Theodori, Bedæ, & Rabani pœnitentialibus libris, idem in Burchardi, Ivonis, Anſelmi collectionibus locum habet. Rabanus tamen ceteris præſtat in aliorum verbis referendis, quæ vel ex Conciliis, vel ex corpore Canonum ſunt: qui liber approbari videtur a Leone quarto in epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ. Ad extremum id lectores admoneo, ut in hoc genere librorum Pauli Apoſtoli oraculi meminerint: *Omnia probate: quod bonum eſt, tenete.*



Hi,

Hi, qui ſequuntur, Tractatus, hoc libro continentur.



CA-

POENITENTIALE ROMANUM

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

TITULUS I.

De Homicidio.

CAPUT I.

De interfectoribus Sacerdotum.

Ex Concilio Maguntiensi, cap. XXIV. (*a*)



UI presbyterum occiderit, duodecim ei annorum pœnitentia secundum canones imponatur: at si negaverit, si liber est, cum septuaginta duobus juret, si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se expurget [*b*]. Convictus noxa, usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulo careat, & absque spe conjugii maneat.

CAPUT II.

De eadem re.

Ex concilio Wormaciensi, cap. II. (*c*)

QUi sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat, & vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ, jejunet usque ad vesperam, exceptis festivis diebus, atque Dominicis: non arma sumat, equum non ascendat, ecclesiam per quinque annos non ingrediatur, sed ante fores ecclesiæ stet: post quinque annos ecclesiam ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes stet. Cum autem fuerit duodecim annorum (*d*) cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio: maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadem, ut perfectius purificari mereatur.

CAPUT III.

De homicidio non sponte commisso.

Ex concilio Ancyritano (*e*).

SI quis casu non volens homicidium fecerit, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat; his vero peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat. Post biennium in communionem orationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

a *Ex synodo Moguntina sub Rabano Archiepiscopo c.* 24. in conciliis Surianæ editionis. Habet Burchard. Vormaciens. l. 6. c. 7. Iva Carnotens. parte 10. cap. 136. decret. Gratian. sive Palea 17. quæst. 4. cap. 24. Bernard. Papiens. cap. 2. de purgat. Vulg. in prima collection. decretal. Gregor. 9. cap. 2. de pœnit. & remiss.

b Hæc recte omissa sunt a Gregorio nono, utpote cum sint hæ ferri candentis, aquæ ferventis, & singularis certaminis probationes, quæ purgatia vulgaris dicebatur, prohibitæ Cælestini, Innocentii, & Honorii tertii constitutionibus, quæ extant sub titulo *de purgatione vulgari* lib. 5. decretal. Olim tamen hæc a barbaris accepta diu observata sunt, ut ea Ivonis Carnotens. epistolis tempore Urbani, & Paschalis minoris scriptis constat; epist. 68. ad Gildebertum Cenomineni. Episcopum, & epist. 200. ad Guillelmum militem, & epist. 245. ad Joann. Aurelian. Episcopum, & epist. 250. Ad Ricardum Rhemens. Archiepiscopum. Vidend. Gratian. 2. q. 5. VEL ALIIS. q. 4. cap. 7. MENAM. in fine. & cap. 15. NOBILIS. & cap. 20. CONSULUISTI. & cap. 22. MONOMACHIAM. & cap. 23. SÆPE, & aliis, & Burch. in concilio Salegunst. cap. 7. & 14. Vide etiam probationem aquæ amaræ ad Zelotypiæ purgationem numeror. cap. 5. & apud Gratian. sive Paleam cap. 21. in libro d. q. 5.

c *Cap.* 26. est in conciliis, non tamen eisdem verbis. Sed eisdem habet Burch. lib. 6. cap. 8. & Iva parte 10. cap. 137. decret. Vide Magunt. sub Arnulf. cap. 16. & Tribur. cap. 5. & infra cap. 34. hujus tituli.

d *Duodecimi anni*, habent Burch. & Ivo. *Dum autem duodecimi anni cursus fuerit finitus*, Magunt. *Et cum decimus anni cursus fuerit finitus*, Vormaciens. *Cum decimus anni cursus fuerit finitus.* Triburiens. *Cum autem fuerit duodecimi anni circulus finitus*, infra cap. 34. & Burchard. lib. 19.

e Exstat in Nannetensi cap. 18. in conciliis, & apud Burchard. lib. 6. cap. 56. & Ivan. part. 10. cap. 145. decret. & Anselm. Lucens. lib. 11. cap. 48.

CAPUT IV.

De domina, quæ in furore suo ancillam suam verberaverit, & sic perierit.

Ex concilio Eliberitano (*a*).

SI qua domina furore zeli accensa flagellis ancillam suam verberaverit, ita ut intra tertium diem animam cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos, si casu, post quinquennii tempora (*b*), acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPUT V.

De illo, qui publice pœnitentem occiderit.

Ex decreto Silvestri Papæ (*c*).

SI quis hominem publice pœnitentem interfecerit, ut homicidium sponte commissum dupliciter pœniteat, & nisi in finem (*d*) non communicet.

CAPUT VI.

De insano si homicidium perpetraverit.

Ex concilio Turonensi (*e*).

SI quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda est, quam ei, qui sana mente tale quid commiserit: cui, quamvis pœnitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur, tantum tamen levior, quam ei, qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum, & insanum irrationabile a rationabili constat esse discriminis.

CAPUT VII.

Quod tria sint genera homicidarum.

Ex epistola Clementis Papæ (*f*).

HOmicidarum vero tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat. Quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui detrahit, pariter homicida esse monstratur.

CAPUT VIII.

De illo, qui non vult reconciliari fratri suo.

Ex decreto Fabiani Papæ (*g*).

SI quis non vult reconciliari fratri suo, quem odio habet, tamdiu in pane, & aqua pœniteat, usque dum reconcilietur ei.

CAPUT IX.

De detractoribus.

Ex concilio Agathensi [*h*].

SI quis promptus, facilisque ad detrahendum est, dicensque quod verum non est: septem dies in pane, & aqua sequestratus a fraterno consortio pœniteat.

CAPUT X.

De illis, qui pro vindicta parentum homicidium committunt.

Ex pœnitentiali Theodori [*i*].

QUi pro vindicta fratris, aut aliorum parentum hominem occiderit, ita pœniteat, ut homicida sponte commissa: cum ipsa veritas dicat [*k*], *Mihi vindictam, ego retribuam.*

CAPUT XI.

De illo, qui uxorem suam sine judicio interfecerit.

Ex decreto Pii Papæ (*l*).

ADmonere te cum lacrymis, & multo gemitu curo, fili Heistulfe: si tamen filius dici debeas, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidisti partem corporis tui, scilicet uxorem tuam legitimo ma-

a Adde cap. 5. & in concil. Vormaciens. cap. 39. & Magunt. sub Raban. cap. 22. Refert Raban. 14. pœnitent. Burchard. lib. 6. cap. 19. Ivo part. 10. cap. 22. & 148. decret. Anselm. lib. 11. cap. 35. Gratian. dist. 50. cap. 43. SI QUA FŒMINA.

b Sic etiam Ivo d. cap. 148. & Anselm. *per* pro *post*, Magunt. & Raban. & Burch. *per quinque annorum tempora*, Elber. & Ivo d. cap. 22. *post quinque annorum tempora*, Grat. *si casu, quinque annorum tempora legitimam agat pœnitentiam*, Vorm. aliis omissis, quæ habent alii, excepto Anselmo, qui ita scribit, *si casu, post quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti*, ceteris omissis.

c Sic etiam Burch. lib. 6. cap. 20. Ivo part. 10. cap. 149. decr. Anselm. lib. 11. cap. 49.

d *Fine*, Burch. & Ivo. *e* Exstat in Vormaciens. cap. 28. & apud Burch. lib. 6. cap. 25. & Ivon. parte 10. cap. 145. Decret. & Gratian. 15. q. 1. cap. 12.

f Adde epist. 1. prope finem. Refert Burch. lib. 6. cap. 28. Ivo part. 10. cap. 157. decr. Anselm. lib. 11. cap. 43. & Grat. de pœnit. dist. 1. cap. 24. HOMICIDIORUM.

g Sic etiam Burchard. lib. 10. cap. 60. Ivo part. 13. cap. 61. decret.

h Sic etiam Burchard. lib. 10. cap. 62. & Ivo parte 13. cap. 64. decret.

i Burch. lib. 6. cap. 38. Ivo parte 10. cap. 163. decret. Anselm. lib. 11. cap. 53.

k Deut. 32. Ezech. 9. Rom. 12. Hebr. 10.

l Ex epist. Paulini Forojuliens. Episcopi ad Heistulfum, Burch. lib. 6. cap. 40. Stefan. V. Astulfo, Ivo lib. 7. tit. 2. cap. 3. Panorm. & part. 8. cap. 126. Decr. & Grat. 33. q. 2. cap. 8.

matrimonio sociatam, sine causa mortis, non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ tuæ, non invenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem: sed incitatus a diabolo, impio inflammatus furore, latrocinii more, atrocior, & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem ejus addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo, qui matri non pepercisti, & filios tuos ideo orphanos fecisti, ut superinduceres mortis causam post mortem. Et per unum homicidam, & reprobum testem incusare vis mortuam, hoc nec Evangelium, nec ulla divina, humanaque lex concedit, ut unius testimonio, etiam idoneo, aliquis condemnetur, vel justificetur. Quanto magis per istum tam flagitiosum, & scelestum, nec illa viva debuit condemnari, nec tu poteris post ejus mortem excusari. Prius causa criminis subtiliter erat investiganda: & tunc, si rea fuisset inventa secundum legis tramitem debuit excipere ultionis vindictam. Nam & si verum, quod absit, fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem (*a*) annos pœnitentia peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses: occidere eam nullatenus debuisti (*b*). Duo consilia proponimus tibi, accepta tecum deliberatione, duorum elige magis, quod placeat, & miserere animæ tuæ: & tu hic in isto angusto tempore positus: ne sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas. Relinque hoc malignum sæculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adjutus, observa cuncta simplici animo, quæ tibi ab Abbate fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Istud consilium, ut certissime scias, levius, ac salubrius est, ut sub alterius custodia lugeas deflenda peccata (*c*). Secundum autem consilium tale est. Arma depone (*d*), & cuncta sæcularia negotia dimitte. Carnem, & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto uno die Resurrectionis Domini (*e*), & uno die Natalis Domini. Ceteris temporibus pane, & aqua, & interdum leguminibus, & oleribus pœniteas [*f*]. In jejuniis, in vigiliis, & orationibus, & in eleemosynis persevera omni tempore. Vinum, & medonem, & mellitam (*g*), & cervisam nunquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, absque conjugio in perpetuo permaneas. Numquam te in balneo laves, equum non ascendas [*h*], causam tuam, & alterius in conventu fidelium non agas. In conviviis lætantium numquam sedeas, in ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium humiliter stes, ingredientium, & egredientium orationibus te suppliciter commendes. Communione sacri corporis, & sanguinis Domini, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes: in ultimo termino vitæ tuæ pro viatico, si observaveris consilium, ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora, quæ tibi juxta pondus tanti facinoris essent adjicienda. Sed si hæc omnia, quæ (*i*) supradicta, misericorditer dicta sunt, perfecto corde, Deo auxiliante, perfeceris, & custodieris, confidimus de immensa clementia Dei, remissionem tuorum peccatorum te habiturum, & secundum boni, justique pastoris imperium, resolvat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine redemerat, sis solutus in cælis. Sin autem aliter feceris, & sanctæ matris Ecclesiæ salubre consilium despexeris, ipse tibi sis judex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, maneas: sanguisque tuus sit super caput tuum (*k*), & sub indissolubili (*l*) anathemate permaneas, donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

CAPUT XII.

De eadem re.

Ex concilio Elibertano (*m*).

SI mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit, quia dominum & seniorem suum occidit, sæculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

a Post octo annos, Ivo d. cap. 126. & in veteri libro Panorm. *septem* est in edicto, & apud Burch. & Grat.

b Addit Ivo: *Non enim Deus vult mortem peccatoris, sed ut convertatur ad pœnitentiam, & vivat*. Ezech. 33. Sic etiam Grat.

c Sin autem, publicam pœnitentiam permanens in domo tua, vel in hoc mundo vis agere, quod tibi pejus, & durius & gravius esse non dubites: ita ut agere debeas, exhortamur. Omnibus diebus, quibus pœnitere debes, vinum, & omnem siceram non bibas: carnem numquam ullo tempore comedas &c. Ivo, & Grat. De siceta vidend. Hieron. epist. 2. ad Nepotian. *d Armis numquam cingere, nec in quolibet loco litigare præsumas.* Ivo, & Gratian.

e Et uno die Pentecostes, addit Burch. solus tam d. cap. 40. quam lib. 19. §. 266.

f Sic etiam Burchard. *soloque pœnitere debes*, Ivo d. cap. 126. *& sale pœnitentiam age*, Ivo in Panorm. & Gratian.

g Et mellitam cervisam, Burchard. omnia hæc omittunt Ivo, & Grat. Mellitam conicio esse cum melle confectam potionem. Cervisa, vel cervisia, potio nota est Germanis, & Britannis. Medonem ignoro, sed potionis genus esse apparet. *Vinum & omnem siceram non bibas*, habent, Ivo & Grat. *A vino, & medone, ac mellita cervisa abstineat*, Triburiens. cap. 56. & 58. Vide infra cap. 22.

h Hæc omittunt Ivo, & Gratian. *i Quæ supra* Burch. aptius, & Ivo: *quæ tibi*, Grat.

k Addit Burch. *nos alieni a consortio tuo*; item Ivo, qui addit his etiam alia: *pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare, & Domini attentius misericordiam quotidie implorare. Qui cum Patre &c.* Eadem ferme Grat. refert usque ad verbum *implorare*, ut etiam est in Panorm. lib. edito. Vetus vero liber habet omnia supra scripta. *l* Sic etiam Burchard. Omittunt hæc Ivo, & Grat.

m Cap. 85. addit. Burch. lib. 6. cap. 39. & Ivo part. 10. cap. 168. decr. sed in conciliis non inveni.

CAPUT XIII.

De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occidunt.

GRegorius Bonifacio Maguntino Archiepiscopo (a). De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderunt, decrevimus, vel decernimus (b), ut toto vitæ suæ tempore corpus non suscipiant Dominicum, nisi in sui temporis exitu (c), pro viatico. Abstineant autem se a carnis comestione, & potu vini, donec vixerint. Jejunent secundam, & quartam, & sextam feriam, ut sic possint deflentes diluere commissum scelus.

CAPUT XIV.

De diversis homicidiis voluntarie, sive nolenter.

Synodus CL. patr. sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata (d).

QUi voluntarie genitorem suum, aut genitricem occiderit, extra patriam septem annis exul fiat: tunc demum usque ad mortem cum fletu, & gemitu pœniteat. Si autem nolens occidit (e), decem annis pœniteat, judicio sacerdotis. Qui voluntarie filium suum, vel filiam suam, vel germanum, aut germanam suam occiderit, quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: deinceps viginti annis inermis cum fletu, & luctu pœniteat. Si autem nolens, septem annis pœniteat. Qui vero voluntarie avum suum, vel aviam, vel neptem (f) suam, vel patruum, aut avunculum, seu amitam, sive materteram, aut filium, vel filiam germani sui, aut germanæ, seu consobrinum suum, sive consobrinam suam occiderit, viginti annis (g) inermis cum fletu, & luctu pœniteat (h). Qui voluntarie de propria cognatione sua occiderit, id est, a tertia usque ad septimam; si vero tertia fuerit, duodecim annis inermis pœniteat: si quarta, undecim annis pœniteat: si quinta, decem: si sexta novem: si septima, octo annis pœniteat. Si autem nolens, arbitrio sacerdotis pœniteat. Qui voluntarie patrem suum, aut matrem, vel filium, aut filiam de Sancto lavacro, seu fratrem, sive sororem in Christo, aut dominum suum, vel dominam, seu uxorem suam occiderit, quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: tunc demum quindecim annis inermis pœniteat. Si vero nolens, septem annis pœniteat. Qui vitricum suum voluntarie occiderit, aut novercam, seu privignum, sive privignam, vel socerum suum, aut socrum suam, seu generum suum, sive nurum, decem annis pœniteat. Si vero nolens, quinque annis pœniteat. Si laicus alterum laicum occiderit, septem annis pœniteat. Si autem in sæcularibus hominibus hoc detestamur scelus, quanto magis in clericis, & in monachis. Fortassis etenim si quando fœmineus sexus de his sceleribus aliquod malum attrectaverit, similiter ut congruum fœmineo est sexui, ita pœniteat. Valde pensandum est suprascriptis omnibus personis, e quibus aliquid ex his sævissimis malis aliquibus irrepserit, si per ignorantiam, si per infirmitatem, si per industriam. Gravius est infirmitate, quam per ignorantiam, gravius industria, quam per infirmitatem peccare. Sic semper providendum est peritissimis sacerdotibus.

CAPUT XV.

Si plures homines unum impugnaverint.

Ex concilio apud Warmerias (i).

SI quatuor, aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum ut homicida judicetur. Reliqui autem, qui eum impugnabant, volentes eum interficere, similiter pœniteant. Qui nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec concilio, nec auxilio cooperatores fuerint: sed tantum adfuerunt, extra noxam sint.

CAPUT XVI.

De homicidiis diversis ab ecclesiasticis viris commissis.

JUdicium canonum (k): Si quis homicidium fecerit, si Episcopus, quindecim annis pœniteat, & deponatur: cunctos dies vitæ suæ peregrinando finiat. Presbyter duodecim annis pœniteat, quatuor ex his in pane, & aqua: & deponatur superiori sententia. Diaconus decem annis pœniteat, tres ex his in pane, & aqua. Clericus, & laicus septem annis pœniteat, tres in pane, & aqua: ad gradus cujuslibet sacerdotii accedere non præsumat.

CAPUT XVII.

De illo, qui consentit ad homicidium faciendum.

(l) SI quis ad homicidium faciendum consenserit, & factum fuerit, septem annis

---

a Exstat Gregorii minoris epist. 8. in conciliis. Refert eadem verba Anselm. lib. 11. cap. 51.

b *Decernimus*: Anselmus tantum. Desiderantur hæc in conc. c Sic etiam Ans. vetus: nisi tempore exitus, concil. *obitu* pro *exitu* Romanus liber Ans. d Sic etiam Anselm. lib. 11. cap. 48. in Rom. inscriptionem falsam esse suspicamur. e Sic Anselm. quoque: *nolens occidit* malo, aut *nolenti accidit*.

f *Seu nepotem, aut neptem*, Anselm. plenius. g *Duodecim annis* Anselm.

h Addit Anselm. *Si enim nolens, septem annis pœniteat*. *Vero* pro *enim*, scribo.

i Burch. lib. 6. cap. 42. Ivo parte 10. cap. 179. decret. & Gratian. 23. q. 8. cap. ult.

k Sic etiam Anselm. lib. 11. cap. 33. sine inscriptione Grat. sive Palea. dist. 50. cap. 41.

l *Judicium canonum* Anselm. lib. 11. cap. 34.

nis pœniteat, tres in pane, & aqua. Si autem voluerit, & non (a) poterit, tribus annis pœniteat. Si quis nolens homicidium fecerit, quinque annis pœniteat, duobus in pane, & aqua.

CAPUT XVIII.

De illo, qui aliquem percusserit, & sanguinem fuderit.

(b) Si quis aliquem per iram percusserit, & sanguinem fuderit (c), aut debilitaverit, solvat ei prius impensas, & opera, & medicum quærat: & si laicus est, quadraginta diebus in pane, & aqua pœniteat: si clericus, duas quadragesimas: si diaconus, septem mensibus: si presbyter, anno uno.

CAPUT XIX.

De eo, per cujus consilium homicidium fit.

(d) Consiliatus es homicidium, & non fecisti, & occisus est homo ille propter tuum consilium: quadraginta dies [e] in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas.

CAPUT XX.

De illo qui jussu Principis tyrannum occiderit.

(f) Fecisti homicidium in bello jussu legitimi Principis, qui pro pace hoc fieri jusserat, & interfecisti tyrannum, qui pacem pervertere studuit: tres quadragesimas per legitimas ferias pœniteas. Si autem aliter fuerit, id est, si sine jussu legitimi Principis, ut homicidium sponte commissum pœniteas, id est, quadraginta dies [g], cum septem sequentibus annis.

CAPUT XXI.

De eo, qui pugnaverit, cum aliis contra aliquem, & occisus fuerit.

(h) Fuisti cum aliis, qui pugnaverunt contra aliquem, aut in domo propria, aut in alterius domo, aut in aliquo loco, ubi se defendere speraverat, & lapidem in eum projecisti, aut sagittam, aut spiculum aliquod adversus eum misisti, & occidere voluisti, & non est a te percussus: nec vulneratus, tamen ab aliis, cum quibus eum impugnabas, occisus est: quadraginta dies (i) in pane, & aqua pœniteas, & septem sequentes annos ita observes, ut consuetudo est.

CAPUT XXII.

De illo, qui patrem, aut matrem, aut alios propinquos occiderit.

(k) Fecisti parricidium, id est, interfecisti patrem, aut matrem, fratrem, sororem, patruum, avunculum, materteram (l), aut aliquid tale fecisti: si casu, non sponte, neque in ira tua percutere voluisti, sed casu evenit, ut homicidium sponte commissum debes pœnitere: si autem ex industria, & in ira tua fecisti, istud observare debes, ut per unius anni circulum ante fores basilicæ orans Domini clementiam perseveres, completo anni circulo introducaris in ecclesiam, tamen in angulo ecclesiæ, usque dum unius anni spatium finiatur, fles: his ita peractis, si pœnitentiæ fructus in te conspicitur, corporis, & sanguinis Domini particeps fias, ut non obdureris desperatione. Carnem non manduces omnibus diebus vitæ tuæ. Jejunes autem usque ad Nonam quotidie, exceptis festis diebus, atque Dominicis. Abstineas autem te a vino, medone, mellita, cervisa [m], tres dies per hebdomadem. Arma portare non debes, nisi contra paganos. Et ubicunque ire volueris, nullo vehiculo deducaris, sed pedibus propriis pergas. Ab uxore, si habeas, non separeris, si autem non habueris, aliam non ducas. Tempus autem hujus pœnitentiæ in Episcopi tui arbitrio sit, ut secundum conversationem tuam, aut extendere, vel minuere valeat.

CAPUT XXIII.

De illo, qui debilitaverit aliquem in aliquo membro.

(n) Fecisti truncationem manuum, aut pedum, aut oculos fratris tui eruisti, aut vulnerasti aliquem: pro truncatione, quia proximum, & fratrem tuum debilem, & sibi inutilem fecisti, nisi pro furto, aut pro latrocinio, sive pro pace communi fecisses, uno anno graviter pœnitere per legitimas ferias (o) debes: pro vulnere autem, si grave est, & si cicatrices deformes habuerit, eo quod proximum tuum, & fratrem deformem reddideras [p], quadraginta dies in pane, & aqua pœnitere debes.

CA-

a Sic etiam Anselm. *non potuerit* malo.
b Anselm. lib. 11. cap. 36. etiam sine inscriptione. c Et pro *aut*, Anselm.
d Burch. lib. 19. pag. 264. sine inscript. proxima est; ex Pœnitent. Romano.
e *Id est, carinam*, addit Burchard. de qua voce mox scribemus. f Burch. ibid. ante cap. 19.
g *Carinam unam*. Burch. h Burch. ibid. pag. 265. post verba capitis 19.
i *Id est, carinam*, addit Burch. k Burch. ibid. l *Amitam*, addit Burch.
m *Mellita cervisia*; Burch. Vide supra cap. 12.
n Burch. ubi supra pag. 166. Anselm. lib. 11. cap. 62. in Rom. ex pœnit. Romano.
o Sic etiam Anselm. Omittit hæc Burch. p Sic Anselm. *reddideris* Burch.

CAPUT XXIV.

De illo, qui interfecerit furem, aut latronem.

[a] INterfecisti furem, aut latronem, ubi comprehendi poterat absque occisione, & tamen interfecisti, quia ad imaginem Dei creatus, & in nomine ejus baptizatus, & sanguine ejus redemptus est, quadraginta dies non intres ecclesiam, lanea veste indutus ab escis, & potibus, qui interdicti sunt, & a thoro, a gladio, & ab equitatu illos supradictos dies abstineas. In tertia autem feria, & in quinta, & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, & pomis, vel parvis pisciculis, cum mediocri cervisa utere, & temperate. Si autem sine odii meditatione, te tuaque liberando, diaboli membrum interfecisti, secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid jejunare volueris, bonum est tibi, & eleemosynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur: tamen quamdiu vivit, pœnitentiam agat.

CAPUT XXV.

De illo, qui accusaverit aliquem, & occisus fuerit.

(b) ACcusasti aliquem, & per tuam accusationem occisus est, nisi pro pace, quadraginta dies in pane, & aqua (c), cum septem sequentibus annis pœnitere debes. Si autem per tuam delaturam debilitatus est, tres quadragesimas pœnitere debes per legitimas ferias.

CAPUT XXVI.

De ea, quæ interficit filium suum post partum.

(d) INterfecisti filium, vel filiam voluntarie post partum, duodecim annis pœnitere debes [e], & nunquam sis sine pœnitentia. Mulier [f] autem paupercula, si fecerit pro difficultate nutriendi, septem annis [g] pœniteat.

CAPUT XXVII.

De eadem re.

(h) MUlieres quædam, ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occulte perpetraverunt, manifestum fieret, infantes, quos pepererunt, occiderunt, in terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancyrani [i], & Elibertani (k), atque Ilerdensis (l) concilii testes sunt. His itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt. Sed humanius tractantes, post decem annorum pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.

CAPUT XXVIII.

De eadem re.

(m) DE mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentia largiatur.

CAPUT XXIX.

De his, qui opprimunt infantem suum nolenter.

(n) OPpressisti infantem tuum sine voluntate tua, aut pondere vestimentorum tuorum suffocasti, & hoc si post baptismum factum fuerit, quadraginta dies [o] in pane, & aqua, & oleribus pœniteas, atque leguminibus & a conjuge te abstineas, donec illi quadraginta dies pertranseant. Post tres annos pœniteas per legitimas ferias, & tres quadragesimas in anno observes. Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies, ut supra dictum est, pœniteas, postea vero quinquennium expleas.

CAPUT XXX.

De eadem re.

(p) INvenisti infantem tuum juxta te oppressum, ubi tu, & vir tuus simul in lecto jacuisti [q], & non apparuit, utrum a patre, seu a te suffocatus esset (r), non debetis securi esse, nec esse sine pœnitentia. Sed tamen in his magna consideratio debet esse pietatis, ubi nulla mala voluntas fuit, sed propria mors, tamen pro-

a Burchard. ibid. ex Pœnit. Romano. Bernard. Papiens. cap. 4. *de homicid.* in 1. collect. & Greg. 9. cap. 2. ejusdem tit. Vidend. Burchard. lib. 12. cap. 60. Ivo parte 13. cap. 46. decret. Gratian. sive Palea 13. q. 2. cap. ult. Bernard. Papiens. cap. 3. de homicid. in 1. collectione.

b Burch. ubi supra, ex Burchardo lib. 19. Bernard. Papiens. cap. 9. de accusatione in 1. collectione & Greg. 9. cap. 8. ejusdem tituli. c *Quod carinam vocant*, addont Burch. & alii.

d Burch. d. lib. 19. pag. 277. e Ante hæc verba addit Burchard. *per legitimas ferias.*

f Burch. lib. 19. cap. 159. Ivo part. 15. cap. 164. decret. ex concil. Eliberitano.

g *Annos* Burch. *sex annos*, Ivo. h Ex concilio Arelatens. cap. 6. apud Burchard. lib. 17. cap. 53. & Ivon. parte 9. cap. 103. decr. i Cap. 22. Martin. Bracarens. cap. 78. infra cap. 28.

k Cap. 63. Burchard. libro 17. cap. 51. Ivo parte 9. cap. 109. l Cap. 2. Burchard. libro 17. cap. 52. & lib. 19. pag. 277. Ivo part. 10. cap. 182. decret. Anselm. lib. 11. cap. 56.

m Dionysii Exigui verba in interpretat. cap. 21. Græci Ancyrani in Corpore canonum (est autem Latinis cap. 20.) refert Raban. cap. 11. Pœnitent. Burchard. lib. 17. cap. 54. Ivo parte 8. cap. 314. & parte 10. cap. 181. & 183. decr. Anselm. lib. 11. cap. 40. Tarrac. lib. 5. cap. 32. Vidend. Mart. Brachar. cap. 78. Anselm. lib. 11. cap. 42. in Roman. & concil. Magont. sub Raban. 21.

n Burch. lib. 19. pag. 279. Vidend. idem B. lib. 17. cap. 58. o *Id est carinam*, addit Burch.

p Burch. ibid. Vid. lib. 17. cap. 59. q *Jacuistis* Burch. r Addit Burch. *An propria morte defunctus esset.*

propter negligentiam, quadraginta dies (*a*) debetis pœnitere. Si autem vos non latet, interfectores esse infantis, non voluntate, sed negligentia, tres annos [*b*] pœnitere debetis, unum ex his in pane, & aqua: & tempore pœnitudinis ab omni luxuria vos custodire debetis.

CAPUT XXXI.

De his, quorum filii sine baptismo per negligentiam moriuntur.

(*c*) Cujus parvulus sine baptismo per negligentiam moritur, tres annos pœniteat, unum in pane, & aqua. Infans infirmus, & paganus commendetur presbytero: si moritur absque baptismo, deponatur, & si per negligentiam parentum fuit, annum unum pœniteat.

CAPUT XXXII.

De illis, qui conceptum excutiunt.

(*d*) Si quis causa explendæ libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, ut homicida teneatur.

CAPUT XXXIII.

De illis fœminis, quæ aborsum fecerint.

Ex Pœnit. Romano (*e*).

Si qua mulier aborsum fecerit voluntarie, tres annos pœniteat (*f*).

CAPUT XXXIV.

De illo, qui occiderit aliquem de ecclesiasticis viris.

(*g*) Occidisti tu ipse, aut aliquis per tuum consilium aliquem de ecclesiasticis viris Deo dicatis, aut psalmistam, aut ostiarium, aut lectorem, aut exorcistam, aut acolythum, aut subdiaconum, aut diaconum, aut presbyterum, per singulos ordines, & singulos gradus singulariter pœnitere debes. Ita faciendum est tibi, ut pro psalmista, quadraginta dies in pane, & aqua, quod Theotonice [*h*] carina vocatur, cum septem sequentibus annis pœniteas. Pro ostiario similiter. Pro lectore similiter. Pro exorcista similiter. Pro acolytho similiter. Pro subdiacono similiter. Pro diacono similiter. Pro presbytero similiter; quia omnis presbyter octo [*i*] ordines habet. Quapropter omnis, qui interfecerit voluntarie presbyterum, ita debet pœnitere, ut octo homicidia sponte commissa, & numquam debet esse sine pœnitentia: Tamen secundum Wormaciense [*k*] concilium ita debes pœnitere: Si sacerdotem voluntarie occideris, carnem non manduces, vinum non bibas cunctis diebus vitæ tuæ. Jejunes quotidie usque ad vesperam exceptis diebus festis, & Dominicis. Arma non feras, equum non ascendas, ecclesiam per quinquennium non ingrediaris, sed ante fores ecclesiæ stes. Post quinquennium ecclesiam ingredere, nondum vero communices, sed in angulo ecclesiæ stes, vel sedeas. Cum autem fuerit duodecimi anni circulus (*l*) finitus, communicandi tibi licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneas autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purificari merearis.

TIT-

a *In pane & aqua*, addit Burch.

b *Per legitimas ferias*, addit idem Burch.

c Anselm. lib. 11. cap. 41. & 42. ex Pœnitentiali Romano. Vidand. Beda cap. 2. de remed. peccat.

d *Ex concilio Vormaciens.* Burch. lib. 17. cap. 57. Barnard. Papiens. cap. ult. *de homicid.* in 1. collect. Greg. IX. cap. 5. ejusd. tit.

e Sic etiam Burch. lib. 17. cap. ult. *Judicium canonum.* Anselm. lib. 11. cap. 29.

f *Tribus annis pœniteat*, Burch. *duos annos pœniteat, & si nolens, tres quadragesimas*, Anselm.

g Burch. lib. 19. pag. 260.

h *Teuthonice*, Burch. Longobardorum esse vulgarem vocem ait Tancred. cap. 9. *de accusat.* in 1. collect. a carantia hominum, vel ciborum & *carenam*, sive *carentenam* quidam vocant apud Gregor. IX. cap. 8. ejusdem tit. & c. 2. *de sponsa duor.* hoc esse credimus, quod indulgentiis Apostolicis dicitur, *tot annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis indulgemus.* Hoc ipsum esse existimamus, quod ex constit. Innoc. III. in concilio gen. Later. cap. 62. *quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remissio Episcopor. excedere non debet in litteris indulgentiarum: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus*, inquit, *moderamen consuevit observare.* Vide cap. 5. *de pœnit. & remiss.* in 4. coll. & Greg. IX. cap. 14. CUM EX EO. ejusd. titul. Ab hoc itaque quadraginta dierum numero credimus, carenas, & carinas, & carantenas, & quadragenas dictas esse. Invenies carinæ mentionem in conc. Saleganst. cap. 17. & 19. post Burchard. decret. & apud Ivon. parte 15. cap. 183. & 185. Decret.

i Sic etiam Burchard. melius diceretur *septem*: quatuor minores, tres sacros, sed hic addit Psalmistæ ordinem ante Ostiarium: nos primam tonsuram clericalem appellamus.

k Cap. 26. & supra cap. 2.

l Sic etiam Burch. *decimus anni cursus*, Vorm. Vid. capitis 2. notas.

TITULUS II.

De Perjuriis, & de pœnitentia eorum.

CAPUT I.

De illis, qui, jubentibus dominis suis, perjurium fecerint.

(a) QUI compulsus a domino, perjurat se sciens, utrique sunt perjuri, & dominus, & miles, dominus quia præcepit, miles, quia plus dominum, quam animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane, & in aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si servus ejusdem est, tres quadragesimas per legitimas ferias [b] pœniteat.

CAPUT II.

De illis, qui pro vita redimenda perjurium fecerint.

(c) SI quis coactus, pro vita redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate se perjurat (d), quia plus corpus, quam animam dilexit tres quadragesimas, alii judicant tres annos, unam ex his in pane, & aqua pœniteat. Qui [e] perjurium in ecclesia fecerit, decem annos pœniteat.

CAPUT III.

De eadem re.

[f] FEcisti perjurium coactus per necessitatem, aut pro vita tua, quia dilexisti corpus, plus quam animam, quadraginta dies (g) in pane, & aqua pœnitere debes, & omnes sextas ferias, quæ sunt in unius anni circulo, in pane, & aqua pœniteas, & non redimas in ullo pretio.

CAPUT IV.

De illis, qui se scienter perjuraverint.

Ex Pœnit. Theod. (h).

SI quis suspicatur, quod ad perjurium ducatur (i) & tamen ex consensu jurat, quadraginta dies pœniteat, septem sequentes annos, & nunquam sit sine gravi pœnitentia.

CAPUT V.

De eadem re.

Ex decreto Pelagii Papæ (k).

SI quis se perjuraverit, & alios sciens in perjurium duxerit, quadraginta dies pœniteat in pane, & aqua, & septem sequentes annos, & nunquam sit sine pœnitentia. Et alii, si conscii fuerint, similiter pœniteant: sin autem, singuli, ut pejurium non sponte commissum pœniteant.

CAPUT VI.

De eadem re.

Ex decreto Fabiani Papæ (l).

QUicumque sciens se perjuraverit (m), quadraginta dies in pane, & aqua, septem sequentes annos pœniteat, & numquam sit sine pœnitentia [n], & numquam in testimonium recipiatur, & post hæc communionem percipiat.

CAPUT VII.

De illis, qui sacramentum Regis violant.

Ex dictis Augustini [o].

SI quis laicus juramentum violando profanat, quod Regi, & domino suo jurat, & postmodum perverse ejus regnum, & dolose tractaverit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur: quia sacrilegium peragit, manum suam in Christum domini mittens, anathema sit, nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendaverit, sicuti constitutum est a sancta synodo: id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Veruntamen communionem in exitu vitæ cum Eucharistia accipiat. Episcopus vero presbyter, vel diaconus, si hoc crimen perpetraverit, degradetur.

CA-

a *Ex decretis Pii* Burch. lib. 12. cap. 4. Ivo parte 12. cap. 61. decr. Tarrac. liber Galesianus lib. 2. cap. 241. & Grat. 22. q. 5. cap. 1. Sed ex Pœnit. Theodori Anselm. lib. 11. cap. 58. Vidend. Beda *de remed. peccat.* cap. 3. b *Et pro per*, Burch. & alii.

c *Ex Pœnitent. Romano* Burch. lib. 12. cap. 6. & Ivo parte 12. cap. 63. decret. & Tarrac. lib. 5. cap. 6. Ex Pœnit. Theodori Anselm. lib. 11. cap. 60. Gratian. 22. q. 5. cap. 3.

d *Se pejerat*, Burchard. solus, vocem *se* omittit Tarrac. & Gratian.

e Hæc omittit Burchard. & cæteri. Vidend. Beda cap. 9. *de remed. peccat.*

f Burchard. libro 19. parte 267. g *Id est carinam*, addit Burchard.

h *Theodori* Burchard. lib. 12. cap. 11. Ivo part. 12. cap. 68. decret. Anselm. lib. 11. cap. 63.

i *Perducatur*, Anselm. *inducatur*, Burchard. & Ivo.

k Sic etiam Burch. lib. 12. cap. 9. Ivo part. 12. cap. 66. decret. & Anselm. lib. 11. cap. 61. Gelasius, Grat. 22. q. 5. cap. 4. l Burch. lib. 12. cap. 8. Ivo part. 12. cap. 65. decret. Anselm. lib. 11. cap. 62. Tarracon. lib. 5. cap. 5. Gratian. 6. q. 1. cap. 18. m Anselm. & Tarrac. vocem *se* omittunt.

n Hæc ab eisdem sunt omissa. o Burchard. lib. 12. cap. 21. Ivo part. 12. cap. 78. decret. Anselm. lib. 11. cap. 68. Gratian. 22. q. 5. cap. 19. Vide Toletan. 16. cap. 9. & 10.

CAPUT VIII.

De illo, qui perjurat per cupiditatem.

(a) FEcisti perjurium per cupiditatem, quadraginta dies in pane, & aqua, quod vulgus carinam vocat, & septem sequentes annos ita observes, ut consuetudo est, & quandiu vivis (b), omnes sextas ferias in pane, & aqua jejunes. Et si redimere volueris, uno denario, vel pretio unius denarii, vel tres pauperes pascendo, potestatem habeas redimendi. Talem pœnitentiam (c) Pœnitentialis Romanus præcipit.

(d) Si quis per cupiditatem perjuraverit (e), omnes res suas vendat, & pauperibus distribuat, & monasterium (f) ingressus, jugi pœnitentiæ se subdat.

CAPUT IX.

De eadem re.

(g) FEcisti perjurium sciens, & alios in perjurium adduxisti, quadraginta dies in pane, & aqua [h] pœnitere debes, & septem sequentes annos, ita ut consuetudo est, observare debes: & tot perjuria debes jejunare, quot homines sciens ad perjurium adduxisti. Et ipsi sua perjuria emendent, ut supra notatum est, si scienter fecerint: sin autem, levius.

CAPUT X.

De eadem re.

(i) SI jurasti per capillum Dei, aut per caput ejus, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fueris: si semel nesciens fecisti, septem dies in pane, & aqua pœniteas. Si secundo, vel tertio increpatus fecisti, quindecim dies in pane, & aqua pœniteas. Si per cælum, aut per terram, sive per solem, aut lunam, aut per aliam aliquam creaturam, quindecim dies pœniteas (k).

CAPUT XI.

De eadem re.

(l) SI sacramento te obligasti, ut ad pacem alicujus inimici tui nullo modo redires, pro perjurio uno anno a corpore, & sanguine Domini sis sequestratus, & quadraginta dies in pane, & aqua pœniteas. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter redi.

CAPUT XII.

De illo, qui consentit ad falsum testimonium.

(m) QUi consentit ad falsum testimonium, quinque annos pœniteat.

CAPUT XIII.

De falso testimonio, quod capitale sit crimen.

NOverint (n) falsi testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam Dominus in Evangelio inter principalia crimina hoc annumeralset. Ait enim (o): *De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia.* Et ideo similiter debet pœnitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida.

CAPUT XIV.

Qualiter puniatur falsus testis.

(p) FUisti in falso testimonio, ita dico, ut testimoniares, & affirmares, & hoc verum esse, quod falsum erat [q], & hoc fecisti propter amorem alicujus, sive per præmium, sive propter timorem, ita debes pœnitere, sicut adulterium, & homicidia sponte commissa, Domino dicente [r]: *De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, testimonia.* Et ideo debet pœnitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida. Si propter (s) timorem fecisti illius, a quo timere potuisti, & membra perdere, aut vitam, & ad ultimum bona tua, tunc divide pœnitentiam, & postea prævide, ne tibi ulterius contingat.

a Burch. lib. 19. pag. 297. b *Vivat*, Burch. c *Tamen*, Burch.
d Burch. ibid. & lib. 12. cap. 3. ex Pœnit. Romano, & Ivo part. 12. cap. 60. decret. & Tarrac. lib. 5. cap. 6. ex Pœnitentiali, Anselm lib. 11. cap. 72. qui solus scribit: *si laicus per cupiditatem.*
e Sic etiam Ivo, & Tarrac. *se pejeraverit*, Burch. lib. 19. *pejeraverit*, d. cap. 3. *se perjuraverit*, Anselm.
f Anselm. solus scribit, *& conversus ad monasterium, usque ad mortem serviat Deo. Si autem non per cupiditatem sed mortis periculum incurrit, tres annos inermis, & exul pœniteat in pane, & aqua, & duobus se abstineat a vino, & carne, & dimittat pro se servum, ancillam, aut ingenuam, & pro duobus annis eleemosynam faciat: & post septem annos judicio sacerdotis communicet.* In Tarracon. post verbum *subdat*, est: *Qui vero coactus pro vita, &c.* ut supra cap. 2. g Burchard. d. lib. 19.
h *Quod vulgus carinam vocat*, *addit*. Burch. sic supra cap. 8. & tit. 1. cap. 34. & tit. 3. cap. 20.
i Burch. ibid. Vidend. Julian. Novella 77. Burch. lib. 12. cap. 25. Ivo part. 12. cap. 32. & 72. Anselm. lib. 11. cap. 66. Tarrac. lib. 1. cap. 240. Gratian. 22. q. 1. cap. 10. SI QUIS.
k *In pane, & aqua pœniteas*, Burch. l Burch. d. lib. 19. Vid. Ilerdens. cap. 7. Trosleian. cap. 12. Raban. cap. 20. Pœnitent. Burch. lib. 12. cap. 17. Ivo part. 12. cap. 74. decret. Gratian. 22. q. 4. cap. 11. QUI SACRAMENTO. m *Ex Pœnit. Theodori*, Anselm. lib. 11. cap. 74.
n *Ex concilio Agathensi cap.* 8. apud Burch. lib. 12. cap. 16. Anselm. lib. 11. cap. 77. sed in conciliis non inveni. o Matth. 15. p Burch. d. lib. 19. pag. 269. Tarracon. lib. 5. cap. 26.
q *Falsum sciebas*, Tarrac. r Matth. 15. s Hæc non sunt in Tarrac.

CAPUT XV.

Quod juramenta solvenda sunt, quæ ad malum faciendum facta sunt.

Hieronymus (*a*).

TRia juramenta solvenda sunt. Primum, cum quis malefacere jurat, hoc est, homicidium, vel quodlibet malum, non est servandum juramentum, vel sacramentum, veluti si quilpiam adulteræ conjunctus, perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur, tolerabilius est, non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio, inde dicitur: Omnem nodum iniquitatis dissolve. Secundo, cum incaute jurat, non putans esse peccatum. Tertio, si mulier sita [*b*] in ætate puerili, in domo patris, se juramento constrinxerit, si pater statim cum (*c*) audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt (*d*).

CAPUT XVI.

Quod definitio incauta solvenda sit.

Ex concilio Hibernensi (*e*).

DEfinitio incauta laudabiliter solvenda (*f*) nec prævaricatio est, sed temeritatis emendatio.

CAPUT XVII.

De eadem re.

Ex eodem [*g*].

SI puella sita in puerili ætate, in domo patris (*h*) se juramento constrinxerit, & si pater statim ut audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

CAPUT XVIII.

Juramentum filii.

Ex concilio Aurelian. [*i*]

JUramentum filii, aut filiæ, nesciente patre, & vota monachi, nesciente Abbate, & juramenta irrita sunt pueri [*k*].

TITULUS III.

De fornicatione, & incesto diversi generis, & de pœnitentia utriusque sexus, & diversæ ætatis.

CAPUT I.

Si laicus absolutus cum laica absoluta peccaverit.

(*l*) SI laicus cum laica fœmina, id est, uterque absolutus a lege conjugii, concubuerit, tres annos pœniteat (*m*): & quanto sæpius, & negligentius ea peccata commiserit (*n*), tanto magis & tempus addatur, & modus pœnitentiæ.

CAPUT II.

De Uxore, quæ, conscio marito, mœchata fuerit.

Ex concilio Magontiensi (*o*).

SI conscio marito, & ipsa (*p*) consentiente, uxor fuerit mœchata, placuit nec in finem (*q*) dandam eis communionem. Si vero eam reliquerit, & separati fuerint, & digne pœnituerint, post decem annos accipiant communionem.

CAPUT III.

De viro uxorem non habente, si cum alterius uxore adulterium perpetraverit.

(*r*) QUod si vir non habens uxorem, cum alterius uxore adulterium perpetraverit, aut si qua mulier non habens virum, cum alterius viro: ille, qui fœdus violavit conjugii, septem annos (*s*) pœniteat, ille, qui lege conjugii non tenetur, quinque annos pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda est his, quibus sufficere poterit ad explendam libidinem suam conjugem amplexus, & illis, qui conjuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem inciderunt (*t*).

CAPUT IV.

De eo, qui habens uxorem semel lapsus fuerit.

[*u*] SI quis forte habens uxorem, semel lapsus fuerit, placuit, eum quinquennium agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari (*x*): nisi

a In libro de naturis rerum, addit Anselm. lib. 11. cap. 60. in Rom. vidend. Gratian. 22. q. 4. cap. 19. SI QUIS I. TRIBUS. *b* De his verbis vide cap. 17. *c Statim ut*, Anselm. & cap. 17.

d Nec tenebitur obnoxia, addit Anselm. *& facilius emendabitur*, cap. 17.

e Sic etiam Burch. lib. 12. cap. 25. *Elibertano*, Ivo part. 12. cap. 80. decr. & Gratian. 22. q. 4. cap. 27. fine inscript. Tarrac. lib. 6. cap. 11. *f Est*, addit Gratian. solut.

g Sic etiam Burch. lib. 12. c. 29. & Ivo c. 81. ubi supra, *Ex conc. Elibert.* idem Ivo lib. 8. c. 19. Panorm. & Grat. 22. q. 5. cap. 15. in fine. Vide c. 15. in fina. *h* Sic etiam d. cap. 15. *Illo nesciente*, addit Burch. & ceteri.

i Aurelianens. cap. 2. Burchard. lib. 12. cap. 27. & Ivo part. 12. cap. 82. decret. & cap. 20. d. tit. 8. Panorm. *Hiberniens.* Anselmus lib. 11. cap. 69. in fina, io Rom.

k Et juramenta pueri irrita sunt, Burch. & Ivo: *juramentum servi, non permittente domino, irrita erunt*, Anselm.

l Ex concilio Meldens. cap. VII. Burchard. lib. 9. cap. 68., & Ivo parta 8. cap. 205. decreti. In conciliis non inveni. Vida Nannetens. 23. *m* Sic etiam Ivo, *pæniteant*, Burch. *n* Sic Ivo, *commiserunt*, Burch.

o Maguntino cap. IX. Burch. lib. 9. cap. 69. Ivo cap. 206. ubi supra, *Maguntinens. cap. IX.* In conciliis non inveni. *p Ipso* pro *ipsa*, Burchard. & Ivo. *q Fine* pro *finem*, Burch. & Ivo aptius.

r Ex concilio Nannetensi cap. XIV. in concil. Refert Burch. lib. 9. cap. 70. Ivo parte 8. cap. 207. decr.

s Ut supra dictum est, addunt concil. & Burchard. & Ivo. *t Ceciderunt*, concil. Burch. & Ivo.

u Elibertan. cap. LXIX. Refert Ivo part. 8. cap. 281. decr. *x* Hæc Ivo omisit.

nisi necessitas infirmitatis coegerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas observandum est.

CAPUT V.

De illo, qui se ignorante cum sorore uxoris suæ fornicatus est.

Ex concilio Triburiensi (*a*).

IN lectum mariti, absente uxore, soror ivit uxoris, quam ille uxorem suam putans, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probaverit, quod inscius fecerit, pœnitentiam quidem, quæ sibi indicta fuerit, agat, legitimum suum conjugium habere permittatur: illam digna vindicta affligi [*b*], & in æternum conjugio privari.

CAPUT VI.

De eadem re.

Ex eodem concilio (*c*).

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse sororem ejus, quam antea stupravit, non intellexerit, si digne pœnituerit, & se continere non valuerit, post septem annos conjugium illis non negetur. Si autem non ignoraverit, usque ad mortem a conjugio abstineat.

CAPUT VII.

De eadem re.

Ex eodem concilio [*d*].

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitæ suæ pœniteat, soror autem, quæ de alia sorore nescivit, licentiam habeat nubendi.

CAPUT VIII.

De illo, qui cum duabus sororibus, vel noverca sua, vel cum sorore sua, vel cum reliquis propinquis fornicatus est.

Ex concilio Magontiensi (*e*).

SI quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum noverca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel cum matertera sua, vel cum filia patrui sui, aut avunculi sui, vel cum filia amitæ suæ, sive materteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre sua, vel filiola sua, quam de fonte suscepit, vel ante Episcopum tenuit, & si qua mulier simili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu domus Dei anno uno; & eodem anno, nisi Dominicis, & festis diebus solummodo pane, & aqua, & sale utatur, arma non ferat, osculum nulli præbeat, sacrificium, nisi pro viatico, minime sumat. Sex deinde annis (*f*) ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus, & vino, & sicera minime utatur, nisi festis diebus: de armis vero, & osculo, sive sacrificio, sicut supra dictum est. Postea vero duobus annis quando carne vescitur, a potu omni, quo inebriari potest, se contineat. Et si potum biberit, minime carne vescatur, nisi Dominicis diebus, atque (*g*) præcipuis festis: de armis vero, vel osculo, & sacrificio modum teneat jam dictum. Inde usque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus a carne abstineat. Tres ferias legitimas in omni hebdomade & tres quadragesimas in anno legitime custodiat. De armis vero, ut supra dictum est, & numquam conjugio copuletur. Hæc eadem pœnitentia imponenda est parricidis, fratricidis, vel consanguinei interfectoribus (*h*), & qui sponte per fraudem, & avaritiam hominem innoxium occidunt, quod morchidum [*i*] vocant.

CAPUT IX.

De illo, qui cum matrem habuerit uxorem, cum filiastra fornicatus fuerit.

(*k*) SI quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus concubuerit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre, & filio [*l*] fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari, & disjungi præcipimus, nec umquam amplius conjugio copulari, sed sub magna distinctione esse (*m*).

a Burch. lib. 17. cap. 4. Grat. 34. q. 1. cap. 6. In conciliis non inveni. Videndus Burch. lib. 19. pag. 273.

b Sic etiam Burch. d. cap. 4. *Illa autem adultera digna vindicta debet affligi, & in æternum conjugio privari*, Burch. lib. 19. *Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum conjugio privetur*, Grat.

c Burch. lib. 17. cap. 5. & Tarraconens. lib. 5. cap. 29. & Grat. cap. 8. d. q. 1.

d Burch. cap. 6. ejusdem libri. *e Maguntino cap. III.* Burch. lib. 17. c. 8. *Aurelianense*, Ivo parte 9. cap. 70. decret. sine inscript. Tarrac. lib. 5. cap. 30. *f Secundo anno similiter faciat, sed ecclesiam intret, postea vero duobus annis vescatur carne*, Tarracon. *g Absque præcipuis*, Burch. & Ivo. *Absque festis* Tarrac.

h Consanguineis, Burch. & Ivo, & Tarrac. *i* Homicidium, ab hominis cæde dici videtur.

k Ex concil. Maguntino cap. LVI. in conciliis. Refert Burch. lib. 17. cap. 9. Ivo lib. 6. tit. 21. cap. 2. Panorm. & part. 9. cap. 71. & 77. decr. & Tarrac. lib. 6. cap. 158. & Gratian. 32. q. 7. cap. 20. & Capitul. Caroli, & aliot. lib. 7. cap. 116. in addit. Vide Magunt. 2. sub Rabano cap. 29.

l Ivo d. cap. 2. & d. cap. 77. addit: *Si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos disjungi, & ulterius numquam conjugio copulare præcipimus.* Hæc eadem habet Gratian.

m Fieri pro *esse*, Concil. & Burch. & Ivo d. cap. 71. & Tarrac. & Capitul.

CAPUT X.

De illo, qui cum filia, ignorante matre, fornicatus est.

(*a*) SI quis cum matre, & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, vir, qui hæc fecerit, numquam accipiat uxorem. Illæ vero, si voluerint, accipiant maritos, tamen pœnitentiam agant. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis in perpetuo maneant.

CAPUT XI.

De illo, qui stupraverit quandam, quam frater ejus postea duxerit uxorem.

[*b*] SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater ejus nesciens eandem duxerit uxorem, frater, eo quod fratri crimen celaverit, quatuor annos (*c*) pœniteat, & post pœnitentiam, si volt, nubat. Mulier autem usque ad mortem pœniteat, & sine spe conjugii maneat.

CAPUT XII.

De muliere, cum qua pater, & filius fornicati sunt.

[*d*] QUidam fornicatus est cum quadam muliere: postea filius, nesciens patris factum, stupravit eandem, quod cum pater rescivisset, de se, filioque confessus est. Statuerunt, melius esse, ut taliter lapsis cum digna pœnitentia legitima permittantur conjugia, quam forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe conjugii maneat.

CAPUT XIII.

De illo conjugato, qui cum filia materteræ suæ, vel avunculi, vel patrui, vel amitæ fornicatus fuerit.

[*e*] INterrogatum est, si quis cum filia materteræ suæ, vel amitæ, vel avunculi, vel patrui concubuerit, si conjugatus fuerit, liceat ne illi ulterius suo uti conjugio, aut non conjugatus (*f*) uxorem accipere. Justum est enim, sicut aliqua statuta priorum habent, ut in perpetuum a conjugio tales abstineant. Visum est tamen humanæ fragilitatis intuitu, ut post pœnitentiam non quidem penitus priventur conjugio; durissime tamen tam immanis fornicatio vindicetur: sicut sanctus Papa Nicolaus, & alii Romani Pontifices statuerunt; ne forte desperati multiplicius peccent.

CAPUT XIV.

Qualiter pœnitere debeat, qui incestum fecerit.

(*g*) QUI dormierit cum noverca sua, & qui cum nuru sua, & qui filiam, & matrem duxerit, & qui acceperit sororem suam, morte moriatur. Si enim in lege turpitudinem incestus mortis sententia vindicare jussit, quomodo in Evangelio, ubi summa justitia est, incestuosus peccati pœnitentiam evadet? (*h*) Igitur Theodorus judicavit, eum, qui incestum fecerit, duodecim annos pœnitere debere, alii quindecim, alii decem, alii septem. Sed nos priscorum Patrum vestigia sequentes, his solis spatium pœnitentiæ temperemus, qui devote, & cum lacrymis pœnitentiam egerint. Cæteri definitum tempus observent.

CAPUT XV.

De mulieribus, quæ aliquo molimine inter se fornicantur.

(*i*) MUlier, quocumque molimine aut in se ipsa, aut cum altera fornicans, duos annos (*k*) pœniteat.

CAPUT XVI.

De his, qui irrationabiliter versati sunt.

[*l*] DE his, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, id est, qui cum pecorum

a Ex Concilio apud Vermeriam cap. 4. Burch. lib. 17. cap. 12. & Ivo parte 9. cap. 72. decr. & Gratian. 35. q. 2. cap. 5. *Ex Concil. Tribur.* Grat. 34. q. 1. cap. 9. Vide concil. Vormac. cap. 63.

b Ex eod. Concil. cap. 5. Burch. lib. 17. cap. 13. Ivo cap. 73. ubi supra Grat. 35. q. 2. cap. 6. Vide concil. Tribur. cap. 44.

c Septem annos, Grat. Omittunt hæc Burch. & Ivo. *Prædicta arceatur pœnitentia*, Tribur.

d Ex concil. Triburiens. cap. 6. apud Burch. lib. 17. cap. 16. & Ivo parte 9. cap. 76. & Grat. 34. q. 1. cap. ult. Vide Triburient. cap. 45.

e Ex concil. Triburiens. cap. 1. apud Burch. cap. 20. ejusd. libri, & Ivo cap. 78. ubi supra.

f Non conjugato, Burchard. & Ivo.

g Ex concil. Moguntino cap. 5. apud Burchard. lib. 17. cap. 21. & Ivo d. part. 9. cap. 76. latius, sic enim verba ejus capitis referunt: *Interrogatum est, si pater, & filius, vel si duo fratres, vel avunculus, & nepos cum una muliere fornicati sunt, quid inde faciendum sit? Manifestum est, quod gravi vindicta plectendum est, quod grave*
Exod.20. *facinus esse reperitur. Omnes enim mœchia interdicitur, ubi scriptum est:* „ Non mœchaberis “ *: quanto magis cum*
Levit. 20. *cognata, vel cum conjuge, seu concubina cognati? Hinc in Levitico scriptum est:* „ Si mœcharus fuerit quis cum uxo-„ re alterius, morte moriuntur & mœchus, & adulter “. *Qui dormierit, &c.*

Hebr.10. *h* Burch. & Ivo addunt: *Unde Apostolus*: „ Irritam qui fecerit legem Moysi sine ulla miseratione sub duo-„ bus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculca-„ verit & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? “

i Ex Pœnit. Theodori, Burch. lib. 7. cap. 27. & Ivo part. 9. cap. 85. decr. Vidend. Beda cap. 2. de remed. peccat. *k Tres annos*, Burch. & Beda sed in veteri Burch. libro, *duos annos*, & apud Ivon.

l Verba sunt Dionysii Exigui interpretis cap. 16. concilii Ancyrani Græci, ut in corpore canon est, cap. 15. Refert Raban. cap. 6. Pœnit. Burch. lib. 17. cap. 30. Ivo part. 9. cap. 88. decr. Anselm. lib. 11. cap. 96. Vidend. Martin. Bracar. cap. 82. & Capitul. lib. 1. cap. 49. & Anselm. cap. 99. d. libri 11.

coribus, & masculis se coinquinaverint (*a*), quotquot ante viginti aonos ætatis tale crimen commiserint, quindecim annis exactis io pœnitentia, communionem mereantur orationum, deinde quinquennio io hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem post vigioti annos ætatis uxores habentes io hoc peccatum prolapsi sunt, viginti quinque annos pœnitentiam agentes ad orationis communionem recipiantur, io qua quinquennio perdurantes, tunc demum plenam communionem [*b*], & oblationis sacramenta percipiant. Quod si uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

CAPUT XVII.

De illis, qui cum pecudibus fornicantur.

(*c*) QUI cum pecude peccat, quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam tres (*d*), quidam centum dies, juxta qualitatem pœniteat personæ (*e*).

CAPUT XVIII.

De illis, qui fornicantur sicut Sodomitæ.

(*f*) QUI fornicatus fuerit sicut Sodomitæ, si servus est, scopis castigabitur, & duos annos pœniteat, si liber est, & conjugatus, decem annos pœniteat. Pueri centum dies, si in consuetudioe est. Laicus conjugatus, si io consuetudine habet, quindecim annos pœniteat. Si ex ordinibus est, & io consuetudine habet, degradatus, ut laicus pœniteat. Qui autem cum fratre naturali fornicatus fuerit per tam sordidam commixtionem, ab omni carne se abstineat, & (*g*) quindecim annos pœniteat. Si clericus est, amplius pelli debet.

CAPUT XIX.

Item de commixtione animalium.

Ex Pœnitentiali Romano (*h*).

SI quis cujuslibet animalis commixtione peccaverit, quindecim annis in humilitate subjaceat ad ecclesiæ januam, & post hos aliis quinque annis io orationis commuoione receptus pœnitentiam agat, & sic gratiam sacramenti percipiat. Interrogentur autem alii de eo qualem vitam, & pœnitentiam [*i*] egerit, & sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens uxorem huic peccato succubuerit, viginti quinque annos humilitati subjaceat, & quinque annos in orationibus; & sic communicet.

CAPUT XX.

Item de fornicatoribus.

(*k*) MŒchatus es cum uxore alterius tu non habens uxorem, quadraginta dies io pane, & aqua, quod io communi sermone carina vocatur, cum septem sequentibus annis pœniteas.

Si (*l*) mœchatus es tu uxoratus cum alterius uxore, quia habuisti quomodo impleres tuam libidinem, duas carinas, cum quatuordecim sequentibus annis pœniteas, unam, quia super uxorem tuam alteram habuisti, ecce unum adulterium, habuisti etiam alterius uxorem: ecce alterum adulterium, & numquam debes esse sine pœnitentia.

Si (*m*) tu solutus ab uxore cum fœmina vacante stuprum perpetrasti, quadraginta dies (*n*) in pane, & aqua pœniteas: si cum propria ancilla, similiter pœniteas.

Si [*o*] fecisti fornicationem cum sanctimoniali, id est, cum sponsa Christi, quadraginta dies io pane, & aqua [*p*] cum septem sequentibus (*q*) pœniteas, & quandiu vivas, omnes sextas ferias in pane, & aqua observes.

Si

a Hæc verba in corpore canooum omittuntur hoc loco, sed in titulo sic est: *De his qui forniantur irrationabiliter, id est, qui miscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur*, eadem verba habet Raban. In alia editione apud Isidorum Mercatorem sic est in veteri libro: *In hoc titulo Græca verba sunt*, περὶ τῶν ἀλλ. ... ἢ καὶ ἀλογευομένων, *quæ* * *nos Latine possumus dicere*: De his, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur. *Sensus autem in hac sententia duplex esse potest* *, *qui ex subjectis conicitur. Aut de his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecorum* * *incestu cum propinquis sanguine commixti sunt*. In Capitular. lib. 7. cap. 356. post Græcorum verborum interpretationem additur: *In qua sententia sensus triplex est, id est, de his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt: aut more pecorum cum consanguineis usque* * *affinitatis lineam incestum commiserunt: aut cum masculis concubuerunt*. Martinus Brachar. cap. 82. sic ait: *Si quis ante XX. annos in cujuslibet animalis commixtione peccaverit*, Anselm. d. cap. 99. *Si quis more pecorum cum propinqua sanguinis sui incestus nuptiis conjunctus fuerit*.

* quod
* oportet
* pecudum
* sive per

b Hæc non sunt in Corpore canonum, neque apud Raban. neque apud Martin. Bracar. neque apud Burch. Ivo & Anselm. d. cap. 99. neque in Græcis libris, sed sunt in editione Isidori Mercatoris in veteribus libris, & in aliis omnibus a me lectis, & apud Anselm. c. 96.

c *Ex pœnitent. Theodori*, Burch. lib. 17. cap. 32. & Ivo parte 9. cap. 90. decr.

d Sic etiam Burchard. *Duos* pro *tres*. Ivo sed in margine *tres*.

e *Personæ pœniteat*, Ivo *personæ pœnitere*, Burchard. aptius.

f *Ex eod. Pœnitent.* Burch. cap. 34. & Ivo cap. 92. ubi supra, & Tarrac. lib. 5. cap. 33.

g *Vel* pro *Et*, Burch. Ivo, & Tarrac. *h* Sic etiam Burch. lib. 17. cap. 38. & Tarrac. lib. 5. cap. 34.

i *In pœnitentia*, Burch. *k* Burch. lib. 19. pag. 268. *l* Burch. ibidem. *m* Burch. ibidem.

n *Decem dies*, Burch. *o* Burch. eod. lib. 19. pag. 268. *p* *Quod carinam vocant*, Burch. addit.

q *Annis*, addit Burch.

Si (*a*) corrupisti virginem, & postea eam suscepisti uxorem, eo quod solas nuptias, quod maximum est, violasti, annum unum per legitimas ferias pœniteas. Si autem non duxisti eam post corruptionem uxorem, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

Accepisti (*b*) illam tibi uxorem, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia numquam tibi potest fieri legitima, & quadraginta dies (*c*) in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas.

Contigit [*d*] tibi, ut uxor tua, te conscio, & hortante, cum alio viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret: si fecisti, quadraginta dies (*e*) in pane, & aqua pœniteas, & septem annos, unum, ex his in pane, & aqua, & numquam sis sine pœnitentia. Si autem uxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa & tuo jussu se renuente, & luctante (*f*) adulterata sit, si se continere non potest, nubat cui voluerit (*g*), tantum in Domino. Tu autem sine uxoria spe in perpetuo maneas. Illa autem, si consentiens fuerat, eadem jejunet, quæ tibi proposita sunt, & sine spe conjugii maneat.

Concubuisti [*h*] cum uxore tua vel cum alia retro canino more, quadraginta dies (*i*) pœniteas.

Concubuisti (*k*) cum uxore tua die Dominico, quatuor dies pœniteas [*l*].

Si [*m*] concubuisti cum uxore tua, postquam infans motum in utero fecerat, vel saltem quadraginta dies ante partum, vel in tempore purificationis suæ (*n*), vel menstruo tempore, decem dies (*o*) pœniteas.

Si (*p*) fecisti fornicationem cum matre tua, quindecim annos [*q*] pœniteas; unum ex his in pane, & aqua, & absque spe conjugii permaneas, & numquam sis sine pœnitentia. Mater autem tua, si non consentiens fuit, juxta arbitrium sacerdotis pœniteat, & si se continere non vult, nubat in Domino.

Si (*r*) fecisti fornicationem cum commatre tua, separari debes ab ea, & quadraginta dies (*s*) in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas.

Si (*t*) fecisti fornicationem cum filiola tua spirituali, quam de fonte suscepisti, aut ad manus Episcopi tenuisti, separari debes ab ea quadraginta dies [*u*], cum septem sequentibus annis pœniteas.

Si (*x*) fecisti fornicationem cum sorore tua, decem annos per legitimas ferias; unum ex his in pane, & aqua pœnitere debes: & quamdiu vivas, pœnitentiam agas, & esse sine spe conjugii. Soror autem tua, si consentiens non fuit, pœnitentia peracta, si se continere non potest, nubat in Domino.

Fecisti [*y*] fornicationem, sicut Sodomitæ fecerunt, ita ut in masculini (*z*) terga, & in posteriora virgam tuam immitteres, & sic fecum coires more Sodomitico; si uxorem habuisti, & semel, vel bis fecisti, decem annos per legitimas ferias pœnitere debes; unum ex his in pane, & aqua. Si in consuetudine habuisti, duodecim annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si cum fratre [*aa*] tuo carnali idem scelus perpetrasti, quindecim annos per legitimas ferias pœniteas.

Si (*bb*) cum masculo inter [*cc*] coxas, ut quidam solent, fornicationem fecisti, ita dico, ut tuum virile membrum inter coxas alterius mitteres, & sic agitando semen effunderes, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteas.

Fecisti (*dd*) fornicationem, ut quidam facere solent, ita dico, ut tu ipse in manum tuam veretrum alterius acciperes, & alter tuum in suam, & sic alternatim veretra manibus vestris commoveretis, & sic per illam delectationem semen a te proiiceres, triginta dies in pane & aqua pœniteas.

Si [*ee*] fecisti solus tecum fornicationem, ut quidam facere solent, ita dico, ut tu ipse tuum virile membrum in manum tuam acciperes, & [*ff*] sic duceres præputium tuum, & manu propria commoveres, & sic per delectationem semen a te proiiceres, decem dies in pane & aqua pœniteas.

Fe-

a Burch. ubi supra.
b Burch. ibid. Bernard. Papiens. cap. 2. de sponsa duor. in 1. collect. & Greg. 9. ex Burch. lib. 19.
c *Quod carinam vocant*, addit Burch. *carenam*, Bern. & Gregor. *d* Burch. ibidem.
e *Id est, carinam*, addit Burch. *f* *Et reluctante*, Burch. *Post mortem viri*, addi debuit. *g* *Post mortem viri*, addi debuit. *h* Burch. d. lib. 19. pag. 269. *i* *Si fecisti, decem dies in pane, & aqua*, Burch.
k Burch. ibid. & Tarrac. lib. 5. cap. 26. Vide tit. 7. cap. 9.
l Sic etiam Tarrac. *Quatuor dies in pane, & aqua pœnitere debes*, Burch.
m Burch. & Tarrac. ubi supra vide d. cap. 9.
n Hæc alio loco Burch. scribit, & in Tarrac. nulla sunt.
o *Viginti* pro *decem* Tarrac. *XX. dies in pane, & aqua pœniteas*, Burch. sed de menstruo tempore ait: *decem dies in pane, & aqua pœniteas.* *p* Burch. d. lib. 19. pag. 273.
q *Per legitimas ferias*, addit Burch. Legitimæ feriæ sunt, ni fallor, secunda, quarta, & sexta feria.
r Burch. ibidem. *s* *Id est, carinam*, addit Burch. *t* Burch. ibid.
u *Quod carinam vocant*, addit Burch. *x* Burch. ubi supra pag. 274. *y* Burch. ibid.
z *Masculi*, Burch. aptius. *aa* Vide supra cap. 18. *bb* Burch. ibid.
cc *Intra*, Burch. *bis*. *dd* Burch. ubi supra. *ee* Burch. ibid. *ff* *Ut sic*, Burch.

Fecisti fornicationem, ut quidam facere solent, ut tuum virile membrum in lignum perforatum, aut in aliquod hujusmodi mitteres, & sic per illam commotionem (*a*) a te semen projiceres, viginti dies in pane, & aqua poeniteas.

Fecisti [*b*] fornicationem contra naturam, id est, ut cum masculis, vel cum animalibus coires, id est, cum equa, vel vacca, vel cum asina, vel cum alio aliquo animali, si semel vel bis fecisti, & si uxorem non habuisti, quod adimplere tuam libidinem potuisses; quadraginta dies in pane, & aqua (*c*), cum septem sequentibus annis poenitere debes, & numquam sis sine poenitentia. Si autem uxorem habuisti, decem annos per legitimas ferias poeniteas. Si autem in consuetudine habuisti scelus illud, quindecim annos (*d*) poenitere debes. Si in pueritia tibi contigerit, centum dies in pane, & aqua poenitere debes. Si autem servus est qui hæc fecerit, & uxoratus est, & cum animalibus peccat, si cum scopis bene castigatus fuerit, tres annos per legitimas ferias poeniteat. Si autem servus sine uxore hæc fecerit, item verberibus castigatus, duos annos per legitimas ferias poeniteat. Si autem talis est servus, ut gratis verbera pati non velit, & est tam digna persona, ita poeniteat, ut ille qui ingenuus est.

Si (*e*) obtrectasti turpitudinem tu conjugatus alicujus fœminæ, ita dico, mammillas ejus, & verenda obtrectasti; tres dies (*f*) in pane, & aqua poeniteas. Si autem non fuisti conjugatus, uno die [*g*] in pane, & aqua poenitere debes.

Fecisti (*h*), quod quædam facere solent, quando libidinem se vexantem extinguere volunt, quasi coire debeant, & possint, conjungunt invicem puerperia sua, & sic confricando pruritum illarum extinguere desiderant: si fecisti, tres quadragesimas per legitimas ferias debes poenitere.

CAPUT XXI.

De illis, qui per illecebrosos amplexus fœminarum polluuntur.

Ex Poenitentiali Bedæ [*i*].

QUI per illecebrosos amplexus fœminæ, vel osculo polluitur, tres (*k*) poeniteat. Qui tetigerit inverecunde carnem ejusdem fœminæ, tres dies [*l*] poeniteat. Qui per turpiloquium polluitur, septem dies [*m*] poeniteat. Presbyter, si osculatus fuerit per immundum desiderium fœminam, decem dies (*n*) poeniteat. Si inquinatus fuerit, viginti dies (*o*) poeniteat. Qui in ecclesia per somnum polluitur, tres dies poeniteat. Qui insomnis voluntate pollutus est, surgat, & canet septem psalmos poenitentiales, & in die triginta. Qui peccare voluerit insomnis, & non fuerit pollutus, viginti quatuor psalmos cantet.

CAPUT XXII.

De clericis, qui per malas cogitationes semen effuderint.

Ex Poenitentiali Romano (*p*).

CLericus si semen fuderit non tangendo per malas delectationes [*q*], septem dies poeniteat. Si tangit cum manu, decem dies (*r*) poeniteat: Si diaconus viginti dies: Si presbyter, tres hebdomadas [*s*]. Presbyter, si semen fuderit per cogitationem, septem dies (*t*) poeniteat. Monachus similiter. Qui voluntarie semen fuderit in ecclesia, si clericus est, duodecim dies (*u*): si monachus, aut diaconus, triginta dies: si presbyter, quadraginta: si Episcopus, quinquaginta.

CAPUT XXIII.

De Sodomitico peccato (*x*).

Ex Poenitentiali Romano [*y*].

EPiscopus fornicationem faciens naturalem, duodecim annos poeniteat, presbyter decem, diaconus novem, subdiaconus octo, clericus septem, laicus sex annos poeniteat. Frater carnalis cum fratre carnali fornicationem faciens, quidecim annos ab omni carne se abstineat, si semen in os miserit, septem annos poeniteat. Alii dicunt, usque in finem vitæ poenitere debere. Viri inter femora fornicantes, unum poeniteant. Si inter nates (*z*), duos. Si inter crura fornicantes, si pueri sunt, unum annum poeniteant: si viri, duos annos: si autem in consuetudine est, modus poenitentiæ addatur judicio sacerdotis. Vir semetipsum coinquinans, primo decem dies poeniteat: si iterans, viginti dies: si cum gradu est, addatur poenitentia. Pueri quindecim annorum quadragin-

a *Et delectationem*, addit Burch. *b* Burch. ubi supra. *c* *Quod carinam vocant*, addit Burch.
d *Per legitimas ferias*, addit idem Burch. *e* Burch. d. lib. 19. pag. 275. Vide cap. 27.
f *Quinque dies*, Burch. *g* *Duos dies*, Burch. *h* Burch. d. lib. 19. pag. 277.
i Sic etiam Burch. lib. 17. cap. 42. Vide cap. 27. & vide Bedam cap. 2. *de remed. peccat.*
k Sic est in veteri Burchard. libro 20. *dies*, in editis.
l Sic etiam in veteri Burchard. libro, *menses* pro *dies*, in editis. *m* *Sex dies*, Burch. vetus lib.
n Sic etiam vetus Burch. liber *XX. dies*, editi. *o* Sic idem vetus *XL. dies*, editi libri.
p Burch. d. lib. 17. cap. 43. *q* *Cogitationes*, vetus Burch. liber.
r Sic idem vetus liber *XX. dies*, editi.
s Sic etiam vetus Burch. liber *XXX. dies & IV. hebdom.* editus liber.
t *Sex dies*, vetus Burch. liber. *u* Sic etiam in veteri Burch. libro *XIV. dies*, in editis.
x Sic etiam Burch. lib. 17. cap. 56. *y* Sic etiam Burch. sed falsa inscriptio est.
z *Si iterantes*, Burch.

ginta dies pœniteant. Qui concupiſcit mente fornicari, ſed non potuit, decem dies pœniteat. Qui per turpiloquium, vel aſpectum coinquinatus eſt, tamen non voluit peccare corporaliter, viginti dies pœniteat: ſi autem impugnatione tentationis (a) violenter coinquinatus eſt, viginti dies pœniteat. Qui diu illuditur a cogitatione, molliter ei repugnans, ſeptem dies [b], vel quantum exegerit diuturnitas cogitationis pœniteat. Pueri ante (c) viginti annos ſe invicem manibus coinquinantes, & confeſſi antequam communicent, viginti dies pœniteant (d). Si iteraverint poſt pœnitentiam, centum dies pœniteant. Si vero frequentius, ſeparentur, & annum unum pœniteant. Supradicta [e] ætas inter (f) femora fornicans, centum diebus pœniteat; ſi id iterans, annum unum pœniteat. Puer parvulus oppreſſus a majore, decem annos habens hebdomadem jejunet, ſi conſenſerit, viginti diebus [g] pœniteat: ſi autem [h] coinquinatus eſt, centum diebus pœniteat; ſi vero, ut moris eſt, ſuam compleat voluntatem, annum poeniteat.

CAPUT XXIV.

De his, qui fornicati ſunt ut Sodomitæ.

Ex Pœnitentiali Theodoti (i).

SI quis fornicatus fuerit, ut Sodomitæ fecerunt, ſi Epiſcopus, viginti quinque annos poeniteat, quinque ex his in pane, & aqua, & omni officio deponatur, peregrinando finiat dies vitæ ſuæ [k]. Presbyter quindecim annos poeniteat, quinque ex his in pane, & aqua ſuperiori ſententia deponatur. Diaconus, & monachus duodecim annos, tres in pane, & aqua, & deponatur, peregrinando vitam finiat.

CAPUT XXV.

De eo, qui fornicari vult, & non poteſt.

Theodorus (l).

SI quis concupiſcens fornicari, non poterit, aut mulier non ſuſceperit eum; ſi Epiſcopus, ſeptem annos pœniteat, presbyter quinque, diaconus, vel monachus tres, ex his unum in pane, & aqua; clerici, vel laici duos (m) annos pœniteant.

CAPUT XXVI.

De inceſtis occulte commiſſis.

Ex dictis Auguſtini [n].

SI quis inceſtum occulte commiſerit, & ſacerdoti occulte confeſſionem egerit, indicetur ei remedium canonum, quod ſubire debuiſſet, ſi ejus facinus publicatum fuiſſet. Verum quia latet commiſſum, detur ei a ſacerdote conſilium, ut ad ſalutem (o) animæ ſuæ pro occulta poenitentia proficiat: hoc eſt, ut veraciter ex corde ſe gravitet deliquiſſe conſiteatur, & per jejunia, & eleemoſynas, vigiliaſque atque ſacras orationes cum lacrymis ſe purgare contendat, & ſic ad ſpem veniæ per miſericordiam Dei pervenire confidat.

CAPUT XXVII.

De illis, qui libidinoſe puellam obtrectaverint, aut mulierem.

Ex Poenitentiali Romano (p).

SI quis obtrectaverit puellæ, aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum; ſi clericus eſt, quinque dies poeniteat: ſi laicus, tres dies poeniteat. Monachus vel ſacerdos, a miniſterio divino ſuſpenſi, ſi aliquid tale fecerint, viginti dies pœniteant, ſcriptum eſt enim: Neque tetigeritis, neque obtrectaveritis turpitudinem foeminarum.

CAPUT XXVIII.

De illis, qui in balneo cum mulieribus ſe laverint.

Theodorus [q].

SI quis in balneo cum mulieribus ſe lavare præſumpſerit, tres dies poeniteat, & ulterius non præſumat.

CAPUT XXIX.

Qualiter pœnitere debeat, quæ lenocinium operatur.

(r) EXercuiſti lenocinium, aut in te ipſa, aut in aliis, ita dico, ut tuo (s) meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum, & ad ſordidandum, pro pretio tradidiſſes: ſeu, quod crudelius eſt, & periculoſius, alienum corpus, filiæ dico, vel neptis, & alicujus chriſtianæ amatoribus vendidiſti, vel conceſſiſti, vel internuntia fuiſti, vel conſiliata es, ut ſtuprum aliquod tali modo perpetraretur, duos annos [t] poeniteas per legitimas ferias. Tamen in concilio Elibertano (u) præcipitur, ut illa [x], quæ hæc perpetraverit, niſi in fine non accipiat communionem.

TI-

a *Cogitationis*, Burch. b *Sex dies*, Burch.
c Ante hæc verba multa addit Burch. quæ habet Anſelm. lib. 11. cap. 118.
d *In pane, & aqua*, addit Anſelm. e Hæc omittit Burch. habet Anſelm. f *Circa*, Anſelm.
g Sic etiam Anſelm. *XX. dies: mollis autem annum pœniteat*, Burchard.
h Omittit hæc Burch. habet Anſelm. i Sic etiam Anſelm. lib. 11. cap. 97.
k *Si autem ſenex, aut æger fuerit, carceribus tenebroſis recluſus pœniteat omnibus diebus vitæ ſuæ*, Anſelm. addit.
l *Theodori*, Anſelm. lib. 11. cap. 129. m *Annum*, Anſelm.
n Sic etiam Burch. lib. 19. cap. 36. & Ivo parte 15. cap. 58. decr. Vide tit. 8. cap. 1. & 2.
o *Ut ſalutis*, Burch. & Ivo. p Burch. lib. 19. cap. 137. Ivo parte 15. cap. 147. decr. Vide ſupra cap. 20. prope finem, & cap. 21. q *Ex pœnit. Theodori*, Burch. lib. 19. cap. 138. & Ivo part. 15. cap. 148.
r Burch. d. lib. 19. pag. 278. s *Ut tu*, Burch. t *Quinque annos*, vetus Burch. liber: *ſex* editus.
u Cap. 12, refert Ivo part. 8. cap. 306. Decret. x *Ille, qui*, Burch.

TITULUS IV.

De prædatoribus, & furibus, & incendiariis, & pœnitentia eorum.

CAPUT I.

De rebus ecclesiasticis, quomodo restitui debeant.

(a) SI quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum fuerit rapuerit, vel consenserit facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonice pœniteat.

CAPUT II.

Quod sacrilegi sunt ecclesiarum prædones.

(b) SAcrilegi sunt ecclesiarum prædones: unde & in concilio Agathensi [c] sub IV. cap. habetur ita: *Amico quidpiam [d] rapere furtum est: Ecclesiæ vero fraudari, vel abstrahi, subripique sacrilegium. Omnes enim contra legem facientes, resque Ecclesiæ diripientes, vel ecclesias, sacerdotesque contra divinas sanctiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames, sacrilegique habendi sunt.*

CAPUT III.

Majoris pœnæ est violenter aliquid eripere, quam furari.

Augustinus (e).

POEnale est, occulte auferre: multo majoris est pœnæ, visibiliter rapere (f). Auferre ergo nolenti, sive occulte, seu palam, habet præceptum suum: furti enim nomine bene [g] intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed sub furti nomine rapinam intelligi voluit: a parte enim totum significavit, quidquid aufertur (h).

CAPUT IV.

De eadem re.

Theodorus (i).

SI quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestem aut pecus per famem, aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas tres. Si reddiderit, non cogatur jejunare.

CAPUT V.

De eadem re.

Idem (k).

SI quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit, vel casas effregerit (l), septem annos pœniteat (m), & quod furatum est, reddat.

Si quis autem de minoribus semel, aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, & anno uno pœniteat (n).

CAPUT VI.

De eadem re.

Hieronymus (o).

FUr autem non solum in majoribus, sed in minoribus etiam judicatur, non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [p] non idcirco diversa sit fornicatio (q), si mulier pulchra (r), aut deformis, aut ancilla, aut ingenua, pauper, aut opulenta: sed qualiscumque illa fuerit, una est fornicatio (s): ita in furto quantumque quis abstulerit (t), furti crimen incurrit.

a *Ex decr. Eusebii Papæ*, apud Burch. lib. 11. cap. 27. in fine, Ivon. part. 13. cap. 37. decr. Anselm. lib. 5. cap. 41. Cæs. lib. 7. cap. 42. & Grat. 12. q. 2. cap. 10. IN LEGIBUS in fine. Sed in conciliis non inveni: licet alia verba ab eisdem relata exstent epist. 2. in fine ejusdem Eusebii.

b *Ex concil. Magunt. cap. VIII.* apud Burchard. lib. 11. cap. 28. & Ivo part. 13. cap. 38. Decr.

c *In Vasensi* est in conciliis.

d Hieronymi verba sunt in epist. 2. ad Nepotian. refert concil. Vasensa cap. 4. Ivo part. 3. cap. 155. Decr. Grat. 12. q. 2. cap. 71. GLORIA *in medio*, & 13. q. 2. cap. 10. OBLATIONES.

e *Ex dictis Augustini*, Burch. lib. 11. cap. 54. sed Ivo part. 13. cap. 3. decr. & Anselm. lib. 11. cap. 109. in Rom. *ex Aug. in libro Quæstion. Exodi* & Grat. 14. q. 5. cap. 13.

f *Eripere* pro *rapere*, Burch. & alii. g *Pene* pro *bene*, Burch.

h *Quidquid illicite rerum proximi aufertur*, Ivo, & Anselm. & Gratian.

i *Ex Pœnit. Theodori*, Burch. lib. 11. cap. 56. Ivo part. 13. cap. 42. decr. Barnard. Papiens. cap. 5. *de furtis* in 1. collect. & Greg. 9. cap. 3. eod. tit. Vide infra cap. 16.

k *Ex Pœnit. Theodori*, Burch. lib. 11. cap. 58. Ivo part. 13. cap. 44. decr. Aliis verbis Anselm. lib. 11. cap. 109. & Grat. sive Palea. 17. q. 4. cap. 17. SI QUIS, ex Pœnit. Romano, ut infra cap. 10.

l *Quadrupedem vel domum fregerit*, Anselm. & Gratian. qui addunt: *aut quamlibet rem melioris pretii*, & infra cap. 10. m Hæc de clerico, Anselm. & Gratian. qui addunt: *laicus quinque*, & infra cap. 10.

n Hæc de clerico, Anselm. & Grat. qui addunt: *laicus quinque*, & infra cap. 10.

o Sic etiam Burch. lib. 11. cap. 55. & Ivo ubi supra cap. 41. Hieron. in epist. ad Titum. Grat. 14. q. 6. cap. ult. sine inscr. Anselm. lib. 11. cap. 102. Extant in d. epist. cap. 2.

p *Et adulterio*, addit Hier. q *Sit fornicatio, aut adulterium*, Hier.

r *Si pulchra vel dives deformis aut pauper, meretrix vel adultera sit*, Hier.

s *Vel adulterium*, addit Hier. t *Servus* pro *quis*, Hier.

CAPUT VII.

De violatoribus sepulchorum.

(*a*) SI quis sepulchrum violaverit, septem annos pœniteat, tres ex his in pane, & aqua.

CAPUT VIII.

De eadem re.

(*b*) VIolasti sepulchrum, ita dico dum aliquem videres sepeliri, & in nocte infringeres sepulchrum, & tolleres vestimenta ejus: si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

CAPUT IX.

De furto ecclesiæ.

Ex Pœnitentiali Theodori (*c*).

PEcunia ecclasiastica furata, vel rapta reddatur in quadruplum, populi vero duplicetur. Si quis aliquid de ministerio ecclesiæ quolibet modo furatus fuerit, septem annos pœniteat [*d*].

CAPUT X.

De clericis furtum facientibus.

Ex Pœnitentiali Romano [*e*].

SI quis clericus furtum capitale fecerit, id est, quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretii furatus fuerit, septem annos pœniteat: laicus quinque. Si quis de minoribus semel; aut his furtum fecerit, reddat proximo suo, & annum unum pœniteat [*f*]: si reddere non poterit, tres annos pœniteat.

CAPUT XI.

Quod ut sacrilegus judicandus est, qui patrem, vel matrem expulerit.

Theodorus (*g*).

SI quis patrem, vel matrem expulerit, impius, & sacrilegus judicandus est: pœniteat autem æquali tempore, quamdiu in impietate illa extiterit.

CAPUT XII.

De eadem re.

(*h*) MAledixisti patri, vel matri tuæ, vel flagellasti eos, vel in aliquo dehonestasti, quadraginta dies [*i*] in pane, & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas, quia Dominus dixit (*k*): *Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.*

CAPUT XIII.

De eadem re.

Ex Pœnitentiali Romano (*l*).

SI quis inhonoraverit patrem, aut matrem, tres annos pœniteat; quod si manum levaverit, aut ei percussionem tulerit, septem annos pœniteat.

CAPUT XIV.

De illis, qui de ministerio ecclesiæ aliquid furati fuerint.

(*m*) FUratus es aliquid de ecclesiastico Thesauro infra ecclesiam sive aurum, sive argentum, sive gemmas, sive libros, sive pallia altaris, sive sacerdotalia vestimenta, sive vela, sive tapetia, sive aliquid, quod ad ecclesiæ usum, vel datum est, vel factum est, si fecisti, redde quod tulisti, & tres carinas, cum septem sequentibus annis pœniteas. Si ipsas sacras reliquias furatus es, reportatis sacris, septem carinas jejunare debes.

CAPUT XV.

De eadem re.

[*n*] SI infregisti alicujus Christiani domum per noctem, & ibi tulisti (*o*) ejus quadrupedia, id est, equum, aut bovem, aut alia ejus animalia, aut fortiorem causam valentem quadraginta solidos, pretium redde, & anno uno (*p*) pœnitere debes, si non reddis, duos annos pœnitere debes. Si majus furtum fecisti, magis debes pœnitere: & si sæpe fecisti, tanto magis debes augere pœnitentiam. Si parvum [*q*] fecisti, decem dies in pane & aqua pœnitere debes. Pœniteant pueri quinque dies in pane, & aqua.

CAPUT XVI.

De eadem re.

(*r*) SI rapinam fecisti, gravius debes pœnitere, quia miserabilius est, quod per vim, te vidente, rapuisti, quam quod si dormienti, vel absenti furatus es. Si fecisti furtum necessitatis causa [*s*], sic dico, ut non haberes unde viveres, & propter famis penuriam, & tantum furatus es victualia extra ecclesiam, & non propter consuetudinem fecisti, redde quod tulisti, & sex ferias [*t*] in pane, & aqua pœniteas. Si autem reddere non potueris, decem dies in pane, & aqua pœniteas.

CA-

a *Ex Pœnit. Theodori*, Burch. lib. 11. cap. 58. post verba capitis quinti, item Ivo part. 13. cap. 44.
b Burch. lib. 19. pag. 269.
c Anselm. lib. 11. cap. 107. & Grat. sive Palea. 17. q. 4. cap. 16.
d *Tres in pane, & aqua*, addunt Anselm. & Palea.
e Sic etiam Gratian. sive Palea. cap. 17. q. 4. fine inscript. Anselm. lib. 11. cap. 109. Vide supra cap. 5.
f *In pane & aqua*, addunt Ans. & Palea. *g* *Ejusd. Theodori*, Ans. cap. 112. ejusd. libri.
h Burch. lib. 19. pag. 270. *i* *Unam carinam*, addit Burch. *k* Exod. 21. b. Levi. 20. b.
l Burch. lib. 19. cap. 94. & Ivo part. 15. cap. 106. Decr. *m* Burch. d. lib. 19. pag. 267.
n Burch. ibid. *o* Sic etiam Burch. *inde tulisti*, malo. *p* *Annum unum per legitimas ferias*, Burch.
q *Furtum*, Addit Burch. *r* Burch. ubi supra. *s* Vide supra cap. 4. *t* *Et tres festas ferias*, Burch.

CAPUT XVII.

De illo, qui incenderit ecclesiam.

(*a*) INcendisti ecclesiam, aut consensisti: si fecisti, ecclesiam restitue, & pretium tuum, id est, Wireldum tuum (*b*) pauperibus distribue, & quindecim annos pœniteas.

CAPUT XVIII.

De illo, qui domum, vel aream proximi sui incenderit.

(*c*) SI quis domum, vel aream cujuscumque voluntarie igne cremaverit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tres anoos pœniteat.

CAPUT XIX.

De illo, qui truncationes membrorum fecerit.

(*d*) QUI per rixam ictu debilem, vel deformem hominem fecerit, reddat impensas medici, & medium annum pœniteat. Si non habuerit unde reddat, unum annum pœniteat. Et si non habet [*e*] unde reddat, solvat opera [*f*] proximi sui quamdiu infirmus est, & postea quadragiota dies in pane, & aqua pœniteat.

CAPUT XX.

De eadem re.

(*g*) QUI ictum proximo dederit, & non nocuerit, tres dies pœniteat in pane, & aqua: si clericus, unum annum pœniteat, vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrum voluntate sua truncaverit, tres annos pœniteat, unum ex his in pane, & aqua. Parvuli invicem se percutientes, tres pœniteant, si vero adolescentes, viginti dies poeniteant.

TITULUS V.

De crapula, & ebrietate.

CAPUT I.

Ut malum ebrietatis omnino vitetur.

(*h*) MAgnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit excommunicandum esse decrevimus usque ad congruam emendationem.

CAPUT II.

Quales convivæ sacerdotum epulis interesse debeant.

(*i*) OPortet Episcopum moderatis epulis cootentum esse, suosque convivas ad comedendum, & potandum non urgere, quio potius semper sobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cancta turpitudinis argumenta, noo ludicra spectacula, non joculatorum vaniloquia [*k*], non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia. Adsint peregrini, & hospites [*l*], pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur vivæ vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, immo verbi spiritualis alimento convivantes se refecti (*m*) gratulentur, & in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum dominum oostrum.

a Burch. d. lib. 19. pag. 275. Vidend. idem Burch. lib. 3. cap. 204. Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 7. Panorm. & part. 3. cap. 127. Decr. Anselm. lib. 5. cap. 18. Tarrac. lib. 5. cap. 10. Cæs. lib. 15. cap. 76. Grat. sive Palea, 17. q. 4. cap. 14. Si quis.

b Weregildum pro *Wireldum*, Burch. *pretium suum distribuat pauperibus*, idem Burch. d. cap. 204. & alii. Operæ pretium est notare mendum scriptorum apud Grat. sive Paleam 7. q. 4. cap. 26. ex concilio Tribur. cap. 5. *Omnes presbyteri interfectores compositione Episcopi ad cujus parochiam pertinent solvantur, ita videlicet, ut medietatem Renaldus Episcopus ejus utilitati ecclesiæ, cui præfuerit, tribuat &c.* In Capitul. Caroli & Ludov. lib. 4. cap. 15. ita est: *Presbyteri interfecti Episcopo ad cujus parochiam pertinent, solvantur secundum capitulare gloriosi Caroli genitoris nostri ita videlicet, ut medietatem Wergildi ejus Episcopus utilitatibus ecclesiæ, cui præfuit, tribuat, &c.* Apud Burch. lib. 6. cap. 11. est: *Presbyteri interfecti compositio Episcopo, ad cujus parochiam pertinebat, solvatur, ita videlicet, ut medietatem Wergildi ejus Episcopus utilitatibus ecclesiæ, cui præfuit tribuat &c.* Eisdem verbis utitur Ivo parte 10. cap. 140. Decr. *In concilio Tribur. cap. 4. de presbytero vulnerato si supervixerit, tota compositio, inquit, solvatur presbytero. Si autem articulo mortis præventus obierit pretium Wergildi tripartita partiatur divisione &c.* Bern. Papiens. cap. 2. *de pœnis* in 1. collect. Burchardi verbis utitur, paucis exceptis, ut in notis diximus. At Greg. 9. cap. 2. eod. tit. vocem *Wergildi* omisit, voce *compositionis* retenta, quæ apertior est. Itaque apud Grat. sive Paleam *Verigildi* pro *Renaldus* scribendum est, & pro *interfectores* scribe *interfecti*.

c Ex Pœnit. Romano, Burch. lib. 19. cap. 136. & Ivo part. 15. cap. 146. decr.

d Ex eod. Pœnit. Burchard. lib. 19. cap. 101. & Ivo d. part. 15. cap. 113.

e Ante hæc verba omissa sunt hæc, quæ habent Burch. & Ivo: *Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum, quantum nocuit.* *f Solvat in opera*, Burch. *solvat operas*, male.

g Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri, Burch. d. lib. 19. cap. 102. & Ivo supra cap. 114.

h Sic etiam Burch. lib. 14. cap. 2. & Ivo parte 13. cap. 70. decreti, sine inscriptione Capitul. lib. 5. cap. 96. & in addit. lib. 7. cap. 35. Verba sunt concilii Maguntini cap. 46. in conciliis.

i Ex decr. Eusebii Papæ cap. XII. Burch. lib. 14. cap. 7. Ivo lib. 14. cap. 7. Ivo d. par. 13. cap. 75.

k Acromatum pro *joculatorum*, Burch. & Ivo *acroamatum*, scribendum: sunt autem acroamata dicta, sicut dicteria Latinis, quæ sæpe in conviviis jaciebantur in aliquos, aut alia dicta, aut recitata auditione digna. Sed & ipsi, qui dicebant, acroamata vocabantur. Cicero in Varrem: *Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, &c.* & pro Sextio: *Ille ipse ludens non solum spectator sed actor, & acroama.* Et pro Archia: *Quod acroama, aut cujus vocem libenter audiret.*

l Omittit Burch. & Ivo. *m Se refectos*, Burch. & Ivo.

CAPUT III.

De eadem re.
Theodorus (*a*).

SAcerdos quislibet, si inebriatur per ignorantiam, septem dies poeniteat in pane, & aqua, si per negligentiam, quindecim dies, si per contemptum, quadraginta dies. Diaconus, vel monachus, secundum ordinem, ut scriptum est, seu (*b*) & reliqui clerici, ut (*c*) ministri juxta ordinem, judicio sacerdotis poeniteant. Laici, velut vota non habentes, si inebriantur, arguantur a sacerdote, quod ebriosi (*d*) regnum Dei non possidebunt, & interitus sit ebrietas & compellat eos pœnitere. Qui cogit hominem, ut inebrietur humanitatis gratia, acerrime corripiatur, & septem dies poeniteat, si per contemptum, triginta dies. Nullus Christianus alium plus bibere cogat, quam naturæ sufficiat: quod si fecerit, juxta id, quod in Poenitentiali habetur, poeniteat.

CAPUT IV.

De eadem re.

(*e*) SI quis ecclesiastica præditus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane, & aqua tribus mensibus poeniteat.

CAPUT V.

De illis, qui per ebrietatem vomitum fecerint.

(*f*) QUI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter, aut diaconus est quadraginta dies poeniteat: si monachus, triginta dies, laicus (*g*), quindecim dies.

CAPUT VI.

De eadem re.

(*h*) LAicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies a carne, & vino, & cervisa se abstineat (*i*).

CAPUT VII.

De eadem re.

(*k*) FEcisti vomitum corporis, & sanguinis Domini, propter ebrietatem, quadraginta dies, id est, carinam unam [*l*] pœniteas. Si per nequitiam alios (*m*) inebriasti, viginti dies in pane, & aqua pœniteas (*n*).

CAPUT VIII.

De illo, qui evomit sacrificium.

Theodorus (*o*).

QUI sacrificium evomerit, quadraginta dies pœniteat: si infirmitatis caussa (*p*), septem dies: si in ignem projicit, centum psalmos cantet: si vero canes lambuerint talem vomitum, centum dies, qui evomit, pœniteat.

CAPUT IX.

De Eucharistia inveterata.

Ex concilio Aureliano. (*q*)

OMne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis juxta altare sepeliendus.

CAPUT X.

De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillaverit.

Ex decreto Pii Papæ (*r*).

SI vero per negligentiam de calice aliquid stillaverit in terram, linguabitur (*s*) tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur, & sacerdos quadraginta dies pœniteat. Si super altare calix stillaverit, sorbeat minister stillam, & tres dies pœniteat: si per linteum altaris ad aliud stilla pervenerit, quatuor dies pœniteat: si usque tertium, IX. dies: si usque quartum, XV. dies pœniteat, & linteamina, quæ tetigerint stillam (*t*), tribus vicibus minister abluat, calice subter posito, & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur.

CAPUT XI.

De illis, qui non bene custodierint corpus, & sanguinem Domini.

[*u*] QUI non bene custodierint sacrificium, & mus, vel aliquod aliud immundum

a *Ex Pœnit. Theodori*, Borch. lib. 14. cap. 8. & Ivo part. 13. cap. 76. decr. qui addit: *Episcopi*. Fuit autem Episcopus Cantuariensis. *b* *Cen*, &, Ivo. *c* *Et* pro *ut*, Burch. & Ivo. *d* 1. Corinth. 6.
e *Ex dictis Fructuosi Episcopi*, Burch. d. lib. 14. cap. 9. & Ivo cap. 77. ubi supra.
f *Ex pœnitent. Romano*, Burch. lib. 14. cap. 13. & Ivo d. part. 13. cap. 81.
g Ante hæc verba Burchard. & Ivo scribunt: *si clericus XX. dies.*
h *Ex pœnitent. Beaæ presbyteri*, Burchard. d. lib. 14. cap. 14. & Ivo cap. 28. ubi supra.
i Voce *se* carent Burch. & Ivo. *k* Burch. lib. 19. pag. 271. *l* *In pane, & aqua*, Burch.
m *Alium*, Burch. *n* Addit Burch. *si per bonam voluntatem, decem dies in pane, & aqua pœniteas.*
o *Ex pœnitent. Romano*, Burchard. lib. 5. cap. 49. & Ivo part. 2. cap. 58. decr.
p Hæc omittit Ivo. *q* *Aurelian. cap. V.* Burch. d. lib. c. 50. *Arelatens. III. cap. V.* Ivo d. part. 2. c. 59.
r Sic etiam Burch. lib. 5. c. 47. Ivo lib. 1. tit. 4. c. 33. Panorm. & part. 2. cap. 56. decr. Anselm. lib. 7. cap. 210. in Rom. Tarracon. lib. 6. cap. 229. Cæsar. lib. 31. cap. 14. & Grat. de consecr. d. 2. c. 27.
s Sic etiam Burch. & vetus Panorm. lib. *lingua lambetur*, editus liber, & d. cap. 56. & Gratian. *linguabitur*, Anselm. *lingetur*, Tarracon. *linguatur*, Cæsar.
t Sic vetus Burch. lib. *tetigerunt*, Burch. editus, *quæ tetigerit stilla*, Ivo in Panorm. & d. cap. 56. & Gratian. vox *stillam* omittitur ab Anselm. Cæs. ut Ivo.
u *Ex Concilio Aurelian. cap. VI.* Burch. lib. 5. cap. 51. & Ivo cap. 34. d. tit. 4. Panorm. *Arelatens. III. cap. VI.* Ivo part. 2. cap. 60. decr. *Arelatens.* Gratian. de consecr. dist. 2. cap. 94. Vidend. Beda cap. 13. *de remed. pecc.*

dum animal (a) comederit illud, quadraginta dies pœniteant. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, XXX. (b) dies pœniteat. Perfundens [c] aliquid ſuper altare de calice quando offert (d), ſex dies pœniteat, aut ſi abundantius, VII. dies pœniteat, qui autem perfundens (e) calicem dum ſolemnitas Miſſæ celebratur quadraginta dies pœniteat; ſi vero celebrata miſſa presbyter neglexerit accipere ſacrificium, ſimiliter quadraginta dies pœniteat. Et quia acceperit ſacrificium pollutus nocturno tempore, VII. dies pœniteat. Diaconus obliviſcens (f) oblationem offerre, donec offeratur linteamen quando recitantur nomina pauſantium, ſimiliter pœniteat [g]. Qui negligentiam erga ſacrificium fecerit, aut a vermibus (h) conſumptum ad nihilum devenerit, III. quadrageſimas in pane (i), & aqua pœniteat. Si integrum inventum fuerit in [k] eo vermis comburatur, & cinis ſub altare condatur: & qui neglexerit, quaternis diebus ſuam negligentiam ſolvet. Si cum amiſſione ſaporis decoloratus ſacrificium, viginti dies expleantur jejunio. Conglutinatum vero, ſeptem dies qui merſit pœniteat.

CAPUT XII.

De eadem re.

Ex Pœnit. Rom. (l)

SI ceciderit ſacrificium de manibus offerentis, terra tenus ut non inveniatur (m), omne quodcunque inventum fuerit in loco in quo ceciderit, comburetur, & ignis [n] ut ſupra abſcondatur: & cui acciderit, medium annum pœniteat. Si vero ſacrificium inventum fuerit, locus ſcopis mundetur, & ſtramen, ut ſupra ignetur [o], & cinis ut ſupra recondatur, & ſacerdos viginti dies pœniteat.

TITULUS VI.

De incantatoribus, & auguribus; de divinis; de ſortilegiis, & variis illuſionibus diaboli; & de maledicis.

CAPUT I.

De illis, qui divinationes requirunt.

[p] QUI divinationes expetunt, & more (q) Gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte maleſica [r], aut expiandi causa ſub regula quinquennii jaceant ſecundum gradus pœnitentiæ definitos.

CAPUT II.

De illis, qui auguriis, & incantationibus ſerviunt.

[s] QUI auguriis, vel divinationibus inſerviunt, vel qui credit, vel aliqui hominum ſint immiſſores tempeſtatum, vel ſi qua mulier divinationes, vel incantationes diabolicas fecerit, ſeptem annos pœniteat.

CAPUT III.

De illo, qui immiſerit tempeſtatem.

(t) SI quis immiſſor tempeſtatum fuerit, ſeptem annos pœniteat, tres in pane, & aqua.

CAPUT IV.

De illis, qui dies, & menſes obſervant.

(u) APoſtolus dicit [x]: *Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos timeo, ne forte ſine cauſa (y) laboraverim in vobis.* Dies obſervant, qui dicunt puto (z), craſtino proficiendum non eſt, poſt craſtinum enim (aa) non

a *Animal*, Burch. & cæteri. b *XX. dies*, Burch. & cæteri.
c Hæc omittit Panorm. & Gratian. d *Quando offert*, vetus Burch. liber, *quando offertur*, editus, & Ivo.
e *Perfundis*, Burch. & Ivo. f Hæc interpretem deſiderant. g *Septem dies pœniteat*, Burch.
h *Ut aut vermibus* vetus Burch. lib. *ut vermibus* editus *ut in eo vermis conſumptus ſit*, Ivo non ſine mendo.
i *Cum pane*, Burch. & Ivo. k *Et in eo*, Ivo aptius.
l Sic Burch. d. lib. 14. cap. 52. & Ivo cap. 61. ubi ſupra.
m *Non conculcetur*, Ivo. n *Et cinis*, Burch. aptius, & Ivo.
o *Igni detur*, Ivo, *ignatur*, vetus Burch. liber *ignetur*, editus.
p Dionyſii Exigui verba ſunt interpretis cap. 24. Græcis, 23. Latinis Ancyrani concilii, ut conſtat ex Corpore canonum. Refert Raban. cap. 23. Pœnit. Burch. lib. 10. cap. 5. Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 2. Panorm. & parte 11. cap. 2. decr. & Grat. 26. q. 5. cap. 2. Vidend. Martin. Bracar. cap. 71. concil. Troslejan. cap. 15. Leo 4. in epiſt. ad Epiſcopos Britann. cap. 4. Capitular. lib. 7. cap. 21. in addit. 1.
q *Et morem*, Dion. & Raban. & Ivo, & Gratian. r Sic Raban. *arte magica*, Ivo & Grat.
s *Ex pœnit. Romano*, Burch. lib. 10. cap. 8. Ivo part. 11. cap. 36. decr. Vide infra cap. 3. & cap. 20. in fine & Bed. cap. 10. & 11. *de remed. peccat.*
t *Ex eod. Pœnit.* Anſelm. lib. 11. cap. 120. in fine. Vide infra cap. 20. in fine; ſupra cap. 2. & Bedam cap. 7. *de remed. peccat.*
u *Ex dictis Ambroſii*, Burch. lib. 10. cap. 21. Extant in comment. ejuſd. ad epiſt. ad Galat. cap. 4.
x Galat. 4. c. 10. y *Timeo vos, ne fruſtra*, Ambr. vox *forte*, a Burch. eſt omiſſa.
z *Ut puta*, Ambr. aa Romani dies atros putabant eſſe poſtridie Kalendas, Nonas, Idus. Varro lib. 5. de ling. Lat. Gell. lib. 5. cap. 17. & alii.

non debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursum Lunæ perscrutantur, dicentes: Septima Luna strumenta [a] confici non debent, nona autem Luna (b) emptum servum domum duci non oportere, & per hæc facilius solent adversa provenire. Tempora vero observant, cum dicunt: Hodie veris initium est, & ideo festivitas est (c), & rursum: posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalendæ Januarii novus annus est, quasi non quotidie annus impleatur (d). Hæc superstitio longe debet esse a servis Dei. Si quis in hac (e) perfidia detegitur, clerici anno uno (f), laici dimidium poeniteant.

CAPUT V.

De mulierculis incantatricibus.

(g) MUlier, si divinationes, vel incantationes diabolicas fecerit, annum unum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies, secundum qualitatem delicti.

CAPUT VI.

De illis, qui manducant, aut bibunt, aut portant super se aliquid ad Dei judicium subvertendum.

[h] SI quis manducat, aut bibit, aut portat super se unde existimet Dei judicium pervertere posse, & exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur, qua magi, & arioli, & incantatores feriuntur.

CAPUT VII.

De illis, qui in tabulis, vel in codicibus futura requirunt.

[i] IN tabulis, vel in codicibus forte futura (k) non sunt requirenda, & ut nullus (l) in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus observare. Quod si fecerit, quadraginta dies pœniteat.

CAPUT VIII.

De illis, qui ad fascinum incantationes fecerint.

[m] SI quis præcantaverit ad fascinum, vel qualescumque præcantationes, excepto symbolum, & orationem dominicam [n]: qui cantat, & cui cantatur, tres quadragesimas in pane, & aqua poeniteat.

CAPUT IX.

De illis, qui murmurant.

Ex concilio Magontiensi (o).

SI quis murmurans [p] extiterit, videat, ne poenam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit (q): *neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore* (r), juxta mensuram, opusque peccati: quia in hoc sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis judicio poeniteat.

CAPUT X.

De eadem re.

Ex eodem (s).

QUI contentiosus, aut murmurans extiterit, secundum arbitrium Prioris ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas exstat.

CAPUT XI.

De contentiosis.

[t] SI quis contentiosus videtur esse, dicente Apostolo (u): *Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei*, si quis hoc facit, notetur usqueque corrigatur.

CAPUT XII.

De eadem re.

(x) SI quis contentiones, vel rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit; juxta arbitrium Prioris, vel Rectoris (y), modumque peccati, diuturna expietur pœnitentia.

CA-

a Sic Ambr. & sic fuerat in veteri Burch. libro, mox *instrumenta*, scriptum est. Huic simile est, quod quidam Spaniam, Spanos, & Spalim, & Spalense concilium, pro Hispania, Hispanis, Hispali, & Hispalense concilio scripserunt. b *Nona autem luna*, Ambros. c *Post etas Vulcanalia sunt, & talia*, Ambr. addit.
d *Anni impleantur, sed ut Jani illius recolant memoriam bifrontis, hac superstitione utuntur*, Ambr.
e Hæc non leguntur apud Ambr. habet Burch. f *Annum unum*, Burch.
g *Ex Pœnitent. Romano*, Burchard. d. lib. 10. cap. 24. & Ivo parte 11. cap. 50.
h *Ex concilio Triburiens. cap. IV.* apud. Burch. cap. 25. & Ivo cap. 51. ubi supra.
i *Ex pœnit. Theodori*, Burch. cap. 26. & Ivo cap. 52. ubi supra Bernard. Papiens. cap. 1. *de sortileg.* in 1. collect. & Gregor. 9. cap. 1. ejusd. tit. Vide infra cap. 20. k *Furta*, Greg. 9. l Hæc omisit. Greg.
m *Ex concilio Cabillonens. cap. V.* apud Burch. lib. 10. cap. 49. & Ivon. part. 11. cap. 74. Vide infra c. 20.
n *Simbolo, & oratione dominica*, Ivo. Vidend. Burch. d. lib. 10. cap. 20.
o *Moguntino cap. VIII.* apud Burch. lib. 10. cap. 52. *Moguntiens.* Ivo part. 13. cap. 53. decr. *Ex VIII. synodo*, Grat. dist. 90. cap. ALIENUS. in conciliis non inveni.
p Sic etiam Burch. & Ivo. *Alienus sit a fratrum unitate, qui murmurat, & opus ejus abiiciatur, qui murmurans extiterit &c.* Grat. & Burch. cap. 54. & Ivo cap. 55. ubi supra. q 1. Corinth. 10.
r Scribe, *ab exterminatore. Juxta*, ut apud Burchard. & Ivon.
s Sic etiam Burch. & Ivo cap. 54. ubi supra, & Grat. cap. 5. SI QUIS, IN FINE. ejusd. dist. 90.
t *Ex decr. Hilarii Papæ*, Burch. lib. 10. cap. 55. Ivo cap. 56. ubi supra. u 1. Corinth. 11.
x *Ex concilio Agathens. cap. V.* apud Burch. lib. 10. cap. 62., & Ivon. cap. 63. ubi supra. *Ex VIII. synodo*, Grat. dist. 90. cap. 5. SI QUIS MONACHUS CONTENTIONES. z *Rectoris*, Burch. & alii.
y *Ex Pœnit. Theodori*, Burchard. cap. 56. & Ivo cap. 57. ubi supra.

CAPUT XIII.

De illis, qui in lingua lascivi fuerint.

(a) SI quis in lingua lascivus fuerit, triduana pœnitentia expietur.

CAPUT XIV.

De clericis maledicis.

Ex concilio Carthaginensi (b).

CLericus maledicus maxime a sacerdotibus (c) cogatur ad postulandam veniam: si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

CAPUT XV.

De eadem re.

(d) SI detraxisti, vel maledixisti alicui causa invidiæ, septem dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XVI.

De illis, qui Prioribus suis detraxerint.

(e) SI quis detraxerit ei, qui præest, septem dies a conventu Ecclesiæ separatus, ut Maria soror Aaron, quæ detraxit Moysi, pœniteat.

CAPUT XVII.

De illis, qui contra Episcopos suos insurgunt.

(f) QUisquis per dolum mittit manum suam in Christum Domini, Episcopum [g] videlicet, patrem, & pastorem suum, quia sacrilegium committit, ut [h] qui ecclesiam Dei devastat, & incendit, quia & hoc sacrilegium est, placuit sanctæ synodo, ut in [i] uno loco, id est, in monasterio, pœniteat omnibus diebus vitæ suæ.

CAPUT XVIII.

De clericis, & monachis conjurantibus, vel conspirantibus contra Episcopum suum.

(k) SI qui ergo clerici, vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis, gradu proprio penitus abiiciantur.

CAPUT XIX.

De eadem re.

(l) COnspirasti cum aliis insidiatoribus contra Episcopum tuum, aut adversus cooperatores suos, ita dico, ut doctrinam vel præcepta tui Episcopi, vel presbyteri irrideres, vel subsannares, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XX.

De eadem re.

(m) IGitur si clerici, aut monachi fuerint conjurati [n], aut per conjurationem calumniam machinantes Episcopis, vel clericis, proprium amittant gradum.

[o] Consuluisti magos, & domum tuam induxisti, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, vel consuetudinem Paganorum sequens, divinos, qui tibi divinarent, & futura ab eis requirens, quasi a Propheta, & illos, qui sortes exercent, vel qui per sortes sperant se futura præscire, vel illos, qui vel auguriis, vel incantationibus inserviunt, ad te invitasti: si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

(p) Collegisti herbas medicinales cum aliis incantationibus, nisi cum oratione dominica & symbolo, viginti dies (q) pœniteas.

[r] Requisisti sortes in codicibus, vel in tabulis, ut plures solent, qui in Psalteriis, & in Evangeliis, vel in aliis hujusmodi rebus sortiri præsumunt: si fecisti, decem dies (s) pœniteas (t).

(u) Credidisti umquam, vel particeps fuisti illius perfidiæ, ut incantatores, & qui se dicunt esse tempestatum immissores esse possent per incantationes dæmonum, aut tempestatum commonere, aut mentes hominum mutare: si credidisti, aut particeps fuisti, uno anno per legitimas ferias pœniteas.

TI-

a *Ex Pœnit. Theodori*, Burch. cap. 56. & Ivo cap. 57. ubi supra.

b Adde *quarto cap. LVII.* ex concilio. Refert Burch. lib. 10. cap. 66. & Ivo part. 11. cap. 21. & part. 13. cap. 66. decr. & Cæsar. lib. 4. cap. 112. & Grat. dist. 46. cap. 5.

c *In* pro *a*, concil. & Ivo & Cæsar. & Grat. d Burch. lib. 19. pag. 272.

e *Ex dictis Basilii Episcopi*, Burch. lib. 10. cap. 67. decr. In marg. dicitur, *In regulis brevioribus ad quæst.* 27.

f *Ex concilio Tungrensi cap. V.* apud Burch. lib. 10. cap. 65. & Ivon. part. 12. cap. 86. & part. 13. cap. 65. decr. *Ex dictis Gregorii Papæ*, apud Gratian. 24. q. 3. cap. 22.

g *Episcopum, vel presbyterum*, Gratian. h *Et qui*, Burch., & Ivo, *& si quis*, Grat.

i *Ut in primis omnia bona ejus proscriptione subiiceantur, deinde in uno*, Grat.

k Dionysii Exigui verba sunt interpretis capitis 18. concilii Chalcedon. Græci ex corp. canon. Refert. Raban. cap. 10. Pœnit. & Burch. lib. 10. cap. 68. & ex alia interpret. cap. 69. & Ivo part. 12. cap. 87. & 88. decr. & Anselm. lib. 8. cap. 16. & 18. & Grat. 11. q. 1. cap. 24. & ex aliis interpr. cap. 22. CONJURATIONUM *in fine* & cap. 25. SI CLERICI. Vidend. concil. Tullens. post epist. synod. Vide etiam infra cap. 20.

l Burch. lib. 19. pag. 272.

m Ex sententia cap. 18. concilii Chalcedon. ut supra cap. 18. Refert Burch. lib. 10. cap. 69. & Ivo parte 12. cap. 88. & Anselm. lib. 8. cap. 18. & Grat. 11. q. 1. cap. 25. SI CLERICI.

n *Conspiratores*, Grat. o Burch. lib. 19. part. 269. p Burch. ibid. part. 270. Vide supra cap. 8.

q *Decem dies* Burchard.

r Burch. ubi supra Bern. Papiens. cap. 2. *de sortileg.* in 1. collect. decr. ex Burch. lib. 19. Vide supra cap. 7.

s Sic etiam Burch. *XL. dies*, Bern. editus veteres *decem*.

t *In pane, & aqua*, addit. Burch. editus, quæ neque in veteri Burch. libro sunt, neque apud Bern.

u Burch. ibid. Vide cap. 2. & 3.

TITULUS VII.

De variis Criminibus. (a)

CAPUT I.

De illis, qui ballationes fecerint, & se in alienas formas transmutaverint.

(b) SI quis ballationes ante Ecclesias (c) Sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformaverit io habitu muliebri, & mulier in habitu viri, emendatione pollicita, tres annos pœniteat [d].

CAPUT II.

De his, qui præter necessitatem prævaricati sunt.

Ex concilio Nicæno [e].

DE his, qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut præter oblationem facultatum, ant præter periculum, vel aliquid hujusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sanctæ synodo (f), licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si ergo ex animo pœnitent, tribus annis extra ecclesiam, id est (g), inter audientes [h] habeantur, si tamen fideles sint, & septem annis aliis inter pœnitentes sint, duobus autem annis extra communionem (i) in oratione sola participent populo.

CAPUT III.

De eadem re.

(k) SI quis a fide catholica discesserit sine ulla necessitate, & postea ex toto animo pœnitentiam acceperit, tres annos pœniteat extra ecclesiam, id est, inter audientes juxta Nicænum concilium [l], septem annos in ecclesiis inter pœnitentes, & adhuc duos extra communionem pœniteat.

CAPUT IV.

De his, qui de Ecclesia catholica ad hæresim transitum fecerint.

(m) SI quis de catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum: qui etiam decem annis agat pœnitentiam: cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverunt, incunctanter recipi debent.

CAPUT V.

Quod non licet clerico, vel monacho, postquam Deo se voverit, ad sæcularem habitum reverti.

Judicium Canoonum [n].

SI quis clericus, vel monachus, postquam se Deo voverit, ad sæcularem habitum iterum reversus fuerit, aut uxorem duxerit, decem annos pœniteat, tres ex his io pane, & aqua: & nunquam postea conjugio copuletur. Quod si noluerit, sancta synodus, vel sedes Apostolica separabit eum a communione catholicorum. Similiter & mulier.

CAPUT VI.

De ecclesiastico thesauro ablato.

(o) TUlisti aliquid de ecclesiastico thesauro, in quadruplum restitue, aut tres annos per legitimas ferias pœniteas.

CAPUT VII.

Ut per totius anni circulum abstineat a carne, qui in quadragesima comederit carnem.

(p) QUicumque in quadragesimæ diebus esum carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, ut in ipsius anni circulo [q] ab omni esu carnium abstineat, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam [r].

CA-

a Hæc inscriptio non erat in veteri libro.
b *Ex sexta pseudosynodo CP. in Trullo cap. LXII.* Refert Burch. lib. 10. c. 39. & Ivo part. 11. c. 64. decr.
c Hæc in Græco canone non sunt. d *Clericus deponatur, laicus excommunicetur*, Græc.
e Adde *cap. XI.* Verba sunt Dionysii Exigui interpretis, ut constat ex Corpore canon. Refert Anselm. lib. 11. cap. 126. Vide c. 3. f Quæ sequuntur, non Dionysii sunt, sed ejus interpretis verba, qui refertur ab Isidoro Mercatore. Eadem verba habet Anselm.
g Hæc non sunt io concil. neque apud Anselm. neque Graeci habent. Sunt infra cap. 3.
h Sic etiam Anselm. & vetus concil. lib. *inter pœnitentes*, editus ἐν ἀκροωμένοι Græci.
i Sic vetus concil. lib. & Anselm. *iidem sine oblatione* editus concil. liber χωρὶς προσφορᾶς Græci.
k *Ex decret. Eutychiani Papæ*, apud Burch. lib. 19. cap. 105. & Ivon. parte 15. cap. 117. decr. & Anselm. lib. 11. cap. 127. in fine. l Scribe *audientes juxta &c.* est autem cap. 11. ut supra cap. e.
m Extat in concilio Elibertano cap. 22. Refert Anselm. lib. 11. cap. 128.
n Sic Anselm. d. lib. 11. cap. 146. o Burch. lib. 19. pag. 270.
p Extat in concilio Toletano 8. cap. 9. Refert Burch. lib. 19. cap. 76. & Ivo part. 15. cap. 89. decr. Sed in conciliis plura verba sunt, & post multa: *Quisquis sine inevitabili necessitate, atque fragilitate, & evidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis diebus quadragesimæ &c.* Ivo quoque ita scribit: *Quicumque sine inevitabili &c.* ut io concil. q *Anni tempore*, concil. r *Alia adduntur* in conciliis.

CAPUT VIII.

Quod conjugati in Quadragesima abstinere debeant a conjugibus.

Ex concilio Elibertano (*a*).

QUI in quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea, unum annum pœniteat, aut pretium videlicet viginti quinque solidorum ad ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem, & sine consuetudine acciderit, quadraginta dies pœniteat.

CAPUT IX.

Quibus temporibus viri ab uxoribus abstinere debeant.

Ex eodem (*b*).

IN tribus quadragesimis anni, & in die Dominica, & in quarta feria, & in sexta feria conjugales se continere debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit usque ad partum: a partu post triginta tres dies, si filius est; si autem filia, post sexaginta quinque (*c*).

CAPUT X.

De eadem re.

(*d*) NEglexisti, ut non acciperes corpus, & sanguinem Domini istis quatuor temporibus, id est, in Cœna Domini, & in Pascha, & in Pentecoste, & in Natale Domini: & totam quadragesimam non te substinuisti a coitu, & postea in aliis prædictis temporibus, aut septem dies, aut quinque ante acceptionem sacri corporis Domini, viginti dies debes pœnitere in pane, & aqua.

CAPUT XI.

De illo, qui contemnit indictum jejunium.

(*e*) COntempsisti indictum jejunium a sancta Ecclesia, & noluisti illud observare cum ceteris Christianis, viginti dies in pane, & aqua pœniteas.

(*f*) Noluisti jejunium quatuor temporum, & non custodisti illud cum ceteris Christianis, quadraginta dies (*g*) pœniteas.

CAPUT XII.

De illo, qui Missam spernit sacerdotis conjugati.

(*h*) SPrevisti Missam, vel orationem, vel oblationem conjugati presbyteri, ita dico, ut nolles tua peccata sibi confiteri, vel ab eo accipere corpus, & sanguinem Domini, ob hoc, quia peccator tibi esse videretur, uno anno pœniteas in pane, & aqua, per legitimas ferias.

CAPUT XIII.

Ut nullus injustas mensuras, & pondera injusta, & a civibus non collaudata lucri causa dare præsumat.

(*i*) ET mensuræ, & pondera justa fiant, sicut in divinis legibus (*k*) censitum est, & in capitulari Dominico [*l*] continetur, & iste sacer conventus statuit. Sic omnibus nobis observare placet. Et [*m*] si quis justas mensuras, & justa pondera lucri causa mutare præsumpserit, in pane, & aqua pœniteat (*n*).

CAPUT XIV.

De eadem re.

(*o*) FEcisti falsitatem, vel fraudem aliquam in mensuris, aut in ponderibus, ita dico, ut falso modio, aut cum ponderibus injustis tua bona venderes aliis christianis: si fecisti, aut consensisti, viginti dies in pane, & aqua pœnitere debes.

CAPUT XV.

De illo, qui tenet oblationes mortuorum.

(*p*) TEnuisti oblationem mortuorum, ita ut Ecclesiæ [*q*] tradere noluisses: uno [*r*] anno pœniteas.

CAPUT XVI.

De illo, qui retraxit, vel tenuit aliquid de oblationibus, quæ Deo oblatæ sunt.

(*s*) DEtraxisti, vel tenuisti aliquid de oblationibus, quæ Deo oblatæ sunt in mancipiis, in terris, silvis, vineis, utensilibus, vestimentis, & in reliquis possessionibus, & quæ ecclesiis sine dubio Christo, qui earum sponsus est, oblata sunt, vel testamento ecclesiis ab aliquo fideli relicta: si fecisti, vel consensisti, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteas.

a *Cap. V.* addit Burch. lib. 19. cap. 88. ubi supra. Sed in conciliis non inveni.

b Burch. d. lib. 19. cap. 155. & Ivo ubi supra cap. 163. Vide supra tit. 3. cap. 20. & Bedam cap. 2. & 10. *de remed. peccat.* Burch. d. lib. 19. cap. 141. & Ivo part. 15. cap. 151.

c *Post LVI.* Burchard. & Ivo. *Post XL.* Beda.

d Burch. lib. 19. pag. 271.

e Burch. ibid. pag. 271.

f *Solvisti jejunium*, Burch. aptius.

g *In pane, & aqua*, addit Burch. editus, in veteri libro ea non sunt.

h Burch. d. part. 271. Vide conc. Gangr. cap. 4. apud Grat. dist. 28. cap. 15. si quis.

i *Ex Concilio Moguntino cap. XXI.* apud Burch. lib. 19. cap. 148. & Ivon. part. 15. c. 158. decr. & Bern. Papiens. cap. 3. *de empt. & vend.* in collect. & Greg. IX. cap. 2. ejusd. tit. In omnibus autem est, *Ut mensura &c.*

k Levit. 19. Proverb. 11. & 20.

l Lib. 1. cap. 74. Capitul. Caroli, & in appendice 2. post lib. 4. cap. 6.

m *Ut* pro *&*, Burch.

n *Viginti dies pœniteat*, Burch. & Ivo & Bern. *XXX. dies*. Greg. IX.

o Burch. d. lib. 19. pag. 275.

p Burch. Ibid. pag. 275. *Retinuisti oblationes &c.*

q *Ecclesiis*, Burch.

r *Unum annum per legitimas ferias*, Burch. editus, sed in veteri est, *unum annum pœniteas.*

s Burch. ubi supra.

CAPUT XVII.

De illo, qui decimam sibi retinuit.

(*a*) NEglexisti decimam tuam Deo dare, quam Deus ipse sibi dare constituit, id est, non dedisti ei decimam de cunctis fructibus tuis, quos ad tuos olus colligere desiderasti, vel collegisti, & de cunctis tuis animalibus, & decimum animal, quod Deo dare debueras, & quod suum erat, illum pejori commutasti: si fecisti, vel consensisti, Deo, quod suum erat, in quadruplum prius restitue, & viginti dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XVIII.

De illo, qui pauperes opprimit.

(*b*) OPpressisti pauperes, qui tibi vicini erant, & qui se defendere non poterant, vel eorum bona, illis nolentibus tulisti, redde illis sua, & triginta dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XIX.

De illo, qui in ecclesiam ad fabulas, & ad vaniloquia festinat.

(*c*) FEcisti quod quidam facere solent, dum ad ecclesiam venerint, in primis labia commovent, quasi orent, propter alios circumstantes, vel sedentes, & statim ad fabulas, & ad vaniloquia festinant, & cum presbyter eos salutat, & adhortatur ad orationem, illi ad fabulas suas revertuntur, non ad responsionem, nec ad orationem: si fecisti, decem dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XX.

De illis, qui reticuerint peccatum fratris, quod est ad mortem.

(*d*) SI reticuisti peccatum fratris, quod erat usque ad mortem, neque corripuisti eum, nec exhortatus es eum, ut resipisceret, nec succurristi fratri sub onere jacenti, tamdiu pœniteas, quamdiu reticuisti.

CAPUT XXI.

De eadem re.

(*e*) QUI reticuerit delictum fratris, quod est usque ad mortem, neque eum corripuerit juxta regulam Evangelicam primum inter se, & ipsum solum, deinde inter alios, deinde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quanto tempore fuit, tanto pœniteat.

CAPUT XXII.

De illo, qui fœtus animalium verbo, vel visu, vel auditu obfascinare, & perdere posse affirmat.

(*f*) CRedidisti quod quidam credere solent, ut in quamcumque domum intraverint, pullos aucarum (*g*), pavonum, pullos gallinarum, etiam porcellos, & aliorum animalium fœtus verbo, vel visu, vel auditu obfascinare, & perdere posse affirmant: si fecisti, aut credidisti, unum annum per legitimas ferias poeniteas.

CAPUT XXIII.

De illo, qui negligit infirmos visitare.

(*h*) NEglexisti visitare infirmos, & non venisti ad eos, qui in carcere erant, & subministrasti eis, decem dies in pane, & aqua pœniteas.

CAPUT XXIV.

De illo, qui de cibo Judæorum, vel aliorum Paganorum comedit.

(*i*) SI comedisti de cibo Judæorum, vel aliorum Paganorum, quem ipsi sibi præparaverunt, decem dies pœniteas (*k*).

CAPUT XXV.

De illis, qui eundo ad ecclesiam otiosa loquuntur.

(*l*) FEcisti quod quidam facere solent, dum ad ecclesiam vadunt, in ipsa via proferunt suas vanitates, & loquuntur otiosa, nec in eadem via cogitant aliquid, quod (*m*) animæ utilitatem pertineat, & cum venerint in atrium ecclesiæ, ubi sepulta sunt corpora fidelium, & dum calcaverint sepulchra proximiorum, non recordantur, quod (*n*) eis futurum sit, nec ullam mentionem, nec ullas preces pro eis ad Dominum fundunt, quod facere debuerunt: si neglexisti, decem dies in pane, & aqua pœniteas, & vide ulterius ne tibi contingat: sed quandocumque in atrium ecclesiæ intraveris, ora pro eis, & roga illas sanctas animas, quarum corpora ibi requiescunt, ut quantum possint, pro tuis peccatis ad Dominum intercedant.

CAPUT XXVI.

De illo, qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi eum prius arguerit seorsum.

(*o*) QUI peccatum imputando fratri imponit, priusquam seorsum arguat eum, satisfaciens ei tres dies poeniteat.

CA-

a Burch. ibid. pag. 276. *b* Burch. ibidem. *c* Idem Burch. ibid.

d Idem ubi supra. *e* *Ex pænit. Theodori*, Burch. lib. 19. cap. 121. Ivo part. 15. cap. 133. decr. Vide infra cap. 26. *f* Burch. d. lib. 19. pag. 278.

g Plebejo sermone ocas vocant Itali anseres, aliquando aucas fortasse: ut Latinis ex aula olla, ex Paula Polla facta est. *h* Idem Burch. ibid. pag. 279. *i* Idem Burch. ibid.

k *In pane, & aqua pæniteas*, Burch. *l* Burch. ubi supra.

m *Quod ad animæ*, Burch. aptius. *n* *Quid eis*, Burch.

o *Ex pænitent. Romano*, Burchard. lib. 19. cap. 117. Ivo part. 15. cap. 129. decr. Vide supra cap. 21.

CAPUT XXVII.

De illis, qui diu reticent peccata sua.

[a] Sciendum vero est, quanto quis tempore moratur in peccatis, tanto ei augenda est pœnitentia.

CAPUT XXVIII.

De illis, qui aliquem in ira percusserint.

[b] Si quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit, si laicus est, viginti dies pœniteat, clericus triginta, illi autem qui gradum habent, amplius pelli debent (c), diaconus sex menses, presbyter unum annum, Episcopus duos annos, & sex menses.

CAPUT XXIX.

De illis, qui ad feriendum hominem surrexerint volentes eum occidere, sed non potuerunt.

[d] Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, tres hebdomadas pœniteat, si clericus fuerit, sex menses, quod & si vulneraverit, dies quadraginta, si clericus clericum, annum unum, sed & pecuniam pro modo vulneris, cui inflixit, tribuat.

CAPUT XXX.

De illis, qui Christiana mancipia captivaverint.

Ex Pœnitentiali Theodori (e).

Si quis quemcumque hominem quolibet ingenio captivaverit, aut transmiserit, tres annos pœniteat.

CAPUT XXXI.

De administratione xenodochii, & decimæ.

Ejusdem [f].

Si quis xenodochia pauperum administrat, vel decimas populi susceperit, & exinde vel suis sæcularibus lucris (g) sectandum aliquid subtraxerit, quasi rerum alienarum invasor reus damnum restituat, & sub canonico judicio reformetur, & agat pœnitentiam tres annos: scriptum est enim, Talem Dominus dispensatorem quærit, qui sibi de suis nihil usurpet.

TITULUS VIII.

De variis Criminibus. (h)

CAPUT I.

De viris ordinatis, si ante, vel post ordinationem in criminalibus peccatis ceciderint.

Ex concilio Ilerdensi (i).

De his ergo visum est vobis conscribi, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet: ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, aut fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta a gradu proprio deponantur, quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas constat esse: nempe inde detrahuntur homines a sacrificio Dei. Sic ut quondam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur (k): & rebelles hinc inde (l) contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem mala a se abscondite commissa coram oculis Dei (m), præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, & eleemosynas, vigiliasque, sacras (n) orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam servato gradu, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, qui (o) omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, neque (p) vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

CAPUT II.

De viris ordinatis, quorum occulta sunt peccata.

Ex concilio Toletano (q).

De viris ordinatis (r), quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui pos-

a *Ex pœnitent. Bedæ presbyteri*, Burchard. cap. 118. & Ivo cap. 130. ubi supra.
b Burch. cap. 119. Ivo cap. 131. ubi supra, *ex concilio Rothomagens. cap. IX.* c *Compelli debent*, Ivo.
d *Ex pœnitent. Romano*, Burch. cap. 120. Ivo cap. 132. ubi supra.
e Burch. d. lib. 19. cap. 135. Ivo d. part. 15. cap. 145.
f Burch. cap. 139. Ivo cap. 149. ubi supra. g *Suis lucris*, Ivo.
h Hic etiam titulus sine inscriptione est in veteri libro.
i Rabani verba sunt cap. 1. Pœnit. in princ. Refert Ivo lib. 3. tit. 12. cap. 20. Panorm. & part. 9. cap. 400. Decr. & Tarrac. lib. 6. cap. 277. & Grat. dist. 50. cap. 34.
k Apud Raban. hæc verba posita sunt post illa *pejores fiunt*. Adde 1. Regum 2.
l *Hinc, atque* Raban. & Ivo & Tarrac. & Grat. m *Coram angelis Dei*, Grat.
n *Vigilias atque sacras*, Raban. *vigiliasque & sacras*, Ivo & Tarrac. & Gratian.
o Hæc Ivo omisit, & Tarrac. & Grat. Vide 1. Timoth. 2. 2. p Ezech. 33. cap.
q Rabanus ubi supra. Vide tit. 3. cap. 26. r *De his autem*, Raban.

possint, si salubriter compuncti pro peccatis suis confessionem Episcopo, sive presbytero occulte faciunt: bonum mihi videtur, ut secundum id, quod sibi decretum fuerit ab Episcopo, sive presbytero, pœnitentiam agant, non tepide, nec tarde, sed ferventer, & sollicite: ac sic se veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum se retenturos confidant.

CAPUT III.

Par pœnitentia indicitur cui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violaverit.

Symmachus Papa (*a*).

OMnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii, ut ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinæ mersionis vocabulo mergentibus unda sacri baptismatis regeneraverit. Silvester (*b*) quoque docet, & admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam pœnitentialem accedat, quia scriptum est: Omnes, quos in pœnitentia suscipimus, vel accipimus [*c*], ita nostri sunt filii, ut baptismate suscepti, quapropter, si quis hoc scelus perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat; verum etiam usque ad exitum vitæ jugi pœnitentiæ se subdat.

CAPUT IV.

De eodem.

Cælestinus (*d*).

SI quis sacerdos cum filiâ sua spirituali fornicatus fuerit, hoc est, pœnitentiali filia (*e*), sciat, se grave adulterium commisisse. Idcirco fœmina [*f*] omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conversa in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio [*g*] deponatur, & peregrinando quindecim annis [*h*] pœniteat, postea vero ad monasterium vadat, ibique [*i*] cunctis diebus vitæ suæ Deo serviat.

CAPUT V.

De eodem.

Idem (*k*).

NOn debet Episcopus, aut presbyter (*l*) commisceri cum mulieribus, quæ ei sua contentæ fuerint peccata. Si forte, quod absit, hoc contigerit, sic pœniteat quomodo de filia spirituali, Episcopus quindecim annis, presbyter duodecim (*m*), & deponantur, tamen si in conscientia populi [*n*] devenerit.

CAPUT VI.

Quæ pœnitentia sit imponenda sacerdotibus qui de fornicatione convicti fuerint.

Ex concilio Gangrensi (*o*).

PResbyter si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum (*p*) debeat deponi, tamen juxta auctoritatem beati Sivestri Papæ, si in vitio non perseveraverit, si sua sponte confessus adjecit, ut resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus siquidem mensibus [*q*] a ceteris remotus, pane, & aqua a vespera in vesperam utatur, diebus autem Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur, sine carne, & sagimine, ovis, & caseo, sacco indutus humi adhæreat, die ac nocte (*r*) misericordia Dei omnipotentis imploret, finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur: nec enim debet sacerdos publice pœnitere, sicut laicus, postea aliquantisper resumptis viribus unum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis diebus, & præcipuis festivitatibus, in quibus vino, & sagimine, & caseo, & ovis, juxta canonicam mensuram uti poterit. Finito primo anno, & dimidio corporis, & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat. Psalmos in choro cum fratribus ultimus canat, ad cornu altaris non accedat, juxta beati Clementis (*s*) vocem minora geret officia; deinde vero usque ad expletionem septimi anni omni quidem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaque hebdomada in pane, & aqua jejunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres (*t*), apud quos pœnituerit, ejus condignam pœnitentiam laudaverint, Episcopus in pristinum ordinem (*u*), juxta beati Calixti [*x*] Papæ auctoritatem eum revocare poterit. Sane sciendum est, quia secundam feriam unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si operarius est [*y*], redimere poterit. Finitis septem annis, deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam, nulla interveniente redemptione, observet in pane, & aqua. Eadem quoque pœnitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis,

a Sic etiam Tarracon. lib. 1. cap. 199. & Gratian. 30. q. 1. cap. 8. *b* Tarrac. 200. eod. lib.
c Omittit Tarrac. *accipimus* Gratian. omissis aliis *suscipimus*, *vel*.
d Tarrac. cap. 201. ubi supra. & Gratian. cap. 9. d. q. 1. sine inscript. Cæs. lib. 15. cap. 37.
e Hæc non sunt in Tarracon. neque in Cæsar. neque apud Gratian.
f *Si laica est*, addit Tarracon. & Cæsar. & Gratian. *g* *Ab omni divino officio*, Tarrac.
h *XII. annis*, Gratian. *i* Hæc omittit Cæsar.
k Tarracon. ubi supra, & Cæsar cap. 38. eod. lib. & Gratian. cap. 10. d. q. 1.
l *Aut diaconus*, addit. Tarrac. *presbyter aut diaconus*, Cæsar. *m* *Diaconus decem*, addit Tarrac. & Cæs.
n *Episcopi*, Tarrac. *o* Sic etiam Grat. dist. 82. cap. ult. *Hiberniens.* Anselm. lib. 8. cap. ult. in Rom. Vidend. Burch. lib. 17. cap. 39. ea Pœnit. Theodori, & Beda cap. 8. *de remed. peccat.* *p* Cap. 25.
q *Privato loco*, addit Anselm. *r* *Jugiter*, addit Anselm. *s* Epist. 2. *t* *Si sui confratres*, Ans.
u *Honorem*, Anselm. & Gratian. *x* Epist. 2. ad Episcopos Galliæ. *y* *Si opus est*, Grat.

tis, & criminibus, quæ eum in depofitionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerofum, fi facerdos poft lapfum, digne, ut fupra dictum eft, pœnitens ad priftinos redeat honores.

CAPUT VII.

Poft profeffam continentiam quifquis uxorem duxerit, ab ea feparetur.

Innocentius Papa II. [a]

UT lex continentiæ, & Deo placens munditia in ecclefiafticis perfonis, & facris ordinibus dilatetur, ftatuimus, quatenus Epifcopi, presbyteri, diaconi, fubdiaconi, regulares, canonici, monachi, atque converfi profeffi, qui facrum tranfgredientes propofitum, uxores fibi copulare præfumpferint, feparentur; hujufmodi namque copulationem, quoniam (b) contra ecclefiafticam regulam conftat effe contractam, matrimonium non effe cenfemus, qui etiam ab invicem feparati pro tantis exceffibus condignam pœnitentiam agant. Id ipfum quoque de fanctimonialibus fœminis, fi, quod abfit, nubere tentaverint, obfervari decernimus.

CAPUT VIII.

In facris ordinibus conftituti non ducant uxores, & fi duxerint, feparentur.

Calixtus Papa (c).

PResbyteris, diaconibus, fubdiaconibus, & monachis concubinas habere, feu matrimonia contrahere (d), pœnitus interdicimus, contracta quoque matrimonia ab hujufmodi perfonis disjungi, & perfonas ad pœnitentiam debere redigi, juxta facrorum canonum definitiones judicamus.

CAPUT IX.

Damnabile eft voventibus etiam velle nubere.

Hieronymus (e).

VOventibus virginitatem non folum nubere, fed etiam velle damnabile eft.

CAPUT X.

Damnationem habebit, fi nupferit, quæ virginitatem vovit.

Idem (f).

SI nupferit virgo, non peccat (g), non illa virgo quæ femel fe cultui divino dedicaverit [h]: harum enim fi qua nupferit, habebit damnationem (i), quia primam fidem irritam fecit.

CAPUT XI.

Nubentes poft votum non funt ab invicem feparandi.

Auguftinus (k).

QUidam nubentes poft votum afferunt adulteros: ego autem dico vobis, quod graviter peccant, qui tales dividunt.

CAPUT XII.

De eodem.

Theodorus (l).

SI vir votum (m) virginitatis habens adjungitur uxori, poftea non dimittat uxorem, fed tribus annis pœniteat.

Sic diftinguendum eft (n), quod voventium alii funt fimpliciter voventes, de quibus Auguftinus, & Theodorus locuti funt, alii funt, quibus poft votum accedit benedictio confecrationis, vel propofitum religionis, de quibus Hieronymus, & Calixtus, & Innocentius (o) fcripferunt: unde Hieronymus contra Jovianum (p) dicens.

CAPUT XIII.

Inceftæ funt virgines, fi poft confecrationem nubunt.

(q) VIrgines, quæ poft confecrationem nupferint, non tam adulteræ funt, quam inceftæ.

CAPUT XIV.

Turpior, & flagitiofior eft ufus contra naturam, quam fornicationis, & adulterii.

[r] USus naturalis & licitus eft, ficut in conjugio, & illicitus, ficut in adulterio,

a In concil. Romano cap. V. eatat poft Ivonis Panorm. Refert. Grat. 27. q. 1. cap. 40. Vidend. Eugeo. 3. in conc. Rhemenf. cap. 7. *b Quam contra*, Gratian. & Eugen.

c Callift. II. in concilio Romano cap. XX. Refert Anfelm. lib. 4. cap. ult. in Rom. & Grat. dift. 27. cap. 8. Vid. Urban. II. cap. 2. in decret. non editis. *d* Omittit hæc Anfelm.

e Auguftinus, apud gloffam ordin. 1. Timoth. 5. & Pet. Lombard. lib. 4. d. 38. Hieronym. apud Grat. dift. 27. cap. 4. & 17. q. 1. cap. 2. Vidend. Auguftio. *de bono viduitatis*, cap. 9. & Grat. 27. q. 1. cap. 41. NUPTIARUM.

f Verba Hieronymi font lib. 1. contra Jovinian. Refert Ivo lib. 3. tit. 17. cap. 6. Panorm. & part. 7. cap. 124. decr. & Cæfar. lib. 10. cap. 117. & Grat. dift. 27. cap. 5.

g Non peccavit, Hier. & Ivo, & Cæfar. Vide 1. Corinth. 7.

h Quæ femet Dei cultus dedicavit, Hier. *quæ fe femel cultui Dei dedicavit*, Ivo, & Cæfar. *quæ femet cultui divino dedicavit*, Gratian. *i* 1. Timoth. 15.

k In libro de bono conjugali ad Julianum, Grat. d. 27. cap. 2. fcribe, *de bono viduitatis ad Julianam cap.* 10. etfi non eadem verba fint. *l In Pœnitentiali*, addit Grat. ead. dift. 27. cap. 3.

m Si vir fimplex votum, Grat. *n* Ex Grat. dift. 27. cap. 12. PRESBYTERIS. part. 1. *Hic* pro *Sic*, Grat.

o Et Nicolaus: & Calixtus, Grat. *p Contra Jovinianum*, Hieron. lib. 1. Grat.

q Verba funt Hieron. d. lib. 1. contra Jovinianum refert Ivo d. cap. 6. Panorm. & d. cap. 124. decr. & Cæfar. d. cap. 117. & Gratian. cap. ult. dift. 27.

r Auguftinus contra Julian. lib. 5. apud Ivonem part. 9. cap. 106. decr. contra Jovin. lib. 1. apud Grat. 32. q. 7. cap. 14. *Sed non inveni.*

terio, contra naturam vero ſemper illicitus, & procoldubio flagitioſior, atque turpior, quem ſanctus Apoſtolus [a], & in fœminis & in maſculis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quam ſi uſu naturali, vel adulterando, vel fornicando peccarent.

CAPUT XV.

Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiſcetur.

Ex concilio Calcedonenſi (b).

SI pater, & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut ſi cum matre, & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, ſecundum antiquam, & humaniorem definitionem, octo annis pœniteat.

CAPUT XVI.

Qui uxorem ſuam adulteram dimittere noluerit, duobus annis pœniteat, ſi debitum reddiderit ſibi.

Joannes Chryſoſtomus (c).

SI quis uxorem invenerit adulteram [d], poſtea deinceps placuerit eam habere in matrimonio, duobus annis [e] pœniteat, ideo quia (f) cum adultera admixtus ſit, quæ adhuc crimine ſuo non eſt purgata, aut abſtineat ſe a matrimonio ejus, donec expleatur ſatisfactio criminis pœnitentiæ ſuæ: ideo quia poſt ſatisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter ſi uxor virum ſuum invenit adulterum, non ad imparia judicatur.

CAPUT XVII.

Qua pœna mulctentur incendiarii.

Innocentius II. (g)

PEſſimam ſi quidem (h), & depopulatricem, & urendam (i) incendiorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus (k). Si quis igitur poſt hujus noſtræ prohibitionis promulgationem malo ſtudio, ſive pro odio, ſive pro vindicta ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur, & ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum careat ſepultura: nec abſolvatur, niſi prius damno, cui intulit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito, juret (l), ſe ulterius ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut aut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per annnm integrum permaneat: Si quis autem Archiepiſcopus (m) vel Epiſcopus hoc relaxaverit, damnum reſtituat, & per annum ab officio epiſcopali abſtineat. Sane Regibus (n), & Principibus faciendæ juſtitiæ facultatem, conſultis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, non negamus.

CAPUT XVIII.

Quæ pœnitentia ſit imponenda invaſoribus rerum eccleſiaſticarum.

Nicolaus Papa (o).

DE viro nefando Burgando nomine, qui rabie inſaniæ commotus, diabolicis ſe irretire laqueis non dubitavit, atque Gentilium more per abrupta itinera, & compita inſidians vobis, in veſtræ eccleſiæ villa una cum clericis veſtris manentibus, & popnlum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus paneque ſpirituali verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile ſalutis propriæ deſiderium habentibus, ſancta Apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus, neſarias invaſiones, & deprædationes violentas inferre dæmoniaco auſu præſumpſit, & ut epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraque Dominici corporis, & ſanguinis vaſa, inſuper, & ſanctum chriſma, pollutis manibus arripere, quaſi vilia, & ad uſum communem apta præſumpſit, dilectio veſtra conſuluit, ſi ipſe, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tacti Divina venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtræ inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus, ſi tamen ita eſt, jubemus, cum ad pœnitentiam acceleraverint, uno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cujus ſacratiſſima vaſa, extra ritum Fidei Chriſtianæ diripiendo auferre non dubitaverunt. Secundo vero anno ante fores eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio vero anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes aſtent ſine oblatione non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis, & Reſurrectionis Dominicæ diem. Quarto præterea anno, ſi his prioribus eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor communioni fidelium reſtituantur, totaque

a Rom. 1. b Sic etiam Grat. 30. part. 4. cap. 2. *Sed non extat.*
c *Ex Pœnitent. Theodori*, Anſelm. lib. 11. cap. 94. & Grat. 32. q. 1. cap. 6. *cum magna varietate.*
d *Suam ſcit adulteratam*, Anſ. & Grat. e *Tres annos*, Anſelm. *trib. annis*, Grat.
f *Et quamdiu illa pœnitet, abſtineat ſe ab illa*, Anſ. *& quamdiu pœnitet, abſt. ſe ab illa*, Grat.
g *In concilio Romano cap. XVIII.* & in calce Ivonis Panorm. cap. 16. Refert Grat. 23. q. 8. cap. 32. Vidend. Eugen. 3. 10 concilio Rhemenſ. cap. 15. quod eſt editum cap. 9. Eugenii 2. h *Quidem*, Grat.
i *Horrendam*, Ivo, & Grat. k Plura addit Ivo, & extant in ipſo concilio non edito.
l *Reſtituat, & ſe ulterius emendaverit &c.* Ivo ceteris omiſſis. m *Cap. XIX. ejuſd. concilii.* Refert Gratian. ubi ſupra. Mihi non videtur aliud caput eſſe, ſed pars ſuperioris.
n Capit. 20. appellatur, ſed mihi pars eſt capitis 18.
o *Frotario Archiepiſcopo Burdegalenſ.* addit Gratiano. 12. q. 2. cap. 17.

que mentis intentione spondentes, talia se ulterius numquam facturos, corpus & sanguinem Domini suscipere mereantur, & usque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

TITULUS IX.

De variis criminibus, & pœnitentiis (a).

CAPUT I.

Qui plus quam dederit, expetit, usuram accipit.

Augustinus [b].

SI fœneraveris homini, id est, si tu mutuum dederis pecuniam tuam (c), a quo plus (d) quam dedisti, expectes, non pecuniam solam sed aliquid plus quod dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus quam dedisti, expectes (e) accipere, fœnerator es, & in hoc [f] improbandus, non laudandus.

CAPUT II.

Quando amplius exigitur quam detur, usura accipitur.

Ex concilio Agathensi (g).

USura est, ubi amplius requiritur, quam quod (h) datur; verbi gratia, si solidos decem dederis (i), & amplius quæsieris (k), vel dederis (l) frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.

CAPUT III.

Rapinam facit, qui usuram accipit.

Ambrosius (m).

SI quis usuram accipit (n), rapinam facit, vita non vivit.

CAPUT IV.

De pœnitentia eorum, qui usuras exigunt.

Ex Pœnitentiali Romano (o).

SI quis usuras undecumque exegerit, tribus annis pœniteat, in uno (p) pane, & aqua.

CAPUT V.

Furtum committit, qui inventum non reddit.

Augustinus (q).

SI quid invenisti (r), & non reddidisti, rapuisti, fecisti, quia plus non invenisti, ideo plus non invenisti (s) ideo plus non rapuisti (t). Qui alienum negat, si posset, & tolleret, Deus cor interrogat, non manum (u).

CAPUT VI.

Peccat qui rem inventam non reddit.

Hieronymus (x).

MUlti sine peccato putant esse, si alienum quod invenerint, teneant, dicunt, Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Discant hoc ergo (y) peccatum simile esse rapinæ, si quis inventa non reddat.

CAPUT VII.

In periculo constitutis pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda.

[z] AB infirmis in periculo mortis positis [aa] pura est inquirenda confessio pecca-

a Hic etiam titulus, sive inscriptio in veteri libro desiderabatur.
b *In psalm. XXXVI.* ut ait Ivo parte 13. cap. 17. decr. & Cæsar. lib. 8. cap. 73. & Grat. 14. q. 3. c. 1. est autem apud B. August. concione 3. in eum psalm. vers. *Tota die miseretur, & feneratur.*
c *Mutuam pecuniam tuam dederis*, Aug. voce tu, caret Ivo *si mutuo dederis pecuniam tuam*, Grat.
d *A quo aliquid plus*, Aug. e *Expectes accipere*, Aug. f *Ob hoc*, Ivo *ex hoc*, Cæs.
g Sic etiam Burch. lib. 2. cap. 126. & Ivo lib. 3. tit. 13. cap. 6. Panorm. sed part. 6. cap. 200. Decr. *ex concil. Carthag. cap. XIII. ex Agathens.* Gratian. d. q. 3. ult. Ego in conciliis non inveni, sed in Capitul. Caroli lib. 1. cap. 125. h *Quam datur*, Capit. & Burch. & Ivo.
i *Si dederis solidum*, Cap. k *Requisieris*, Cap. & Burch.
l *Vel si dederis modium vini, frumenti, & iterum super aliud exegeris*, Cap.
m *In libro de bono mortis*, addit Grat. 14. q. 4. cap. 10. Ambrosii verba sunt in eod. libro cap. 12.
n *Acceperit*, Ambr. o Sic etiam Anselm lib. 11. cap. 115. in Rom.
p Omittit Anselm. in Roman. sed in alio veteri est, cap. 108.
q Sic etiam Grat. 14. q. 5. cap. 6. extant hujus cap. verba apud August. sermone 19. cap. 8. *de verbis Apostoli.* & sermone 9. in lib. 50. homiliar. r *Nam quod invenisti*, Aug. s *Non potuisti*, Aug.
t *Non plus fecisti*, August. u Hæc August. postea cap. 9. scribit.
x *In libro Levitici*, addit Grat. cap. 8. e. q. 5. Origenes est homil. 4. ad cap. 6. Levit. Rufino interpr.
y *Ergo peccatum hoc*, Orig. *hoc*, Gratian.
z *Ex pœnit. Theodori*, Burchard. lib. 18. cap. 14. & Ivo part. 15. cap. 36. decr. sine inscript. Cæsaraug. lib. 15. cap. 26. *Theodorus Cantuariens. Archiepiscopus in Pœnitentiali suo.* Gratian. 26. q. 7. cap. 1. Invenitur in concil. Magunt. sub Raban. cap. 26.
aa *Per presbyteros*, addit Burch. & Ivo, & Cæs. & Conc.

catorum, non tamen illis imponenda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſublevandum, ſi forte [*a*] migraverint, ne obligati, & communione [*b*], & conſortio veniæ fiant alieni: a quo periculo ſi divinitus erepti convaluerint, pœnitentiæ modum a ſacerdote ſibi [*c*] impoſitum diligenter obſervent. Et ideo ſecundum auctoritatem canonicam [*d*] ne illis janua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſolationibus eccleſiaſticis ſacra unctione olei inuncti [*e*] ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum, communione viatici reficiantur.

CAPUT VIII.

Tempus, & modus pœnitendi delinquentium, præſidentium imponatur judicio.

[*f*] HOC ſit poſitum judicio eorum, qui præſunt vel quanto tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquunt: quia ætas ad eruditionem multam haberi differentiam pœnarum facit.

CAPUT IX.

De eodem.

(*g*) PŒnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

CAPUT X.

De eodem.

(*h*) PRO qualitate delicti pœnitentiæ tempus impendatur.

CAPUT XI.

De modis pœnitentiæ, qualiter imponenda ſit.

(*i*) MOdus, tempuſque pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum ſcripturarum auctoritatem, per eccleſiaſticam conſuetudinem approbatam [*k*], imponi debet (*l*) a ſacerdotibus (*m*). Nam qui peccatis [*n*] gravibus leves quoſdam, & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, *conſuunt pulvillos* (*o*), ſecundum Propheticum ſermonem, *ſub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas*, ſed (*p*) diſcretio ſervanda eſt inter publice pœnitentes, & abſconſe: nam qui publice peccat, oportet ut publice mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem canonum pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur.

CAPUT XII.

Quod diverſitas culparum diverſitatem facit pœnitentiarum.

(*q*) DIverſitas culparum diverſitatem facit pœnitentiarum: nam & corporum medici diverſa medicamenta componunt, ut aliter vulnera, aliter morbum, aliter tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combuſtiones curent; ita & ſpiritales medici diverſis curationum generibus animarum vulnera ſanare debent. Sed quia hæc (*r*) paucorum eſt, ad purum ſcilicet cuncta cognoſcere, & curare, & mederi, atque ut in integrum ſalutis ſtatutum valeant revocare, ideo ſolerter admonemus doctum quemque ſacerdotem Chriſti, ut non ex ſuo ſenſu, ſed ſecundum canonum ſtatuta, & traditiones Patrum univerſa diſponat, & conditionem utriuſque ſexus, ætatem, paupertatem, cauſam, ſtatum, perſonam cujuſque pœnitentiam agere volentis, ipſum quoque cor pœnitentis aſpiciat [*s*]: & ſecundum hæc, ut ſibi viſum fuerit, ut ſapiens medicus ſingula quæque dijudicet.

CA-

a Burch. & Ivo, & Cæſar. *et* pro & Conc.

b Ex communione aterni, vel ex conſortio veniæ fiant, Burch. edit. *Vel conſortio*, vetus Burch. liber. cetera, ut editus. *& a communione aliena, vel conſortio veniæ fiant*, Ivo, *Excommunicatione* pro *ex communione*, Cæſar. cetera, ut Burch. editus, *a communione* pro *& communione*, Grat. cetera, ut edita ſunt. *Excommunicatione, alieni ex conſortio bene fiant*, Conc. non ſine mendo.

c A ſuo confeſſore, Conc. & Burch. & Ivo. *A ſuo confeſſionario*, Cæſ. *d Canonum*, Cæſ.

e Cum unctione olei animati, Burch. & Ivo. *Cum ſacra unctione olei animati*, Cæſ.

f In octava ſynodo, Grat. 26. q. 7. cap. 8. ſed non extat in conciliis.

g Verba ſunt concilii Carthagin. III. cap. 31. & concilii Africani cap. 10. & Carthag. Græc. cap. 13. Refertur Capitul. lib. 7. cap. 30. in concil. Troſlejan. cap. 13. a Rabano cap. 35. Pœnitent. apud Burch. lib. 19. cap. 40. & Ivon. part. 15. cap. 3. Decr. & Anſelm. lib. 11. cap. 20. & Cæſar. lib. 15. cap. 46. & Grat. d. q. 7. cap. 5.

h In octava ſynodo, Gratian. d. q. 7. cap. 7. Mihi videtur titulus eſſe, ſive ſumma capitis 31. concilii Carthag. de quo ſupra cap. IX.

i Ex concilio Moguntino cap. X. Burch. lib. 19. cap. 28. & Ivo parte 15. cap. 46. Decret. Ego inveni *in concilio Moguntino ſub Rabano cap. XXXI. & Cabilonenſi ſub Carolo cap. XXXVIII.* incip. *Modus autem pœnitentiæ*, & *in Capitul. lib. 7. cap. 64.* in additis. Vide concil. Pariſienſ. ſub Lodovic. & Loth. lib. 1. cap. 32.

k Conſuetudinem, ſicut ſuperius dictum eſt, Concil. Cabilonenſe, & Cap.

Ezech. 13. d. *l* Additur in concil. Cabilonenſi & in Capit. *repudiatis, ac penitus eliminatis libellis, quos Pœnitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti auctores, de quibus recte dici poteſt:* „ Mortificabant animas, quæ non moriuntur *, & vivificabant animas, quæ non vivebant “. Sciendum autem hæc non de tribus Pœnitentialibus dici, Theodori, Bedæ, & Romano, ſed de aliis incerti nominis. Vide d. conc. Pariſ.

* Moriebantur.

m Hæc omittunt concil. Cabilonenſe, & Cap. *n Qui dum pro peccatis*, concil. Cabilon. & Cap.

o Ezech. 13. cap.

p Hæc non ſunt in concil. Cabilonenſi, neque in Capit. habet Mogunt. & Burch. & Ivo. Vide Burch. c. 37. & Ivon. cap. 37. ubi ſupra. *q* Burch. cap. 29. Ivo cap. 47. ubi ſupra. Ex dictis Auguſtini.

r Quia hoc, Ivo. *s Inſpiciat*, Burch. & Ivo.

CAPUT XIII.

Quod multi sunt fructus pœnitentiæ.

[*a*] MUlti sunt pœnitentiæ fructus, per quos ad expiationem criminum pervenitur; non enim tantum illo simplici pœnitentiæ nomine salus æterna repromittitur, juxta Apostolum (*b*), *Pœnitemini*, inquit, *& convertimini, ut deleantur vestra peccata*, & illud Propheticum (*c*): *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Propter illum nudum gemitum, & propter illud nudum nomen pœnitentiæ nullus salvabitur, sed per veram confessionem, & sacerdotis intelligentis consilium, & per caritatis affectum, & per eleemosynarum fructum peccatorum moles subruitur.

CAPUT XIV.

Quæ sit falsa pœnitentia.

(*d*) FAlsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles [*e*], vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius injuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat [*f*] veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam pervenire valeat, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, bona, quæ injuste abstulit, restituat, arma deponat, ulteriusque non deferat, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda justitia, nec tamen [*g*] desperet: interim quidquid boni facere poterit, hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam (*h*).

CAPUT XV.

De eodem.

[*i*] FRatres nostros Episcopos, & presbyteros admonemus, ne fallis pœnitentiis laicorum [*k*] animas decipiant, & ad infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de uno solo pœnitentia agitur: aut cum sic agitur de uno, ut non discedat ab alio: unde scriptum est (*l*): *Qui totam legem observaverit, & offendat in uno, factus est omnium reus*, scilicet quantum ad vitam æternam; sicut enim si peccatis omnibus esset involutus, ita si in uno tantum maneat, æternæ vitæ januam non intrabit. Falsa etiam est pœnitentia, cum pœnitens ab officio, vel curiali, vel negotiali (*m*) non recedit, quod sine peccatis nullatenus agi prævalet: aut si odium in corde gesserit, aut si offenso cuilibet non satisfaciat, aut si offendenti offensus non indulgeat, aut si arma quis contra justitiam gerat.

CAPUT XVI.

De admonitione octo principalium vitiorum, & eorum speciebus.

(*n*) NUnc tibi octo principalia vitia explicabo, si in illis te percussum, tactum, vulneratum sentis, vide ne me cæles: id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe, nam ex his omnia vitia oriuntur.

[*o*] De superbia, quæ initium omnis peccati est, & regina omnium malorum, nascitur omnis inobedientia, omnis præsumptio, & omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia.

(*p*) De vana gloria, jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupido, & hypocrisis.

[*q*] De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, & afflictio in prosperis.

[*r*] De ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, præsumptio,

 bla-

a Ex dictis ejusdem, Burch. cap. 30. Ivo cap. 48. ubi supra. *b* Act. 3. *c* Esa. 30.

d Gregor. VII. in concilio Romano IV. cap. VI. Pontif. an. VI. Christi 1078. Indict. 2. die XIII. Kal. Decembr. ex registro. Refert Anselmus. lib. 7. cap. ultimo in Romano, Tarraconensi lib. 5. cap. 50. Grat. de pœnit. distinctione 5. cap. 6. Vidend. Greg. 7. lib. 7. registri epist. 10.

e *Quicumque miles*, registr. & Ans. & Tarraconens.

f *Recognoscat se veram*, registr. & Gratian. & Anselm. & Tarrac.

g *Ne tamen*, registr. & Tarraconens. & Gratian. *nec inde*, Anselm.

h *Ad veram pœnitentiam*, Anselmus.

i *Innocentius II. in concilio Romano cap. XXII. Urban. II. in concil. Melfit. cap. XVI.* refert Cæsaraugust. lib. 15. cap. 15. & Gratian. cap. ultimo ead. distinctione. Vidend. Gregor. 7. lib. 7. registr. in concilio Romano anno 1080. cap. 5.

k *Clericorum*, Cæsar. *l* Jacob. 2. *m* *Negotio*, Gratian.

n Ex *Pœnit. Theodori*, Burch. lib. 19. cap. 6. Vidend. Beda cap. 5. *de remed. peccat.* & fragment. Caroli vel potius Amalarii, sic enim in veteri libro legi. Item Cassian. lib. 5. cap. 1. de inst. cœnob. & collat. 5. cap. 2. & 16. & Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap. 31.

o *De superbia, quod est caput omnium vitiorum, oriuntur superscripta septem vitia criminalia*, Amilar. *De superbia, contemptus, invidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio, detractio*, Cassian. collat. 5. cap. 16.

p *De inani gloria, id est, vana, quæ Græce dicitur* κενοδοξία, *nascitur inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacia, discordia, & novitatum præsumptiones*, Amil. *De cenodoxia, contentiones, hæreses, jactantia, ac præsumptio novitatum*, Cassian. d. cap. 16. *Cenodoxia, id est, jactantia, seu vanagloria.* Idem cap. 2. collat. 5. *Cenodoxia, quod sonat vana, seu inanis gloria.* Idem cap. 1. lib. 5. de inst. cœnob. *Vana gloria*, Theodulph.

q *De invidia, sive invido, qui ab invidendo alterius felicitati dicitur, nascitur odium &c.* Amil.

r *De ira longa, quæ ab indignatione dicitur, a qua & iracundia, eo quod accenso sanguine in furorem compellitur, nascuntur rixa &c.* Amil. *De ira, homicidium, clamor, & indignatio*, Cassian. d. cap. 16.

blaſphemiæ, ſanguinis effuſio, homicidia, ulciſcendi cupiditas, injuriarum memoria.

(*a*) De triſtitia naſcitur malitia, rancor animi, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio, torpor, vagatio mentis [*b*], ſæpe etiam & præſentis vitæ nulla delectatio.

(*c*) De avaritia oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinæ, violentiæ, inquietudo, injuſta judicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblivio, obduratio cordis.

(*d*) De ventris ingluvie propagatur inepta lætitia, ſcurrilitas, levitas, vaniloquium [*e*], immunditia corporis, inſtabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo ſenſus (*f*).

(*g*) De luxuria generatur cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia oculorum, vel totius corporis præcipitatio, amor immoderatus ſui, odium mandatorum Dei, affectus præſentis ſæculi, horror, & deſperatio futuri.

CAPUT XVII.

Item de virtutibus, quibus eadem vitia ſuperari poſſunt.

(*h*) Ergo ſi ſuperbus uſque modo fuiſti, humilia te ipſum in conſpectu Dei.

Si vanam gloriam dilexiſti, cogita, ne propter tranſitoriam laudem æternam perdas mercedem.

Si invidiæ rubigo te hucuſque conſumpſit, quod eſt peccatum maximum, & ſuper omnia deteſtabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum, quod ipſe per ſuam culpam perdiderat, age pœnitentiam, & profectum aliorum tuum deputa.

Si triſtitia te ſuperat, patientiam, & longanimitatem meditare.

Si avaritiæ morbus te gravat, cogita, quia radix eſt omnium malorum, & idololatriæ comparatur, & ideo largum te eſſe oportet.

Si ira te vexat, quæ in ſtultorum ſinu requieſcit, dominari debes animo tuo, & hanc a te mentis tranquillitate fuga.

Si ventris ingluvies te ad vorandum pertrahit, ſobrietatem ſectare.

Si luxuria, caſtitatem vove.

CAPUT XVIII.

Ut unuſquiſque presbyter octo principalia vitia per ordinem ſciat.

Ex concilio Maguntienſi [*i*].

Ventilata eſt ratio octo principalium vitiorum, ut unuſquiſque (*k*) diverſitatem illorum ſciat, & ab illis Domino auxiliante, ſe intelligat cuſtodire, & aliis prædicare.

CAPUT XIX.

Ut ſacerdotes diligenter examinent confitentium peccata.

(*l*) Ut Epiſcopi, & presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ conſtituant.

CAPUT XX.

Ut ſinguli presbyteri capitula auctoritativa habeant ad ſuccurrendum pœnitentibus.

[*m*] Ut unuſquiſque presbyter capitula habeat de majoribus, vel minoribus vitiis, per quæ cognoſcere valeat, vel prædicare ſubditis, ut caveant ab inſidiis diaboli.

CAPUT XXI.

Quod ſecundum canonum, & Pœnitentialium ſtatuta pœnitentiæ dandæ ſunt.

(*n*) Cum igitur omnia conſilia canonum, quæ (*o*) recipiuntur, ſint a ſacerdotibus legenda, & intelligenda, & per ea ſit eis vi-

a *De triſtitia, quæ oritur ex ira, naſcitur malitia &c.* Amil. *Accidia, ſive triſtitia* Theodulph. *De triſtitia rancor, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio*, Caſſian. d. cap. 16.

b *Torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita*, Amil. *De acedia, otioſitas, ſomnolentia, importunitas, inquietudo, pervagatio, inſtabilitas mentis, & corporis, verboſitas, curioſitas*, Caſſian. d. cap. 16.

c *De avaritia, quæ Græce dicitur* φιλαργυρία, *id eſt, amor pecuniæ, ab aviditate dicta, naſcitur proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obduratio cordis*, Amil. φιλαργυρία, *quod intelligitur avaritia, vel ut proprius exprimatur, amor pecuniæ*, Caſſian. d. lib. 5. cap. 1. *De* φιλαργυρία, *mendacium, fraudatio, furta, perjuria, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, violentia, inhumanitas, ac rapacitas*, Idem d. cap. 16. *tertium* φιλαργυρία, *id eſt, avaritia, ſive amor pecuniæ*, Idem d. cap. 2.

d *Quæ Græce dicitur* γαστριμαργία, *id eſt, horrida voracitas, atque gulofitas, quæ a gula dicitur, naſcitur inepta lætitia &c.* Amil addit. *De* γαστριμαργία *namque naſcuntur comeſſationes, ebrietates.* Caſſian. d. cap. 16. *Primum* γαστριμαργία, *quod ſonat ventris ingluvies*, Idem d. cap. 2. γαστριμαργία, *quæ interpretatur gulæ concupiſcentia*, Idem d. cap. 1. γαστριμαργία, *hoc eſt, ventris ingluvies*, Theodulph.

e *Stultiloquium, multiloquium*, Amil. *f* *Circa intelligentiam*, addit Amil.

g *De luxuria, quæ a luxu nomen accepit, & eſt immunditia corporalis, unde & luxurioſus, quaſi ſolutus, & corruptor dicitur, naſcitur cæcitas mentis &c.* Amil. *De fornicatione, turpiloquia, ſcurrilitas, ludicra, ac ſtultiloquia*, Caſſian. d. cap. 16. *h* Burch. cap. 7. ejuſdem libri.

i *Maguntino cap. V.* Burch. d. lib. 19. cap. 97. *Maguntienſi cap. V.* Ivo part. 15. cap. 109. decr. Extat in concil. Rhemenſi cap. 13. *k* *Presbyter*, addit Ivo.

l *Ex eodem cap. VI.* Burch. cap. 98. & Ivo cap. 110. ubi ſupra.

m *Ex eodem cap. XXVI.* Burch. cap. 99. Ivo cap. 111. ubi ſupra.

n *Ex concilio Maguntino II. c. II.* & Cabilonenſi ſub Carolo cap. 37. in conciliis. Refert Burch. d. lib. 19. cap. 147. & Ivo part. 15. cap. 157. decr. *o* *Qui pro quæ*, Cabil.

vivendum [a], necessarium duximus, ut ea, quæ ad Fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur (b), & in populo prædicetur.

CAPUT XXII.

Ut sacerdotes nullam pœnitentiam injungant ex corde, sed ex auctoritate.

(c) OMnibus his actis ventilata est ratio pœnitentiæ, ut sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessionem recipere, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicare [d].

CAPUT XXIII.

Pœnitentia illius anni, qui in pane, & aqua jejunandus est, isto ordine observari debet.

Ex Pœnit. Romano [e].

PŒnitentia unius anni, qui in pane, & aqua jejunandus est, talis esse debet. In unaquaque hebdomada tres dies, id est, secundam feriam, quartam, & sextam in pane, & aqua jejunet (f), & tres dies, id est, tertia feria, & quinta, & sabbato a vino, & medone, mellito, cervisa (g), a carne, & sanguine, & caseo, & ovis, & ab omni pingue pisce (h) se abstineat: manducet minutos pisciculos, si habere potest; si habere non potest, tantum unius generis piscem, & legumina, & olera, & poma si vult comedat, & cervisam bibat. Et in diebus Dominicis, & Natalis Domini illos quatuor dies, & in Epiphania Domini unum diem, & in Pascha usque in octavum diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa sancti Joannis Baptistæ (i), & sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, sancti Michaelis, & sancti Remigii, & omnium Sanctorum, & sancti Martini, & in illius Sancti festivitate, qui in illo episcopio [k] celebris habetur, in his supradictis diebus faciat caritatem cum ceteris Christianis, id est, utatur eodem cibo, & potu, quo illi: sed tamen ebrietatem & ventris distensionem semper in omnibus caveat.

CAPUT XXIV.

(l) *Iste annus secundus est ab illo anno, qui in pane, & aqua observandus est, & post illum jejunandus. Qui etiam dandus est illis, qui viros ecclesiasticos sponte occidunt, & in consuetudinem* (m) *habent Sodomiticum scelus, & qui in consuetudinem habent contra naturam peccare, & in ecclesiis homicidia sponte committunt, & ecclesias incendunt, & in ecclesiis adulteria committunt, & qui alia hujuscemodi perpetraverint.*

(n) POenitentia illius anni talis esse debet, ut hos duos (o) dies, id est, secundam feriam, & quartam in unaquaque hebdomada jejunet usque ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, id est, pane, & leguminibus siccis, sed coctis, aut pomis, aut oleribus crudis, unum eligat ex his tribus, & utatur, & cervisam bibat, sed sobrie: & tertium diem, id est, sextam feriam, in pane, & aqua observet: & tres quadragesimas jejunet, primam ante (p) Natalem Domini, secundam ante Pascha, tertiam ante Missam sancti Joannis, & si totam quadragesimam ante Missam sancti Joannis implere non possit, post Missam impleat. Et in his tribus quadragesimis jejunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est: & sexta feria jejunet in pane, & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quatuor dies, & in Epiphania Domini unum diem, & in Pascha usque in octavum diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa sancti Joannis Baptistæ, & sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, & sancti Michaelis, & sancti Remigii, & omnium Sanctorum, & sancti Martini, & in illius Sancti festivitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat caritatem cum ceteris Christianis, sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caveat.

CAPUT XXV.

De redemptione illius anni, quem in pane, & aqua jejunare debet.

Ex eodem [q].

PRo uno dio, quem in pane, & aqua jejunare debet, quinquaginta psalmos genibus fle-

a *Et Prædicandum*, addit Cabilonense, & Burch. & Ivo.

b *Et bene intelligatur*, addit Cabilonense, & Burch. & Ivo.

c *Ex concilio Moguntino cap. XXIV.* apud Burch. d. lib. 19. cap. 96. & Ivon. d. part. 15. cap. 108. Extat in conc. Rhemens. cap. 12.   d *Indicere*, Ivo in marg.

e Sic etiam Burch. dict. lib. 19. cap. 9. & Ivo d. part. 15. cap. 189. Vide eund. Burch. lib. 6. cap. 1. 2. 3. & 4. & Ivon. part. 10. cap. 130. 131. 132. & 133. decr.

f Hoc est, quod alibi dicitur, *annum in pane, & aqua per legitimas ferias jejunet.*

g *A vino, medone, mellita, cervisia*, Burch. & Ivo. *Cervisa* tamen est in veteri Burch. libro, *cervisia* apud Ivonem.   h *Pingui pisce*, & Burch. & Ivon. licet vetus Burch. liber *pingue pisce* habeat.

i Sic appellari solebat dies festus ejusdem sancti, ut apparet ex Capitularibus Caroli, & aliorum Regum; sic etiam Missa sancti Martini, sancti Remigii, & aliorum sanctorum: a parte diei celebri totus dies dicebatur.

k *In illo episcopatu*, Burchard. & Ivo.

l Sic Burch. in titulo capitis 10. & Ivo in contextu verborum capitis 190. ubi supra.

m *In consuetudine*, Burch.   n *Ex eodem*, Burch. ibid. Sine inscript. Ivo.   o *Duos*, Burch. & Ivo.

p *Unam ante*, Ivo & Burch. editus. 2. *ante*, vetus liber.

q Sic Burch. d. lib. 19. cap. 12. sine inscript. Ivo d. parte 15. cap. 192. Vidend. Beda cap. 14. *de remed. peccat.*

flexis, in ecclesia, si fieri potest, decantet (*a*): sin autem in loco convenienti eadem faciat, & unum pauperem pascat (*b*): & eodem die, excepto vino, carne, sagimine, sumat quidquid velit.

CAPUT XXVI.

Item alio modo.
Ex eodem [*c*].

QUI in ecclesia genua centies flexerit, id est, si centies veniam petierit, si fieri potest ut in ecclesia fiat, hoc justissimum est: si autem hoc fieri non potest, secrete in loco convenienti eadem faciat: si sic fecerit, eo die, excepto vino, carne, & sagimine, sumat quod placeat.

Item alio modo.
Ex eodem.

(*d*) Qui psalmos non novit, unum diem, quem in pane, & aqua pœnitere debet, dives tribus denariis, & pauper uno denario redimat (*e*), & eo die, excepto vino carne, & sagimine, sumat quidquid velit.

CAPUT XXVII.

De illis, qui jejunare non possunt, & psalmos nesciunt, quomodo pœnitentiam unius anni, quem in pane, & aqua jejunare debent, redimere possint.

Ex eodem [*f*].

QUI vero psalmos non novit, & jejunare non potest, pro uno anno, quem in pane, & aqua pœnitere debet (*g*), det pauperibus in eleemosynam viginti duos (*h*) solidos, & omnes sextas ferias jejunet in pane, & aqua & tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha, & quadraginta dies ante festivitatem sancti Joannis Baptistæ (*i*), & si ante festivitatem aliquid remanserit, post festivitatem adimpleat, & quadraginta dies ante Nativitatem Domini. In his tribus quadragesimis quidquid suo præparatur in cibo, vel in potu, vel cujuscumque generis illud sit, æstimet, quanti pretii sit, vel esse possit, & medietatem illius pretii distribuat in eleemosynam pauperibus, & assidue oret: & roget Deum, ut oratio ejus, & ejus eleemosyna apud Deum acceptabiles sint.

CAPUT XXVIII.

De redemptione illius anni, quem in pane, & aqua jejunare debet.

Ex Pœnitentiali Theodori (*k*).

ITem qui jejunare non potest, & observare quod in Pœnitentiali scriptum est, faciat hoc quod sanctus Bonifacius Papa constituit. Pro uno die, quem in pane, & aqua jejunare debet roget presbyterum, ut Missam canter pro eo (*l*), nisi sint crimina capitalia, quæ confessa prius lavari cum lacrimis debent, & tunc ipse adsit, & audiat Missam, & devote ipse offerat (*m*) propriis manibus sacerdotis, & intente respondeat; quantum sapit ad salutationes, & exortationem sacerdotis, & humiliter Deum deprecetur, ut oblatio, quam ipse presbyter (*n*) pro se & pro peccatis suis Deo obtulerit (*o*), Deus omnipotens misericorditer per Angelum suum suscipere dignetur, & eo die excepto vino, & carne, & sagimine, comedat quidquid vult: & sic redimat reliquos anni dies.

CAPUT XXIX.

De illis, qui jejunare possunt, & habent unde redimere possint.
Ex eodem (*p*).

SI quis forte non potuerit jejunare, & habuerit unde possit redimere, si dives fuerit, pro

a Sæpe hac voce, & similibus utitur pro dicere, vel legere, vel recitare, ex alicujus vulgaris linguæ dialecto. Et cum psalmis, vel canticis minus inepte, quam cum orationibus conjungitur: nam & ipsi Poetæ cum carmina scribant, canere dicuntur, ut: *Arma: virumque cano*: & *Jusque datum sceleri canimus*: & *Quid faciat lætas segetes &c. Hinc canere incipiam.*

b Vides hinc pauperum cibis, & orationibus pro indicta pœnitentia jejuniorum satisfieri: alibi peregrinatione, & bello sacro, & genuflexione, aut percussiona, aut aliis corporis afflictionibus. Hinc indulgentiæ Episcoporum, & majorum Pontificum, & ipsius Christi Vicarii celebratæ sunt.

c Sic etiam Burch. cap. 14. & Ivo cap. 194. ubi supra. *d* Burch. cap. 15. Ivo cap. 195. ibid.

e Denarium Romanum veteri æstimatione accipio, ut saltem sit drachmæ argenti pondere, quo possit pauper cibum eo die sibi emere, ut in Evangelio denarius est merces operarii. Matth. 20. *Manus adjutrices* postea hæc redemptio appellata est.

f Sic Burch. cap. 20. & Ivo cap. 200. ubi supra. Vidend. Beda cap. 14. *de remed. peccat.*

g *Jejunare debet*, Ivo.

h Cujus æstimationis sint hi solidi, plane ignoro, sed cum unius diei redemptio sit denariorum trium, fit summa CCCLXV. dier. MXCV. denarii ita fit, ut in singulis solidis sint XLIX. denarii & aliquid amplius. Sed malo, ut singuli solidi æstimentur denariis sexdecim, & ut redemptio fiat singulis denariis in singulos dies. Ita fit minor summa, quæ est magis verisimilis. Sed & habenda ratio est festorum dierum, qui redimi non debent.

i Hic non missa dicitur, ut supra eod. 23. & 24.

k Sic etiam Burch. cap. 21. & Ivo cap. 201. ubi supra.

l *Cantet* interpretor *dicat* ut supra cap. 25. Est autem hic notandum, a tempore Bonifacii Papæ sacrificium Missæ privatæ offerri pro pœnitente, eoque indulgentiam mereri gravioris pœnitentiæ: & confessionem præcedere oportere, si capitalia sint crimina.

m *In severioribus pœnitentiis ne ingredi quidem licet ecclesiam, nisi post certum tempus, alio vero tempore audire potest orationes, sed discedit cum cathecumenis, postea audit omnia, sed non offert; tandem offert, & ad extremum communionis particeps fit.* Vidend. Gregor. Thaumat.

n *Quam ipse, & presbyter*, Burch. & Ivo. *o* *Obtulerunt*, Burch. & Ivo.

p Sic etiam Burch. d. lib. 19. cap. ee. Sine inscript. Ivo d. part. 15. cap. 202.

pro septem hebdomadibus (*a*) det solidos viginti: si non habuerit, unde tantum dare possit, det solidos decem: si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem vero conturbet, quia justimus dare solidos viginti, aut minus: quia si dives fuerit, facilius est illi dare solidos viginti, quam pauperi tres: sed attendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum [*b*], sive super sanctum altare, sive Dei servis, sive pauperibus in eleemosynam.

CAPUT XXX.

De illis, qui non possunt adimplere quod in Pœnitentiali scriptum est.

Ex eodem (*c*).

QUI non potest sic agere pœnitentiam, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos jejunare debet, & non potest, sic redimere potest. In primo anno eroget in eleemosynam solidos viginti sex (*d*), in secundo anno eroget in eleemosynam solidos viginti, in tertio anno solidos decem & octo, hi sunt sexaginta quatuor solidi (*e*). Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam a licitis se abstinere debent, & corpus debent affligere jejuniis, vigiliis, & crebris orationibus: caro enim læta trahit ad culpam, afflicta reducit ad veniam.

CAPUT XXXI.

De illis, qui jejunare non possunt, & non habent unde redimere possunt.

Ex Pœnitentiali Bedæ [*f*].

QUI jejunare non potest, & non habet unde redimat, & psalmos novit, pro uno die, quem jejunare debet in pane, & aqua, tribus vicibus, *Beati immaculati*, usque *ad Dominum cum tribularer*, decantet, & sexies *Miserere mei Deus*, & septuagies prosternat se in terra [*g*], & per singulas genuflexiones *Pater noster* decantet. Qui autem psalmos nescit, pro uno die, quem in pane, & aqua jejunare debet, centies prosternat se in terra, & per singulas genuflexiones *Pater noster* [*h*].

CAPUT XXXII.

Quo tempore nuptiæ celebrandæ sint.

Ex concilio Ilerdensi (*i*).

QUod non oporteat a septuagesima usque in octavas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem sancti Joannis, & ab Adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

CAPUT XXXIII.

De quodam sacerdote, qui scienter sacrificavit corpus Christi, scilicet hostiam jam consecratam.

DE quodam sacerdote quæstio proposita est, qui cum populo deberet cantare Missam, & fuisset oblitus portare hostiam, pro verecundia populi scienter sacrificavit corpus Christi, hostiam scilicet jam consecratam, cum non haberet aliam. Concilium Cardinalium, & plurium Episcoporum in hoc consensit, quod si occultum fuit, moneretur, deterreretuque ut omni tempore vitæ suæ in pœnitentia esset, & si posset sine scandalo, abstineret a conficiendo corpore Domini: si autem publicum, toto tempore cessaret a Missæ celebratione. Pars tamen eorum dicebat, nisi se fecerit monachum, vel Canonicum, & tunc meritis exigentibus permissu Abbatis, & consilio Apostolici, vel Episcopi, in necessitate posset accedere.

In-

a Supra cap. 27. pro redemptione unius anni dat solidos XXII.

b Hic enumerantur caulae justae eleemosynarum, quae postea causae indulgentiae illius fuerunt, quam diximus appellari *manus adjutrices*. Sed plures hic omittuntur, ut est fabrica, sive aedificatio ecclesiarum monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum piorum, item pontium, atque murorum, & similium.

c Sic Burch. cap. 23. ubi supra. Sine inscript. Ivo d. part. 15. c. 203. Vidend. Beda c. 14. *de remed. pecc.*

d Supra cap. 27. solidos viginti duos, & c. 29. pro septem hebdom. solidos viginti.

e Ex proportione posita cap. 27. esse debuerunt solidi sexaginta sex.

f Sic Ivo cap. 204. *Presbyteri.* Addit Burch. cap. 24. ubi supra. *g* *In terram*, Burch. & Ivo & postea.

h *Addit dicat*, Burch. & Ivo.

i *Cap. III.* addit Burch. lib. 9. c. 4. & Ivo lib. 6. tit. 2. c. 2. Pan. & part. 8. c. 142. decr. nihil addit Grat. 33. q. 4. cap. 10. *Ex decr. Hormisdæ Pap.* Tarrac. lib. 1. cap. 238. Vide Saleg. conc. cap. 3. post Burch. lib. Hoc caput non videtur esse hujus collectionis, ut neque aliud huic proximum, quod apertius in titulis omittitur.

Index Titulorum, & Capitum.

TITULUS IV.
De prædatoribus; & furibus, & incendiariis, & pœnitentia eorum.

TITULUS V.
De crapula, & ebrietate.

TITULUS VI.
De incantatoribus, & auguribus, de divinis, de sortilegiis, & variis illusionibus diaboli, & de maledicis.

XIII.

TITULUS VII.

De variis criminibus.

TITULUS VIII.

De variis criminibus.

TITULUS IX.
De variis criminibus, & pœnitentiis.

DE REMEDIIS PECCATORUM

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

PRÆFATIO.

DE Remediis peccatorum paucissima hæc, quæ sequuntur, ex priorum monimentis excerpsimus: in quibus tamen omnibus non auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis usi sumus, solerter admonentes doctum quemque sacerdotem Christi, ut in universis, quæ hic adnotata reperit, sexum, ætatem (*a*), conditionem, statum, personam cujusque pœnitentiam agere volentis, ipsum quoque cor pœnitentis curiose discernat, & secundum hæc, ut sibi visum fuerit, singula quæque judicet. Quibusdam namque a cibis abstinendo [*b*], nonnullis genua sæpius flectendo, sive in cruce stando [*c*], aut aliud aliquid hujusmodi, quod ad purgationem (*d*) peccatorum pertineat, faciendo; plurimis universa hæc agendo, sua necesse est errata corrigere, quæ universa in examine discreti debent peodere judicis.

CAPUT I.

Excerptum de canonibus catholicorum Patrum, vel poenitentiæ, ad remedium animarum, domini Agberti Archiepiscopi (e).

INstitutio illa sancta, quæ fiebat in diebus patrum nostrorum, rectas vias numquam deseruit, qui instituerunt pœnitentibus, atque lugentibus suas passiones ad vera medicamenta salutis (*f*): quia diversitas culparum diversitatem facit pœnitentibus medicamentorum (*g*), vel sicut medici corporum diversa medicamina, vel potiones solent faeere contra diversitatem infirmitatum, vel judices sæcularium causarum, diversa igitur [*h*] judicia, qui boni sunt, & recti pensant, & tractant, quomodo recte judicent inter miseros & divites, inter causam, & causam. Quanto magis igitur o [*i*] sacerdotes Dei, diversa medicamenta animarum invisibilium hominibus pensare, & tractare oporteat (*k*), ne per stultum (*l*) medicum vulnera animarum fiant pejora (*m*), Propheta dicente (*n*): *Computruerunt, & deterioraverunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* (*o*). O stulte medice, noli decipere animam, & il-

a Hæc inveni in fragment. Caroli, vel potius apud Amilarium, vt in veteri libro est: *Consideret etiam sexum, &c.* *b* *Alios eleemosynas, dando*, addit Amil.

c Valde placet, quod hic dicitur, licet id alibi non legerim in hoc genere librorum, nisi apud Amilar. Affine est, quod sæpe Christus admonet, ut tollat unulquisque crucem suam, & eum sequatur. Matth. 10. g. Marc. 8. d. Luc. 9. cap. & 14. f. *d* *Ad animæ salutem pertinent*, Amil.

e *Ex scriptis Prophetæ* [malo *Prophetarum*] *& Gregorii, Hieronymi, & Augustini, & de tribus Pœnitentialibus collectum*, Burch. Vorm. lib. 19. cap. 8. Inscriptio vero ejus capitis est, *Salubre antidotum animarum.* In veteri alio libro sic est, *De qualitate culparum, & de disciplina atque doctrina sacerdotum idem sancti Apostoli, deinde alii, ut Hieron. Aug. Pathmutius, Gregorius, Theotorus.*

f *Ac vitia medicamento salutis æternæ superare*, Burch. *& via medicamenta salutis æternæ*, *vetus liber mendose.*

g Sic etiam liber Burch. editus, sed in veteri est, *pœnitentiarum*, in alio veteri, *diversam facit pœnitentibus medicamentorum.* *h* *Diversa agunt judicia*, Burch. aptius. *i* Vocem *o*, Burch. omittit.

k *Oportere*, Burch. & vetus ille liber. *l* *Propter* malo, quam *per.*

m Sic etiam vetus liber, *putrescant, & pejora fiant*, Burch. *n* Psalm. 37. b.

o *Computruerunt cicatrices, &c.* Burch. *computruerunt omnia ossa mea*, vetus liber.

& illius, ne duplicem pœnam [a] accipias, vel septupla, vel millena (b). Audi Christum dicentem: *Si cæcus cæcum duxerit, ambo cadent in foveam* [c]. Si tu non cogitas (d) judicium meum, alter homo non audit, neque videt, qui me judicet, o non intelligis, quia Deus judex justus, & fortis, videt, & audit, & io palam abscondita deducit, & reddit (e) secundum opera: & item vere sunt nonnulli cæcorum, canum similitudine currentium [f] ad cadavera mortuorum, vel corvorum volantium, qui ad sacerdotium vehuntur (g), qui non [h] propter Dominum, sed plus propter honorem terrenum inhiantes cæci divina sapientia (i). De talibus dixit Gregorius Nazianzenus: *Timeo hoc, quod canes adsectantur officium pastorale*, maxime cum in semetipsis nihil pastoralis præparaverint disciplinæ. Ezechiel namque ait (k): *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non gregem: lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod crassum fuit, manducabant, quod fractum fuit, non alligabant, &c.* Item Ezechiel ait (l): *Væ sacerdotibus, qui comedunt populi mei peccata*, hoc est, sibi eorum sumentes victimas, & non orantes pro eis, comedentes hostias, & non corripientes: qui ubi morituros homines audiunt inde gaudentes [m] & præparant se ad prædam, quasi corvi ad cadavera mortuorum. Nunc ergo, o fratres, qui voluerit sacerdotalem auctoritatem accipere (n), in primis cogitet, propter Deum & præparet arma ejus, ante quam (o) manus Episcopi tangat caput (p), id est, psalterium, lectionarium (q), antiphonarium, missale, baptisterium, martyrologium, homilias (r) in anni circulo ad prædicationem cum bonis operibus (s), & computum cum ciclo, hoc est jus sacerdotum (t). Postea autem (u) suum pœnitentialem, qui hoc ordine (x) secundum auctoritatem canonum ordinatur, ut discretiones omnium causarum investiget. Primitus (y) sine quibus rectum judicium non potest stare, quia scriptum est: *In nulla re appareas indiscretus, sed distingue quid, ubi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere.* Non omnibus ergo (z) in una eademque libra pensandum est, licet in uno constringantur vitio, sed discretio sit unaquoque (aa) eorum, hoc est, inter

P p 2

a Sic etiam Burchard. *ne duplices pœnas*, vetus liber.

b *Vel septuplam, vel millenam*, Burch. *vel septuplas, vel millenas*, vetus liber. c Matth. 15. lib. Luc. 6. f.

d *Et si tu cogitas*, Burch. aptius. In veteri libro hæc non sunt usque ad illa, *item vere sunt*.

e *Deducet, & reddet*, Burch. editus *deducet & reddit*, vetus Burch. liber.

f *Nonnulli, cæcorum canum similitudinem habentium currentium*, Burch. *nam nulli cæcorum canum similitudinem currentium*, vetus liber. *habentes* pro *habentium* scribo, cetera, ut Burch.

g *Evehuntur*, Burch. *provehuntur*, vet. lib. h *Non*, Burch. & vetus liber.

i Sic etiam Burch. *inhiantes cæci divinæ sapientiæ* vetus liber, quod minus displicet.

k Hæc omittit vetus liber usque ad illa, *qui voluerit*. Vide Ezech. 34.

l Quærendus locus Ezech. vide Oseæ. 4. m *Gaudent*, Burch.

n *Qui voluerit sacerdotis nomen habere*, Burch. *Si quis voluerit*, vetus liber, cetera, ut edita sunt. Idem Burchard. lib. 2. cap. 2. & Ivo Carnotens. lib. 3. tit. 2. cap. 17. Panorm. & parte 6. cap. 22. decreti, & Anselm. Lucens. lib. 7. cap. 109. & liber Cæsar. lib. 1. cap. 108. Tarraconens. lib. 5. cap. 144. & Gratian. dist. 38. cap. 5. ex dictis Augustini verba quædam referunt, quæ magis videntur hujus collectionis esse: *Quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber sacramentorum &c.*

o Sic etiam vetus liber: *ut discat ea, quæ ei necessaria sint, antequam &c.* Burch.

p *Caput ejus tangat*, Burch. *tangat ejus caput*, vetus liber.

q *Cum evangelio*, addit Burch. *utriusque veteris, novique* vetus liber, in quo desideratur vox *testamenti*, & cetera omnia, quæ sequuntur. Idem Burch. d. lib. 2. cap. 2. enumerat hos libros hoc ordine. *Liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, Canon pœnitentialis, psalterium, homiliæ &c.* In Panorm. desideratur vox *antiphonarius*, & in decr. Ivonis, & in libro Cæs. Anselm. omnia ut Burchard. & Tarraconens. & Grat. qui solus scribit, *Canones pœnitentiales*. Lectionarii nomen adscriptum vidi cuidam libro, qui *B. Hieronymi Comes* dicitur, in quo sunt initia lectionum Prophetar. & epistolarum, & evangelior. in singulis dominicis, & diebus festis, & jejuniorum dicenda in missis. Antiphonarius vero B. Gregorii habet introitus, & gradualia, & offertoria, & communiones totius anni. Liber sacramentorum triplex exstat, unus est B. Gregorii, alter Grimoldi Abbatis, tertius dicitur esse Alcuini. In his continentur orationes totius anni. De septem sacramentis pauca invenies.

r *Baptisterium, & computum cum cyclo cum commendationibus animarum martyrologium, homilias*, Burch. d. c. 8.

s *Homilias per circulum anni plebibus prædicandas*, Burch. d. cap. 8. *homiliæ per circulum anni Dominicis diebus & singulis festivitatibus aptæ*. Idem Burch. d. cap. 2. & Ivo, & alii, sed Ivo, & Gratian. *homiliæ*, alii *homelias* habent.

t *Istud est simplicium*, Burch. editus, *illius est simplicium*, vetus liber.

u Ante hæc verba addit Burch. *quia si unum supradictor defuerit, sacerdotis nomen in eo non constabit.* Item Burchard. d. cap. 2. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculosæ sunt evangelicæ minæ: quibus dicitur: SI CÆCUS CÆCO DUCATUM PRÆSTET, AMBO IN FOVEAM CADUNT: *stabit* pro *constabit*. vetus Burch. liber. Ivo ut Burch. editus, & ceteri. Pro voce *Postea*, Burchard. d. cap. 8. scribit, *Ad hæc*.

x *Qui & secundum canonum auctoritatem & juxta sententias trium Pœnitentialium, Theodori Episcopi, & Romanor. Pontificum, & Bedæ ordinetur. Sed in Pœnitentiali Bedæ plura inveniuntur utilia, plura autem inveniuntur ab aliis inserta, quæ nec canonibus, nec aliis Pœnitentialibus conveniunt. Sapiens autem medicus excitat quæque meliora, ut discretiones &c.* Burch. Hæc fortasse omissa sunt, ne suspectus esset hic libellus, in quo Beda Bedæ faceret mentionem. Mihi quidem Burchardus certior est: & ex verbis elicio ordinem trium Pœnitentialium, Theodori, Romani, & Bedæ; ordinem autem temporum, non auctoritatis; nam si Romanum est Romanorum Pontificum, ut hic scriptum videmus, id primas obtinebit. Sed ex fragmentis ex Romano sumptis magis videtur aliquis Romanus in Gallia eum librum scripsisse. Id apparet ex *Missa S. Joannis*, & *S. Martini*, & *S. Remigii*, & ex verborum sordibus, quibus utitur quæ aliena sunt ab urbe Romana.

y *Investiges primitus*, & Burch. habet, *investigare possit.* z Amilar. ubi supra.

aa *In unoquoque* scribo, *inter unumquodque* Burch. *unicuique* Amil.

DE REMEDIIS PECCATORUM

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

PRÆFATIO.

DE Remediis peccatorum paucissima hæc, quæ sequuntur, ex priorum monimentis excerpsimus: in quibus tamen omnibus oon auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis usi sumus, solerter admonentes doctum qu:mque sacerdotem Christi, ut in universis, quæ hic adnotata reperit, sexum, ætatem (*a*), conditionem, statum, persouam cujusque pœnitentiam agere volentis, ipsum quoque cor pœnitentis curiose discernat, & secundum hæc, ut sibi visum fuerit, singula quæque judicet. Quibusdam namque a cibis abstiuendo [*b*], nonnullis genua sæpiùs flectendo, sive io cruce stando [*c*], aut aliud aliquid hujusmodi, quod ad purgationem (*d*) peccatorum pertineat, faciendo; plurimis universa hæc agendo, sua necesse est errata corrigere, quæ universa in examine discreti debent pendere judicis.

CAPUT I.

Excerptum de canonibus catholicorum Patrum, vel poenitentiæ, ad remedium animarum, domini Agberti Archiepiscopi (*e*).

INstitutio illa sancta, quæ fiebat in diebus patrum nostrorum, rectas vias numquam deseruit, qui instituerunt pœnitentibus, atque lugentibus suas passiones ad vera medicamenta salutis (*f*): quia diversitas culparum diversitatem facit pœnitentibus medicamentorum (*g*), vel sicut medici corporum diversa medicamina, vel potiones solent facere contra diversitatem infirmitatum, vel judices sæcularium causarum, diversa igitur [*h*] judicia, qui boni sunt, & recti pensant, & tractant, quomodo recte judicent inter miseros & divites, inter causam, & causam. Quanto magis igitur o [*i*] sacerdotes Dei, diversa medicamenta animarum invisibilium hominibus pensare, & tractare oporteat (*k*), oe per stultum (*l*) medieum vulnera animarum fiant pejora (*m*), Propheta dicente (*n*): *Computruerunt, & deterioraverunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* (*o*). O stulte medice, noli decipere animam, & il-

a Hæc inveni in fragment. Caroli, vel potius apud Amilarium, vt in veteri libro est: *Consideret etiam sexum, &c.* *b* *Alius eleemosynas, dando*, addit Amil.

c Valde placet, quod hic dicitur, licet id alibi non legerim in hoc genere librorum, nisi apud Amilar. Affine est, quod sæpe Christus admonet, ut tollat unusquisque crucem suam, & eum sequatur. Matth. 10. g. Marc. 8. d. Luc. 9. cap. & 14. f. *d* *Ad animæ salutem pertinent*, Amil.

e *Ex scriptis Prophetæ* (malo *Prophetarum*) *& Gregorii, Hieronymi, & Augustini, & de tribus Pœnitentialibus collectum*, Burch. Vorm. lib. 10. cap. 8. Inscriptio vero eius capitis est, *Salubre antidotum animarum.* In veteri alio libro sic est, *De qualitate culparum, & de disciplina atque doctrina sacerdotum idem sancti Apostoli, deinde alii, ut Hieron. Aug. Paphnutius, Gregorius, Theodorus.*

f *Ac vitia medicamento salutis æternæ superare*, Burch. *& via medicamenta salutis æternæ*, *vetus liber mendose.*

g Sic etiam liber Burch. editus, sed in veteri est, *pænitentiarum*, in alio veteri, *diversam facit pænitentibus medicamentorum.* *h* *Diversa agunt judicia*, Burch. aptius. *i* Vocem *o*, Burch. omittit.

k *Oportere*, Burch. & vetus ille liber. *l* *Propter* malo, quam *per.*

m Sic etiam vetus liber; *putrescant, & pejora fiant*, Burch. *n* Psalm. 37. b.

o *Computruerunt cicatrices, &c.* Burch. *computruerunt omnia ossa mea*, vetus liber.

& illius, ne duplicem pœnam [*a*] accipias, vel septupla, vel millena (*b*). Audi Christum dicentem: *Si cæcus cæcum ducerit, ambo cadent in foveam* [*c*]. Si tu non cogitas (*d*) judicium meum, alter homo non audit, neque videt, qui me judicet, o non intelligis, quia Deus judex justus, & fortis, videt, & audit, & in palam abscondita deducit, & reddit (*e*) secundum opera: & item vere sunt nonnulli cæcorum, canum similitudine currentium [*f*] ad cadavera mortuorum, vel corvorum volantium, qui ad sacerdotium vehuntur (*g*), qui non [*h*] propter Dominum, sed plus propter honorem terrenum inhiantes cæci divina sapientia (*i*). De talibus dixit Gregorius Nazianzenus: *Timeo hoc, quod canes adsectantur officium pastorale*, maxime cum in semetipsis nihil pastoralis præparaverint disciplinæ. Ezechiel namque ait (*k*): *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non gregem: lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod crassum fuit, manducabant, quod fractum fuit, non alligabant, &c.* Item Ezechiel ait (*l*): *Væ sacerdotibus, qui comedunt populi mei peccata*, hoc est, sibi eorum sumentes victimas, & non orantes pro eis, comedentes hostias, & non corripientes: qui ubi morituros homines audiunt inde gaudentes [*m*] & præparant se ad prædam, quasi corvi ad cadavera mortuorum. Nunc ergo, o fratres, qui voluerit sacerdotalem auctoritatem accipere (*n*), in primis cogitet, propter Deum & præparet arma ejus, ante quam (*o*) manus Episcopi tangat caput (*p*), id est, psalterium, lectionarium (*q*), antiphonarium, missale, baptisterium, martyrologium, homilias (*r*) in anni circulo ad prædicationem cum bonis operibus (*s*), & computum cum ciclo, hoc est jus sacerdotum (*t*). Postea autem (*u*) suum pœnitentialem, qui hoc ordine (*x*) secundum auctoritatem canonum ordinatur, ut discretiones omnium causarum investiget. Primitus (*y*) sine quibus rectum judicium non potest stare, quia scriptum est: *In nulla re appareas indiscretus, sed distingue quid, ubi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere.* Non omnibus ergo (*z*) in una eademque libra pensandum est, licet in uno constringantur vitio, sed discretio sit unaquoque (*aa*) eorum, hoc est, inter

a Sic etiam Burchard. *ne duplices pœnas*, vetus liber.
b *Vel septuplam, vel millenam*, Burch. *vel septuplas, vel millenas*, vetus liber. *c* Matth. 15. lib. Luc. 6. f.
d *Et si tu cogitas*, Burch. aptius. In ceteri libro hæc non sunt usque ad illa, *item vere sunt.*
e *Deducet, & reddet*, Burch. editus *deducet & reddit*, vetus Burch. liber.
f *Nonnulli, cæcorum canum similitudinem habentium currentium*, Burch. *nam nulli cæcorum canum similitudinem currentium*, vetus liber. *habentes* pro *habentium* scribo, cetera, ut Burch.
g *Evehuntur*, Burch. *provehuntur*, cet. lib. *h* *Non*, Burch. & cetus liber.
i Sic etiam Burch. *inhiantes cæci divina sapientiæ* vetus liber, quod minus displicet.
k Hæc omittit cetus liber usque ad ille, *qui voluerit.* Vide Ezech. 34.
l Quærendus locus Ezech. vide Oseæ. 4. *m* *Gaudent*, Burch.
n *Qui voluerit sacerdotis nomen habere*, Burch. *Si quis voluerit*, vetus liber, cetera, ut edita sunt. Idem Burchard. lib. e. cap. 2. & Ivo Carnotens. lib. 3. tit. 2. cap. 17. Panorm. & parte 6. cap. 22. decreti, & Anselm. Lucens. lib. 7. cap. 100. & liber Cæsar. lib. 1. cap. 108. Tarraconens. lib. 1. cap. 244. & Gratian. dist. 38. cap. 5. ex dictis Augustini verba quædam referunt, quæ magis videntur hujus collectionis esse: *Quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber sacramentorum &c.*
o Sic etiam cetus liber: *ut discat ea, quæ ei necessaria sint, antequam &c.* Burch.
p *Caput ejus tangat*, Burch. *tangat ejus caput*, vetus liber.
q *Cum evangeliis*, addit Burch. *utriusque veteris, novique* cetus liber, in quo desideratur *vox testamenti*, & cetera omnia, quæ sequuntur. Idem Burch. d. lib. 2. cap. 2. enumerat hos libros hoc ordine. *Liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, Canon pœnitentialis, psalterium, homeliæ &c.* In Panorm. desideratur vox *antiphonarius*, & in decr. Ivonis, & in libro Cæs. Anselm. omnia ut Burchard. & Tarraconens. & Grat. qui solus scribit, *Canones pœnitentiales.* Lectionarii nomen adscriptum vidi cuidam libro, qui *B. Hieronymi Comes* dicitur, in quo sunt initia lectionum Prophetar. & epistolarum, & evangelior. in singulis dominicis, & diebus festis, & jejuniorum dicenda in missis. Antiphonarius vero B. Gregorii habet introitus, & gradualia, & offertoria, & communiones totius anni. Liber sacramentorum triplex exstat, unus est B. Gregorii, alter Grimoldi Abbatis, tertius dicitur esse Alcuini. In his continentur orationes totius anni. De septem sacramentis pauca invenies.
r *Baptisterium, & computum cum cyclo cum commendationibus animarum martyrologium, homelias*, Burch. d. c. 8.
s *Homelias per circulum anni plebibus prædicandas*, Burch. d. cap. 8. *homeliæ per circulum anni Dominicis diebus & singulis festivitatibus aptæ.* Idem Burch. d. cap. 2. & Ivo, & alii, sed Ivo, & Gratian. *homilia*, alii *homeliæ* habent.
t *Istud est simplicium*, Burch. editus, *illius est simplicium*, vetus liber.
u Ante hæc verba addit Burch. *quia si unum supradictor defuerit, sacerdotis nomen in eo non constabit.* Item Burchard. d. cap. 2. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculosæ sunt evangelicæ minæ: quibus dicitur: SI CÆCUS CÆCO DUCATUM PRÆSTET, AMBO IN FOVEAM CADUNT: *stabit* pro *constabit.* vetus Burch. liber. Ivo ut Burch. editus, & ceteri. Pro voce *Postea*, Burchard. d. cap. 8. scribit, *Ad hæc.*
x *Qui & secundum canonum auctoritatem & juxta sententias trium Pœnitentialium, Theodori Episcopi, & Romanor. Pontificum, & Bedæ ordinetur. Sed in Pœnitentiali Bedæ plura inveniuntur utilia, plura autem inveniuntur ab aliis inserta, quæ nec canonibus, nec aliis Pœnitentialibus conveniunt. Sapiens autem medicus excipiat quæque meliora, & discretiones &c.* Burch. Hæc fortasse omissa sunt, ne suspectus esset hic libellus, in quo Beda Bedæ faceret mentionem. Mihi quidem Burchardus certior est: & ex verbis eliceo ordinem triom Pœnitentialium, Theodori, Romani, & Bedæ, ordinem autem temporum, non auctoritatis; nam si Romanum est Romanorum Pontificum, ut hic scriptum videmus, id primas obtinebit. Sed ex fragmentis ex Romano sumptis magis videtur aliquis Romanus in Gallia eum librum scripsisse. Id apparet ex *Missa S. Joannis, & S. Martini, & S. Remigii*, & ex verborum sordibus, quibus utitur quæ aliena sunt ab urbe Romana.
y *Investiges primitus*, & Burch. habet, *investigare possit.* *z* Amalar. ubi supra.
aa *In unoquoque* scribo, *inter unumquodque* Burch. *unicuique* Amil.

inter divitem, & pauperem, liberum, servum, infantem, puerum, juvenem, adolescentem, ætate (a), senem, hebetem, gnarum (b), laicum, clericum monachum, Episcopum, presbyterum, diaconum, subdiaconum, lectorem, in gradu, vel sine, in conjugio, vel sine, peregrinum, virginem, fœminam [c] canonicam, vel sanctimonialem [d], debilem, infirmum, sanum (e). De qualitate pecudum, vel hominum (f) continens, vel incontinens [g], voluntate, vel in casu (h), in publico (i), vel in abscondito, quali compunctione emendat [k], necessitate, vel in voluntate loca, & tempora collationum [l] constituerunt sancti Apostoli, deinde sancti Patres, & sanctus Penufius [m], deinde canones sanctorum Patrum, deinde alii, atque alii, ut Hieronymus, & Augustinus & Gregorius, & Theodorus (n). Ex quorum omnium ista descripsimus dictis, & sententiis veraciter, ut salvi sint omnes, & non pusillanimes, quia (o) *potentes potenter tormenta patiuntur* [p]. Item in Jesu filii Sirach (q): *In judicando esto misericors, pusillis* (r), *ut pater, & pro viro matri illorum* [s]. Item sanctus Jacobus dixit (t): *Judicium sine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam, superexaltat autem misericordia judicium* „ ut idem ipse (u) consequatur ": ut sanctus Benedictus [x], hoc est, qui veram pœnitentiam faciunt in jejunio (y), & fletu, in eleemosynis, in orationibus; & perpetrata (z) iterum non faciunt, & si faciunt (aa), tamen non perseverant (bb) in eis, quia Deus dixit: „ Malum fecisti, ignovi; malum dixisti, ignovi; „ malum fecisti, ignovi; perseveras (cc) in malo, „ non ignosco (dd) ". Ergo si qui perseverant in malo, non ignosce (ee), sed judica judicium districtum (ff) secundum canones, ut alii [gg] timorem habeant.

CAPUT II.
De fornicatione (hh).

Adolescens si cum virgine peccaverit [ii], annum unum pœniteat. Si semel, & fortuito, levietur, & tamen usque ad annum plenum. Si intra viginti annos puella adolescens tres quadragesimas, & ferias legitimas. Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, quadraginta dies, si nitens tantum, & non coinquinatus, viginti dies pœniteat. Si vidua constuprata, annum totum, & dies jejuniorum in altero: si usque ad generatum filium, annos duos integros, & duos alios levius. Si & occiderint, annos tres, & alios quatuor levius: Si monachus laicam, tres annos pœniteat: illa duos, & legitimas ferias: Si monacham (kk) laicus, duos annos pœniteat, & legitimas ferias: illa tres. Si usque ad generatum filium, annos quatuor: si & occiderint, septem annos pœniteant. Si quis vacans [ll] uxorem alterius polluit, duos annos pœniteat. Si uxoratus virginem, similiter: ita ut primo horum a sua contineat, si ei consenserit: alioquin addatur modus pœnitentiæ. Si uxoratus uxorem (mm) alterius, tres annos pœniteat, primo horum a propria consentiente abstineat. Si uxo-

a *Et adolescentem ætate, & senem*, vetus Amil. liber *ætatem senem habentem*, fragm. Caroli non recte.
b Sic vetus Burch. liber *hebetem, ignarum*, editus: quod non æque placet. *hebetem & stultum, scientem, & ignarum*, Amil. *habentem & stultum, scientem & ignarum*, fragm. Car.
c *Conjugatum, vel sine conjugio, peregrinum, indigenam, virginem, viduam*, Burch. aptius, *in gradu, in conjugio vel sine conjugio, inter virginem, & fœminam, inter canonicam, & sanctimonialem*, Amil.
d *Monacham*, Burch. e *Inter debiles & infirmos, inter sanos, & peregrinos*, Amil.
f *Fornicantem cum animalibus, vel cum hominibus contra naturam*, Burch. *de qualitate etiam pecorum, vel hominum*, Amil.
g *Continentem; vel incontinentem*, Burch. *inter continentem, vel incontinentem*, Amil.
h Dele *in*: *voluntate, necessitate, vel casu*. Burch. edit. in veteri post vocem *necessitate* locus est litteris sex, *utrum voluntate, vel casu*, Amil. i *Seu in publico peccantem*, Burch. omittit omnia Amil.
k *Emendet* Amil. *emendæ*, fragm. non recte, *& quali compunctione hæc omnia emendet*, Burch.
l *In voluntate* scribo pro *sine voluntate*, quæ sequuntur, mendosa sunt, sed videtur significare: *Loca, & tempora pœnitentiæ constituerunt sancti &c. necessitate, vel voluntate loca, & tempora discernant. Attendat etiam sacerdos, ut salvi sint omnes &c.* Amil. Burch. habet, *ut & loca, & tempora pœnitendi discernat. Hæc omnia de canonibus, & de sanctor. Patrum sententiis, de Hieronymo, de Augustino, Gregorio, Theodoro, Beda, & de Pœnitentiali Romano vera collegimus, ut nulli necesse sit perire, scientibus & intelligentibus animarum medicis hæc temperanda committimus. In Jesu filio Sirach &c.*
m *Paphnutius*, scribo, ut supra in inscriptione hujus capitis ex veteri libro. Apud Burch. lib. 17. cap. 48. scriptum est, *Ex dictis Paphnutii eremitæ* pro *Paphnutii eremitæ*: id melius scriptum est apud Ivon. part. 9. cap. 99. decreti. Vide vitas Patrum, & Cassianum. Est etiam celebre Paphnutii Episcopi nomen, qui interfuit in concilio Nicæno.
n Omittit Bedæ nomen, ut prius fecit. o Sap. 6. a. p *Sustinebunt*, Amil. *patientur*, fragm.
q Ecclesiastici 4. b. r *Pupillis*, Ecclesiast. & Burchard. *pusillis*, Amil.
s Sic Ecclesiast. omittit Burchard. *illorum matri*, Amil. t Jacob. 2. c.
u Hæc neque Jacob. neque Burch. habent; *unde consequitur*, Amil. *ut idem consequatur*, fragm.
x *Et sanctus Augustinus dicit de illis, qui veram &c.* Burch. *ut ait S. Benedictus, qui veram &c.* Vox *ait*, non est in fragm. y *Agant in jejunio*, Amil. z *Et et perpetrata*, Burch.
aa *Non faciant: & si fecerint*, Burch. edit. *non committant, & si fecerint*, vetus lib. *non faciant, & si faciunt*, Amil. *& si faciunt*, fragm.
bb *Non perseverent*, vetus Burch. liber *non perseverant*, edit. non recte. *non perseverent*, Amil.
cc *Perseverare*, Burch. & Amil. dd *Ignoscam*, Amil. ee *Ignoscet*, Amil.
ff *Judicium*, Amil. *justum judicium*, fragm. gg *Canones, & juxta instituta majorum, ut ceteri*, Burch.
hh Vide Pœnit. Rom. tit. 3. ii De stupro virginis vide d. tit. 3. cap. 20. & Burch. lib. 19. pag. 268.
kk Vide d. cap. 20. & Burch. d. pag. 268.
ll Vide d. tit. 3. cap. 3. & 20. mm Vide d. cap. 20. & Burch. lib. 19. pag. 268.

uxoratus ancillam suam, annum unum pœniteat, & tres quadragesimas, & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa si invita passa est, quadraginta dies pœniteat: si consentiens, tres quadragesimas, & legitimas ferias. Si adolescens sororem (*a*), septem annos pœniteat: si matrem, septem annos, & quamdiu vixerit, nunquam sine pœnitentia. Si Sodomita annos septem: si in consuetudine, annos septem, vel si monachus, annos septem, si inter femora, tres quadragesimas. Si parvulus (*b*) vi oppressus talia patitur, quadraginta dies pœniteat, vel psalmis, vel continentia castigetur. Mulier qualicumque (*c*) molimine, aut seipsam (*d*), aut cum altera fornicans, annos tres (*e*): si sanctimonialis fœmina (*f*) cum sanctimoniali per machinam (*g*), annos septem pœniteat. Qui cum pecude peccat, annum unum, si monachus est, duos annos. Qui sæpe (*h*) fornicatur, laicus cum laica, tres annos pœniteat, & quanto sæpius, aut negligentius, tanto magis & tempus addat, & modum. Qui diutius fornicationi, perjurio, latrociniis, cæterisque flagitiis servivit, annos septem pœniteat. Si mater (*i*) cum filio suo parvulo fornicationem imitatur, annos duos, & tres quadragesimas, cum legitimis feriis. Pueri se (*k*) invicem manibus inquinantes, dies quadraginta: majores vero, centum. Pueri se se inter femora sordidantes, dies centum pœniteant: majores, tres quadragesimas, ac legitimas ferias. Parvulus a majore puero oppressus, septimanam: si consenserit, dies viginti. Qui complexu (*l*) fœminæ illecebroso, vel osculo polluitur, dies triginta pœniteat: qui contactu ejus inverecundo ad carnem, tres menses pœniteat. Puer seipsum voluntate polluens, triginta dies pœniteat, juvenis quadraginta. Qui in turpiloquio polluitur negligens, septem dies pœniteat. Qui impugnatione cogitationis, & naturæ inquinatur nolens per quatuor dies quinquagenos psalmos canat, & quarta, & sexta feria jejunet ad nonam, vel ad vesperam. Qui in ecclesia consecrata nubunt (*m*), qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies pœniteat. Uxoratus contineat (*n*) se quadraginta dies ante Pascha, vel Natale Domini, & omni die Dominico, & quarta, & sexta feria, a conceptione manifesta usque post natam sobolem. Vir contineat se ab uxore tres menses, uxor post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta, si filia, quadraginta, sed & in tempore menstrui sanguinis; nam qui tunc sumpserit (*o*), triginta dies pœniteat, [qui septem dies]. Si quis cum uxore sua [*p*] retro nupserit, quadraginta dies pœniteat, quia Sodomiticum scelus est. Parens (*q*), cujus filius per negligentiam non baptizatus obiit, unum annum pœniteat, & nunquam sit sine aliqua pœnitentia. Si sacerdos (*r*), ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipse in damnationem animæ judicio Episcopi sui castigetur. Sed omnibus licet fidelibus, ubi forte morituros invenerit non baptizatos, immo præceptum est, animas eripere a diabolo per baptisma: id est, benedictam simpliciter aquam in nomine Domini (*s*), baptizare illos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, intinctos, aut superfusos aqua: unde oportet, eos, qui possunt fideles, monachos maxime, & scientiam habere baptizandi, & si longius alicubi exierint, Eucharistiam semper secum habere (*t*).

CAPUT III.

De occisione (*u*).

QUI occiderit monachum, ant clericum (*x*), arma relinquat, & Deo serviat, vel se-

a Vide d. tit. 3. cap. 8. & cap. 14. & cap. 20.
b Vide d. tit. 3. cap. 23. in fine, & Burch. lib. 17. cap. 56.
c *Ex Pœnitent. Theodori*, ut dictum est d. tit. 3. cap. 15. Refert Burch. lib. 17. cap. 27. & Ivo part. 9. cap. 85. Decr. qui scribunt, *quocumque* pro *qualicumque*. Vidend. Burch. lib. 19. pag. 277.
d *Aut in se ipsa*, d. cap. 15. & Burch. & Ivo, *aut in seipsam*, fort.
e *Duos annos*, d. cap. 15. & Ivo & vetus Burch. lib. *tres annos*, editus *quinq.* Burch. lib. 19.
f *Ex eod. pœnitent.* ut refert Burch. d. lib. 17. cap. 20. & Ivo d. part. 9. cap. 86.
g *Per aliquod machinamentum*, Burch. & Ivo. *h* Vide d. tit. 3. cap. 1. & 20.
i Vidend. Burch. d. lib. 9. pag. 277. & infra cap. 7.
k Vide d. tit. 3. cap. 23. & Burch. lib. 17. cap. 56. ex Pœnit. Romano.
l Vide d. tit. 3. cap. 21. & cap. 27. ex Pœnit. Bedæ, & Romano.
m Non de legitimis nuptiis intelligas, sed turpi coitu.
n Vide d. tit. 3. cap. 20. & tit. 7. cap. 8. & 9. & infra cap. 10.
o Malo *nupserit*, ex Burch. lib. 19. pag. 266. *Junxisti te uxori tuæ menstruo tempore, si fecisti, decem dies in pane, & aqua pœniteas. Mulier tua si intraverit ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, tot dies pœniteat, quot ecclesia cavere debuerat. Si autem concubuisti cum ea his diebus, viginti dies, in pane, & aqua pœniteas.* Ex his verbis poterunt Bedæ verba, quæ sequuntur, emendari. Sed certiora sunt, quæ B. Gregorius ad Augustinum de eisdem rebus scribit.
p Vide d. tit. 3. cap. 20. & Burchard. d. pag. 269. & infra cap. 10.
q Vide Pœnit. Roman. tit. 1. cap. 31. & Ans. lib. 11. cap. 41. & 42. ex Pœnit. Rom. Vide Burch. d. libro 19. pag. 277.
r Vidend. Burch. lib. 4. cap. 46. 47. & 49. & Ivon. part. 1. cap. 240. & 241. & 243. decr. & Theod. Episcopus ad presbyteros Aurel. cap. 17. & Anselm. lib. 9. cap. 54. Tarrac. lib. 1. cap. 2. & 3. & Grat. *de consecr.* distinct. 4. cap. 22. QUICUMQUE.
s Hæc interpretatio non placet, cum necessitate urgente liceat omnibus in quacumque aqua naturali baptizare.
t Fortasse *chrisma* pro *Eucharistiam* scribend. Ex Burchard. d. lib. 4. cap. 73. & Ivone part. 1. cap. 267. & Gratian. *de consecr.* d. 4. cap. 125. NULLUS; est in concil. Arausic. cap. 1.
u Vide in Pœnitent. Romano. *x* Vide cap. 1. & 2. & 34. ejusd. tituli 1.

ſeptem annos pœniteat. Qui laicum odil meditatione, vel poſſidendæ hæreditatis ejus, annos quatuor. Qui pro vindicta (*a* fratris, unum annum, & in ſequentibus duobus annis tres quadrageſimas, ac legitimas ferias. Qui per iram ſubitam, & rixam, tres annos pœniteat. Qui caſu, unum annum. Qui in bello (*b*) publico, dies quadraginta. Qui liber, jubente (*c*) majore ſuo innocentem, annum unum, & ſequentes duos, tres quadrageſimas, & legitimas ferias. Qui ſuper rixam (*d*) ictu debilem, vel deformem hominem reddit, impendas in medicos, & maculæ pretium, & opus ejus donec ſanetur, reſtituat, & dimidium annum, integrum. Qui ad feriendum hominem ſurrexerit, volens eum occidere, duas ſeptimanas pœniteat: ſi clericus fuit, ſeptem menſes, quod ſi & vulneraverit, dies quadraginta, ſi clericus annum totum, ſed & pecuniam pro modo vulneris, licet lex non commendat (*e*), cui inflixit, tribuat, ne læſus ſcandalizet [*f*]. Mulier partum (*g*) ſuum ante dies quadraginta ſponte perdens unum annum pœniteat, ſi vero poſt quadraginta dies, tres annos pœniteat, ſi vero poſt quam natus fuit, quaſi homicida. Sed diſtat (*h*) multum, utrum paupercula per difficultatem (*i*) nutriendi, an fornicatio cauſa ſceleris colendi faciat. Qui perjurat [*k*] ſciens compulſus a Domino ſuo, tres quadrageſimas pœniteat, ac legitimas ferias. Qui ſciens (*l*) virtutem juramenti, vel perjurii, perjurat in manu Epiſcopi, aut presbyteri, vel altari, vel cruce conſecrata, tres annos pœniteat; ſi vero in cruce non conſecrata, unum annum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud Græcos nihil eſt [*m*]. Qui ſeducit neſcium perjurare pernoxio (*n*), qui [*o*] & poſtea perjurium ſuum cognovit, unum annum pœniteat.

CAPUT IV.
De immunda carne.

[*p*] QUI manducat carnem immundam, aut dilaceratam a beſtiis, quadraginta dies pœniteat, ſi neceſſitate famis cogente, multo levius. Mus ſi ceciderit (*q*) in liquorem, tollatur inde, & aſpergatur liquor ille aqua benedicta: ſi vero mortuus ſit, abiiciatur totus liquor, nec ab hominibus ſumatur, ſive lac, ſive cervisia, vel aliquid hujuſmodi; quod ſi mortuus ſit, liquor ille, in quo mus, vel muſtela incidens moritur, purgetur, & aſpergatur aqua ſancta, & ſumatur, ſi neceſſitas ſit. Si avis ſtercoraverit in quemcumque liquorem, hujuſmodi tollatur ſtercus, & mundetur cibus aqua benedicta, & ſumatur. Qui ſanguinem [*r*] neſcius cum ſaliva ſorbet, non ei nocebit. Qui manducans proprio polluitur inſcius, non ei nocet. Si autem ſcit, pœnitentiam agat juxta modum pollutionis.

CAPUT V.
De capitalibus criminibus (*s*).

NUnc igitur capitalia crimina ſecundum canones explicabo. Prima ſuperbia, invidia [*t*] fornicatio, inanis gloria, ira longo tempo-

a Vide cap. 10. d. tit. 1. ex Poenitentiale Theodori.

b Vide Burch. lib. 6. cap. 23. Ivo lib. 10. cap. 152. Decr. & Poenit. Rom. tit. 1. cap. 20.

c Vide Burch. d. lib. 6. cap. 17. & lib. 19. pag. 264. & Ivon. ubi ſupra cap. 146. & Anſ. lib. 11. c. 55.

d Vide cap. 23. d. tit. 1. & tit. 4. cap. 19. & 20. & tit. 7. cap. 28. & 29. & Burch. pag. 266. d. lib. 19. & lib. epiſt. cap. 101. & 102. ex Poenit. Rom. & Bedæ.

e Hoc eſt, *jubeat* ex plebejo ſermone Italorum, qui *commendare* pro *jubere* dicunt, ot alii *mandare*. Vide Exodi 21. & Bern. Papienſ. cap. 1. *ac injuriis* in 1. collect. & Greg. 9. cap. 1. ejuſdem tit. & Capitular. lib. 6. cap. 10. & Ivon. part. 16. cap. 348. decr.

f *Scandalizetur*, malo. *g* Vide d. tit. 1. cap. 26. 27. & 28. & Burch. lib. 17. cap. 51. 52. 53. & 54. & lib. 19. pag. 277. *h* Burch. d. p. 277. & vide d. cap. 26. d. tit. 1.

i *Pro difficultate*, Burch. *k* *Pœnit. Rom. tit. 2. cap. 1. ex Pœnit. Theodori*, Anſelm. lib. 1. cap. 58.

l *Ex Pœnit. Theodori* Burch. lib. 12. cap. 5. Ivo part. 12. cap. 62. decr. Anſelm. lib. 11. cap. 59. Pius Papa, Grat. 22. q. 5. cap. 2. Vide infra cap. 9.

m Idem repetit cap. 9. ſed neque Burch. neque alii hoc ſcribunt & falſum eſt Græcos contemnere perjuria. Vide Phot. tit. 3. cap. 18. & poſtea & ejus interpr. Theod. Balſam. Græcos fortaſſe appellat paganos, ut apoſtolus Paulus.

n *Qui autem ſeductus ignorans*, infra cap. 9. *Qui autem ſeductus fuerit, & ignorans ſe perjuraverit*, Burch. *ſe perjuraverit*, Ivo *ſe perjuravit*, Anſelm. qui *coactus* pro *ſeductus* ſcribit, & Grat. qui *ſe pejeraverit*, habet. Ex his arbitror ſcribendum: *Qui ſeductus neſcius perjurare per eat.*

o Deleo vocem *qui*.

p Vidend. Burch. lib. 19. p. 275. & epiſt. lib. cap. 84. 85. 86. 87. & 88. & poſtea, & Ivo part. 15. cap. 96. 97. 98. 99. & 100. & poſtea decr. ex Pœnit. Bedæ & Theodori. Vide infra cap. 14. Vidend. etiam Humbertus Silvæ candidæ Epiſcopus Cardin. Leonis IX. Legatus contra Græcos.

q Vide infra cap. 14.

r De ſanguine, & ſuffocato præter illud Act. 15. extat Apoſt. cap. 3. & Trullanum cap. 67. Leo Nov. 58. item de occiſo a feris, vel morticino idem cap. 63. vide etiam Humb. ubi ſupra, Burch. d. lib. 19. q. 275. & 278. & d. cap. 85. & aliis, & cap. 90. & 91. Certius eſt, quod ex Auguſt. refert Nicolaus ad conſulta Bulgar. cap. 90.

s Vide Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 16. Burch. lib. 19. cap. 6. ex Poenit. Theodori, & fragment. Caroli, ſive Amilar.

t Alio ordine Burch. & Amil. & Poenit. Rom. *ſuperbiam, vanam gloriam, invidiam &c.* & apud Caſſian. lib. 5. cap. 1. γαστριμαργία, *fornicatio*, φιλαργυρία, *&c.* κενοδοξία, *ſuperbia*, Theodulph. cap. 31. ad presb. Aurelian. γαστριμαργία, *hoc eſt, ventris ingluvies*. II. *fornicatio*. III. *accidia, ſive triſtitia*. IV. *avaritia*. V. *vana gloria*. VI. *invidia*. VII. *ira*. VIII. *ſuperbia*. Noſtri ſeptem litteris ſeptem peccata comprehendunt, S. A. L. I. G. I. A. vanam, ſive inanem gloriam cum ſuperbia conjungunt.

pore (*a*), tristitia sæculi, avaritia, ventris ingluvies (*b*). Augustinus adjecit sacrilegium (*c*), id est, sacrarum rerum furtum, & hoc est maximum furtum, vel idololatriis servientem (*d*), id est, auspiciis, & reliqua (*e*). Deinde adulterium, falsum testimonium, furtum, rapinam, ebrietas assidua, idololatria, molles, sodomita (*f*), maledici, perjuri. Ita sunt ergo capitalia crimina. Sanctus Paulus, & Augustinus, & alii Sancti computaverunt, pro illis fieri oportere eleemosynas largas, & longum tempus jejunium teneatur, id est, ut alii judicant, pro capitalibus, id est, adulteris, homicidis, perjuris, fornicariis, & similibus, laicus quatuor annos pœniteat, clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus septem, presbyter decem, Episcopus duodecim, si consuetudo erat.

CAPUT VI.
De minoribus peccatis.

De furto, falso testimonio, & similibus, laici annum unum, clerici duos, subdiaconus tres, diaconus quatuor, presbyter quinque, Episcopus septem annos pœniteant. Item de Sodomitis, si consuetudo erat. Episcopus quatuordecim annos pœniteat, presbyter duodecim, diaconus decem, subdiaconi octo, clerici septem, laici quinque. Monachus (*g*), si fornicationem facit cum ancilla Dei, quatuor annos pœniteat, si cum puella, sex annos pœniteat. De parricidis (*h*) vel fratricidis, quidam septem, quidam quatuordecim, * & septem.

CAPUT VII.
De cupiditate cæterisque flagitiis.

Item cupidus, vel avarus, vel ebriosus, vel superbus, vel invidus, vel rapax, vel iracundia longa [*i*], vel maledicus, vel his similia, quæ (*k*) enumerare longum est, tres annos pœniteat. Item si clericus (*l*) cum quadrupede fornicaverit (*m*), duos annos pœniteat, subdiaconus tres, diaconus quinque, presbyter septem, Episcopus decem annos pœniteat. Qui cum matre (*n*) fornicaverit, quindecim annos pœniteat, si cum filia, vel sorore, duodecim annos pœniteat. Qui cum fratre naturali fornicaverit per commixtionem carnis ab omni carne se abstineat, quindecim annos pœniteat. Si clericus venationes (*o*) exercuit, annum unum pœniteat, diaconus duos, presbyter tres. Si mater [*p*] cum filio suo parvulo fornicaverit, tres annos abstineat se a carne, & diem unum in hebdomade ad vesperam jejunet. Si presbyter (*q*), vel diaconus, vel monachus uxorem duxerit in conscientia populi, deponatur, & si adulterium perpetraverit cum ea, & in conscientia populi devenit, projiciatur extra ecclesiam, & inter laicos pœniteat, quamdiu vixerit. Qui dimiserit [*r*] uxorem suam alteri conjugi, septem annos pœniteat. Si clericus homicidium (*s*) fecerit, & proximum suum occiderit, decem annos pœniteat: exul septem pœniteat, si odii meditatio fuit. Si laicus homicidium fecerit per furorem, & meditationem, quatuor annos pœniteat, vel quinque, vel septem annos pœniteat, si per rixam, quatuor annos pœniteat. Item, qui immolant (*t*) dæmonibus, in magnis; si consuetudo est, decem annos pœniteat, in minimis annum unum, auguriis, & divinationibus, quinque annos pœniteat. Emissores tempestatum [*u*] septem annos pœniteant, ut pœnitentia semper isto ordine servata sit

a *Illi post invidiam ponunt iram, & octavam luxuriam, de ira longo tempore*, Amil.

b *Tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem*, Burchard. & Pœnit. Nostri tristitiam vocant accidiam, sive ἀκηδίαν de qua Suid. ἀκηδία ἀκηδιάζω. ἀχθεδών. λύπη Δαβίδ. καὶ ἀκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Locus Psalm. 142. *Et anxiatus est super me spiritus meus.* De tristitia sæculi, quæ mortem operatur, Paulus II. Timoth. VII. sed Græce λύπη dicitur. Apud Amiler. post alia invenio: *Acediosus ab acedia dicitur, qui anxietatem, sive tædium cordis patitur, qui & inconstans, & vagus dicitur, ab aliquibus inter octo vitia reputatur.* Apud Cassian. post φιλαργυρίαν *est ira, tristitia, acedia, quod est anxietas, sive tædium cordis.* Vide Psalm. 118. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπ' ἀκηδίας: *Dormitavit anima mea præ tædio.* De gula vero pro ventris ingluvie credimus nostros fuisse plebejam vocem Italorum secutos. Illi enim golam vocant id genus vitii.

c Hæc neque Burch. habet, neque Poen. item quæ sequuntur ab eisdem omissa sunt. Amilar. ait: *Sacrilegium Augustinus inter septem vitia refert*; sed *octo* pro *septem* scribe, ex veteri libro.

d *Esse* pro *vel*, scribo, *quæ postea in idolorum cultum cedunt*, Amil. non sine mendo.

e *Vel auspiciis, vel reliquis*, muto. *f* *Molles, Sodomitæ.*

g Vidend. Burch. lib. 8. cap. 29. & 68. & lib. 17. cap. 39. vide infra cap. 8.

h Vidend. Burch. lib. 6. cap. 34. & 35. & lib. 19. pag. 265. & Poenit. Rom. tit. 1. cap. 22.

i *Vel in iracundia longa positus*, scribi debuit. *k* *Vel his similes*, *quos* scribo: aut addo *faciens*.

l Hæc scribi debuerunt cap. 2. de eisd. agitur cap. 8. Perturbatur ordo, quia ex diversis scriptoribus variis temporibus hæc, ut existimo, sumpta sunt.

m Sic sæpe pro *fornicatus fuerit*: sic B. August. *fæneraverit* pro *fœneratus fuerit*: ut populus intelligat.

n Vide Pœnit. Roman. tit. 3. cap. 20. Burch. d. libro 19. pag. 273.

o Vidend. Burch. lib. 2. cap. 2. 13. & Ivo lib. 3. tit. 25. cap. 1. Panorm. & part. 13. cap. 30. decr. & Grat. sive Palea dist. 34. cap. 2. & Bern. Papiens. cap. 1. *de clerico venat.* & Greg. IX. cap. 1. eod. tit. ex concil. Agathens. cap. 55. & Epaun. cap. 3. *p* Vide supra cap. 2.

q Vidend. Apost. cap. 26. Neocæs. cap. 1. Mart. Brac. cap. 27. Paris. sub Lud. & Lother. cap. 35. Burch. lib. 2. cap. 108. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 8. & part. 6. cap. 185. decr. & infra cap. 8. & Pœnit. Rom. tit. 3. cap. 23. & Burch. lib. 17. cap. 56. *r* Vidend. Poenit. Rom. d. tit. 3. cap. 20. & Burch. lib. 19. pag. 268.

s Hæc scribi debuerunt cap. 3. Vidend. Burchard. lib. 6. cap. 47. Ivo part. 10. cap. 174. decr. ex concil. Tribunens. cap. 11. quod extat.

t Vide infra cap. 11. Hæc sunt ex Pœnit. Theodori, ut refert Burch. lib. 10. cap. 12. & Ivo part. 11. cap. 30. decr. *u* Vide Pœnit. Rom. tit. 6. cap. 3.

sit [a], ab uno anno, & deinceps de qualicumque peccato; id est, in unaquaque hebdomade tres dies sine vino, & medone (b), & carne, & jejunet usque ad vesperam, & manducet de sicco cibo, & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & jejunet tres dies ad nonam, & tres ad vesperam, & in diebus Dominicis, & in Natale Domini quatuor dies, & in Epiphania, & in Pascha usque in albas, & Ascensione Domini, & Pentecoste, & sancti Michaelis, & S. Mariæ, & S. Joannis Baptistæ, & duodecim Apostolorum, & S. Martini, & illius Sancti festivitate, qui in illa provincia est: in his prædictis diebus faciat caritatem [c], sicut sui compares, clerici, sive laici. Ebrietatem & ventris distensionem in omnibus caveant. Faciant quod Apostolus dicit (d): *Sive manducatis, sive bibitis, vel quidquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Tunc ergo digna pœnitentia est, si hoc impleatur.

CAPUT VIII.

De clericorum pœnitentia.

ITem in canone [e] Apostolorum (f) indicatur (g), ut Episcopus, presbyter [h], diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen communione privetur, quia non judicat Deus (i) bis in idipsum. Si quis Pontifex fornicationem faciens naturalem, judicavit [k] ut duodecim annos [l] pœniteat, per multas lacrymas, & eleemosynas veniam a Domino petat: post annos tres (m), vel quatuor levius. Presbyter cum puella [n], non prælato monachi voto, annos tres, vel quatuor (o) pœniteat, tres quadragesimas [p], & quartas, & sextas ferias semper de sicco cibo (q). Si cum ancilla Dei, aut cum masculo, plus addetur (r): id est, septem annos [s] pœniteat, si consuetudo est. Similiter diaconi, si monachi non sunt, duos, vel tres (t) annos pœniteant. Sic & monachus sine gradu, si cum puella, annos tres (u), si diaconus, vel monachi sunt (x), quinque, vel septem (y) annos pœniteant. Monachi cum gradu septem annos pœniteant, si sine voto (z) monachi cum puella, novem annos, vel decem pœniteant. Clericus sine voto (aa) monachi fornicatus, unum annum (bb) pœniteat, si frequenter duos annos pœniteat [cc]. Si cum canonica duos annos: frequenter, tres (dd). Si genuerit filium, plus pœniteat (ee): id est, quatuor, vel quinque annos, alii dicunt septem, exul fiat. Sic & [ff] virgo sanctimonialis cum laicis sine, gradu. Si clerici qui canonici sunt, unum annum, frequenter, duos in gradu autem, sicut monachus, id est, tres annos Theodorus dixit: Monachus faciens (gg) fornicationem, & non invenit, unum annum pœniteat, & di-

a Hæc ad modum pœnitantiæ pertinent, qua de re agitur in Pœnit. Roman. cap. 23. tit. 9. & apud Burch. lib. 19. cap. 9. & Ivon. part. 15. cap. 189. decret. Scribo igitur hæc alio in capite: *Ut pœnitentia semper isto ordine servanda sit &c.*

b Qui sint hi tres dies, dicitur d. cap. 23. feriam secundam, quartam, & sextam; sed illic dicitur, ut his tribus diebus in pane, & aqua jejunet & aliis tribus a vino, & medone abstineat, sed cap. 24. *festis tantum feriis in secundo anno ita jejunat, secundis, & quartis ad vesperam reficitur sicco cibo*, ut hoc capita. Quem siccum cibum appellet, illic explanatur: panem, legumina, poma, & olere. Hoc est, quod dicitur in concil. Laodic. cap. 50. νηςἐυειν ξηροφαγουντας; *aridioribus* uti est apud Grat. *de consecr.* dist. 3. cap. 8. NON OPORTET Mart. Brac. cap. 50. *sincere abstinentes*, *scripsit*, *Dionysius districto venerari jejunio.* Martini verba refert Grat. d. distinct. 3. cap. 7. NON LICEAT.

c *Id est*, *utatur eodem cibo*, *& potu*, *quod illi*, Burch. & Ivo & Poenit. Rom. *d* 1. Corinth. 10. g.

e *Ex pœnit. Theodori*, Burch. lib. 17. cap. 39. Vide Poenit. Rom. tit. 8. cap. 6. Anselm. lib. 8. cap. ult.

f Cap. 25. *g* *Judicatur*, Burch.

h Dionysii Exigui verba interpretis d. cap. 25. in Corp. canon. Refert Burch. lib. 2. cap. 189. Ivo part. 6. cap. 234. decreti, Anselm. cap. 30. & Gratian. distinct. 81. cap. 12. Vidend. Triburiens. cap. 11. & Raban. cap. 1. Poenitentiala.

i Sic Burch. d. cap. 39. *Dicit enim Scriptura: Non judicabit Dominus &c.* idem d. cap. 186. & Ivo, & Anselm. *si paruerit sententiæ; dicit enim Scriptura: Non judicat Deus &c.* Gratian. Vide Naum cap. 1. *Dicit enim Scriptura, non vindicabit Dominus &c.* Dionysius. ου ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. LXX. *Non consurget duplex tribulatio*, Vulgaris editio.

k *Fecerit naturalem*, *synodus judicavit*, vetus Burch. liber. *indicavit*, editus. Synodus Hiberniens. fortassa, de qua dictum est d. tit. 8. cap. 6. *l* *Decem annos*, Burch. *m* Hæc omisit Burch.

n *Presbyter non prælato monachi voto*, *cum puella*, *vel meretrice peccans*, Burch.

o *Annos duos*, vetus Burch. liber. *tres*, editus.

p *Et in tribus quadragesimis secundam*, *& quartam*, *& sextam feriam*, *& in sabbato*, Burch.

q *Pœniteat*, addit Burch. *r* *Jejunium*, addit Burchard.

s Sic etiam Burchard. editus. *quinque annos*, vetus liber. *t* Omittit Burch. *u* Hæc omisit Burch.

x Scribe, *si diaconi monachi sunt*, ut Burch. *y* *Septem*, Burch. aliis omissis.

z Apud Burch. hoc loco de Episcopo iterum dicitur: *Item Episcopus*, *si sine voto monachi cum puella*, *vel meretrice peccaverit*, *decem annos pœniteat Clericus &c.* *aa* *Clericus cum tali puella sine*, Burch.

bb Sic Burch. editus, *dimidium annum*, vetus liber. *cc* Sic etiam Burch. editus, *unum annum*, vetus liber.

dd *Duos annos*: *si frequenter*, *tres annos*, Burch. editus, *similiter*, *si frequentre*, *duos annos*, vetus.

ee *Tres annos*, *alii dicunt sex*, vetus Burch. lib. *quatuor annos*, *alii dicunt septem*, editus.

ff Hæc omittit Burch. usque ad illa, *Theodorus dixit.*

gg *Monachus fornicationem faciens*, *septem annos pœniteat. Item fornicationem quærens*, *& non inveniens*, vetus Burch. liber. In edito pro illis: *Item fornicata est. Item Beda dixit: Monachus fornicationem quærens &c.* Operæ pretium est addere verba cap. 4. Neocæs. conc. *Si quis mulierem concupiscens*, *proposuerit cum ea concumbere*, *& cogitatio ejus non perveniat ad effectum*, *apparet*, *quod gratia Dei liberatus sit.* Vide Pœnit. Romano tit. 3. cap. 25.

& dimidium (*a*). Item monachus (*b*) faciens cum puella, ſex annos pœniteat: ſi cum ſanctimoniali, ſeptem annos pœniteat. Laicus maculans ſe (*c*) cum Ancilla Dei annos duos (*d*) pœniteat. Si genuerit ex ea, tres annos (*e*) pœniteat. Si ſine conjugio ſunt (*f*), tres quadrageſimas, quidam quadraginta dies judicant, id eſt, conſuetum. Item Sodomitæ quidam decem, id eſt, qui ſæpe (*g*) fecerit, vel in gradu: quidam ſeptem annos: quidam annum, ut mulis, quidam centum dies, ut pueri. Viri inter (*h*) annos, * ſi pueri, duos annos. Qui cum pecude peccaverit, vel jumento, decem annos pœniteat, quidam ſeptem (*i*), quidam tres. quidam unum, quidam centum dies, ut pueri. Oportebat (*k*) diſcretionem eſſe inter qualitatem pecudum, vel hominum, ſicut ſupra diximus (*l*). Item Epiſcopus ſi cum quadrupede fornicaverit, octo annos (*m*) pœniteat: pœniteat ſi conſuetudo, decem (*n*), presbyter quinque, diaconus (*n*), clericus duos.

CAPUT IX.

De juramento (*o*).

QUI juramentum fecerit (*p*) in eccleſia, aut in Evangelio, ſive in reliquiis Sanctorum ſeptem annos pœniteat, alii duodecim annos judicant. Sive in manu Epiſcopi, aut presbyteri, vel diaconi, ſive in cruce conſecrata, unum annum pœniteat, alii tres, vel quatuor judicant. Et in cruce non conſecrata, unum annum: vel ſeptem menſes, ut alii. Qui autem ſeductus ignorans, & poſtea cognoſcit, unum annum pœniteat, vel tres quadrageſimas, vel quadraginta dies pœniteat. Si quis coactus (*q*) pro qualibet cauſa neceſſitatis, tres quadrageſimas; alii annum unum, & ex eis (*r*) in pane, & aqua, ut alii judicant. Item perjuri, tres annos. Qui ſuſpicatur prius, quam ad juramentum ducatur, & tamen jurat per conſenſum, duos annos pœniteat. Si quis in manu laici juraverit, apud Græcos nihil eſt (*s*).

CAPUT X.

De abſtinentia mulierum (*t*).

MUlier abſtineat ſe a viro ſuo, quando conceperit, ante quam pepererit: & poſt partum quadraginta dies. Qui autem nupſerit (*u*) his diebus, decem dies pœniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio ſunt, abſtineant ſe tres quadrageſimas, & in Dominica nocte, & in ſabbato, & feria quarta, & tertia, quæ legitimæ ſunt, & tres noctes abſtineant ſe antequam communicent. Qui in quadrageſima ante Paſcha cognoſcit uxorem ſuam, & noluit abſtinere, unum annum pœniteat, vel ſuum pretium reddat (*x*) ad eccleſiam, vel pauperibus dividat, vel viginti ſex ſolidos (*y*) reddat. Si per ebrietatem, vel aliqua cauſa acceſſerit ſine conſuetudine, quadraginta dies pœniteat. Mulier, ſi divinationes (*z*) fecerit, vel incantationes diabolicas, unum annum pœniteat, vel tres quadrageſimas, vel quadraginta dies, juxta qualitatem culpæ. Mulier, ſi aliquem interfecerit imitantem maleficia ſua (*aa*), id eſt, per poculum, aut per artem aliquam, quatuor annos pœniteat. Si paupercula, quatuor annos. Mulier, ſi occiderit (*bb*) filium ſuum, per homicidium, undecim annos pœniteat. Si vir (*cc*) cum muliere ſua retro nupſerit, pœniteat quomodo cum animalibus: id eſt, ſi conſuetudo erit, tres annos pœniteat. Si vero interea (*dd*) nupſerit, & conſuetudo erit, ſeptem annos pœniteat.

a *Annum, & dimidium pœniteat*, vetus Burch. liber *annum dimidium pœniteat*, editus non recte.

b *Item Romanus Pœnitentialis dicit: Monachus fornicationem faciens cum meretrice, vel puella, tres, ſi cum monioli &c.* Burch. vetus. *ſanctimoniali*, editus.

c Addit plura Burchard. *Item laicus maculans uxorem proximi ſui, ut adulterium pœniteat. Si cum virgine peccaverit, uterque pœniteat annum unum. Si cum ancilla Dei &c.* Burch. vetus: *Laicus privatus*, eſt in edito.

d Sic etiam vetus Burch. liber *quatuor annos*, editus.

e *Quinque annos*, Burch. vetus. *ſeptem annos*, editus. *f* Hæc omittit Burch.

g *Qui in conſuetudine habet, amplius ſolis debet. Si autem in gradu ſunt, degradentur, & ſicut laici pœniteant*, Burchardus.

h *Vir, qui inter femora fornicatus fuerit, unum, ſi iteraverit, duos annos pœniteat. Si autem in terga fornicatus fuerit, tres annos, ſi pueri, duos annos*, Burch.

i Hæc omittit Burch. *k* *Oportet enim*, Burch. *l* Cap. 1. *m* *Decem annos*, Burch.

n *Et gradum amittat*, Burch. *o* Vide ſupra cap. 3. in fine, & in Pœnit. Romano tit. 2.

p Vide d. cap. 3.

q Vidend. Burch. lib. 12. cap. 6. ex Pœnit. Romano, & d. tit. 2. cap. 2.

r Mendoſa ſunt hæc, *alii judicant tres annos, unum ex his in pane, & aqua pœniteat*. d. tit. 2. cap. 2. & Burch. & alii illic relati. *s* De his verbis diximus d. cap. 3.

t Vide Pœnit. Roman. tit. 3. cap. 20. & tit. 7. cap. 9. & ſupra cap. 2.

u *Coierit* ſignificat, ut alibi. *x* Hoc eſt, *anni pretium*, de quo dictum eſt in Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 27.

y D. cap. 28. ſunt viginti duo.

z Burch. lib. 10. cap. 8. ex Pœnit. Romano, & Ivo part. 11. cap. 76. decr. Pœnit. Rom. tit. 6. cap. 2.

aa Vocem *imitantem*, mendoſam eſſe arbitramur: *irridentem* ſcriberem, ſi cetera cohærerent.

bb Vidend. Burch. lib. 19. cap. 156. & Ivo part. 15. cap. 164. decr. Vide Pœn. Rom. tit. 1. cap. 26.

cc Vide Pœnit. Rom. tit. 3. cap. 20. & ſupra cap. 2. & Anſ. lib. 11. cap. 119. ejus inſcriptio eſt: *Statuta Patrum*.

dd *In terga nupſerit*, ex Anſelm. cujus verba ſunt. *Statuta Patrum: Si quis cum muliere ſua retro nupſerit, quadraginta dies pœniteat. Si autem in terga, pœniteat ſicut de animalibus.*

CAPUT XI.

De auguriis, & divinationibus.

AUguria, vel sortes [a], quæ dicuntur falso sanctorum, vel (b) divinationibus observare * vel quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt (c), vel votum voverint in arborem [d], vel in quamlibet rem, excepta ecclesia, si clericus * laici (e) excommunicentur ab ecclesia, vel tres annos clericus pœniteat, laici duos vel unum (f), & dimidium. Mulier, si filium [g] suum supra tectum ponit, vel in fornacem, pro sanitate febrium; quinque annos [h] pœniteat. Nolite exercere (i), quando luna obscuratur, ut clamoribus, ac maleficiis sacrilego usu se defensare posse confidunt (k). Cariagios, & divinos præcantatores (l) laici tres dies (m) sine cervisia, vel vino, & carne, alii duodecim dies. Si fidelis (n) laicus sit, qui pro nequitia inebriat alterum, quadraginta dies pœniteat. Si vomitum facit infirmitatis causa, sine culpa est.

CAPUT XII.

De ebrietate (o).

[p] SI per ebrietatem, vel voracitatem evomerit Eucharistiam, quadraginta dies pœniteat, clericus, monachus, diaconus, sexaginta, presbyter septuaginta, Episcopus centum decem (q). Si infirmitatis causa, septem dies unusquisque, sine infirmitatis causa sacrificii die quatuor dies, quidam psalterium *, quidam bis psalterium (r) suum sacrificii die in ignem projecit, vel in flumine, centum psalmos cantet. Si canes comedunt talem vomitum, centum diebus, si scit: si non scit, quadraginta. Qui vero inebriantur contra præceptum Domini, si votum sanctitatis habent: hoc est ebrietas, quando statum mentis mutat, & linguæ balbutiunt, & oculi turbantur, & vertigo erit, & ventris distensio, ac dolor sequitur: si clericus sit (s), quatuor dies pœniteat, monachus quatuordecim, diaconus quatuor hebdomades, presbyter quatuor, Episcopus quinque, Prælati tres, sine vino, & carne.

CAPUT XIII.

De Eucharistia.

(t) SI quis Eucharistiam negligentiæ causa perdiderit, unum annum pœniteat, tres quadragesimas, seu quadraginta dies pœniteat. Si sacrificium in terram ceciderit causa negligentiæ, quinquaginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, ut colorem non habeat, saporemque viginti dies pœniteat, vel triginta, vel quadraginta, & in igne accendetur (u), cinis ejus sub altare abscondatur, si usque ad terram ceciderit, unum diem pœniteat, * si stella arserit (x); altare ceciderit, quatuor dies pœniteat. Qui in ecclesia modicam partem perdiderit, & non invenerit, viginti dies pœniteat, unoquoque die psalmos quadraginta cantet. Qui autem in plebem [y] suum chrismalem perdiderit, & non invenerit, quadraginta dies pœniteat, vel tres quadragesimas. Qui perfudent calicem [z] in fine solemnitatis, triginta dies pœniteat.

CA-

a Ex Pœnitentiale Romano, Burchard. lib. 10. cap. 9. & Ivo part. 11. cap. 37. decret. & Anselm. lib. 11. cap. 121. b *Vel divinationes, qui eas observaverint*, Burchard. aptius Ivo vocem *eas* omittit.

c Omisit hæc Burch. & Ivo.

d *Votum voverint, vel persolverint ad arborem, vel ad lapidem, vel ad quamlibet*, Burch. plenius, & Ivo.

e *Omnes excommunicentur. Si ad pœnitentiam venerint, clerici annos tres*, Burch. aptius, & Ivo.

f *Laici annum unum*, Burch. & Ivo.

g *Ex Pœnit. Bedæ presbyteri*, Burch. cap. 14. Ivo cap. 41. ubi supra. Vidend. Burch. d. lib. 19. pag. 272.

h *Unum annum*, Burch. & Ivo.

i *Quicumque exercuerint hoc*, Burch. d. lib. 10. cap. 32. & Ivo d. part. 11. cap. 58. ex concil. Arelatens. cap. 5. *hæc* pro *hoc*, Ivo. k *Se posse defendere credant*, Burch. *credunt*, Ivo.

l *Et quicumque divinos præcantatores phylacteria etiam diabolica, vel characteres diabolicos, vel herbas, vel succos suos, vel sibi impendere tentaverint*, Burch. & Ivo. In veteri libro inveni hæc verba: *Admoneo vos pariter, ut nullus ex vobis cariagios, & divinos, & sortilegos requirat.* Et in concil. Narbonens. non edito cap. 14. *Si qui viri, ac mulieres divinatores, quos dicunt esse cariagos, atque sorticularios in cujuscumque domo fuerint inventi &c.* *Cara* autem, non *caria* scriptum est in his tribus libris, quod Hispani sine præfatione honoris dicere non possumus. Eadem vox inveniebatur apud Augustinum in serm. *de tempore* 163. & 215. & 241. ut apparet ex Ivone parte 1. cap. 134. & part. 11. cap. 17. decr. & libro Cæs. lib. 12. cap. 44.

m *Monachus quinque, clericus quatuor, laicus duos annos pœniteat*, Burch. & Ivo.

n *Ex Pœnit. Bedæ presbyteri.* Burch. lib. 14. cap. 15. & Ivo part. 13. cap. 83. decr.

o Vide Pœnit. Roman. tit. 5.

p *Ex Pœnit. Bedæ*, Burch. lib. 5. cap. 46. & 49. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 32. Panorm. & part. 2. cap. 55. decr. Cæsaraug. lib. 11. cap. 13. & Gratian. *de consecr.* dist. 2. cap. 28. si quis.

q *Episcopi XC.* Burchard. & alii, quod malo: est enim errati facilis occasio in his litteris CX. & XC. ut in XL. pro LX. in hoc ipso capite, apud Burch. & Ivon. in Panorm. & Cæsar. Utrumque omissum est in decr. Ivonis, & apud Grat.

r Hæc mendosa sunt. Apud Burch. d. lib. 5. cap. 49. *Si sacrificium in ignem projicit*, & Ivon. part. 2. c. 58. decr. ex Pœnit. Rom. Theodoro adscribit noster liber Pœnit. Rom. d. tit. 5. cap. 8. scribo: *quidam bis psalterium. Si suum sacrificium &c.*

s Vidend. Burch. lib. 14. cap. 13. & Ivo part. 13. cap. 81. decr. ex Pœnit. Rom. & vide cap. 5. d. tit. 5.

t Vide Pœnitent. Rom. tit. 5. cap. 10. & 11. & 12.

u *In eo vermis comburatur*, d. cap. 11. & Burch. lib. 5. cap. 51.

x Verba mendosa fortasse, *si stillaverit, & in altare ceciderit.* Vide d. tit. 5. cap. 10.

y Malo, *in plebe*: sic autem appellant Itali ecclesiam cum cura, sive parochiam.

z Sic etiam d. cap. 11. *Perfundens aliquid super altare de calice*, & postea, *perfundens calicem, dum solemnitas Missæ celebratur.* Vide d. cap. 10.

CAPUT XIV.

De diversis causis.

QUI creaturam (*a*) perdiderit, thus, tabulas, aut schedulam suam, sal benedictum, panem novum consecratum, vel aliquid huic simile, quatuor dies pœniteat. Qui morticinum (*b*) inscius comederit, quadraginta dies pœniteat, si autem sciens, centum dies pœniteat. Qui fraudatum (*c*) comedit, & est inops, vel hebes, quatuor dies pœniteat: sani autem, & infirmi, si sciunt, quadraginta dies pœniteant: qui sæpe faciunt, tres quadragesimas, vel annum. Qui comedit (*d*), vel bibit intinctum a familiari bestia, id est cane, vel catto (*e*), & scit, centum psalmos cantet, vel unum diem jejunet (*f*). Si quis dederit alicui liquorem, in quo mus, vel mustela mortua inveniuntur, si sæcularis, quatuor dies [*g*] pœniteat, in cœnobiis tercentos psalmos cantet, qui postea noverit, quod talem potum biberit, psalterium cantet (*h*). Si quis semicoctum comederit inscius, tres dies pœniteat, vel psalterium cantet: sciens autem, quatuor dies (*i*) pœniteat, pro modico furto triginta (*k*) dies pœniteat in viginti annis (*l*). Pueri decem annorum aliquod furtum facientes, quatuor dies [*m*] pœniteant. Si quis intinxerit manum in aliquo cibo [*n*], & non idonea manu, centum palmatis emendetur. Si in farina, aut in aliquo cibo sicco, aut in pulte, aut lacte coagulato mus, vel mustela mortua inveniuntur, quod in circuitu ejus remanserit, projicietur foras, & quod reliquum est, manducetur. Item (*o*), qui autem quod in Pœnitentiale scriptum est, implere poterit, bonum est, quia autem non potest, consilium damus per misericordiam Dei: in primis, pro uno die (*p*) in pane, & aqua quinquaginta psalmos, genu flectendo (*q*) aut sine flexu sexaginta psalmos [*r*], infra ecclesiam, vel in uno loco per ordinem psallat (*s*): & pro uno die valent ducentæ genuflexiones (*t*), vel unus denarius (*u*) pro die valet, & tres eleemosynæ tribus pauperibus (*x*) valent: quidam dicunt quadraginta percussiones (*y*), vel psalmos idest in hieme [*z*], & in æstate centum quadraginta psalmos, vel percussiones. Item pro uno mense (*aa*), quem in pane, & aqua pœnitere debet, psalmos in genuflexu (*bb*), vel sine flexu: id est, sexcentos octoginta, & postea omnes dies reficiant ad sextam, nisi quarta, & sexta feria jejunet ad nonam. A carne & vino [*cc*] abstineat se, alium cibum postquam psallat, sumat. In secundo anno (*dd*) remissior pœnitentia erit, de Natale Domini usque in Epiphaniam, & illos prædictos dies, qui supra scribunt, qui in pœnitentia non computantur. Item qui non potest [*ee*] sic agere pœnitentiam, sicut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosynam solidos viginti tres, pro uno anno in pane, & aqua, donet in eleemosynam solidos viginti duos (*ff*), & in unaquaque [*gg*] hebdomada unum diem jejunet ad nonam alium ad vesperum, & tres quadragesimas, in secundo [*hh*] anno viginti solidos, pro tertio anno decem, & octo solidos: qui sunt sexaginta quatuor solidi. Potentes homines pro culpis [*ii*] criminalibus faciant, ut Zachæ-

us

a *Craterem* forte pro *creaturam* scribendum. *b* Vide supra cap. 4.

c *Fraudatum* interpretur furto, aut fraude quæsitum. Vide Tobiæ cap. 2. b.

d *Ex Pœnit. Romano*, Burch. lib. 19. cap. 106. & Ivo part. 15. cap. 118. decr. Vide supra cap. 4.

e Sic vulgus vocat felem, αἴλουρον Græci, & Ægyptii.

f Aliquid ante hæc verba desidero, nam Burch. ita scribit: *Si nescit, duos dies jejunet, vel si redimere voluerit, L. psalmos cantet.* Item Ivo. *g* *Si laicus est, septem dies*, Burch. & Ivo.

h *CL. psalmos cantet*, Burchard. & Ivo. *i* *Septem dies*, Burchard. & Ivo.

k *Viginti*, Burch. & Ivo. *l* *Qui est XX. annorum*, Burch. & Ivo. *m* *Septem dies*, Burch. & Ivo.

n *Liquido*, addunt Burch. & Ivo.

o Ex eod. Pœnit. Rom. Burch. cap. d. lib. 19. cap. 11. & Ivo d. part. 15. cap. 191.

p Ex eod. Burch. cap. 12. & Ivo cap. 192. ubi supra, & Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 25.

q *Genibus flexis in ecclesia*, Burch. & Ivo, & Pœnit. *r* Hæc Burch. omittit, & Ivo, & Pœn.

s *Eadem faciat, & unum pauperem pascat, & eo die, excepto vino, carne, & sagimine, sumat quidquid velit*, Burchard. & Ivo, & Pœnit.

t *Qui in ecclesia genua centies flexerit*, Burch. cap. 14. ex eod. Pœnit. & Ivo cap. 194. ubi supra, & Pœn. Rom. d. tit. 9. cap. 26.

u *Si pauper est, si dives, tres denarii*, Burchard. cap. 15. ex eod. Pœnitent. & Ivo cap. 195. ubi supra, & Pœnit. Rom. d. cap. 26.

x *Et tres eleemosynas tres pauperes valent*, editus Bedæ liber mendose, sed fortasse sic tunc loquebantur. Apud Burch. scriptum est cap. 16. & Ivo cap. 196. ubi supra ex eod. Pœnit. Rom. *Pro uno die, quem in pane & aqua pœnitere debet, tres pauperes pascat, & eo die, excepto vino, carne, & sagimine, sumat, quod placeat*, Vide infra cap. 15.

y Apud Burch. cap. 17. ex eod. Pœnit. & Ivon cap. 197. ubi supra: *Quidam dicunt XX. palmatas valere pro uno die.* *z* Vide infra cap. 15. *aa* Ex eod. Pœnit. Rom. Burch. cap. 19. & Ivo cap. 199. ubi supra.

bb *Psalmos mille ducentos genibus flexis decantet. Si autem hoc facere non potest: sine genuflexione sedendo, aut stando in ecclesia, si fieri potest, sin autem, in uno loco MDCLXXX. psalmos decantet*, Burch. & Ivo.

cc *Et a carne, & a sagimine, & a vino totum mensem*, Burch. & Ivo. *dd* Hæc non habent Burch. & Ivo.

ee Burch. d. lib. 19. cap. 23. ex Pœnit. Theodori, & Ivo d. part. 15. c. 203. & Pœnit. Rom. tit. 9. c. 30.

ff Hæc supervacanea videntur, & ea omittunt Burch. & alii. Sed ex alio loco sumpta sunt, ut apparet ex Burch. cap. 20. & Ivone cap. 200. & Pœnit. cap. 27. ubi supra.

gg Hæc non invenio apud Burch. ubi supra sed d. cap. 20. dicitur: *Et omnes sextas ferias jejunet in pane, & aqua.* Idem Ivo d. cap. 200.

hh Hæc habet Burchard. d. cap. 23. & ceteri.

ii *Potentes autem homines plus dare debent: quia cui plus committitur, plus ab eo exigetur*, Burch. & Ivo.

us ait (a): *Domine omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, & si aliquid injuste abstuli, in quadruplum reddam* [b], & de mancipiis dimittam liberos, & captivos redimam, & a quo die desinam peccare, non desinam communicare, sicut Apostolus ait (c): „ Qui per corpus peccat, per corpus emendat “, hoc est, jejuniis & vigiliis, & orationibus ad Dominum. Qui conversus fuerit, & omne malum fecerit, in effundendo sanguinem, in furto, in fornicatione, in mendacio, & juramento, & omnibus malis, & postea Deo servire vult usque in finem, tres, & duos [d] annos pœniteat, vel quomodo sacerdos judicet. Ipse tamen cogitet de medicamento animarum, quomodo suam, vel eorum animas salvare valeat in erudiendo, in docendo sanum sermonem; quod qui bene ministrat, bonum gradum sibi acquirit apud eum, qui est super omnia, Deus benedictus in sæcula sæculorum Amen.

CAPUT XV.

Item de pretio anni, vel diei (e).

PRimo anno quidam (f) promiserunt quatuor triduanas, interveniente una nocte [g]. Alii ajunt duodecim triduanas: hoc est, semel in uno mense triduanas (h), quidam dixerunt, quidam verberibus, aut in vigiliis insistendo quatriduum (i), alii sic, alii vero sic. Pretium autem diei, hoc est ἀγάπην, duobus, vel tribus pauperibus (k). Alii totum psalterium; id est, in æstate; in hieme vero, & in verno, vel autumno quinquaginta psalmos (l), quidam duodecim plagas, vel percussiones, vel plus minus: vel discernat tempora. Quidam in labore alieno, vel in flectendo quadraginta bis desinat, quadraginta ter desinat, centum viginti sexies desinat, & addentur decem, secundo viginti, superiori triginta, si labor non sit.

a Luc. 19. b *Reddo*, Luc. c Quærendus locus, vid. 2. Cor. 5. d *Duos, vel tres*, malo.

e Hoc videtur fragmentum esse, & pars superioris capitis, sed valde mendose editum est.

f *Pro uno anno quidam permiserunt*, scribo. Vidend. Burch. d. lib. 19. cap. 25. Ivo d. part. 15. cap. 205. ex Pœnitential. Romano.

g Hæc ita interpretor: ut XII. dies abstineat cibo, sed tertia quaque nocte cibum sumat.

h Cum XII. sint menses, si semel singulis mensibus inedia triduo utatur fiunt XII. triduanæ, sed interpollatæ. Apud Burch. & Ivonem est: *Duodecim triduanæ singulæ cum psalteriis tribus impletis & cum palmatis trecentis per singula psalteria, excusant unius anni pœnitentiam.* i *Triduum*, malo.

k *Pretium autem diei hoc est, ἀγάπη, duobus, vel tribus pauperibus*, scribo. Vidend. Burch. cap. 12. & 16. & Ivo cap. 192. & 196. ubi supra, & Pœnit. Rom. tit. 8. c. 25. & supra c. 14. Αγάπη autem significatur convivium, aut caritas, sive dilectio. Unde Αγαπητὸς dilectus, vel unicus filius apud Pollucem. Quo verbo Christus vocatur a Patre, Matth. 3. Marc. 1. & Luc. 3. De Αγάπη Christianorum, vide concil. Gangrens. cap. 11. & Laodic. 27. & 28.

l Idem Burch. d. c. 12. & Ivo d. c. 192. & Poenit. Rom. d. c. 25. indistincte. Cetera aliis intacta relinquimus, quæ sine veteribus libris emendari nequeunt.

Index Capitum.



POE-

POENITENTIUM LIBER

RABANI MAURI MOGUNTINENSIS ARCHIEPISCOPI

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

PRÆFATIO.

Domino in domino dominorum dilectissimo Othgario [a] *Archiepiscopo Rabanus peccator in Christo optat salutem.*

QUamdiu vos, SANCTE PATER, sperabamus ad nos venturos, citius fore adventum vestrum optabamus. Sed quia postquam abistis a nobis, & mœstos nos de abscessu vestro reliquistis, orandum nobis esse censebamus, ut divina majestas incolumes vos servans, concedat nobis, iterum vos sanos videre: quia sanitas vestra sospitas est nostra. Si autem aliquid vobis adversi contigerit, tristes nos, ac conturbatos sine dubio efficiet. De cætero quoque quia quando hic præsentialiter fuistis, placuit sanctitati vestræ, cum parvitate nostra aliquid tractare, atque conferre de diversis transgressionibus, in quibus fragilitas humana divina præcepta transgreditur, quomodo per pœnitentiam restaurari possint, atque Deo reconciliari hi, qui in diversis sceleribus prævaricantur legem Dei. Ideo quæ jussistis mihi, ut de canonibus, & sanctorum Patrum sententiis breviter excerperem, atque in unum colligerem, quæ a magistris Ecclesiæ hujusmodi personis ad emendationem vitiorum promulgata sunt; feci quod mandastis, & in uno libello ea descripsi, quo haberetis in promptu ante oculos ad legendum, quod mihi necesse erat ex diversis libris in unum congregare, ut noster labor vestræ voluntati aliquo modo satisfaceret. Et ne forte necessarium vobis foret, in diversis voluminibus id quærere, quod vos jam constat in brevi exquisitum habere, huic quoque libello subjunxi alterum, quem nuper de consanguineorum nuptiis, & de magorum præstigiis, falsisque divinationibus confeceram, ut haberetis eos simul, quos ordo rationis concordes fecit. Legite ergo opusculum, quod vobis directum est: & si quid in eo minus recte positum videatur, vestro sacro studio ad utilitatem legentium corrigatur. Bene valete, & in sacris orationibus vestris mei peccatoris memoriam habetote in nomine Domini.

CAPUT I.

De his, qui post sacram ordinationem capitalia crimina committunt, & eorum pœnitentia, seu excommunicatione.

IN primis ergo visum est [b], vobis conscribi de his, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur, in quibus, ut mihi videtur, hæc distantia debet esse, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta, a gradu proprio deponantur: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habe-

a Hunc arbitror fuisse ejusdem sedis Archiepiscopum, cui Rabanus successit. *Heribaldum* vocant Ivo, & Gratian. & liber Tarracon. in locis mox citandis.

b Hæc verba referunt Ivo Carnotens. lib. 3. tit. 11. cap. 20. Panorm. & parte 6. cap. 20. decr. & liber Tarrac. lib. 6. cap. 227. & Grat. dist. 50. cap. 34. de his, & Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 1. *ex concilio Ilerdensi* non recte.

bere, quas ultra modum vitiosas constat esse: nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt, sicut quondam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur. Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem male a se absconse commissa, coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & se per jejunia, & eleemosynas, vigilias, atque sacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam, gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est; qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

Nam de illis, qui ad honorem presbyterii sine examinatione provecti sunt, in Nicæno concilio cap. VIII. (*a*) taliter scriptum est (*b*): *Si qui presbyteri sine examine sunt provecti, vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt, tales regula non admittit: quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.*

Item in Neocæsariensi concilio cap. VIII. (*c*) de hoc ita definitum est (*d*): *Presbyter, si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt, per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus & argui manifeste non quiverit, potestatis suæ judicio relinquatur.*

Item in eodem concilio cap. X. [*e*] *Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.*

De illis quoque, qui post acceptum gradum peccaverint, in Apostolorum canone ita legitur (*f*): *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura:* „ Non vindicabit Dominus bis in idipsum ".

Item in eodem concilio cap. XXVIII. (*g*) *Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit adtrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.* Accusationem [*h*] autem adversus sacri ordinis viros facile non recipiendam, sed prius causam diligenter examinandam, & postea judicium inferendum, Apostolus docet scribens ad Timotheum: *Accusationem*, inquit, *adversus presbyterum non recipias, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes autem coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant.* Quales autem ipsi testes esse debeant in Africano concilio cap. XCVI. (*i*) manifestatur, ubi ita scriptum est (*k*): *Placuit, ut omne servi, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ. Hæretici etiam, sive Pagani, seu Judæi, sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur in causis propriis, accusandi licentia deneganda est* (*l*).

Item in eodem concilio cap. XCVIII. (*m*) *Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem intra annos XIV. ætatis suæ non admittatur* (*n*).

Item

a Caput nonum ast Græcis, & in Corpore canonum.

b Verba sunt Dionysii Exigui interpretis Græci canonis noni Nicæni, ut apparet ex Corpore canonum. Refert Burch. lib. 2. cap. 13. & Ivo parte 6. cap. 33. decr. & Ans. lib. 8. cap. 13. Ex alio interpreta Gratian. distinct. 81. cap. 4. SI QUIS SINE, & ex Martini Bracar. cap. 24. dist. 24. cap. ult.

c Cap. IX. ex Græcis, & in Corpora canonum.

d Dionysii Exigui verba sunt interpretis Græci canonis noni Neocæsariens. ut constat ex Corpore canonum. Rafert Burch. lib. 2. cap. 49. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 19. Panorm. & part. 6. cap. 150. decr. & ex alio interprete Grat. 15. q. 8. cap. 1. & ex Martino Bracarens. cap. 25. Burch. d. lib. 2. cap. 48. & Ivo d. tit. 11. cap. 18. Panorm. & d. part. 6. cap. 40. dacr. & Gratian. d. q. 8. cap. 4. SI QUIS PRESBYTER.

e Dionysii verba sunt interpratis cap. 10. Neocæsariens. in Corpore canonum. Ex alia interpretatione Gratian. d. cap. 1. & ex Martino, Burchard. Ivo, & Grat. ubi supra.

f Verba sunt Dionysii interpretis canonis XXV. Apostolorum Græci, ut apparet ex Corpore canonum. Refert Anselm. lib. 11. cap. 30. & ex alio interprete Burch. lib. 2. cap. 189. & Ivo part. 6. cap. 234. decr. ex Grat. dist. 81. cap. 12. PRESBYTER. Vide concil. Triburiense cap. 11. & Burch. lib. 6. cap. 47. & Ivon. parte 10. cap. 174. decret.

g Dionysii verba sunt interpretis canonis Apostolorum XXVIII. Græcis XXXIX. in Corpore canonum. Refert Bernard. Papiens. cap. 1. *de clerico excomm.* in 1. collect. Decretal. & Greg. 9. cap. 1. ejusd. tit.

h Rabani verba sunt. Vidend. Xyst. 2. epist. 1. & Grat. 2. q. 7. cap. 19. ACCUSATIO.

i Sic etiam est in Corpore canonum Cap. CXXX. est Græce Carthagin. concilii, & cap. 2. concilii Carthaginens. 7. in conciliis Latinis.

k Refert Ivo parta 16. cap. 64. decret. & Gratian. 4. q. 1. cap. 1. in fine, & 4. p. 6. cap. 2.

l Scribe, *denegatur, in causis propriis accusandi licentia deneganda non est.* In Corpore canonum habetur, *accusandi licentia non neganda*, & in concil. *non neganda est*, habet Ivo: *non deneganda*, Grat. μὴ ὀφείλειν ἀφρεῖσθαι, Tilianus liber.

m Sic etiam est in Corpore canonum & in concilio Carthagin. 7. cap. 4. & in Carthag. Græco cap. 131. Refert Capitulara Caroli, & aliorum lib. 7. cap. 101. Burch. lib. 16. cap. 20. Ivo lib. 4. tit. 8. cap. 1. Panorm. & part. 2. cap. 364. decr. & Grat. 4. q. 2. & 3. cap. 1.

n *Non admittantur*, Corp. canon. & alii.

Item in eodem concilio cap. XCVIII. [a] *Placuit, ut quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex ipsis, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera non admittatur.*

(*b*) De his autem, quorum occulta peccata sunt, nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis suis, confessionem Episcopo, sive presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, ut secundum id, quod sibi decretum fuerit ab Episcopo, sive presbytero, pœnitentiam agant, non tepide, nec tarde, sed ferventer, & sollicite: ac sic se veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum se recuperaturos confidant. Quod etiam Beatus Gregorius Papa in epistola, quam ad Secundinum servum Dei inclusum scripsit (*c*), ita probat dicens (*d*): *Nam tua sanctitas inde a nobis requisivit, ut tibi rescriberem de sacerdotali officio post lapsum resurgendi, dum dicis de hoc canone, diversas te legisse divisasque sententias* (*e*): *alias resurgendi, alias nequaquam posse. Nam nos generaliter a Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quattuor veneramur, quæ ipsam sequentes, ceteræ in cunctis sententiis unanimes concordant. Nos ergo præcedentes nostros Patres sequimur: qui, auctore Deo, a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, usque in quartum alteris ministrum, hanc formem servandam cognoscimus, ut quem minorem major præcedit, sicut honore est major, ita sit in crimine* (*f*): *& quem major sequitur culpa, major ei implicetur vindicta: & sic postea pœnitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest, triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut demum construere, & non illic habitare? Post dignam enim satisfactionem, credimus posse redire ad honorem* (*g*): *Propheta dicente*:

Psalm. 40. „ Numquid qui cadit, non adiciet ut resur-
Ezech. 3. 18. „ gat: & qui aversus est, non revertetur?" *Idem peccatori ait*: „ In quacumque die conversus ingemueris, tunc salvus eris": *unde, & Psalmista ait*: „ Cor mundum crea in me Psalm. 50.
„ Deus, & spiritum rectum innova in visceribus „ meis. Ne proicias me a facie tua, & spiritum „ sanctum tuum ne auferas a me". *Dum enim petiit, ne a Deo proiceretur pro lapsi culpa, alienam quippe Rex, & Propheta rapuisse se uxorem tremefactus expavit, Propheta indicante flagitium suum, pœnitentiam agens addidit*: „ Redde mihi lætitiam salutaris tui, & „ spiritu pricipali confirma me". *Si enim ipse dignam Deo pœnitentiam non fecisset, nequaquam aliis prædicaret, ait enim*: „ Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te con„ vertentur". *Dum enim peccata sua prospenit Propheta mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando castigare aliena* (*h*), *& sic sacrificium de semetipso Deo offerre studuit, cum dicebat*: „ Sacrificium Deo spiritus Ibid.
„ contribulatus". *Ad hæc ista sufficerent: sed omnis sententia quo plus sacræ scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur: de hoc enim Propheta dixit*: „ Nolo mortem Ezech. 18.
„ peccatoris, sed ut convertatur, & vivat", *de hoc peccantibus dicitur*: „ Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnes ini„ quitates ejus in oblivionem traduntur". *Si enim Redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed justificare venit, in oblivione peccantium delicta dereliquit, quis hominum condemnanda reservet, cum Apostolus dicat* [*i*]: „ Si Deus justificat, quis est qui conde„ mnet?" *Ad fontem etiam misericordiæ recurrentes, Evangelicam proferamus sententiam*: „ Gaudebo, *inquit*, super uno pecca- Luc. 15.
„ tore pœnitentiam agente, plus quam super „ nonaginta novem justis, qui non indigent „ pœnitentia": *& ovem perditam nonagesimam nonam* (*k*), *non errantibus relictis, humero ad ovile revocavit. Si ovis errans post inventionem humero ad ovile reportatur, cur ista post pœnam ad Ecclesiæ ministerium non revocetur?* [*l*] *Quid est ergo gravius, carna-*

a Sic etiam est in Corpore canonum, & in dicto concilio Carthag. 7. cap. 3. & in Carthaginens. Græco cap. 111. Refert Capitulare d. libro 7. cap. 100. & lib. 1. cap. 45. Burch. lib. 2. cap. 198. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 12. Panorm. & part. 6. cap. 271. Decret. & liber Cæsaraug. lib. 5. cap. 61. & Gratian. 3. q. 10. cap. 1.

b Rabani verba sunt, quæ invenies in Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 2. ut ax concilio Toletano.

c Extat lib. 7. registri epist. 53.

d Refert Burch. 19. cap. 43. Ivo lib. 3. tit. 21. cap. 15. Panorm. & part. 6. cap. 85. Decret. & Grat. dist. 50. cap. 16. QUIA SANCTITAS. *Hæc proinde* est in registro, & apud Ivon. 10 Decret. *Inde*, habet Burch. neutrum Panorm. & Gratian. & vetus registri liber.

e De hoc canone diversos legisse & diversas sententias invenisse, editus liber registri. *De hoc in canonibus diversas te legisse, divisasque sententias*, vetus liber aptius. *De hoc canones diversos te legisse, diversasque sententias*, Burchard. & Ivo. *De hoc canonum diversorum te legisse diversas sententias*, Grat.

f Ut sicut minorem major præcedit in honore, ita & in crimine registr. edit. *ut qui minor est, major ei præcedat; sed sicut honore, ita & crimine*, vetus lib. *ut quia minorem &c.* Burch. cetera ut Raban. *præcedit honore, ita sit in crimine*. Ivo in Panorm. cetera ut registr. Idem in decr. ut Raban. *præcedit honore, ita etiam crimine*, Grat. cetera ut registr.

g Augustin. apud Paleam cap. 24. dist. 50. Hæc melius apud Burch. & Ivonem in decr. & Rabanum sunt, quam apud Grat. d. cap. 16. & Ivo in Panorm.

h Sic etiam Burch. & Ivo in decr. *curare aliena*, registr. *i* Ad Rom. 8.

k Ovem perditam, nonaginta novem non errantibus scribe.

l Cur post pœnitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non revocentur? registr. edit. *post pœnam*, vetus liber. *cur iste post pœnitentiam ad ecclesiæ ministerium non revocetur?* Burch. *cur lapsus post pœnitentiam ad ministerium non revocetur?* Ivo in decr. *lapsus non revocetur*, Grat. cetera, ut Burch. Addit solus Grat. *sicut in Apocal. dicitur de ministro ecclesiæ* „ Memento, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac". *Apocal.* 2. Hæc invenies in Isidori epist. de qua postea.

uale delictum admittere, ſine quo non multi, ſed pauci inveniuntur, aut Dei filium timendo negare? [a] *in quo peccato ipſum beatum principem Apoſtolorum Petrum, ad cujus nunc corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus: ſed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data: quia illum ab apoſtolatu non dejecit, qui ante ſe ipſum negare prædixit. Tibi hæc, fili cariſſime, dicta ſufficiant, ut illum, quem conſpicis delicta fletu delere, in conſpectu Divinitatis non dubites miſericordiam conſequi: quia nullum peccantem reverſum deſpicit* (b), *qui peccatores ſanguine ſuo redimere venit.*

Hinc etiam & beatus Auguſtinus ad Petrum (c) diaconum de Fide ſcribens ait: *Omni homini in hac vita eſſe poteſt utilis pœnitentia, quam quocumque tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annoſus, ſi toto corde renuntiaverit peccatis præteritis, & pro eis in conſpectu Dei non ſolum corporis, ſed etiam cordis lacrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operibus diluere curaverit, omnium peccatorum indulgentiam non habebit. Hoc enim nobis Dominus Prophetico promittit eloquio, dicens* (d) „ Si converſus ingemueris, ſalvus erit “. *Et alio loco dicitur:* „ Filii, peccaſti, ne adiicias iterum, ſed & de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur “. *Numquam peccanti eſſet indicta pro peccatis deprecatio, ſi peccanti* (e) *non eſſet remiſſio concedenda. Sed etiam pœnitentia peccatori tunc prodeſt, ſi eam in eccleſia catholica gerat, cui Deus in perſona beati Petri, ligandi, ſolvendique tribuit poteſtatem* (f) *Matth. XVI. dicens* „ Quæ alligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæ ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis “. *In quacumque igitur homo ætate veram peccatorum ſuorum pœnitentiam egerit, & vitam ſuam Deo illuminante correxerit, non privabitur indulgentiæ munere, quia Deus ſic per Prophetam dicit* (g): „ Nolo mortem morientis, tantum ut revertatur a via ſua mala, & vivat anima ejus “. *Verum tamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei, in ſuis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare. Tales enim, qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligunt, & ſibi a Deo indulgentiam repromittunt, nonnumquam ita præveniuntur repentino Dei furore, ut nec converſioni tempus, nec beneficium remiſſionis inveniant. Ideo unumquemque veſtrum* [h] *ſancta Scriptura benigne præmonet dicens* (i): „ Ne tardaveris converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira ejus, & in tempore vindictæ diſperdet te “. *Dicit etiam beatus David:* „ Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra “. Pſam. 94. *Cui quoque beatus Paulus concordat his verbis:* „ Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum, incredulitas (k) diſcedenti a Deo vivo, ſed adhortemini (l) vos ſemetipſos per ſingulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati “. Hebr. 3. *Obdurato igitur corde vivit* [m] *ſive qui non convertitur, deſperans de indulgentia peccatorum: ſive qui ſic miſericordiam Dei ſperat, ut uſque in finem vitæ præſentis in ſuorum criminum perverſitate remaneat. Proinde diligentes miſericordiam Dei, metuenteſque juſtitiam, nec de remiſſione peccatorum deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſcientes, quia illa omnium hominum debita ſit exactura æquitas juſtiſſimi judicis: quæ non dimiſerit miſericordia clementiſſimi Redemptoris. Sicut enim miſericordia ſuſcipit, abſolvitque converſos: ita juſtitia repellet, & puniet obduratos. Hi ſunt qui peccantes in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſæculo, neque in futuro remiſſionem accipient peccatorum.*

Nam de hoc Iſidorus (n) Hiſpalenſis Epiſcopus ad inquiſitionem Maſſionis Epiſcopi [o], ita reſcripſit dicens: *Verum quod ſequenter* (p) *in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit, nulla eſt in hujuſmodi ſententiis decretorum di-*

a Sic etiam Burch. & vetus regiſtri liber. *jurejurando negare*, editus, & Ivo in panorm. & Grat. *negare*, idem Ivo in decret.

b *Quia ille peccatorem reverſum non deſpicit*, regiſtr. edit. *peccantem*, vetus liber. Burchardus, ut Rabanus, & Ivo utrobique.

c Sic etiam Burch. d. lib. 19. d. cap. 43. ſed is liber creditur non eſſe B. Auguſtini, ſed Fulgentii: hæc autem verba ſunt cap. 3. refert etiam Ivo parte 15. cap. 57. decr.

d *Si converſus fueris, & ingemueris* Fulg. & Burch. Ivo. Vide Eſ. 30.

e *Si deprecanti*, Fulg. & Burch. & Ivo. f Scribe, *Matth.* 16.

g *Quia Deus, ſicut per Prophetam dicit, non vult mortem peccatoris, ſive morientis, ſed magis ut &c.* Fulg. *Quantum ut* pro *ſed magis ut*, Burch. & Ivo; cetera, ut Fulgent. Vide Ezech. 33.

h *Noſtrum* pro *veſtrum*, Fulg. Burch. & Ivo. i Eccleſ. 5.

k *Cor malum incredulitatis*, Fulg. Burchard. & Ivo. l Fulg. & alii.

m *Vivit corde*, Burch. *Obdurato ergo vivit corde*, Ivo. *Obduratus igitur vivit*, Fulg.

n Sic etiam Burch. d. cap. 43. & Ivo d. cap. 57.

o *Maſſionis Epiſcopi*, Burch. & Ivo. *Maſſanum* appellat Grat diſt. 50. cap. 28. DOMINO. *Maſonem* 3. q. 2. cap. 11. HOC IPSUM. quod placet *Maſſonem*, Burch. lib. 19. cap. 73. *Maſſanum*, Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 17. Panorm. *Maſſonem*, idem part. 6. cap. 297. decret. *Maſonem*, part. 15. cap. 86. & liber Tarraconenſis lib. 3. cap. 84. *Maſonum*, Anſelm. lib. 8. cap. 37. & Cæſaraug. lib. 8. cap. 69. Extat hæc epiſt. Iſidori ante librum ſententiarum, ſive *de ſummo bono*, in qua eſt editum, *ad beatum Maſſonum*: ſed in veteri eſt, *Maſoni Epiſcopo*.

p *Conſequenter*, eſt in veteri libro: *proſequenter* apud Burch. & Ivonem eſt *ſequenter*, & in edita epiſt. apud Anſelm. & in libro Tarrac. *conſequenter*.

diverſitas intelligenda, quod alibi legitur, in lapſu corporali (a) reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam, alibi poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hæc enim diverſitas hoc modo diſtinguitur: Illos enim ad priſtinos officii gradus redire canon præcepit, quos pœnitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel digna peccatorum confeſſio. At contra, hi, qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, etiam vindicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis accipiunt. Ergo ita eſt utraque dirimenda ſententia, ut neceſſe ſit, illos reſtaurari in loco honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem meruerunt divinæ pietatis: Hi nec immerito conſequuntur adeptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur vitæ remedium. Id enim, ne forte magis ambiguum ſit, divinæ auctoritatis ſententia confirmetur, Ezech. 16. *Ezechiel enim Propheta ſub typo prævaricatricis Hieruſalem, oſtendit, poſt pœnitentiæ ſatisfactionem, priſtinum reſtaurari poſſe honorem:* „ Confundere, *inquit*, o „ Juda; & porta ignominiam tuam “. *Et poſt paululum:* „ Et tu, *inquit*, & filiæ tuæ revertimini (b) ab iniquitate veſtra “. *Quando dixit, confundere oſtendit, poſt confeſſiones id eſſe peccati opus (c), debere quemquam [d] erubeſcere, & pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humi proſtratam demergere: pro eo, quod dignum confuſionis perpetraverat [e] opus. Deinde præcepit, ut portet ignominiam depoſitionis ſuæ, lugens cum humilitate quod peccaverat. Sic quoque revocari (f) ſecundum Prophetam ad priorem ſtatum poterit. Item Joannes Evangeliſta Angelo Epheſi eccleſiæ, inter cetera ſimile quiddam ſcripſit:* „ Memor eſto, *inquit*, unde Apoc. 2. „ cecideris, & age pœnitentiam, & prima o„ pera fac, alioquin veniam tibi, & movebo „ candelabrum tuum de loco ejus “. *In Angelo (g) eccleſiæ, præpoſitum utique, id eſt ſacerdotem oſtendit, juxta Malachiam, qui dicit:* „ Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, Malac. 2. „ & legem exquirunt de (h) ore ejus, quia An„ gelus Domini eſt “. *Præpoſitus ergo lapſus in vitium, per Evangeliſtam monetur, ut memor ſit unde ceciderit, & pœnitentiam agat, & prima faciat opera, ut non moveatur candelabrum ejus. Nam candelabrum Angeli doctrina eſt ſacerdotis; vel honor poteſtatis, quam geſtat, intelligitur, juxta quod ſcriptum eſt apud Samuelem in damnationem Heli:* „ Oculi ejus caligaverunt, nec poterat 1. Reg. „ videre lucernam Dei, antequam extingue„ retur “. *Lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate ſacerdotali pollens, juſtitiæ claritate fulgebat [i] quam extinctam Propheta aſſeruit, dum ob ſcelera filiorum, ſacerdotis poteſtatem, meritorumque lumen amiſit. Candelabrum ergo, ſive lucerna ſacerdotis, quæ intelliguntur chariſmata honoris, tunc, juxta Joannem, extinguitur, vel movetur, quando poſt delicti caſum, neglecta pœnitentia, admiſſa ſcelera non deflentur. Non enim dixit:* „ Pro eo, quod cecidiſti, commovebo can„ delabrum tuum, *ſed*, niſi pœnitentiam ege„ ris, movebo candelabrum tuum “. *Ergo quemquam præpoſitum peccantem, ſi prævenerit pœnitentia, delicti utique ſequitur & venia (k). Et Proverbiis ſcriptum eſt:* „ Qui Prov. 28. „ ab-

a Sic etiam Iſidor. & Burch. d. cap. 43. & 73. & Ivo d. cap. 397. & 57. & 86. At in veteri libro, & apud Anſelm. & in libro Tarrac. eſt: *quod alibi legitur, id eſt in canone Anquiritano, capitulo XIX. poſt lapſum corporalem.* Et in Panorm. Ivonis: *videlicet, quod in canone Anquiritano cap. XIX. legitur poſt lapſum corporalem.* Sic etiam apud Grat. Vide Ancyr. cap. 20. Græca Latinis quibuſdam cap. 19. & Martin. Bracar. cap. 77. Raban. cap. 3. huius libri.

b Sic etiam Burch. d. cap. 43. *Revertimini ad iniquitatem veſtram*, vetus liber: *Revertimini ad antiquitatem veſtram* Iſidor. in d. epiſt. & Ivo in Panorm. & d. cap. 57. & Anſelm. & liber Terrac. *tuam* pro *veſtram*, Gratian. cetera, ut Iſidor. Vide Ezech. 16.

c *Poſt confeſſionem, id eſt, peccati opus*, vetus liber. *Quod dixit, confundere, oſtendit poſt confeſſionis confuſionem, id eſt, poſt peccati opus*, Iſidor. in Epiſt. edita: *poſt confuſionem, id eſt, peccata* vetus liber. *Quod dixit, confundere oſtendit poſt confuſionis, id eſt, peccati opus*, Burch. Ivo d. cap. 57. *poſt confeſſionem*, Ivo in Panorm. cetera ut Burch. *poſt confuſionem*, Anſ. & Tarrac. cetera, ut Burch.

d *Debere quemque*, malo; ut in quibuſd. libris eſt.

e *Perpetraverit*, vetus liber. *perpetravit*, alius.

f In veteri eſt: *Deinde præcipit, ut poſt ignominiam, id eſt, dejectionem nominis ſive dignitatis, revertatur ad antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam portat, & depoſitionem ſuam lugeat cum humilitate, revocari &c.* In epiſt. edita: *Deinde præcepit, ut portet ignominiam, id eſt, dehonorationem nominis ſuæ dignitatis. Ergo dum quiſque poſt opera confuſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam depoſitionis ſuæ lugens cum humilitate portaverit, revocari &c. pro ſuæ dignitatis*, eſt in veteri, *ſive dignitatis*, cetera ut in edita. *Sicque revocari &c.* Burch. cetera, ut Raban. ſic etiam Ivo d. cap. 57. *Deinde præcepit, ut poſt ignominiam, & dejectionem ſui nominis, ſive dignitatis, revertatur ad ſuam antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam portans, depoſitionem ſuam cum humilitate luget, revocari &c.* Ivo in Panorm. *Deinde præcepit, ut poſt &c.* Anſelm. cetera: ut in primo veteri: *quiſquam* pro *quiſque* Tarraconenſ. cetera, ut in eodem veteri: *opus confeſſionis*, Grat. pro *opus confuſionis*, cetera, ut Panorm.

g Refert Burch. lib. 10. cap. 81. & Ivo parte 15. cap. 94. decret.

h Ex pro *de*, vetus liber, in quo additur vox *exercituum*: Ante verbum *eſt*: *requirunt ex ore*, habet Iſidor. in edita epiſt. *cuſtodiunt ſapientiam, & legem exquirent ex ore*, vetus epiſt. *exquirent ex ore*, habet Burch. *& exercituum eſt*: *requirunt ex ore*, Ivo d. cap. 94. *& exercituum eſt.* In libro Tarracon. ut in primo veteri.

i *Luce juſtitiæ, & caritatis fulgebat*, vetus epiſt.

k *Si prævenerit pœnitentia delicti, utique ſequitur & reparatio meritorum*, vetus liber: *ſi prævenit pœnitentia delicti, utique ſequitur reparatio meriti*, Iſid. in epiſt. edita: *præveniret*, vetus & *ſequeretur meriti* pro *meritorum*. Anſelm. cetera, ut prior vetus, ſic etiam liber Tarrac.

„ abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui confeſſus fuerit, & relinquerit ea, miſericordiam „ conſequetur". *Nam & ipſum quod canonum cenſura* (a) *poſt ſeptem annos remeare pœnitentem in ſtatum priſtinum præcepit, non hoc electione proprii arbitrii ſancti Patres, ſed potius en ſententia divini judicii ſanxerunt.*
Num. 12. *Nam legitur, quod Maria ſoror Aaron Propheteſſa, dum ob detractiones* (b) *adverſus Moyſen incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ perfuſa eſt. Cumque peteret Moyſes, ut emundaretur, præcepit eam Dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emundationem rurſus eam in caſtra admitti* [c]. *Maria ergo ſoror Aaron caro intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita ſordidiſſimis cogitationum* (d) *contagiis maculatur* (e), *extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt, extra collegium ſanctæ Eccleſiæ ſeptem annis projiciatur, ubi poſt emundationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiet meritum* [f]. *Ecce in quantum valuimus, concilii antiquam plane, & plenam auctoritate ſententiam, ſacris teſtimoniis explanavi, oſtendens, eum poſſe reſtaurari proprio honore* (g), *qui per pœnitentiæ ſatisfactionem novit propria delicta deflere: eum vero non poſſe reſtaurari, qui nec luget quæ egit, & luenda ſine ullo pudore religionis, vel timore judicii divini committit* (h). *In fine autem epiſtolæ* (i) *hoc adiiciendum putavi, ut quotieſcumque in geſtis conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius magis teneatur ſententia, cujus antiquior, & potior exiſtit auctoritas* (k).

In concilio igitur Ilerdenſi [l] cap. V. *de his, qui altario ſerviunt, ſi ſubito carnis* (m) *fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne pœnituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti ſacrificium Deo offerant, maneat in poteſtate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiori tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare, ita tamen, ut ſic officiorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod ſi iterato velut canes ad vomitum reverſi fuerint* [n], *non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem niſi in exitu non percipiant.*

Item in concilio Carthaginenſi cap. XXVII. (o) ſcriptum eſt, quod presbyteri, & diaconi in graviori culpa convicti, manus impoſitionem tamquam laici nequaquam ſuſcipiant: *Confirmandum eſt, ut ſi quando presbyteri, vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a miniſterio neceſſe ſit removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus laicis* (p) *imponatur: neque permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.*

CAPUT II.

De inceſtis conjunctionibus.

DE inceſtis conjunctionibus in concilio Agathenſi cap. LXI. ita ſcriptum eſt: *Ince-*

a Refert Burch. lib. 19. cap. 82. Ivo part. 6. cap. 398. & part. 15. can. 95. decr.

b *Obtrectationibus* vetus liber, & Tarrac. *obtrectationes*, Iſid. in epiſt. & Burch. & Ivo d. cap. 95. & Anſelm. *detractiones*, Ivo d. cap. 398. & Grat.

c Sic etiam Grat. *in caſtris admitti*, vetus liber, & epiſt. Iſidori, & Anſ. & Tarrac. *caſtris reverti*, Burch. & Ivo d. cap. 95. *intra caſtra admitti*, Ivo d. cap. 398.

d Sic Ivo d. cap. 398. & Grat. *corruptionum*, vetus liber, & Iſidor. in epiſt. & Burchardus & Ivo d. cap. 95. & Anſelm. & Tarrac.

e Sic etiam Iſidor. & Anſelm. & Tarrac. *maculatur contagiis*, Grat. *maculatur erroribus*, Burch. & Ivo d. cap. 95. *illecebris maculatur*, d. cap. 398. & in marg. *contagiis*.

f *Valui, concilii Anquiritani antiquam &c.* vetus liber, & Ivo in Panorm. & Anſ. & Tarrac. *valui conſilio, antiquam &c.* Iſid. in epiſt. edita: *valui concilii Anquiritani plene auctoritatem*, vetus: *Ancyritani* Gratian. d. cap. 28. *& plenam auctoritatem*, cetera, ut prior vetus. Verba Ancyrani concilii, quæ ſuſpicor Iſidorum vidiſſe, ſunt hæc: *Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus.* Vid. cap. 3. Rabani.

g *In proprio ordine*, vetus liber, & Ivo in Panorm. & Anſelm. & Tarraconenſ. *in proprio gradu* Grat. *oſtendens eum proprio honori poſſe reſtaurari.* Iſid. in epiſt.

h *Qui vero nec luget, quæ geſſit, ſed lugenda &c. divini judicii committit, eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari*, vetus liber, & Anſelm, & Tarraconenſ. *geſſit*, pro *egit*, Iſidor. in epiſt. cetera, ut Raban. *qui vero negligit, nec luget, quæ geſſit, nec lugenda &c. committit, eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurare cognoſcas*, Ivo in Panorm. *& lugenda &c. divini judicii committit &c. reſtaurari cognoſcas*, Gratian. cetera, ut Ivo.

i *Hujus* addit vetus lib. & Iſidor. in epiſt. & Ivo in Panorm. *hujus epiſtolæ*, Anſelm. & Tarrac. & Grat.

k *Illa quippe teneatur opinio, cujus antiquior, aut potior extat auctoritas*, vetus liber: *illius concilii magis teneatur ſententia, cujus aut antiquior, aut potior extat auctoritas. Data prid. Kal. Mart. anno tertio Witerici Regis.* Iſid. in epiſt. *cujus antiquior, aut potior exiſtat auctoritas*, Ivo in Panorm. cetera, ut Iſid. exceptis *Data &c. extat* pro *extitit*, Ivo d. part. 6. cap. 398. cetera ut Raban. *illius concilii teneatur ſententia, cujus antiquior, aut potior extat auctoritas*, Anſ. *maius teneatur*, Tarrac. cetera, ut Anſ. *illius concilii ſententia magis teneatur &c. & potior &c.* Gratian cetera ut Anſelm.

l Rabani verba ſunt, vox *igitur* ſupervacanea eſt; pro *de his qui*, ſcribe, *Hi qui*, ex conciliis & poſt vocem *altario*, addo *Dei*. Refert Burch. lib. 10. cap. 74. & Ivo part. 15. cap. 87. decr. & Grat. diſt. 50. cap. 31. HI QUI. & 15. q. 8. cap. 2.

m *In flenda carnis*, concil. *flenda carnis*, Burchard. & Ivo.

n *Et veluti ſues in volutabris luti jacuerint*, additur in concil. *immerſi* pro *luti*, habet Burch. & Ivo. Vide Prov. 26. & 2. Pet. 2.

o Sumitur ex Corpore canonum: idem numerus eſt in concil. Græcis, at in Latinis eſt cap. 11. concilii Carthag. V. Refert Capitulare Caroli, & Ludovici lib. 5. cap. 66. Burch. lib. 19. cap. 72. Ivo part. 15. c. 85. decr. Anſelm. lib. 11. cap. 29. & Grat. diſt. 50. cap. 65. CONFIRMANDUM.

p *Pœnitentibus tamquam fidelibus laicis*, Corp. can. & concil. & Burch. & alii.

cestis conjugiis [a] *nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos* (b) *vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est: Hos enim esse censemus: Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit* (c). *Si quis fratris germanam* [d] *uxorem acceperit. Si quis novercam duxerit. Si quis consobrinæ suæ* [e] *se sociaverit. Quod ita* [f] *præsenti tempore prohibemus, ut ita* (g) *ea, quæ sunt ante nos constituta, non dissolvamus. Si quis relictæ* (h), *vel filiæ avunculi misceatur, aut patris* (i) *filiæ, vel privignæ suæ concubitu polluatur* (k). *Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt* [l] *incundi melioris conjugii libertatem.*

Item de eisdem in concilio Aurelianensi cap. XIV. [m] scriptum est: *Ne frater super torum defuncti fratris ascendat. Ne* (n) *quisquam, amissa uxore, sorori audeat sociari. Quod si fecerit, ab ecclesiastica districtione feriatur.*

Item de eisdem in concilio Ilerdensi cap. IV. (o) ita dictum est: *Qui se incesti pollutione commaculant; placuit, quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia permittantur* (p), *cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apostolus jussit, oportet.*

Item de his in Ancyrano conc. c. XXIV. (q) ita scriptum est: *Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, & gravidam reddidit, post modum desponsatam sibi duxit uxorem, illa vero, quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi, qui fuerunt conscii, post decennem satisfactionem jussi sunt* [r] *suscipere gradus pœnitentiæ constitutos.*

Item in Neocæsariensi concilio cap. II. [s] ita dictum est de his, quæ duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores uxores acceperint: *Mulier, si duobus fratribus nupserit, abiiciatur usque ad mortem. Veruntamen in exitu propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis, hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur* (t). *Quod si defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti* (u).

Item de his, qui duabus sororibus copulantur, in Elibertano concilio cap. LXI. (x) ita scriptum est: *Si quis post obitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstinere nisi forte velocius dari pacem, necessitas coegerit infirmitatis.*

Item de muliere, quæ duos fratres sumit in conjugio, vel vir, qui duas sorores habuerit, in concilio Martini Episcopi cap. LXXVIII. (y) ita scriptum est: *Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores duxerit* [z], *a*

a De incestis conjunctionibus nihil &c. concil. & Burch. lib. 7. c. 4. & Ivo part. 9. c. 40. decr. & Ans. lib. 11. c. 82. & Grat. 35. q. 2. c. 8. DE INCEST. *Incestis conjunctionibus nihil*, Capitul. lib. 7. c. 200. in addit. Sic etiam est in concil. Epaunens. c. 30. quod refertur in concil. Turonens. a. c. 22. *De incestis conjunctionibus sicut a sanctis Patribus institutum est, nihil &c.* Arelatens. sub Carolo cap. XI. *De incestis autem conjunctibus unde multimodis fines regionis nostræ circumquaque instigante diabolo polluuntur, secundum Agathens. concilium cap. 61. nihil &c.* Coloniens. sub Carolo 3. cap. 6.

b Vidend. Gregor. lib. 12. epist. 31. registr. Ivo parte 9. cap. 25. & 26. decr. Anselm. lib. 10. cap. 71. in addit. cap. 40. in Rom. Capitular. d. cap. 200.

c Sic etiam Epaun. & Turon. & Arel. *polluerit*, concil. Agathens. & Ivo d. cap. 25. & Grat.

d Sic etiam Arelatens. *frater* pro *fratris*, concil. & Ivo, & Gratian. Neutrum Epaun. *Si quis insuper germanam*, Turon.

e Si quis consobrinæ, sobrinæque se sociat, ab ecclesia segregetur, Turon.

f Hæc clausula ponitur in concil. Agathens. ante clausulam, *Sane quibus &c.* in fine hujus capitis, sed in Epaun. hoc loco: *Quod ut a præsenti &c.* & in Turon.

g Ut ea, concil. Agath. *in ea*, Epaun. & Turon. *h Relicta*, Epaun. & Turon.

i Sic etiam Arelat. *patrui* pro *patris* concil. Agath. & Ivo. *aut patrui*, Epaun. & Turon.

k Sic etiam Epaun. & Turon. & Arel. *aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit uxorem quos omnes & olim, atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare præcipimus.* concil. Agath. In Arelat. post vocem *polluatur*, est: *vel si quid est hujusmodi, quod & hic adnotare longum est &c.* Apud Ivon. ut in Agath. usque ad verbum *polluat*, pro quo est, *polluerit, aut duxerit uxorem.*

l Non habebunt, Epaun. sed in Turon. refertur idem Epaun. sine negatione.

m Sic est in collectione Isidori Mercatoris in Coloniens. cap. XX.

n Ne se quisquam amissæ uxoris sorori audeat sociare, Concil.

o Exstat in concil. & refert concil. Colon. sub Carolo 3. cap. 6. & Burch. lib. 7. cap. 3. & Grat. 35. q. 2. cap. 9. DE HIS. *p Admittantur*, Concil. Ilerd. & Colon. & Burch. & Grat.

q Ea interpretatione Dionysii Exigui, ut constat ex Corp. canonum. Græcis est caput XXV.

r Jussi sunt suscipi secundum gradus, Corp. can. sic etiam est Græce.

s Dionysii etiam interpretis verba sunt in Corp. canonum, & in concilio Triburiens. cap. 44. Refert etiam Burch. lib. 17. c. 1. & Ivo part. 9. c. 67. decr. & Anselm. lib. 11. c. 95. Vidend. Mart. Brac. cap. 80. da quo postea. *t Et communio ei concedatur*, addit.

u Episcopus vero potestatem habeat, secundum conversationem ipsius, aut adiicere negligenti, aut minuere pœnitenti. Tamen ulterius continens, & a viro disjuncta permaneat, addit Tribur.

x Extat in conc. Sunt, qui putent, *Eliberitanum* scribendum esse. Et apud Rabanum semper est *Heliberitanum* in veteri editione. Est autem in Bœtica, non in Gallia Narbonensi hæc synodus.

y Exstat in collectione Martini Episcopi Bracarens. ea synodis Orientis cap. 80. Refert Burch. lib. 17. c. 2. & Ivo part. 9. c. 68. decr. Sumitur ex cap. 2. Neocæsar. concilii, de quo supra.

z Habuerit, concil. *duxerit*, Burch. & Ivo.

communione abstineat usque ad mortem. In morte eis communio pro misericordia (*a*) *detur. Si vero supervixerint, communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto.*

Item in canone Apostolorum, cap. XIX. (*b*) scriptum est: *Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.*

CAPUT III.

De his, qui adulterium committunt.

ADulterium autem non solum lex damnat, sed etiam evangelica auctoritas omnino fieri vetat. Unde & sancti Patres cælesti magisterio imbuti, de hoc quid servandum sit, sanciverunt. Nam in Ancyrano concilio cap. XVIII. [*c*] ita scriptum est: *Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentiam agentem, oportet eum persequi* [*d*] *secundum pristinos gradus* [*e*].

Item in Africano concilio cap. XXX. (*f*) de his, qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut sic maneant, scriptum est: *Placuit, ut secundum evangelicam, & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri conjungatur, ut ita maneant* [*g*], *aut sibimet reconcilientur, quid si contempserint, ad pœnitentiam redigantur: in qua causa legem imperialem petendam promulgari.*

Item in decretis Innocentii Papæ cap. XXIV. [*h*] scriptum est, quod viri cum adulteris non conveniant. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur, virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

Item in ejusdem decretis cap. XXVII. [*i*] scriptum est, quod hi, qui, intercedente repudio, divortium pertulerunt, si se aliis nuptiis adjunxerint, adulteri esse monstrentur: *De his etiam requisivit dilectio tua, qui intervenien te repudio, alii se matrimonio copularunt: quos in utraque parte adulteros esse manifestum est.* Qui vero vel uxore vivente quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri: in tantum etiam, ut hæ (*k*) personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur: secundum illud, quod legimus in Evangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur. Similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Et ideo omnes a communione [*l*] abstinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur.

In concilio quoque Elibertano cap. IX. [*m*] de fœminis, quæ adulteros maritos reliquerunt, & alius nubunt, scriptum est: *Fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit non prius accipiat communionem, nisi quem* (*n*) *reliquit, de sæculo exierit: nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.*

CAPUT IV.

De his, qui mœchantur.

ITem in concilio Elibertano cap. XXX. [*o*] de mœchis scriptum est: *Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati, eo quod per subreptionem ad altiorem gradum promovebantur* (*p*): *si qui sunt in tempore præterito ordinati, amoveantur.*

Item

a Non sunt in conc. Habet Burch. & Ivo, *qui habent, viaticum accipiant, pro illis, eis communio detur.*

b Ex Dionysii interpretatione in Corpore canon. Idem numerus est in Græcis conciliis.

c Cap. XIX. est in Corpor. can. & verba sunt Dionysii interpretis. Græcis est cap. XX. & in collectione Isidori Mercatoris. Vidend. Martin. Bracar. c. 77. & quæ dicta sunt c. 1. Rabani ex Isidoro.

d *Pœnitentis, oportet eum perfectionem consequi*, Corp. can. *perfectioni reddatur*, Isidor. Mercat. δοκεῖ αὐτὸν τὸ πλεῖον τυχεῖν, Isidorus in epist. ad Masonem de clericis lapsis, ut restituantur peracta pœnitentia putat canonem censuisse. Ego mentionem clericorum nullam video.

e Κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας: gradus pœnitentiæ interpretor, non ordinem, aut dignitatem. Vid. Greg. Thaum. Ut perinde sit, ac si diceret, *per gradus ad plenam communionem perveniat*, sic part. 21. ejusd. concilii, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους πληρῶται, ut in veteri libro est, & Tribut. cap. 54. Adde cap. 23. ejusd. Ancyr.

f Sic est in Corp. canon. In concilio Milevit. 17. In Carthagin. Græco cap. CV. Refert Burch. lib. 9. cap. 64. & Ivo parte 8. c. 200. decr. & Ans. lib. 10. c. 15. & Grat. 32. q. 7. c. 5. PLACUIT.

g *Sed pro ut*, Corp. can. & concil. & Burch. & alii. ἀλλ' ἤ, *aut*, Græce.

h Sic est in corpore canon. At in conciliis *epist. III. c. IV. ad Exuper. Tolosan. Episcopum.* Refert Gratian. 32. q. 5. cap. ult. *i* Scribe XXVI. ut est in Corpor. can. ex ead. epist. 3. c. 6. in concil.

k *In tantum, ut etiam hæ*, Corp. can. & conc. *l* *Fidelium*, addit Corp. can. & conc.

m Sic est in concil. Refert Burch. lib. 9. cap. 63. Ivo part. 8. cap. 199. decr. Anselm. lib. 11. cap. 92. & Grat. 32. q. 7. cap. 8. FIDELIS. *n* *Quamvis quem*, conc. & Burch. & alii.

o Est in concil. cum aliqua varietate.

p *Eo quod post modum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus*, concil.

Item in eodem concilio cap. XXXI. [a] de adolescentibus, qui post lavacrum mœchantur, scriptum est: *Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti.*

Item in eodem concilio capit. XLII. (b) de eo, qui uxorem habens sæpius mœchatur, scriptum est: *Si quis fidelis habens uxorem, non semel sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere cum de communione pacis.*

Item in eodem concilio cap. XIII. (c) de virginibus Deo sacratis, si adulteraverint: *Virgines, quæ se Deo dicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid admiserint* (d), *placuit, nec in finem* (e) *eis dandam esse communionem. Quod si semel persuasu suo* [f] *ab infirmi corporis lapsu post commissa vitia tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, ut abstineant* (g) *se a coitu, placuit, eas in finem communionem accipere debere.*

Item in eodem concilio cap. XIV. [h] de virginibus sæcularibus si mœchatæ fuerint, scriptum est: *Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eos, qui easdem violaverint, duxerint, & tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sunt, placuit, post quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem oportere.*

Item in Ancyrano concilio cap. XVIII. (i) de his, qui virginitatem professi sunt, & de his, qui sub sororis habitu cum aliquibus commorantur, scriptum est: *Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeantur. Virgines autem, quæ conveniunt cum aliquibus tamquam sorores habitare, prohibemus.*

CAPUT V.

De his, qui sacris virginibus se sociant, & de virginibus velatis, si mœchatæ fuerint.

Item in decretis Gelasii Papæ cap. XX. (k) de his, qui se sacris virginibus sociant, & fœdera incesta committunt (l), quod communicare non possint, nisi forte publicam pœnitentiam gesserint, dictum est: *Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera, sacrilegaque miscere: quas protinus* (m) *æquum est a sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi, aut his certe* (n) *viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negetur.*

Item in decretis Innocentii Papæ cap. XX. (o) de virginibus non velatis, si deviaverint, scriptum est: *Hæ vero, quæ nec dum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverant permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint his agenda aliquanto tempore pœnitentia est; sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, quomodo solvi sine vindicta poterit?* [p] *Nam si Apostolus Paulus illas, quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixerat habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem frangere sunt conatæ?* (q)

CA-

a Sic est in concil. b In conciliis est cap. XLVII.

c Sic est in concil. Refert synodus Coloniens. sub Carolo 3. cap. 6. & Magunt. 3. sub Arnulfo cap. ult, & Gratian. 27. q. 1. cap. 25. VIRGINES.

d *Quid amiserint*, concil. Eliberit. & Colon. & Magunt. & Gratian.

e *Nec in fine*, Concil. Eliber. & Colon. & Magunt. & Gratian.

f *Quod si semetipsas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore &c.* Concil. & in marg. *persuaserunt* pro *pœnituerint*. In veteri libro est: *Quod si semel persuasæ, aut infirmi corporis lapsu vitiatæ toto tempore &c.* quod etiam est in Colon. synodo: *Quod si semel persuasæ, ad infirmi corporis vitia lapsæ, toto tempore &c.* Magunt. & in marg. *lapsu vitiatæ. Quod si sibimet persuaserint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore &c.* Grat.

g Sic colon. *Eo quod lapsa potius videantur, placuit eas in fine*, Elib. *fine* pro *finem*, Magunt. cetera ut Rab. item Grat. h Sic etiam est in conc.

i Dionysii Exigui verba sunt, ut constat ex Corp. canon. Græcis est caput 19. Refert Ivo parte 6. cap. 351. decr. & Tarrac. lib. 1. cap. 110. & Grat. 27. q. 1. cap. 24. QUOTQUOT.

k Sic etiam est in Corpore canon. & in concilio Tiburiensi *cap. XXIII. ex epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ. Cap. XXII.* in concil.

l *Incesta commiserunt*, Corp. canon. m *Quos* pro *quas*, Corp. can. & conc.

n Sic est in marg. Corp. can. *sed tamen his*, in contextu, *sed his certe*, concil.

o Sic est in Corp. can. *Ex epist. 2. c. ult. ad Victricium Rothomagens. Episcopum*, in concil. Refert concil. Turon. II. cap. 21. Burch. lib. 8. cap. 12. & Ivo par. 7. cap. 18. decr. & Gratian. 27. q. 1. cap. 2. VIDUAS. & cap. 9. HÆ VERO.

p *Pepigerunt, solvi sine vindicta non poterit*, Corp. can. & concil. & Ivo, *non potest*, Turon. cetera, ut Corp. can. *pepigit, solvi sine vindicta non poterit*, Grat. d. cap. 2. *non debet*, idem cap. 9.

q Sic etiam Corp. can. & Burch. *fidem minime servaverunt*. Innoc. in concil. & Grat. d. cap. 9.

CAPUT VI.

De his, qui irrationabiliter fornicantur.

IN concilio Ancyrano cap. XV. (*a*) de his, qui fornicantur irrationabiliter, id est, qui miscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur, scriptum est: *De illis, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communione durantes: tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, quales tempore pœnitudinis extiterint: & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum, in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes, & trascendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.*

Item in eodem, de his, qui in pecudes, vel in masculos, aut olim polluti sunt, aut hactenus hoc vitio tabescunt, cap. XVI. (*b*) scriptum est: *Eos, qui irrationabiliter vixere, & lepra injusti criminis* (*c*) *alios polluerunt, præcepit sancta synodus, inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.*

CAPUT VII.

De conjugatis, si quis eorum ductus fuerit in captivitatem.

IN decretis quoque Innocentii Papæ caput XXXVII. [*d*] scriptum est, quod si cujus uxor in captivitatem fuerit abducta, & alteram maritus acceperit, revertente prima, secunda mulier debet excludi. Innocentius Probo scripsit: *Conturbatio procellæ barbaricæ facultati legum intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium, & Ursam, captivitatis incursus fecerat vacuum, nisi sacræ religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius memoratus inisse cognoscitur: sed favore Domini reversa Ursa, nos adiit, & nullo diffidente* [*e*], *uxorem se memorati esse perdocuit: Quare domine fili, merito illustris, statuimus, Fide catholica suffragante, illud esse conjugium, quod erat primitus divina gratia fundatum: conventumque secundæ mulieris, priore superstite, nec divortio rejectæ* (*f*), *nullo pacto posse esse legitimum.*

CAPUT VIII.

Quod aliud sit uxor, aliud concubina, & quod non sit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecta, uxor assumitur.

IN decretis Leonis Papæ cap. XIX. (*g*) scriptum est, quod aliud sit uxor, & aliud concubina: nec erret, quisquis filiam suam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam (*h*): *Non omnis mulier viro juncta uxor est viri, quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales: & multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus* [*i*], *ad manifestandum harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ:* „ Ejice ancillam, & filium ejus, non „ enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo „ Isaac ". *Unde cum societas* (*k*) *nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem haberet in se Christi* (*l*), *& Ecclesiæ sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur, nuptiale non fuisse mysterium*

a Sic est in corpore canone, ex interpretatione Dionysii, & in Pœnit. Romano tit. 3. cap. 16. Est autem Græcis caput XVI. Refert Burchard. lib. 17. cap. 30. Ivo parte 9. cap. 88. decret. Anselm. lib. 11. cap. 96. Vide notas d. cap. 16.

b Sic etiam est in Corp. canon. ex ejusd. Dionysii interpretatione, Græcis est cap. XVII. Refert Burch. lib. 17. cap. 31. & Ivo part. 9. cap. 89. decr. Vidend. Martin. Bracar. c. 82.

c *Injusti* pro *inulti*, corp. can. & Burchard. & Ivo.

d Idem numerus est in Corp. canon. *ex epist. IX. ad Probum* in concil. Refert Ivo lib. 6. tit. 6. cap. 4. Panorm. & part. 8. cap. 245. Decr. & Grat. 34. q. 1. c. 2. CUM IN CAPTIVITATE.

e Sic Ivo in Panorm. *diffitente*. Corp. canon. & conc. & Ivo in decr. & Grat.

f *Ejecta*, Corp. canon. & in marg. *ejecta*, aptius. *Ejecta*, conc. & *ejecta*, Ivo utrobique & Grat.

g *Cap. XVIII.* est in Corpore canon. & in concil. Triburiens. *cap. XXXVIII. ex epist. Leonis IX. ad Rusticum Narbon. Cap. IV.* in concil. Refert Burch. lib. 9. cap. 1. & Ivo lib. 6. tit. 2. cap. 1. Panorm. & part. 8. cap. 139. decr. & epist. 240. ad Ebroicens. Episcopum, & Anselm. lib. 10. c. 57. in addit. & Cæsaraug. lib. 10. cap. 16. & Gratian. 32. q. 2. cap. 12. NON OMNIS.

h Sic est in conc. *concubinam habenti*, Corp. can. & Burchard. *i* Ad Galat. 4.

k Refert Ivo lib. 6. tit. 1. cap. 21. Panorm. & part. 8. cap. 74. decr. & Cæsaraug. lib. 10. cap. 40. & Grat. 27. q. 2. cap. 17. CUM SOCIETAS.

l Sic in conc. & Burch. & Ivo d. cap. 129. *quæ haberet in Christi*, Corp. can. *non habent in se nuptiæ conjunctionis Christi*, Ivo d. cap. 21. *haberet etiam in se Christi*, Ivo d. cap. 74. & Cæs. *non habeant*, Grat. cetera, ut Ivo, d. cap. 21.

rium (a). Igitur cuiuslibet loci clericus (b), si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, nisi forte illa mulier, & ingenua facta & dotata legitime, & publicis nuptiis honesta videatur: paterno (c) arbitrio viris iunctæ carent culpa, si mulieres, quæ a viris habeantur [d], in matrimonio non fuccurrunt, quia aliud est nupta, aliud concubina.

Item in ejusdem decretis cap. XX. (e) scriptum est, quod non sit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecti, uxor assumitur: *Ancillam a thoro abiicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugii, sed profectus est honestatis. Culpanda fit (f) sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris exhortationibus incitati: quod necessariæ expetiverunt, fideliter exequantur. Nemo enim [g] desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est; quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiori perficitur [h]: in matrimonio videtur esse.*

CAPUT IX.

De eo, qui uxorem capti sortitus est in matrimonium.

ITem in decretis Leonis Papæ cap. LXIII. [i] scriptum est, quod non videatur esse culpabilis, qui uxorem capti sortitus est: *nec tamen culpabilis iudicetur, & tamquam alienı iuris persuasor habeatur, qui personam eius mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: & tamen plenum iustitiæ est, ut iisdem reversis, propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel agris aut etiam in domibus, ac possessionibus rite servatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.*

CAPUT X.

De illo, qui concubinam super uxorem habebit.

IN Toletano concilio cap. VII. (k) scriptum est de eo, qui uxorem habet, si concubinam habuerit, quod non communicet: *Si quis habens uxorem fidelis, si concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habeat, a communione non repellatur: tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus. Alias vero vivens, abiiciatur donec desinat, & ad pœnitentiam revertatur.*

CAPUT XI.

De parricidio, & his, qui partus suos necant.

PArricidium autem, quam sit detestabile crimen, in judicio facto inter Caim, & Abel fratrem suum, Dominus ipse ostendit, eum ad Caim parricidam ait: *Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Fructus ejus: *Vagus, & profugus eris super terram.* In quo etiam posuit signum, hoc est, ut tremens, & gemens profugus semper viveret, nec auderet jam usquam sedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi discurrunt per diversa loca, & variis vitiis, atque gulæ illecebris deserviunt, melius mihi videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia districta semetipsos castigent, si forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra, militiæ cingulum sumere, & nuptiis, atque conjugii copula uti, quia sacri canones hoc eis non consentiunt; sicut modo de pœnitentibus pro culpis gravium criminum decreta synodalia decernere, ostensuri sumus.

Itaque in Ancyrano concilio cap. XX. (l) scriptum est de his, qui (m) partus suos ex fornicatione diversis modis interimunt: *De mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfinos gradus pœnitentiæ largiamur.*

Item in concilio Elibertano cap. LXIII. (n) scri-

a Sic etiam Corp. can. *in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium*, conc. Burch. ut Rab. & Ivo d. cap. 81. & d. cap. 139. & 74. & Anselm. & Cæs. *ministerium*, Grat. cetara ut Raban.

b Sic etiam conc. & Anselm. & Grat. & Corp. can. sed in marg. *laicus. Si quis*, Trib. *laicus*, Burch. & Ivo in Panorm. & in decr.

c Sic conc. & Grat. *quia paterno*, Corp. canon. & Burch. & Ivo in Panorm. & in decr.

d *Habeantur*, Corp. can. & conc. & Burch. & Ivo in decr. & Grat. *habeantur*, Ivo in Panorm.

e *Cap. XIX.* est in Corpore canonum, *ex d. epist. 90. cap. V.* in conc. Refert Grat. 32. q. 2. cap. 11. ANCILLAM. f Sic Grat. *est pro sit*, Corp. can. & conc. g Refert Grat. de pœnit. dist. 4. cap. 1.

h Hæc non sunt in Corp. can. neque in conc. neque apud Grat. & aliena sunt.

i Sic etiam est in Corp. Canon. *Ex epist. 77. cap. 2. ad Nicetam Aquilejens. Episcopum*, in concil. Refert Burch. lib. 9. cap. 56. & Ivo lib. 6. tit. 6. cap. 2. Panorm. & part. 8. cap. 191. & 244. decr. & Ans. lib. 10. cap. 22. & Cæsar. lib. 10. cap. 67. & Tarrac. lib. 4. cap. 49.

k *Cap. XVII. Toletani primi* est in conciliis. Refert Ivo lib. 6. tit. 3. cap. 6. Panorm. & parte 8. cap. 64. decr. & Grat. dist. 34. cap. 4. IS QUI.

l Sic est in Corpore canon. ex Dionysii interpretatione cap. XXI. at Græcis. Refert Burch. lib. 17. cap. 54. Ivo parte 8. cap. 314. & parte 10. cap. 81. decr. & Anselm. lib. 11. cap. 40. liber Tarrac. lib. 5. cap. 32. & Pœnit. Rom. tit. 1. cap. 28. Vidend. Martin. Bracar. cap. 78. Magunt. sub Rab. cap. 21.

m Sic est in Corp. can. *quæ pro qui*, malo. n Sic est in concil. Refert concil. Magunt. sub Raban. c. 21. Burchard. lib. 17. cap. 51. & Ivo parte 9. cap. 109. decret.

ſcriptum eſt de his, quæ filios ex adulterio necant: *Si qua per adulterium abſente marito conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit, nec in fine* (*a*) *dandam eſſe communionem, eo quod geminaverit ſcelus.*

Item in concilio Ilerdenſi cap. II. (*b*) ſcriptum eſt de his, qui aborſum faciunt, vel natos ſuos extinguunt: *Hi vero, qui male conceptus, ex adulterio factos,* (*c*) *vel editos necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur; ita tamen, ut omni tempore vitæ ſuæ, fletibus & humilitati inſiſtant* (*d*).

CAPUT XII.

De homicidiis voluntarie commiſſis.

IN concilio Neocæſarienſi cap. XXI. (*e*) de homicidiis ſcriptum eſt: *Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant, perfectionem vero circa exitum conſequantur.*

CAPUT XIII.

De homicidiis, & falſis teſtibus.

ITem in concilio Agathenſi cap. XXXIV. (*f*) de homicidiis, & falſis teſtibus ſcriptum eſt: *Itaque cenſuimus, homicidas, & falſos teſtes a communione eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.*

CAPUT XIV.

De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant, & domina, quæ per zelum ancillam occiderit.

ITem in concilio Agathenſi cap. LXII. (*g*) ſcriptum eſt de his, qui ſervos ſuos extra judicem necant: *Si quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis* [*h*] *occiderit, excommunicatione* [*i*], *vel pœnitentia biennii reatum ſanguinis emundabit.*

Item in concilio Elibertano cap. V. (*k*) ſcriptum eſt, ſi domina per zelum ancillam occiderit (*l*): *Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagris verberaverit ancillam ſuam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum ſit, voluntarie, an caſu occiderit, ſi voluntarie, ſeptem annos, ſi caſu, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirma, accipiat communionem.*

CAPUT XV.

De homicidiis non ſponte commiſſis, & illis, qui ſe excuſant quaſi inſontes ab homicidio in prælio commiſſo juſſu Principum.

IN concilio Neocæſarienſi cap. XXII. [*m*] ſcriptum eſt de his, qui non ſponte homicidium commiſerint: *De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit: ſecunda vero quinquennii tempus explere* [*n*].

Quod autem quidam (*o*) homicidium, quod nuper in ſeditione, & prælio principum noſtrorum perpetratum eſt, excuſant, quaſi neceſſe ſit, pro hoc cuilibet agere pœnitentiam, eo quod juſſu Principum peractum ſit, & Dei judicium ſemper juſtum eſt, & nulla reprehenſione dignum; de quo etiam ſcriptum eſt: *Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Qui judicat orbem terræ in æquitate, & populus in veritate ſua.* Sine quo nec paſſer cadit ſuper terram. Pſam. 44.

a Nec in fine, concil. ſed Magunt. & Burchard. & Ivo ut Raban.

b Sic etiam eſt in concil. Refert conc. Magunt. d. cap. 21. Burch. lib. 17. cap. 52. & lib. 19. part. 177. & Ivo part. 10. cap. 182. decr. & Anſelm. lib. 11. cap. 56. *c Fœtus*, conc. & Ivo *factus*, & Anſ.

d Adduntur alia in conciliis, & apud Anſ. non contemnenda.

e Sic etiam Magunt. ſub Raban. cap. 22. *Ancyrano* pro *Neocæſarienſi* ſcribendum ex corpore canonum, & ex concilio Triburienſi cap. 54. Eſt autem interpretatio Dionyſii Exigui. Refert Burch. lib. 6. cap. 13. & Ivo part. 10. cap. 142. decret. & Anſelm. lib. 11. cap. 46. Vidend. Martin. Bracarenſ. cap. 79. Epaun. 31. Triburienſi cap. 52. & 55. Troslejan. cap. 13.

f XXXVII. eſt in concilio. Eadem verba ſunt in concil. Venetic. capit. 1. & Troslejan. cap. 13. Refert conc. Magunt. d. cap. 22. Burch. lib. 6. cap. 29. & Ivo part. 10. cap. 38. & 158. decret. & Gratian. 24. q. 3. cap. 24. ITAQUE.

g Sic etiam in concil. Refert concil. Magunt. d. cap. 22. Burch. lib. 6. cap. 28. Ivo part. 10. cap. 147. decret. & Anſelm. lib. 11. cap. 55. Vide conc. Vormac. cap. 38.

h Sic etiam concil. *Judicium, qui tale quid commiſerit, quod morte ſit dignum*, Vorm. *vel judicio judicis*, Burchard. & Ivo & Anſelm.

i Sic etiam Vorm. *Ut homicidium ſponte commiſſum, lugeat*, Burch. & Ivo, & Anſelm.

k Sic eſt in conciliis, & in concilio Vormacienſ. cap. 29. & Magunt. ſub Raban. cap. 22. Refert Burch. lib. 6. cap. 20. Ivo parte 10. cap. 22. & 148. decret. Anſelm. lib. 11. cap. 35. Pœnit. Rom. tit. 1. cap. 4. & Grat. diſt 50. cap. 43. SI QUA.

l Sic Elibertan. & Magunt. & Burch. & alii *acciderit*, Vormacienſ.

m Scribendum *Ancyrano*. Sunt autem verba Dionyſii interpretis in Corpore canonum. Refert conc. Triburienſe cap. 52. & Magunt. ſub Raban. cap. 23. & Burch. lib. 6. cap. 25. Ivo part. 10. cap. 25. & 144. decret. & Anſelm lib. 11. cap. 47. ex alio interprete. Gratian. diſtinct. 50. cap. 42. EOS. Vidend. Martin. Bracarenſ cap. 70.

n Plura verba ſunt in Corp. can. & in Triburienſ. quæ Græca non habemus, neque in conc. Magunt. neque apud Burch. ſunt, neque apud Ivon. neque Anſ. neque Grat. neque Martin.

o Rabani verba ſunt.

ram. Sed nemo omnia judicia Dei penetrare
Psalm. 35. potest, quoniam scriptum est: *judicia Dei abyssus multa.* Unde oportet eos considerare, qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, utrum illos coram oculis Dei quasi innoxios excusare possint, qui propter avaritiam, quæ omnium malorum radix est, & idolorum servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium, æternum Dominum contempserunt; & mandata illius spernentes, non casu, sed per industriam homicidium perfecerunt. Nam de his legimus, qui homines non sponte interfecerunt, Deum per legislatorem urbes refugii deputasse, ad quas confugientes, salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui, & non morerentur. Inde in Deuteronomio scriptum est: *Hæc erit lex homi-*
Deut. 19. *cidæ, cujus vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, & heri, & nudiustertius nullum contra eum habuisse odium comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, & occiderit: hic ad unam urbium supradictarum confugiet, & vivet: ne proximus ejus, cujus sanguis effusus est, stimulo doloris percutiat animam ejus.* De eo vero, qui
Exod. 21. per industriam aliquem occiderit, in Exodo ita præceptum est: *Si quis de industria, & per insidias occiderit proximum, ab altari meo evellas eum, ut moriatur.* Et in Deute-
Deut. 19. ronomio: *Si quis*, inquit, *odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, & surgens percusserit illum, & mortuus fuerit, & fugerit ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & eripient eum de loco refugii, & tradent eum in manus proximi ejus, cujus sanguis effusus est, & morietur, nec misereberis ejus.* Si ergo eum, quem Dominus morte afficiendum esse judicavit, reum non esse quis dicit, quomodonam contrarius legi Dei non existit, qui hoc quod Dominus præcepit, cassum esse contendit? Videndum ergo illi est, ne forte in illo-
Ezec. 13. rum numero sit, quibus per prophetam dicitur: *Væ vobis, qui consuitis pulvillos sub omni cubito, & cervicalia ad decipiendas animas.* Et
Esaiæ 5. alibi: *Væ vobis*, inquit, *qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem: dicentes amarum dulce, & dulce amarum.* Tales ergo *mortificant animas, quæ non moriuntur, & vivificant, quæ non vivunt.* Quisquis ergo, malorum operum sine condigna pœnitentia, quemquam veniam a Deo percipere posse dixerit, penitus errat. Et cum deceptus alios decipere festinat, duplici noxa constringitur, hoc est proprii erroris, & alienæ perceptionis. Sed inter hæc sciendum, quod magna distantia est inter legitimum Principem, & seditiosum tyrannum; inter eum, qui subvertere nititur Christianæ pacis tranquillitatem, & illum, qui armis contra iniquitatem certat defendere æquitatem. De qua plurima sub lege vetere, & sub testamento novo fortium virorum inveniuntur exempla, quæ nos possunt instruere, quid de hujuscemodi facto debeamus sentire.

CAPUT XVI.

De administratoribus, & his, qui preces criminales dictant.

DE administratoribus autem, quia judicia sæcularia secundum legem majorum suorum exercent, quid sacri canones inde sentiant, facile est invenire; nam in decretis Innocentii Papæ cap. XXIII. (*a*) ita legitur: *Quæsitum est ergo super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam; de his nihil legimus majoribus definitum. Meminerant* (*b*) *enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse promissum* (*c*); *& Dei ministrum esse datum, vindicem esse in hujusmodi* (*d*). *Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Domino viderunt* (*e*) *esse concessum? De his ergo, ita ut hactenus servatum est, sic habemus* [*f*]: *ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsi* (*g*) *autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabunt* (*h*).

Item in ejusdem decretis cap. XXX. (*i*) scriptum est, quod qui preces criminales dictant, habeantur immunes: *Illud autem sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur. Utique propter* [*k*] *baptismi regenerationem a Principibus poscere mortem alicujus vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes numquam sine cognitione concedunt; sed ad judices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicetur. Quæ cum quæstori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negotii qualitate profertur. Et dum* (*l*) *legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.*

a Sic etiam est in corpore canonum, *ex epist. III. ad Exuperium Tolosan. Episcopum cap. III. in concil.* Refert Burch. lib. 6. cap. 44. & Ivo part. 10. cap. 94. decr. & Ans. lib. 13. cap. 14. & Tarrac. lib. 6 cap. 31. & Grat. 23. q. 4. c. 45. QUÆSITUM. *b* Rom. 13. *c Permissum*, Corp. can. & concil. & Burch. & alii.
d In hujusmodi vindictam. Corp. canon. *vindicem*, in marg. *vindicem pro vindictam*, conc. & Burchard. & alii *vindices*, Gratian. *e Viderent*, Corp. can. & conc. Burch. & alii *videtur*, Grat.
f Habeamus, conc. & Ivo & Tarrac. & Grat. *g Ipsis*, Corp. can. & conc. & Burch. & alii.
h Servabuntur, Corp. can. & conc. & Burch. & alii.
i Cap. XXV. in Corp. can. ex d. epist. III. cap. V. in concil. Refert Grat. d. q. cap. 46. ILLUD.
k Concedatur, utique post, Corp. can. & Grat. *concedatur, atque post*, Concil.
l Refert Ivo part. 10. cap. 94. in fine decr.

CAPUT XVII.

De populi necessario (a) commissu.

DE populi autem necessario commissu, quomodo inultum soleat præteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia (*b*) ad interrogata sespondens, ita scripsit dicens; *Prævidens ergo dilectio vestra, hactenus talia mansisse (c): & advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace etiam ecclesias constitutas non posse præsumere (d). Sed ut sæpe accidit, quoties a populis, & a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Deo judicio: de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.* Non (*e*) enim hic, ut mihi videtur, iste doctor Apostolicus dicit noo necessarium esse populo pro male commissis agere pœnitentiam, sed quod in omnes proptes multitudinem non potest vindicari, priora dimittenda Dei judicio: de reliquo maxima solicitudine præcavendum ne fiant.

CAPUT XVIII.

De furto.

DE furto vero in concilio Agathensi cap. V. (*f*) ita scriptum est: *Si clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur (g).*

Item io eodem concilio cap. XXVI. (*h*) scriptum est: *Si qui vero clerici documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare adversariis fortasse tradere damnabili, & punienda obstinatione præsumpserunt; quidquid per abstinentiam (i) documentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddant, & communione priventur, etiam qui in damno ecclesiæ impie sollicitati a traditoribus susceperint.*

CAPUT XIX.

De conjuratione, vel conspiratione.

DE conjuratione, vel conspiratione, in concilio Chalcedonensi cap. XIV. (*k*) scriptum est: *Conjurationis, vel conspirationis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere conveniet. Si qui ergo clerici (l), vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis, a gradu proprio penitus abiciantur.*

CAPUT XX.

De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

DE his vero, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant, in concilio Ilesdenti cap. VII. [*m*] ita scriptum est: *Qui sacramento se obligaverit, ut litiget (n) cum quolibet, ne ad pacem ullo modo redeat; pro periuro, uno anno a communione corporis, & sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, & fletibus, & quantum potuerit, ieiuniis absolvat. Ad caritatem [o] vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.*

CAPUT XXI.

De his, qui noxia juramenta conficiunt, quomodo pœnitere oporteat.

DE iniquo ergo juramento, & ad proximi noxam pertinente, in Toletana Synodo cap. II. [*p*] ita scriptum continetur: *Etenim dum periurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei jussa superbe contemnimus, ut proximis impia crudelitate noceamus (q), & nos ipsos crudeliori mortis gladio (r) trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo, ut eo (s) nostra pergat sententia, quo (t) misericor-* . *diæ*

a Vox *necessario*, non placet. *b* Est in Corp. canon. cap. LVI. ex epist. XXII. cap. VI. in concil. Refert Grat. 1. q. 7. cap. 14. QUOTIENS. *c Transisse*, Corp. can. & Concil.

d Sic etiam Corp. canon. *non præsumere*, concil. *e* Rabani verba sunt.

f Sic est in concil. Refert Gratian. 13. q. 2. cap. 12. CLERICI, in fine.

g Hoc est, *inter peregrinos communionem accipiat, non inter clericos ejusdem ecclesiæ.* Vide Agath. cap. 2. & Regiens. cap. 2. & Ilerdeos. cap. 16. sic laica communio est inter laicos data. Apost. cap. 15. Elibes. c. 76. & Agath. c. 50. Aurelian. c. 6. Aorel. 3. cap. 2. Syriac. epist. 1. cap. 11. Ionoc. ep. 22. cap. 4. Pelag. 2. epist. 2. Felix 3. in syn. Rom. cap. 2. Hadrian. 2. in syn. Rom. cap. 2. & in epist. lecta in synod. 8. CP. act. 7. Basil. ad Amphil. cap. 32.

h Sic etiam in concil. Refert Burch. lib. 3. cap. 183. Ivo. part. 3. cap. 156. decr. Anselm. lib. 5. cap. 76. Cæsaraug. lib. 7. cap. 99. & Gratian. 12. q. 2. cap. 33. SI QUIS. & cap. 40. SI QUIS.

i Per abstinentiam, conc. & Burch. & alii.

k Cap. XVIII. est in Corp. can. ex interpretatione Dionysii. Refert conc. Tullense post epist. synod. & Gratian. 11. q. 1. cap. 22. CONSPIRATIONUM. ex alio interpret.

l Refert Burchard. lib. 10. cap. 68. & Ivo part. 12. cap. 87. decret. & Anselm. lib. 8. cap. 16. & Pœnit. Rom. tit. 6. cap. 18. & Gratian. 12. q. 1. cap. 24. SI QUI.

m Sic est in concil. Refert Burchard. lib. 12. cap. 17. & Ivo part. 12. cap. 74. decr. & Gratian. 22. q. 4. cap. 11. QUI SACRAMENTO. Vide Troslejan. cap. 21. Pœnit. Rom. 2. cap. 18.

n Ut litigans, conc. & Grat. *o* 1. Pet. 4. b.

p Toletana octava capite secundo, ex concil. Refert Burch. lib. 12. cap. 29. & Ivo part. 12. c. 16. & 84. decr. & lib. 8. tit. 8. cap. 30. Panorm. Cæsaraug. lib. 6. cap. 13. & Gratian. distinct. 13. cap. 1.

q Sic etiam Burchard. & pro *ut*, & *nocemus* pro *noceamus*, concil. & Ivo d. cap. 16. & 84. & in Panorm. & Cæsar. & Grat. *r* Sic etiam Burch. & Ivo d. cap. 16. & 84. & in Panorm. & Cæsar. & Grat. *gladio* concil. *s Ut hoc*, conc. Burch. ut Raban. & Ivo d. cap. 84. *t Quo*, conc. *quo*, Burch. & Ivo.

diæ patuerit via. Quæ ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat, quam sacrificia Matt. 9. *veneranda, dicente ipso:* „ Misericordiam vo- „ lui, & non sacrificium “. *Hac indulgentiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi Principis potestatem redigimus: ut quia Deus illi miserandi* [a] *aditum patefecit; remedia pietatis, ipse quoque non deneget, quæ ita principali discretione moderata persistant, ut & illis ita sit, quatenus* [b] *misericordia contributa, ut nusquam* (c) *gens, aut patria per eosdem aut periculum quodcumque perferat, aut jacturam: hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Cæterum quia* [d] *juramenta pro regiæ potestatis salute, vel constitutione* [e] *gentis, & patriæ, vel hactenus sunt exacta, vel deinceps exstiterunt* [f] *exigenda; omni custodia, omnique vigilantia indissolubiliter decernimus observanda, membrorum truncatione mortisque sententia, religione penitus absoluta. Sed ne pravarum mentium versuta nequitia nosmet ad perjurii aliquando provocet culpam; neve a sanctæ Fidei regula hanc adserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium Patrum* (g) *huic narrationi curavimus innectenda* (h). *Sic enim per* Hier. 18. *Hieremiam dixit:* „ Repente loquar adversus „ gentem, adversus regnum, ut eradicem, & „ disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens „ illa a malo suo, quod locutus sum adversus „ eam, agam & ego pœnitentiam super malo, „ quod cogitavi, ut facerem ei “. *Et per Ezechielem* (i): „ Si dixero, *inquit*, justo quod „ vita vivat, & confisus in justitia sua fecerit „ iniquitatem, omnes justitiæ ejus oblivioni „ tradentur: & in iniquitate sua, quam ope- „ ratus est, in ipsa morietur. Si autem dixe- „ ro impio, morte morieris, & egerit pœni- „ tentiam, vita vivet, & non morietur “. *Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ, vel pressura tam crudam non temperent ex miseratione vindictam. Hinc populo etiam Israelitico sæpe ultio promissa suspenditur: Ninevitarum* (k) *perditio divinæ sententiæ permutatione sedatur* (l). *Nam sanctus Ambrosius in* Ambros. *libro tertio de Officiis cap. XII.* (m) *ita ait:* „ Purum igitur, ac sincerum oportet esse effe- „ ctum, ut unusquisque simplicem sermonem „ proferat: vas suum in sanctitate possideat, „ ne fratrem circumscriptione verborum indu- „ cat (n) nihil promittat inhonestum. At si „ promiserit, tolerabilius est promissum non „ facere, quam facere, quod turpe sit. Sæpe ple- „ rique (o) constringunt seipsos jurisjurandi sa- „ cramento: ut ipsi cognoverint promittendum „ non fuisse sacramentum, tamen (p) contem- „ platione faciunt, quod spoponderunt. Sicut „ de Herode supra scripsimus, qui saltatrici Matt. 14. „ præmium turpiter promisit, crudeliter sol- „ vit: Turpe, quod regnum pro saltatione „ promittitur: crudele, quod mors Prophetæ „ pro jurisjurandi religione donatur. Quanto „ tolerabilius tale fuisset perjurium sacramen- „ to “. *Et post pauca de Jephthe* [q] *discernens:* „ Miserabilis necessitas, quæ solvitur par- „ ricidio. Melius est non vovere (r) id, quod „ sibi is, cui promittitur, nolit exolvi “. *Et post paululum:* „ Non semper [s] igitur pro- „ missa solvenda omnia sunt. Denique ipse „ Dominus, sicut Scriptura indicat, frequenter „ suam mutat sententiam “. *Vir quoque sanctissimus Augustinus, investigationis acumine acu-* Augustin. *tus:* „ Inveniendi aditus patet (t), minora sem- „ per eligantur. Quia & qui murorum ambitu „ ne fugiat clauditur, ibi se in fugam præci- „ pitat, ubi brevior murus invenitur “. *Hinc & Isidorus* (u) *ait:* „ Tolerabilius est enim Isidorus. „ non implere sacramentum, quam permanere „ in stupri flagitio “. *Similiter in Synonymis* (x): „ In malis promissis rescinde fidem; in „ turpi voto muta decretum; quod incaute „ vovisti, ne facias. Impia est promissio, quæ „ scelere adimpletur “.

Unde necesse est (y), ut male jurans dignam

 pœni-

a Sic Burch. *misrendi*, concil. & Ivo. *b Sic aliquatenus*, conc. *ita sit*, Burch. & Ivo.
c Et pro ut, conc. *ut*, Burch. *ut & nusquam*, Ivo. *d Quæcumque*, conc. *quæ*, Burch. *ceterum*, Ivo.
e Et contestatione, conc. Burch. ut Raban. & Ivo. *f Extiterint*, conc. & Burch. & Ivo.
g Patrum assertia, conc. *Patrum*, Burchard. & Ivo.
h Adduntur alia in conc. ea non habent Burch. & Ivo habet Grat. 22. q. 4. cap. 9. INCOMMUTABILIS.
i Ezech. 33. cap. *k Ninivitarum.*
l Adduntur alia in concil. ex Ambrosio lib. 1. de officiis cap. 50. non sunt apud Burch. & Ivon.
m Refert Ivo parte 12. cap. 17. decr. Cæs. lib. 6. cap. 14. & Grat. 22. q. 4. cap. 8. UNUSQUISQUE.
n Sic Burch. & Ivo, & Cæs. & Grat. *seducat*, concil. *o* Ivo lib. 8. & tit. 8. cap. 16. Panorm.
p Sacramenti tamen, concil. & Ivo d. cap. 17. & Cæs. & Grat. d. c. 16. *& jus sacramenti, tamen*, Burch.
q Judic. 11. f. g. *r Quam vovere*, additur in conc. & apud Grat. non habet Burch.
s Gratian. 22. q. 4. cap. 12. NON SEMPER.
t Mendosus locus ex conciliis sanandus, item ex Burch. laudatur principio B. Augustinus: *vestigationis acumine cautus, inveniendi arte præcipuus &c.* mox ejus verba ponuntur: *Duo sunt omnino genera mendaciorum &c.* postea ex libris moralibus B. Gregorii referuntur illa: *Quia ergo Behemoth, &c. Nervi testiculorum &c.* ut apud Gratian. dist. 13. cap. 2. Postea additur: *Ut cum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus evadendi patet &c. Investigationis acumine acutus*, habet Burch. qui verbos Gregorii initium facit ab illis: *Cum mens &c. evadendi aditus patet.*
u Sic etiam Burch. d. cap. 29. *in lib. sententiar. secundo*, additur in conc. ubi laudes Isidori scriptæ sunt. Vide lib. 2. cap. 31. sententiar. *de summo bono.* Refert Burch. lib. 12. cap. 10. & Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 25. part. 1. Panorm. & part. 12. cap. 36. & 67. decret. & Gratiano. 22. q. 4. cap. 13. NON EST.
x Refert Ivo d. part. 12. cap. 12. & Cæsaraug. lib. 6. cap. 11. & Grat. cap. 5. IN MALIS. d. q. 4.
y Rabani verba sunt, quæ habet etiam Burch. d. cap. 29. & cap. 7. lib. e. 12. & Ivo part. 12. cap. 64. decr. & Grat. d. q. 4. c. 14. & 15.

CAPUT XVII.

De populi necessario (a) commissu.

DE populi autem necessario commissu, quomodo inultum soleat præteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia (b) ad interrogata respondens, ita scripsit dicens: *Prævideat ergo dilectio vestra, hactenus talia mansisse (c): & advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace etiam ecclesias constitutas non posse præsumere (d). Sed ut sæpe accidit, quoties a populis, & a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Deo judicio: de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.* Non (e) enim hic, ut mihi videtur, iste doctor Apostolicus dicit non necessarium esse populo pro male commissis agere pœnitentiam, sed quod in omnes propter multitudinem non potest vindicari, priora dimittenda Dei judicio: de reliquo maxima solicitudine præcavendum ne fiant.

CAPUT XVIII.

De furto.

DE furto vero in concilio Agathensi cap. V. (f) ita scriptum est: *Si clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur* (g).

Item in eodem concilio cap. XXVI. (h) scriptum est: *Si qui vero clerici documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare adversariis fortasse tradere damnabili, & punienda obstinatione præsumpserunt; quidquid per abstinentiam (i) documentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddant, & communione priventur, etiam qui in damno ecclesiæ impie sollicitati a traditoribus susceperint.*

CAPUT XIX.

De conjuratione, vel conspiratione.

DE conjuratione, vel conspiratione, in concilio Chalcedonensi cap. XIV. (k) scriptum est: *Conjurationis, vel conspirationis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere conveniet. Si qui ergo clerici (l), vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis, a gradu proprio penitus abiiciantur.*

CAPUT XX.

De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

DE his vero, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant, in concilio Ilerdensi cap. VII. [m] ita scriptum est: *Qui sacramento se obligaverit, ut litiget (n) cum quolibet, ne ad pacem ullo modo redeat; pro perjuro, uno anno a communione corporis, & sanguinis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, & fletibus, & quantum potuerit, jejuniis absolvat. Ad caritatem [o] vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.*

CAPUT XXI.

De his, qui noxia juramenta conficiunt, quomodo pœnitere oporteat.

DE iniquo ergo juramento, & ad proximi noxam pertinente, in Toletana Synodo cap. II. [p] ita scriptum continetur: *Etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei jussa superbe contemnimus, ut proximis impia crudelitate noceamus (q), & nos ipsos crudeliori mortis gladio (r) trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo, ut eo (s) nostra pergat sententia, quo (t) misericor-*

dia

a Vox *necessario*, non placet. b Est in Corp. canon. cap. LVI. ex epist. XXII. cap. VI. in concil. Refert Grat. 1. q. 7. cap. 14. QUOTIENS. c *Transisse*, Corp. can. & Concil.

d Sic etiam Corp. canon. *ore prajumere*, concil. e Rabani verba sunt.

f Sic est in concil. Refert Gratian. 13. q. 2. cap. 12. CLERICI, in fine.

g Hoc est, *inter peregrinos communionem accipiat, non inter clericos ejusdem ecclesiæ.* Vide Agath. cap. 2. & Regiens. cap. 2. & Ilerdens. cap. 16. sic laica communio est inter laicos data. Apost. cap. 15. Eliber. c. 76. & Agath. c. 50. Aurelian. c. 6. Aurel. 3. cap. 2. Syriac. epist. 1. cap. 11. Innoc. ep. 22. cap. 4. Pelag. 2. epist. 2. Felix 3. in syn. Rom. cap. 2. Hadrian. 2. in syn. Rom. cap. 2. & in epist. lecta in synod. 8. CP. act. 7. Basil. ad Amphil. cap. 32.

h Sic etiam in concil. Refert Burch. lib. 3. cap. 183. Ivo. part. 3. cap. 156. decr. Anselm. lib. 5. cap. 76. Cæsaraug. lib. 7. cap. 99. & Gratian. 12. q. 2. cap. 33. SI QUIS. & cap. 40. SI QUIS.

i *Per abstinentiam*, conc. & Burch. & alii.

k *Cap. XVIII.* est in Corp. can. ex interpretatione Dionysii. Refert conc. Tullense post epist. synod. & Gratian. 11. q. 1. cap. 22. CONSPIRATIONUM. ex alio interpret.

l Refert Burchard. lib. 10. cap. 68. & Ivo part. 12. cap. 87. decret. & Anselm. lib. 8. cap. 16. & Pœnit. Rom. tit. 6. cap. 18. & Gratian. 12. q. 1. cap. 24. SI QUI.

m Sic est in concil. Refert Burchard. lib. 12. cap. 17. & Ivo part. 12. cap. 74. decr. & Gratian. 22. q. 4. cap. 11. QUI SACRAMENTO. Vide Trosleian. cap. 11. Pœnit. Rom. 8. cap. 11.

n *Ut litigans*, conc. & Grat. o 1. Pet. 4. b.

p *Toletana octava capite secundo*, ex concil. Refert Burch. lib. 12. cap. 29. & Ivo part. 12. c. 16. & 84. decr. & lib. 8. tit. 8. cap. 30. Panorm. Cæsaraug. lib. 6. cap. 13. & Gratian. distinct. 13. cap. 1.

q Sic etiam Burchard. & pro *ut*, & *nocemus* pro *noceamus*, concil. & Ivo d. cap. 16. & 84. & in Panorm. & Cæsar. & Grat. r Sic etiam Burch. & Ivo d. cap. 16. & 84. & in Panorm. & Cæsar. & Grat. *gladio* concil. s *Ut hæc*, conc. Burch. ut Raban. & Ivo d. cap. 84. t *Qua*, conc. *quo*, Burch. & Ivo.

diæ patuerit via. Quæ ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat, quam ſacrificia
Matt. 9. *veneranda, dicente ipſo:* „ Miſericordiam voluit, & non ſacrificium". *Hæc indulgentiæ conceſſa licentia, miſerationis ipſius opus in glorioſi Principis poteſtatem redigimus: ut quia Deus illi miſerandi* [a] *aditum patefecit; remedia pietatis, ipſe quoque non deneget, quæ ita principali diſcretione moderata perſiſtant, ut & illis ita ſit, quatenus* [b] *miſericordia contributa, ut nuſquam* (c) *gens, aut patria per eoſdem aut periculum quodcumque perferat, aut jacturam: hæc miſerationis obtentu temperaſſe ſufficiat. Cæterum quia* [d] *juramenta pro regiæ poteſtatis ſalute, vel conſtitutione* [e] *gentis, & patriæ, vel hactenus ſunt exacta, vel deinceps extiterunt* [f] *exigenda; omni cuſtodia, omnique vigilantia indiſſolubiliter decernimus obſervanda, membrorum truncatione mortiſque ſententia, religione penitus abſoluta. Sed ne pravarum mentium verſuta nequitia noſmet ad perjurii aliquando provocet culpam; neve a ſanctæ Fidei regula hanc adſerat venire ſententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium Patrum* (g) *huic narrationi curavimus inneclenda* (h). *Sic enim per*
Hier. 18. *Hieremiam dixit:* „ Repente loquar adverſus „ gentem, adverſus regnum, ut eradicem, & „ diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens „ illa a malo ſuo, quod locutus ſum adverſus „ eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, „ quod cogitavi, ut facerem ei". *Et per Ezechielem* (i): „ Si dixero, *inquit*, juſto quod „ vita vivat, & confiſus in juſtitia ſua fecerit „ iniquitatem, omnes juſtitiæ ejus oblivioni „ tradentur: & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam, vita vivet, & non morietur". *Si ergo noſtra converſio ſic divinam mutat ſententiam, cur miſerorum tantæ lacrymæ, vel preſſura tam crudam non temperent ex miſeratione vindictam. Hinc populo etiam Iſraelitico ſæpe ultio promiſſa ſuſpenditur: Ninevitarum* (k) *perditio divinæ ſententiæ permutatione ſedatur* (l). *Nam ſanctus Ambroſius in* Ambroſ.
libro tertio de Officiis cap. XII. (m) *ita ait:* „ Purum igitur, ac ſincerum oportet eſſe effectum, ut unuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat: vas ſuum in ſanctitate poſſideat, „ ne fratrem circumſcriptione verborum inducat (n) nihil promittat inhoneſtum. At ſi „ promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non „ facere, quam facere, quod turpe ſit. Sæpe plerique (o) conſtringunt ſeipſos jurisjurandi ſacramento: ut ipſi cognoverint promittendum „ non fuiſſe ſacramentum, tamen (p) contemplatione faciunt, quod ſpoponderunt. Sicut „ de Herode ſupra ſcripſimus, qui ſaltatrici Matt. 14.
„ præmium turpiter promiſit, crudeliter ſolvit: Turpe, quod regnum pro ſaltatione „ promittitur: crudele, quod mors Prophetæ „ pro jurisjurandi religione donatur. Quanto „ tolerabilius tale fuiſſet perjurium ſacramento". *Et poſt pauca de Jephthe* [q] *diſcernens:* „ Miſerabilis neceſſitas, quæ ſolvitur parricidio. Melius eſt non vovere (r) id, quod „ ſibi is, cui promittitur, nolit exolvi". *Et poſt paululum:* „ Non ſemper [s] igitur promiſſa ſolvenda omnia ſunt. Denique ipſe „ Dominus, ſicut Scriptura indicat, frequenter „ ſuam mutat ſententiam". *Vir quoque ſanctiſ-*
ſimus Auguſtinus, inveſtigationis acumine acutus: „ Inveniendi aditus patet (t), minora ſemper eligantur. Quia & qui murorum ambitu „ ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur". *Hinc* Auguſtin.
& Iſidorus (u) *ait:* „ Tolerabilius eſt enim Iſidorus.
„ non implere ſacramentum, quam permanere „ in ſtupri flagitio". *Similiter in Synonymis* (x): „ In malis promiſſis reſcinde fidem; in „ turpi voto muta decretum; quod incaute „ voviſti, ne facias. Impia eſt promiſſio, quæ „ ſcelere adimpletur".

Unde neceſſe eſt (y), ut male jurans dignam

a Sic Burch. *miſerendi*, concil. & Ivo. b *Sit aliquatenus*, conc. *ita ſit*, Burch. & Ivo.
c *Et* pro *ut*, conc. *ut*, Burch. *ut & nuſquam*, Ivo. d *Quæcumque*, conc. *quæ*, Burch. *ceterum*, Ivo.
e *Et contutatione*, conc. Burch. ut Raban. & Ivo. f *Extiterint*, conc. & Burch. & Ivo.
g *Patrum aſſertæ*, conc. *Patrum*, Burchard. & Ivo.
h Adduntur alia in conc. ea non habent Burch. & Ivo habet Grat. 22. q. 4. cap. 9. INCOMMUTABILIA.
i Ezech. 33. cap. k *Ninivitarum*.
l Adduntur alia in concil. ex Ambroſio lib. 1. de efficiis cap. 50. non ſunt apud Burch. & Ivon.
m Refert Ivo parte 12. cap. 17. decr. Cæſ. lib. 6. cap. 24. & Grat. 22. q. 4. cap. 8. UNUSQUISQUE.
n Sic Burch. & Ivo, & Cæſ. & Grat. *ſeducat*, concil. o Ivo lib. 8. & tit. 8. cap. 16. Panorm.
p *Sacramenti tamen*, concil. & Ivo d. cap. 17. & Cæſ. & Grat. d. c. 16. *& jus ſacramenti, tamen*, Burch.
q Iudic. 11. f. g. r *Quam vovere*, additur in conc. & apud Grat. non habet Burch.
s Gratian. 22. q. 4. cap. 12. NON SEMPER.
t Mendoſus locus ex conciliis ſanandus, item ex Burch. laudatur principio B. Auguſtinus: *veſtigationis acumine cautus, inveniendi arte præcipuus &c.* mox ejus verba ponuntur: *Duo ſunt omnino genera mendaciorum &c.* poſtea ex libris moralibus B. Gregorii referuntur illa: *Quia ergo Behemoth, &c. Nervi teſticulorum &c.* ut apud Gratian. diſt. 13. cap. 2. Poſtea additur: *Ut cum mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato aditus evadendi patet &c. Inveſtigationis acumine acutus*, habet Burch. qui verbor. Gregorii initium facit ab illis: *Cum mens &c. evadendi aditus patet.*
u Sic etiam Burch. d. cap. 29. *in lib. ſententiar. ſecundo*, additur in conc. ubi laudes Iſidori ſcriptæ ſunt. Vide lib. 2. cap. 31. ſententiar. *de ſummo bono*. Refert Burch. lib. 12. cap. 10. & Ivo lib. 8. tit. 8. cap. 25. part. 1. Panorm. & part. 12. cap. 36. & 67. decret. & Gratian. 22. q. 4. cap. 13. NON EST.
x Refert Ivo d. part. 12. cap. 12. & Cæſaraug. lib. 6. cap. 11. & Grat. cap. 5. IN MALIS. d. q. 4.
y Rabani verba ſunt, quæ habet etiam Burch. d. cap. 29. & cap. 7. lib. e. 12. & Ivo part. 12. cap. 64. decr. & Grat. d. q. 4. c. 14. & 15.

pœnitentiam agat, eo quod nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vano (*a*): Exod. 20. quia in Exodo scriptum est: *Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.* Et in Levitico (*b*): *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui: ego Dominus.* Tamen malum, quod facturum se sacramento devoverat, omnino non faciat; quoniam stulta vota frangenda sunt.

CAPUT XXII.

De his, qui ad ecclesiæ patrocinium confugiunt, ne tradantur persequentibus se sine fœdere pacti.

DE his ergo, qui ad ecclesiæ patrocinium confugiunt, ne tradantur, in concilio Arausicano cap. V. (*c*) ita scriptum est: *Eos autem, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportet; sed loci sancti reverentia, & intercessione defendi.* In concilio Aurelianensi cap. 1. (*d*) de homicidiis, & adulteriis, & furibus, si ad ecclesiam confugerint, ita scriptum est: *Id constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit; ut ab ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi eos abstrahere (e) omnino non liceat: sed nec altari (f) consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi; ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua convictus fuerit violasse reus perjurii, non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam, & a catholicorum convivio separetur. Quod si cui reus est, noluerit sibi intentione (g) faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non quæratur.*

Item in eodem concilio cap. II. (*h*) scriptum est de raptoribus, si ad ecclesiam confugerint: *De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta convenerit (i), & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris: & raptor, mortis, vel pœnarum impunitate concessa, ad serviendum (k) subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur, patrem habere constiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur: & raptor a patre superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.*

Item in eodem concilio cap. III. (*l*) scriptum est de servis, si ad ecclesiam confugerint: *Servus, si ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino omissa [m] culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur. Et postea quam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse; pro contemptu Ecclesiæ, & prævaricatione fidei a communione, & convivio catholicorum, sicut superius comprehensum est (n), extraneus habeatur. Si vero servus pro culpa sua ab Ecclesia defensatus, sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem, a Domino liceat occupari.*

CAPUT XXIII.

De his, qui divinationes expetunt, & incantationibus, sive auguriis deserviunt.

IN Ancyrano concilio cap. XXIV. (*o*) de his, *qui divinationes expetunt, & morem Gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennii jaceant secundum gradus pœnitentiæ definitos (p).*

Item

a In vanum, Borch. & Ivo, & Grat. *b* Levit. 19.

c Sic etiam est in conc. Refert Burch. lib. 3. cap. 195. & Ivo part. 3. cap. 112. decr. & Grat. dist. 87. cap. 6. EOS. *d* Sic est apud Isidor. Mercatorem cap. 3. in Coloniens. editione. Refert Burch. lib. 3. cap. 190. & Ivo part. 3. cap. 187. decr. & Grat. 17. q. 4. cap. 36. ID CONSTITUIMUS.

e Reos pro *eos*, conc. *vel a claustro, quia hæc pro emunitate habentur, eos abstrahi*, Burch. *immunitate*, Ivo & *abstrahere*, cetera, ut Burchard. & Gratian. & Raban.

f Alteri consignare, conc. & Ivo, ut Gratian. *& alteri consignari*, Burchard.

g Intentione, conc. Burchard. ut Raban. & Ivo, & Gratian.

h Sic etiam Isidor. Mercat. cap. 4. Colon. Refert Burch. lib. 3. cap. 191. & Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 1. Panorm. & part. 3. cap. 108. decret. Anselm. lib. 18. cap. 57. Cæsaraug. lib. 10. cap. 88. & lib. 15. cap. 69. & Grat. 36. q. 1. cap. 3. DE RAPTORIBUS. *i Confugerit*, conc. & Burch. & alii.

k Aut serviendi conditioni, conc. & Cæsar. d. cap. 69. *liberam habeat eundi facultatem. Si vero parentes mulieris ecclesiasticis viris obedire noluerint, excommunicentur*, Burch. & Ivo in Panorm. & in decret. *aut ad serviendum*, Anselm. & Gratian. *aut servituti*, Cæsar. d. cap. 88.

l Sic etiam in collect. Isidor. Mercat. cap. 5. Colon. edit. Refert Burch. d. lib. 3. cap. 192. & Ivo lib. 2. tit. 8. cap. 2. Pan. & d. part. 3. cap. 109. decr. & Grat. 17. q. 4. cap. 36. ID CONSTITUIMUS.

m Pro admissa culpa, conc. & Gratian. *pro commissa culpa*, Burchard. & Ivo.

n His carent concilia, & Gratian. Burchard. ut Rab. & Ivo.

o Cap. XXXIII. in Corp. can. ex interpretatione Dionysii Exigui cap. XXIV. est Græcis. Refert Burch. lib. 10. cap. 5. Ivo lib. 8. tit. 5. c. 2. Pan. & part. 11. c. 12. decr. Pœnit. Rom. tit. 6. c. 11. & Gratian. 26. q. 5. c. 2. QUI DIVINATIONES. Vidend. Martin. Bracar. c. 71. & conc. Troslei. c. 15. & Leo IV. in epist. ad Episcopos Britanniæ c. 4. & Capitul. lib. c. 21. in addit.

p Apertius hæc Græci scribunt, qui triennio subjectos esse definiunt, *biennio in oratione sine oblatione.* Vide Gregor. Thaumaturg. κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους, τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς. Vide supra cap. 3.

Item in concilio Laodicensi cap. XXXVI. [a] de his, qui incantationibus & phylacteriis utuntur, ita scriptum est: Quod non oporteat *sacris officiis deditos, vel clericos magos, aut incantatores existere, aut facere philacteria, quæ animarum suarum vincula esse comprobantur: eos autem, qui his utuntur, ab ecclesia pelli præcipimus.*

In concilio Agathensi (b) de sortilegiis [c], vel augurium servantibus, ut ab Ecclesia separentur, cap. XLII. scriptum est: *Ne [d] de eo fortasse videatur omissum, quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici, sive laici student auguriis, & sub nomine fictæ religionis, qua (e) Sanctorum sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque [f] inspectione futura promittunt; hoc quicumque clericus, vel laicus detectus fuerit, vel consulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus.*

Item in concilio Toletanensi cap. XXIX. (g) ita scriptum est: *Si quis Episcopus, aut presbyter, sive diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruspices, aut ariolos (h), vel sortilegos, aut eos, qui profitentur artem aliquam curiosam [i], aut aliquis eorum similia exercentes consulens (k) fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suæ depositus, monasterii curam (l) excipiat: ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegii solvat.*

In synodo Martini cap. LIX. [m] ita scriptum est: *Non liceat sacerdotibus, vel clericis, incantatores esse, & ligaturas facere: quod est colligatio animarum. Si quis hæc fecit, de ecclesia proiiciatur.*

CAPUT XXIV.

Quod non liceat Christianis servare traditiones Gentilium; nec ullis observationibus festis eorum communicare.

Item in eadem synodo cap. LXXII. (n) scriptum est: *Non liceat Christianis tenere traditiones Gentilium, & observare lunæ, aut stellarum cursum. Non liceat Christianis observare, vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursum, aut inanem signorum fallaciam, pro domo facienda, vel segetibus, vel arboribus plantandis, vel conjugiis sociandis: Scriptum est enim:* „ Omnia [o], quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in „ nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo " (p).

Item in eodem concilio cap. LXXII. (q) ita scriptum est, quod non liceat Kalendas observare; *Non liceat iniquas observationes agere Kalendarum, & otiosis vacare rebus [r]; neque lauro, aut viriditate arborum circuire [s] domos. Omnis hæc observatio paganismi est.*

Item in eodem concilio cap. LXXIII. [t] scriptum est, quod non liceat medicinales herbas aliqua (u) observatione colligere: *Non liceat in collectione herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes intendere (x), nisi tantum cum symbolo divino, & oratione Dominica, ut tantum Deus creator omnium, & dominus honoretur.*

In concilio Laodicensi cap. XXXIX. [y] scriptum est de his Christianis, qui celebrant festa Gentilium: *Quod non oporteat cum Gentilibus festa celebrare, & communicare prævitatibus eorum, qui sine Deo sunt.*

CA-

a Sic etiam est in Corpore canon. ex Dionysii interpretatione. Refert Ivo lib. 8. tit. 5. cap. 3. Panorm. & parte 11. cap. 3. decret. Grat. 26. q. 5. cap. 4. NON OPORTET. Vidend. Martin. Bracar. cap. 60. & conc. Agathens. cap. 68. & Capitul. lib. 1. cap. 21.

b Sic est in concil. Refert Burch. lib. 10. cap. 27. & Ivo lib. 8. tit. 6. cap. 1. Panorm. & part. 11. cap. 4. decr. & Grat. d. q. 5. cap 6. ALIQUANTI. Vide conc. Venet. cap. 16.

c *De sortilegis*, conc. aptius. d *At ne id*, conc. Agathens. *At ne fortasse id*, Venet. *Nec illud est prætereundum*, Burch. e *Per eas, quas Sanctorum sortes vocant*, conc. Agath. & Ivo in Pan. & in decr. & Grat. *per eas*, non est in Venet. cetera ut in Agath. *quam sortes sanctorum vocant*, Burch.

f *Scripturarum*, addunt conc. Agath. & Venet. & Burchard. & alii.

g *Toletano IV. cap.* 28. in conc. Refert Burch. lib. 10. cap. 48. & Ivo lib 3. tit. 15. cap. 3. & lib. 8. tit. 5. cap. 4. Pan. & part. 11. cap. 5. & 73. decr. & Anselm. lib. 11. c. 122. & Grat. d. q. 5. c. 5. SI QUIS.

h Sic etiam Burch. & Anselm. *aut certe augures*, addunt concilia & Ivo, & Gratian.

i *Artem magicam*, conc. & Ivo, & Grat. vox *curiosam*, omittitur a Burchardo.

k *Aut aliquem eorum sublimia exercentem consuluisse*, conc. *aliquos* pro *aliquis*, Burchard. & Anselm. cetera ut Rabao. *aliquos*, Ivo & Gratian. & *consuluisse*, cetera, ut Raban.

l *Censuram* conc. *monasterium ingressus*, Burch. & Ans. *curam*, Ivo & Grat.

m *Cap. LX.* in collect. Isidori Mercat. *cap. LXI.* in Colon. Non est autem synodus Martini, sed Martini Episcopi Brac. collect. ex Orientis conciliis. Hoc vero caput sumpsit ex Laodicens. cap. 36. de quo supra dictum est. n *Martini Bracar. cap. LXXII. & LXXIII.* apud Isidor. Mercat. cap. LXXIII. in editione Coloniens. Refert Burch. lib. 10. cap. 13. & Ivo parte 11. c. 40. decr. & Grat. 26. q. 5. cap. 3. NON LICEAT.

o Ad Coloss. 3. cap. p Addit alia Burch. & Ivo. q *LXXIV. Martin.* in concil. Refert Burch. lib. 10. cap. 15. & Ivo part. 11. cap. 42. decr. & Gratian. 26. q. 7. cap. 13. NON LICET.

r *Et otiis vacare gentilibus*, conc. vocem *Gentilibus* omittit Burch. & Ivo, & Grat.

s *Cingere*, concil. & Burch. & Ivo, & Grat. t *Cap. LXXV. Martini*, in conc. Refert Burch. lib. 10. cap. 20. Ivo part. 11. cap. 47. decr. & Grat. 26. q. 5. cap. 3. NON LICEAT. p. 1. u *Cum aliqua*, conc.

x *Attendere*, conc. & Burch. & Ivo, & Gratian.

y Sic etiam est in Corpore canonum ex Interpretatione Dionysii Exigui.

CAPUT XXV.

Quod non sit cum paganis convivandum.

IN concilio Africano cap. XXVII. (*a*) scriptum est de Paganorum conviviis auferendis: *Illud etiam petendum, ut quoniam contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, quæ ab errore Gentili adtracta sunt; ita ut nunc a Paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur, vetari talia jubeant; & de civitatibus, & possessionibus imposita pœna prohiberi: maxime cum etiam natalibus beatissimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident, quibus diebus etiam, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exerceant, ut matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor devote venientium ad sacratissimum diem, injuriis lascivientium appetatur: ut etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.*

In decretis Leonis Papæ cap. XXX. (*e*) scriptum est de his, qui convivio Gentilium, & escis immolaticiis usi sunt: *Si qui convivio solo Gentilium, & escis immolaticiis usi sunt; possunt jejuniis & manus impositione purgari: ab idolothytis absistentes, sacramentorum Christi possunt esse participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis, aut fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti.*

CAPUT XXVI.

De Christianis, qui cum Judæis vescuntur, & quod Judæis non liceat habere Christianas uxores, vel concubinas, seu mancipium Christianum.

IN concilio Eliberitano cap. LV. [*c*] scriptum est de Christianis, qui cum Judæis vescuntur: *Si vero quis clericus, vel fidelis cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere* (*d*), *ut debeat emundari* (*e*).

In concilio Toletanensi cap. XIV. [*f*] scriptum est de Judæis: *Suggerente concilio, id gloriosissimus Dominus noster* (*g*) *canonibus inserendum præcepit, ut Judæis non liceat Christianas habere uxores, vel concubinas; neque mancipium Christianum in usus proprios comparare. Sed & filii* [*h*], *qui ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum: nulla officia publica eos opus est agere* [*i*], *per quæ eis occasio tribuatur, pœnam Christianis inferre. Si qui vero Christiani ab eis Judæis in ritu* (*k*) *sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam.*

CAPUT XXVII.

Quod non congruat Christianis, comessationibus interesse, nec histriones fieri, nec saltare in nuptiis, neque in conviviis.

IN concilio Laodicensi cap. LV. (*l*) scriptum est, non congruere Christianis, comessationibus interesse: *Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos ex collatis, vel comessationibus convivia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.*

In concilio Africano cap. XXX. [*m*] scriptum est de histrionibus, Christianis factis: *Et de his etiam petendum, ut si quis ex qualibet ludrica arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.*

In concilio Laodicensi cap. LIII. (*n*) scriptum est, ut in Christianorum non saltetur nuptiis: *Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere* (o), *vel saltare: sed venerabiliter cœnare vel prandere, sicut Christianos decet.*

CAPUT XXVIII.

Ut ad mensam Episcopi scripturæ divinæ legantur, & quod sacris ordinibus deditos viros non conveniat ebrietatem sectari.

IN concilio Toletanensi cap. XII. [*p*] scriptum est, ut ad mensam Episcopi scripturæ divinæ legantur: *Pro reverentia Dei, & sacerdotum, id universa sancta constituit synodus, ut quia solent crebre mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali convivio lectio scripturarum divinarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.*

In canone Apostolorum c. XLII. (*q*) scriptum est, quod Episcopus, presbyter, aut diaconus alea-

a Sic etiam est in can. Græcis est cap. LXI. *b* Sic etiam est in Corp. can. ex epist. 90. ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. 17. in concil. *c Cap. L.* est in concil.

d Sic est in conc. editis. *abstineri*, in veteribus. *e Emendari*, conc.

f Toletano IV. cap. XIV. in conc. Refert Grat. dist. 54. cap. 14. NULLA. *g Rex*, addont conc.

h Filios, conc. *i Eis injungantur*, conc. & Grat. *k Judaismi ritu*, conc. *In judaismo ritu*, Grat. non recte.

l Sic etiam est in Corp. can. ex interpretatione Dionysii Exigui. Græcis est cap. 54. Refert ex alio interprete Grat. dist. 44. c. 10. NON OPORTET. Vidend. Martin. Brac. cap. 62.

m Sic est in Corp. can. Græcis est *Carthag. cap. IV.* *n* Sic etiam est ex Dionysii interpretatione in Corpore canon. *o* Græci *ballere*, *vel saltare*, Isidor. Mercat.

p Toletano tertio cap. VII. in conc. Refert Burchard. lib. 2. cap. 169. & Ivo part. 6. cap. 260. decret. & Gratian. dist. 44. cap. 11. PRO REVERENTIA.

q Sic est in Corp. can. ex Dionysii interpretatione. Refert Burchard. lib. 14. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 25. cap. 4. Pan. & part. 13. cap. 73. decr. Cæsaraug. lib. 8. cap. 50. & 100. & Grat. dist. 35. cap. 1.

aleator, & ebrioſus eſſe non debeat: *Epiſcopus, presbyter, aut diaconus aleæ, atque ebrietaei deſerviens, aut deſinat, aut certe damnetur* (*a*).

CAPUT XXIX.

De continentia, & caſtitate clericorum.

IN concilio Carthaginenſi cap. III. [*b*] de continentia, & caſtitate clericorum ita ſcriptum eſt; *Aurelius Epiſcopus dixit: Cum præterito concilio de continentiæ, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, Epiſcopos* (*c*) *inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, ut condecet, ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt continentes eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter, quod a Deo poſtulant, impetrare. Ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus* (*d*).

CAPUT XXX.

Quod non debeant ſacerdotes quaslibet in eccleſiæ familiis truncationes facere; nec aliquid, quod morte plectendum ſit judicare.

IN concilio Toletanenſi cap. VI. (*e*) ſcriptum eſt, non debere ſacerdotes quaslibet in eccleſiæ familiis truncationes facere; nec aliquid, quod morte plectendum, judicare: *His vero, a quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet; & ideo magnopere talium exceſſibus prohibendum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propria judicare præſumant: aut truncationes quaslibet* (*f*) *perſonis, aut per ſe inferant, aut inferenda* [*g*] *præcipiant. Quod ſi quiſquam horum immemor præceptorum, aut in eccleſiæ familiis, aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, & conceſſi ordinis honore privatus* [*h*], *& loco, ſub perpetuo damnationis teneatur religatus ergaſtulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt, propter Domini miſericordiam, qui non vult* (*i*) *peccatoris mortem, ſed ut convertatur, & vivat.*

CAPUT XXXI.

De clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt.

IN concilio Ilerdenſi cap. XI. (*k*) ſcriptum eſt de clericis, qui in mutuam cædem prorumpunt: *Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſus contumelia* (*l*) *pertulerit, a Pontifice diſtrictius vindicetur.*

CAPUT XXXII.

De avaritia, & cupiditate; & quod non ſit uſura exigenda.

IN concilio Carthaginenſi cap. V. (*m*) de avaritia ſcriptum eſt: *Aurelius Epiſcopus dixit: avaritiæ cupiditas deteſtanda, quam rerum omnium malarum matrem eſſe, nemo dubitat. Proinde inhibendum eſt, ne quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos Patrum ſtatutos tranſcendat; nec cuiquam clericorum liceat, de qualibet re fœnus accipere: quamquam novellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ a nobis, formam accipient, cæterum de quibus apertiſſime divina ſcriptura ſanxit, non eſt differenda ſententia, ſed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari. Univerſum concilium dixit, Nemo contra Prophetas, nemo contra Evangelia facit ſine periculo.*

In concilio Toletanenſi cap. XXXIII. (*n*) ſcriptum eſt de avaritiæ malo: *Avaritia radix* [*o*] *cunctorum malorum, cujus ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in amore* (*p*) *Chriſti, & Martyrum in parochiis Epiſcoporum baſilicas conſtruunt, oblationes conſcribunt, ſacerdotes hæc auferunt, atque in uſus ſuos convertunt. Inde eſt, quod cultores ſacrorum deficiunt, dum ſtipendia ſua perdunt. Inde labentium baſilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia ſacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re conſtitutum eſt* (*q*) *a præſenti concilio, Epiſcopos ita diœceſes ſuas regere, ut nihil ex earum jure præſumant auferre: ſed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de tributis* (r), *ac frugibus tertiam partem conſequantur. Quod ſi amplius quippiam ab* eis

a Καταπαύσθω, Græci, hoc eſt, *deponatur*. *b* Sic eſt in Corp. can. & Græce, *Carthagin. III. cap. II.* & in conc. Refert Grat. diſt. 84. cap. 3. CUM IN PRÆTERITO.

c Refert Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 10. Panorm. & Gratian. diſtinct. 31. cap. 3.

d Adduntur alia in concil. & apud Grat. quorum pars eſt in Corp. can. c. 4. & Græce c. 4.

e *Toletano XI. cap. VI.* in concil. Refert Burch. lib. 1. c. 201. Ivo part. 5. c. 315. decr. Anſ. lib. 11. c. 60. in Rom. Cæſaraug. lib. 5. c. 61. Tarrac. lib. 4. cap. 69. & Grat. 23. q. 8. c. 30. HIS A QUIBUS.

f *Quibuslibet perſonis*, concil. & Burch. & alii. *g* *Inferendas*, conc. & Burch. & alii.

h Tarracon. *privetur*, concil. & Burchard. & alii. *i* Ezech. 18. g. 33. cap.

k Sic eſt in concil. Refert Grat. 17. q. 4. c. 19. NULLUS. in fine. *l* *Exceſſu contumeliam*, conc. & Grat.

m Sic etiam eſt in Corp. can. & Græce. Vide Carthag. 1. c. 13. & Capitol. lib. 1. c. 33.

n *Toletano IV. cap. XXXIII.* in conc. Refert Burch. lib. 3. c. 203. Ivo part. 3. c. 255. decr.

o Adda, *eſt*, Vide 1. Tim. 6. b. *p* *In honorem*, conc. Burch. ut Rab. & Ivo. *q* Grat. 16. q. 1. c. 60.

r *Quam de decimis, tributis*, concilia Colonienſ. ſed Iſidor. Mercat. ut Raban. & Gratian. *Quam de decimis & de tributis*, Burchard. & Ivo in veteri conciliorum libro, ut Raban.

eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si jam illi a sæculo discesserunt. Noverint [a] *autem conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam potestatem habere: sed juxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.*

In concilio Nicæno cap. XVII. [b] de clericis usuras accipientibus scriptum est: *Quod* [c] *multi sub regula constituti avaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique divinæ scripturæ dicentis:* „ Qui pecuniam (d) suam non „ dedit ad usuram “, *mutuum dantes, centesimos* (e) *exigunt: juste censuit sancta, & magna synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut ex inventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens: aut hemiolia, id est sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia: dejiciatur a clero, & alienus existat a regula.*

In decretis Leonis Papæ cap. III. [f] scriptum est, quod usuram non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici Christiani: *Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, usuras jam exercere* (g), *quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.*

CAPUT XXXIII.

De apostatis.

IN decretis Syricii Papæ cap. III. (h) de apostatis scriptum est: *Adjectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos Christi corpore, & sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, jubemus abscindi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his, quamdiu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino* „ Nolo (i) mortem peccatoris, sed „ tantum (k) convertatur, & vivat “.

In concilio Arelatensi cap. XXII. (l) de apostatis scriptum est: *Qui tardius revertuntur, nisi per dignam pœnitentiam non recipiantur. De his, qui apostatant, & nunquam se ad Ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate arrepti, petunt communionem, placuit, non dandam eis communionem, nisi revelaverint* (m), *& egerint fructus dignos pœnitentiæ.*

In eodem concilio cap. XXV. (n) de apostatis, si non revertantur, scriptum est: *Hi, qui post sanctæ religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant: quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille* (o), *post pœnitentiam habitum sæcularem non præsumat: quod si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.*

CAPUT XXXIV.

De professione monachi.

IN synodo Toletana cap. LIX. (p) scriptum est de professione monachi: *Monachum aut paterna devotio, aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reverti interdicimus aditum* [q], *& omnes ad sæclum interdicimus regressus.*

CAPUT XXXV.

De pœnitentiæ temperamento, & quando reconciliandi sunt ipsi pœnitentes.

IN Africano concilio cap. X. [r] de pœnitentibus ita scriptum est: *Ut pœnitentibus secun-*

a Refert Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 4. Panorm. & Gratian. 10. q. 1. cap. 6.

b Sic etiam est in Corp. can. & Dionysii interpretatione. Refert Burch. lib. 2. c. 120. Ivo part. 6. cap. 196. & part. 13. c. 8. decr. Anselm. lib. 7. cap. 153. in addit. Cæsaraug. lib. 8. c. 77. & Grat. dist. 47. c. 2. Vidend. Martin. Bracar. c. 62. & Grat. 14. q. 4. c. 4. & 8. & Capitul. lib. 1. c. 5.

c *Quoniam multi*, Corp. can. & Burchard. & alii. d Psalm. 14.

e *Centesimas*, Corp. can. & Burchard. & alii.

f Sic est in Corp. can. ex epist. 1. ad Episcopos Campaniæ c. 3. in conc. Refert Burch. lib. 2. c. 123. Ivo part. 6. c. 65. decr. Ans. lib. 7. c. 149. in addit. & Grat. 14. q. 4. c. 7. NEC HOC.

g *Usurariam exercere pecuniam*. Corp. can. & conc. in quib. additur, *& fœnore velle ditescere*, & apud Burchard. & alios. h Sic est in Corp. can. & in conc. epist. 1. ad Eumerium Tarracon. Episcopum.

i *Nolumus*, Corp. can. sed ut conc. k *Sed tantum ut*, corp. Can. *sed ut*, conc.

l *Capit. XXIII.* in concil. m *Nisi revelaverint*, concil.

n *Arelatensi secundo cap. XXV.* in concil. Refert Burchard. lib. 19. cap. 67. & Ivo part. 15. cap. 81. & Grat. dist. 50. cap. 68. HI QUI. Vidend. Capitular. lib. 6. cap. 139.

o *Ille sit*, concil. *ille est*, Burchard. & Ivo, sed Gratianus ut concil.

p *Toletano IV. cap. XLVIII.* in concil. Refert Burchard. lib. 8. cap. 6. Ivo part. 7. cap. 30. decr. Anselm. lib. 7. cap. 193. in addit. Tarrac. lib. 5. cap. 15. & Gratian. 20. q. 1. cap. 3. MONACHUM. Vide concil. Vormaciens. cap. 22. q *Intercludimus aditum*, conc. & Burch. & alii. *recludimus aditum*, Tarrac.

r Sic etiam Corpus can. *ex concil. Carthagin. III. cap. XXXI. & XXXII.* in concil. *Carthagin. cap. XLIII.* Græcis. Refert conc. Troslej. c. 13. Capitul. lib. 5. c. 53. & lib. 7. c. 30. Burch. lib. 19. c. 40. & 70. Ivo part. 15. cap. 3. decret. Anselm. lib. 11. cap. 20. Cæsaraugustan. lib. 15. cap. 46. Pœnitent. Rom. tit. 9. cap. 7. & Gratian. 26. q. 7. cap. 5. pœnit. & q. 6. cap. ult.

secundum differentiam peccatorum, Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & ut presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia Episcopi [a] necessitate cogente. Cujuscumque autem pœnitentis publicum, & vulgatissimum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absidam (b) manus ei imponatur.

In decretis Innocentii Papæ cap. VII. [c] de pœnitentibus scriptum est: *De pœnitentibus autem, qui sive eu gravioribus commissis, sive eu levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla intervenit ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, & lacrymas corrigentis: ac tum jubere dimitti, cum viderit satisfactionem. Sane quisquis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Pascha relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.*

CAPUT XXXVI.

De his, qui in pœnitentia positi vita excesserunt.

IN concilio Arelatensi cap. XII. [d] scriptum est de his, qui in pœnitentia positi vita excesserunt: *Placuit nullum communione vacuum dimitti, sed pro eo, quod oravit pœnitendo [e], oblatio illius recipiatur.*

In concilio Arausicano cap. III. (f) scriptum est de pœnitentibus, qui de corpore exeunt: *Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione, eis [g] communicare: quod morienti sufficit consolationis (h) secundum definitionem congruentem (i), viaticum nominaverunt. Ut (k) si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.*

CAPUT XXXVII.

De his, qui pœnitentiam violantes spernunt & rursus prævaricantur.

IN concilio Aurelianensi cap. IV. [l] scriptum est de his, qui pœnitentiam violant: *Eos vero [m] qui susceptam pœnitentiam religionemque suæ professionis obliti, ad sæcularia relabuntur, placuit a communione suspendi, & ab omnium catholicorum conviviis separari. Quod si post interdictum, cum eo quisque præsumpserit manducare, & ipse communione privetur.*

In concilio Toletano cap. LV. (n) scriptum est: *De sæcularibus accipientibus pœnitentiam qui se totondere [o], & rursus prævaricantes laici effecti sunt: Comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam, eu qua recesserunt, revocentur. Quod si aliqui per pœnitentiam (p) irrevocabiles sunt, nec admoniti revertuntur, vere ut postea coram (q) Ecclesia anathematis sententia condemnetur. Non aliter & hi, qui detonsi a parentibus fuerint, aut sponte sua missis (r) parentibus se ipsos religioni devoverunt, & postea habitum sæcularem sumpserunt, & iidem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revocentur. Quod si reverti (s) non possunt apostatæ, anathematis sententia abiiciantur [t]. Quæ forma servabitur etiam in viduis, virginibusque sacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ sanctum monialem habitum induere [u], & postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt.*

CAPUT XXXVIII.

Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda.

IN decretis Cælestini Papæ cap. XV. (u) scriptum est, quod nulli sit ultima pœniten-

a Nisi absentia Episcopi, Corp. Can. *nisi absente Episcopo*, conc. Burch. ut Raban. & Anselm. *nisi absente Episcopo*, Grat. ἐν τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, Græci.

b Ante absidem, Corp. can. & concil. & Capit. & Anselm. *ante absida*, id est atrium ecclesiæ, Gratian. πρὸ τῆς ἀψῖδος, Græci. Absis fornix esse dicitur Græcis, & in Pontificali.

c Sic est in corp. can. *Ex epist. 1. ad Decentium Episcopum Eugubinum cap. VII.* in concil. Refert Burchard. lib. 18. cap. 18. Ivo part. 15. cap. 40. decr. Anselm. lib. 11. cap. 26. Cæsaraug. lib. 15. cap. 69. Tarrac. lib. 4. cap. 36. & Grat. de consecr. dist. 3. cap. 17. DE PŒNITENTIBUS. Vide Capitul. lib. 5. cap. 67. totidem verbis. *d Arelatensi secundo cap. XII.* in concil. Vide cap. 13. concilii Nicæni.

e Honoravit pœnitentiam, conc. *f* Sic etiam est in concil. Refert Burchard. lib. 18. cap. 18. cap. 17. Ivo part. 15. cap. 39. decret. & Gratian. 26. q. 6. cap. 7. QUI RECEDUNT.

g Eos pro *eis*, concil. *eis*, Burchard. & Ivo, & Gratian. *h Quod morientis sufficit consolationi*, concil. & in marg. *reconciliationi* sic etiam Ivo: *quod in moriente sufficit*, *consolatione*, Burch. *reconciliationi*, Gratian. cetera ut concil. *i* Mendosus locus. *Secundum definitiones patrum, qui hujusmodi communionem congruenter*, conc. & Ivo: *congruentem*, Burch. cetera ut conc. *definitionem*, Gratien. & *congrue*. cetera ut conc.

k Quod si conc. & Grat. *ut si*, Burch. & Ivo. *l Cap. VII.* in Isidori Mercat. collectione: *cap. XIII.* in Coloniens. editione. Refert Gratien. de pœnit. dist. 5. cap. 5. DE HIS.

m De his, qui suscepta pœnitentia religionem suæ &c. conc. & Grat. *n Toletano quarto c. lib. V.* in conc.

o Se totonderant, conc. *p* Sic etiam in concil. sed in marg. *per potentiam*.

q Ut vere apostatæ coram, conc. melius. *r* Scribe, *amissis*, ut est in concil.

s Quod si converti non possunt, velut apostatæ &c. conc. & in marg. *Quod si revocantur, & reverti nolunt.*

t Sententiæ subiiciantur, concil. *u Sanctimonialem habitum induerunt*, conc.

x Sic etiam est in Corpore canon. *Ex epist. II. cap. II. ad Episcopos Galliæ*, in conc. Hoc etiam caput XV. appellatur in Triboriens. conc. cap. 31. extremo. Refert verba Burch. lib. 18. cap. 22. Ivo part. 15. cap. 44. decr. Ans. lib. 11. cap. 19. Tarrac. lib. 6. cap. 55. & Grat. 26. q. 6. cap. 13. AGNOVIMUS.

tia deneganda: *Agnovimus enim pœnitentiam morientibus non denegari (a), nec illorum desideriis abnui, quod (b) obitus sui tempore animæ [c] suæ cupiunt subveniri remedio. Horrenius, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub horrore (d) peccatorum hominem, pondere [e], quo se ille expedire desiderat, liberare (f). Quid hoc rogo aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse (g) possit, occidere? cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam sic promittat:* „ Peccator in quacumque die conversus fuerit, peccata ejus non „ reputabantur ei “. *Et iterum:* „ Nolo mortem „ peccatoris, sed tantum convertatur: & vivat “. *Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegarit. Et desperavit (h) de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere, vel momento posse non credidit (i). Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esset in pœna pœnituit, & per unius sermonis promissionem (k) habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potius est æstimanda, quam tempore (l), Propheta hoc taliter asserente:* „ Cum (m) conversus in- „ gemueris, tunc salvus eris “. *Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti: cum ille (n) se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari.*

CAPUT XXXIX.

Quod oporteat, eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere, & quod non oporteat eum tempore pœnitentiæ lucra negotiationis exercere.

IN decretis Leonis Papæ cap. XXII. (o) scriptum est, quod oporteat, eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere: *Aliud quidem est debita justa reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere, dicente Apostolo:* „ Omnia mihi licent, sed non o- „ mnia expediunt “. *Unde si pœnitentes habent causam, quam negligere forte non debeant, melius expedit eis (p) ecclesiasticum, quam forense judicium.*

Item in eisdem decretis cap. XXIII. (q) scriptum est, quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat: *Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit: quia est inhonestus (r) quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi. Quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium, non intervenire peccatum.*

CAPUT XL.

Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam rediri non debeat.

ITem in eisdem decretis cap. XXIV. (s) scriptum est, quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam rediri non debeat: *Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat:* „ Nemo militans Deo „ implicat se negotiis sæcularibus “. *Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.*

EPILOGUS.

Hæc tibi, sancte pater, pauca capitula ex sanctorum Patrum conciliis colligere curavi, ut haberes in promptu ex eorum sententiis, quo judicare possis rudes, & indomitos animos novellæ gentis, apud quam modo conversaris: ut sciant, se impunite peccare non posse, sed paratam sententiam semper a vobis fore, orientia vitia perversorum citius resecare, & humilibus atque digna satisfactione peccata sua plorantibus

a *Denegari*, Corp. can. & conc. aptius, & Burch. & alii. b *Adnui qui*, Corp. can. conc. rectius, & Burch. & alii. c *Hoc animæ*, Corp. can. & conc. & Tarr. & Grat. d *Sub onere*, Corp. can. & conc. Burch. & alii. e *Perdere*, Corp. can. *redimere*, conc. & Gratian. sed in veteri libro conc. est, *pondere*, & apud Burchard. & alios *ponere*, Tarracon. f *Expediri desiderat, & liberari*, Corp. can. & conc. & Gratian. sed in veteri libro, ut Raban. & apud Burch. & alios: *expediri desiderat, liberare*, Tarracon.
g *Absolvi*, concil. sed in veteri. libro ut Raban. h *Desperat*, corp. can. & conc. & Gratian. *desperavit*, Burchard. *desperaverit*, Ivo & Anselm. *desperavit*, Tarrac. i *Credit*, Corp. can. & conc. & Anselm. *credidit*, vetus conc. lib. & Burchard. & alii: *credit*, Gratian. k *Professione*, vetus liber, in quo vox *permittitur professionem*. Burch. & alii: *confessione*, Gratian. l *Non tempore*, ver. liber. m Ezech. 3. & 18. & 33.
n *Cum illi*, Corp. canon. & vetus liber, & Tarrac. *cum ille*, conc. edita, & Grat.
o Sic etiam est in Corp. can. *Ex epist. XC. ad Rusticum Narbonens. Episcoporum cap. VIII.* in concil. Refert Anselm. lib 11. cap. 233. & Grat. 11. q. 1. cap. 34. ALIUD. & de pœn. dist. 1. cap. 64. ALIUD.
p *Expetit quis*, Corp. can. *expetit*, concil. & Anselm. *melius est illi, ut expetat*, Grat. d. cap. 35. *melius expectet*, idem d. cap. 64.
q Sic est in corpore canon. *Ex ead. epist. cap. IX.* in concil. Refert Burch. lib. 2. cap. 128. & lib. 19. cap. 05. Ivo parte 6. cap. 202. & part. 13. cap. 25. & part. 15. cap. 107. decr. Anselm. lib. 1. cap. 121. Cæsaraug. lib. 8. cap. 80. & Gratian. de pœnit. dist. 5. cap. 2. QUALITAS.
r *Honestus*, Corp. can. & Burch. & alii: *& honestus*, conc. & Ivo d. cap. 25. & Anselm. & Grat.
s Sic est in Corpore canon. *Ex ead. epist. XC. cap. X.* in concil. Refert Burch. lib. 19. cap. 66. Ivo part. 15. cap. 80. decr. Anselm. lib. 11. cap. 239. Tarracon. lib. 5. cap. 19. & Grat. de pœnit. dist. 5. cap. 3. CONTRARIUM.

bus opportunum solamen consolationis conferre. Oportet enim, ut quia vestra sanctitas inter illos modo consistit, per prædicationem verbi Dei, & custodiam veræ religionis omnibus sacrum studium vestrum innotescat: quatenus hic fructus boni laboris laudem vobis acquirat, & in futuro mercedem, & gloriam pariat sempiternam. Amen.

Index Capitum.

EPISTOLA CANONICA (a)

SANCTI GREGORII NYCÆNI EPISCOPI AD SANCTUM LETOJUM, MELITENES EPISCOPUM

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

UNum hoc quoque est eorum, quæ ad sanctum festum spectant, ut nos intelligamus legitimam & canonicam in his, qui peccarunt, dispositionem, quo pacto curetur omnis morbus animæ, qui ex aliquo peccato nascitur. Quoniam enim hoc etiam est universale festum creationis, quod in præstituto annui circuli ambitu, singulis annis in universo mundo impletum propter ejus, qui ceciderat, resurrectionem, peragitur; casus autem est peccatum, resurrectio vero ex peccati casu erectio; recte hodie habebit, si non solum eos, qui ex regeneratione per lavacri gratiam transmutati sunt, adducamus: sed eos etiam, qui per pœnitentiam, & conversionem a mortuis operibus ad viventem viam rursus ascendunt, ad salutarem spem manu ducamus: a qua per peccatum alienati sunt. Neque vero parvum opus est, ea, quæ de his dicenda sunt, in recto, & probato judicio disponere, juxta præceptum Prophetæ, quod jubet oportere sermones disponere in judicio, ut quemadmodum habet ipsum oraculum, non moveatur in æternum, & in memoria æterna sit justus. Quemadmodum enim (b) etiam in corporis curatione unus quidem est medicinæ finis, sanare eum, qui laborat, varium autem est curationis genus; pro morborum enim varietate convenienter quoque ratio curandi unicuique morbo adhibetur; ita cum multa sit in morbo quoque animæ affectionum varietas, multiformis quoque necessario erit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens. Ut sit autem arte aliqua procedens propositæ quæstionis ratio, sic disputationem complectemur.

CAPUT I.

Tria sunt (c), quæ in anima nostra considerantur secundum primam divisionem, ratio, concupiscentia, & ira. In his sunt & recte facta eorum, qui ex virtute vivunt, & casus eorum, qui in vitium delabuntur. Quamobrem oportet eum, qui ægrotanti animæ parti convenientem medelam est adhibiturus, prius quidem considerare, in quonam consistit affectio: deinde sic male affectæ convenientem medicinam facere, ne propter imperitiam rationis curandi, alia quidem sit pars, quæ ægrotat, alia vero, quæ medicinam recipiat: sicut certe multos videmus medicos, qui propter primo læsæ partis ignorationem morbum suis medicamentis protrahunt. Cum enim sæpe existat morbus ex caloris magnitudine; quoniam iis, qui propter frigidi abundantiam male affecti sunt, utile est, quod calefacit, & refovet, quod illis ex ratione contulit, inconsiderate idem iis, qui im-

a Hæc Græce scripta est a B. Gregorio, Latinam fecit Gentianus Hervetus, mutavit quædam Petrus Galesius in Latina interpretatione, cum eam contulisset cum Græcis libris. Fuit autem Gregorius Basilii Episcopi frater. Obitus hujus festos dies celebratur in Græcia IV. Idus Jannar. ut constat ex Novella Manuelis Comneni, quam refert scholast. Balsamonis tit. 7. c. 1. nomocanonis Photii. In synodo Constantinop. quam ipsi sextam dixerunt, hi canones approbantur. c. 2. in Trullo. Refert Ivo lib. 2. tit. 11. c. 29. Panorm. & parte 4. c. 134. decr. liber Cæsaraug. lib. 2. c. 8. & Grat. dist. 16. c. 7. QUONIAM. in fine. Idem Gentianus Theodoro Balsamoni Antiocheno Patriarchæ tribuit hujus epistolæ scholia, sive interpretationem, quam etiam Latine fecit: ego eam Joannis Zonaræ fuisse, in libris meis Græcis inveni. Extant etiam Græce Alexii Aristeni breviora scholia. Pars hujus epist. ad Letojam extat lib. 60. Basil. ut dicemus capite quinto.

b Hac de re agitur in Timæi Locrensis libro de anima mundi, & in Platonis dialogo Timæo inscripto, & lib. 3. & 4. Tusculanar. quæstionum Ciceronis. Stoicorum autem esse hanc comparationem docet Cicero d. lib. 4. his verbis: *Hoc loco nimium operæ consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo.* Vidend. Joann. Cassianus collatione 24. c. 15.

c τὸ λογικὸν ϗ τὸ ἐπιθυμητικὸν ϗ τὸ θυμοειδές. Hæc etiam Timæi sunt, & Platonis in eisdem libris, & ex Platone lib. 9. de repub. Ciceronis lib. 1. de divinatione. Idem lib. 1. Tuscul. quæst. sic ait: *Plato triplicem finxit animam, cujus principatum, id est, rationem, in capite, sicut in arce posuit, & duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.* Et lib. 4. *In his explicandis veterem illam equidem Pythagoræ primum, deinde Platonis descriptionem sequar, qui animum in duas partes dividunt: alteram rationis participem faciunt, alteram expertem; in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam; in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis contrarios, inimicosque rationi.* Adde Cassian. collat. 24. d. c. 15. & 16. & 17.

immoderata caliditate succenduntur, applicantes effecerunt, ut esset morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis in primis necessaria existimata est elementorum proprietatis cognitio, ut uniuscujusque eorum, quæ bene, vel male affecta sunt, id quod præter naturam tale est, ad suum statum revocetur: sic & nos ad hanc recurrentes divisionem, eorum, quæ in anima considerantur, quæ est principium, & fundamentum convenientis affectionum curationis, generalem faciamus divisionem. Trifariam ergo, ut diximus, divisa proprietate motionum animæ in illud, quod habet vim ratiocinandi, quod concupiscendi, & quod irascendi; rationis quidem compotis animæ partis rectum officium est, pia de Deo existimatio, boni & mali discernendi scientia, & quæ habet veram, ac sinceram de rerum subjectarum natura opinionem: quid est quidem in his, quæ sunt, expetendum, quid vero respuendum, & abiiciendum. Et rursus ex contrario, quod in ea parte est vitium, omnino considerabitur, quando circa res quidem divinas fuerit impietas, nullum autem circa id, quod vere honestum est judicium, perversa autem, & corrupta de rerum natura opinio, ut lucem tenebras ducat, & tenebras lucem, ut dicit Scriptura. Concupiscentis autem partis motus ex virtute quidem est, si ad id, quod est revera concupiscendum, & vere pulchrum, erigatur desiderium, & si qua est in nobis amatoria facultas, & affectio, tota in illo versetur, ut credamus, nihil aliud esse sua natura expetendum, præter virtutem, & naturam, unde virtus emanat. Hujus autem partis declinatio est, & peccatum, si quis cupiditatem transtulerit ad inanem, quæ non potest consistere, gloriam, vel ad florem eum, qui in corporum quasi cute nitet. Unde nascitur cupiditas pecuniæ, gloriæ, & voluptatis, & ceterarum omnium rerum ejusmodi, quæ ab hoc vitii genere dependent. Rursum vero habitus iracundi rectum officium est cum malo inimicitiæ, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem habere animum optime munitum, ut ea non metuat, quæ multis terribilia videntur, sed usque ad sanguinem contemnat, & rerum jucundissimarum avocatione, & omnium, ut dicam uno verbo, quæ consuetudine aliqua & anticipata opinione multos detinent in voluptate, pro fide, & virtute depugnans, fiat superior. Hujus autem partis prolapsiones omnibus apertæ sunt, invidia, odium, ira, convicia, certamina, contentiosæ, & ultionis appetentes affectiones, quæ acceptæ injuriæ recordationem longe extendunt, & multi ad cædem, & sanguinem pervenerunt. Dum enim non inveniret inerudita ratio, quomodo armis suis utiliter uteretur, ferri aciem in se convertit, eaque arma, quæ nobis a Deo data sunt, ei, qui male utitur, exitium afferunt.

CAPUT II.

His itaque, quo modo dictum est, distinctis, quæcumque quidem peccata ratiocinantem animæ partem attingunt, esse difficiliora a Patribus judicata sunt, & majore, & pleniore & laboriosiore conversione digna: quemadmodum si quis fidem in Christum negavit (*a*), vel ad Judaismum, vel idolorum cultum, vel Manichæismum, vel aliud quid tale impietatis genus descivisse visus sit, qui suapte quidem sponte ad ejusmodi malum irruens, deinde ad se rediens totum vitæ suæ habet pœnitentiæ tempus. Numquam enim si mystica peragatur oratio, Deum una cum populo adorare dignus censetur, sed seorsum precabitur, a sacramentorum autem communione omnino erit alienus; in hora autem sui excessus tum sacramenti parte dignus censebitur. Sin autem contigerit, ut is præter spem vivat, in eodem judicio rursus vitam traducet [*b*], mysticorum sacramentorum ad exitum usque expers; tormentis autem, & gravibus suppliciis excruciatus, præstituto tempore pœnas det, sanctis Patribus in eo clementia sic usis, tamquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas, tormentis non resistens. Quare mensura [*c*] eorum, qui in fornicatione peccarunt, & vi, doloreque expressa transgressio in conversione commensurata est.

CAPUT III.

Qui vero ad præstigiatores (*d*), vel vates abierunt, vel eos, qui per dæmones se piacula quædam, & aversiones operaturos pollicentur, ii examinantur, utrum in fide in Christum permanentes, a necessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, & afflictio aliqua vel intolerabilis jactura hunc illis animum indidisset, an omnino neglecto, quod a nobis creditum est testimonio, ad dæmonum auxilium confugerunt. Si enim ad fidem tollendam, & quod Deum esse non crederent, qui a Christianis creditur, & adoratur, illud fecerunt, transgressorum scilicet judicio subiicientur. Sin autem non ferenda necessitas aliqua, pusillo eorum animo superato, eo deduxit falsa aliqua spe impulsos, eodem modo erit & in ipsos clementia, instar eorum, qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt.

CA-

a Photius tit. 13. c. 20. Nomocan. *de apostatis, immolatoribus, magis, incantatoribus, mathematicis, divinatoribus, & amuleta appendentibus* refert Gregorii Nyceni c. 1. & 2.

b πάλιν ἐν τοῖς αὐτῷ χρήμασι, διαβιώσει. Hoc Zonaras apertius interpretatur: πάλιν ἀκοινώνητος ἔσται, *sine communione iterum erit.* μένει πάλιν ἀμέτοχος, Alexius ait, *expers inquit, rursus manet.* Id igitur appellat *judicium*, hoc est, *pœnitentis statum.* *c* Vide caput 4.

d Partem esse hanc capitis secundi, apparet ex Photio, & ex libro 60. Basilicor. in locis mox adferendis. Caput etiam secundum est in Alexii Aristeni libro.

CAPUT IV. [a]

Eorum autem, quæ propter cupiditatem, & voluptatem fiunt, peccatorum talis est divisio: hoc enim vocatur adulterium, illud vero scortatio, sive fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum, qui sunt subtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulterium esse existimare, quoniam una est legitima conjugatio, & uxoris cum marito, & mariti cum uxore. Quidquid ergo non legitimum est omnino præter legem: & qui habet non proprium habet omnino. Homini enim una data est a Deo auxiliatrix: & mulieri unum appositum est caput. Ergo siquidem quis proprium vas suum, ut divinus Apostolus nominat, sibi ipsi possederit, concedit lex naturæ justum usum. Si quis autem extra proprium versus fuerit, erit omnino in aliena: est autem unicuique alienum, quidquid non proprium, etiam si non habeat confitentem dominum [b]. Non longe ergo a peccato adulterii & ipsa fornicatio ab his, qui rem paulo accuratius examinant, suscepta est, cum dicat etiam scriptura divina: *Ne multus sis cum aliena* (c); sed quia imbecilliorum fuit Patribus cura habita, distinctum est peccatum hac generali divisione, ut fornicatio quidem dicatur libidinis expletio alicujus, quæ fit sine alterius injuria, adulterium vero, insidiæ, & injuria, quæ alteri infertur. In eo autem, & eum animalibus coitum, & cum pueris tum esse putant, quoniam & hæc sunt naturæ adulterium. In id enim, quod est alienum, & quod est præter naturam, fit injuria. Cum hæc ergo divisio in hac etiam peccati specie facta sit, universale est remedium, ut a concitata in ejusmodi voluptates rabie per pœnitentiam homo purus efficiatur. Sed quia eorum, qui in fornicatione polluti sunt, injuria aliqua eum hoc peccato non commixta est, propterea duplum conversionis tempus iis præscriptum est, qui in adulterio inquinati sunt, & in aliis itidem veritis malis, animalium initu, & rabie in masculum. In iis enim peccatum, ut dixi, duplicatur. Unum quidem in nefaria voluptate, alterum autem, quod in injuria, quæ fit alteri, consistit. Est autem quædam hujusmodi differentia in ratione pœnitentiæ in peccatis, quæ sunt secundum voluptatem. Qui enim ea seipso ad sua proferenda peccata impulsus est, eo quod sua sponte occultorum accusator esse voluerit, ut qui jam morbo medicinam adhibere cœperit, & signum in id, quod est melius, mutationis ostenderit, in mitioribus pœnis versatur. Qui autem in malo deprehensus est, vel propter aliquam suspicionem vel accusationem ingratis convictus est, longius illi conversionis tempus datur, ut ipse perfecte purgatus, sic ad sacramentorum communionem recipiatur. Est ergo canon ejusmodi, ut qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur (d), in tribus autem sint solius auditionis participes: in tribus autem aliis annis, cum his, qui in conversione substernuntur, deprecentur, & tunc [e] sint sacramentorum participes. In his autem, qui studiosius conversione usi fuerint, & vita ipsa ad id, quod bonum est, reditum ostenderint, licet ei, qui dispensat, pro ecclesiasticæ œconomiæ utilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad conversionem deducere, & rursus hoc quoque tempus contrahere, & celerius communioni reddere, ut sua probatione ejus, qui curatur, constitutionem judicet. Quemadmodum enim porcis margaritas proiicere est vetitum, ita & pretiosa margarita privare eum, qui per vacuitatem perturbationis, & purgationem homo jam factus est, absurdum est. Quæ autem in adulterio, & in reliquis immunditiæ generibus fit legis transgressio ut dictum est, eodem judicio sanabitur omnino, quo & fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. In eo autem ejus etiam qui curatur, affectio considerabitur, quo modo & in his, qui fornicationis inquinamento illaqueati sunt, ut vel citius, vel tardius eis sit boni participatio.

CAPUT V. (f)

Restat ad hæc, ut irascentem animæ partem examinandam proponamus, quando lapsa a bono iræ usu, in peccatum ceciderit. Cum autem multa sint, quæ per iram fiunt, peccata, & omnis generis mala, placuit nostris Patribus in aliis quidem non nimium subtiliter agere, neque multæ operæ pretium putare, omnia, quæ ex ira nascuntur, delicta curare: quamvis Scriptura non simplicem, vel ipsum ictum tantummodo prohibeat, sed etiam omne convicium, vel maledictum, & si quid aliud ejusmodi ira efficit, sed solam cædem pœnis caverunt. Dividitur autem hoc [g] malum differentia voluntarii, & involuntarii, in quibus voluntaria quidem primum est cædes, quæ ex composito suscepta est audacter ex apparatu ejus (h). Deinde illa quoque in voluntariis existimata est, quan-

a Caput tertium apellatur a Photio tit. 1. cap. 5. Nomocanonis *de fornicatione, adulterio & stupro, & pædicatione*, & tit. 14. c. 2. *de his, qui cum brutis animantibus commercium habent*, & tit. 9. c. 39. *de pœnitentia*, & apud Alexium Aristenum.

b κἂν μὴ ὁμολογούμενον ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. Zonaras interpretatur, κἂν μὴ ἔχῃ τὸν κυριεύοντα *quamvis non habeat dominum, confitentem: significat certum, & apertum, omnibusque notum*. Gentianus interpretatur, *etiam si id non confiteatur, qui est dominus*: quasi dicat *etiamsi non agat, vel persequatur jus suum dominus*.

c Ecclesiast. 9. d Non solum ab oratione, sed etiam a loco orationis, quasi diceret, αἱ προσευχαί, quæ vox utrumque significat. Ut Act. 6. & Epiphan. hæresi 68. contra Massalianos.

e καὶ τότε, Hoc est *& postea*, sive *post hæc*, non vero *interea*; neque enim pœnitentes offerunt, aut sacram Eucharistiam accipiunt ante expleta tempora constituta.

f Hoc est caput IV. Alexio Aristeno, & Photio tit. 14. c. 3. *de homicidis, & latronib.* & Leoni lib. 60. tit. 39. c. 27. Basilicor. g Hæc verba invenies d. c. 27. Basil. ubi *cædes*, pro *hoc malum*, est.

h *Quæ fit meditatio*, Basil.

quando quis in congreſſu (a) verberans, & verberatus plagam per iram mortiferam intulerit.

Qui enim ira ſemel victus eſt, & iræ impulſioni indulgens (b), nihil eorum, quæ malum poſſent amputare (c), ei in mentem venerit; quare (d) & illic quoque qui ex concertatione profectus eſt, cædis eventus in factum præoptationis voluntarium, non in caſum confertur. Involuntaria autem habent manifeſta indicia, quando quis alicui alteri rei ſtudium applicans caſu aliquid incurabile patraverit [e]. In his ergo tædes quidem in triplex tempus extenditur iis, qui per converſionem (f) voluntario facinori remedium afferunt. Ter noveni enim ſunt anni, novenario in unoquoque gradu præfinito, ut in perfecta (g) quidem ſegregatione novennale tempus perduret, ab Eccleſia prohibitus: alios autem totidem annos in auditione permaneat (h), ſola doctorum & ſcripturarum auditione dignus habitus (i): in tertio autem novenario cum ſubſtratis in converſione orans (k), ſic veniat ad communionem ſacramenti ſcilicet; & in eodem eadem erit obſervatio ab eo, qui eccleſiam adminiſtrat (l) & pro ratione converſionis (m) illi quoque pœnæ extenſio contrahetur, ut pro novem annis in unoquoque gradu, octo, vel ſeptem, vel ſex, vel quinque ſoli fiant, ſiquidem magnitudo converſionis tempus vincat, & ſuperet correctionis ſtudio (n) eos, qui in longo tempore præſtituto ſuſceptas a ſe maculas ſegniter eluunt.

Involuntarium autem venia quidem dignum, ſed non laudabile judicatum eſt. Hoc autem dixi, ut ſit apertum, quod etiam ſi quis involuntarie fuerit in ſcelere homicidii, eum tamquam jam profanum piaculo redditum (o) a ſacerdotali (p) gratia eiiciendum canon pronuntiavit. Quantum autem eſt expiationis tempus in ſimplici fornicatione [q], tantum etiam recte habere exiſtimatum eſt in iis, qui cædem involuntariam feciſſent, ſcilicet in iis quoque pœnitentiis conſilio examinato, ut ſi ſit fide quidem digna converſio (r), non ſervetur annorum numerus, ſed tempore contracto ad eccleſiæ reſtitutionem, & boni participationem deducatur. Si (s) quis autem, tempore non expleto a canonibus præſtituto, vita excedat, jubet Patrum clementia, ut effectus ſacramentorum particeps non viatico vacuus ad extremam illam, & longam peregrinationem (t) mittatur. Sin autem poſtquam ſacramenti particeps factus fuerit, rurſum ad vitam reverſus ſit, ſtatutum tempus expectet in illo gradu exiſtens, in quo erat ante communionem illi ex neceſſitate datam.

CAPUT VI. (u)

Altera autem idololatriæ ſpecies, ſic enim divinus Apoſtolus avaritiam appellat, neſcio quo modo abſque ulla pœnæ medela a Patribus noſtris prætermiſſa (x) ſit. Atqui hoc malum quidem videtur eſſe triplicis animi conſtitutionis affectio. Nam & ratiocinatio ab ejus, quod pulchrum eſt, judicio aberrans, eſſe in materia quod pulchrum eſt exiſtimat, non ad pulchritudinem quandam a materia ſeparatam reſpiciens. Et cupiditas ad ea quæ ſunt inferiora, fluit, ab eo, quod vere eſt expetendum, præterfluens. Jam vero, & contentioſa, animoſaque, affectio ex hoc peccato multas occaſiones accipit; &, ut dicam ſemel, concinit hic morbus avaritiæ definitioni Apoſtolicæ. Divinus enim Apoſtolus eam non ſolum idololatriam, ſed etiam omnium malorum radicem pronunciavit; & tamen tale genus morbi neglectum, inconſideratum, & abſque ulla ejus cura prætermiſſum eſt: quo fit, ut hic morbus valde in Eccleſia abundet, & nemo in his, qui ad clerum adducuntur, inquirit, num aliquo modo qui eo idololatriæ genere polluti ſint. Sed de his quidem, quoniam a Patribus noſtris prætermiſſum eſt, ſufficere exiſtimamus publica doctrinæ oratione ea quo modo fieri poteſt, curare, veluti quoſdam morbos ex repletione ortos, ex cupiditate amplius habendi ægritudines oratione purgantes. Solum autem furtum, & ſepulchrorum effoſſionem, & ſacrilegium vitium exiſtimamus, quod ſic Patrum ſucceſſione hæc nobis traditio facta ſit. Atqui apud divinam ſcripturam & fœnus, & uſura ſunt prohibita, & per alicujus potentiam ad ſuam poſſeſſionem aliena traducere, etiam ſi negotiationis prætextu tale fieri contigerit. Quoniam [y] ergo noſtra quidem ad canonum poteſtatem auctoritas ineſt ſatis, id quod in confeſſis prohibitum eſt, canonicum judicium his, quæ jam dicta ſunt, adiiciemus. Dividitur autem furtum in

Gal. 5. c. Ephes. 5.b.

1.Tim.6.b.

a *In conflictu, ac pugna*, Cujacius in Baſil.
b *Affectioni manu indulgens*, Cujac. c *Nihil in ea animi perturbatione eorum, quæ malum præcidere poſſent*, Cujac. d *Quamobrem effectus cædis ex conflictu, voluntate, non caſu deputatur*, Cujac.
e *Nefas quoddam admiſit*, Cujac. f *Per pœnitentiam*, Cujac.
g *Ita ut novem annis omnino ſeparatus communione, & eccleſia prohibitus degat*, Cujac.
h *Auditor exiſtat*, Cujac. i *Auditione, etiam ſi conſiſtentiam acceperit, dignus*, Cujac.
k *Cum ſubmiſſis, reſipiſcens oret*, Cujac. l *A diſpenſatore eccleſiæ*, Cujac. m *Reſipiſcentia*, Cujac. & v. 25.
n *Et majori ſtudio ad emendationem feratur*, Cujac. o *Quaſi ex ſcelere jam factum profanum*, Cujac.
p *Sacerdotali*, Cujac. q *In nuda ſcortatione*, Cujac. r *Reſipiſcentia*, Cujac.
s Hoc dicitur eſſe caput V. Alexio Ariſteno, & Photio tit. 14. c. 4. t *Longum iter*, Cujac.
u Caput etiam VI. eſt Alexio Ariſteno, & Photio tit. 14. cap. 1. *de avaritia.*
x Zonaras contra hanc Gregorii opinionem objicit Gregorii Thaumaturgi cap. III. quod aliis eſt cap. II. item Theophili Alexandr. Epiſcopi epiſtolam ad Menam. Item de uſuris aperte concilii Nicœni canon extat XVII. præter canonem Apoſtolorum XLIV. & Carthagin. cap. V. & ſextæ ſynodi repetitæ cap. X.
y Caput VI. circa medium appellatur a Photio tit. 1. cap. 4.

in latrociniom, & in mororum effoſſionem (*a*). Idem autem utriſque finis eſt aliena auferre, conſilii autem ipſorum magna eſt inter ſe differentia. Latro enim etiam homicidium ad id, quod ſtudet aſſequi, aſſumit, ad hoc ipſum paratus & armis, & multa manu, & opportunitatibus locorum, adeo ut is homicidarum judicio ſubiiciatur: ſi per pœnitentiam ad Dei eccleſiam ultro reverſus fuerit. Qui autem clam auferendo alienum uſurpat, deinde per enuntiationem peccatum ſuum ſacerdoti aperuerit, vitii ſtudio in contrarium mutato ægritudinem curabit, dico autem largiendo, quæ habet, pauperibus: ut dum quæ habet profundit, ſe ab avaritiæ morbo liberum aperte oſtendat. Sin autem nihil aliud præterquam ſolum corpus habeat, jubet Apoſtolus per fatigationem corporis ei morbo mederi. Dictio autem
Eph. 4. c. ita habet: *Qui furatur, non amplius furetur, ſed potius laboret bonum operans, ut poſſit ei largiri, qui indiget.*

CAPUT VII. (*b*)

Sepulchrorum autem effoſſio, ipſa quoque dividitur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur. Si enim quis mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, ut nec Soli oſtendatur naturæ fœditas, lapidibus aliquot ex his, qui ſepulchro injecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum utetur, ne hoc quidem eſt laudabile, ſed ut eſſet dignum venia, effecit conſuetudo, quando ad aliquid præſtantius, & Reipub. utilius materia traducta ſit: ſed carnis conditæ, poſtquam terra injecta eſt, pulverem perſcrutari & oſſa movere, ſpe aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, in eodem judicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio: quemadmodum in præcedente oratione diviſio facta eſt; conſiderante ſcilicet œconomo (*c*), ex ipſa vita ejus, cui medela adhibetur, medicinam ut ſpatium a canonibus pœnitentiæ præſtitutum poſſit contrahere.

CAPUT VIII. (*d*)

Sacrilegium autem in antiqua quidem ſcriptura nihilo cædis condemnatione viſum eſt tolerabilius. Similiter enim & in cæde deprehenſus, & qui res Deo dicatas abſtulerat, lapidationis ſupplicium ſubibat. In eccleſiaſtica autem conſuetudine de pœnæ gravitate neſcio quo modo aliquid detractum, & eo levitatis deſcenſum eſt, ut illius morbi exiſtimetur tolerabilius piaculum. In minori enim tempore, quam adulterium, hi a patrum traditione pœnam ſuſceperunt. Ubique autem hoc in peccati genere ante omnia videndum eſt, qualis ſit ejus, cui medela adhibetur, affectio, & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere quænam enim fuerit ex tempore medicina: ſed ejus, qui ſibi per converſionem medetur, animam, & inſtitutum.

Hæc tibi ô homo Dei ex his, quæ erant ad manum multo ſtudio compoſita, quod oportet fratrum mandatis parere, ſtudioſe miſimus. Tu vero conſuetas pro nobis preces Deo offerre ne intermittas. Debes enim, ut gratus filius ei, qui te ſecundum Deum genuit in ſenectute, per tuas orationes alimentum, convenienter præcepto quod jubet honorare parentes, ut tibi bene ſit, & ſis longævus ſuper terram. Exod. 20. b. Clarum eſt autem, quod ut ſymbolum ſacerdotale litteras accipiens, neque munus hoſpitale contemnes, etiam ſi ſit minus, ſumma tui ingenii bonitate.

EX

a Sub hac ſpecie effoſſionis comprehenduntur alia furtorum genera, quæ clam fiunt, ut effractiones horreorum, ſive domorum, veſtium, & pecuniarum clandeſtinæ rapinæ.
b Sic etiam Alexius, & Photius tit. 9. cap. 39. de Pœnitentia, & tit. 13. c. 23. *de furibus ſepulchrorum violatoribus latronibus & ſacrilegis.* *c* Hoc eſt *ſacerdote*, qui diſpenſare poteſt.
d Sic etiam Alexius, & Photius d. cap. 39. & cap. 23.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

EX EPISTOLA CANONICA

SANCTI GREGORII THAUMATURGI EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS

De his, qui in Barbarorum incursione idolothyta comederunt, & alia peccarunt.

CANON ULTIMUS

CUM NOTIS.

Fletus [a], seu luctus est extra portam oratorii: ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio (b) est intra portam in ferula, ubi oportet, eum, qui peccavit, stare, usque ad cathecumenos etiam illinc egredi. Audiens enim, inquit (c), scripturas, & doctrinam eiiciatur, & precatione ne dignus censeatur. Subjectio autem, seu substratio (d) est, ut intra templi portam stans (e) cum cathecumenis egrediatur. Congregatio, seu consistentia est (f), ut cum fidelibus consistat, & cum cathecumenis non egrediatur: postremo est participatio sacramentorum (g).

a Hic Gregorius superiori Gregorio antiquior est, cognomen ex admirandis signis, atque operibus habuit. Latina verba Gentiani Herveti interpretis sunt, qui etiam Theodori Balsamonis scholion Latine convertit. Apud Leonem libro LX. Basilicorum eadem fere inveniuntur omisso Gregorii nomine: varietatem indicabimus. Fletus, sive luctus. ἡ πρόσκλαυσις a Gregorio vocatur. Jacobus Cujacius lib. 60. tit. 37. cap. 18. Basil. ita scribit: *Sciendum vero quinque locos, & gradus esse pœnitentium. Adploratus, qui hic est, ut consistat reus extra velum ecclesiæ, & ingredientibus flens dicat:* ORATE PRO ME: *accidens etiam pedibus eorum. Auditio &c.* Et tit. 39. cap. 1. post submissionem, consistentiam, & participationem scribit: *Adploratus est, consistere delinquentem extra velum ecclesiæ, & singulis, qui ingrediuntur, dicere cum gemitu* ORATE PRO ME: *accidentem etiam pedibus eorum.*

b ἡ ἀκρόασις ἔνδοθεν τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι. *Auditio, ut audiat sacras scripturas stans in ostio basilicæ. Submissio &c.* Cujac. d. c. 18. Ferula locus prope ostium esse videtur, de quo quærendum.

c Cujus sint verba hæc, ignoro, & fortasse hæc sola Gregorii sunt, cetera alicujus interpretis.

d ἡ δὲ ὑπόπτωσις. *Submissio, ut intra velum ecclesiæ in extrema parte ambonis consistat ad cathecumenorum preces concurrens. Consistentia &c.* Cujac. d. cap. 18. *Submissio est statio intra velum ecclesiæ, in extrema ambonis parte, cum ipse ad cathecumenorum preces concurrit; consistentia &c.* Cujac. d. cap. 1.

e Vox *stans*, pugnare videtur cum *substratione*, vel *subjectione*, vel *submissione*; unde *existens* vel *consistens* magis placeret, nisi Græce quoque esset ἱστάμενος. sed aut mendo non caret, aut ita intelligatur oportet.

f σύστασις. *Consistentia, ut stet cum fidelibus, quoad divina functio peracta sit; participatio &c.* d. cap. 18. *Consistentia est cum fidelibus statio, quoad divina functio peracta sit; participatio &c.* d. cap. 1.

g ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων. *Participatio sacrorum, ut vivificantis panis consors, & particeps fiat,* Cujac. d. cap. 18. *Participatio sacramentorum, vivificantis panis communio; Adploratus &c.* Idem d. c. 1. Hic locus pœnitentium non est, ut superiores; sed statuitur differentia inter consistentes, & participantes: quod illi expertes sunt oblationum, hi vero participes.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

IN CANONES POENITENTIALES

QUI CUM GRATIANI LIBRO EDI SOLENT

PRÆFATIO.

QUia prodesse omnibus cupimus, & non omnes eadem sapiunt, neque eodem modo discunt, pro singulorum scilicet ingeniis, & institutionibus canones vulgo notos præterire noluimus. Sumuntur autem ex summa Astensi lib. 5. tit. 32. Ante hunc librum Ostiensis Cardinalis eadem paucis exceptis collegit in summa titulo de pœnitent. & remission. Addidit quædam sanctus Bonaventura in confessionali. Item beatus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in summa, tertia parte, articulo 17. cap. 21. Nos tantum errata quædam librariorum correximus.

CANONES POENITENTIALES,

QUORUM NOTITIA EST VIRIS ECCLESIASTICIS VALDE NECESSARIA.

Sunt autem quædam regulæ directivæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnsiderandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, quod sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, quod sermo in universali est incertus, & dubius; sed eum applicatur ad singularia, incipit quodammodo habere certitudinem, ut qui non considerat circunstantias particulares, potius deviet, quam se rectificet: ut patet in Medicina, & scientia morali. Sie est intelligendnm in proposito, quod canones instruunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda, sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circunstantias personarum, attendentes ad canones, sicut ad regulas directivas: quia si contra canones imponunt, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obviare. dist. 38. *Nulli*. In canonibus autem maxime determinatur pœnitentia quo ad tempus, & magis, quam quo ad modnm: quia illa determinatio est certior, & communior. Hæc Bonaventura 4. dist. 20. cap. 3. Ut ergo scias, qualiter debet procedere arbitrium presbyteri, nota, quod regulariter, sicut dictum est supra, septennis est pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi leprâ percussa, separata fuit extra castra septem diebus. Numer. 12. Maria significat pœnitentem, interpretatur enim amarum mare. Hæc pœnituit septem diebus; sed nunc pœnitet septem annis, quod significatum est Ezech. 4. *Diem pro anno dedi tibi.* Si quæratur, quare pœnitentia sit aggravata, cum lex nova sit lex misericordiæ: Respondeo, quod hic est major ingratitudo propter majorem gratiam, & major contemptus propter majorem dignitatem novæ legis, in qua Christi sanguis est effusus: & gravius peccatum propter statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et ulterius satisfactio in lege nova debet esse perfecta, ut in pristinum statum reducat. Et quia sol in una die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies conversus est in annum. Rursus, quia perfectum remedium est in lege nova, ideo annus multiplicari debet per septem, propter septem dona Spiritus sancti recuperanda, & propter septem dotes, scilicet tres animæ, & quatuor corporis obtinendas. Hujusmodi autem pœnitentia non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmanda: sed est insinuanda, ut cognoscatur, quam gravis est

cul-

culpa. Hæc Bonav. ubi supra. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis, vel minus aspera, prout majoritas, vel minoritas criminis cum ceteris circumstantiis hoc exposcit, ut in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi * casus, in quibus propter dignitatem peccantis, vel criminis enormitatem imponitur pœnitentia major, aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo, quod presbyter circa pœnitentias disponendo * cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones certæ pœnitentiæ imponuntur; quos scilicet canones tenetur presbyter scire, ut dictum est supra. Sunt autem isti:

* plerique

* dispensando

Primus est, quod si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum faciat hoc modo; scilicet, quod sit inclusus, sive a ceteris in aliquo loco remotus, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei jugiter implorans, primis tribus mensibus continuis a vespera in vesperam pane, & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis, & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus, de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat, ne populus in eum * scandalizetur. Et per hoc videtur, quod in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, unum annum & dimidium in pane, & aqua expleat: exceptis Dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine, ovis, & caseo poterit uti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Domini, & ad pacem veniat, & ad psalmos cum aliis fratribus canendos in choro ultimus recipiatur. Ad cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat. Deinde usque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam, & sextam, exceptis diebus paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane, & aqua jejunet; secundam tamen & tertiam uno psalterio, si sit operarius, redimere poterit. Et cum sic septimum annum compleverit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum revocare: ita tamen quod in tribus annis sequentibus, sine ulla redemptione omni sexta feria in pane & aqua jejunet. Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia 82. dist. *Presbyter si fornicationem*, quod intelligunt quidam de simplici fornicatione, alii, forte melius, secundum Rayn. de adulterio, vel incestu: puta, quia cognovit conjugatam consanguineam, vel affinem.

* eo

Secundus casus * est, quod si presbyter cognovit filiam suam spiritualem, quam scilicet baptizavit, vel in baptismo, vel in confirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit, debet pœnitentiam agere duodecim annis: & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando quindecim annis pœniteat, & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero, qui talia commisit, pœniteat quindecim annis. Ipsa vero mulier debet omnia sua relinquere, & res suas pauperibus dare, & conversa usque ad mortem in monasterio Deo servire. 30. q. 1. *Si quis sacerdos.* & *Non debet.*

* canon

Tertius est, quod quicumque filiam suam spiritualem, vel matrem cognoscit, septem annis pœniteat, & similiter ei consentientes. 30. q. 3. *Non oportet.*

Quartus est, quod qui contrahit cum aliqua alii desponsata per verba de præsenti, ipsa dimissa quadraginta diebus jejunet in pane, & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat: extra de spons. duor. *Accepisti.*

Quintus est, quod qui cognoscit duas commatres, vel sorores, sive uxor vivat, sive non, ad minus septem annis pœniteat, licet plus deberet. 30. q. 4. *Si pater.*

Sextus est, quod qui cognoverit monialem, sive devotam, decem annis pœniteat: & similiter ipsa, secundum formam traditam. 27. q. 1. *De filia.* & *Devotam.* In quorum primo cap. dicitur, quod si filia Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi post votum solemne contraxerit matrimonium, non admittatur ad communionem, nisi, marito defuncto, pœnitentiam egerit: si autem eo vivente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantum in fine vitæ recipiet eam. In secundo capite dicitur, quod devota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit pœnitentiam decem annis: postea recipiatur ad communionem, & antequam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est, quod qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem, & filiam, vel amitam, & neptem: pœniteat septem annis, si autem scienter, perpetuo privetur * conjugio. 34. q. 3. *Si quis cum duabus.*

* careat

Octavus est, quod qui duxit in uxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat quinque * annis. 31. quæstione 1. *Si qua vidua.*

* septem

Nonus est, quod qui contra naturam peccavit, si sit clericus, debet deponi, vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si vero sit laicus, a cœtu fidelium usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus: extra de excess. Præl. Clerici. Hoc enim vitium majus est quam cognoscere matrem. 32. q. 7. *Adulterii.* & est Augustini *Adulterii*, inquit, *malum vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu. Pejus enim est, cum matre, quam cum aliena uxore concumbere: sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit: ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit uti.* Hæc Augustinus. Quocumque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter virum, & fœminam ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam judicatur, ut dicit Rayn.

Decimus est, quod qui coierit cum brutis,

pœniteat plus, quam septem annis: & similiter pro incestu. 33. q. 2. *Hoc ipsum*. & seq.

Undecimus est, quod presbyter qui, interest clandestinis nuptiis, triennio suspendatur: & si culpa exegerit, gravius puniatur: extra de cland. desponf. *Cum inhibitio*.

Duodecimus est, quod qui votum simplex violaverit, pœniteat tribus annis. 27. dist. *Si vir*.

Decimus tertius est, quod qui excommunicatus celebraverit, debet triennio pœnitere, & feria secunda, quarta & sexta a vino, & carnibus abstinere. 11. quæst. 3. *De illis*. De pœna vero degradati celebrantis habetur 50. dist. *Accedens*.

Decimus quartus est, quod homicida voluntarius sine spe restitutionis deponatur: & pœniteat septem annis. distinct. 50. *Miror*.

Decimus quintus est, quod homicida casualis pœniteat quinque annis: & hoc, secundum Rayn. si culpa casum præcessit, aliter non, nisi forte ad cautelam. dist. 50. *Eos*. & duobus capit. sequentibus.

Decimus sextus est, quod si quis fecerit homicidium propter necessitatem evitabilem, pœniteat duobus annis. dist. 50. cap. *De his clericis*; quæ licet si inevitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. *Quia te*. Quod verum est quoad culpam, sed bonum esset, quod pœniteret quoad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam: extra de hom. cap. 2. & ult. Et secundum Rayn. forte distingui potest in homicidio necessario sicut in casuali, scilicet, utrum culpa præcesserit necessitatem, vel non: argum. dist. 50. *De his*. Not. extra de homic. *Interfecisti*. Sed & si quis per insaniam committit homicidium, non ei imputatur. 3. q. 9. *Indicas*. Quin etiam qui intuitu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur: extra de homic. *Presbyterum*. 15. q. 1. *Si quis non iratus*. Sed & qui ligatum latronem interficit, deponitur: extra de homic. *Suscepimus*. Qui autem latronem occultum occidit, quem vivum comprehendere potuit; quadraginta diebus non intret ecclesiam: & alias pœnitere debet: extra eod. cap. 2. ubi de hoc dicitur. Qui vero Paganum vel Judæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50. *Qui vero odit*.

Decimus septimus est, quod matricida pœniteat decem annis, secundum formam satis aperte traditam. 33. q. 2. *Latorem*. Uxoricidæ vero gravior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit: usque ad decem annos carnes non comedit, nec vinum bibit: & alia, quæ habentur. 33. q. 2. *Admonere*. & *Quicumque*. Imponitur autem pœnitentia major uxoricidæ, non quia illud peccatum sit gravius isto: sed quia homines proniores sunt ad occidendum uxores quam matres. Majus enim peccatum est occidere matrem, quam uxorem, ut dicit Bonavent. in 4. sententiar. & communiter omnes doct. Guil. vero Durand. tenet contrarium in repertorio, pro eo quod uxoricidæ imponitur pœnitentia major. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respondeo: Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt: & sic debet eis imponi pœnitentia major quam pro alio homicidio: arg. extra eod. cap. ult. in tex. & gloss. & de homic. *Cum juramento*: de pœn. dist. 1. *Aut facta*. In hoc tamen casu vir uxorem recuperat, quam coactus abjuraverat, & ipsa pœnitentiam agit secundum arbitrium Episcopi, ita quod si habet alios filios, pacifice gubernare possit eos: extra, eod. *Intelleximus*. Quod si vitum non habet, induci debet, ut intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est, ei dare licentiam nubendi, ut extra eod. *Veniens*. Et hoc, quando timetur de incontinentia, alias non, ut patet. 33. q. 2. *In adolescentia*. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere: & ei gravior quam laico, non tamen publica, nisi veniat in publicum pœnitentia debet imponi: ut extra de pœn. *Quæsitum*. Aut certum est, quod non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contigit: & sic districto jure in nullo tenentur: arg. extra de homic. *Ex litteris*. 2. & cap. *Joannes*. cap. ult. nisi velint ad cautelam pœnitere. In dubio tamen præsumitur, quod non hoc ex certa scientia sed potius ex incuria provenerit: extra de præsumpt. *Afferre*. Aut certum est, quod non adhibuerunt omnem diligentiam, quam potuerunt, & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si fit gravis culpa, ut si posuit puerum in medio utriusque, secundum arbitrium pœnitentiarii imponitur pœnitentia quinque vel septem annorum. 50. dist. *Si qua fœmina*. & cap. seq. & cap. *Si quis sponte*; occulta, si sit occultum, publica, si sit publicum, & major, si in lecto suffocetur, quam si in cunis: & major presbytero Græco, quam laico, ut habetur: extra de pœn. *Quæsitum*. Et licet dispensetur quoad pœnitentiam, quæ est arbitraria, ut dicitur ibidem; non tamen quo ad ordines, propter homicidium, quod est delictum enorme, & indispensabile. distinct. 50. *Miror*. Si autem culpa, quæ præcessit casum, sit levis, ut si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen a se, imponitur poenitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud: extra eodem *De infantibus*. Monendi ergo sunt parentes, quod tam tenellos secum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligentia interveniente, opprimantur, & suffocentur, ut 2. q. 5. *Consuluisti*. Et hoc modo distinguit Ostiens. & Bern. extra eodem *De infantibus*. Quid de illis, qui filios vel servos suos, infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, id est, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliqui mori misericordia colligant eos? Respondeo: Tales graviter peccant, quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore, vel cum consanguinea: ideo

ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & eſt puniendus: ſicut expoſitus, ſi ſcienter cum tali contraheret, puniretur: extra de pœnitent. & remiſſion. *Officii*, ſecundum Oſtienſ. Talis enim ſecundum Rayn. eſt tamquam homicida judicandus, qui hominem ſibi ita conjunctum periculo mortis exponit. Conſideratis tamen circunſtantiis, & utrum ob hoc mors ſecuta fuerit, vel non fuerit, pœnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, ſecundum Rayn. ſi mors inde ſit ſecuta: quia ſcilicet fuerunt in culpa, eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen ſecundum Rod. ſi in nulla culpa fuiſſent, quia forte nec eleemoſynas quærendo, nec aliter eos alere poſſent, irregulares non eſſent, nec peccarent.

Decimus octavus eſt, quod qui presbyterum interficit, pœniteat duodecim annis: extra de pœn. & rem. cap. 2. De pœnitentia vero ejus, qui occidit monachum, vel clericum, ſubdiaconum, vel diaconum, habetur. 17. quæſt. 4. *Qui occiderit*. De pœnitentia autem ejus, qui machinatur in mortem domini ſui, vel in regimen ejus, habetur. 23. q. ult. *Si quis*.

Decimus nonus eſt, quod qui injuſte alium ad mortem accuſat, quadraginta diebus in pane, & aqua per ſeptem annos jejunet, & pœniteat: & hoc, ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pœniteat: extra de accuſat. *Accuſaſti*. Oſtienſ. vero, & Jo. de Deo intellexerunt, quod primus pœniteat per ſeptem annos, quolibet anno jejunando quadraginta diebus in pane, & aqua, ſecundus vero per tres annos. Gul. vero Durand. intellexit prout littera magis ſonat: ſcilicet, quod primus jejunabit quadraginta diebus in pane, & aqua, ſive continue, ſive interpollate: & per ſeptem annos jejunabit, & pœnitebit, non tamen in pane, & aqua, ſed ad arbitrium preſbyteri: ſecundus vero per tres quadrageſimas, prima ante Natalem Domini, ſecunda ante Paſcha, tertia ante ſanctum Joannem Baptiſtam: has enim inſtituit beatus Petrus, ut habetur in chronicis. Jejunabit autem tunc in pane, & aqua. Probantur hæc ſecundum Oſtienſ. 22. quæſt. 5. cap. 1. 2. 3. & 4.

Vigeſimus, quod perjurus quadraginta diebus in pane, & aqua jejunet, & ſeptem annis ſequentibus pœniteat: & ſemper debet eſſe in pœnitentia, ſcilicet interiori. 6. quæſt. 1. *Quicumque*.

Vigeſimus primus, quod qui compulſus conditionaliter a domino ſcienter pejerat, ſi liber ſit, quadraginta diebus in pane, & aqua; & hoc ſecundum gloſſ. intellige, vel continue, vel interpollate pœniteat: & ſeptem annis ſequentibus, non tamen in pane, & aqua, ut dicit gloſſa. Si vero ſervus ſit ejus, qui eum coegit, tribus quadrageſimis, & legitimis feriis, ſcilicet ſecunda, quarta, & ſexta. 22. quæſtion. 5. *Qui compulſus*.

Vigeſimus ſecundus, quod qui pejerat in manu Epiſcopi, vel in cruce conſecrata; pœniteat tribus annis. Si vero in cruce non conſecrata, uno anno. Qui vero coactus & ignorans ignorantia juris, & poſtea cognoſcit, pœniteat tribus quadrageſimis. 22. quæſt. 5. cap. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda, vel qualibet cauſa, vel neceſſitate pejerat, quia corpus plus quam animam dilexit, tribus quadrageſimis pœniteat. ead. q. 5. cap. *Si quis coactus*. Alii inducunt tres annos, & unum ex his in pane, & aqua.

Vigeſimus tertius eſt, quod qui falſum ſcienter jurat, vel alium jurare cogit, diebus quadraginta pœniteat in pane, & aqua: & ſeptem ſequentibus annis: & numquam ſit ſine pœnitentia, ſcilicet interiori. Alii, ſi conſcii fuerint, ſimiliter pœniteant. 22. q. 5. *Si quis pejeraverit*.

Vigeſimus quartus, quod qui menſurat in falſa menſura, triginta diebus in pane, & aqua jejunet: extra de emption. & vend. *Ut menſuræ*. De pœna vero falſarii literarum habetur: extra eod. *Ad audientiam*. & cap. *Dura*. & cap. *Ad falſariorum*. & de verb. ſignific. *Novimus*.

Vigeſimus quintus eſt, quod qui frangunt pœnitentiam ſolemnem, ſive redeundo ad crimina priora, vel ſimilia, ſive redeundo ad negotiationem, vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta, ſola intra eccleſiam fidelibus oratione junguntur: a communione ſuſpenduntur, a catholicorum conviviis ſeparantur, & pœnitere debent decem annis, & communicent in fine vitæ. 33. quæſt. 2. *De his vero*. & de pœn. diſt. 5. *Si quis vero*.

Vigeſimus ſextus eſt, quod qui canit Miſſam, & non communicat, debet uno anno pœnitere, & interim Miſſas non cantare. de conſecr. diſtinct. 2. *Relatum*.

Vigeſimus ſeptimus eſt, quod presbyter, qui mortuum clericum involvit in palla altaris, pœniteat decem annis, & menſibus quinque, diaconus vero triennio, & dimidio. de conſecr. diſt. 1. *Nemo per ignorantiam*.

Vigeſimus octavus, quod qui committit ſacrilegium, eccleſiam violando, vel chriſma ſive calicem ſacrum pollutis manibus accipit, vel ſimilia ſacrilegia committit, pœniteat ſeptem annis. Primo anno extra cœmeterium, quod violavit, conſiſtat: ſecundo anno ante fores eccleſiæ: tertio in eccleſia. Et in hoc triennio carnes non comedat, vinum non bibat, niſi in Paſcha, vel Natali: non offerat, nec communionem accipiat. Quarto anno communicabit: & in illo, & in quinto, & in ſexto, & in ſeptimo tribus feriis a carnibus, & vino abſtineat jejunando. 12. quæſt. 2. *De viro*. Comburens autem eccleſiam, quindecim annis pœniteat, & eam reſtituat. 17. quæſt. 4. cap. *Si quis*. in verſ. *Majus*. De pœna vero raptoris, ſive furis rei eccleſiaſticæ, & de pœna furis, & effractoris tam clerici, quam laici, habetur eadem quæſtione cap. *Pecunia*. & cap. *Si quis clericus*.

Vigeſimus nonus, quod ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum, a communione triennio ſeparan-

parantur, & ſimiliter filii, ſi ſint in culpa. Si tamen filii ſecundum promiſſionem factam contraxerint, excuſantur utique, ſcilicet quo ad pœnam eccleſiæ, ſed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. quæſt. 3. *Si qui parentes.* arg. de pœnitent. diſt. 1. *Si cui.*

Trigeſimus eſt, quod qui blaſphemaverit publice Deum, vel aliquem Sanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet Epiſcopus hanc pœnitentiam injungere: ſcilicet, ut ſeptem diebus Dominicis præ foribus eccleſiæ in manifeſto, dum Miſſa cantatur, exiſtat, & ultimo illorum dierum Dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & ſeptem præcedentibus ſextis feriis in pane, & aqua jejunet, eccleſiam nullatenus ingreſſurus: & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, vel duos, vel ſaltem unum reficiat, ſi poteſt: & ſi non poteſt, hæc pœna in aliam commutetur: quod ſi renuerit agere omnia ſupradicta, interdicatur ſibi eccleſia, & in morte privetur eccleſiaſtica ſepultura: extra de maled. *Statuimus.* Item blaſphemus, ſi dives fuerit, quadraginta, alioquin triginta, vel viginti, & ſi ad hoc non ſufficit, quinque ſolidorum uſualis monetæ pœna multetur, nullamque miſericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, ſcilicet, quin ſolvat quinque ſolidos; quos ſi non habet, currat per civitatem, vel commutetur in poenam aliam temporalem: hæc autem pœna ſolvetur ei, qui condemnat, id eſt, poteſtati ſæculari: Hanc enim pœnam temporalem præcepit Papa imponi per poteſtatem temporalem: quod ſi neglexerit, per Epiſcopum præcipit cogi: hæc Oſtienſ. Habet autem prædicta pœna locum, ſecundum Goffr. cum quis blaſphemat non ex ira, vel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo benignius ageretur. 2. quæſt. 3. *Si quis iratus.* Secundum vero Oſtienſ. hæc pœna eſt ſpecialiter inducta contra eos qui Deum blaſphemant ex ira. Non enim aliquis de levi blaſphemat Deum, niſi iratus. Tanta tamen poſſet eſſe iracundia, quod æquipararetur dementiæ: & tunc illud, quod dicit Goffr. locum poſſet habere: Hæc Oſtienſ. Quid ſi quis juret per caput, vel per ventrem, vel capillum? Reſpondet Oſt. quod ſi faciat hoc affirmandó, vel jurando, non habet locum hæc pœna, ſecus eſt, ſi faciat, hoc deteſtando, vel vituperando, licet iratus. Item ſecundum Goffr. & Oſt. hæc, quæ dicuntur de pœna temporali * [* corporali], vel pecuniaria, fiunt judice pro tribunali ſedente; in judicio autem animæ presbyter diſcretus molliendo rigorem, diſpenſare poterit ex cauſa circa pœnam ſpiritualem ſuperiorem. 26. quæſt. 7. *Pœnitentibus*: hæc Ooſtienſis. Item blaſphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam poſtulandam: quod ſi noluerit, degradetur: diſtinct. 46. *Clericus.* Notandum vero, quod blaſphemus, ſecundum leges eſt decapitandus, ut in authent. *Ut non lux. contra nat.* circa medium collat. *6.* Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus. 22. quæſt. 1. *Si quis per capillum.* Hodie vero laicus aget pœnitentiam ſupradictam, ſcilicet, illius canonis *Statuimus.* & hoc ſi publice blaſphemavit. Si enim occulte, non pœnitebit publice, ut puto. Clericus vero hodie eſt corrigendus pœna arbitraria, & occulta, non illa, quæ eſt publica; clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit, vel ſæpius hoc commiſerit, locum habet pœna legis, ſcilicet ut laicus decapitetur in foro civili, & in canonico anathematizetur, id eſt, eccleſiæ ingreſſus ſibi interdicatur, & in morte privetur eccleſiaſtica ſepultura; clericus vero degradetur. Hæc Ooſtienſ. tit. de maledicis.

Trigeſimus primus, de presbytero, qui revelat confeſſionem, quod de jure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinari. de pœn. diſtinct. *6. Sacerdos.*

Trigeſimus ſecundus eſt, quod qui in dicendis horis canonicis, & aliis officiis divinis diſcrepat a conſuetudine propriæ metropolitanæ eccleſiæ, ſex menſibus privatur communione, ſi hoc accidat ex contemptu. 12. diſtinct. *De his.*

Trigeſimus tertius, quod Epiſcopus, qui ordinat ſine cauſa juſta clericum invitum, aut reclamantem, vel penitus invitum, abſolute ſuſpenditur anno uno. 74. diſt. cap. 1.

Trigeſimus quartus, quod Epiſcopus, qui correctionem de venditione miniſteriorum diſſimulat, duobus menſibus, presbyter quatuor, diaconus tribus, ſubdiaconus, & ceteri ad arbitrium judicis pœnitere debent. 1. q. 1. *Quidquid invisibilis.*

Trigeſimus quintus, quod ſortilegus quadraginta diebus pœniteat: extra de ſortil. cap. 1.

Trigeſimus ſextus, quod qui videt in aſtrolabio, pœniteat duobus annis: extra de ſortil. *Ex tuorum.*

Trigeſimus ſeptimus eſt de ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terram, vel aliquid aliud, propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere quadraginta diebus. Si cecidit ſuper pallio altaris, pœniteat quatuor diebus. de conſecr. diſtinct. 2. cap. *Si per negligentiam.*

Trigeſimus octavus eſt, quod ſi aliquis evomit euchariſtiam propter ebrietatem, vel voracitatem, ſi laicus, pœniteat quadraginta diebus: ſi clericus, vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, pœniteat ſeptuaginta diebus: ſi Epiſcopus, pœniteat nonaginta diebus, & debet evomitura comburi, & juxta altare collocari. Si vero cauſa infirmitatis evomerit, ſeptem diebus pœniteat. de conſecr. diſt. 2. *Si quis propter ebrietatem.*

Trigeſimus nonus eſt, quando mus corrodit, vel comedit corpus Chriſti, de pœnitentia hujus caſus inquire, ubi ſit notata. de conſ. diſtinction. 2. circa finem cap. *Qui bene.*

Qua-

Quadragesimus, quod qui domum, vel aream voluntarie incendit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat: extra de injuriis: *Si quis domum.* Canon tamen dicit, quod si ex odio, vel injuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec absolvi, donec satisfecerit, & juraverit, quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam, vel in Hispaniam vadat in Dei servitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 23. quæst. 8. *Pessimam.* Hodie autem postquam sunt denuntiati, non possunt citra sedem Apostolicam absolvi: extra de sent. excomm. *Tua nos.* Immo textus loquitur de incendiariis indistincte, postquam sunt publicati. Et Bern. hoc idem dicit expresse, & Grat. extra de sent. excommunicat. *Quicumque.* Licet Rodulph. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in civitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subiicitur bestiis: si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. D. de incend. ruin. naufr. l. fin. Qui vero alibi, ut in villis, vel castris ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intellige secundum Ostiens. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, vel si minus idoneus sit, parum, vel leviter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur l. *Qui ædes.*

Quadragesimus primus est, quod qui dederit, vel acceperit communionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat uno anno. Si autem scivit, & neglexit, pœniteat decem annis: vel secundum quosdam, septem: vel secundum alios, quinque. Qui vero permittit, hæreticum Missam celebrare in ecclesia catholica, per ignorantiam juris, pœniteat quadraginta diebus. Si pro reverentia ejus, per annum pœniteat: si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro consuetudine Romanorum, proiiciatur ab ecclesia, sicut hæreticus, si sit impœnitens: alioquin pœniteat decem annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat duodecim annis: tribus extra ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem, & duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat. 24. q. 1. *Si quis dederit.*

Quadragesimus secundus, quod patronus, qui res ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 17. q. 7.

Quadragesimus tertius, quod qui domum suam magicis, & incantatoribus lustrat, vel aliud facit, & qui ei hoc consuluit, annis quinque pœniteat. 26. q. 5. *Qui divinationes.* & cap. *Non liceat.*

Quadragesimus quartus, quod qui pacem cum proximo suo non facere jurat, uno anno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. quæst. 4. *Qui sacramento.*

Quadragesimus quintus, quod pro perjurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter septem anni: & simul pro fornicatione, licet non ita aspera pœnitentia injungatur. 22. q. 1. *Prædicandum.* 33. q. 2. *Hoc.* & cap. seq.

Quadragesimus sextus est, quod qui scienter rebaptizatur, septem annis pœniteat: & feria quarta, & sexta in pane, & aqua jejunando tres quadragesimas faciat: & hoc si fecit pro hæresi introducenda, si autem pro munditia, vel pro salute corporis obtinenda, ut extra, de apostatis, cap. 2. tribus annis pœniteat: de consecratione distinct. 4. *Qui bis.* & talis, qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri regularis. distinct. 84. *Dictum est.* De pœna autem talium habetur de consecratione distinct. 4. *Eos.* Cujus capituli sententiam prætermitto gratia brevitatis.

Quadragesimus septimus, quod qui uxorem adulteram cognoscit ante quam pœniteat, tribus annis pœniteat. 32. quæst. 1. *Si quis.* II. Qui vero cognoscit eam poenitentem ante poenitentiam peractam, poeniteat duobus annis, ead. q. *Si quis.* I. Quomodo vero poenitentia injungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non viro suo concipienti, habetur: extra de poenit. & rem. *Officii.*

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo potest studiosus indagator procedere ad poenitentias pro diversis criminibus secundum canones imponendas: & ex causa, consideratis circunstantiis, ut dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantiæ sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personæ, & præcipue, utrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo servitutis: nam circa tales personas cavere debet pro posse presbyter, ne talem poenitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt astrictæ, præjudicium fiat; maxime circa conjugatos: unde si servus sit, & timore peccavarit obediens domino suo, in atrocioribus est mitius puniendus. 22. quæst. 5. *Qui compulsus*: obedire tamen non tenebatur in talibus. 11. q. 3. *Si dominus.* Si autem voluntarie peccaverit, corpore punietur etiam acrius, quam alius. 24. q. 1. *Qui contra pacem.* Nec est servo injungenda peregrinatio, per quam dominus ejus qui non est in culpa, illius servitio defraudetur: extra de sent. excomm. *Relatum.* Si vero liber sit, totam poenitentiam canonis, si fieri potest, facere debet: sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit utrum, sit persona nova in fide minor debet etiam poenitentia imponi: extra de poen. & remed. *Deus qui.* Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad præsens supersedeo gratia brevitatis.

Sciendum autem, quod in foro poenitentiali dicuntur legitimæ feriæ, secunda, quarta, & sexta feria, dist. 82. *Presbyter.* de consecr. dist.

3. *Jejunia.* Aliqui tamen, ut dicit Rod. pro secunda feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, quod si poenitentia in pane, & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis leguminibus, & pisciculis vesci, & etiam aliis, si necessitas illud requirat: extra de poen. & rem. *Licet*, in tex. & gloss. alias *Non licet*.

Notandum etiam, secundum Jo. si poenitentia sit imposita a canone, liberatur quis a jejunio dando denarium, vel legendo psalterium propria auctoritate. Innoc. vero dicit, quod jejunia necessaria, ut quatuor temporum, & hujusmodi, non possunt redimi, nisi subsit rationabilis causa: voluntaria vero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris.

Hoc etiam nota, quod ubi imponitur poenitentia aliquot annorum, sive quadragesimarum, nec additur, quomodo quis debet poenitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum poenitentiæ sint arbitrariæ, ut dictum est supra; ipse enim presbyter arbitrabitur, eam per ferias legitimas faciendam, secundum canones. 50. dist. *De his clericis.* extra de homic. cap. 2. & in multis aliis juribus. Et sic intelligitur illud: extra de acc. *Accusasti.* & de spons. *Dilectus*, & similia.



HA-

HADRIANI PAPÆ CAPITULA

QUÆ EX GRÆCIS ET LATINIS CANONIBUS, ET SYNODIS ROMANIS ATQUE DECRETIS PRÆSULUM AC PRINCIPUM ROMANORUM SPARSIM COLLECTA SUNT,
ET INGILRAMNO MEDIOMATRICÆ URBIS EPISCOPO ROMÆ A BEATO HADRIANO PAPA TRADITA,
SUB DIE XIII. KALENDAS OCTOBRIS, INDICTIONE IX.

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

ADMONITIO JACOBI SIRMONDI

DE SEQUENTIBUS CAPITULIS.

„ QUI sequuntur Hadriani Papæ canones, & decreta, seu sententiæ, (nam & his quoque
„ nominibus appellari solent) in postrema editione, quæ Antonii Augustini notis illu-
„ strata est, ita distinctæ atque distributæ sunt, ut LXXII. capitulis comprehendantur.
„ Ceterum LXXX. numero fuisse constat. Hoc enim & priores editiones titulo suo testantur,
„ & Gratianus, aliique canonum collectores cum horum canonum testimonio utuntur, eundem
„ numerum agnoscunt. Quare quoniam in exemplaribus quoque nostris confusi, & sine numero-
„ rum notis erant, pristinum numerum, id est octogenarium, ex conjectura reddidimus. Singu-
„ lis etiam canonibus singula regum nostrorum capitula, quæ his Hadriani sententiis respondent,
„ apponenda curavimus.

*NOS Hadriani Papæ Canones non secus ac Ant. Augustinus fecerat, capitulis comprehendimus LXXII. Cæterorum Inscriptiones diverso typorum genere suis locis interposuimus, notâ * Inscriptionibus superadditâ. Ea vero nota in margine repetita est, ibique numerus Sirmondi adjectus, atque Regum Francorum capitula indicata sunt.*

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

AD AN. CHR. 786. N. 3. & 4.

„ IN Editione Veneta Conciliorum LXXX. Canones Hadriani Papæ cum hoc titulo repræ-
„ sentantur: *E Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis, atque Decretis Præsu-*
„ *lum ac Principum Romanorum, hæc Capitula sparsim collecta sunt, & Ingilramno*
„ *Mediomatricæ Urbis Episcopo, Romæ a Beato Papa Hadriano tradita sub die XIII. Kalend.*
„ *Octobr. Indict. XI. quando pro sui negotii causa agebatur.* Idem habetur in posterioribus edi-
„ tionibus Concil. nisi quod loco *Indict. XI.* legitur *Indict. IX.* quam retinuit Baronius, qui
„ ideo perperam de iis currenti anno egit; cum mense Septembri decima Indictio initium sum-
„ pserit. Capitula ista Hadriano Papæ ævo Hincmari Rhemensis Archiepiscopi jam tribuebantur,
„ ut liquet ex opusculo adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum cap. 24. Quia tamen ve-
„ tusti aliqui Codices MSS. prædicta Capitula non ab Hadriano Papa, sed ab ipsomet *Ingil-*
„ *ramno* vel *Angelramno* Metensi episcopo collecta, & Hadriano Papæ oblata tradunt, hinc
„ hodie aliqui ea Hadriano, aliqui Angelramno adscribunt. Sed quemcumque Auctorem nacta
„ sit hæc capitulorum Collectio, Marca lib. 7. de concord. cap. 20. vetustiorem illam censet
„ Isidoro, quem iisdem Capitulis usum dicit *in adornanda Collectione Epistolarum apocrypha-*
„ *rum.* Is Auctor Hispanum se prodit hac periodo: *In principio voluminis hujus, qualiter*
„ *Concilium apud nos celebretur, posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant*
„ *qualiter hoc agere debeant.* Celebrandi enim Concilii totum ordinem a quarto Concilio Tole-
„ tano desumit, ut patet ex ipsius ordinis titulo, qui primo Conciliorum Tom. sic exhibetur:

„ *Ordo celebrandi concilii, descriptus ab Isidoro Mercatore ex quarto concilio Toletano cap.*
„ *4. & Garziæ Loaysæ Hispanicorum Conciliorum editoris diligentia emendatus.* Isidori Mer-
„ catoris librum ex Hispania in Gallias allatum primus Gallorum accepit, ac publicavit *Ricul-*
„ *fus*, qui Lullo in Archiepiscopatum Moguntiacensem anno sequenti postea successit. Hincmaro
„ enim Laudunensi Episcopo Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus opusc. 33. cap. 24. ita rescri-
„ bit: *forte putasti, neminem alium easdem sententias* (Hadriani, vel Ingelramni) *vel ipsas e-*
„ *pistolas* [ab Isidoro collectas] *præter te habere, idcirco talia libere te existimasti posse col-*
„ *ligere; res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut & de libro collecta-*
„ *rum epistolarum ab Isidoro, quem in Hispania alia tum Riculfus Moguntinus Episcopus*
„ *in hujusmodi, sicut & Capitulis Regiis, studiosus obtinuit, & istas Regiones ex illo re-*
„ *pleri fecit.*

„ Collectio illa descripta est ex epistolis Anacleti, Evaristi, & aliorum antiquorum Pontificum
„ Romanorum, si fides hac in re adhibenda sit Antonio Augustino Dialogo XV. de emendatio-
„ ne Gratiani, ubi hæc capitula Hadriano Primo abjudicat, vel, ut existimat Marca laudatus,
„ excerpta est ex antiquis Canonibus & genuinis Pontificum Romanorum Epistolis, tum etiam
„ ex legibus Codice Theodosiano comprehensis, vel potius ex illarum legum Breviario. In his
„ autem capitulis interdum nonnihil additur antiquis Canonibus, interdum vero verba aliqua de-
„ trahuntur; tantaque horum capitulorum dignitas fuit, ut etiam frequenter descripta fuerint in
„ Regum Francorum Capitularibus, ut tam Antonius Augustinus, quam Marca communi con-
„ sensu scribunt. Ceterum priorum Pontificum Romanorum Epistolas supposititias esse non tan-
„ tum Marca & Antonius Augustinus, sed etiam Baronius anno DCCCLXV. passimque alii
„ Viri docti fatentur. Vide quæ de iis Epistolis diximus anno Christi C. num. IV. & seqq.

HA-

HADRIANI PAPÆ CAPITULA

CUM NOTIS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

CAPUT I.

Quod qui Episcopum accusat, Dei ordinationem accusat.

Capitular. lib. 6. cap. 280. 6. quæst. 1. Sacerdotes. 1. Paral. 16.



DEI ordinationem accusat (*a*), in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritalia quam terrena sectantur. Unde & propheta ait: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

CAPUT II.

Qui negotium habet cum Episcopo, prius ad illum privatim recurrat.

Lib. 6. cap. 287. PLacuit, ut quæcumque (*b*) persona contra episcopum, vel actores ecclesiæ, se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio; ut familiari colloquio commonitus, ea sanare debeat, quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem si * disferre voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

* deferre

CAPUT III.

De primatu Sedis apostolicæ, & de legitima Episcopi vocatione.

Addit. 4. cap. 12. NUllus Episcopus, nisi (*c*) canonice vocatus, & in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, [cui jussione domini, & meritis beati Petri apostoli, singularis congregandorum conciliorum auctoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis multipliciter privata tradita est potestas] super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur, vel impetatur. Si aliter præsum-

a His verbis utitur Telesphorus epistola 1. unde est cap. 8. Can. 6. quæst. 1. apud Gratianum, & Ivo parte 6. cap. 314. Decreti, & Anselm. lib. 3. cap. 13. eisdem utitur Eusebius Papa epist. 2. Neque dissimilia sunt verba Alexandri Papæ epist. 1. & epist. 2. ex qua sumitur cap. 2. dist. 94. licet falso Antonius Demochares ediderit epist. 10. ut etiam Antonius Contius: nec recte Gratianus verba Alexandri de apostolicæ sedis legatis intellexerit, quæ de omnibus episcopis dicta sunt. Sic enim ait ad omnes episcopos scribens: *Qui vos persequitur, ipsum, cujus legatione fungimini, persequitur; quia sicut ipse filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in ecclesia estis constituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini.* His annexa sunt verba a Gratiano relata: *Si quis autem legationem vestram impedit, &c.* Alexandri verba refert concil. Triburiens. cap. 9. Hujus capitis verbis utitur capitulare lib. 6. cap. 280. & lib. 7. cap. 167. sed & lib. 5. cap. 170. sic ait: *Detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice legatione funguntur in ecclesia*: eadem verba invenies lib. 6. cap. 98. Vide etiam lib. 7. cap. 462.

b Similia verba concilii Nicæni fuisse cap. 27. testatur Julius papa ep. 1. in epist. ad oriental. & Athanasius & alii episcopi in Alexandrina synodo congregati, in epistola ad Felicem II. Sed multo ante idem ab apostolis traditum esse ait Anaclet. epist. 2. unde sumitur cap. 15. in fine 2. quæst. 3. Ivo 4. 55. Panorm. & 5. 238. Decreti. Eadem Alexand. epist. 1. ait a tempore apostolorum observari. Ejus aliquot verba Grat. cap. 16. quæst. 7. Burchard. lib. 1. cap. 132. & cap. 144. quo loco ut Julii verba referuntur, non omnino falso; ut Alexand. verba Ivo 4. 5. 6. Panorm. ut Julii par. 5. c. 257. Decreti; ut Alexand. Anselm. lib. 3. cap. 81. De eadem re exstat Stephani papæ ep. 2. ex qua sumitur 2. quæst. 2. cap. 3. plenius propter relatum a Burch. lib. 1. cap. 142. Item Sixti II. epist. 2. & post Nicænum conc. epist. Felicis II. ad Athanas. & Alexandrinam synodum cap. 2. nec non cap. 17. concilii Aurelianensis. Hujus cap. verba refert lib. 6. cap. 287. & c. 21. & lib. 7. cap. 135. in additis. Vide etiam lib. 7. cap. 350. capitul.

c Hæc sumpta sunt ex Nicæna synodo, ut refert Julius papa epist. 1. ex qua sumitur 5. quæst. 4. cap. 9. & aliis verbis epist. 2. & Athanasius, ac reliqui in Alexandrina synodo ad Felicem II. Ex qua sunt 9. quæst. 3. cap. 11. & cap. 12. falso Anastasii patriarchæ ad Felicem papam inscripta, & apud Ivonem part. 5. cap. 15. Decreti itidem mendose relata. Idemque Felix ait in epist. ad eosdemque Ægyptios episcopos cap. 18. Sed ante concilium Nicænum eadem sententia ab apostolis est accepta, ut testatur Eleutherius papa epist. ad Gallorum episcopos, unde sumitur 3. quæst. 6. c. 7. Ivo 4. tit. 12. Panorm. & 6. 316. Decreti, & Victor papa epist. 1. & Sixtus secundus epist. 1. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 5. Sed ex Victoris epist. Burchard. lib. 1. cap. 176. & ex Julii cap. 144. ex Decreti Gregor. Sixti Victoris Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. Panorm. Sed pro *Gregorii* scribo *Julii* ut part. 5. cap. 257. Decreti. Testatur idem Victoris successor Zephyrinus, epist. 1. ex qua est 5. quæst. 4. cap. 2. Anselmus lib. 3. cap. 4. qui diminute referunt epistolæ verba. Sic enim est in libris conciliorum: *Nec antea finiatur, sicut ab apostolis & successoribus eorum olim statutum est, quæ ejus auctoritate fulciatur*, neque hoc a Demochare & Contio omitti debuit. Sic etiam 2. quæst. 1. c. 5. quod *Felicis* nomine inscribitur, & recte Demochares notat, eadem verba esse Zephyrini epist. 1. Felicis epist. ad Paternum, quæ etiam prima est; sed verba, quæ apud Gratianum desiderantur, notata non sunt. Contius alium errorem addidit numerorum; appellat enim caput quartum illud quintum, ut aliis capitibus falsos numeros

sumptum a quibuslibet fuerit, in vanum deputatur, quod egerint. Nec inter ecclesiastica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires quidquid * obviaverit. Quoniam eadem sedes testante veritatis voce primatum obtinuit; nec prima diceretur, si aliam super se haberet. Quæ etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpsere originem. Primatum enim non synodalibus, aut aliquibus commentis meruit institutis; sed domino largiente, qui ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*; & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus; sed gradus sui periculo subjacebit.

* ei

Matth. 16.

CAPUT IV.

De discutienda accusatoris persona.

Addit. 4. cap. 11.

PLacuit, ut semper (*a*) primo in accusatione clericorum fides & vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet præcedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, aut non rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viventes & credentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda.

CAPUT V.

Qualiter Episcopus ad synodum convocetur, & qualiter in ea de illo agatur.

Addit. 4. cap. 11.

SAncta synodus Romana dixit: Hæc sunt (*b*) quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam, & ecclesiasticos indifferenter sæviunt viros, conservari firmissime volumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis (*c*) accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat,

meros addidit. Verba omissa sunt (*apostolica freti auctoritate*) ante illa [*aut verum se ipse confiteatur*] Burchardus 1. 154. ex Zephyrino, *Apostolica fultus auctoritate*; ex cap. 157. ex Felice, *Apostolica fretus auctoritate*. Ivo Carn. 4. 12. 11. Panormitanus, *qua apostoli fulti fuerint auctoritate*. Ex Zephyrino. Sic etiam Anselmus lib. 3. cap. 66. licet cap. 65. ex Felice, *quam apostolica auctoritate*. De eadem re exstat Marcelli papæ epist. 2. unde est cap. 15. Can. 24. quæst. 1. Anselm. 1. 15. & 2. quæst. 6. cap. 6. quod plenius est apud Anselmum lib. 3. cap. 7. item ejusdem Marcelli epist. 2. unde sumitur cap. 1. distinct. 17. Sed latius patent Marcelli verba. Addamus Miltiadis epist. ad Hispaniæ episcopos: cujus pars refertur a Burch. lib. 1. cap. 2. & Ivone part. 5. cap. 46. Decreti. Hæc anteriora sunt ex Nicæna synodo, ex posterioribus videatur epist. Stephani & Africanorum ad Damasum, & Damasi epist. 3. ad eosdem episcopos: unde est 3. quæst. 6. cap. 6. quod mendose editum est a Demochare & Contio. Nam pro illis verbis *quoniam omnes appellare*, scribendum est, *quam omnes appellare*; & referuntur ad sedem Apostolicam. Burchard. lib. 1. cap. 179. qua habet, & Ivo part. 5. cap. 295. Decreti. Sed ambo omittunt superiora verba oppido necessaria Ivo Callisti esse ait, quæ Damasi sunt. Anselm. recte lib. 2. cap. 67. init. hujus capitis verba paucis exceptis refert capitol. lib. 6. c. 287. & lib. 7. cap. 150. in ipsis additis plenius.

a In vetere lib. Anselmi Lucensis lib. 3. cap. 88. ab his verbis usque ad ultimum caput omnia dicuntur esse ex decretis Hadriani papæ. Sed ego nihil Hadrianum constituisse existimo, sed collecta tradidisse Mediomatricis episcopo. Hoc quidem certe caput olim fuit XLV. Nicæni concilii, ut apparet ex epist. Julii papæ ad Eusebium, Theogenium & alios orientales episcopos, cap. 11. sed ante id concilium * multorum est Pontificum Romanorum. Initium sumimus ab Evaristo epist. 2. unde est 2. quæst. 7. cap. 17. Ivo 7. 7. Panormiæ. Mox Sixtus epist. 1. in fine. Cujus sunt tum alia, tum illa verba hic quoque relata: *Dubius in fide infidelis est*, &c. quæ habet Gregorius IX. sub tit. de hæret. cap. 1. nomine Stephani omnibus episcopis, & ante eum Bernard. Papiens. lib. 5. tit. 6. cap. 1. collect. 1. decretal. rectius Burchardus lib. 1. cap. 144. ex Julii epist. de qua supra. Sic etiam Ivo part. 5. cap. 257. nec hoc Antonius Contius mutavit in editione Juris Pontificii omnium optime. Tertius accedat Pius papa epist. 1. ex qua est 3. quæst. 4. cap. 3. Quartus Callistus epist. 2. ex qua sumitur 2. quæst. 7. cap. 18. plenius Burchardus lib. 1. cap. 171. & Ivo 5. 289. Decreti. Quintus Fabianus epist. 1. cum filiis apostolicæ & universalis ecclesiæ, hoc est, in synodo Romana. Ex ea est 3. quæst. 4. cap. 7. plenius Anselmus lib. 3. cap. 17. Sextus Stephanus epist. 2. cujus illa verba sunt: *Apostoli & successores eorum & reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem etiam eorum accusationem*, &c. Postremus Marcellus sit epist. 2. qui etiam Apostolos ait, & eorum successores sub divina contestatione constituisse, non debere fieri persecutiones &c. quæ verba mendose refert Gratianus distinct. cap. ult. & Anselm. 6. 187. Nunc addamus alterius œcumenici concilii caput a Nicolao pontifice relatum in epist. ad Michaelem Imperatorem. Græce extat cap. 6. Costantinop. synodi apud Gratianum 4. quæst. 1. cap. 2. Ivo 4. 7. 10. Panorm. & 14. 70. Decreti: nec dissimile est cap. 21. Chalced. synodi, unde est eap. 46. apud Gratianum 2. quæst. 7. Anselmum lib. 30. cap. 114. sive 115. adde cap. 96. Concil. Carthaginensi. 4. cap. 55. concilii Toletani sexti, unde est cap. 9. Gratiani 3. quæst 9. falso inscriptum *ex Toletano septimo*, quod Demochares recte mutavit Burchardus lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ cap. 15. edidit. Est sane Felicis secundi epist. 1. c. 11. mentio hujus Nicæni capitis. Partem denique verborum hujus capitis invenies in capitul. lib. 5. cap. 283 & 229. integrum caput lib. 7. c. 147. in additis.

b His verbis decipiuntur, qui putant Hadrianum hos canones in synodo Romana constituisse. Sunt autem verba ejus synodi, quæ habita est sub Felice n LXX. episcop. ut constat ex epist. 2. Felicis, qui multis sæculis fuit ante Hadrianum sub Claudio, & Aureliano Imperatoribus, Damaso teste. Eadem verba sunt in capitul. lib. 7. c. 14?. in additis.

c Hæc verba Felicis refert Gregor. IX. sub tit. de accusatione cap. 2. sed non recte ait esse ejusdem Felicis, cujus est cap. 1. Namque illud est ex epist. 1. cap. 17. Felicis secundi, hoc ex secunda Felicis primi. Bernard Papiens. lib. 5. tit. 1. c. 1. & 8. itidem refert ordine neglecto temporum. Contius utrumque caput ejusdem Felicis esse arbitratur. Burch. lib. 1. cap. 169. & cap. 174. utrumque Felicem appellat; & Ivo part. 5. c. 271. & 291. Decreti. Hujus thematis sententiæ refertur tum ab Athanasio & Alexandrina synodo, tum ab eodem Felice minore, cap. 2. & 3. epist. 1. ad eumdem Athan. qui testis est hoc etiam jussu sumptum ex Nicæna Synodo: sed ante eam synodum eadem fuit sententia tam primi Felicis quam Stephani epist. 2. Postea legendum est 6. caput Græcum Constantinop. synodi, & cap. 7. Carthag. III. quod est Græ-

eis

* Omnes illæ epistolæ supposititiæ Tom. 1. & 2. Vide suis locis.

beat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonice deferatur. Qui congruo in loco (*a*), infra ipsam provinciam, tempore a canonibus præfixo Nicænis, concilium canonice convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis in * eo audiatur. In quo & ipse canonice convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: quia ultra provinciæ terminos (*b*) accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit rebus expoliatus (*c*), aut, quod absit, quod alienum ab omnibus debet esse fidelibus, a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus; tunc canonice, antequam in pristinum restituatur honorem, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen judicandus, advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere cogatur, antequam omnia integerrime, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul prius statui pristino restituatur: & ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonice convocatus, ad tempus synodo in legitima & canonica veniat ad causam, & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant, coactus respondeat: quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo (*d*) episcopatum, antequam

* ea

eis cap. 19. concilii Carthag. ex quo sumptum est cap. unic. Grat. 4. quæst. 5. falso inscriptum ex concil. Carthag. IV. ut recte Demochares notat. Burch. 1. 160. incertius ex Carthag. cap. 19. Sed Græcos secutus esse videtur Ivo 4. tit. 2. Panorm. cap. 12. mendose, part. 5. cap. 270. Decreti, cap. 8. *& in majori ex concilio Carth. IV.* cap. 19. utrumque mendosum est. Anselm. lib. 3. cap. 33. ut Burch. vide hujus them. verba in additis cap. lib. 7. cap. 143.

a Felicis verba refert præter Anselm. 3. 88. Burch. 1. 174. Ivo 5. 222. Decreti: sed in Felicis epist. non est, *tempore a canonibus præfixo Nicænis*; fuit enim Felix multo antiquior: sed *tempore congruo*: i. autumnale, vel æstivo: quod confirmatur can. 37. apostolorum, & Nicæno 5. ex quo est cap. 3. dist. 18. mendose tamen a duobus Antoniis editum, *mundum jejunium & solemne munus Deo possit offerri.* Est enim scribendum, *mundum & solemne munus Deo possit offerri.* Græce est, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ. Quamvis in his verbis illa verba, *& solemne*, non agnoscamus, quæ in multis latinis editionibus horum canonum non legimus; sint licet in veteri libro Maffæi, non sunt in Carthag. VI. synodo, neque in Dionysii Exigui interpretatione. Cetera a Felice scripta confirmantur verbis concilii Nicæni relatis a Julio papa in epistola ad orientales cap. 23. 24. 25. & 26. & fortasse Nicænæ synodi cap. 65. 66. vel 67. Itaque in ea synodo actu testari videtur. Athanas. & reliqui Ægyptii in epist. ad Felicem II. & idem Felix ad eosdem Ægyptios capit. 3. unde est 5. quæst. 2. cap. ult. quod non recte scribitur, *Felix papa Anastasio &c.* Sed scribendum, *Felix secundus Athanasio, &c.* In quo etiam Antonianæ editiones erraruat, quamvis ex additis a Demochare id mutari potuerit. Burch. lib. 1. cap. 221. ex Decretis Felicis papæ cap. 4. & Ivo part. 5. cap. 335. Decreti. Ante concil. Nicænum exstat epist. 1. Zephyrini papæ, de qua diximus cap. 3. habere quædam cum epist. 2. Felicis communia, & totidem verbis conscripta, & male a Grat. relata. Exstat Fabiani papæ epist. 3. cujus etiam magna pars reperitur a Sixto III. in epist. ad orientales cap. 3. ex ea Fabiani epist. sunt tria Gratiani capita 3. quæst. 6. duo Burch. lib. 1. cap. 147. & 148. duo itidem Ivonis part. 5. cap. 260. & 261. Decreti. Denique Steph. epist. 2. de eadem re statuit. Addamus cap. 6. Græcum Constant. synodi œcumenicæ. Hujus them. verba vide dist. cap. 143. in additis lib. 7. capitul.

b Julius epist. 2. cap. 35. testatur hoc esse in synodo Nicæna statutum; fuerat olim ab Stephano papa epist. 2. decretum, unde est 3. quæst. 6. cap. 4. Ivo 4. 5. 4. Panorm. Anselm. 3. 74. præter Felicis epist. 1. & 2. de quibus supra: vide infra cap. 10. videatur etiam Valentiniani & aliorum constitutio 5. lib. 9. tit. 1. Codicis Theodos. in eadem verba magna ex parte referuntur. Est autem ea constit. 20. in integro lib. Adde dist. cap. 243. in additis capitul.

c Hæc Felicis verba refert Gratianus 3. quæst. 2. cap. 7. & 8. sed non recte eumdem putat fuisse cap. 7. & 8. scriptorem, cum illa sint Felicis secundi epist. 1. cap. 8. hoc primi epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 174. partem horum verborum refert & Ivo 4. 6. 3. & 5. Panorm. & 5. 245. & 290. Decreti. Multa hoc ipsum pontifices decreverunt, quorum aliqui apostolorum esse institutionem asserunt, aliqui Nicæno concilio tribuunt. Primum laudemus Zephyrinum epist. 2. cujus est c. ult. 2. quæst. 2. in quo ante verbum *ejectus* addendum est *episcopus*, quod non desideratur apud Ivon. lib. 4. tit. 6. c. 2. Panorm. Secundum Fabianum epist. 2. ex qua est capit. 2. Gratian. 3. quæst. 1. Tertius sit Stephanus epist. 1. cujus est 2. quæst. 2. cap. 3. plenius apud Burch. lib. 1. c. 142. & Ivo part. 5. c. 253. Decreti. Quartus Cajus papa in epistola ad Felicem episcopum, cujus est c. 1. apud Grat. 3. quæst. 1. mendose a Demochare editum. Quintus Marcellus epist. 2. ad Maxentium *tyrannum*, non *episcopum*, ut appellat. Grat. 96. dist. c. ult. Maxentium tantum Ans. 6. 187. Sextus Marcelli successor Eusebius epist. 2. cujus sunt apud Grat. 2. quæst. 2. c. 4. & 3. quæst. 2. c. 6. & 3. quæst. 1. c. 3. & 4. & Ivo 4. 6. 4. & 7. Pan. & 5. 249. Decreti. & Ans. lib. 3. c. 44. & 51. qui caput illud 3. & c. 4. Grat. 3. quæst. 1. quorum initium est *redintegranda*, Isidorus refert. Septimus Julius epist. 2. qui non solum verba refert Nicæni concil. c. 28. quod est Julii 8. sed etiam c. 35 sententiam ejusdem concilii latius persequitur. Hinc c. 5. Grat. 2. quæst. 2. desumptum est. De eadem re Athanasius, & Alexandrina synodus ad Felicem II. & ipse Felix ad eosdem c. 3. 4. & 8. ex c. 3. est 5. quæst. 2. c. ult. de quo diximus them. 2. Item Africanæ Provinciæ Stephanus, & alii episcopi ad Damasum, & Damasus ad eosdem epist. 3. refertur ab Isidoro in prologo conciliorum: Leonis epist. ad Chalced. synodum, aliaque permulta ex Eusebii histor. de qua Nicol. apud Grat. 33. quæst. 2. c. 3. & ex synodo Larissæ sive Lampsaci habita, & ex aliis synodis atque Decretis. Nos Symmachi mentionem faciemus, qui in synodo Romana V. totidem verbis, quot Euseb. epist. 2. scripsit: eisdem quoque utitur Joann. papa epist. 2. ex qua est 3. quæst. 1. c. 3. latius relatum ab Ans. 3. 44. item 12. quæst. 2. c. 7. quod recte Eusebio adscribit Ivo part. 5. c. 249. item 3. quæst. 2. c. 1. Postremo Pelagius II. in epist. ad episcopos Italiæ; ex qua est c. 2. Grat. 3. quæst. 2. Latini ab Ans. lib. 3. c. 59. relatum. Adde ex additis capitul. d. lib. 7. c. 143.

d His Felicis verbis utitur concilium Africanum c. 54. Græci vero 88. sive 87. ejus verba refert Greg. IX. sub tit. de judiciis c. 1. cum aliqua varietate. Bernard. Papiens. collect. 1. lib. 2. tit. 1. c. 1. Burch. rectius lib. 1. c. 181. & Ivo part. 5. c. 297. & capit. d. lib. 7. c. 143. in additis.

tequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest. Quod si ægrotans (a) fuerit episcopus, aut aliquam eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat: nec a communione suspendatur (b), cui crimen intenditur nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta literis evocatus minime occurrerit: hoc est, nisi alia præoccupaverit necessitas, infra duorum vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictaverit. Quod si ex utraque parte (c) ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quærendum est in judicio, cujus sint conversationis, & fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent nisi bonæ conversationis, & rectæ fidei viri, & ii, qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum (d) personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias habuerint causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. Infamis enim persona (e) nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario (f) non audiatur accusator; nec sententia (g) absente par-

6. *quæst.* 3. Si ægrotus.

a Hæc Felicis in Romana synodo verba refert Grat. 5. quæst. 3. c. 1. ut ex Romana synodo, tempore Hadriani papæ. Burch. rectius 1. c. 51. ex decretis Felicis papæ c. 11. & Ivo 4. 2. 7. Panorm. & 5. 161. Decreti. Sed Ans. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ de hac eadem re Felix II. epist. 1. c. 6. Videndus & capit. d. cap. 143.

b Nihil antiquius exstat hac de re can. 74. apostolorum, cujus formam servatam legimus in conciliis. Hæc quoque verba sunt Concilii Carthag. III c. 7. quod est Græce c. 19. Carthag. concilii. Ex eo est c. ult. 4. quæst. 5. de quo supra dictum est. Videnda quoque est Felicis II. epist. 1. c. 8. & Grat. & Ansel. paulo ante relata. & capit. d. cap. 143.

c Hæc Felicis verba refert Ivo tit. 7. c. ult. Panormiæ, & part. 5. cap. 248. Decreti: vide quæ diximus c. 4. & infra c. 15. & capit. d. cap. 143.

d Refert hæc ut Felicis verba Grat. 3. quæst. 10. c. ult. & 4. quæst. 6. c. 3. sed c. 4. ejusdem quæstionis ut Hadriani papæ, nec recte Demochares Felicis verbis addidit ex c. 13. epist. decretalis; suspicor voluisse Felicis II. epist. 1. c. 13. offerre. Ivo quoque non recte parte 6. c. 418. Decreti, ut Felicis III. Decret. 2. ad episcopos Galliæ verba refert, & in margine addita sunt Democharis verba, & ex cap. 13. epist. decret. sed part. 5. c. 248. Felix decr. 2. ad episcopos Galliæ. Pulcherrimus est hac de re can. 6. Græcus Constantinop. concilii, cujus pauca exstant verba in epist. Nicolai papæ ad Mich. Imper. relata apud Grat. 3. quæst. 5. c. ult. & 4. quæst. 1. c. 2. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Est etiam de eadem re c. 7. concil. Carthag. tertii, Græci 19. caput Carthag. synodi, ex quo c. 1. Grat. 4. quæst. 6. non ex quarto Carthag. sumptum, ut est in Antonianis editionibus. Burch. 1. lib. c. 160. ut Græci ex concilio Carthag. c. 19. Ivo part. 5. c. 270. Decreti ex concilio Carthag. c. 8. non recte, ut supra dictum est, illud non diximus in extremo cap. Grat. 4. quæst. 5. editum esse ab utroque Antonio, *si se ad diem statutum non noluisse, sed non potuisse occurrere probaverit.* Ivo in Panorm. *si se ad diem constitutum occurrere non voluisse, sed non potuisse probaverit.* Idem in Decr. *si se ad dictam constitutum occurrere non voluisse &c.* Ans. *si se ad diem occurrere non potuisse probaverit.* At in Latinis conciliis est, *si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse probaverit*: in Græcis, ἐὰν δυνηθῇ ἀποδεῖξαι, κατὰ τὴν προθεσμίαν οὐ μὴ τεθεληκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆσθαι ἀπαντῆσαι. In veteri Mafæi libro est, *sese ad diem occurrere noluisse, sed non potuisse probavit*: quod non minus mendosum est, Joann. Zonaræ verba sunt: ἐὰν φανῇ, μὴ ἐξ οἰκείου θελήματος καταφρονῆσαι, ὥστε μὴ ἐν τῇ προθεσμίᾳ ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ μὴ δυνηθῆναι, εὐλόγου καὶ δικαίας αἰτίας. *Si ostenderet*, inquit, *non ex sua* [libera] *voluntate contempsisse, ut non die constituta occurreret, sed non potuisse ex justa vel excusationem admittente causa.* Mihi verba conciliorum Latinorum apertiora videntur, sed in tanta varietate cum ea cum Græcis confero (quæ suspicor non fuisse Græce initio edita, sed magis e Latinis conversa) magis in eam partem inclino, ut Burch. scripturam probem: nec mirum est, si verba Latina Africani concilii duriora sint, cum vix ullus ex veteribus scriptoribus, Cypriano excepto (quem *Coprianum* dictum fuisse, non libenter apud Cyprianum Lactantium legimus) disertioribus viris placere possit. Habeo Burchardi veterem librum, qui cum edito facit. Verba quoque libri Mafæi, quem scio esse vetustissimum, non multum a Burchardo dissentiunt. Addo extare apud Felicem II. epist. 1. c. 8. similia verba: *Quod si probare potuerit, quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit.* Apertius diceretur, *quod non quia noluerit, sed quia non potuerit venire, non venerit.* Sed hæc hactenus. Est & aliud Carthaginense concilium VII. cujus c. 2. non dissimilis sententia est. Græcis est c. 130. a Gratiano dicitur Carthaginense VIII. c. 2. causa 4. quæst. 6. quod recte a Demochare animadversum est. Ivo etiam recte part. 16. c. 64. Decreti, idem dicitur Africani concilii capite 96. Hujus item verba paucis exceptis refert capitul. lib. 5. c. 241. & lib. 7. c. 90. & 119. & addit. c. 143.

e Hæc Felicis in synodo Romana verba refert Grat. ut Romæ synodi verba 3. quæst. 7. c. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 24. Panorm. et Stephanus episcopis Galliæ in 2. decretali, non recte: sed part. 5. c. 248. & part. 6. c. 331. Decreti optime ut Felicis episcopis Galliæ, & multa alia verba ex eadem epist. affert, quæ D. Grat. refert, tria sunt, &c. non ex epist. Felicis sunt, sed Gratiani ex digestis, ut recte Contius notat. Sic etiam Ans. lib. 3. c. 7. recte Felicis nomen, & aliquot alia verba refert. Sed male inscripsit *Felix universis episcopis*, nisi addas *Galliæ*. Videndus Paulus & Pauli interpres Anianus lib. 1. tit. 2. sentent. & capitul. lib. 7. cap. 243. in additis.

f Hæc recte Felici Papæ adscripsit Grat. 2. quæst. 9. cap. 11. & 18. Ivo 4. 7. 2. Panorm. & 5. 248. & 6. 331. Decreti. Anselm. 3. 7. idem in Nicæna synodo cap. 33. & 66. & statutum esse Julius ait epist. 2. cap. 9. 24. Sed multo antiquior extat Telesphori: epist. ex qua est cap. 1. Grat. 3. quæst. 9. Ans. 3. 13. & Zephyrini epist. 1. unde est ejusdem Grat. c. 13. cujus verba distingui debuerunt a Grat. verbis. Illa enim, *nisi fuerit absens* &c. Gratiani sunt, superiora Zephyrini, quæ Burch. 16. lib. 13. c. refert latius: *In sacris libris hæc sunt.* Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem prius, quam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act. cap. 25. adde capitul. d. c. 143.

g Præterea suprascripta est Eleutherii epist. ex qua est c. 2. Grat. 3. quæst. 9. Ivo par. 6. c. 310. Decreti. Ans. lib. 3. c. 28. Hujus Felicis epist. 1. ante eum Callisti epist. 2. ex qua est c. 3. Grat. c. 9. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo par. 5. c. 289. Decreti. Ans. 3. 54. Addatur Julii epist. 1. c. 3. & Damasi epist. 3. ex qua est c. 5. & c. 6. Grat. 3. quæst. 9. Ivo 6. quæst. 347. Decreti. Item concil. Carthag. 4. 30. & quod postea inveni. Cornel. Papa idem statuit epist. 3. ex qua est 3. quæst. 9. c. 4. Ans. 3. 57. & Apostoli apud Clemen-

parte alia a judice dicta ullam obtinebit firmitatem. Neque absens per alium (*a*) accusare, aut accusari potest. Nec affinis (*b*) testis admittatur. Neminem ergo exhiberi (*c*) de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet; nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum; id est (*d*), ut actor semper rei forum sequatur. Si quis autem judicum [*e*] adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

CAPUT VI.

Ut si quis metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem audiatur.

SI quis autem putaverit (*f*) se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat judicium, & reliqua. *Addit. 4. cap. 15.*

meotem lib. 2. c. 53. & 55. const. apost. Vide ex capitul. c. 204. Apud Ivonem parte 16. c. 316. Decreti. (& constitutio 15. Grat. Aug. & aliorum lib. 9. tit. 2. Cod. Theod. quæ apud Anianum est 9. constitutio, & in Cod. Justin. const. 14. lib. 9. tit. 2. sed nimis concise relata) vide d. c. 143. capitul.

a Sententia non dissimilis est c. 58. concil. Niceni apud Julium epist. 2. c. 10. totidem verbis olim Hyginus Papa epist. 2. in fine, ex qua est 2. quæst. 7. c. 52. & Lucius Papa in epistola ad Galliæ & Hispaniæ Episcopos, aliis verbis Callistus epist. 7. cujus est 2. quæst. 8. c. 1. Burch. lib. 1. c. 171. Ivo 5. 289. Decreti. Ans. 3. 54. & Stephanus papa epist. 2. ex qua est c. ult. quæst. 8. Burch. 1. 177. Ivo 4. 7. 1. Panorm. & 5. 293. & 328. Decreti. Anselm. 3. 55. adde Dionysium papam epist. 2. Marcellum epist. 2. cujus est cap. 5. Grat. 3. quæst. 9. Damasus epist. 3. ex qua est 4. quæst. 4. c. 2. Ivo 6. 337. Decreti, & epist. 6. ex qua sumitur 5. quæst. 2. c. 3. & 11. quæst. 3. c. 76. Denique addatur ex Toletano concil. VI. cap. 11. ex quo est 3. quæst. 9. c. 9. licet mendose Grat. *ex Toletano VII.* ut recte mutat Demochares. Burch. lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ c. 25. quod defendere nondum cogitavi: totidem verbis c. 47. concil. Wormatiensi extat. In Toletano concilio additur exceptio, nisi ubi *pro cap. regiæ majestatis versatur causa*: quod Burch. & Grat. omiserunt. Postremo utroque præsente judicandum etiam ex apostolorum constitutionibus est Clemente auctore lib. 2. cap. 53. & 55. vide infra cap. 35. & ex capitularibus c. 204. apud Ivonem par. 16. c. 316. Decreti. Est in capitul. 7. c. 354. & in additis c. 103. & 143. Videnda constitutio 15. (ut 52.) Adde Pauli lib. 5. sentent. tit. 5. & tit. 17.

b Hæc Felicis verba refert Grat. 3. quæst. 9. c. 4. Ivo par. 6. c. 331. Decreti: & Ans. lib. 3. c. 7. idem de consanguineis ait Callist. epist. 2. cujus est c. 1. & 12. Grat. 3. quæst. 5. Burch. lib. 3. c. 171. Ivo 4. 8. 3. Panorm. & 5. 289. Decreti. Ans. lib. 3. c. 54. Esse hoc ex Nicæna synodo testatur Julius papa epist. 2. cap. 32. unde sumptum est cap. 10. Grat. 3. quæst. 5. Anselm. lib. 3. cap. 21. unde capitul. d. cap. 143. in ipsis additis.

c *Exire* pro *Exhibere* habet Grat. 3. quæst. 6. c. 16. ex synodo Romana, sed ut Felicis epist. 2. est apud Ivo 5. 248. & 6. 331. Decreti. Sed Anselm. 3. 88. ut ex Hadriani decretis, vide capitul. d. c. 143.

d Alexand. III. & Lucius III. videndi apud Greg. IX. sub tit. de foro compet. c. 5. & 8. quæ sumpta sunt ex prima collect. lib. 2. tit. 2. c. 7. & ex secunda collectione lib. 2. tit. 2. c. 2. & post. Concil. Lateranens. par. 8. c. 7. pluribus verbis invenies non utrumque, sed caput quintum tantum. Antiquius est Pelagii ad Sergium cancellarium rescriptum, quod non reperi, sed refertur a Grat. 11. quæst. 17. adde novellam Valentiniani & Marciani, *Neminem exhiberi*, &c. Ejusque interpretem Anianum, & constit. Valentiniani & Valentis 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod. & capitul. lib. 7. cap. 143. additis.

e Hæc etiam ut Felicis verba refert Ivo parte 5. c. 248. & 6. c. 331. Decreti: ut Hadriani Ans. lib. 3. c. 88. ante Felicem eisdem verbis utitur Fabianus papa epist. 3. ex qua est cap. 22 Grat. 2. quæst. 6. aliis verbis. Burch. lib. 1. cap. 148. Ivo 4. 10. 1. Panorm & 5. 261. Decreti. Eisdem postea Sixtus III. in epistola ad orientales episcopos cap. 3. Anselm. 3. 73. vide infra cap. 32. & capitul. d. cap. 143. adde Cornelii epist. 2.

f Hæc non jam ex Felice in synodo Romana, sed ex Chalcedonensi synodo generali c. 9. sumpta sunt; & mihi non fit verisimile, hæc ita scripsisse Hadrianum ut edita sunt, sed adjectis inscriptionibus, unde essent sumpta. Nam cur Hadrianus diceret Constantinopoli causas appellationis esse tractandas, non in catholica Ecclesia Romana? memini legisse in Beati Gregorii Registro lib. 11. c. 54. epist. 50. ex qua est 11. quæst. 1. c. 39. & 2. quæst. 1. c. 7. quod ex duabus epist. Greg. sumptum est 48. 57. Joanni eidem defensori eunti in Hispaniam dedisse indicem quarundam constitutionum, quarum verba inseruntur, ut iis uti posset, cum in provinciam veniret. Non dissimilis est hæc nostra collectio quam pleniorem suspicor datam; scio missam etiam Mediomatricum Antistiti, sed ad nos sine inscriptione singulorum capitum pervenisse. Extat hoc caput plenius apud Grat. 11. quæst. 1. c. 47. & Ivo par. 6. c. 360. Decreti: minus plene apud Greg. IX. tit. de foro compet. cap. 1. & in prima collect. lib. 2. tit. 2. c. 1. Burch. lib. 2. c. 183. Ivo par. 6. c. 228. Decreti. At Julius papa testatur XXI. caput Nicæni concilii scriptum esse ut penes universalia Apostolicæ Ecclesiæ judicetur Jul. epist. 2. c. 4. eisdem verbis Victor usus fuerat, epist. 1. ex qua est 2. quæst. 6. c. 7. & Stat. XI. epist. 1. ex qua est c. 15. ejusdem, quæ est quod Sixto inscribitur, Victori, Ivo, 4. 12. 2. Pan. & ejusdem Ans. lib. 2. c. 9. Sixto libro eodem c. 11. Hadriano lib. 3. c. 88. Scio etiam in Chalced. synodo, contradicentibus legatis Leonis papæ, fuisse secundum locum datum Constantinopolitano episcopo, sed id nunquam Leo probavit: sed Gelasius atque Nicolaus testantur, qui negant eum patriarcham esse, sed Heracleæ eum archiepiscopo subditum esse debere. Præstat igitur, ut credamus nos Hadrianum Nicænæ potius synodi verba, quam Chalced. conscripsisse, cujus etiam Chalced. extat c. 17. & 28. quibus is honor defertur Constantinopolitano Episcopo, & eum antiquiori Constantinopolitano concilio œcumenico prius concessum efferunt. Ex 17. c. est quæst. 3. c. 1. Burch. 2. 148. Ans. 5. 26. Ivo 2. tit. 1. Panorm. Plenius idem Ivo refert par. 3. c. 106. Decreti, c. 9. Chalced. synodi verba refert Nicol. in epist. ad Michaelem Imperatorem: multus est in ejus interpretatione, ex cujus verbis apud Grat. Decreti c. 47. scribendum est *primatem* non *primates*: & Græce est, τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως; dura vero est interpretatio, ut id ad solum Romanum Pontificem pertineat. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. c. 151. in additis.

CAPUT VII.

De canonicæ accusationis ordine.

Lib. 7. c. 13. 538. ACcusationis ordinem (*a*) dudum canonicis institutum decretis servari jubemus. Ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit; non statim reus æstimetur, qui accusari potuit, ne subjectam innocentiam faciamus. Sed
* quisquis * quisque ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum
* custodie inscriptionis arripiat [*b*], * custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione,
* potiatur * patiatur; nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes [*c*] ad vindictam poscat similitudo supplicii.

CAPUT VIII.

3. quæst. 6. Si qui clericus. *Ut accusatio clericorum intra provinciam fiat, & ut pulsatis appellare liceat.*

Addit. 4. c. 9. SI quis clericus super quibuslibet (*d*) criminibus pulsatus fuerit in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerat actiones: nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero, qui pulsatus fuerit [*e*], si judicem suspectum habuerit, liceat appellare.

CAPUT IX.

Salvo sedis apostolicæ primatu, res provinciæ cujusque synodus provinciæ dispenset.

SAlvo Romanæ Ecclesiæ (*f*) in omnibus primatu, manifestum est, quod illa, quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsis provinciæ synodus dispenset, sicut in Niczeno constat decretum esse concilio. Lib. 6. c. 287.

CAPUT X.

Omnis accusatio intra provinciam audienda.

ULtra provinciæ terminos (*g*) accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio Ibid.

a Hæc verba Eutychiani papæ sunt in alia synodo Rom. epist. 2. Ea ea est 2. quæst. 8. c. 3. Ivo non recte 4. 7. 22. Pan. Sixto adscribit: recte parte 8. c. 331. Decreti. Eutychiano, Ans. Lucens. 3. 88. ut solet ax decretis Hadriani papæ. Ego suspicor ex const. ult. Honorii & Theodosii lib. 9. tit. 2. cod. Justiniani, si tampora patiantur, sumpta hæc esse omnia, aut eam constitutionem Eutychiani verbis conscriptam fuisse. Eadem constitur. extat in Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. const. ult. Hujus capitis verba sunt 10 capitul. lib. 7. cap. 152. in additis, & in aliis lib. 7. c. 456.

b Eutychiani & Imperatorum verba sunt, de hac inscriptione ente Eutychianum Fabianus epist 3. ex qua est 2. quæst. 3. c. 5. plenius Ivo 4. 7. 21. Pan. & parte 6. c. 324. Decreti, & Ans. 3. 79. omnes ut ea Fabiani verbis, sed Gratianus de pœnit. dist. 1. c. 29. sic ait: *Hinc etiam in canonibus: Si quis statut &c.* quod Ant. Demochares recte animadvertit. Post Eutychianum Damasus epist. 3. ex qua est 4. quæst. 4. c. 2. mala autem Contius Grat. nomen addidit illis verbis: *Inscriptio semper fiat ut talionem &c.* usque ad verbum *retineant*; esseque illa verba Damasi docet Grat. 1. quæst. 7. c. 2. Burch. lib. 16. c. 38. Ivo 4. 7. 23. Pan. & 6. 348. Decreti. Aliis verbis de eadem re idem Damasus epist. 6. ex qua est 3. quæst. e. c. 8. Ivo 6. 348. Decreti. Sixtus III. in epistola ad orientis episcopos, verba Fabiani repetit c. 3. & 4. ea qua est 2. quæst. 8. c. 4. Etenim Gratianus Sixti nomen adscripsit; at Burch. lib. 16. c. 3. ex conc. Arausico c. 4. Ivo 4. 7. 21. Pan. Fabiani nomen retinat, ut antea dictum est. Hujus etiam inscriptionis mentio fit in concilio Constantinop. c. 6. Græco. Postremo ab Innocentio III. in concilio generali Lateran. c. 8. apud Greg. IX. tit. de accusat. c. 24. vide c. 48. hujus collectionis, & d. c. 151. capitul.

c Hæc etiam sunt Fabiani, Eutychiani, Damasi, & Sixti tertii verba: adde Clementem lib. 2. c. 46. de constitutionibus apost. Vide infra c. 48.

d His verbis principio Eleutherius papa est usus in epistola ad Ecclesias Galliæ, mox Felix in epist. 1. eadem verba Nicæni concilii esse refert Julius epist. 2. c. 22. Grat. 3. quæst. 6. c. 17. Sixti esse dicit Ivo par. 6. c. 318. Decreti, Eleutherii, & c. 329. Felicis Ans. 3. lib. 28. c. Eleutherii c. 88. Hadriani. Vide infra c. 33. Videndus & Cyprianus in epist. ad Cornelium papam, cujus initium, *Legi literas tuas, frater carissime*, pag. 4.
* & certe Videntur autem esse hæc verba sumpta, si tampora * paterentur, ex verbis Aniani interpretis novellæ
* patiuntur Valentiniani & Marciani: *Neminem exhiberi &c.* extant etiam in capitul. lib. 7. cap. 144. in additis.

e Præter supra scriptos idem Cornelius ait epist. 2. hoc in Nicæno concilio decretum esse propter Julium testatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. ipse Felix ad eosdem c. 19. cujus verba Grat. refert, inscriptione omissa etiam in Antonianis editionibus 2. quæst. 6. c. 16. Ans. lib. 1. c. 59. Felici
* recte papæ recte adscribit. Sed addendus erat num 2. vide infra c. 30. Hæc quoque * Aniani sunt, de quo supra item capitul. d. cap. 144.

f Hæc verba paucis exceptis ter Grat. refert 5. quæst. 6. c. 16. ex synodo Rom. 5. quæst. 4. c. 2. them. 2. ex Hadriano & 9. quæst. 2. c. 9. ex synodo Constant. sunt autem ex eadem secunda generali synodo c. 2. Græcis, Latinis exceptis illis verbis, *salvo Romanæ ecclesiæ in omnibus primatu*, quæ fortasse Hadriani verba sunt. Ans. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani. Isidorus in prologo concil. collectionis, verba Constantinop. refert capitis, ut ostendat plura fuisse quam decem capita Nicæni concilii, illatum verba, *salvo Romana &c.* non refert. Suspicor CL. patres ex verbis capit. V. concilii Nicæni hoc deduxisse ea eo est: apud Gratianum 11. quæst. 1. c. 73. & dist. 18. c. 3. Sed & ab eodem Isidoro referuntur Innocentii papæ verba in epistola ad Victricium Rothomagensem episcopum, quibus hoc ipsum videtur significare, Nicæno concilio statutum fuisse, ut causæ, & contentiones omnes in synodo provinciæ terminarentur. Refert Innocentii verba præter Isidorum Grat. quæst. 2. c. 17. his tantum verbis adscriptis, *Innocentius papa*: ideo Demochares non addidit certum locum. Sit etiam Anselmus lib. 2. c. 53. sed extat vol. 1. concil. epist. 2. c. 3. Contius recte attulit Isidori locum, sed appellat c. 21. quos nos 27. Varietas oritur post c. 9. nam c. 10. Contio est Gelas. Christianis, &c. mihi 13. Ego addidi numeros novellæ, & canonis Carthag. is omisit. Age vero, teneramus antiquius decretum utroque concilio Nicæno, & Constantinopolitano, aut ea Hadriani verba, aut ea quæ, suspicabamur addita, tueamur. Leguntur Pii pontifi s verba in calce epistolæ 2. *de cetero, salva in omnibus apostolica auctoritate &c.* Ante Pium Anacletus, a beato Petro presbyter consecratus, in estrema epistole 1. ex qua est 2. quæst. 6. c. 3. verba tum illa, *coram patriciis*, mendose esse suspicor, & pro ais, *coram præside*, substituenda esse facile credo. Multis enim sæculis post Anacletum *patriciorum* nomen pro magistratibus usurpatum fuit. Postremo hujus capitis verba, illis exceptis initio hujus capitis notatis refert capitul. lib. 6. c. 287.

g De iis verbis dictum est c. 5. them. 2. referuntur a Grat. post verba superioris capitis 3. quæst. 6. c. 16. ex

fatio (*a*) intra provinciam audiatur, & a provincialibus terminetur.

CAPUT XI.

Quæ fæculi leges non admittunt, a clericorum caufis repellenda.

Lib. 7. cap. 11. ACcufationes, & accufatores (*b*), atque ea negotia, quæ fæculares non adfcifcunt leges, divina ac fynodica funditus a clericis repelli auctoritate cenfemus: quia indignum eft, fuperiores pati (*c*) ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati defpiciunt.

CAPUT XII.

Caufæ ubi ortæ funt finiendæ, falva appellatione.

PRudentiffime juftiffimeque Nicæna, five Africana decreta definierunt (*d*), quæcumque negotia in fuis locis, ubi orta fuerint, finienda: maxime quia unicuique conceffum eft, fi judicio offenfus fuerit cognitorum, ad concilium (*e*) fuæ provinciæ, vel etiam univerfale provocare. Lib. 6. cap. 287.

ex fynodo Romana: nec diffitemur effe ex fynodo Romana Felicis epifcoporum LXX. Sed verba c. 9. quæ junguntur, non funt ex eadem fumpta, quamvis initium c. 16. & finis ejus fynodi fint. Hujus capitis verba referuntur d. lib. 6. c. 283. capitul.

a Capitul. & Grat. hæc verba referunt poft fuperiora 3. quæft. 6. c. 16. & in fine pro illis verbis, *nifi prælatus fit, qui accufatur*, Demochares recte fubftituit, *nifi ad fedem apoftolicam fuerit appellatum:* quæ verba habet Stephanus papa epift. 2. & Grat. 3. quæft. 6. c. 4. nifi tantum &c. & Ivo 4. 5. 4. Pan. & Anf. 3. 74. eamdem exceptionem omiffis verbis hujus thematis addidit concilium Nicænum, & teftatur Julius papa epift. 2. c. 31. Poft illa verba, *ultra provinciæ terminos &c.* verbum tantum tollendum eft.

b Hæc verba funt concilii Nicæni paucis exceptis, c. 23. ut refert Julius papa epift. 2. c. 5. Anf. 3. 20. Idem Julius epift. 1. fed antiquiores pontifices eis ufi funt, Telefphorus in epift. ad epifcopos. Stephanus papa epift. 2. ex qua eft 3. quæft. 5. c. 8. Ivo parte 6. c. 315. ex Telefphoro, & c. 317. Decreti ex Stephano. Anf. lib. 3. c. 13. ex Telefphoro c. 18. ex Stephano c. 88. ex Decretis Hadriani, ut Grat. 3. quæft. 5. c. 7. ex fynodo Romana habita fub Hadriano papa, Demochares addidit & Damafi epift. 3. ad Stephanum non male, fed ante eum & Nicænum concilium. Eufebius papa epift. 1. refert a tempore apoftolorum hoc effe fervatum. Ex ea fumptum eft 3. quæft. 5. c. 5. Plenius apud Anf. lib. 3. c. 16. Eadem fententia eft Clementis Petri difcipuli & fuccefforis epift. 1. ex qua eft 6. quæft. 1. c. 5. plenius apud Anf. lib. 3. c. 1. & Califtus papa epift. 2. cujus rationem addere vifum eft: *Quis enim dubitat, leges humanas rationi & honeftati non repugnantes effe amplectendas? præfertim ubi vel publicæ confulunt utilitati, vel ecclefiafticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo funtur?* Addamus Eutychianum in fynodo Romana epift. 2. Poft concilium Nicænum præter Julium, & Damafum videndus Damafo antiquior Felix II. in epift. ad Athan. & Alexandrin. fynodum c. 7. & 9. & 14. ex quo 14. c. eft 3. quæft. 3. c. 11. Anf. 3. 62. & totidem pene verbis c. 2. eft concil. Carthag. VII. Africani cap. 96. Latinis Græcis Carthag. c. 130. five 120. ex quo pars refertur a Grat. 4. quæft. 1. c. 1. & 4. quæft. 6. c. 2. & Ivo 4. 7. 19. Pan. & 14. 69. & 16. 64. Decreti, & Anf. 3. lib. c. ult. Solus Rabanus in l. Pœnitent. cap. 1. cap. 96. concilii Africani rectius ceteris attulit. Ad extremum afferemus Symmachum papam in fynodo Romana IV. & pro eodem Symmacho * Ennodii libellum, qui hoc Carthag. concilii caput recitat. * Ennodius

Hæc denique verba refert Ifidorus in præfatione collectionis conciliorum: fed ut verum fatear, non eifdem verbis quifquam, quod meminerim, quibus Hadrianus utitur. Poftea reperi eadem l. 7. capitul. c. 307. & initium tantum canonis 108. & in additis ipfis c. 148.

c Hæc etiam verba refert Grat. 3. quæft. 5. c. 7. ex fynodo Romana fub Hadriano. Anf. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani: eorum fententia Nicæni concil. effe dicitur c. 66. ut refert Julius epift. 2. c. 28. & c. 36. fed & a Petro dimanaffe hoc Clemens teftatur epift. 1. ex qua eft 6. quæft. 1. c. 5. plenius relatum ab Anf. 3. 3. Idem decretum eft Zephyrini epift. 1. ex qua eft 2. quæft. 7. c. 11. licet pro *majorum* in conciliis fit *fummorum*, ut etiam habet Anf. 3. 58. adde Sixtum II. epift. 2. Felicem epift. 1. & Julium fupra fcriptum epift. 1. fed fatebor id quoque quod ante paulo dixi, Hadriani verba me non reperiffe ab aliis prius confcripta, fed fententiam eamdem. Vide infra c. 19. in fine. Vide infra capitul. d. c. 307.

d Ne hæc quidem verba aliquam ufurpaffe ante Hadrianum legi, fententia multis in locis expreffa, & ex Nicæna fynodo multa retulimus, quibus confirmatur in provincia effe a fynodo caufas retractandas & peragendas. ex Africanis decretis c. 5. eadem confirmantur. Poft hæc fcripta, incidi in epift. Africani concilii ad Cæleftinum papam, in qua hæc verba funt, paucis immutatis; eadem Græce exftat c. 138. concil. Carthag. Eadem funt in capitul. lib. 6. c. 287.

e Hæc verba funt epift. Africani concil. ad Cæleftinum: eadem fententia eft Milevitani concil. cap. 22. Africani 92. Latinis 126. vel 128. Græcis, ex quo eft apud Grat. 2. quæft. 6. c. 34. & 11. quæft. 3. cap. 34. in quibus illa verba (*& interea quidquid definiunt adhibitis ab eis ex confenfu fuorum epifcoporum*) *finiant*, pro *definiant*, eft, in libris conciliorum, &, pro *ex confenfu epifcopi eos*. Sed Græca eft, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων περατώτωσι τῶν παρ᾽ αὐτῶν κατὰ συναίνεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. In veteri libro eft, καὶ μεταξὺ, omiffo articulo τὰ, fed ego eum retineo, Latina cum Græcis conjungens: ut verbum *finiant*, ex Græco περατώτωσι magis placet, *ex confenfu*, & *cum confenfu* placet. Sed ea quoque retineo, *epifcopi eos* deleo, verbum *exhibiti* non eft par Græco verbo, quod magis *acceptos & electos* fignificat. Sic autem intelligo *electos ex vicinis epifcopis judicare*, cum confenfu autem partis utriufque eligi, five ex confenfu epifcopi, a quo provocatur, eligi a reo, qui provocavit aliquos, qui judicarent. Neque enim omnes judicabant, fed erat certus numerus eorum conftitutus, ut cap. 11. Carthag. 1. ex quo eft 15. quæft. 7. cap. 3. falfo ex concilio Agathenfi primo, etiam in Antonianis editionibus infcriptio. & cap. 10. Carthag. 2. ex quo eft cap. 4. apud Gratianum ejufdem quæftionis, & 3. quæft. 8. cap. ult. falfo, infcriptum ex concilio Carth. III. quod recte Demochares edidit Burchard. 1. 149. ex concil. Carthag. cap. 12. & Ivo 5. 262. Decreti, & Anfelmus 3. 45. adde cap. 4 concil. Carthag. III. ex quo eft 15. quæft. 7. cap. 5. falfo infcriptum ex Carthag. IV. Burch. c. 205. ex concil. Carthag. cap. 20. & Ivo 6. 280. Decreti, licet in margine fcriptum fit, *Ex Carthagin. 2. cap. 8.* credo voluiffe cap. 10. de quo fupra, referre. Græci ut Burch. Ivo & Anf. Carthag. c. 12. 14. & 20. Sic etiam Triburienf. concil. c. 10. & Crefcon. cap. 242. quæ de ultramarina appellatione diceban-

CAPUT XIII.

Episcopi ejecti & spoliati ante accusationem redintegrandi.

Lib. 6. cap. 287. PLacuit episcopos ejectos [a], atque suis rebus exspoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua omnia eis reddi; & postea si quis eos accusare vellet, æquo periculo facere. Judices esse decernentes episcopos recta sapientes, in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur.

CAPUT XIV.

Ut metropolitanus episcopi causam sine comprovincialibus, & episcopus presbyteri causam sine clericis suis non audiat.

Addit. 4. cap. 10. NUllus metropolitanus (b) episcopus, absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, imo etiam causam in synodo pro facto dabit. Nec reliquorum aliquis episcoporum (c) suorum sacerdotum causas audiat absque præsentia clericorum suorum: quia irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia clericorum confirmetur.

CAPUT XV.

Accusantium personam ante omnia discutiendam.

PRimo semper vita (d) & persona accusantium diligenter inquiratur, & postea quæ obiciuntur, fideliter pertractentur: quia nihil aliter fieri debet, nisi imperitorum prius vita discutiatur. Lib. 5. c. 239.

* Sirm. Cap. XVI.

Ut his, quorum libertas nescitur, nequaquam accusent sacerdotes.

II, qui non sunt bonæ conversationis (e), vel quorum fides, & vitæ libertas nescitur, non pos- Lib. 6. cap. 276. 278.

bantur. Grat. exceptione addita temperavit 2. quæst. 6. cap. 34. nisi forte Romanam sedem appellaverint: ea exceptio in Africanis conciliis non est: improbatam fuisse ab Innocentio significare videtur cap. 61. Africani, sed additur *non facile*, hoc est, *non crebro*, sed ex magna causa. Tamen hæc, quæ sub Aurelio Carthaginensi scri-
* Falsa est. pta sunt, improbata esse videntur tempore Bonifacii II. Videnda * ejus epist. ad Eulalium Alexandrinum episcopum, Cresconius cap. 282. & non appellentur nisi Africana concilia ex concilio Carthag. tit. 93. de appellatione ad majus concilium. Extat cap. 12. Antiocheni concilii, ex quo est 35. quæst. 5. cap. 1. & a Martino Bracar. aliis verbis editum cap. 35. non ex concilio Martini papæ, ut edidit Gratianus cap. 5. ejusdem
* Gratiani error quæstionis, qui perpetuus * error Gratiani ab aliis notatus est, videndus est etiam cap. 6. Græcus textus Constantinopolitani concilii.

a Hac de re dictum est cap. 5. them. 3. verba ipse sumpta esse videntur ex epist. 2. Zephyrini, ex qua est 3. quæst. 2. cap. ult. Ivo latius lib. 4. tit. 6. cap. 1. & 2. Panorm. & ex epist. 3. Damasi, ex qua sumit quædam Burch. lib. 1. cap. 153. & Ivo part. 5. cap. 265. Decreti. Vox *placuit* omittitur: cetera sunt libri 6. cap. 287. capitul. & lib. 7. cap. 159. in additis.

b Origo hujus decreti ex apostolorum cap. 34. Græcis, Latinis 35. sumitur. Nicæno concilio idem statutum fuisse cap. 51. & 61. testatur Julius papa epist. 1. cap. 14. & cap. 53. idem dici videtur c. 9. concilii Antiocheni, ex quo est 9. quæst. 3. cap. 7. & apud Martinum Bracar. c. 4. ex quo est c. 1. ejusdem quæst. Pontifices quoque veteres eadem constituisse dicuntur. Hyginus epist. 1. ex qua est 9. quæst. 3. cap. 4. Burchard. 1. 65. Ivo 5. 174. & 14. 72. Decreti, qui ex epist. Callisti papæ. Est autem epistola 2. ad episcopos Galliæ, ex qua est 9. quæst. 3. cap. 7. Burch. 1. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & 5. 100. & 101. Decreti. Ante Callistum Anicetus in epistola ad Galliæ etiam episcopos, ex qua est 9. quæst. 3. cap. 5. & 6. Burchard. 1. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Post hos verba Callisti repetit Lucius papa ad episcopos Galliæ & Hispaniæ, & hujus capitis verba fere eadem conscribit. Vide infra cap. 43. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. c. 146. in additis pars etiam hæc exstat lib. 7. cap. 106.

c Confirmatur hæc sententia verbis concilii Carthag. IV. cap. 23. ex quo est 15. quæst. 7. c. 6. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo part. 5. cap. 214. Decreti. Item sententia est non dissimilis concil. Hispalens. II. c. 6. ex quo sunt cap. 1. & cap. ult. 15. quæst. 7. non recte a Demochare edita, & a Contio iisdem connivente. Adde ex Nicolai epist. ad Michaelem Imperat. cap. 8. dist. 21. in quo *præstolandum* pro *postulandum* mutari potest, aut ut varia lectio scribi. Vide capitul. d. c. 146.

d Hac de re dictum est c. 4. Hæc verba esse videntur Stephani papæ epist. 2. & Felicis II. epist. 1. c. 13. videndus Clemens lib. 2. cap. 41. constit. apostolorum.

e Multorum pontificum est iis de rebus decretum. Primus Anacletus laudandus epist. 1. qui etiam Clementis testimonio utitur cum collegis suis, quamvis Clementis verba, ubi sint, ignoremus. Extat apud Grat. 3. quæst. 4. c. 2. & Ivo 4. 7. 8. Panorm. Secundus Pius epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti, & 2. quæst. 4. cap. 3. Tertius Callistus, cujus verba hæc esse videntur ab Hadriano relata epist. 2. ad episcopos Galliæ, ex qua est 2. quæst. 7. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo 4. 7. 5. ex Felicis epist. 2. de qua supra cap. 5. them. 5. idem Ivo parte 5. cap. 280. Decreti. Ex hac epist. Callisti, cujus etiam verba sunt cap. 96. concil. Carthag. IV. repetita, non omnia tamen ea, quæ apud Grat. exstant. Quartus Pontianus epist. 2. cujus est 3. quæst. 5. cap. 4. mendose editum, rectius Anselm. lib. 3. cap. 16. refert. Quintus Fabianus epist. 1. quam in synodo Romana addidisse videtur, ex qua est 3. quæst. 4. cap. 7. multo latius scriptum ab Anselm. Lucense lib. 3. c. 7. idem Fabianus epist. 2. & latius epist. 3. cujus verba hæc ipsa sunt ab Hadriano relata, paucis exceptis. Eademque verba repetit Sixtus III. in epist. ad orientales cap. 2. cujus verba refert Anselm. lib. 3. cap. 73. Ante Sixtum Stephanus epist. 1. multa ex iis repetit. Mox Felix II. epist. 1. cap. 11. qui testatur esse hoc ex Nicæno Concilio. Postremus Pelagius II. epist. 3. cujus est 3. quæst. 5. cap. 6. Anselm. lib. 3. cap. 59. sed & generalis synodus exstat Constantinopolitana cap. 6. Græce, cujus pars refertur a Nicolao papa III. epist. ad Michaelem Imperat. ex qua est 4. quæst. 1. cap. ult. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Item synodus Chalced. cap. 21. ex quo est 2. quæst. 7. cap. 49. Anselm. lib. 3. cap. 114. sive 115. Postremo videatur Clemens lib. 7. cap. 46. 47. & 53. constit. apost.

possunt sacerdotes accusare: nec viles personæ [a] in accusationem eorum admittantur.

* Sirm. Cap.XVII.

*

Ut criminosus accusandi vocem non habeat.

Lib. 7. cap. 65. Ii, qui in aliquibus criminibus (*b*) irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus majores natu non habeant accusandi, sed ii, qui omni suspicione careant.

CAPUT XVI. Cap.XVIII.

Nullus episcopus alterius parochianum retineat, ordinet, vel judicet.

Nullus episcopus alterius parochianum (*c*) Lib. 8. cap. 229.
præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare; quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & * judicatio: quoniam * dijudicatio:
censemus, nullum alterius judicis (*d*), nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

CA-

a Hac de re Anacletus epist. 2. unde est 2. quæst. 7. cap. 15. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & 5. 238. Decreti. Anselm. 3. 31. Deusdedit cap. 4. nonnulla refert. Evaristus quoque epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. c. 1. Ivo 4. 5. 8. Panorm. & plenius parte 5. cap. 240. Decreti, & Anselm. lib. 3. cap. 12. Celestinus, Fabianus, & Sixtus III. ubi supra. Ans. 3. 73.

b Hæc Fabiani papæ sunt epist. 3. & Sixti III. in epist. ad orienteles episcopos cap. 2. Anselm. 3. 73. de eadem re alii permulti conscripserunt. Principio Clemens epist. 1. qui Petri magistri verba refert; ex qua est 6. quæst. 1. cap. 1. Anselm. 3. cap. 1. Clementi proximus Anacletus epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. cap. 25. & 6. quæst. 1. cap. 1. Tertius Callistus epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. cap. 18. Quartus Pontianus epist. 1. & 2. Quintus Fabianus epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. cap. 4. & epist. 2. ex qua est caput 3. ejusdem quæstionis. Sextus Eutychianus epist. 2. in synodo Romana, ex qua Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti plura sumpsit, quam Gratianus 2. quæst. 8. c. 3. & 3. quæst. 4. cap. 11. Add. Ivo 4. 8. 8. Panorm. Anselm. 3. 25. Septimus Eusebius epist. 3. cum synodo, ex qua est 3. quæst. 5. cap. 9. sed Burch. lib. 19. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam cap. 3. at Anselm. 3. 19. ex Eusebio. Octavus Julius ex epist. 2. cap. 33. ea qua est cap. 10. ejusdem quæst. Anselm. 3. 21. est autem id ex Nicæno concilio sumptum, ut Julius affirmat. Nonus Felix II. in epist. ad Athanasium & Alexandrinam synodum c. 14. ex qua est 3. quæst. 5. c. 11. Ans. 3. 62. idem Felix cap. 15. ejusdem epist. Postremus Pelagius 2. epist. 3. cujus verba plenius in conciliorum libris sunt, quam apud Grat. 3. quæst. 5. c. 6. sed Ans. 3. 59. latius retulit. De eadem re exstat c. 6. concilii Carthag. 2. vide infra c. 63.

c Hæc verba sunt Nicæni [hæc eadem verba sunt c. 14. Magunt. concilii sub Arnolfo, & lib. 7. c. 308. capitul. & in additis c. 149.] concilii cap. 26. attestatur Julius papa epist. 2. c. 6. sed desiderantur hæc verba post verbum *judicare*, *salva tamen in omnibus apostolica auctoritate*. Exstat quoque de eadem re caput 16. Nicæni concilii Græce, & Latine, ex quo est dist. 71. c. 3. Borch. lib. 1. c. 109. Ivo part. 5. c. 211. Decreti: nec dissimile est c. 35. Græcis, Latinis 36. apostolorum. Callistus papa epist. 2. latius, ex qua sunt tria Grat. c. 9. quæst. 2. Burch. lib. 2. c. 79. & Ivo part. 6. c. 140. Decreti, ex Decreto Hadriani papæ c. 15. Ivo part. 5. c. 10. & 101. & parte 14. c. 72. Decreti, ex Callisti epist. Ans. 6. c. 118. ex epist. Sixti omnibus episcopis cap. 119. & 120. ex Cælestino. Gregorius IX. sub tit. de parochiis c. 3. Hadriano papæ adscripsit, ut Bernard. Papiens. 1. collect. decret. lib. 3. tit. 25. cap. 3. Quod autem Ans. Lucens. attulit ex Sixto, nos invenimus in epist. Sixti minoris c. ad episcopos Hispaniarum, cujus magna pars totidem verbis repetita est nomine Felicis IV. ad omnes episcopos. Addamus Siricium papam in epist. 4. cap. 6. & similem Innocentii epist. 2. cap. 7. qui refert, hanc fuisse Nicæni concilii sententiam. Ex hoc cap. sumpsit Gratianus cap. 2. dist. 71. Ivo 3. 5. 73. Panorm. idem multis conciliis proditum est, Antiocheno c. 13. & 21. ex quibus sunt 9. quæst. 2. c. 6. & 7. Burch. lib. 1. 71. & 108. Ivo parte 5. cap. 176. & 210. ex alia versione. Sardicensi cap. 15. Græcis, Latinis 18. & 19. apud Gratianum dist. 71. cap. 1. Hujus Sardicensis canonis meminit sic cap. 5. concil. Carthag. I. & concil. Triburiensis cap. 28. Aquisgranensis cap. 55. Constantinop. œcumenico cap. 2. Græcis 2. & 3. Latinis. Ex quibus est 9. quæst. 2. cap. 8. & 9. Calcedonensi etiam generali cap. 20. ex quo est dist. 71. cap. 4. & ex Anselmi alia editione lib. 7. cap. 97. apud quem non male quod Grat. ait: *Alterius civitatis ecclesiis ordinari*, legimus, *in alterius civitatis ecclesia statuta fieri*, quod etiam est in Triburiensi concilio cap. 28. Μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν. hoc *constitui* appellatur 21. quæst. 2. c. 2. quod non ex 7. synodo est, sed Constantinopolitana 6. c. 17. apud Græcos, apud quos plura verba ejusdem canonis exstant, & pro constitui est, ἐν ἑτέρᾳ τάττεσθαι ἐκκλησίᾳ. Hactenus Græci. Hispanas synodos de eadem re laudamus. Valentini concilii c. 6. non solum alienum clericum ordinari vetat, sed ut localem futurum se promittat, jubet. Sic enim *residentem* appellat. Bracarens. 1. c. 26. idem de ordinibus statuit. Addemus ex aliis provinciis Ecclesiis c. 6. Arvernensis c. 10. Cabilonens. c. 13. Aquisgranens. c. 45. quo referuntur verba Nicæni concilii c. 6. Arausicani 1. c. 8. & 9. Veneti c. 10. Aurelianensis 3. c. 15. Adde hujus collectionis c. 28. & quod hujus capitis esse pars videtur. Post hæc scripta invenimus concilii Chalcedonensis c. 3. actionis sextæ: ex quo emanavit c. 20. ejusdem concilii: *Clericos*, inquit, *in ecclesia constitutos non licere alterius civitatis Ecclesiæ deputari, sed manere illic, in qua ministrare deputati sunt*: Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίας συντελοῦντας μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν, ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην, ἐν ᾗ λειτουργεῖν ἐξ ἀρχῆς ἠξιώθησαν. Quæ verba sunt c. 20. Græci, in quo additur tantum, καθὰς ἤδη ὡρίσαμεν, propter dictum tertium caput.

d Præter Nicæni capitis 26. verba, refert Julius ex eadem synodo cap. 34. ejusdem epist. 2. Item Callistus dicta epist. 2. Sixtus II. dicta epist. 2. Ante Callistum Zephyrinus epist. 1. Post Callistum Fabianus epist. 3. ex qua est quæst. 6. cap. 3. totidem verbis Sixtus III. c. 3. epist. ad orientis episcopos; & ante Sixtum Eusebius epist. 3. ab apostolis & eorum successoribus id esse constitutum ait, cujus verba refert Burch. lib. 1. c. 165. & Ivo part. 5. c. 275. Decreti. Eorum pontificum verba nescio quomodo in constit. Gratiani, & aliorum Imperatorum leguntur lib. 7. tit. 48. cap. ult. Cod. Justin. quo Zephyrinus est multis sæculis antiquior (fuit enim Severi Imperatoris tempore) legibus sæculi ait fuisse constitutum. Eamdem refert totam apertè Greg. lib. 11. c. 54. epist. 50. registri. Aniani verbis videntur nostri delectati, aut Anianus nostrorum pontificum verbis 35. lib. 4. tit. 14. Cod. Theodos. hujus them. verbis utitur. Eadem verba sunt c. 14. Magunt. sub Arnulfo, & lib. 7. c. 308. capitul.

Cap. XIX.

CAPUT XVII.

De peregrinis judiciis non recipiendis.

Lib. 7. cap. 230. PEregrina judicia (*a*) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicetur, qui provinciales, & a se electos debet habere judices.

Cap. XX.

CAPUT XVIII.

Ut episcopus extra provinciam ad judicium non vocetur, eique provocare liceat, si judices suspectos habeat.

Ibid. c. 234. NUllus episcopus extra suam provinciam (*b*) ad judicium devocetur; sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus provincialibus episcopis audiatur; qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud primatem diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontificem judicetur.

CAPUT XIX.

Cap. XXI.

Quales personæ ad accusationem non admittantur.

PLacuit, ut nullus servus (*c*), nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset. Omnes vero infames (*d*) esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus (*e*) ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut majores (*f*) a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt. 3. quæst. 1. Omnes vero infames. Lib. 7. cap. 76.

CAPUT XX.

Cap.XXII.

Ut accusatores præsentes adsint, & accusatis spatium detur ad abluenda crimina.

PLacuit, ut nullus episcopus (*g*) quemquam clericorum judicare, aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Lib. 7. cap. 330.

CA-

a Hæc etiam verba Nicæni concilii sunt c. 55. ut refert Julius dicta epist. 2. c. 16. sed exstant aliorum pontificum Romanorum de eadem re constitutiones, ut Hygini epist. 1. Fabiani epist. 3. & iisdem verbis Sixti tertii epist. singularis cap. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 12. quamvis Sixti papæ solum nomen habeat. Burch. lib. 1. cap. 147. ex Fabiani epist. & Ivo parr. 5. c. 260. Decreti, sed part. 5. c. 248. & 6. c. 331. ex epist. Felicis I. ad episcopos Galliæ, quæ secunda est synodo Romana conscripta, de qua diximus c. 5. Ans. 3. 73. ex Sixti epist. omnibus orientalibus. Hoc idem repetitur decretum ab Eusebio papa, epist. 3. quasi ab apostolis & successoribus constitutum. Burch. 1. 165. Ivo 5. 275. Decreti. Videnda Valentiniani & aliorum constitutio 5. sive 10. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodosiani. Exstant eadem verba lib. 7. cap. 309. capitul. & in additio cap. 145.

b Hæc sunt concilii Nicæni verba c. 54. ut refert Julius epist. 2. c. 17. initio tamen sunt hæc verba: *Salva apostolica ecclesiæ auctoritate*, sine his Burchard. verbis lib. 1. c. 170. Ivo par. 5. c. 280. Decreti ex Julii epist. & Ans. lib. 3. c. 88. ex Hadriani decretis. Hæc de re multa a nobis supra scripta sunt. Hujus capitis verba sunt in capitul. lib. 314.

c Initium hujus capitis multis pontificum decretis probatur. Sed ex Felice minore ad Athanasium c. 14. videtur sumptum, qui ex Nicæno concilio manasse testatur. Ex Felice Grat. 3. quæst. 5. c. 11. & Ans. lib. 3. c. 62. Eadem est sententia concilii Carthag. VII. c. 2. cujus pars refertur a Grat. 4. quæst. 1. c. 1. Græcis est c. 130. sive 129. Latinis Africani concilii c. 96. Ivo 16. parte, c. 64. Decreti. Planius Rabanus c. 1. pœnitentium. Cetera, quæ Grat. refert, sunt ex c. 1. ejusdem Carthag. concilii 7. sive Africani 95. Latinis, Græcis a. 129. sive 128. Ivo 4. 7. 10. Pan. & 14. 69. Decreti. De libertis tantum prohibendis, Toletani IV. c. 67. & 75. statutum est. De infamibus Clemens papa epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. c. 5. Ans. 3. c. 1. Item Pontianus papa epist. 1. de servis, sive non ingenuis. Fabian. epist. 2. ex apostolorum sive successorum constitutionibus, & epist. 3. & iisdem verbis Sixtus III. epist. sing. c. 2. *De servis, libertis, & infamibus*. Stephanus papa epist. 2. ex qua est 3. quæst. 5. c. 8. Ans. lib. 3. c. 18. idemque epist. 1. latius de infamibus, & ceteris breviter, ex qua sumpsit Grat. 6. quæst. 1. c. 17. Burch. lib. 1. c. 173. Ivo 4. 7. 14. Pan. & 5. 291. Decreti. Ans. 3. 5. De infamibus Felix cum 70. episcopis epist. 2. & Eutychianus in synodo epist. 2. ex qua est 3. quæst. 4. cap. 11. Ivo 4. 88. Pan. Ans. 3. 25. Addo Eusebium epist. 1. & epist. 3. ex qua sumptum est. 3. quæst. 5. cap. 9. Ans. lib. 3. cap. 19. Silvestrum in synodo Romana, ex qua est 2. quæst. 4. cap. 2. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Julius quoque papa idem de infamibus & aliis in Nicæna synodo statutum esse ait epist. 2. cap. 33. ex quo est 3. quæst. 5. cap. 10. Ans. 3. cap. 21. De eisdem Damasus epist. 3. ex qua sumpsit Grat. 2. quæst. 7. cap. 39. & 51. plenius Burchard. 1. 172. Ivo 4. 8. 4. Panorm. & 5. 290. Decreti. Pelagius II. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 5. c. 6. plenius Ans. lib. 3. c. 59. vide in capitol. lib. 7. cap. 437.

d Hadrianus papa apud Grat. 6. quæst. 1. cap. 1. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ. Multa hac de re Callistus epist. 2. Fabianus epist. 1. & 2. ex quibus sunt 6. quæst. 1. c. 2. & 3. Eusebius epist. 1. & 2. & alii supra relati.

e Hoc Fabianus ait epist. 2. unde Grat. 2. quæst. 7. c. 38. plenius multo Ans. lib. 3. c. 25. item Damasus epist. 3. ex qua sunt 2. quæst. 7. c. 39. & 51. de quibus supra.

f Hac de re dictum est supra c. 11.

g Hac etiam de re multa scripta sunt c. 5. them. 7. videndus Marcellus epist. 2. ex qua est 3. quæst. 9. c. 5. & Damasus epist. 3. ex qua sunt 3. quæst. 9. c. 6. & 7. cujus verba sunt ex conciliis mutanda; mendosum enim est etiam in Antoniensis editionibus, *nec extra patriam fiat provinciæ &c.* Sed scribendum est *nec extra propriam fiat provinciam*. Ivo secta parte 6. c. 347. Decreti idem Damasus epist. 6. ex qua est c. 8. Grat. quæst. Ivo 6. 348. Decreti. Verba ipsa Hadriani adhuc alibi non inveni, præter Ans. 3. 88. sed & Julius epist. 2. c. 31. hoc ipsum recitavit, fortasse ex Nicæna synodo.

Cap.XXIII.

CAPUT XXI.

De episcopis, qui ad Romanum appellant pontificem.

Ibid. cap. 335. PLacuit, si episcopus accusatus appellaverit (a) Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit.

Cap.XXIV.

CAPUT XXII.

Qui clericum accusat, si probare non potest, infamiæ jacturam subeat.

Ibid cap. 340. SI quis episcopus, presbyter [b], aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit ille sive sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis; qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis vero circa hujusmodi (c) personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiæ propriæ sustinere: ut damno pudoris, existimationis dispendio, discat sibi alienæ verecundiæ impune insidiari saltem de cetero non licere, sed qualem fratri paraverat damnationem, talem in se suscipiat.

CAPUT XXIII.

Cap.XXV.

De primatum & metropolitanorum differentia.

NUllus archiepiscoporum (d), nisi qui primas sedes tenent, appelletur primas, aut princeps sacerdotum (e), aut summus sacerdos, vel aliquid hujusmodi: sed tantum ille, qui in metropoli sedet, aut metropolitanus, aut archiepiscopus vocetur, & suum in canonibus præfixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille, qui primam sedem retinet, tantummodo primæ sedis appelletur episcopus: salva semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli. Lib. 7. c. 341.

CAPUT XXIV.

Cap.XXVI.

Judici omnia patienter audienda, quæ proponentur, priusquam sententiam ferat.

JUdicantem oportet cuncta rimari (f), & ordinem rerum plena inquisitione discutere, inter- Lib.5.cap. 246.

a Fabiani sunt hæc epist. 3. Sixti III. epist. uoic. c. 5. idem videtur Nicæna synodus decrevisse, c. 51. ut refert Julius papa epist. 2. c. 10. est in capitul. lib. 7. c. 153. io editis, & in prioribus lib. 7. c. 315.

b Hæc Caii papæ sunt epist. 1. ex qua est pars quædam 2. quæst. 7. c. 75. plena refertur ab Ans. Lucens. lib. 3. c. 45. Imperfecte ab Ivone Carnot. lib. 4. tit. 7. c. 11. Pen. sunt eadem verba a Sixto III. repetita c. 3. d. epist. apud Grat. ex synodo Romana 2. quæst. 7. c. 50. Mendose autem editum id est, licet recte Demochares addidit Sixti III. mentionem, sed non recte omissum est verbum *Presbyter*, post verbum *Episcopus*. Contius Democharem est secutus, ut solet. Hæc postea verba invenimus in constit. 41. Honorii & Theodosii lib. 16. tit. 2. Cod. Theodos. quomodo hæc in pontificias constitutiones inserta sint, ignoramus. Sunt etiam hæc verba in capitul. lib. 7. c. 438.

c Adde præter supra scripta, Stephani papæ epist. 2. ex qua est 6. quæst. 1. c. 17. de quo dictum est c. 19. vide concilii Eliberitani c. 75. Arelat. 1. c. 14. Arelat. 2. cap. 24. in quo refertur *magnæ synodi* decretum, hoc est, Nicæni concilii, ex quo est 3. quæst. 10. cap. 2. vide Bracar. 2. cap. 8. ex quo est 2. quæst. 4. c. 1. Burchard. c. 202. Ivo 4. 8. 13. Panorm. & 6. 276. Decreti: de pœna talionis dictum est supra cap. 7. vide c. 38.

d Hæc sententia est concilii Nicæni c. 47. ut refert Julius papa epist. 2. c. 12. sed & primates fuisse in eodem concilio distinctos & enumeratos testatur Athanasius & Alexandrina synodus in epist. ad Felicem II. idemque Felix ad eosdem c. 12. Refert etiam Burch. lib. 1. c. 163. & Ivo parte 5. c. 273. Decreti. Extant hodie c. 6. & 7. concil. Nicæni, quibus patriarchis videtur honos habitus, *Romano*, *Alexandrino*, *Antiocheno*, & *Hierosolymitano*. Ex iis apud Grat. dist. 65. c. 6. & 7. Ans. lib. 4. c. 4. videtur c. 6. interpretatio in Chalced. synodi actione 16. sed antiquior mentio extat in Clementis & Anacleti epistolis, quibus mira quædam referuntur mihi valde ignota, fuisse aliquando apud ethnicos *archiflamines*, sive primos flamines, & primos quosdem legis doctores. Sic enim est in epist. 1. Clementis ad Jacobum fratrem domini, & in eisdem urbibus a Petro apostolo accepisse, ut *primates* vel *patriarchæ* constituerentur episcoporum. At in quibus alii minores archiflamines essent, illic archiepiscopos constitui: in singulis aliis urbibus singulos episcopos. Hæc Grat. dist. 80. c. 2. Burch. lib. 1. c. 155. & Ans. lib. 6. c. 125. nec minor nascitur admiratio ex verbis Anacleti epist. 2. *Provinciæ multo ante Christi adventum tempore divisæ maxima ex parte, &c.* in cap. sunt provinciarum, ubi dudum *primates* legis sæculi erant &c. qui ad aulam Imperatoris vel Regum confugere non poterant &c. Patriarchas vel primates esse jusserunt. Reliquæ metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majores comitibus sive comitatibus essent, haberent metropolitanos suos, &c. Patriarchas vel primates esse jusserunt. Hæc etiam refert Grat. dist. 99. c. 1. Ans. lib. 6. c. 126. Ivo 4. 3. 1. Pan. & 5. 53. Decreti. Idem Anacletus epist. 3. tomum se ait hac de re conscripsisse, in quo numerat primas civitates, quæ a sanctis apostolis & a beato Clemente, sive ab ipso primates prædicatores acceperent. Mox in communi nomine gentium & Christianorum in his rebus refert. Mox de tribus primis sedibus, sive ecclesiis, Romana, Alexandrina, & Antiochena notiora conscripsit. In his omnibus, quæ aut subdititia sunt, aut ita obscura, ut nullam utilitatem afferant, in ea sententia sum, ut cupiam ex Gratiani Decreto tolli, ut alia pleraque, quæ magis lectores perturbant quam docent. Multorum enim capitum lectione in eo libro non relevemur, sed oneremur, quibus facile carere potuimus. Sed nos cetera persequamur. Ex hac tertia Anacleti epist. Grat. tum alia, tum c. 2. sumpsit dist. 22. Latius, qua de re agimus, Burch. lib. 1. c. 159. & 178. & Ivo parte 5. c. 269. Decreti. Tertius hac de re constituit Anicetus in epist. ad ecclesias Galliæ, ex qua est 99. dist. c. 2. Ivo 4. 4. 1. Pan. & 5. 54. Decreti. Quartus Stephanus epist. 2. hic *Lucinus* nescio quomodo appelletur a Grat. dist. 80. c. 1. Demochares recte errorem notavit. Ans. lib. 6. c. 109. *Lucium* appellat. Vide etiam in capitul. lib. 7. c. 439.

e Hæc sunt ex Concil. Carthag. III. c. 26. Africani c. 6. Latinis, Græcis c. 39. ex quo est apud Grat. dist. 99. c. 3. Burch. lib. 1. c. 3. Ivo parte 3. c. 57. Decreti. Cresconius c. 253. refert ex Carthag. tit. 6.

f Hæc verba sunt Eleutherii in epist. ad ecclesias Galliæ: ex qua est 30. quæst. 5. c. ult. Burch. lib. 16. c. 30.

interrogandi ac proponendi, adiiciendique patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata fit pleniter, nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus jam nihil haberint in quæstione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter ergo interrogari oportet, ne aliquid forte prætermissum remaneat, quod annecti conveniat.

Cap. XXVII.

CAPUT XXV.

De iis, qui indiscussos potestate tyrannica damnant: & quod episcopi vel presbyteri non debeant ab aliis judicari, nisi & a quibus ordinari.

Lib. 7. c. 241.

SUnt nonnulli, qui indiscussos [a] potestate tyrannica non canonica auctoritate damnant; & sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non adprobant. Ideoque communi decreto censemus, ut quandocumque aliquis episcoporum criminatur [b], congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis causa ejus audiatur, ut non occulte judicetur vel condemnetur: * qui ab aliis prius judicari non potest, nisi ab iis, a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

* quia

Cap. XXVIII.

CAPUT XXVI.

Ubi judicari debeant, qui adversus episcopum vel metropolitanum causam habent.

Ibid.

SI clericus, vel laicus [c] habuerit causam adversus episcopum proprium, vel adversus alterum, aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provinciæ judicetur. Quod si adversus ejusdem (d) provinciæ metropolitanum episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat primatem diœceseos, ut apud ipsum judicetur, aut apud sedem apostolicam.

CAPUT XXVII.

Cap. XXIX.

Ut episcopus accusatus ab omnibus comprovincialibus audiatur.

SI quis episcopus super certis (e) accusatur criminibus, ab omnibus audiatur, vel judicetur, qui sunt in provincia, episcopis.

Ibid. cap. 79.

CAPUT XXVIII.

Cap. XXX.

De episcopo, qui alterius parochianum ordinat, vel judicat.

SI quis episcopus judicaverit [f] vel ordinaverit alterius parochianum sine consilio, & voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

CAPUT XXIX.

Cap. XXXI.

Ut eorum in accusatione vel testimonio vox obstruatur, qui divinis vocibus mortui sunt.

PLacuit eorum accusandi (g) sacerdotes, & testificandi in eos, vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam potius * intercidi, quam audiri oportet.

a. quæst. 7. Placuit eorum.
Lib. 7. c. 242.
* interdici,

CA-

c. 30. Ivo 4. 9. 3. & 4. 11. 12. & 13. Pan. idem plenius parte 6. c. 316. & 317. Decreti. Totidem verbis Julius epist. 2. c. 31. Vide pulchram admonitionem Clementis lib. e. c. 41. constit. apost. & Evaristum epist. e. ex qua est 2. quæst. 1. c. 20. Burch. lib. 11. c. 9. Ivo 4. Pan. Postea inveni hæc esse Constantini verba in constit. 1. lib. 2. tit. 18. Cod. Theod. ee qua est cap. 9. lib. 3. tit. 1. Cod. Justin. eadem exstant in capitol. lib. 5. cap. 246.

a Exstant hæc lib. 7. c. 320. capitul. & io conc. Hispalensi II. c. 6. ex quo est 15. quæst. 7. c. 1. & ult.

b Hac de re sæpius dictum est, atque dicitur, licet non eisdem verbis: vide c. 74. apostolorum, Constantin. 6. Antiochenum 15. ex quo est 6. quæst. 4. c. 5. Martinum Bracarens. c. 13. Eleutherium in epist. ad ecclesias Galliæ. Fabianum epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 1. 2. 3. & ult. & totidem verbis. Sixtum III. epist. ooic. c. 3. ex quo Ans. lib. 3. c. 83. Stephanum epist. 2. Marcellum epist. 1. Felicem II. epist. 1. Innocentium epist. 2. c. 3. ex quo est 11. quæst. 1. c. 27. de quo alibi diximus c. 9. Hæc verba exstant io capitul. d. e. 330.

c Vide c. 9. conc. Chalced. ex quo est 11. quæst. 1. c. 47. Ivo part. 6. c. 360. Decreti latius quam c. e28. & Burch. lib. 2. c. 183. & Greg. IX. tit. de foro competenti c. 1. vide Damasum epist. 3. Innocentium epist. 2. c. 3. ex quo sunt 11. quæst. 1. c. 27. e Democharo non repertum; & 3. quæst. 6. c. 14. Ans. lib. 2. c. 531. Isidorus in prologo conciliorum: eadem exstant in capitul. lib. 7. c. 321.

d Hac de re dictum est c. 6. eddo Clementem epist. 1. ex qua est dist. 80. c. 2. Burch. 1. 155. Ans. 6. 205. & Anicetum in epist. ad Galliæ ecclesias, ex qua sunt 90. c. 2. & 9. quæst. 3. c. 5. & 6. Burch. plenius lib. 1. c. 63. & Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Verbis eisdem utitur capitul. lib. 7. c. 321.

e Hoc sæpius repetitur. Vide infra c. 25. Hæc verba exstant io capitol. lib. 7. c. 104.

f Hæc eadem verba nondum inveni. Sed vide caput 16. coi hoc caput jungi debuit. Postea reperi eadem verba c. 51. conc. Magootini II. sub Arnulfo Imperatore.

g Ab iis verbis in quodam Ans. lib. & in alio diversorum pontificum Veronensi Hadriani decreta sunt. Sed falsum est. Hadriano adscribit Grat. hoc c. 2. quæst. 7. c. 53. in quo malo *intercidi* scribere, quam *interdici*. Demochares notat Stephanum papam epist. e. id decrevisse, sed certe non eadem verba sunt, licet pars eorum in epist. sit. *Mortuos* autem magis *criminosos* quam *monachos*, ut Grat. notat, intelligo. *Intercidi* quoque habet Ans. lib. 3. c. 88. Veronens. liber. Apud Eusebium epist. 3. *vocem funestam criminosorum intercidi* scriptum est, ex ea est 2. quæst. 5. c. 9. Burch. 3. 19. cur autem *mortui* dicantur *criminosi*, explicant Miltiades papa in epist. ad Hispaniæ episcopos. At Pelagius II. utrosque *mortuos* appellat, & criminum reos, & monachos epist. 3. ex qua sunt 3. quæst. 5. c. 2. & 2. quæst. 7. c. 54. Ans. plenius lib. 3. c. 59. *De servis & familiaribus* in Arcadii & Hono-

Cap. XXXII.

CAPUT XXX.

De non neganda appellatione accusato.

Lib. 7. cap. 243. PLacuit, ut accusato [a], si judicem suspectum habuerit, liceat appellare: quia non
* negari oportet * negare audientiam roganti.

Cap. XXXIII.

CAPUT XXXI.

Quod reis, qui de se confessi sunt, super alios non sit credendum.

3. quæst. 11. Non est credendum. Ibid. cap. 244. NON est credendum contra alios [b] eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque confessio.

Cap. XXXIV.

CAPUT XXXII.

Ut qui judices suspectos habuerint, vocem appellationis exhibeant.

Lib. 7. cap. 170. SI quis judicem adversum (c) sibi senserit, vocem appellationis exhibeat: ut cum ei concessum fuerit, integro negotio apud alium judicem amotis dilationibus possit audiri.

Cap. XXXV.

CAPUT XXXIII.

Quod omnibus, qui lite pulsati sunt, non alibi quam in proprio foro jurgandum sit.

CLericus, sive laicus [d], si crimine aut lite pulsatus fuerit, non alibi quam in foro suo provocatus audiatur. 11. quæst. 2. Clericus, sive. Lib. 7. cap. 251.

Cap. XXXVI.

CAPUT XXXIV.

Ut appellantes nulla arceantur detentione.

APpellantem non debet (e) afflictio ulla, aut carceris, aut detentionis injurare custodia; * si liceat appellatoris vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Ibid. cap. 252. * & liceat

*

* Sirm. Cap. XXXVII.

Quod etiam in causis criminalibus appellare liceat.

LIceat etiam in causis criminalibus appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

Honorii 20. constit. lib. 6. tit. 1. Codicis Justiniani, *vocem funestam amputari potius, quam audiri oportere:* cujus etiam verba refert Grat. 3. quæst. 11. c. ult. Sed pro *amputari*, *intercidi* scribit, *Intercidi funestam vocem* scriptum etiam est in epist. 1. Silverii papæ. Apud Ivonem parte 16. c. 332. Decreti ex capitularibus c. 440. *vocem funestam potius intercidi, quam audiri oportet*. eadem verba sunt lib. 9. tit. 6. constit. 3. Codicis Theodos. in Aniani libro. Est constit. 2. tit. 3. & Anian. interpretatur *extingui*. Sed ut beatus Greg. lib. 11. epist. 52. registri refert eandem constitutionem, & verbo *interdici* utitur. Sed ego mendosos arbitror eorum libros, qui ita scribunt. In capitul. lib. 7. c. 322. est *intercidi*, & c. 440.

a Hac de re scriptum fuerat c. 8. exstat in capitul. lib. 7. c. 313. in additis c. 317.

b Hæc verba refert Grat. ex decreto Hadriani 3. quæst. 11. c. 3. eadem sententia fuit concilii Nicæni c. 55. ut refert B. Julius papa epist. 2. c. 18. ex quo est 15. quæst. 3. c. ult. ubi Grat. miscuit exceptionem, præterquam de crimine læsæ majestatis. Eam non habet Ivo 4. 7. 17. Panorm. nec part. 5. c. 288. Decreti, ubi Dionysii verba referuntur Severo coepiscopo, hoc est, epist. 2. pro *coepiscopo* fortasse *Corduben episcopo* scribendum est, ut ex ea apparet: sed hujus capitis verba latius posuit Stephanus papa epist. 2. ex qua est 8. quæst. 11. c. 1. Burch. 1. 164. Ivo 4. 7. 15. Panorm. & 5. 274. Decreti. Ans. 3. 71. Videntur autem esse verba mutata, * *si tempora paterentur*, ex constit. 19. Valentiniani, & aliorum Imperat. lib. 9. tit. 1. Cod. Justin. quem refert. Grat. eadem quæst. c. 2. nomina Imperatorum recte Contius, male Demochares edidit. Aniani autem eadem verba sunt lib. 9. tit. 1. constit. 7. Cod. Theodos. 4. a quo integro lib. est const. 12. Videatur etiam Eusebii epist. 1. mendose relata a Grat. 5. quæst. 5. c. 4. nam pro *rigorosus tortor*, *religiosus* est: & pro *corpora solvuntur*, *corpora subjiciuntur*. Ans. 3. 26. plenius eam epist. refert, & *religiosus terror*, *ac corpora solvuntur* habet, sed hi ut conciliorum scriptura placet, ita in verbis Eusebii nescio quid mendi latere videtur. Vide infra c. 64. Hujus c. verba exstant in capitul. lib. 7. c. 314. * Et certe patiuntur.

c Prior hujus capitis pars constat Fabiani verbis epist. 3. ex qua est 2. quæst. 6. c. 21. Burch. 148. Ans. 2. 30. paucis immutatis Ivo 4. 12. 1. Panorm. & parte 5. c. 261. Decreti, totidem verbis, quot Fabianus, Sixtus III. ut solet epist. sing. c. 3. Ans. 3. 73. Antiquior Sixto Felix cum LXX. episcopis epist. 2. ut diximus, cap. 5. them. ult.

d Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 11. c. 49. Ans. 3. 88. & liber Veronens. Non dissimilia sunt verbis concilii Nicæni, quæ refert Julius epist. 2. c. 25. & quæ c. 8. scripsimus. Adde Fabian. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 2. Sixtum III. totidem verbis c. 3. epist. sing. Ans. 3. 73. Videndus etiam Damas. epist. 3. ex qua est 3. quæst. 9. c. 7. de quo antea diximus. Hoc est caput 4. Hadriani in lib. Populeti: exstat hoc etiam cap. in capitul. lib. 7. cap. 332.

e De carcere Damasus epist. 3. sed Fabian. epist. 3. & Sixtus III. epist. un. c. 3. cetera scribunt. Ex Fabiani epist. Grat. 2. quæst. 6. c. 1. & 7. & 20. & 21. sed *carceris* verbum Damasi est & Hadriani, non ceterorum. Id non habet Burch. 1. 148. neque Ivo 4. 12. 1. Panorm. & 5. 261. Decreti. Neque Ans. 2. 16. qui omnes ex Fabiani epist. idem ex Sixto lib. 3. c. 73. & c. 88. ex decretis Hadriani, in quo solo *carceris* mentio fit. Quod in fine dicitur *de appellatione ejus, qui ad supplicium ducitur*, non videtur pontificii juris esse, sed ex jura civili acceptum, & in suprascriptis epist. insertum. Postea incidi in Aniani interpretationem constitutionum Cod. Theodos. & in eis hæc fere omnia inveni lib. 11. tit. 8. constit. 1. 2. & 3. Constantini Imperatoris, sive 30. titul. constit. 2. & 15. Constantini, & 20. Constantii in integro libro: videnda constit. 12. sub titul. de appell. lib. 7. Cod. Justin. Hujus capitis verba leguntur in capitul. lib. 7. c. 333. & in aliis verbis eadem sententia lib. 2. cap. 251. & in additis cap. 106.

Cap. XXXVIII.

CAPUT XXXV.

In causis capitalibus absens accusare non potest, nec accusatum per alium defendi.

6. quæst. 3. In criminalibus. Lib. 7. cap. 271.

IN criminalibus [a] causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defensare permittitur.

Cap. XXXIX.

CAPUT XXXVI.

De constitutionibus contra canones & decreta, vel contra bonos mores conditis.

Lib. 7. cap. 265.

COnstitutiones contra canones (b) & decreta præsulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

Cap. XL.

CAPUT XXXVII.

Ut non constringat clericum sententia non a suo judice dicta.

11. quæst. 3. In clericorum. Lib. 7. cap. 266.

IN clericorum causa (c) hujusmodi forma servetur, ut ne quemquam eorum sententia * non a suo judice dicta constringat.

* non suo

Cap. XLI.

CAPUT XXXVIII.

De his, qui falsa aliis inrogant.

5. quæst. 6. Omnis qui falso. Lib. 6. cap. 277.

OMnis, qui falsa (d) aliis intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

Cap. XLII.

CAPUT XXXIX.

De provinciali synodo retractanda per vicarios urbis Romæ episcopi.

Lib. 7. cap. 267.

UT provincialis synodus (e) retractetur per vicarios * Romani pontificis, si ipse decreverit.

* urbis Romæ,

CA-

a Grat. Hadriano papæ adscribit 5. quæst. 3. cap. 2. Ivo Hadriani cap. x. lib. 4. tit. 7. c. 4. Panorm. Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani ut dictum est supra hac de re in calce capitis 5. Hoc est c. 1. Hadriani in libro Populeti.

b Hæc verba Grat. Felicis papæ esse ait, dist. 10. c. 4. at Burch. concil. Triburiens. c. 10. & Ivo part. 5. c. 38. Decreti ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno Mediomatricis urbis episcopo c. 38. sed parte 16. c. 10. ut Burch. licet in marg. sit ex capitulis Hadriani papæ. Deusdedit parte 1. *Hadrianus Agilramo*: Et alibi *ad Gilramnum episcopum*, & part. 3. *Hadrianus Agilramno episcopo*. In verbis idem etiam differt a ceteris. Sic enim utrobique est: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum præsulum nullius sint momenti*. Ans. 3. 88. ex decretis Hadriani, & lib. Veronens. videnda epist. 1. Callisti, ex qua est 11. quæst. 3. c. 89. apud Grat. & Ans. 3. 86. ambo verba omittunt a nobis referenda: Nulli imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Addit Marcellinus epist. *nec quiquam quod evangelicis, propheticisque & apostolicis regulis deviet, agere. Injustum enim judicium &c.* ut Callistus. His omnibus verbis utitur Symmachus in synodo Romana sexta: ex qua est dist. 10. c. 2. Plenius Burch. lib. 15. c. 8. ex decretis Hadriani papæ c. 16. sed scribo c. 36. Ivo 2. 12. 4. Panorm. ex octava synodo Symmachi, & part. 4. c. 231. Decreti ex sexta synodo Symmachi, sed parte 16. c. 9. ex concil. Hadriani Papæ c. 16. vel, ut suspicor, c. 36. Deusdedit d. part. 1. Sancti Dei martyres & Romani pontifices Callistus & Marcellinus, nec non Symmachus & Hadrianus uno ore sanxerunt idem dicta parte tertia. Verba horum pontificum in calce hujus collectionis, licet non omnia, referuntur. Vide c. 70. Adde constit. Valentiniani & Marciani 12. sub tit. de sacros. eccles. lib. 1. Cod. Justin. & epistolam Damasi ad Aurelium Carthag. positam initio conciliorum, quæ plerisque suspecta est, ut aliæ nonnullæ * antiquiorum Damaso Pontificum. In lib. Populeti, hoc est c. 2. Hadriani his verbis: *Constitutiones contra decreta sacrosancta Romanorum præsulum nullius sint momenti*. Et alibi post verba c. 70. *Nec quidquam quod contra evangelicam, & propheticam, aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, omnimodo quassabitur* (vel *cassabitur.*) Hujus capitis verba exstant in capitul. lib. 7. c. 346. Hadriani Angilramno episcopo: *Constitutiones contra sancta decreta Rom. præsulum nullius sint momenti.*

* Notanda hæc Ant. Augustini verba.

c Hæc verba Hadriani papæ esse refert Grat. 11. quæst. 1. c. 50. Deusdedit parte 3. Hadriani in registro Ans. 3. 88. ex decretis Hadriani, & liber Veronens. duobus locis. Hæc etiam videntur esse sumpta ex Niceno concilio, ut testatur Julius epist. 2. c. 6. & 24. ut dictum est c. 16. Verba autem Zephyrini videntur prius fuisse epist. 1. & Eusebii epist. 3. mox Julii dicto c. 34. Exstant in capitul. lib. 7. c. 347.

d Hæc etiam ut Hadriani verba refert Grat. 5. quæst. 6. c. 1. Ans. 3. 88. & liber Veronens. vide c. 22. them. 1. Adde Fabian. epist. 2. ex qua est 3. quæst. 1. c. 6. & 11. quæst. 1. c. 30. Ans. 7. c. 159. Deusdedit c. 4. videndum autem quid illud sit, *curiæ tradatur, cui omnibus diebus vitæ suæ serviat.* Quid enim Fabiani tempore (qui Maximini & Gordiani tempore vixit) *curia* ad pontifices pertinet? Auget suspicionem alterius esse verbi, quod Augustini verba in ea referuntur ex Enchiridio c. 70. sed potuit August. verbis Fabiani uti, tacito ejus nomine. *Curiæ* mentio fit in epist. 2. Stephani; ex qua est 3. quæst. 4. c. 8. Deusdedit c. 4. (Adde scripta c. 58.) & in epist. 2. Pii papæ, ex qua est 11. quæst. 1. c. 19. Ans. 8. 17. Hoc est caput 3. Hadriani in libro Populeti: verba hujus c. invenies in capitul. lib. 6. c. 277. & lib. 7. c. 348. & 197.

e Hoc caput Nicæni concilii fuisse dicitur c. 58. ut refert Julius in ea, quam sæpe commemoravimus, epist. ad orientis episcopos c. 21. sic etiam c. 19. ejusdem concilii apud eumdem Julium c. 2. cujus verba ut Sixti papæ refert Grat. 3. quæst. 6. c. 5. sunt autem ex epist. 1. Sixti II. Burch lib. 1. c. 144. ex decretis Julii c. 18. Idem c. 176. ex Decretis Victoris papæ c. 1. cujus exstant eadem verba epist. 1. Ivo 4. 12. 2. 2. Panorm. ex dictis Sixti papæ idem parte 5. c. 257. Decreti, ut Burch. 144. eadem sententia colligitur ex verbis Marcelli papæ epist. 1. ex qua est breve c. 6. Grat. 2. quæst. 6. Præclarum Ans. Lucens. 2. c. 7. Nec dissimile est, quod affert Ennodius pro Symmacho papa in synodo Romana, non longe ab iis verbis, quæ affert Grat. dist. 17. c. 6. cui capiti Symmachi nomen inscripsit. Antiquius est Sardicense concilium, ex quo sunt Græci canones 3. 4. 5. & 6. ex quibus sumpsit Gratian. 6. quæst. 4. cap. ult. & 2. quæst. 6. cap. 3. quo loco Demochares adscribit falsum numerum c. 7. Hos canones Sardicens. concil. Zosimus papa Nicæni concilii fuisse testatur in epist. ad Faustinum & alios legatos in concil. Carthag. in quo interfuit B. Aurel. Augustinus; eadem verba refert Aurelius, & alii Afri in epist. ad Bonifacium papam. Exstat utraque epist. Græce & Latine: negabant Afri, in suis libris invenire canon. eos Nicænos; sed neque in Attici Constantin. neque in Cyrilli Alexandrini lib. exstare: quod quamvis verum esset, nihilominus tamen fuisse: olim potuerunt ob hæreticis deleri, ut Julius & Felix II. & Athanasius cum Alexandrinis testati sunt. Hujus c. etiam verba exstant in capitul. lib. 7. c. 349. & in additis c. 138.

Canones Nicæni concilii.

Cap. XLIII.

CAPUT XL.

De iis, qui majores natu accusant.

De iis, qui in accusationem (*a*) majoris natu veniunt; & ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

Cap. XLIV.

CAPUT XLI.

Quod in causa capitali, vel in causa status non per advocatos, sed per ipsos agendum sit.

2. *quæst.* 6. Si quando. *Lib.* 7. *cap.* 274. Si quando in causa capitali (*b*), vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum.

Cap. XLV.

CAPUT XLII.

Ut liceat majores Judices appellare, quoties necessitas ingruerit.

Lib. 5. *cap.* 250. Placuit, ut a quibuscumque (*c*) judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi major est auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

Cap. XLVI.

CAPUT XLIII.

Ut metropolitani episcoporum causas, nisi præsentes omnes fuerint episcopi provinciales, audire non præsumant.

Lib. 7. *cap.* 275. Si quis metropolitanus episcopus (*d*), nisi quod ad suam pertinet propriam solummodo parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit; & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, suarumque ecclesiarum & clericorum, atque sæcularium necessitatibus, agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi omnium administratione, sicut Dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare*, & alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipse comprovinciales episcopi cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum: ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula. *Matth.* 20. *Matth.* 23.

Cap. XLVII.

CAPUT XLIV.

Quæ in laicis arguuntur, a clericis respuantur.

Quod in laicis (*e*) reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari. *Lib.* 7. *cap.* 276.

Cap. XLVIII.

CAPUT XLV.

De contemptoribus canonum, laicis vel clericis.

Ut laici contemptores canonum (*f*) excommunicentur; clerici vero honore priventur.

Cap. XLIX.

CAPUT XLVI.

Delatores qui sint, & qua pœna mulctandi.

Delatori aut lingua capuletur (*g*), aut convicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios. *Ibid. cap.* 277.

Zz 2 De

a Hac de re diximus c. 15. in fine: ea de re verba sunt in additis capitul. lib. 7. c. 239.

b Grat. Hadrianum papam his verbis inscripsit 2. quæst. 6. c. 39. scribendum autem est *per procuratores*, non *exploratores*, ut in Antonianis edit. est. Sic enim habet *exploratores* Ans. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani. Verba ipsa non videntur juris pontificii esse. Dictum est etiam supra de accusatoribus præsentibus non semel. Addantur quædam ex concil. Chalcedon. act. 1. Postea inveni Anianum hæc scripsisse, cum interpretationem addit ad Paul. lib. 5. sentent. tit. 37. sive 39. de reddendis causis appellationum: eadem. extant in capitul. lib. 7. c. 357. & in additis c. 140.

c Hæc sunt Nicæni concil. verba c. 60. ut testatur Julius c. 22. de epist. ad orientales; refert Grat. 2. quæst. 6. c. 9. eadem fere verba sunt concilii Carthag. III. c. 10. Græcia c. 15. concil. Carthag. refert Ivo 4. 12. 9. Panorm. 6. 363. Decreti. Ans. ut solet 3. 88. ex decretis Hadriani. Non dissimilis sententiæ exstat apud Cornelium papam epist. 2. non longe a verbis relatis a Grat. 3. quæst. 9. c. 4. Ans. 3. 57. sed Lucii papæ eadem hæc verba sunt epist. sing. ad Galliæ & Hispaniæ episcopos. Videndus Nicolaus papa epist. ad Michaelem imperat. ex qua plura capita sunt apud Grat. dist. 21. c. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. sed verba ad hanc rem apta sunt c. 8. licet non plene relata. Verba hujus capitis paucis exceptis refert capitul. lib. 5. cap. 250. & lib. 7. cap. 221. & in additis cap. 14.

d Hæc etiam sunt Nicæni concilii c. 6. ut testatur Julius ubi supra c. 25. Antiquum hac de re exstat caput 34. Græcia, 35. Latinis apostolorum, quod renovari videtur c. 9. Concilii Antiocheni, ex quo est 9. quæst. 3. c. 2. cujus etiam verba Martinus Bracarens. posuit c. 4. & apud Grat. ead. quæst. 3. c. 1. ex concilio Martini papæ. Adde Hyginii papæ epist. 1. ex qua est c. 4. ead. quæst. Burch. lib. 1. c. 65. Ivo 5. 174. Decreti, ex Callisto episcopis Galliæ. Anicetus quidem episcopis Galliæ de eadem re apertius scribit. Ejus verba refert Gratianus ead. quæst. c. 5. & 6. Burch. lib. 1. c. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Lucius Callistus epist. 2. ex qua est 9. quæst. 3. c. 7. plenius Burch. lib. 1. c. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & part. 5. c. 200. & 101. Decreti. Totidem verbis pleraque Lucius papa ad episcopos Hispaniæ & Galliæ. Vide supra c. 24. nos enim eadem utrobique dicimus, ut ipsi pontifices sæpius. Hujus capitis verba exstant lib. 7. c. 358. & in additis c. 142.

e Hæc verba sunt concilii Carthag. I. cap. 13. & lib. 7. cap. 16. & 359. capitul. Hadrianus papa Ingelramno episcopo.

f Hæc verba sunt tit. c. 14. concil. Carthag. I. His verbis constat c. 5. Hadriani in libro Populeti. Non male hoc esse potest c. 45. Hadriani.

g Grat. 5. quæst. 6. cap. 5. ex decreto Hadriani. Sic etiam Ans. lib. 3. c. 88. sed non erat Hadriani hoc decernere,

* Sicut. Cap. L.

*

De iis, qui in alterius famam scripturam, aut verba contumeliosa confinxerint.

Lib. 7. c. 278. QUI in alterius famam (*a*) in publico scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagelletur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere.

CAPUT XLVII.

Cap. LI.

De eo, qui iratus crimen objecit, & postea retractat.

Ibid. c. 281. SI quis iratus crimen (*b*) aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi studio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: aut si forte resipiscens post iracundiam, quæ dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis * habeatur. * teneatur.

CAPUT XLVIII.

Cap. LII.

Qui crimen obiicit, probare debet: & ut causa ibi agatur, ubi crimen admissum est.

3. quæst. 6. Qui crimen. Ibid. c. 282. 2. quæst. 3. Omnis. QUI crimen obiicit [*c*] scribat, se probaturum revera: & ibi causa agatur, ubi crimen admittitur: ut * qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse patiatur. * igitur qui

CAPUT XLIX.

Cap. LIII.

Ne judices causam absentis personæ sua sententia præsumant.

CAveant judices ecclesiæ (*d*), ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit, imo & causam in synodo pro facto dabunt. Lib. 6. cap. 279.

CAPUT L.

Cap. LIV.

De eo, qui frequenter litigat, ut non suscipiatur absque examine.

EJus, qui frequenter litigat [*e*], & ad accusandum est facilis, accusationem nemo absque grandi examine recipiat. Lib. 5. cap. 245.

CAPUT LI.

Cap. LV.

Quod episcopi inter se corrigere, si quid ortum fuerit, debent.

DE accusationibus episcoporum Constantinus (*f*) Imperator inter cetera sic ait: Lib. 6. cap. 301.
Vestræ: * inquit, *accusationes tempus habebunt proprium, id est, diem magni judicii*: * quidem
ju-

nere, sed referre quod in Cod. Theodos. scriptum fuerat, vel potius in epitome constitutionum Constantini imperat. lib. 10. tit. 1. constit. 1. quæ in libro integro est constit. 2. tit. 10. Hoc est c. 6. Hadriani in libro Populeti, & in capitul. lib. 7. c. 360. exstat.

a Hadriani papæ nomen Gratianus adscripsit 5. quæst. 1. c. 1. & Ans. 3. 88. mihi hoc etiam non esse ex pontificio jure videtur (vide infra c. 50.) Postea inveni apud Ivonem part. 16. c. 335. Decreti mixtam hanc sententiam cum aliis ex capitularibus sumptis in eo libro, quo scribuntur constitutiones sive leges regum Francorum, ut Pippini, Caroli, Ludovici, & aliorum: postea in titulos & libros distinctæ sunt, ut in collectione legum Longobardorum, namque in capitularibus ordo tantum temporum servabatur, in posterioribus materia distinguebatur. Hoc est c. 7. Hadriani in libro Populeti: sed apud Ivonem parte 4. c. 49. est c. 49. Hadriani ad Ingelramn. exstat in capitularibus Benedicti Levitæ, & Ansegisi libro 7.

b Hæc sunt Fabiani verba epist. 3. ex qua est 2. quæst. 3. c. 5. & de pœnit. dist. 1. c. 22. ex canonibus Ivo 4. 7. 21. Panorm. & 6. 324. Decreti, Ans. 3. 79. Totidem verbis Sixtus III. ut inlet, c. 3. sing. epist. Eadem verba invenio, ut interpretationem constit 3. imp. Constantini lib. 9. tit. 1. Cod. Theodos. in editione sive collectione Aniani, cujus hæc verba sunt: sub Alarico rege Gothorum prius fuerat constitutio 5. fuit autem Fabianus Constantino multo antiquior, utpote qui sub Maximino & Gordiano Africano vixit. Sixtus III. tempore Valentiniani imperatoris. Exstant hæc eadem verba in capitul. lib. 7. c. 364.

c Hæc verba mendose refert Grat. 3. quæst. 6. c. ult. ex decreto Hadriani papæ: nam pro *sciat* scribatur oportet *scribat*. Sunt autem Fabiani verba d. epist. 2. ex qua est 2. quæst. 9. c. 4. & 3. quæst. 6. c. 1. & 2. quæst. 3. c. 3. sed hoc cap. 3. dicitur esse ex decreto Hadriani, illud c. 1. Fabiani, c. 4. Sixti papæ, & verum est etiam verba Sixti III. c. 4. d. epist. sing. Burch. lib. 16. c. 3. ex concilio Arausiceno c. 4. Ivo 4. 7. 21. Panorm. ex Fabiano [vide c. 7.] Addamus Hincmari in synodo responsum, quod in synodo apud S. Medardum conscriptum est: ex quo Greg. IX. c. 1. de libelli oblatione, & Grat. 2. quæst. 1. c. 9. utrobique non recte *Hincmari*, nomen est, & Grat. ait c. 8. eius concilii esse Burch. 2. 197. c. 9. Ivo 6. 269. Decreti c. 8. Bernard. Papiens. lib. 2. tit. 3. c. 1. collect. 1. Decreti, numerum non addit. Hujus capitis verba sunt in capitul. lib. 7. c. 365.

d Hæc esse verba concilii Nicæni refert Julius epist. 2. c. 24. Fuerunt olim Eleutherii papæ in epist. ecclesiis Galliarum missæ: ex qua est 3. quæst. 9. c. 2. Burch. lib. 16. c. 14. ex decretis Hadriani papæ c. 4. Ivo parte 6. c. 319. Decreti ex Eleutherio: item Ans. lib. 3. c. 28. licet c. 88. ex decretis Hadriani totidem verbis usus est Felix papa epist. 1. post Nicænum concilium: exstant eadem verba c. 30. concil. Carthag. IV. & in capitul. lib. 6. c. 279. & lib. 7. c. 219.

e Felix II. in epist. ad Athanas. & Alexandrinos c. 14. ex quo est apud Grat. 2. quæst. 5. c. 11. Ans. lib. 3. c. 62. ambo Felici papæ hæc adscribunt, sed Ans. c. 88. Hadriano. Adde concil. Carthag. IV. c. 58. & Clementem lib. 2. c. 41. & 53. Constit. apost. & Pontianum epist. 2. unde est 3. quæst. 5. c. 4. Ans. 3. 16. Julium papam epist. 2. c. 33. qui id esse ex Nicæna synodo testatur. Ex ea epist. est 3. quæst. 5. c. 10. Ans. 3. 21. Hoc est c. 8. Hadriani in libro Populeti.

f Hæc partim ex tripartita historia sunt, partim ex Rufini verbis lib. 10. c. 2. historiæ ecclesiasticæ. Epiphanius scolasticus lib. 2. c. 2. historiæ tripartitæ sumpsit ex Sozomeno lib. 1. c. 16. Hæc eadem fere verba refert ex historia ecclesiastica Deusdedit c. 3. Grat. breviter 11. quæst. 1. c. 5. in fine. Item B. Gregorius lib. 4. c. 75. registri, ex quo est 11. quæst. 1. c. 42. Adde Parisiens. concil. lib. 3. c. 8. & capitul. lib. 5. c. 163. & lib. 7. c. 441.

judicem vero illum, qui tunc futurus est omnibus judicare. Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium simul & accusatorum. Quos minime convenit tales debere monstrari, qui judicentur ab aliis, cum ab ipso domino magis sint ipsi judicandi; de
Psalm. 81. quibus ait propheta: *Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deus discernit.* Neque possunt humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit judicio. Et reliqua talia, & his similia.

CAPUT LII.

Cap. LVI.

Summus præsul a nemine judicatur.

NEque præsul summus [a] a quoquam judicabitur, quia dicente domino: *Non*
Luc. 6. *est discipulus super magistrum.*

CAPUT LIII.

Cap. LVII.

Ut judex non ante reum condemnet, quam ipse confiteatur, aut per testes revincatur.

JUdex criminosum discutiens [b] non ante *Lib.5.c.156.*
sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

CAPUT LIV.

Cap. LVIII.

Injusta episcoporum damnatio a synodo retractanda.

IRritam esse injustam (c) episcoporum da- *11. quæst. 3. Irritam esse.*
mnationem; idcirco a synodo retractandam.

CAPUT LV.

Cap. LIX.

Quod ecclesiam suam relinquere nullus debeat.

UT ne quis, dum in ea (d) durare pote- *Lib.7.c.366. in manuscr.*
rit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.

CA-

a Antiqua synodus exstat adversus Marcellinum papam, postea martyrem gloriosum. In ea a CCC. episcopis dictum est: *Nemo unquam judicabit pontificem, nec præsul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam.* Hoc ipsum narrat Nicolaus papa epist. 8. ad Michaelem imperat. ea qua est dist. 21. c. 7. Ivo 4. 1. 6. Panorm. & 5. 8. Decreti. Non altera synodus tempore Silvestri papæ c. ult. *Nemo judicabit* [sive *adjudicet*] *primam sedem &c.* Ea eo est 9. quæst. 3. cap. 13. Innocentii nomine, & mendose editum utriusque pontificis nomine. Ivo 4. 1. 5. Panorm. *Silvestri* Anselm. 1. 19. rectius 4. 39. Deusdedit cap. 3. recte hæc Hadriani verba Silvestri esse ait in concil. 277. episcoporum, & ex eodem illius capitis 3. verba minus mendosa refert. Sunt autem Silvestri in Romana synodo. Tertia synodus tempore Sixti tertii, Maximus exconsul dixit: *Non licet adversus pontificem dare sententiam.* Alio die Sixtus episcopus dixit: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum.* Hujus etiam rei mentionem facit idem Nicolaus ubi supra. De eadem re exstat epistola Sixti, in qua dicit se purgasse in synodo, non quia cogeretur: *& criminationes adversus auctorem nemo recipiant.* Ea hac epist. est 2. quæst. 5. cap. 10. Quarta de Symmacho papa, quæ est Romana quarta synodus, sive actio: ea ea quædam refert Grat. dist. 17. c. 6. them. 1. Ennodii quoque, defensoris Symmachi in Romana synodo recitata. Exstant ejusdem sententiæ etiam apud Grat. 9. quæst. 3. c. 14. Symmachi nomine. Ivo 4. 1. 7. Panorm. in synodo V. Symmachi, & parte 5. c. 10. Decreti. Antiquior Symmacho Gelasius fuit, acerrimus sedis apostolicæ defensor, neque indisertus ut illa tempora patiebantur. Is in epistola ad Faustum eamdem sententiam tuetur, cujus verba refert Grat. 2. quæst. 3. c. 16. idem c. 10. ead. quæst. refert Nicolai ad Michaelem epist. verba, quibus eadem Gelasii verba laudantur. In hoc 10. c. pro *Innocentio Bonifacius* scribendus est ex conciliorum libris, & ex Ivone 4. 1. 10. Panorm. & 5. 19. Decreti. Gelasii verba Ant. lib. 1. c. 47. & 48. & ut ex diversis epistola idem lib. 2. c. 16. c. 24. & plenius lib. 12. c. 69. Vide infra c. 67. & 68. *Pontificis auctoritas.*

b Hæc sententia est Nicæni concilii, ut testatur Julius in epistola sæpius relata c. 26. Fuerant prius Zephyrini verba epist. 1. & Felicis papæ epist. 1. ex qua est 2. quæst. 1. c. 5. Burch. lib. 1. c. 154. ex Zephyrino & Ans. lib. 3. c. 65. ex Felice c. 66. ex Zephyrino, & c. 88. ex decretis Hadriani, idem elicitur ex epistola Stephani & Africanæ synodi ad Damasum papam. Adde Sixti secundi epistol. c. 4. Sunt etiam hæc Aniani verba lib. 9. tit. 30. constit. 1. Cod. Theodos. sive tit. 40. in integro libro. Mirum autem * est verba Aniani & constit. Constantini imperat. usurpari ab antiquioribus pontificibus. Est autem const. 16. lib. 9. tit. 47. eidem Justin. Hæc ut Constant. verba refert Grat. 2 quæst. 1. c. 2. Burch. 16. 6. ex decretis Hadriani papæ c. 2. (forte 52.) Ivo 4. 11. 4. Panorm. ex Constantino, Ans. 3. 77. August. episcopo. Hoc est cap. 9. Hadriani in libro Populeti, exstat in capitul. lib. 7. c. 170. & lib. 5. c. 156. * *Notanda Ant. Aug. verba.*

c Hæc etiam verba sunt Nicænæ synodi teste Julio c. 27. & Carthag. IV. c. 28. Ex quo est 11. quæst. 3. c. 75. est etiam totidem verbis in epist. 1. Felicis, cujus est 3. quæst. 6. c. 11.

d Nondum hæc ipsa verba legi, sed Gregoriana epistola exstat ad Bonifacium episcopum, qua, si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, quos nec dum tetigit, a loco fugere non debere scriptum est. Ejus magna pars ut Gregorii primi ad Augustinum refertur in conciliis, in eisdem ut Gregorii tertii ad Bonifacium. Exstant etiam Evaristi epist. 2. qua dicitur sine inevitabili necessitate ecclesiam non esse dimittendam. Ea ea est 7. quæst. 1. c. 11. plenius Burch. lib. 1. c. 76. Ivo part. 5. c. 182. & 201. Decreti. Ans. lib. 6. c. 105. Pulcherrima est adversus episcopos, qui mercenariis committunt oves suas, ut meretrices nutricibus alienis filios suos, epistola Damasi 4. & adversus *vagos clericos* Valentini concilii c. 3. & Maguntini concilii cap. 22. ex Isidoro, ni fallor, sumptum, qui eos *hippocentauros* appellat lib. 2. c. 3. officiorum, quod mendose scriptum est in libris conciliorum. Isidori mentionem facit etiam concil. Triburiense c. 27. Ad extremum addamus synodi Nicænæ c. 16. ex quo est 7. quæst. 1. c. 23. quod ex Carthag. V. esse ait Gratianus. Burch. recte lib. 2. c. 98. & Ivo parte 6. c. 175. Decreti, & Ans. 7. 95. Nicæni capitis verba refert concil. Aquisgr. c. 45. id Martin. Bracarens. c. 34. aliis verbis edidit. Adde Tarracon. I. c. 11. Hispalens. II. c. 3. Vernens. c. 12. & 13. Nicæn. II. c. 10. (vide infra c. 62.) apud Cresconium c. 16. hæc verba legimus, ut clerici proprias ecclesias non relinquant, in canon. apost. tit. 15. & 16. concil. Chalced. tit. 2. Antiochen. tit. 3. ex decretis papæ Leonis tit. 38. Gelasii tit. 23. concil. Carthag. tit. 21. & 22. Postea inveni hujus capitis verba in capitul. lib. 7. c. 366. *Vagi clerici pestis in Ecclesia.*

Cap. LX.

CAPUT LVI.

Ante judicem non suum pulsatus taceat si velit: & ut appellanti induciæ dentur.

Lib. 7. c. 283. PUlsatus ante suum judicem [a] causam dicat; & non ante suum judicem pulsatus, si voluerit taceat: & ut pulsatis (b), quoties appellaverint, induciæ dentur.

Cap. LXI.

CAPUT LVII.

De eo, qui contra suam subscriptionem venit.

Lib. 6. c. 232. SI quis contra suam professionem (c) vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur; si laicus, anathematizetur.

Cap. LXII.

CAPUT LVIII.

Falsum crimen adversus episcopum, presbyterum, diaconum obicienti nec in fine danda communio.

SI quis episcopum (d) aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, * nec in fine dandam esse communionem.

* nisi in fine dandam ei non esse.

CAPUT LIX.

Cap. LXIII.

De libellis famosis.

SI qui inventi fuerint (e) libros famosos legere vel cantare, excommunicentur. Lib. 6. c. 243.

CAPUT LX.

Cap. LXIV.

Ut diebus dominicis causæ ab episcopo non audiantur.

UT nullus episcopus, vel infra (f) positus die dominico causas judicare præsumat. 15. quæst. 4. Nullus episcopus. Lib. 6. c. 245.

CAPUT LXI.

Cap. LXV.

De potente si quem expoliaverit, ut ab episcopo excommunicetur.

UT si quis potentum quemlibet (g) expoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur. Ibid. c. 246.

CAPUT LXII.

Cap. LXVI.

Ut nullus clericus a sua recedat episcopo.

UT nullus clericus ab episcopo (h) suo recedat, & ad aliom se transferat. Ibid. c. 247.

CA-

a Hæc sunt Fabiani papæ verba epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. c. 3. Burch. 16. 10. ex decretis Eusebii c. 20. Ivo 4. 12. 1. in fine ex Fabiano, & 6. 323. Decreti. Totidem verbis Sixtus III. c. 3. epist. ad orientales episcopos, Ans. lib. 3. c. 73. Hac de re sæpius dictum fuerat. Exstant hæc verba in capitul. lib. 7. c. 367.

b De induciis præter Fabianum & Sixtum Eleutherius epist. 1. ea qua est 3. quæst. 3. c. 3. Ivo 4. 9. 3. Panorm. & 6. 326. Decreti. Caius papa in epist. ad Felicem episcopum, cujus magna pars exstat in Leonis epist. ad Leonem Augustum; prope ea verba, quæ refert Grat. 3. quæst. 1. c. 1. Item Marcellus papa epist. 2. Felix secundus epist. 1. c. 8. & c. 20. ex quibus sunt 2. quæst. 2. c. 7. & quæst. 1. c. 1. & 2. Burch. lib. 2. c. 180. Ivo 4. 8. 14. & 4. 9. 2. Panorm. & 5. 296. Decreti. Denique Damasus epist. 3. videndus, ea qua sunt 3. quæst. 1. c. 4. & 3. quæst. 0. c. 6. 7. Ivo 4. 0. 1. Panorm. & 5. 287. & 6. 347. Decreti.

c Hæc verba esse videntur ex concilio Carthag. II. c. ult. in quo de laicis nullam video mentionem, nec in Græcis quidem verbis Carthag. c. 13. sed neque in veteri Maffei Latino lib. c. 12. Anselm. lib. 3. c. 88. Huic sententiæ addidit ex concil. Carthag. cum priores & posteriores essent cum hac inscriptione, *ex decretis Hadriani Papæ.* Ex hoc c. 16. Hadriani in libro Populeti. Vide capitul. lib. 7. c. 158.

d Hæc verba sunt concilii Elibertini c. 75. Vide etiam Arelatens. I. c. 14. & Arelat. II. c. 24. ex quo est 3. quæst. 10. c. 2. id falso a Gratiano Arelat. 3. dictum. In eo mentio fit magnæ synodi hæc decretum esse, quod de Niceno intelligimus. Adde Bracarens. II. c. 8. ex quo est 2. quæst. 4. c. 2. Burch. lib. 2. c. 202. & Sixti tertii epist. sing. c. 1. quo narrat damnatum esse Bassum Sixti accusatorem, viatico non denegato morienti ea benignitate. Vide etiam supra c. 38. legendus Clemens lib. 2. c. 46. & 47. constit. apost. hoc est c. 20. Hadriani in libro Populeti.

e Aliis verbis: sed non multum dissimilibus Elibertini concil. c. 52. ex quo est 5. quæst. 1. c. ult. Ivo parte 4. c. 154. Decreti, ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno c. 62. *Si qui inventi fuerint libros famosos legere excommunicentur.* Anselm. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, verba eadem refert, quæ edita sunt in conciliis. Veronensis liber post alia quædam Hadriani: *Si qui inventi fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere vel cantare, excommunicentur.* Vide supra c. 46. hoc est c. 21. Hadriani in libro Populeti hujus capitis verba referuntur in capitul. lib. 7. c. 3. 68.

f Hæc verba refert Grat. 15. quæst. 4. c. ult. ut Hadriani papæ. Sententia eadem multis conciliis provincialibus statuta est. Verba ipsa sunt tituli concil. Tarrac. I. c. 4. ex quo est c. 1. ead. quæst. 4. addit Gratianus aliud c. *ex concilio apud Ephesum præsente rege Henrico:* sed mendosum verbum est *Ephesum*: sic enim Burch. lib. 13. c. 21. ex concilio Esphesfurt, cui interfuit Henricus Rex c. 2. Ivo parte 4. c. 53. Decreti, ex concilio apud Esphort habito, jussu Henrici Regis c. 1. sic alibi Burch. lib. 13. c. 27. & 28. eodem nomine utitur Ersphesfurt, & lib. 11. c. 77. & idem Ivo parte 14. c. 125. licet parte 4. c. 59. *Erphor* scribat nomen ipsum barbarum, ut a Burch. scriptum est, scribamus. Ejus oppidi mentio fit in epist. 6. Zachariæ papæ. Eadem sententia est Matisconensis II. c. 1. in cujus concilii calce exstat de eadem re edictum Guntramni regis. Item Arelat. IV. sub Carolo c. 16. Turonens. III. sub eodem c. 40. Maguntini sive Moguntiaci sub eodem c. 37. Rhemens. sub eodem c. 35. Triburiens. sub Arnulfo c. 35. Denique post concilium sextum Œcumenicum in collectione incerti concilii c. 8. ex libro Gandavensi, quod mihi provinciale videtur non multo supra relatis vetustius. Hoc est c. 12. Hadriani in libro Populeti his verbis: *Nullus episcopus, vel abbas, vel infra propositus die dominico causas seculares agere præsumat.*

g Sumptum ex tit. c. 11. concilii Toletani primi: ex quo est 24. quæst. 3. c. 1. verba ait, & capitul. refert Anselm. lib. 7. cap. 164. non dissimile est cap. 14. concilii Matiscon. II. Hoc est cap. 13. Hadriani in libro Populeti.

h Hæc verba sumpta ex titulo concilii Toletani I. c. 42. de eadem re apostol. c. 15. exstat, & simile est

An-

Cap. LXVII.

CAPUT LXIII.

Ut criminibus implicati ad accusationem, aut testimonium non admittantur.

Lib. 6. c. 298. HOmicidæ, malefici, fures [a], sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

Cap. LXVIII.

CAPUT LXIV.

Criminosi accusatio periculosa est, & admitti non debet.

6. quæst. 1. Qui crimen intendit. QUI crimen intendit (*b*), agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminosus; quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio.

Cap. LXIX.

CAPUT LXV.

Miserorum ruinis qui succurrit, Dei a se removet vindictam.

Lib. 6. c. 250. OCcurrere quisque fidelium (*c*) ruinis miserorum debet subsidio * quo valet, & ex relevatione alienæ vindictæ a se Dei removere vindictam. Libat enim domino (*d*) prospera qui ab afflictis pellit adversa.

* quo valeat & c. 2. v. a se Dei r. v.

Cap. LXX.

CAPUT LXVI.

De periculo judicantium, & providentia eorum

Lib. 7. c. 287. MAjus periculum est (*e*) judicantis, quam ejus qui judicatur: unde unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet, aut puniat.

Cap. LXXI.

CAPUT LXVII.

De accusatione adversus doctorem submovenda.

Ibid. cap. 288. ACcusationes adversus doctorem (*f*) nemo suscipiat: quia non potest humano code-

Antiochenum c. 3. ex quo est 7. quæst. 1. c. 24. Anselm. lib. 7. c. 195. canonum apostolorum auctor Clemens epist. 1. cujus verba quædam refert Burch. lib. 2. c. 94. & Ivo parte 6. c. 131. Decreti: idem Clemens epist. 3. in princ. ex qua est 11. quæst. 3. c. 11. plura verba refert Triburiens. concil. c. 9. & postea ex eadem epist. innitur 16. quæst. 1. c. 41. Burch. 2. 93. Ivo 2. 123. Decreti. Triburienl. concil. c. 32. Adda Pium papam epist. 2. in fine, ex qua est 11. quæst. 1. c. 19. Anselm. 8. 17. Anterus quoque videndus in epist. ad episcopos Bæticæ & Toletanæ provinciæ, quamvis suspectum nomen est *Toletanæ provinciæ*, cum illis temporibus *Toletum oppidum* fuerit minus nobile. Sumitur ex ea epist. 11. quæst. 3. c. 14. Denique videatur Agathensis synodi c. 2. ex quo est dist. 50. c. 21. Ivo 6. 366. Adde Anglicani concilii apud Herutford. caput 5. (vide caput 55.) Hoc est caput 14. Hadriani in libro Populeti.

a Eusebii papæ verba sunt epist. 3. ex qua est 3. quæst. 5. cap. 9. Burch. lib. 16. c. 4. ex concilio apud Theodonis villam c. 3. sed Ans. 3. 19. ex Eusebio. Eadem scribit Eutychianus papa epist. 2. ex qua est 2. quæst. 8. c. 3. plenius Ivo parte 6. c. 332. & 333. Decreti. Eadem verba refert Felix II. epist. 1. c. 15. & partem eorum Pelagius II. epist. 3. antiquior Clementis epist. 1. ad Jacobum Hierosolymitanum, non metropolitanum, ut Grat. ait 6. quæst. 4. c. 5. Videnda Ans. lib. 3. c. 1. Quod vero de ea epistola controversia est apud quosdam, incertum relinquimus: antiquam esse nobis constat, & multa ex ea ab aliis relata; & interim dum non reprobatur e Romana sede, a nobis non rejicitur. Sunt tamen quædam loca in epistola Clementis, quæ videntur ab aliis esse adjecta ex libris *Recognitionum* ipsius Clementis, quos libros ab antiquis patribus non invenimus relatos atque receptos, quin potius, ut canones apostolorum, & Clementis itinerarium a Gelasio & Romana synodo notanter, atque apud Gratianum dist. 15. c. 3. Sed quod ad hoc caput attinet, videantur quæ supra dicta sunt sæpius, præsertim c. 15. in fine. Postea incidimus in c. 37. partis 10. decreti Ivonis, qui hæc esse ait ex epistola Hadriani tradita Ingilramno Mediomatricæ [scribo *Mediomatricum*] urbis episcopo c. 66. Quod si canonis 63. scripturam legissem, magis fuissem delectatus; sed quasi ita scriptum sit, accipiamus: est enim valuti quinque pedem præscriptio. Hoc est c. 15. Hadriani in libro Populeti. Exstat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. c. 369.

Clem. dubia epist. Clem. recognitionum libri, aliique in dubium vocati.

b Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 6. quæst. 1. c. 6. eisque conjungit quædam Silvestri papæ verba, de quibus diximus c. 68. de hac sententia videndus cap. 6. Græcus concilii Constantinopolitani textus, & vida supra cap. 31.

c Hæc verba sumpsit Ans. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani, ut solet: sed Sixti III. sunt in epistola ad episcopos orientis c. 5. ante eum Fabiani epist. 3. & Toletani concil. V. c. 2. & capitul. lib. 6. cap. 250. & lib. 7. cap. 221.

d Gratianus dist. 86. c. 3. hanc cum aliis sententiis Joannis octavi esse ait, & Ivo part. 6. c. 185. decreti Joannis octavi ad Ludovicum Imp. & addidit verba quædam a Gratiano relata dist. 10. c. 10. ex epist. Joann. 7. ad eumdem Ludovicum. Sed idem Ivo parte 4. c. 230. ut c. 115. [Ab eisdem Gratiano & Joann. reservantur alia verba, *negligere non possis*, &c.] quæ Innocentii esse refert Gratianus dist. 83. c. 3. & Deusdedit c. 2. sed alibi Anastasii & Damasi esse ait Gratianus 23. quæst. 3. c. 8. Damasi quidem exstat epist. 3. in cujus calce sunt verba a Gratiano relata. Item hæc ipsa, *libat domino* &c. Ans. lib. 13. c. 19. ut Grat. dist. c. 8. sed & illa verba, *negligere non possis* &c. Eleutherii papæ sunt in calce epistolæ ad Galliæ Ecclesias. Eadem fere repetit Innocentius III. concilio generali Lateran. c. ult. adde hæc ipsa verba: *Libat enim domino* &c. esse dicti Toletani concilii octavi c. 2. & capitul. dictis c. 250. & 221.

e Hæc ubi sint, ignoramus, præter Ans. 3. 88. & in libris conciliorum: tandem reperi in lib. 7. cap. 272.

f Felix II. in epist. ad Athanasium & Alexandrinam synodum in principio Nicænæ synodi verba refert, quæ Grat. affert 6. quæst. 1. c. 12. eadem repetit idem Felix c. 20. ejusdem epist. Burch. lib. 1. c. 180. Ivo parte 5. c. 296. Decreti. Multis verbis eadem dere Anacletus epist. 1. 2. & ex qua 2. est 2. quæst. 7. c. 15. & dist. 79. c. ult. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & parte 5. c. 238. Decreti, Ans. 3. 32. Deusdedit c. 4. idem Anacletus epist. 3. ex qua est 6. quæst. 1. c. 15. & 2. quæst. 7. c. 12. Ans. 3. 11. & 3. Deusdedit c. 3. Pius epist. 1. ex qua est 6. quæst. 1. c. 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti. Addamus verba Sixti III. epist. unic. c. 1. cremina-

demnari examine; quem Deus suo judicio reservavit.

Cap.LXXII.

CAPUT LXVIII.

De presbyteris, diaconibus, & reliquis clericis, ex decreto Sancti Silvestri, & LXXXIV. episcoporum.

Lib. 7. c. 139. PResbyter non adversus episcopum (a), non diaconus adversus presbyterum, aut subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur [b] præsul, nisi in LXXII. testibus. Neque præsul summus (c) a quoquam judicabitur, quoniam scriptum

Luc. 6. est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem cardine [d] constitutus, non nisi LXIV. testibus damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in XXVI. non condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, nisi sicut scriptum est, in VII. testibus non condemnabitur. Testes autem sine aliqua [e] sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes. 6. quæst. 1. c. 6. §. Testes.

* Sirm. Cap. LXXIII.

Laici testimonium adversus clericum suscipi non debet.

TEstimonium laici (f) adversus clericum nemo suscipiat.

* Sirm. Cap. LXXIV.

Clericus in publico examinandus non est, sed in ecclesia.

NEmo enim clericum [g] quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia; & reliqua.

CA-

minationes adversus doctorem nemo recipiat (vide supra c. 52.) quæ verba Callisti sunt epist. 1. Burch. 1. 135. Ivo 5. 234. Decreti: exstat hoc etiam lib. 7. c. 67. capitul.

a Hæc sunt verba Silvestri papæ in concilio Romano multorum episcoporum c. 7. ex quo est 2. quæst. 7. c. 10. Burch. lib. 1. 151. Ivo parte 5. c. 264. Decreti, & 4. 8. 7. Panorm. Eadem refert Nicolaus papa in epist. longa ad Michaelem Imp. & c. 12. concilii Moguntini II. sub Arnulfo. Eisdem utitur paucis additis capitul. lib. 7. c. 139.

b Refert hæc Gratianus 2. quæst. 4. c. 2. Burch. 1. 151. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 5. 264. & 6. 334. Decreti. Deusdedit c. 3. Hoc de omnibus episcopis Zephyrinus prius constituerat epist. 1. ex qua est caput 154. lib. 1. Burch. adversus Marcellinum papam in concilio Sinuessæ habito servatum est, eom numerum testium *libram* appellabant, fortasse, quod tot nominis aureis, qui tunc sextulæ pondera signarentur, constaret libra: *sextula* autem est sexta unciæ pars. Eadem verba postea reperi c. 12. concilii Maguntini sub Arnulfo in capitul. d. cap. 139.

c De iis verbis diximus c. 52. & c. 67. Hæc etiam refert Nicolaus in epist. ad Michaelem Imp. Eadem sunt dict. c. 12. Maguntini sub Arnulfo, & in capitul. d. c. 139.

d Magna varietas est in numero testium: nonnulla etiam in aliis verbis. Quod enim hic *in cardinem constitutum*, alii *cardinales*, alii utrumque omittunt: item pro *diaconus cardinarius*, alii *cardinales* scribunt, alii omittunt, appellabantur autem eo nomine principes sive præcipui totius urbis, vel presbyteri, vel diaconi etiam extra urbem Romam. Videndus Grat. dict. c. 2. Ivo 4. 8. 7. Pan. & 6. 334. Decreti. Adde concilii Meldensis c. 24. & vide Leonis IX. epist. ad Michael. Constantinop. 312. quo causa addita est, cur ita Romani appellentur. Hæc etiam verba sunt d. c. 12. concilii Magunt. sub Arnulfo, & in Capitulari.

e Non video, cur omiserit, *& accusatores*, quamvis aliqui ea verba non habeant. Gratianus ea refert d. c. 2. ut Silvestri in synodo. & 6. quæst. 1. c. 6. ut Hadriani papæ post verba capitis 64. Ivo, ubi supra, ut Silvestri: De eadem re vide Felicis II. epist. ad Athanasium, & alios c. 5. Hæc eadem verba sunt d. c. 12. Magunt. &, paucis immutatis, in Capitulari.

f Conjungi etiam potuit accusatio, cum idem Silvester in eadem synodo constituisset; *Nullus laicus crimen clerico audeat inferre*: quod Gratianus refert 2. quæst. 7. c. 7. & Ludovicus Imp. lib. 2. tit. 51. de testib. c. 12. Longobard. aliis verbis; Burch. lib. 1. c. 151. Ivo 4. 8. 7. Pan. & 5. 264. Decreti. Ans. 3. 23. conjunxit accusationem cum testimonio Damasus in vita Silvestri, ut Grat. Idem Grat. 11. quæst. 1. c. 9. hæc verba refert ordine perturbato: *Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat.* Ivo 4. 8. 6. Pan. & verba Gratiani de accusat. & hæc ipsa perturbata refert, ut Ans. in concilio Romano c. 14. in tribus editionibus, in epilogo sive epitome notatur ea varietas. Mihi Grat. scriptura mendosa videtur. Neque enim in ea synodo ulla cura est de laicis reis, sed tota versatur in judicio de reis clericis. Bernardus Papiens. lib. 2. tit. 13. de testibus & attestationibus c. 1. collect. 1. decretalium, ut in conciliis: *testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat*, ex concil. Tiburiens. Legitur de eadem re epist. unica Telesphori omnibus episcopis: ex qua est 6. quæst. 1. c. 8. Ivo 6. 314. Decreti, Ans. plenius lib. 3. c. 13. Fabiani epist. 2. utroque continetur, laicos solere ab accusatione repellere clericos, &c. ex ea est 2. quæst. 7. c. 6. Ivo 4. 7. 9. Panorm. & 6. 320. Decr. de eadem re Stephanus papa epist. 2. ex qua est apud Greg. IX. c. 7. de accusat. quo omissa sunt illa verba, *& omnes laici*, quæ omiserat Bernardus Papiens. lib. 5. tit. 1. c. 7. collect. 1. addebat rationem Stephanus: *Nec illis sunt in vestra recipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt excipere.* Adde Marcellini epist. 2. ex qua est 2. quæst. 7. c. 3. mendose Marcello inscriptum: tamen Marcelli epist. 2. aliis verbis idem statuitur. Postremo Eusebius Marcelli successor præclare de eadem re statuit epist. 1. in principio: ex qua est c. 5. Grat. ead. quæst. & plenius Ans. lib. 3. cap. 26. Hujus esse arbitror verba relata Grat. to Anacleti c. 14. ead. quæst. licet Demochares aliud adscripserit in margine ejus capitis. Adversari videtur iis omnibus c. 24. concil. Epaonens. nisi recte intelligatur: *Laicis contra cujuslibet gradus clericum*, &c. *proponendi permittimus potestatem.* Et quamvis de accusatione multi, de testimonio pauci ea suprascriptis meminerint, regula est, ut ad testimonium non admittatur, qui ab accusando repellitur, ut c. 4. concil. Carthag. VII. quod idem est African. c. 98. Latinis, Græcis 132. sive 151. ex quo est c. 1. Grat. 4. quæst. 2. & 3. Burch. lib. 16. c. 20. ex concil. Tiburiens. c. 5. Ivo 4. 8. 1. ex concil. Carthag. Nicolaus papa, sed parte 6. c. 364. Decreti recte.

g Ex eadem synodo Silvestri c. 15. Grat. dict. c. 9. 11. quæst. 1. Ivo 4. 8. 6. Pan. Ans. 3. 23. Damasus in Silvestri, & idem in Julii vita; utrique enim hoc decretum paucis immutatis adscribit. Sed multo antiquior exstat Alexand. papæ epist. 1. ex qua est 11. quæst. 1. c. 15.

Cap. LXXV.

CAPUT LXIX.

De epiſcopis damnare volentibus eum, a quo ſunt conſecrati.

Lib. 7. c. 85. EPiſcopi pontifici (*a*), a quo conſecrati probantur, præjudicium inferre nullum poſſunt. Quod ſi præſumptum fuerit, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri.

Cap. LXXVI.

CAPUT LXX.

Ut nullus contra religionem faciat.

Lib. 5. cap. 248. NON licet Imperatori (*b*), vel cuipiam pietatem cuſtodienti, aliquid contra mandata divina præſumere.

* Sirm. Cap. LXXVII.

*

De apoſtolicis & canonicis decretis minime violandis.

Lib. 7. c. 90. PRovidendum eſt [*c*], ne in aliquo apoſtolica aut canonica decreta violentur.

* Sirm. Cap. LXXVIII.

*

De injuſto judicio principis metu vel juſſu terminato, caſſando.

INjuſtum judicium (*d*), & definitio injuſta, regio metu, vel juſſu a judicibus ordinata, non valeat. Lib. 5. c. 251.

CAPUT LXXI.

Cap. LXXIX.

Quod hi, qui contra patres armantur, Deo exiſtant odioſi.

SIC odit Deus eos (*e*), qui adverſus patres armantur, ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamia notantur. Lib. 7. c. 287.

CAPUT LXXII.

Cap. LXXX.

Ut nullus regum hujus canonis cenſuram in aliquo violare præſumat.

ITem generali decreto conſtituimus [*f*]; ut execrandum anathema *, & velut prævaricator catholicæ fidei, apud Deum reus exiſtat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum cenſuram in quocumque crediderit, vel permiſerit violandam. 25. quæſt. 1. Generali decreto. Lib. 6. c. 246. * ſit,

a Hæc verba ſunt Marcellini papæ in epiſt. 2. Videnda ſynodus adverſus Polychronium Hieroſolym. tempore Silveſtri papæ, quod etiam narratur a Nicolao papa in epiſtola longa ad Michaelem Imperatorem.

b Hæc verba ſunt Calliſti papæ epiſt. 1. in fine, & Marcellini papæ epiſt. 2. in fine, & Symmachi papæ in ſynodo Romana actione 6. ex qua eſt diſt. 10. c. 2. Burch. lib. 15. c. 8. ex decretis Hadriani papæ c. 16. Ivo 2. 12. 4. Pan. ex VIII. ſynodo Symmachi, & parte 4. c. 231. Decreti ex VI. ſynodo Symmachi, ſed parte 16. c. 9. ex concil. Hadriani papæ c. 16. Eſt autem varietas in Hadriani verbis relatis a Burch. & Ivone, & bis, de quibus agimus, quæ in conciliis leguntur. Anſ. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, eadem verba refert, quæ in conciliis ſunt. Deuſdedit c. 1. & 3. refert Calliſti, Marcellini, Symmachi, & Hadriani verba, quæ Burch. & Ivo. Vide c. 35. ex libro Populeti. Hadrianus papa: *Non licet &c.* contra mandata divinitatis præſumere, vel obviando agere. Hujus cap. verba exſtant in capitul. lib. 5. c. 218.

c Hæc tantum leguntur in conciliis & apud Anſ. lib. 3. c. 88. non ſunt in libro Populeti.

d Hæc omnes referunt, Calliſtus, Marcellinus, Symmachus, & Burch. & Ivo parte 16. cap. 9. Decreti. Gratianus 11. quæſt. 3. cap. 89. ex Calliſto: Deuſdedit cap. 1. & 3. Anſelm. lib. 3. cap. 86. ex Calliſto & cap. 88. ex Hadriano: hæc ſunt in libro Populeti ut Hadriani papæ: exſtant etiam in capitul. d. lib. 5. cap. 251.

e Hæc verba ſunt Alexandri papæ epiſt. 1. & Stephani papæ epiſt. 2. prope finem, & Euſebii epiſt. 1. non longe a principio ſententia eadem eſt Nicæni concilii c. 41. ut refert Julius papa epiſt. 2. c. 10. Adde Teleſphorum papam in epiſtola ad omnes epiſcopos: ex qua eſt 6. quæſt. 1. c. 8. Ivo 6. 314. & 315. Decreti Anſ. 3. 13. Fabianus de eadem re epiſt. 2. (Solus Deuſdedit cap. hæc ut Hadriani verba refert, & Anſelm. 3. 88.) Stephanus quoque, de quo ſupra, epiſt. 1. ex qua eſt 7. quæſt. 6. cap. 17. Burch. 1. 175. Ivo 4. 7. 14. Panorm. & 5. 291. Decreti. Anſelm. 3. 5. Denique Pelagius II. epiſt. 1. in fine iiſdem fere verbis utitur cap. 17. Qui judicis obtinet præconem ſicut accuſator quidquam non debet proſequi. Exſtant hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 374.

f Grat. 75. quæſt. 1. c. 11. Hadriani papæ eſſe ait, & de ſuo addit poſt verbum *Regum & epiſcoporum*: ea non habet Anſ. lib. 3. c. 88. nec lib. 4. c. 40. ubi ait eſſe hoc caput 48. ex decretis Hadriani papæ: idem tamen lib. 17. de excommunicatione, quia aliis eſt liber undecimus, c. 2. ea verba (*& epiſcoporum*) habet. Non habet Deuſdedit c. 1. ex Hadriani ad Gilramm. epiſcopum c. 48. [forte 68.] nec c. 3. & 4. ex Hadriano Agilrammo epiſcopo, neque in lib. Veron. in quo eſt *Hadriano Geliano epiſcopo.* Hoc eſt c. 18. Hadriani in libro Populeti. His verbis, Generali &c. *quicumque regum ſeu epiſcoporum, vel potentum deinceps Romanorum pontificum decretorum cenſuram in quocumque crediderit vel permiſerit violandam.* At in capitul. lib. 6. c. 249. hujus conſtitutionis forma ſervetur ut execrandum, &c. Item Hadr. papa: Generali, &c. *Regum ſeu epiſcoporum, &c.*

Hic finis eſt collectionis Hadriani nomine editæ, in quo ordo aliquis, & methodus deſideratur: res ipſæ fere omnes præclaræ ſunt, & ab antiquis patribus conſtitutæ, ut aliquis eſſet litium & accuſationum modus ac finis.

CONSTITUTIONUM
PROVINCIALIUM TARRACONENSIUM
LIBRI QUINQUE
AB
ANTONIO AUGUSTINO
ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI
EMENDATI ET AUCTI.

Item

DE TARRACONENSIBUS PONTIFICIBUS
BREVIS COMMENTARIUS.

ANTONII AUGUSTINI

PRÆFATIO.



Arraconem urbem jam inde a veterum Scipionum temporibus claram fuisse, cum populus Romanus cum Carthaginiensibus de imperio totius Hispaniæ contendit, Polybii Græcis, & Titi Livii Latinis historiis constat. Et cum Hispania in citeriorem, & ulteriorem esset divisa, citerior Tarraconensis provincia; ulterior Lusitania, & Bætica a Romanis sunt appellatæ. Sed multo major Tarraconensis fuit, quam ceteræ. Ipsa quoque in septem conventus sub Augusto fuerat divisa: Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Carthaginiensem, Cluniensem, Asturum, Lucensem, & Bracarensem. Quæ urbes, atque oppida, quæque coloniæ, & populi in singulis disceptarent, diserte a C. Plinio traditum invenimus. Eadem quoque ratione cum a beatorum Apostolorum discipulis, & successoribus Hispani religionem Christianam suscepissent, quasi quibusdam conventibus, sive regionibus, quæ etiam provinciæ postea appellatæ sunt, Episcopi sunt divisi. Ita invenimus primas olim sedes habuisse Tarraconensem, Carthaginiensem, Emeritensem, Bracarensem, & Hispalensem Antistites: quod præesse dicerentur Tarraconensi, Carthaginiensi, & Lusitaniæ provinciis, & Bæticæ, & Gallecıæ. Postea sub Gothis Regibus Carthagine nova diruta, Toletanus est suffectus Carthaginiensi. Longo postea intervallo Callisto minore, ut audio, Pont. Max. Emeritensis ditio in Compostellanam migravit. Hujus divisionis, atque ordinis varia exstant exem-

empla; & ut omittam, quæ ſub Conſtantino Imp. & ſub Vamba Rege geſta eſſe dicuntur, conciliorum liber mihi magis idoneus teſtis eſt, in quo ſingulorum conciliorum Hiſpaniæ acta commemorantur. Ex his quædam generalia totius Hiſpaniæ ſunt, in quibus plures Metropolitani Epiſcopi ſubſcripſerunt; alia ſunt ſingularum urbium, in quibus pauci Epiſcopi cum uno Archiepiſcopo ſubſcribunt. In pluribus Toletanis invenies Metropolitanos illarum provinciarum, quas diximus, cum ſubjectis Epiſcopis, item Narbonenſis provinciæ, quæ Gothorum Regibus parebat. Conciliis vero Tarraconenſi, Gerundenſi, Ilerdenſi, Egarenſi, Oſcenſi, Cæſarauguſtanis, & Barcinonenſibus paucos Epiſcopos ſubſcripſiſſe ſcimus, eoſque ex hac ſola provincia, ſive conventu. Quæ decreta, ſive canones ſtatuta fuerint in hac provincia ante cladem illam inſignem totius Hiſpaniæ, qua Sarracenorum ſervitus inducta eſt, omnia fere in conciliorum voluminibus editis continentur. Ejuſmodi vero paucis exceptis ſunt; ut propter eorum æquitatem, antiquitatem, & prudentiam toto orbe Chriſtiano recepta ſint, ac jus commune effecerint. De his alio tempore agemus. Quæ vero poſtea quam ſe in libertatem citerior Hiſpania vindicaſſet, inſtaurata Eccleſia Tarraconenſi, & ceteris eccleſiis urbium ſubditarum, ſive ipſi Archiepiſcopi in conciliis provincialibus, ſive Apoſtolicæ ſedis Legati in ſimilibus conciliis ab Innocentii tertii, & Honorii tertii Pontificum temporibus ſanxerunt, hoc volumine continentur. Sunt etiam nonnulla Romanorum Pontificum reſcripta hic relata, quibus aut confirmantur provincialia concilia, aut aliqua jubentur ad provinciæ ſtatum & mores pertinentia. Primus Joannes Aragonius

tam

tam genere, quam sanctitate morum illustris, temporum ordine servato, veterum Antistitum in conciliis decreta collegit, quorum initium fuit ab Asparagi Archiepiscopi, & Joannis Sabinensis Episcopi Legati Apostolici sanctionibus. Secutæ sunt aliæ in conciliis editæ constitutiones tum ab eodem Joanne, tum ab aliis Antistitibus, quibus non defuerunt juris interpretum commentaria. Sed quia sine titulis, & imperfectæ constitutiones hujusmodi legebantur; alius liber editus est a Hieronymi Auriæ Cardinalis Vicariis, in quo omnes constitutiones ad certos titulos juris Pontificii referebantur. His nos addi jussimus, quæ postea constitutiones editæ sunt, & sub suis titulis collocari curavimus. Variæ quoque lectiones editæ sunt, & quædam mutata, quæ mendosa legebantur. His autem omnibus constitutionibus nullam nos auctoritatem impertimur, ut quasi a nobis constituta servari velimus; sed solum testamur, nos eas in nostris libris ita scriptas invenisse, debereque omnes huic libro integram fidem adhibere.



AN.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE TARRACONENSIBUS ARCHIEPISCOPIS

BREVIS COMMENTARIUS.

Archiepiscoporum Tarraconensium nomina ante Arabum, & Maurorum in Hispaniam adventum.

I.

BEATUS FRUCTUOSUS Christi martyr, qui cum Augurio, & Eulogio diaconis sub Gallieno Imperatore XII. Kalend. Febr. anno plus minus Christi CCLXV. occisus est. Exstat hymnus elegans Prudentii, cujus initium est, *Felix Tarraço Fructuose vestris.*

II.

HIMERIUS sub Damaso, & Syricio Pontificibus. Exstat Syricii ad eundem epistula in primo volumine conciliorum data III. Idus Febr. Arcadio Augusto, & Bautone Consulibus anno Christi CCCLXXXV. Ex eadem multa capita retulit Gratianus in Decretis. Hunc Eumerium appellat Isidorus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, & vetus canonum liber.

III.

ASCANIUS sub Hilario Romano Pontifice fuit: qui ad eum, & ad concilium provinciale scripsit epistulam datam III. Kalend. Januar. Basilisco, & Herminerico Consulibus anno Christi CDLXV. Duæ item epistulæ ejusdem Ascanii, & concilii Tarraconensis leguntur in concilio Romæ habito ab Hilario XV. Kalend. Decembr. eisdem Cos. Ex eisdem tribus epistulis constat jam tum Barcinonensem, & Calagurritanum, & Cæsaraugustanum Episcopos sub Tarraconensi Metropolitano fuisse. Sed & alia ejusdem Hilarii ad Ascanium solum epistula exstat in conciliis, cujus initium est, *Divinæ circa nos.* Et Gratianus multa capita sumpsit ex his litteris, & ex dicto concilio Romano.

IV.

JOANNES, qui concilium Tarraconense, quod exstat, anno sexto Theodorici Regis habuisse dicitur, sed aliis est æra Cæsaris Augusti DLIV. Christi annus DXVI. Petro Consule, VIII. Idus Novembr. Subscribunt eidem concilio Turiasonensis, qui est Emporitanus in veteribus libris, Gerundensis, Barcinonensis, Eliberitanus, Cæsaraugustanus, Dertosanus, Ausonensis, & Egarensis Episcopi; item Carthaginiensis Metropolitanus. Anno proximo Gerundense concilium habitum est VII. Idus Junias, Agapeto Consule, cujus collega fuit Anastasius Augustus in quarto consulatu: iidem fere Episcopi subscripserunt urbium nominibus omissis. Utriusque concilii canones refert Gratianus in Decretis. Ad hunc ipsum Joannem creditur esse Hormisdæ Pont. Max. epistula tertia, qua de adventu ejus in Italiam gratulatur, & ei vices suas in Hispaniis committit, servatis privilegiis Metropolitanorum; quod etiam Gratianus refert causa XXV. quæst. II. cap. VI. Datæ litteræ sunt IV. nonas April. eodem Agapeto viro clariss. Consule. Sequuntur mox ejusdem litteræ, quæ ad Episcopos Hispaniæ scriptæ eodem die sunt. In veteri tamen canonum libro hic Joannes Illicitanæ ecclesiæ Episcopus appellatur. Perez t. 1. p. 61. 75. & 151.

V.

SERGIUS putatur is fuisse, qui in concilio Ilerdensi subscripsit tacito urbis nomine VIII. Idus Augusti anno XV. Teodorici, vel potius Theudæ, sive Theudis Regis, ut aliis videtur. Est enim in veteribus libris æra Cesaris DLXXXIV. is est Christi annus DXLVI. Ilerdensis concilii canones refert Gratianus multis in locis. In concilio Barcinonensi nondum edito invenio, interfuisse Sergium Metropolitanum, & Episcopos Barcinonensem, Emporitanum, Ilerdensem, Gerundensem, Cæsaraugustanum, & Dertosanum.

VI.

EUPHEMIUS interfuit concilio Toletano tertio, in quo Reccaredus Rex Arianam hæresim ex Hispania extorrem fecit VIII. Idus Maii, anno quarto ejus regni, æra DCXXVII. Christi anno DLXXXIX. ut est in editis conciliis. Quinque annos addit Rodericus Toletanus Antistes, quatuor Alfonsus Castellæ Rex. In conciliis tamen editis Euphemius Toletanæ ecclesiæ Episcopus dicitur, Stephanus Tarraconensis: apud Alfonsum Eupolemius Tarraconensis Archiepiscopus appellatur apud Rodericum Euphemius, & Helladius Toletanus. In veteribus conciliorum libris Stephanus Turiasonensis est, Euphemius Toletanus. Beati Gregorii temporibus hæc gesta sunt, cujus exstat in registro gratulatio ad Reccaredum Visigothorum Regem, & ad Leandrum Hispalensem Antistitem.

VII.

ARTEMIUS subscripsit Cæsaraugustano concilio nondum edito, anno septimo ejusdem Reccaredi Regis, æra Cæsaris DCXXX. anno Christi DXCII. Quod vero Cæsaraugustanum post

poſt Gerundenſe, de quo ſupra ſcripſimus, editum eſt, habitum IV. nonas Octobr. ab Epiſcopis Siradio, Delphino, & ceteris; ſunt qui putent, multo antiquius eſſe circa ann. Chriſti CCCLXXX. cum Severus Sulpicius mentionem fecerit cujuſdam Cæſarauguſtani concilii adverſus Priſcillianiſtas. Id nobis incertum eſt. Tertium, ſive quartum Cæſarauguſtanum concilium habitum accepimus Kal. Novembr. æra DCCXXIX. Chriſti DCXCI. anno quarto Regis Egizani, ſive Egicanis ex veteribus libris. Egica is Rex in nummis dicitur.

VIII.

Asiatici mentio exſtat in quodam Barcinonenſi concilio nondum edito, quod habitum eſt Kalend. Novembr. anno XIV. Reccaredi Regis, anno Chriſti DXCIX. Subſcripſerunt Epiſcopi Barcinonenſis, Orgellitanus, Auſonenſis, Dertoſanus, Calagurritanus, Emporitanus, Gerundenſis, Cæſarauguſtanus, Ilerdenſis, & Egarenſis.

IX.

Eusabium invenio ſubſcripſiſſe in quodam Toletano concilio, habito Gundemari Regis anno primo, æra DCXLVIII. Chriſti anno DCX. cui concilio Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit. Ejus mortis mentio fit in epiſtula Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi ad eundem Iſidorum, & in epiſt. Iſidori ad Braulionem, quæ leguntur ante libros viginti etymologiarum Iſidori. Sed & in concilio Egarenſi nondum edito ſubſcripſit Euſebius anno tertio Siſebuti Regis, Idibus Januar. æra DCLII. Chriſti anno DCXIV.

X.

Audax ſubſcripſit Toletano quarto concilio quod habitum eſt nonis Decembr. anno tertio Siſenandi Regis, æra Cæſaris DCLXXI. ut eſt in veteribus libris: is eſt annus Chriſti DCXXXIII. quatuor annos addit Alfonſus Rex, quindecim Rodericus Toletanus.

XI.

Silva interfuit Toletano quinto concilio, anno primo Chintilani, ſive Chintilæ Regis, æra DCLXXIV. Chriſti DCXXXVI. ut eſt in duobus veteribus libris. His quinque annos addit Alfonſus, quindecim Rodericus. In conciliis editis Silvæ nomen deſideratur.

XII.

Protasius fuit in ſexto Toletano, quod habitum eſt VI. Idus Januar. anno ſecundo ejuſdem Regis, ut teſtantur Rodericus, & Alfonſus ſupraſcripti. In conciliis editis mendoſe appellatur Epiſcopus Placentinus. Idem etiam interfuit ſeptimo Toletano concilio, quod habitum eſt anno ſexto, vel ut in veteribus libris eſt, anno quinto Chindaſvinthi Regis, V. vel XV. Kalend. Novembr. æra DCLXXXIV. anno Chriſti DCXLVI. Nomen Protaſii non eſt in editis conciliis, exſtat in hiſtoriis Roderici & Alfonſi Regis.

XIII.

Cyprianus Vicarium ſuum Spaſſandum ad concilium Toletanum XIII. miſit, ut ex actis ejoſdem concilii nondum editis conſtat: quod habitum eſt anno Ervigii Regis quarto, æra DCCXXI. anno Chriſti DCLXXXIII. pridie nonas Novembres. Spaſſandus Abbas a Roderico Toletano appellatur; Speraindeo ab Alfonſo Rege. Idem Rodericus teſtatur, Vitalianum presbyterum interfuiſſe Cypriani vicarium in concilio Toletano XIV. idque actis ejuſdem concilii non editis confirmatur: & additur Argebado Abbas collega. Ea ſynodus habita eſt anno quinto ejuſdem Regis, XII. Kal. Decembres. Iiidem Toletana ſynodus XV. nondum edita ſubſcripta eſt a Seſuldo Archipresbytero, & Abbate agente vicem ejuſdem Cypriani, V. Idus Maii, æra DCCXXVI. anno Chriſti DCLXXXVIII. Egicani, ſive Egicæ, ſive Egicanis Regis anno primo. Siſuldum vocat Rodericus, Siſundus Alfonſus. Hujus Antiſtitis ſepulchrum exſtat Tarracone his verbis inſcriptum:

Hic. requiescit. vir. sanctissimvs. cyprianvs. primæ. sedis. tarraconensis. civitatis. episcopvs. positvs. est. in. hvnc. tvmvlvm. viii. kalendas. maias. in. pace.

Appellabantur autem illis temporibus Archiepiſcopi, & Metropolitani, Primæ ſedis Epiſcopi, ut ex multis Africæ conciliis conſtat.

XIV.

Vera interfuit XVI. & XVII. concilio Toletano, ut Rodericus Antiſtes refert, quem Alfonſus Rex Verum appellat. In actis autem eorum conciliorum Vera nuncupatur XVI. concilium habitum eſt VI. nonas Majas, anno ſexto Egicæ Regis, anno Chriſti DCCXIII. Mox anno proximo XVII. concilium V. Idus Novembres. Subſcriptiones in actis, quæ vidimus, deſiderantur.

Horum Archiepiſcoporum nomina certa retulimus: plures fuiſſe non dubitamus, in quibus exſtat mentio Georgii Epiſcopi, cujus incerta ſunt tempora. Etenim altaris cujuſdam diruti hanc inſcriptionem legimus:

Stephanvs. alexandrinvs. in. honore. dei. et. omnivm. sanctorvm. die. viii. id. april. an. tertio. ordinationis. eivs. cvm. svis. svb. pontificatv. georgii. episcopi. sigillvm. hic. esto.

Omiſimus Prudentium, Æmilianum, Paternum, Idacium, Phalvacem, & Agnellum ut incertos, licet eorum nomina in eccleſiæ Tarraconenſ. libris legantur. Agnelli quidem certe nomen in regiſtro B. Gregorii eſt, unde ſumitur caput ſecundum de immunitate eccleſiarum; ſed eum Terracinenſem Epiſcopum fuiſſe conſtat: qui cum prius Fundanam eccleſiam obtinuiſſet, Terracinenſis vacans paſtore, & ob cladem everſa eidem commendata eſt, ut apud Gratianum refertur cauſa XXI. quæſt. I. cap. V. & VI. videndus Gregorius lib. II. epiſt. XIII. & lib. VII. cap. XX. regiſtri.

Ob Arabum vaſtationem Tarraco Antiſtite caruit annos quadringentos.

Ex literis Joannis XV. Pont. Max. quæ ſcriptæ ſunt menſe Januario, Indictione XIV. is eſt

eft annus Chrifti CMLXXXVI. Pontificatus ejufdem annus fecundus: conftat Borrellum Comitem Romam veniffe, & impetraffe a Pontifice, ut Tarraconenfis ecclefia diu paftore carens Aufonenfi ecclefiæ uniretur: eique Atto, five Azzo præficeretur: & accepto pallio fuffraganeis Epifcopis, ut Archiepifcopi olim, præeffet. Et aliis litteris Gufado Urgelenfi, Petro Barcinon. & Somario Helenenfi Epifc. jubetur, ut eidem Attoni obediant, ut olim folebant veteres Epifcopi fuis Archiepifcopis obedire, & ut ab eo ordinentur, & confecrentur.

Pofteri quoque Aufonenfes Epifcopi diu hoc munere functi effe dicuntur.

Tandem Berengarius Rosanes, quem Aufonenfem Archiepifcopum vocat Urbanus fecundus, Romam veniens literas ab eodem Pontifice accepit ad Berengarium Barcinonenfem Comitem, & Marchionem, & ad Hermengaudum Urgellenfem, & Bernardum Vilundunenfem Comitem, & alios viros nobiles, ut fummopere niterentur Tarraconem urbem, & ecclefiam reftaurare, multis fpiritualibus indulgentiis eifdem conceffis. Datæ hæ litteræ funt Kal. Jul. anno fecundo Pontificatus ejufdem, Indictione XII. is eft annus Chrifti MLXXXIX. Aliis vero litteris datis Capuæ Kalend. Julii, Indict. XIV. anno Chrifti MXCI. Pontif. anno quarto, mentionem facit cujufdam donationis dicti Comitis Berengarii Ecclefiæ Romanæ factæ, & cenfus quinque librarum argenti quotannis perfolvendi; & pallio dato eidem Berengario Epifcopo, ipfi, & fucceffloribus idem Urbanus Tarraconem urbem perpetuo poffidendam conceffit. Mortuum Berengarium Antiftitem ferunt XIV. Kal. April. anno Chrifti MXCIII. Sunt qui longius vitam producant in annum MXCVI. Quæ vero de Bernardo Toletano Tarracone gefta a quibufdam narrantur, noftrorum librorum monumentis falfa effe convincuntur.

Poft hunc Oldegarius natione Gallus, Prior olim monafterii fancti Hadriani Canonicorum S. Rufi, mox Epifcopus Barcinonenfis, a Gelafio fecundo ecclefiæ Tarraconenfi præfectus eft; cujus refcriptum datum eft Cajetæ XII. Kal. April. Indict. XI. anno ab incarn. Domini MCXVIII. Pontif. anno primo. Eifdem literis Dertofa, cum recepta fuerit a Mauris, ut parochia fubdita conceditur. Huic, & fuccefforibus urbs Tarraconenfis cum amplo territorio a Raimundo Berengario Comite Barcinonenfi Kalend. Febr. data eft, & ab eodem Pontifice confirmatur. Sed Oldegarius decimo pontificatus fui anno Robertum Aquilonem, five Bordetum Principem urbis conftituit, pridie Idus Martii, anno incarnationis Domini MCXXVIII. & Barcinonem reverfus octo annos fanctiffime vixit, ad pridie nonas Martias anni Chrifti MCXXXVI. quo mortuum fuiffe accepimus. Sediffe ferunt annos XVIII. menfes XI. dies XVII. quæ fufpicor ad Barcinonenfem ecclefiam effe referenda.

Tarraconenfium Archiepifcoporum nomina poft Beatum Oldegarium.

I.

Gregorius foli Tarraconenfi præfuit ecclefiæ, a Lucio fecundo pallio acceptо, cujus literæ datæ funt apud Lateranum IX. Kalend. April. Indict. VII. anno incarn. Domini MCXLIII. pontif. anno primo: eft autem is annus a
MCXLII. natali Chrifti MCXLIV. In his mentio fit, ab Urbano fuiffe Berengario Aufonenfi Epifcopo, & a Gelafio Oldegario Barcinonenfi pallium datum. Confirmantur eadem, quæ de donatione Raimundi Comitis, & de urbe Dertofa dicta funt, & de officio, & poteftate Metropolitani.

II.

Bernardus Tortus Canonicus fancti Rufi poft Gregorium ab Eugenio tertio præfectus eft Viterbii VI. Kal. Junii, Indict. IX. anno Chrifti MCXLVI. pontif. anno fecundo. In ejus litteris eadem confirmantur, quæ a Lucio funt enumerata. Plenior confirmatio eft impetrata ab Anaftafio quarto, cui omnes facræ Romanæ ecclefiæ Cardinales fubfcripferunt, data apud Lateranum VIII. Kal. April. Indict. II. anno incarn. Domini MCLIV. pontif. anno primo. In his litteris enumerantur fubditæ urbes, & parochiæ; Gerunda, Barcino, Urgellum, Aufona, Ilerda, Dertofa, Cæfaraugufta, Ofca, Pampilo, Tutiafo, & Calagurris, & fi quæ aliæ antiquis temporibus fubditæ fuerunt. Hujus ædificium fuiffe ferunt turrim Archiepifcopalem, ubi cum Canonicis fuis regularibus vivebat. Roberto vero Principi confirmaverat ab Oldegario factam donationem, quibufdam exceptis, V. Idus Febr. anno Incarn. Domini MCXLVIII. Sed & Raimundo Barcinonenfi Comiti, & Principi Aragoniæ aliam donationem feciffe dicitur, Eugenio, ut fertur, confirmante, multis exceptis, menfe Augufto, anno Chrifti MCLI. Convenerat autem, ut tertia pars Roberto relinqueretur. Ex his donationibus multæ quæftiones ortæ funt Bernardo, & fuccefforibus. Mortis ejus dies fuiffe dicitur IV. Kalend. Julii, anno Chrifti MCLXIII. Sediffe ajunt an. XVII. menf. III. dies XXI. Initium fortaffe fumunt a Gregorii morte, ut alibi factum novimus.

III.

Hugo Cervellio dum contendit cum Gulielmo Roberti, & Agnetis filio, qui urbis partem obtinebant, XV. Kalend. Maii, anno Chri-

ſti MCLXXI. occiſus eſt, poſtquam ſediſſet annos VII. menſ. IX. dies XX. Graviter, & acerbe tulit hoc Alexander III. cujus exſtant varia reſcripta data Anagniæ V. Idus Junii, & Tuſculi VIII. Kal. Febr. & XIII. Kalend. Julii. Titulus ſepulchri hic eſt:

OBIIT. [illegible] P. DN. HVGO. DE. CERVILIONE. Q. ARCHIEP. S. E. TARRACONENS. XV. KAL. MADII. ANNO. DOMINI. MCLXXI. CVIVS. OSSA. SVNT. IN. HAC. TVMBA. POSITA. ET. QVEM. ROBERTVS. PRINCEPS. TARRACON. EIVS. ECCLESIÆ. VASSALLVS. INTERIECIT. PROPTER. QVOD. IPSE. ET. BERENGARIVS. EIVS. FRATER. MATER. QVOQVE. IPSORVM. IN. EIVS. MORTE. VNA. CVM. FILIIS. FVERVNT. MACHINATI. DE. TOTO. REGNO. CVM. TOTA. SVA. PROGENIE. PER. EDICTVM. REGIVM. EXPVLSI. SEO. ET. BONIS. SVIS. PRIVATI. QVOD MAGIS. VOLVIT. PERIRE. QVAM. IVRA. PERIRE.

IV.

GULLIELMUS, ſive WILLELMUS cognomento Turris rubra, ab eodem Alexandro tertio ab urbe Barcinonenſe tranſlatus mortem Hugonis ultus eſt, & cum Alfonſo Rege Raimundi Principis filio tranſegit nonis Julii, & XV. Kalend. Auguſti, & VIII. idus Novembr. an. Chriſti MCLXXIII. Exſtant Alexandri litteræ datæ Tuſculi VII. Kalend. Febr. quibus confirmatur Raimundi Comitis donatio urbis, & ampli territorii, & hominum homagia, & decimæ, & primitiæ, & dominicaturæ de ſtagno, de vite, de Francolino, de Conſtantino, de caſtro Redus, & aliis tunc poſſeſſis. In aliis litteris datis Anagniæ VII. Idus Junii appellatur Gullielmus Apoſtolicæ ſedis Legatus. Mortis dies fertur nonis Martii an. MCLXXIV. Sediſſe putant annos III. menſes IX. dies XXI. Quæ nobis incerta ſunt.

V.

BERENGARIUS VILLAMULIUS Abbas S. Felicis Gerundenſis electus eſt a Canonicis, electionem Alexander III. confirmavit Ferentini XIII. Kal. Julii an. Chriſti MCLXXIV. Caſtrum Albiolum in Carbonario monte a Rege Alfonſo Narbone obtinuit Majo menſe an. Chriſti MCLXXVII. Occiſus eſt a Gul. Raimundo Moncada, qui filiam fratris, vel ſororis ejus duxerat, XIV. Kal. Martias an. incarn. Chriſti MCXCIII. Exſtant ea de re Cæleſtini III. litteræ datæ apud Lateran. idib. Maii, & aliæ XV. Kal. Jul. pont. an. IV. Sediſſe fertur an. XIX. menſe XI. dies IX. A Gullielmi morte initium ſumitur.

VI.

RAIMUNDUS ex Caſtro Tertiolo ab eodem Cæleſtino confirmatus pallium accepit XV. Kalend. Decembr. pont. an. IV. Aliis litteris confirmantur ea, quæ variis donationibus Regum, & Comitum obtinebat; item ſuffraganeæ, & propriæ eccleſiæ, III. Kalend. Decembr. Indict. XIII. an. Chriſti MCXCIV. poot. an. IV. Mortuum eſſe ferunt pridie nonas Novembr. anno Chriſti MCXCVIII. ſediſſe an. IV. menſ. VIII. dies XVII.

VII.

RAIMUNDUS ROCABERTINUS ſuffectus eſt. Ad hunc Innocentius tertius litteras miſit, ut cum Abbate Populeti, & Archidiacono Barcinonenſi de quibuſdam criminibus Epiſcopi Vicenſis cognoſceret: ut conſtat ex cap. XIX. de accuſationibus incip. *Cum oporteat.* Dies mortis fuit VIII. Idus Januarii anno incarn. Domini MCCXIV. cum ſediſſet an. XVI. menſ. II. dies II. a morte alterius Raimundi.

VIII.

SPARACUS, ſive ASPARACUS cognomento Barca Gallus, quem avunculum ſuum vocat Jacobus Rex, prius Pampilonenſis Epiſcopus fuerat. Hujus temporibus Joannes Sabinenſis Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus ſub Honorio tertio plures conſtitutiones in concilio Ilerdenſi edidit IV. Kalend. April. anno Chriſti
MCCXIX. ſubſcripſerunt Epiſcopi præter MCCXXIX.
Metropolitanum, Barcinonenſis, Gerundenſis, Vicenſis, Urgellenſis, Ilerdenſis, Dertulenſis, & Oſcenſis. Mox anno proximo Tarracone Sparagus concilium habuit Kalend. Maii. Hoc initium eſt conſtitutionum, quæ in hoc libro continentur. Mortuum eſſe conſtat V. nonas Martii anno a natali Chriſti MCCXXXIII. Sediſſe fertur an. XVIII. menſ. I. dies XXVI. a morte Raimundi poſterioris initio accepto.

IX.

GULLIELMUS MONGRIUS tantum electus fuit, cum eſſet Gerundenſis Sacriſta, nomine eccleſiæ Tarraconenſis, & Regis Ebuſum inſulam, & Frumentariam, ſive Colubrariam acquiſivit ducibus Petro Portugallenſi, & Nunnio Sanctio Regis Jacobi conſobrino, poſtridie nonas Auguſti anno Chriſti MCCXXXV. Poſtea electioni renuntiavit, fructibus inſulæ, & Conſtantinianæ villæ retentis, ut apparet ex litteris Gregorii IX. datis Viterbii III. idus April. pontif. an. X. & aliis datis apud Lateran. VI. Idus Jan. pontif. an. XII. is eſt an. Chriſti MCCXXXIX. Teſtamentum ejus ſcriptum eſt XIV. Kal. Jul. an. MCCXLVII. & codicilli ſcripti XVIII. Kal. Febr. an. MCCXLVIII. Diem mortis fuiſſe accepi XI. Kal. Julias an. MCCLXXIII.

X.

PETRUS ALBALATIUS interea Theologus Epiſcopus Ilerdenſis ſuffectus eſt, qui Regi Jacobo in expugnatione Valentiæ præſto fuit: patrimonium archiepiſcopale quibuſdam prædiis auxit & Epiſcopo ſubdito Valentino. Plura concilia habuit, quæ hoc volumine continentur ab an. Chriſti MCCXXXIX. ad an. MCCXLVIII. ſubſcribentibus Epiſcopis, aut eorum procuratoribus, Barcinonenſi, Dertuſenſi, Gerundenſi, Urgellenſi, Auſonenſi, ſive Vicenſi, Oſcenſi, Ilerdenſi, Cæſarauguſtano, Valentino, Tyraſonenſi, Pampilonenſi, & Calagurritano: & Magiſtris militiarum Hoſpitalis Hieroſolymitani, & Templi. Mortuum eſſe ferunt Populeti VI. non. Julii ao. Chriſti MCCLI. cum ſediſſet an. XVIII. menſ. III. dies XXIX. a morte Sparagi. Hic provinciam ſuam ſæpe luſtra-

strabat, exstantque visitationis ejus volumina, quibus omnes fere dioeceses constat correxisse.

XI.

Benedictus Rocabertinus Camerarius Tarraconensis electus est, ab Innocentio IV. confirmatus pallium accepit, cujus litteræ exstant datæ Perusii V. Kal. Febr. indict. XI. an. incarn. Domini MCCLII. pontif. an. X. Hujus constitutiones leguntur in conciliis habitis anno Christi MCCLIII. & MCCLVI. & MCCLXVI. Mortuus esse dicitur Oscæ IV. non. Majas an. MCCXLVIII. & sedisse annos XVI. mens. X. dies duos, post Petri mortem.

XII.

Bernardus Olivella ex Episcopo Dertusensi partem majoris templi, & portas exstruxit. Constitutiones quoque edidit in conciliis habitis anno Christi MCCLXXIII. & MCCLXXVII. & MCCLXXXII. Obiit IV. Kal. Novembr. an. MCCLXXXVII. Sedisse creditur an. XIV. mens. IV. dies VII.

XIII.

Rodericus Tellius suffectus provincialia concilia habuit ab anno Christi MCCXCI. ad annum MCCCV. Mortis dies in sepulchro ejus inscriptus est XVII. Kalend. Januar. anno MCCCVIII. Sedisse fertur an. XXI. mens. I. dies XIX. a Bernardi morte.

XIV.

Guillielmus Rocabertinus post eum constitutiones etiam edidit in concilio Tarrac. an. Christi MCCCIX. & pro causa Templariorum III. Idus Augusti an. MCCCXII. Emit idem oppida quædam sibi, & successoribus. Obiit V. Kalend. Martias anno MCCCXV. cum sedisset an. VI. mens. II. dies XII.

XV.

Exeminus, sive Ximenius Luna olim Cæsaraugustanus Episcopus, concilia itidem habuit anno Christi MCCCXVIII.& MCCCXXIII. Sub hoc Cæsaraugustanus Episcopus Metropolitani jus accepit a Joanne XXII. pridie idus Julii an. Christi MCCCXVIII. Cui subditi sunt Oscensis, & Jaccensis, & Turiasonensis, & Pampilonensis, & Calagurritanus, & Calciatensis Episcopi, qui Tarraconensis provinciæ fuerant; item Albarracinensis, cujus subjectio litigiosa fuit. Sub eodem brachium beatæ virginis Teclæ Tarraconem allatum est ex Armenia anno MCCCXXIII. Ipse Antistes Toletum translatus fuit Kalend. Septembr. an. MCCCXXVII.

XVI.

Joannes Jacobi minoris Regis filius, prius electus Archiepiscopus Toletanus, postea Patriarcha Alexandrinus, & ecclesiæ Tarraconensis administrator. Hic ecclesiam metropolitanam consecravit mense Junio anni nobis incerti. Volumen constitutionum superiorum Antistitum edidit in primo concil. Tarrac. IV. Kal. Martias an. MCCCXXIX. alias adjecit anno MCCCXXXI. & XXXIV. In ejus sepulchro hæc inscriptio legitur:

HIC. QVIESCIT. CORPVS. SANCTÆ. MEM. DOMINI. IOANNIS. FILII. DOMINI. IACOBI. REGIS. ARAGONVM. QVI. XVII. ANNO. ÆTATIS. SVÆ. FACTVS. ARCHIEPISCOPVS. TOLETANVS. SIC. DONO. SCIENTIÆ. INFVSÆ. DIVINITVS. ET. GRATIA. PRÆDICATIONIS. FLORVIT. QVOD. NVLLVS. EIVSD. ÆTATIS. IN. HOC. EI. SIMILIS. CREDERETVR. CARNEM. SVAM. IEIVNIIS. ET. CILITIIS. MACERANS. IN. XXVIII. ANNO. ÆTATIS. SVÆ. FACTVS. PATRIARCHA. ALEXANDRINVS. ET. ADMINISTRATOR. ECCLESIÆ. TARRACON. ORDINATO. PER. EVM. INTER. MVLTA. ALIA. BONA. OPERA. NOVO. MONASTERIO. SCALÆ. DEI. DIŒCESIS. TARRACON. VT. PER. IPSAM. SCALAM. AD. CÆLVM. ASCENDERET. REDDIDIT. SPIRITVM. CREATORI. XIV. KAL. SEPTEMBR. ANNO. DOMINI. MCCCXXXIV. ANNO. VERO. ÆTATIS. SVÆ. XXXIII. PRO. QVO. DEVS. TAM. IN. VITA. QVAM. POST. MORTEM. EIVSD. EST. MVLTA. MIRACVLA. OPERATVS.

XVII.

Arnaldus Cescomes ex Canonico Parcinonensi Episcopus Ilerdensis, inde traslatus constitutiones edidit ab an. Christi MCCCXXXVI. ad XLI. Vallium, & Alforgiæ arces archiepiscopales restauravit, & patrimonium auxit. Mortis dies fuisse dicitur V. Idus Septembr. anno Christi MCCCXLVI. Sedisse ferunt an. XII. dies XXII. a morte Joannis.

XVIII.

Sanctius Lupius Ajeribus ordinis S. Francisci ex Episcopo Turiasonensi, concilia habuit an. Christi MCCCLIV. & LVII. quo anno mortuus esse dicitur XII. Kal. Sept.

XIX.

Petrus Clasquerinus prius Oscensis, mox Majoricensis Episcopus, inde translatus idibus Februar. anno MCCCLVIII. Patriarcha quoque Antiochenus fuit. Concilia habuit anno MCCCLXIV. & LXVII. & LXIX. a Rege Petro, & civibus Tarraconensibus diu vexatus est, usque eo, ut in Galliam profugerit; illic mortuus est in urbe Agathensi V. Id. Januarii an. MCCCLXXX. translatæ reliquiæ sunt XIV. Kal. Majas an. LXXXVIII. Sedisse fertur annos XXI. mens. X. dies XXVI. Vacat ecclesia propter schismata totius Europæ annos septem.

XX.

Ennecus Valterra ex Episcopo Gerundensi, Segorbicensis, ingressus Tarraconem dicitur VII. Idus Febr. an. MCCCLXXXVII. Hic cum Rege Joanne de jurisdictione transegit: constitutiones edidit in conciliis an. MCCCXCI. & XCV. & MCDVI. Sub hoc Petrus Luna diaconus Cardinalis Legatus Apostolicus Clementis VII. in schismate concilium Gerundæ habuit VIII. Kal. Novemb. an. MCDII. Is postea Benedictus XIII. appellatus est. Segorbicæ mortuus est XII. Kal. Mart. an. MCDVII. Sedisse dicitur annos XX. menses fere V.

XXI.

Petrus Sagarriga ex Ilerdensi Episcopo. Hic unus fuit ex novem viris, qui Ferdinandum

dum Regem appellaverunt, cujus poſtea Cancellarius fuit. Agerenſe caſtrum, & agrum ſibi, & ſucceſſoribus comparavit. Fimbriæ partem veſtis Domini ex urbe Roma attulit, magnaque celebritate coli juſſit. Conſtitutiones edidit in concilio Tarracone habito anno MCDXIV. Mortis ejus dies fuiſſe dicitur pridie Kal. Januar. an. Chriſti MCDXVIII. ſunt qui dicant non. Januar. anni XIX. & ſediſſe anno XI. menſ. IV.

XXII.

Dalmatius Murius ex Gerundenſi Epiſcopo translatus VI. Kal. Auguſt. an. MCDXIX. conſtitutiones edidit in concilio Tarraconenſi an. MCDXXIV. Sub hoc Petrus Fuxenſis presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis Legatus a Martino V. miſſus concilium habuit Dertuſæ non. Novembr. an. XXIX. Mox an. XXXI. ſupra MCD. die XVII. Kal. Novemb. Cæſarauguſtam translatus eſt. Sedit an. XII. menſ. I. dies XVI. a die poſſeſſionis, ut ſuſpicor.

XXIII.

Gunotsalbus Ixarius ſuffectus eſt XVII. Kalend. Novembr. anno Chriſti MCDXXXI. ſed infelici caſu, dum venatur, extra urbem moritur V. Idus Novembr. an. XXXIII. Sedit an. II. dies XXV. Vacat ſedes menſes VIII. dies XXI.

XXIV.

Dominicus Ramus Oſcenſis olim Epiſcopus cum Petro Tarraconenſi Ferdinandum Regem appellavit, mox Ilerdenſis Antiſtes fuit, & ſacræ Romanæ Eccl. Card. VIII. Kal. Sept. an. MCDXXXIV. Gundiſalbo ſuffectus eſt. Romæ Portuenſis Epiſcopus moritur VI. Kal. Majas an. MCDXLV. Sedit an. IX. menſ. VIII. dies XXVII. quod incertum eſt.

XXV.

Petrus Urrea VIII. Kalend. Julii ejuſdem anni XLV. ſufficitur. Chorum ornavit ſedibus. Joannis Regis partes in civilibus bellis eſt ſecutus. Obiit V. idus Sept. an. MCDLXXXIX. cum ſediſſet an. XLIV. menſ. I. dies XII. a die poſſeſſionis.

XXVI.

Gundisalbus Ferdinandes Heredia ex Epiſcopo Barcinonenſi ab Innocentio VIII. translatus Idib. Junii an. Chriſti MCDXC. Romæ Præfectus Urbis fuit poſt mortem Alexandri VI. Dies mortis fuit XI. Kalend. Decembr. an. MDXI. Sepulchrum Laurentius Epiſcopus Nicopolitanus alumnus fecit.

XXVII.

Alfonsus. Aragonius. Alfonſi Ducis Villæformoſæ filius, Joannis Regis nepos, ex Dertuſenſi Epiſcopo translatus, nonis Juliis an. Chriſti MDXIII. iniit. VII. Kalend. Sept. mortuus eſt.

XXVIII.

Petrus Cardona olim Epiſcopus Urgellitanus X. Kal. April. an. MDXV. iniit. Conſtitutiones fecit in concilio Barcinonenſi anno XVII. & in Tarraconenſi an. XXIX. Prædiis quibuſdam ſucceſſores auxit. Jacobo Cardonæ Cardinali patruo, & Timbori amitæ ſepulchrum, & ſibi inſigne paravit. Mortuus eſt Alcobarii tertio Idus April. an. MDXXX. Sedit an. XV. menſ. I. dies VIII.

XXIX.

Ludovicus Cardona Petri fratris filius ex Epiſcopo Barcinonenſi urbem ingreſſus eſt IV. Idus Maii an. MDXXXI. mortuus eſt anno XXXII. Idibus Novembr.

XXX.

Hieronymus Auria Genuenſis diaconus Cardinalis Helenenſis olim Epiſcopus, abſens iniit pridie nonas Julias an. MDXXXIII. conſtitutiones fecit ab anno XLIII. ad LVI. ſub cujus nomine volumen Conſtitutionum in certos titulos, & libros digeſtum eſt. Mortuus eſſe dicitur Genuæ VIII. Kalend. April. an. Chriſti MDLVIII.

XXXI.

Ferdinandus Loazes Orioleſis hæreticæ pravitatis Inquiſitor Barcinone, mox Helenenſis Epiſcopus, deinde Ilerdenſis, & poſtea Dertuſenſis. Inde translatus abſens iniit nonis Auguſti an. MDLX. Patriarcha Antiochenus a Pio V. creatus eſt. Conſtitutiones edidit Barcinone anno LXIV. Valentiam translatus eſt IV. Kal. Majas an. Chriſti MDLXII.

XXXII.

Bartholomæus Sebastianus hæreticorum etiam Inquiſitor, & Epiſcopus Pactenſis, poſtquam Decembri menſe iniiſſet eodem anno LXVII. moritur repentino XIV. Kal. Maii an. MDLXVIII.

XXXIII.

Gaspar Cervantes ex Inquiſitore Archiepiſcopus Meſſanenſis, mox Salernitanus, tandem Tarraconenſ. abſens iniit non. Octobr. anno MDLXVIII. aliquot edidit conſtitutiones. Mortuus eſt XVI. Kal. Novembr. an. LXXV. ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis a Pio quinto creatus.

XXXIV.

Antonius Augustinus Cæſarauguſtanus ſacri palatii Apoſtolici auditor, & Epiſcopus Alliſanus, mox Ilerdenſis, a Gregorio XIII. translatus eſt XVI. Kalend. Januar. an. Chriſti MDLXXXI. per procuratores iniit IV. Kal. Martias proximas ſexageſimo natali ſuo. Urbem ingreſſus eſt VI. Idus Martias. Volumen harum Conſtitutionum iterum edendum curavit.

CON-

CONSTITUTIONUM
PROVINCIALIUM TARRACONENSIUM
LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

CAPUT I.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Legatus Apostolicus, in concilio Dertusæ celebrato.

Compendium breve fieri præcipitur, & a diœcesanis, ac curatis populo explanari: quo quid credendum sit, quid petendum, quid servandum, quid vitandum, quid optandum, & sperandum, quidque timendum doceatur. De fide catholica laicis disputandum non esse.



Aluti animarum plurimum dignoscitur opportunum, ut unusquisque fidelis cognoscat *, & sciat, quid credere debeat, scilicet articulos fidei; quid petere, scilicet quæ in oratione dominica Christus nos docuit postulare; quæ servare, videlicet decem præcepta legis; quæ vitare, scilicet septem peccata mortalia; quid optare, gloriam paradisi, & sperare; quid timere, pœnas inferni: quæ a multis popularibus, ut percipimus, ignorantur. Quod Christianæ doctrinæ breve, & utile epilogium esse censetur. Hac igitur constitutione diœcesanis omnibus, & aliis prælatis ecclesiasticis super his jurisdictionem ecclesiasticam habentibus districte præcipiendo mandamus; ut per viros litteratos, & providos dictari, & scribi faciant aliquod breve compendium, in quo prædicta omnia, quantum a populo necesse est sciri *, distincte comprehendantur, & clare. Quod compendium sic commode dividatur in partes, ut per sex, vel septem lectiones possit * declarari. Quod * sic per totius anni discursum repetitis vicibus per curatos diebus dominicis populo (taliter) faciant explanari, ut excussis ignorantiæ tenebris populum acceptabilem Deo valeant exhibere. Interdicimus tamen laicis omnem materiam de fide catholica disputandi; diœcesanis, aliisque judicibus ordinariis ecclesiasticis sub interminatione divini judicii strictius injungentes, ut contra laicos de fide catholica disputare attentantes taliter insurgant, ut jura communia per censuram ecclesiasticam tenaciter observentur.

* agnoscat

* quantum popularet est scire necesse

* valeat * Et

TITULUS II.

DE CONSTITUTIONIBUS.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdensi.

Servanda diligentius sacri generalis concilii statuta, corrigendaque, quæ per negligentiam adversus ea temere sunt præsumpta.

ANimarum languoribus, qui ex sacrarum constitutionum transgressione, vel omissione trahunt originem, præsentium patrum approbatione subvenire curantes, statuta sacri generalis concilii, quæ pro (magna) parte non sine gravi periculo sunt neglecta, pleniore diligentia de cetero præcipimus observari, & studiose corrigi ea, quæ contra ipsum concilium temere sunt præsumpta.

CAPUT II.

Idem Joannes in eodem.

Constitutio de conciliis provincialibus, & episcopalibus synodis celebrandis nulla occasione negligenda.

IN primis præcipimus * ut constitutio de conciliis provincialibus, & episcopalibus synodis celebrandis pro correctione, & reformatione morum salubriter edita, juxta * suum tenorem firmiter observetur: (&) ut nulla negligentia, vel occasio impediat ipsius observationem.

* præcipientes

* secundum

CAPUT III.

Idem Joannes in eodem.

Concilium provinciale quotannis celebrandum die dominica, qua Jubilare *accinitur: episcopalis synodus die festo divi Lucæ: plectendique, qui id neglexerint, pœna in generali concilio statuta.*

STatuimus, ut in provincia Tarraconensi provinciale concilium singulis annis dominica, qua cantatur Jubilate, celebretur; & episcopalis synodus ad minus celebretur semel in anno die festo * sancti Lucæ. Si vero ex causa necessitatis * absens fuerit Episcopus, aut alias rationabiliter [fuerit] impeditus, provideat per quem, vel per quos synodus celebretur.

* in festo

* necessaria

tus. Quod si vacaverit sedes, per Archidiaconos in suis archidiaconatibus celebrentur particulares synodi terminis supradictis. Si vero, vacante sede, penes Priorem, vel Capitulum, vel aliam personam ecclesiæ reciderit * jurisdictio, procuret, ut prædicto modo synodus celebretur. Et hæc omnia serventur sub pœna in generali concilio statuta *.

* *resciverit*
* *constituta*

CAPUT IV.

Petrus primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarraconensi.

Si ad indictum concilium non convenerint Episcopi, iis ab Archiepiscopo citatis Tarraconem veniendum: unde non liceat eis discedere, nisi facta ab eodem Archiepiscopo abeundi copia.

ITem quia Episcopi ad provinciale concilium non veniunt, ut deberent, excusationes frivolas prætendentes; ex quo disciplina ecclesiastica enervatur, & sacri canones contemnuntur: statuimus, ut in posterum * omnes Episcopi sine ullo * diffugio ad provinciale concilium veniant, prout decet; nisi causa necessaria, & urgentissima excusentur. Et quicumque Episcopus contra hanc constitutionem duxerit faciendum, ab Archiepiscopo evocatus *, civitatem adeat Tarraconensem; ibi * tamdiu moraturus, quoad * ab Archiepiscopo recedendi licentiam obtinuerit specialem.

* *ut ab hac hora in antea*
* *sine quolibet*
* *vocatus*
* *ibidem*
* *quamdiu*

CAPUT V.

Idem Petrus in eodem.

Curatis ad synodum episcopalem non convenientibus eadem pœna constituitur, quæ Episcopis ad provinciale concilium venire recusantibus.

EOdem modo statuimus, ut omnes clerici curam animarum habentes ad synodum veniant cathedralis ecclesiæ, in cujus diœcesi commorantur; occasione, vel consuetudine quavis * non obstante. Eandem pœnam, si hujus constitutionis transgressores fuerint, in suis civitatibus incurrant *.

* *aliqua*
* *incursuri, al. incurrentes.*

CAPUT VI.

Rodericus Archiepiscopus in quarto concilio Tarraconensi.

Episcopi in concilium Abbates venire, aliosque prælatos cogere jubentur. Si non venerint, nec quominus venirent ullo impedimento prohibiti fuerint: commodis rerum in conciliis decretarum privantur.

ITem cum aliqui Abbates, Priores, & alii Prælati collegiatarum ecclesiarum nostræ provinciæ Tarraconensis non venerint ad (præsens) concilium, licet per litteras nostras mandatum fuerit venerabilibus fratribus Episcopis suffraganeis nostris, ut prædictis Abbatibus, Prioribus, & Prælatis præciperent, ut ad concilium præsens venirent: idcirco præcipimus præfatis Episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus de cetero prædictos Abbates, Priores, & Prælatos in suis diœcesibus constitutos compellant venire ad alia concilia, quæ per nos, vel successores nostros celebranda fuerint Domino annuente. Illos vero, qui ad prædicta * concilia non venerint, juvari nolumus constitutionibus, quæ in prædictis conciliis fuerint celebratæ, nisi quo minus venire possint *, impedimentis canonicis fuerint impediti; vel justas causas ostenderint, quibus ad dicta concilia venire minime teneantur.

* *dicta*
* *nisi quod venire non possint*

CAPUT VII.

Joannes Patriarcha Alexandrinus in concilio secundo Tarraconensi.

Statuitur ab Episcopis, qui legitime fuerint impediti, procuratores probos, & sapientes viros mitti oportere, alios ab iis, qui a capitulis lecti fuerint; & contra: ab Abbatibus vitæ instituto, & moribus religiosos. In eos, qui secus fecerint, arbitrio Archiepiscopi animadvertitur.

QUia interdum contingit * quod Episcopi, qui ad provincialia concilia venire personaliter sunt astricti, nisi præpeditione * canonica fuerint præpediti, illos procuratores constituunt, qui ad ipsa concilia procuratores per eorum Capitula mittuntur *. Abbates etiam, prædictos, vel alios sæculares clericos procuratores constituunt ad prædicta; & ex hoc honos Tarraconensis ecclesiæ, & concilii minuitur *, & salubritas consilii, quæ in multis consistit potius quam in paucis, etiam subtrahitur * circa ea, quæ in ipsis conciliis imminent facienda: idcirco sub virtute sanctæ obedientiæ prædictis injungimus, ut cum ipsi Episcopi venire ad ipsa * concilia personaliter fuerint legitime impediti, procuratores constituant viros providos, & discretos, alios ab illis, qui per eorum Capitula fuerint constituti; & Capitula alios ab illis, qui per [eorum] Episcopos. Abbates etiam, in dicto casu, religiosos sui ordinis, vita, & honestate probatos, qui salubre sciant dare consilium in agendis; si Dei, & nostram vitare * voluerint ultionem. Et qui contrarium fecerint, ad arbitrium Archiepiscopi de inobedientia puniantur.

* *contigit*
* *impeditione*
* *transmittuntur*
* *minuatur*
* *subtrahatur*
* *dicta*
* *evitare*

CAPUT VIII.

Sanctius Archiepiscopus in concilio Tarraconense.

Statuitur procuratores mitti non licere, nisi ejusdem nationis fuerint; & quidem aut Vicarii, aut Officiales, aut de Capitulo, aut quos ad Capitulorum negotia admitti referat, aut Doctores in alterutro jure, aut Baccalaurei, modo sint beneficiati in eadem ecclesia: a quibus procuratorium instrumentum exhibendum die celebrando concilio præstituta: quo instrumento citatum, eumque juratum legitime constet impeditum. Procurator non nisi unius, vel Prælati, vel Collegii creari potest. Est pars Constit. incip. Archiepiscopalis apicis, De officio Vicarii.

PRæsenti quoque adiicimus sanctioni, ut nullus ad provincialia concilia de cetero ad-

admittatur, missus a venerabilibus fratribus nostris Episcopis *, cum justo fuerint impedimento detenti; vel a Capitulis * ecclesiarum cathedralium, nisi sit Vicarius, vel principalis Officialis, vel de Capitulo; aut talis persona, quæ ad tractatus Capituli eorundem admitti debeat; vel Doctor, aut Baccalaureus fuerit in jure canonico, vel civili, qui beneficia obtineat * in eisdem: cum melius libertas ecclesiastica per illos, qui beneficia, & victum * recipiunt in dictis ecclesiis, defendi verisimiliter præsumatur; & periculum non modicum immineat ad sacra concilia * admitti personas extraneæ nationis. Qui quidem procurator die ad concilium celebrandum præfixa, sufficiens procuratorium deferre habeat, & nobis [de eo] fidem facere teneatur; in quo sit inserta etiam fides facta per notarium publicum de impedimento, quo persona citata ad concilium venire non potest. Quod impedimentum ille, qui ad concilium citatus fuerit, notario exprimere habeat, & de ipso in posse ipsius notarii fidem juramento proprio facere teneatur. Cognitio autem *, & decisio, an justum fuerit impedimentum, necne, cognitioni sacri concilii reservetur: statuimusque, ut * procurator constitutus per quempiam * Episcopum, Abbatem, Capitulum, Priorem, vel quemcumque alium singularem, qui ad concilia provincialia consueverunt admitti, Episcopi, capituli, conventus, vel Collegii, nec alterius valeat esse procurator *.

** missus per venerabiles fratres nostros Episcopos*
** per Capitulum*
** obtineant*
** victum*
** in sacris conciliis*
** tamen*
** statuentes, quod*
** unum*
** vel alterius esse non valeat procurator*

CAPUT IX.

PETRUS secundus Archiepiscopus in primo concilio celebrato Tarracone.

Prælati, qui ad indictum concilium venire recusarint, quive legitime impediti procuratores non miserint, iis commodis, quæ ex constitutionibus poterunt capi, sive jam editæ sunt, sive postea edentur, privantur, quoad usque Tarraconem venerint, & Archiepiscopo, aut ejus Vicariis satisfecerint: caveturque ne iis, qui in contumacia permanserint, constitutionum opem contra injuriam inferentes petentibus ullatenus ferant vel suffraganei, vel eorum aut Vicarii, aut officiales.

QUia parum prodesset * jura, & constitutiones condere, nisi conditæ diligentius observentur, teneantur *, & executioni debitæ demandentur; idcirco constitutionem editam per bonæ memoriæ (dominum) Rodericum Archiepiscopum ecclesiæ Tarraconensis approbantes, quæ incipit, CUM ALIQUI ABBATES *, eidem constitutioni adjicimus, sacro concilio approbante, quod si Abbates, Priores, & alii Prælati collegiatarum ecclesiarum provinciæ Tarraconensis citati ad provincialia concilia non venerint, legitimo impedimento cessante, vel in illo casu impedimenti procuratores sufficientes non miserint, omni prorsus commodo, & auxilio constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensium tam per prædecessores nostros jam editarum, quam per nos, & successores nostros de cetero edendarum, ipso facto habeantur extorres, donec personaliter Tarraconem venerint, & de contumacia, & inobedientia ad nostri Archiepiscopi, vel nobis absentibus *, nostri Vicarii, vel Officialis arbitrium satisfecerint competenter: præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ venerabilibus suffraganeis nostris, & eorum Vicariis, & Officialibus, ne ad requisitionem prædictorum, neve * ex suo officio, vigore dictarum constitutionum procedant; si præfati, vel eorum aliquis venire, vel, ut præfertur, mittere neglexerit * ad concilia celebranda.

** prodest*
** teneantur*
** quæ incipit, item cum aliqui Abbates, Priores, & alii Prelati, &c. approbantes*
** absente*
** vel etiam*
** neglexerint*

CAPUT X.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Prælatis, qui ad indictum concilium non venerint, aut se legitime excusaverint, præter pænam superioribus constitutionibus decretam, majoribus quidem centum florenorum multa irrogatur, minoribus autem quinquaginta: multæque dimidium fabricæ Tarraconensis ecclesiæ applicatur, reliquum sumptibus concilii addicitur.

QUamvis * per prædecessores nostros provisum * fuerit, (&) statutum, ut Episcopi, & Prælati provinciæ Tarraconensis vocati, venire ad provinciale concilium teneantur sub certis pœnis in antiquis constitutionibus jam contentis: quia (tamen) eorum aliqui excusationem frivolam allegantes, in veniendo sunt desides, ac remissi, sacro approbante concilio ordinamus, ut quicumque Episcopus ad concilium auctoritate ordinaria evocatus non venerit; nisi talem excusationem habuerit, quæ adverata *, medio juramento per procuratorem per eum missum, & ad hoc legitime constitutum, per concilium legitima fuerit reputata ultra alias statuta contra tales, quæ volumus in suo robore permanere, pœnam centum florenorum incurrat: quorum quinquaginta fabricæ Tarraconensis ecclesiæ, alii vero quinquaginta communibus expensis concilii irremissibiliter applicentur. Inferiores (vero) Prælati, (& capellani) qui in talibus fuerint remissi *, & Capitula, in pœnam incidant quinquaginta: qui in duas partes divisi modo simili applicentur.

** Quamquam*
** provide*
** confirmata*
** sic remissi*

CAPUT XI.

IDEM Ennecus in eodem.

In quavis synodo, vel synodo duo procuratores jubentur creari, qui innocentium clericorum, sed tamen vel inopum, vel oppressorum, vel defunctorum causam communibus impensis defendant.

UT injuriæ propulsentur, quæ crescente hominum malitia, personis ecclesiasticis quotidie inferuntur, quia injuriatis offensam, vel

per impotentiam non valentibus, vel per timorem cadentem in constantem virum, prosequi non audentibus, præstatur audacia malefactoribus delinquendi: jubemus, ut in qualibet synodo per nos, vel per nostros suffraganeos celebranda, duo procuratores constituantur, qui in prædictis casibus injurias illatas beneficiatis de diœcesi, vel in sacris ordinibus constitutis, propria culpa cessante: & ubi inops fuerit passus injuriam, vel etiam vita functus, ad cognitionem sui Prælati communibus expensis, pro interesse ordinis clericalis, prosequi teneantur.

CAPUT XII.

Petrus Sagarriga in primo concilio Tarracone celebrato.

In concilium convenientes, pro suo quisque dignitatis gradu, sacerdotalibus insignibus se jubentur ornare.

ORdinamus, sacro approbante concilio, ut de cetero Episcopi venientes ad concilium portent pontificalia sua; & procuratores capas, vel superpellicia, ut decentius interesse possint. Et ponatur in litteris convocationis.

CAPUT XIII.

Hieronymus Cardinalis, & Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Si quando incidet tempus, ut procuratores mittendi sint, non nisi vel Officiales, vel Vicarios generales, vel Canonicos, vel quampiam dignitatem obtinentes, vel certe doctoratus gradu ornatos, modo beneficiati in eadem ecclesia fuerint; & a Capitulis non nisi Canonicos mitti licere præcipitur.

ANtiquam constitutionem declarando hac nova constitutione sancimus, ut nullus Episcopus nostræ provinciæ de cetero, cum ad hoc sacrum concilium convocatus fuerit, & legitimum impedimentum habuerit, propter quod venire personaliter nequiverit, nullos alios constituat procuratores præterquam Officiales, seu Vicarios generales suos, aut aliquem ex Canonicis suæ ecclesiæ, vel in eadem, seu diœcesi sua dignitatem habentes, seu doctores in utroque, seu altero jurium, aut in sacra Theologia magistrum, qui ad minus unum beneficium in illa diœcesi obtineat: quodque nullum ex Capitulis ecclesiarum nostræ provinciæ, syndicum, seu procuratorem constituere possit, nisi unum ex Canonicis illius Capituli, qui de corpore, & collegio eorum existat; cum quilque melius scire possit, quæ in suis Capitulis contingere dignoscuntur. In ceteris vero constitutionem prædictam illæsam remanere volumus.

CAPUT XIV.

Idem in secundo concilio Tarracone celebrato.

Quoties sedes aliqua vacaverit, Capitulum jubetur quempiam de Canonicis designare, qui sedis vacantis nomine conciliis provincialibus, aliisque hujusmodi congregationibus intersit. Et, qui designatus fuerit, æqua merces decernitur, atque iis qui Capitulorum negotia in hujusmodi conventibus gerunt.

FElicis recordationis Joannes Patriarcha Alexandrinus, & Archiepiscopatus Tarraconensis administrator perpetuus, sapienter admodum, & salubriter statuit, decreto concilii illius, quod is secundum celebravit, cujus quidem initium est, QUIA INTERDUM, ut cum ab Episcopis suffraganeis nostris procuratores mitti ad provinciale concilium res cogeret, alii ab iis, qui pro Capituli negotiis missi essent, legerentur; ne quid concilio Tarraconensis ecclesiæ detraheretur auctoritatis; neve ejus quippiam amitteretur in deliberando prudentiæ, quam verisimile est multorum potius, quam paucorum sententiis contineri. Ac ne minus quidem salubriter decrevit Petrus Archiepiscopus in constitutione, cujus initium est, INSUPER, ut Canonicis tum cathedralium ecclesiarum, tum etiam collegiatarum ad concilium provinciale missis; regiasve curias ad Episcoporum, aut Capitulorum negotia gerenda ire jussis, quo tempore iis districti essent, non minus integræ portiones canonicæ darentur, quam si in suis ecclesiis cultui divino interessent. Sapiens videlicet utriusque decretum, & quod ad retinendam sacri concilii Tarraconensis auctoritatem pertinere videatur; sed in quo non satis diserte iis cautum fuerit, qui, sede vacante, pro Episcopis ad concilia provincialia, aut regias curias mittuntur: quippe cum plerique eorum sua fraudati mercede adhuc fuerint. His igitur rebus adducti, & aliis nonnullis communi ecclesiæ, & clericorum utilitati congruentibus, statuimus; ut quoties vacare sedem contigerit, quempiam de Canonicis Capitulum illius designare teneatur, qui sedis vacantis nomine provincialibus conciliis, regiisve curiis, ceterisque hujusmodi congregationibus intersit: ei autem, qui missus fuerit, vel ex hoc tempore de fructibus, & redditibus archiepiscopatus, ac etiam mensæ episcopalis, mercedis tantumdem decernimus, quantum iis constitui solet, qui gerendis Capitulorum negotiis ad provincialia concilia, aliosve conventus mittuntur.

CAPUT XV.

Idem in concilio quinto Tarracone celebrato.

Quæ peccantur contra constitutiones, excepto contemptu, vel consuetudine peccandi; vel nisi divina lege, aut sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ decretis vetentur, in peccatis mortalibus non habenda: sed vel pœnis constitutis plectenda, vel judicis arbitratu. Excommunicationis pœnam Prælatis in aliam commutare licet.

NE permultos peccati laqueis irretiamus, declaramus, eos, qui contra has consti-

tu-

tutiones peccaverint, pœnæ tantum in iis constitutæ, non etiam peccato mortali obnoxios esse: nisi si vel eas contemptu violarint, vel peccandi consuetudine irritas fecerint; vel certe admissa crimina adeo gravia extiterint, ut in peccatis mortalibus vel divina lex, vel sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ decreta habenda censuerint. Quibus vero delictis nulla certa pœna constituitur, ea judicis arbitrio plectenda sunt: permittimusque Prælatis, ut ubicumque excommunicationis pœna infligitur, eam, si visum fuerit, in aliam quampiam commutent. Malumus enim in iis, quorum nostra est animadversio, paulo remissiores videri, quam dum legum severitate delicta vindicare studemus, maximam animarum multitudinem æternæ damnationis periculo obiicere; Deum imitati, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

CAPUT XVI.

Ferdinandus in concilio Barcinonensi.

De conciliis provincialibus.

Cum propter evidentem ecclesiarum utilitatem absentes licite ex constitutione Bonifacii octavi, quæ incipit, Consuetudinem; pro præsentibus, & divinis officiis interessentibus habeantur; ita ut non solum ceteros fructus, atque proventus, sed etiam quotidianas distributiones, & defunctorum anniversaria consequantur: sacri approbatione concilii decernimus, ac declaramus, omnes Episcopos, Abbates, Priores, & alios quoscumque dignitates, canonicatus, vel præbendas, aut quæcumque alia beneficia, vel officia, tam in nostra metropolitana, quam in aliis cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, aut etiam aliis ecclesiis, vel monasteriis obtinentes, qui, vel generaliter, vel specialiter ad hoc sacrum concilium, aut ad alia, quæ, juvante Deo, nostris, aut futuris temporibus, quandocumque celebrari contigerit, vocati sunt, vel fuerint; aut ex rationabili causa ad ea missi fuerint, vel in eis interfuerint; in singulis eorum ecclesiis, vel monasteriis, ubi beneficia prædicta obtinent, omnes fructus, redditus, & proventus, atque etiam distributiones quotidianas, & anniversaria, & alia emolumenta, quæ dum in ecclesia residebant, soliti erant percipere, a die arrepti itineris, usque ad diem reversionis sine ulla fraudatione lucratos fuisse, & ad eos pertinere, eisque restitui debere, si distributi fuerint; aut si non fuerint, eisdem reservari oportere mandamus: contradictores vero, & contumaces canonicis pœnis, atque censuris coercendos esse & compellendos declarantes.

TITULUS III.

DE CONSUETUDINE.

CAPUT I.

Rodericus Archiepiscopus in secundo concilio Ilerdæ celebrato.

Prandia ab iis, qui decimas ferunt, non exigenda: sed neque eorum causa quicquam de decimis subtrahendum: compellendique, ut integre solvant, qui subtraxerint, excommunicationis pœna.

Scriptura sacra, patrumque decreta sanxerunt, a cunctis fidelibus Deo, & ejus ministris decimas integre, & libere esse persolvendas. Habet tamen quorundam abusus, quorum Deus venter est, ut cum decimas * ad granarium ecclesiæ deferunt, sicut debent, comestiones, seu prandia exigant * hac de causa: & quod semel, seu una die possent ad granarium ecclesiæ apportare, per multas vices, multosque dies decimas minutatim deferant *; ut singulis vicibus reficiantur a Rectoribus, & cibentur. Cumque hoc in detrimentum, & deminutionem jurium decimalium non sit dubium redundare, ideo * nos Rodericus permissione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, approbante sacro concilio, hoc fieri prohibemus, consuetudine quavis *, quæ juri divino sit * contraria, non obstante. Si quis vero contra prohibitionem nostram hujusmodi (pecuniam), comestiones, & prandia ex hac causa exegerit, seu propter hoc partem decimæ sobtraxerit, (&) retinuerit, vel retineri fecerit; & monitus per Rectorem infra decem dies non satisfecerit, auctoritate præsentis constitutionis excommunicationis pœna compellatur *.

* decimam
* exigunt
* deferunt
* idcirco
* aliqua
* est
* excommunicationis sententia percellatur.

CAPUT II.

Idem in tertio concilio Ilerdæ celebrato.

Quæ contra jus, & clericalem immunitatem diuturno abusu inoleverunt, tolluntur: plectunturque privati excommunicationis pœna, qui vel cibum exegerint, vel intervertetint decimas; universitates interdicto. Ecclesiastici, qui ad hæc conniveant, comminatione pœnarum canonicarum deterrentur.

In nonnullis Tarraconensis provinciæ diœcesibus, & ecclesiis sic avida gulositas quorundam laicorum animos excæcavit, ut certis anni temporibus parochiani dictarum ecclesiarum ab Abbatibus, Vicariis, seu Rectoribus earundem certa prandia, comestiones, pastus, potationes, seu beuragia exigere quasi ex debito non formident *; & ipsos Rectores, Vicarios, seu Abbates ad ea juxta abusum hujusmodi exhibenda, per subtractionem, & retentionem * decimarum, & aliorum jurium ecclesiasticorum, irreverenter, vel alias inverecunde compellere non vereantur *. Aliqui etiam * ex laicis supradictis una die cujuslibet septimanæ quasi ex debito volunt comedere cum Rectore,

* formidant
* retractionem
* verentur
* autem

Vicario, ſeu Abbate; & ultra comeſtionem habere, & exigere aliquam pecuniam ex * eiſdem; ita per totum anni circulum continue facientes, quouſque omnes parochiani cum eis comederint, & certum quid habuerint ab eiſdem: poſteaque inchoant, & repetunt illud idem. Suntque alii laici ex prædictis, qui ſollemnibus diebus Natalis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, immediate poſt communionem, & receptionem ſacrati corporis Jeſu Chriſti, quod cum humilitate, & devotione recipere tenentur, & aliquibus aliis * anni temporibus quaſi ex debito exigunt improbe ab eccleſiis, Abbatibus, Vicariis, ſeu Rectoribus vinum certum ex abuſu hujuſmodi, vel etiam juxta votum; adeo ut interdum decem, vel quindecim onera in potationibus hujuſmodi expendantur *: propter quæ ingurgitationes, ebrietates, & commeſſationes indebitæ committuntur, & multoties mortes, & vulnera ſunt hactenus ſubſecuta. Quamplurimi inſuper ex laicis etiam * antedictis tempore, quo decimarum, & primitiarum granaria dividuntur, non permittunt per illos, ad quos dictæ decimæ, & primitiæ bladi pertinent, portari libere dictum bladum ſuis propriis animalibus, vel etiam alienis; ut * pro apportaturis præfati bladi [in] duplo, vel triplo [plus] quam alii portarent, neceſſario eis detur. Nonnulli etiam, qui juxta laicorum conſuetudinem, ad horrea eccleſiarum bladum decimatum, & primitiarum deferunt; & die, qua portant, cibantur ab eccleſiis, Vicariis, ſeu Rectoribus earumdem, per multas vices, multoſque dies excogitata malitia deferunt minutatim, quas portare poterant uno * die; ut ſingulis diebus, & * vicibus reficiantur ab ipſis eccleſiis, & earum Rectoribus, ac cibentur; conſtitutione noſtra, quæ incipit, SCRIPTURA SACRA, hoc prohibente *. Alii vero laici, cum ſubſidia ex certis cauſis Portionariis, Vicariis, ſeu clericis (beneficiatis in eccleſiis), ipſorum laicorum conſanguineis, affinibus, ſeu amicis, per locorum Ordinarios vel Nuntios, ſeu Legatos ſedis Apoſtolicæ imponuntur; vel cum ipſis Portionariis, (vel) Vicariis, ſeu clericis beneficatis (in eccleſiis) prælibatis per ipſos Rectores, ſeu Abbates, vel eorum gerentes vices, ex eo quod * ſervitium eccleſiæ non faciunt, ut tenentur: vel alia cauſa licita, juſta, & honeſta interdum ad tempus ſuorum beneficiorum fructus forſitan ſubtrahuntur, ad requiſitionem, ſuaſionem, ſeu nutum hujuſmodi clericorum occulte retinent ſibi decimas, & alia jura eccleſiaſtica: & Portionariis, ſeu clericis memoratis tribuunt: propter quod negligentia dictorum Portionariorum, clericorum, & aliorum circa divinum officium remanet impunita; cum * de alieno ſolvant, quod de [ſuo] proprio ſolvere tenebantur, & dicti laici nihilominus participes ſunt furti *, allegantes omnes prædicti, & ſinguli ad excuſandas excuſationes in peccatis, quod conſuetudines obſervant, atque uſus. Nos igitur volentes ex debito noſtri officii eccleſiarum indemnitatibus providere, ac malitiis, uſurpationibus, & morbis hujuſmodi obviare, ſacro approbante concilio, conſuetudines, obſervationes, atque uſus, corruptelas, & abuſus penitus reputantes, ac etiam judicantes; prædicta omnia, & ſingula deinceps omnino fieri prohibemus: cum non ſit dubium, ea eſſe contra bonos mores, & canonicas ſanctiones, & in gravamen jurium eccleſiarum, & eccleſiaſticæ libertatis. Et (nihilominus) quia parum prodeſt * jura condere, niſi pœna tranſgreſſoribus imponatur, in omnes, & ſingulos laicos, qui prædicta prandia, comeſtiones, ſeu paſtus, potationes, ſeu alia beuragia, & alia prædicta, ſeu aliqua de eiſdem exegerint cum effectu; & qui occaſionibus memoratis, vel aliqua earumdem de decimis, (&) primitiis, & * aliis juribus eccleſiaſticis aliquid ſibi retinuerint ſcienter, vel per alios procuraverint, (ſeu mandaverint) aut conſenſerint retineri, excommunicationis ſententiam promulgamus. In locis vero, in quibus univerſitates in his culpabiles extiterint, ceſſetur penitus a divinis, ſub pœna excommunicationis: Abbatibus, Rectoribus, Vicariis, & aliis eccleſiaſticis perſonis interdicendo, & prohibendo * expreſſe, quod dictis laicis, vel eorum alicui comeſtiones, & paſtus, potationes, & beuragia, vel aliquid aliud ex cauſis, ſeu occaſionibus ſupra dictis non dent nec dari faciant, vel permittant; ſi alias pœnas canonicas voluerint evitare.

Marginal notes: * *ab* — * *in aliquibus* — * *expenduntur* — * *Quamplurimi etiam ex laicis* — * *aut* — * *una* — * *vel* — * *qua hoc prohibet, non obſtante* — * *quia* — * *&* — * *in furto* — * *proficit* — * *vel* — * *interdicentes, & prohibentes*

CAPUT III.

ENNECUS Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Præcipitur, ut liber, quo officiorum juxta uſum cujuſque eccleſiæ contineatur deſcriptio, in choro cathena alligatus habeatur.

QUia per cæremonias, quas * per anni circulum ad Dei laudem, & cultus divini augmentum in eccleſiis cathedralibus, collegiatis, & aliis, ubi eſt ultra numerum duodecim officiantium numerus, obſervare debent eccleſiaſticæ perſonæ *, cum in ſcriptis non appareant, quæ quiſque in qualibet eccleſia facere teneatur, officii divini turbatio, & (frequenter) ſcandala oriuntur, præcipimus, in qualibet dictarum eccleſiarum infra biennium fieri unum librum, qui ſtet in choro eccleſiæ cum cathena, ubi omnia pertinentia ad divinum * officium, ſecundum uſum eccleſiæ, infra annum, & quis illa facere debeat, exacte conſcribatur *.

Marginal notes: * *quæ* — * *obſervantur* — * *dictum* — * *ſerioſius conſcribantur*

CAPUT IV.

DALMATIUS Archiepiſcopus in concilio.

Præter librum, cui Conſueta *nomen eſt, Prælati, & Capitula librum jubentur conficere intra triennium ab edita hac conſtitutione, in quo ratio deſcripta ſit officiorum. Qui ſi id facere neglexerint, majores quidem XXV. librarum pœna plectuntur; inferiores X. librarum: quæ multa fabricis eccleſiarum applicatur.*

PER conſtitutionem bonæ memoriæ (domini) Enneci prædeceſſoris noſtri incipientem,

tem, Quia per cæremonias, fuit ſalubriter ſtatutum, ut in qualibet eccleſiarum cathedralium, collegiatarum, & aliarum ubi eſt ultra numerum duodecim officiantium, fieret unus liber, qui ſtaret in choro eccleſiæ cum cathena, ubi omnia pertinentia ad divinum officium ſecundum uſum eccleſiæ, infra annum; & quis illa facere deberet, exactius ſcriberentur *. Sed quia nulla fuit pœna addita *, executione caruit uſquequaque. Ut itaque qui deſides fuerint in eadem exequenda *, pœnæ formidine arctentur, ſacro approbante concilio, illam innovantes, mandamus Epiſcopis, Capitulis, & aliis, qui eccleſiis præſident memoratis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & pœna etiam infra ſcripta, ut infra tres annos proxime venturos dictæ conſtitutionis ſeriem exequentes, dictum librum ultra libram vocatum Consueta, fieri facere teneantur. Epiſcopi autem, qui negligentes in hoc reperti fuerint, & capitula eccleſiarum cathedralium XXV. librarum, & alii inferiores X. librarum pœnam ipſo facto incurrant, eccleſiarum fabricis * infallibiliter acquirendam.

* ſtrictius fuit ſcripta
* adjecta
* in ea exequendam fuerunt.
* fabrica

TITULUS IV.

DE AUCTORITATE ET USU PALLII.

CAPUT I.

Innocentius papa IV.

Archiepiſcopus Tarraconenſis jure poteſt imperare ut ſibi per univerſam Tarraconenſem provinciam crux præferatur.

INnocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Tarraconenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum pro Chriſto legatione fungaris, natus pro patribus inter alios filios gratiæ filius adoptivus, ac divinorum miniſteriorum diſpenſator fidelis ut illius ſigilli ſigneris ſignaculo, qui te diſpenſatorem, ex injuncta tibi officii cura, conſtituit verbi ſui, & per ſigillum appenſum, & ſuſpenſum legatio pateat manifeſta, quæ ſic Crucifixi nuntium probet exterius ad decorem ut intus ipſius tibi memoriam imprimens ad timorem, ad portanda Crucifixi ſtigmata in tuo corpore te inducat, ut dum judicatum ſubſequeris, ab auditione mala, quam proferet contra malos, judicantem non timeas, tuæ fraternitatis meritis merito provocati, ut eccleſia tua in te recipiat munus gratiæ amplioris; & fructus palmæ tibi aſcendenti in palmam, fiat gutturi tuo dulcis, externo decore internum multipliciter ampliante; quod per totam Tarraconenſem provinciam metropolitico tibi jure ſubjectam, liceat tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, vivificæ Crucis vexillum facere anteferri, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere; vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lugduni XV. Cal. Decembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

CAPUT II.

Petrus primus Archiepiſcopus in ſecundo concilio Valentiæ celebrato.

Vetatur Archiepiſcopus Toletanus crucem jubere ſibi præferri, palliove uti, aut indulgentias concedere in provincia Tarraconenſi. Ubi id faciet, a divinis ceſſandum: ipſe autem excommunicatur.

ITem ſacro approbante concilio, ſtatuimus, quod ſi Toletanus Archiepiſcopus per Tarraconenſem provinciam tranſitum faciens, crucem ante ſe portare * fecerit, vel pallio uſus fuerit, vel indulgentias dederit in noſtra provincia; quæ, ſicut dicitur, fuerunt per eundem * temere alicubi attentata, loca, ad quæ ipſe taliter venerit, & in quibus prædicta attentaverit, quamdiu ibidem fuerit, ceſſent penitus a divinis. Et ne ejus præſumptio remaneat impunita, ſi ſupra dicta in provincia noſtra de cetero commiſerit, auctoritate noſtra, & ſacri concilii ipſum ex nunc, quaſi extunc excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere. Et ſi aliquis litteris indulgentiæ Archiepiſcopi Toletani in noſtra provincia uſus fuerit, tamquam falſarius puniatur.

* portari
* eum

CAPUT III.

Rodericus Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Diœceſanus, qui non vetuerit, quominus Archiepiſcopus Toletanus, aliuſve quiſpiam crucem ſibi præferri jubeat, palliove utatur, aut indulgentias concedat in provincia Tarraconenſi; templi ingreſſu prohibetur, & tamquam falſi criminis obnoxius punitur, qui litteris indulgentiarum ab illis conceſſis uſus fuerit.

ITem ſacro approbante concilio ſtatuimus, quod ſi Toletanus Archiepiſcopus, vel quicumque alius Archiepiſcopus (vel quicumque alius) per Tarraconenſem provinciam tranſitum faciens crucem ante ſe portari fecerit, vel pallio uſus fuerit, vel indulgentias dederit; quæ ſicut dicitur, fuerunt per aliquos temere attentata; ſi diœceſanus, in cujus diœceſi talia committentur, non ſe oppoſuerit, & hæc non inhibuerit, ut melius poterit *, ſit ab ingreſſu eccleſiæ eo ipſo ſuſpenſus. Et ſi aliquis litteris indulgentiæ aliquorum Archiepiſcoporum in noſtra provincia uſus fuerit, tamquam falſarius puniatur.

* quantum poterit bono modo,

TI-

TITULUS V.

DE RENUNTIATIONE.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiscopus in septimo concilio Tarracone celebrato.

Statuitur, renuntiationes, & collationes beneficiorum publicari debere infra tempus a die vacationis conferendis beneficiis constitutum; alioqui non valere ejusmodi collationem: & ejus tantum collationis potestate eum carere, qui non publicarit, eamque ad superiorem devolvi.

ITem cum occulta donatio suspicione non careat juxta canonicas sanctiones, sacro approbante concilio * donationes occultas de dignitatibus, personatibus, rectoriis, præbendis, seu portionibus, & aliis omnibus administrationibus, ministeriis, officiis, & beneficiis ecclesiasticis, quocumque nomine censeantur, fieri prohibemus: statuentes, ut tam donator, quam donatarius donationem (recipiens) factam intra tempus de conferendis beneficiis a canonibus definitum (&) a vacationis tempore computandum, taliter studeant publicare, ut appareat, cui donaverit, & quo tempore sit donatum. Aliter quidem facta donatio ipso jure non valeat, nec alicui competat actio, vel defensio ex eadem. Sane donator, qui contra hoc statutum venerit, conferendi potestate careat ea vice, & ad alios secundum Lateranensis statuta concilii hujusmodi collatio devolvatur.

* *sacri approbatione concilii*

TITULUS VI.

DE ÆTATE, QUALITATE ET ORDINE PRÆFICIENDORUM.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Legatus Apostolicus in concilio Ilerdensi.

Beneficiati, quibus non inepta ætas est ad litteras discendas, subtractione beneficiorum, eas ut discant, cogendi, quoad Latine loqui sciant. Discendis triennium conceditur; & toto eo tempore integra fructum perceptio indulgetur. Beneficiis tamen suspenduntur, quibus id temporis sine profectu abierit. Grammatices non studiosis tonsura minime conferenda: sed neque ad sacrum admittendi gradum, qui loqui Latine nesciant.

STatuimus (quoque) ut omnes beneficiati, & promovendi in ecclesiis parochialibus, qui Latinis verbis loqui nesciunt, exceptis illis de quorum profectu propter ætatem non est sperandum, in studio ab Episcopo, & Archidiacono loci, ubi tale jus consuevit habere Archidiaconus, per subtractionem beneficiorum, quoad usque * Latinis verbis loqui sciant, addiscere compellantur. Illis autem, qui studere in Grammatica, & proficere voluerint, misericorditer indulgemus, ut beneficia sua integre in scholis habeant a proximo festo sancti Joannis, usque ad triennium, ac si in suis ecclesiis deservirent: proviso tamen ne ecclesia eorum remaneat debito servitio desolata. Qui vero infra hunc terminum non tantum proficere curaverit, ut Latinis verbis loqui sciat *, quia suam (juvare, vel) vincere neglexerit ignorantiam; donec talem negligentiam per subsequens studium correxerit, beneficio suspendatur eodem. Et quoniam multi affectant clericalem characterem, ut libertatem ecclesiasticam, vel beneficium assequantur, & tamen addiscere negligunt; præcipimus, ut a talibus tonsurandis caveatur attente: præsertim in illis locis in quibus obtenta prima tonsura, ratione natalis soli sibi in ecclesia vindicant portionem. Ad sacrum autem gradum nullus clericus sæcularis promoveatur, qui Latinis verbis loqui nesciat.

* *quousque*

* *quod Latinis sciat verbis loqui*

CAPUT II.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Qui Latine nesciunt, ad ordines non admittendi: tametsi dispensatione non interdicuntur Episcopi, quatenus a jure permittitur.

QUoniam illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi, qui moribus, ætate, scientia pollere noscuntur; statuimus, ac prohibemus *, ne ad sacros ordines promoveantur, nisi personæ, quæ Grammaticam sciant, seu Latinis verbis loqui valeant competenter. Illi vero, ad quos ratione dignitatum, vel personatuum, quos obtinent, competit examinare clericos, & ad (omnes) ordines præsentare, propensius caveant, si hujusmodi cupiunt honore gaudere; ne defectum super hoc patientes, scienter ad ordines audeant præsentare. Potestatem autem dispensandi super his, ex causa, & quatenus a jure permittitur, per hoc non intendimus Episcopis interdictam.

* *prohibentes*

CAPUT III.

Arnaldus Archiepiscopus in secundo concilio Tarraconensis.

Tonsura non conferenda nisi iis, quos verisimile sit, ad sacros ordines promoveri in animo habere. In clericos nocentes, ne impunitate confisi privilegium clericale allegent, severe animadversendum.

PRima tonsura nemini conferatur, de quo non sit verisimile, quod intendat ad sacros ordines promoveri. Episcopi vero, & eorum Officiales taliter punire studeant clericos criminosos, ne aliquis prætextu impunitatis alleget privilegium clericale.

CA-

CAPUT IV.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio.

Canonici ecclesiæ cathedralis infra annum a die adeptæ possessionis pacificæ, nisi si ætas, aliudve impedierit, ad sacros ordines jubentur promoveri, saltem subdiaconatus: alioqui canonia privati censentur.

GRandia damna, & pericula, quæ ecclesiis, [&] monasteriis, ac * aliis piis locis, Prælatis, & personis ecclesiasticis obvenerunt hactenus, ac in præsentiarum obveniunt in provincia Tarraconensi diabolica instigatione quorundam, qui de Christi patrimonio sublimati, detestantes adscribi militiæ clericali, ponentes ad aratrum manum, respicientes retro vitam elegerunt ducere laicalem, tollere affectantes: sacro approbante concilio statuimus; ut quicumque de cetero in Canonicum cathedralis ecclesiæ assumptus fuerit, ne a statu retrocedere valeat clericali, infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ computandum, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri: alias extunc canonia, quam adeptus fuerit, sit ipso facto privatus, alii per illos, ad quos collatio pertinuerit, libere conferenda.

* &

CAPUT V.

IDEM in tertio concilio.

Infra annum a promulgata in ecclesiis cathedralibus hac constitutione, Canonici, & presbyteri de Capitulo, qui canonicatum ante hoc tempus pacifice integrum annum possederint, ad subdiaconatum saltem curare jubentur promoveri, si nihil vel ætas, vel quippiam aliud impedierit: si non fecerint, præbendis, & beneficiis privati habentur, quæ eorum ratione obtinebunt.

CUm nuper in sacro concilio, quod continuando celebramus *, ordinaverimus, quod quicumque in Canonicum * ecclesiæ cathedralis assumptus fuerit, infra annum a die pacificæ * possessionis computandum, postquam ad ætatem legitimam pervenerit, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri; alias canonia, quam adeptus fuerit, sit privatus ipso facto, alii per illos, ad quos collatio pertinet, libere conferenda: cumque ante dictam constitutionem nonnulli fuerint, & sint Canonici cathedralium ecclesiarum, & in ipsorum canonicatuum pacifica possessione, qui saltem ad ordinem subdiaconatus, cessante legitimo impedimento, non se fecerunt * promoveri; ideo eodem concilio approbante, prædictam constitutionem ad illos extendentes sancimus; ut præfati canonici, & presbyteri de Capitulo, qui * ætatem legitimam habent, infra annum a die præsentis constitutionis publicatæ *, quam etiam volumus in ecclesiis cathedralibus publicari, cum * ætatem legitimam habuerint, extunc infra annum immediate computandum se faciant, cessante legitimo impedimento, promoveri, saltem ad ordinem subdiaconatus: alioqui eo ipso canonicatibus, & præbendis, quas obtinent, & beneficiis (etiam), quæ obtinent in dictis ecclesiis, [&] quæ obtinere non possent, nisi essent Canonici præbendati, sint privati: quæ aliis conferantur * per illos, ad quos pertinet collatio eorundem.

* celebravimus
* canonicatum
* adepta
* fecerint
* si
* publicationis
* fieri in dictis ecclesiis cathedralibus vel cum
* conferendis

CAPUT VI.

ENNECUS Archiepiscopus in concilio secundo Tarracone celebrato.

Illi, qui vel ad sacros ordines promoti fuerint, vel ordinem regularem professi, ad provinciale concilium, ut procuratores tantum admittendi.

CUM nullus in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis sæcularibus, vel regularibus vocem habeat in Capitulo, etiam si hoc ab aliis libere concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus; de consensu sacri concilii duximus statuendum, ut nullus de cetero admittatur ad provinciale concilium *, ut procurator Capituli, vel alterius personæ, qui in dicto concilio habeat interesse, nisi in sacris ordinibus constitutus, vel ordinem regularem fuerit expresse professus.

* in provinciali concilio

CAPUT VII.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

Canonicis, & presbyteris de Capitulo, qui superiores constitutiones pro irritis habuerunt, quibus cogebantur infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ ad sacros ordines, subdiaconatum saltem promoveri, si nihil ætas, aliudve impediret, tanquam jure ipso privatis fructuum annuorum perceptio adimitur, nisi dispensationem sufficientem attulerint. Qui hanc constitutionem violarint, sunt excommunicati.

CUM per constitutiones bonæ memoriæ domini Petri prædecessoris nostri incipientes, GRANOIA, & CUM NUPER *, salubriter sit provisum, ut Canonici, & presbyteri de Capitulo ecclesiarum cathedralium nostræ provinciæ Tarraconensis, ne a statu retrocedere valeant clericali, infra annum a die pacificæ possessionis adeptæ computandum, postquam ad legitimam ætatem pervenerint, ad ordinem subdiaconatus saltem, legitimo impedimento cessante, se faciant promoveri: alias extunc canonicatibus *, & beneficiis, (quas, vel) quæ in eisdem ecclesiis obtinent, & quæ obtinere non possent, nisi essent Canonici præbendati, sint ipso facto privati: & * cum lapso hujusmodi anno iidem Canonici, & presbyteri de capitulo sic privati, in suis canonicatibus, & præbendis, ac beneficiis * tolerentur, fructusque suarum præbendarum, & beneficiorum eisdem integraliter ministrentur, in eorum grave pe-

* Cum nuper in sacro concilio &c.
* canoniis
* Verum
* in eorum canoniis, præbendis, & beneficiis

periculum animarum; idcirco ſuper his providere volentes, præfatas conſtitutiones renovando, & exequendo, eiſdem ſacri approbatione concilii * adjicimus; quatenus lapſo hujuſmodi anno, eiſdem Canonicis, & presbyteris de Capitulo, ut præmittitur, non promotis & ſic vigore dictarum conſtitutionum ipſo jure privatis, diſpenſatione ſufficienti per eoſdem ſuper hoc non oſtenſa de fructibus, redditibus, & proventibus ſuarum præbendarum, & beneficiorum prædictorum, per illos, ad quos pertinet, & ſpectat, nullatenus reſpondeatur, declaratione alia minime expectata: alioqui contrarium facientes, ſententiam excommunicationis incurrere volumus ipſo facto.

* ſacro approbante concilio

CAPUT VIII.

Petrus de Fuxo Cardinalis, apoſtolicæ ſedis Legatus in concilio Dertuſenſi.

In clericis ad ſacros ordines promovendis examinanda ætas, mores, & litteræ; ſervandaque ea, quæ a ſacris canonibus, conſtitutionibus, ac ſynodis ſuper his decreta ſunt. Sacerdotes, de quorum inſcitia rumor delatus fuerit, quoad profecerint, munere ſacerdotali ſuſpendendi. Epiſcopi, & Capitula moneantur gymnaſiorum litterariorum curam gerere.

Nihil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat quam indecens promotio indignorum. Nam cum * indignis ad ſacros ordines patet aſcenſus, inordinata creſcit ambitio; & proficiendi in ſcientia cura, & ſtudium amputatur; & eccleſiaſtici ordinis dignitas deducitur in contemptu. Univerſos igitur Epiſcopos, ſub obteſtatione divini judicii commonemus; ut unuſquiſque tamquam ſervus fidelis, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam [ſic] fideliter, & prudenter attendat, cui divina ſacramenta committat; ne, ſi ultra debitam menſuram alicui credat, aut infidelitatis, ſi ſcienter; aut imprudentiæ, ſi ignoranter, in diſtricto judicio valeat culpa notari. Sed promovendi ad ſacros ordines de ætate, qualitate, moribus, & ſcientia debito ſubjiciantur examini: & circa eos, quæ a ſacris canonibus, conſtitutione domini Sabinenſis, & conſtitutionibus provincialibus, & ſynodalibus, & noſtra etiam ſtatuta ſunt, tenaciter obſerventur: nec, ſub ſpe futuri profectus, aliquis ordinetur, niſi actualiter tempore promotionis reperiatur idoneus. Sane quia aliqui proprii Prælati notitiam fugiendo *, vel aliis exquiſitis (coloribus, &) modis minus idonei, immo penitus illitterati ſacerdotale officium ambierunt, omnibus eccleſiarum Prælatis injungimus, eorum conſcientias onerando, ut, ſi de aliquorum inſufficientia eorum aures notabilis fama pulſaverit *, tales examinationi ſubjiciant: &, ſi eos ſic inſufficientes reperiant, ab officii ſacerdotalis executione ſuſpendant, uſquequo per ſtudii exercitium debitam ſufficientiam fuerint allecuti. Ceterum ut addiſcendi *, & proficiendi in ſcientia opportunitas talis conferatur, eccleſiarum Prælatos, & Capitula propenſius exhortamur; ut circa reformandas, & conſervandas ſcholas artium ſolerter, ac diligenter intendant: ut tales in ſcholis clerici nutriantur, qui merito idonei fieri valeant ſacerdotes.

* dum
* fugientes
* pulſabit
* adiiciendi

TITULUS VII.

DE SACRA UNCTIONE.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiſcopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Sacramentum extremæ unctionis gratis conferendum; a cathedralibus eccleſiis quotannis olea petenda.

Item ſacramentum extremæ unctionis petentibus libere, & ſine pecunia a ſacerdotibus miniſtretur: & ſingulis annis clerici ampullam deferant, in qua oleum recipiant infirmorum, quando eis chriſma, & cathecumenorum oleum tribuetur: conſuetudine quavis * non obſtante.

* aliqua

TITULUS VIII.

DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS, VEL NON.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Legatus Apoſtolicus in concilio Ilerdenſi.

Soboles clericorum, velut ſpuria, in bonis paternis prohibetur ſuccedere, & ad tonſuram admitti. Eſt pars conſtitutionis incip. Ad extirpandam.

Soboles quoque clericorum, poſt hoc concilium, de concubina ſuſcepta *, in bonis paternis jure hereditario, ſecundum Decretalem domini Honorii, non ſuccedat *: & ad primam tonſuram velut ſpuria * nullatenus admittatur *: quæ omnis beneficii, & privilegii clericalis expers exiſtit *.

* de concubinis ſuſceptæ
* ſuccedant:
* ſpurii
* admittantur
* quatenus omni beneficio, & privilegio clericali expertes exiſtant. al. ſed pro quatenus

CAPUT II.

Arnaldus Archiepiſcopus in ſecundo concilio.

Presbyter cum (ſuo) proprio filio ſpurio Miſſam non audeat celebrare.

CAPUT III.

Petrus ſecundus Archiepiſcopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Dimidium bonorum, quæ ex beneficiis parta fuerint, eccleſiæ, unde profecta ſunt, acquiritur, ſi in prolem illegitimam ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam tranſlata fuerint: reliquum Ordinario.

Quia bona, quæ ab eccleſiaſticis beneficiis habentur, per Rectores, ſeu adminiſtratores

tores beneficiorum debent in utilitatem eorundem beneficiorum, & non profanis usibus applicari, & iis * quamplurimi abutuntur; ideo * sacro approbante concilio statuimus, ut de cetero nulla persona ecclesiastica beneficiata cujuscumque status, dignitatis, gradus, ordinis, religionis, vel condicionis existat, habens prolem illegitimam eidem proli terras, possessiones, honores, seu alia jura [suorum] beneficiorum audeat stabilire, seu io emphyteusin concedere: nec eidem proli aliquid io vita, vel in morte, seo testamento de pecunia, seu (de) aliis bonis, quæ a dictis suis beneficiis acquisivit *, per se, vel interpositam personam, vel alio quæsito colore donare, concedere, seu legare, dari, seu legari faciat *. Alias quidquid tali proli fuerit, ut præfertur, in vita, vel in morte datum, seu relictum, medietas in ornamenta * beneficii, seu beneficiorum ipsius donantis, seu relinquentis erogetur: & reliqua medietas ejus Ordinario applicetur.

* & in his abutantur; sacro

* acquisiverit

* facere

* ornamentis

TITULUS IX.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORUM MANUMISSIONE.

CAPUT I.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Moneantur Episcopi, ante promotionem ad sacros ordines edicere, sibi in animo non esse eos promovere, qui sunt de redemptione: qui si se obtulerint, prius domino suo sufficienter caveant de jure ad eum pertinenti.

CUM jori sit consonum, ot quilibet in suis junbus foveatur, & factum unius alteri nocere non debeat, eodem approbante concilio statuimus, & ordinamus; ut quilibet Episcopus, cum clericales tonsuras, vel alios ordines in aliqua civitate, villa, vel castro duxerit (conferendas, &) conferendos, habeat in principio proponere edictum per se, vel (per) alium loco sui; quod ipse Episcopus non intendit promovere ad dictam clericalem tonsuram, vel alios ordines; nec admittere aliquem de redemptione, existentem alicujus domini ecclesiastici vel laici temporalis. Et si aliquis de redemptione apparuerit, qui velit dicta clericali tonsura, vel aliis ordinibus insigniri, si sui juris fuerit, vel ejus pater, tutor, vel curator, vel alius pro eo, ante habeat præstare cautionem idoneam, [&] cum juramento in posse dicti (domini) Episcopi, quod conveniet cum domino suo de jure competenti eidem domino ratione redemptionis; si, & quando ipsi domino placuerit. De qua protestatione, & cautione habeat fieri scriptura in libro, vel registro ordinum ipsius Episcopi, in * memoriam rei gestæ.

* ad

TITULUS X.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

CAPUT I.

HIERONYMUS Cardinalis, & Archiepiscopus in concilio quinto Tarracone celebrato.

Clericos peregrinos ad publica sacerdotalia munera non admittendos, nisi & ordinum, ad quos promoti fuerint, & famæ, vitæque litteras superioris sui testimonium exhibuerint: ad privata posse, litteris suorum Ordinariorum exhibitis. Familiares magnatum, auctoritate eorum munitos, non impediendos, quominus Missas celebrent.

CLerici alienæ diœcesis, & præsertim alienæ nationis non sunt recipiendi, nec admittendi ad Missarum solemnia publice celebranda, nec ad curæ animarum regimen, vel aliquod sacerdotale officium sine litteris suorum ordinum, & etiam litteris testimonialibus sui Prælati perhibentibus testimonium vitæ, famæ, & conversationis honestæ. Et, si fieri possit, testes adhibendi, qui de notione hominis, & qualitatibus prædictis testimonium perhibeant veritati. Ad Missas vero privatas, & secretas, cum solitis litteris suorum Ordinariorum admitti poterunt, prævio in omnibus legitimo examine. Familiares vero magnatum, cum eorum auctoritate muniantur, non impediantur Missas celebrare.

TITULUS XI.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in conc. Ilerdensi.

Archipresbyteratum nemini concedi debere sub aliqua pensione.

CUM archipresbyteratus spiritualem jurisdictionem habeat *, districte * prohibemus; ne archipresbyteratus sub aliqua pensione terminum alicui concedatur.

* habeant
* districtius

TITULUS XII.

DE OFFICIO VICARII, ET SALARIIS OFFICIALIS, ET JURE SIGILLI.

CAPUT I.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Sancitur, ne in provincia Tarraconensi Vicarii, officiales principales, vel foranei creentur, nisi de regnis Aragonum, Valentiæ Balearium insularum, & principatu Cathaloniæ: externi autem non nisi re ipsa Canonici fuerint, aut de Capitulo regnorum supra memoratorum Vicarii, aut Officiales principales fiant: foranei autem non, nisi qui saltem beneficiati fuerint. Si secus factum sit, Vicariis, Officialibus principalibus, ac foraneis non parendum; irritaque habenda quæcumque censuerint.

ARchiepiscopalis apicis nos cura iovigilare impellit, ut quæ in * ecclesiis nostræ pro-

* quod in

provinciæ, non abſque miniſtrorum diſpendio & divini cultus detrimento, & omiſſione juſtitiæ, quæ ſummum bonum eſt in rebus, fieri viderimus, appoſitione opportuni remedii, quantum cum Deo poterimus, ſuccurramus. (Cum itaque) a longis citra temporibus ad noſtrum auditum multorum perduxit * relatio fide digna, quod nonnulli Vicarii, ſeu * Officiales venerabilium ſuffraganeorum noſtrorum abſentium extraneæ * nationis plura damna eccleſiis inferant, crimina impunita relinquant; quinimmo paſſim recepta pecunia abſolutiones facinoroſis hominibus faciant: qui eſſent ſuis demeritis exigentibus corporali perpetua, vel temporali pœna plectendi: defunctorum pias voluntates ultimas infringant *, deſtituendo beneficia [ab ipſis defunctis], pro animarum ſuarum ſalute, de bonis a Deo ſibi * collatis maximis laboribus inſtituta: dictorum defunctorum bona, quæ ex ipſorum pia largitione deberent perſonis religioſis, mendicantibus, vel aliis * Chriſti pauperibus erogari, imburſare conentur *: & recepta pecunia abſolutiones, & quitationes faciant executoribus eorundem, ut de aliis taceamus; quærentes quæ ſua ſunt, potius quam Chriſti. Ex quibus primum perit juſtitia, propter quod Deus offenditur; jus partium læditur; delinquendi præparatur occaſio: cum facilitas veniæ incenſivum * tribuat delinquendi; divinus cultus minuitur, propter beneficia ſic contra conſcientiam deſtituta. Alii *, qui forſan beneficia inſtituere cupiebant, ab inſtitutionibus hujuſmodi retrahuntur, [quæ quidem] deſtituentes ad gehennam ædificant; & defunctorum animæ, qui propter beneficia inſtituta ſperabant per Miſſas, & orationes, ſeu ſacrificia ſacerdotum, quos in beneficiis inſtituerant, per Dei clementiam a pœnis purgatorii eripi, impediuntur, quod dolentes referimus, ad cæleſtem patriam convolare. Nos igitur Archiepiſcopus prælibatus tot, & tam * nefandis malis, ac periculis obviare volentes, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ſacro concilio approbante, quod de cetero [nec] nos, nec venerabiles fratres noſtri Epiſcopi provinciæ Tarraconenſis, qui nunc ſunt, & * qui pro tempore fuerint, Vicarios, [vel] in ſpiritualibus, vel * temporalibus, Officiales ve * principales, vel foraneos teneamus, nec teneant in diœceſibus nobis, & eis creditis extraneæ * nationis, ſed de regnis Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, vel de principatu Cathaloniæ dumtaxat; niſi extranei conſtituti Vicarii, vel Officiales principales eſſent canonici realiter præbendati, vel de capitulo eccleſiarum cathedralium principatus, & regnorum prædictorum & Officiales foranei eſſent beneficiati in eiſdem. Quod ſi ſecus factum fuerit, ſeu attentatum, ſubditi non teneantur talibus Vicariis, ſeu Officialibus in aliquo obedire: immo ſi de facto dicti Vicarii, ſeu Officiales procederent contra quemquam, ſeu juriſdictione aliqua uterentur; ſententiæ, & proceſſus per eos facti ſint * ipſo facto invalidi, irriti, & inanes.

Margin: * *producentis* · * *&* · * *extera* · * *infringunt* · * *eis* · * *aliis* · * *conantur* · * *incentivum* · * *Et illi* · * *tantis* · * *vel* · * *&* · * *nec Officiales* · * *exteræ* · * *ſunt*

CAPUT II.

Idem in eodem.

Statuitur pro jure ſigilli, decretis, ac ſcripturis non plus exigi pecuniæ debere, quam ſuperioribus temporibus exigi ſolitum fuerit ab Archiepiſcopo Tarraconenſi, Valentino, Dertuſenſi, Ilerdenſi, Barcinonenſi, Gerundenſi, Urgellenſi, Vicenſi Epiſcopis.

LOqui veremur, & tacere non expedit ea, quæ noſtris auribus nuntiarunt fide digni relatus. A tempore enim [peſtilentiæ, &] mortalitatis præteritæ, quo eccleſiæ plurimæ * cathedrales noſtræ provinciæ fuere * paſtorum ſolatio deſtitutæ, licet ad eas Prælati præfecti fuerint, in quibuſdam tamen ejuſdem provinciæ eccleſiis, de quo dolendum eſt, Prælati minime reſederunt, nec hodie reſident; propter quod eccleſiarum detrahitur commodis, & honori: quæ carentes deſenſorum auxilio in juribus ſuis, & libertatibus multipliciter opprimuntur, animarum cura negligitur, & vitiorum ſentibus * fomentum periculoſe præbetur. Vicarii enim, Officiales, Procuratores, & Theſaurarii eorundem emolumenta provenientia ex jure ſigilli curiæ eorundem ultra morem ſolitum diverſi exquiſitis coloribus augmentarunt: quod in gregum eis creditorum præjudicium, & jacturam, ad ambitionis, & avaritiæ improperium, dictis Prælatis hæc forſitan ignorantibus, noſcitur redundare *. Non igitur prædictus Archiepiſcopus approbatione ſacri concilii ſtatuimus, quod nos, ſeu venerabiles fratres noſtri Epiſcopi, Vicarii, Officiales, Procuratores, Thaſaurarii, aut * alii quocumque nomine nuncupentur, pro jure ſigilli noſtræ curiæ, ſeu curiæ epiſcopalis, Vicariorum, ſeu Officialatus ejuſdem plus non exigant pro jure ſigilli, & collationibus beneficiorum, quam reverendus dominus bonæ memoriæ Arnaldus Tarraconenſis Archiepiſcopus, ultimus prædeceſſor * noſter, venerabiles bonæ memoriæ fratres noſtri Hugo Valentinus, Jacobus Dertuſenſis, & Ilerdenſis, Ferrarius Barcinonenſis, Arnaldus Gerundenſis, Nicolaus Urgellenſis, [& Hugo Vicenſis] Epiſcopi conſueverunt recipere. Quod ſi ſecus actum fuerit, nos, & Epiſcopi illis *, a quibus ultra exactum fuerit, reſtituere teneamur, remiſſione quacumque nobis, nec ipſis facta ullatenus * profutura. Et eundem modum habeant obſervare * Officiales, qui nunc ſunt, quem Officiales prædictorum obſervarunt in recipienda pecunia pro decretis, & notarii pro ſcripturis. Et niſi fecerint, reſtitutioni prædictæ * ſe noverint ſubjacere.

Margin: * *plures* · * *fuerunt* · * *ſenſibus* · * *& jacturam, & avaritiæ Prælatis hæc forſitan ignorantibus ad ambitionis, & avaritiæ improperium noſcitur redundare.* · * *&* · * *præceſſor* · * *ipſi* · * *nullatenus* · * *ſervare* · * *ſupradictæ*

CA-

CAPUT III.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio secundo Tarracone celebrato.

Judices ecclesiastici, qui jubentur sine ulla mercede jus dicere, in fraudem causas committere, vel patrocinari vetantur: quorum ob alterum excommunicationis pœnam incurrunt, ob alterum munere, quo funguntur, ac similibus, ut inhabiles privati censentur.

FRaudes commissas hactenus de medio * extirpare, ac committendas in posterum præscindere, quantum (cum) Deo auctore poterimus satagentes, præsenti constitutione perpetuo valitura statuimus, ut nulli Vicarii generales, Officiales principales nostri *, vel venerabilium suffraganeorum nostrorum causas, quas jure ordinario, & gratis sine * ullo salario tenentur decidere, in fraudem partium, vel aliorum, quorum interest, delegent *. Quod si secus egerint *, ipso facto excommunicationis se noverint * sententiam incurrisse. Prohibemus * insuper, ne in causis prædictis, posito quod juste possent eas committere, pro neutra partium officium advocationis assumant. Quod si fecerint, officio, cui tunc præsidebunt, cum infamia, ultra juris pœnas contra tales editas, perpetuo sint privati, & effecti inabiles ad alia officia similia obtinenda.

** judicio*
** sancimus, ut nullus Vicarius generalis, Officiales principales noster,*
** absque*
** deleget*
** egerit*
** excommunicationis se noverit*
** prohibentes*

CAPUT IV.

IDEM in eodem.

Statuitur, Decanos foraneos, Procuratoresve fiscales non nisi presbyteros, aut certe tonsuratos, quos ad sacros ordines verisimile sit promotum iri, legi posse: alioqui eorum acta viribus carere.

QUia non decet causas ecclesiasticas per personas laicas pertractari, statuimus, ut in curiis nostris, & * suffraganeorum nostrorum non constituantur, seu ponantur; vel sint de cetero Decani (Officiales) foranei, Procuratores fiscales, nisi presbyteri, vel saltem (simpliciter) tonsurati: de quibus verisimiliter præsumatur, quod debeant ad sacros ordines promoveri. Quod si secus actum, seu ordinatum exstiterit, processus, qui cum prædictis fient, ipso facto, absque exceptionis ope, careant viribus, & effectu.

** nisi in curiis nostris, vel*

CAPUT V.

PETRUS Sagarriga Archiepiscopus in concilio.

Sancitur Vicarios, & Officiales principales in sacris ordinibus esse oportere: eorum autem, qui in sacris non fuerint ordinibus, acta omnia ipso jure nulla esse.

HOC consultissimo prohibemus edicto, sacri approbatione concilii, præteritis moniti exemplis, quod neque nos, neque suffraganei nostri Vicarios, vel Officiales principales, nisi in sacris fuerint ordinibus constituti, in nostris diœcesibus, & suis, ullatenus * teneamus. Et si contrarium fiat, omnes actus, qui per dictos Vicarios, & Officiales in sacris, ut prædicitur, non promotos, inde fient, sint ipso jure nulli.

** in nostri, & eorum diœcesibus nullatenus, al. in nostra*

CAPUT VI.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

Idem statuitur.

PErpetuo ordinamus edicto, Vicarios generales, aut principales Officiales diœcesanorum, seu ordinariorum ecclesiasticorum esse debere in sacris ordinibus constitutos: decernentes omnes actus Vicarii, aut principalis Officialis non constituti in sacris ordinibus, si quos contigerit de cetero actitari, nullius esse roboris, ac * valoris.

** aut*

TITULUS XIII.

DE OFFICIO, ET POTESTATE JUDICIS DELEGATI.

CAPUT I.

IDEM Petrus in eodem.

Delegati Apostolici jubentur primæ citationi delegationis tenorem integrum inserere, potestatisque suæ limites minime transilire.

ETsi Apostolicæ sedis providentia circumspecta salubriter studuit * providere, ut talibus personis Conservatoris, & Delegati officia committerentur *, de quibus verisimiliter sperari posset *, quod sic injuncti sibi officii vires expedirent, ut * potestatis sibi * traditæ limites non excederent, experientia tamen rerum magistra docente comperimus, ex multorum talium abusibus * sæpe grandia (fore) illata discrimina: censura ecclesiastica injuste ligando, ac denuntiando ipsius censuræ sententia innodatos, pluraque enormia perpetrando in perniciem ecclesiarum, & scandalum plurimorum. Nolentes igitur sedis Apostolicæ auctoritatem per actus indiscretos, & improbos quorundam Conservatorum, vel delegatorum ipsorum Executorum, vel Subexecutorum, quasi tenebrosi fumi caligine obfuscari, sed eorum ausus temerarios reprimere cupientes, præsentis tenore in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate, qua fungimur, districtæ præcipiendo mandamus eisdem, ne ultra limites traditæ potestatis aliquid facere, seu attentare præsumant; cum enucleati juris existat, potestatem eis concessam excedentes velut privatos debere, & quidem merito * reputari; & sit justum contra non servantes traditam eis formam, jura, & ipsorum ministros taliter insurgere, ut effrænara audacia debita justitia compescatur. Et ut omnis fraudis, & figmenti materia penitus evitetur, in primis litteris, quæ ab aliquo Conservatore, vel Judice delegato, Executore, vel ab eis gerentibus vices in causa aliqua emanaverint, tenor suæ commissionis integraliter inseratur.

** studuerit*
** committantur.*
** speretur*
** expedient quod*
** eis*
** abusu*
** debere, & merito*

TITULUS XIV.

DE OFFICIO ORDINARII.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Præcipitur, ut Ordinarii gratis jus dicant; notarii moderata mercede contenti sint.

PRæcipimus, ut * Episcopi, vel officiales eorum, & alii clerici ordinariam jurisdictionem habentes, gratis causas examinent, (&) sententias (sponte) proferant, nullam inde pecuniam * recipientes * salvo eo, quod pro justitia, ratione dominationis debetur. Notarii * aut m pret um recipiant * pro labore scripturæ temperatum.

** Item præcipimus, quod* — ** recepturi* — ** Notarius* — ** recipiat*

CAPUT II.

Rodericus Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Cavetur, ne Prælati inferiores quemquam ad sacros ordines aliis Episcopis præsentent, neve de causis matrimonialibus cognoscant: prohibenturque Episcopi, eos ad sacros ordines admittere, quos illi præsentaverint, nisi si privilegio Apostolico licuerit. Quæ decreta contra eos, qui sibi Episcoporum partes vindicant, acerrime observari jubentur.

ITem cum nonnulli Abbates, & Prælati provinciæ Tarraconensis usurpando jurisdictionem Episcoporum, provinciæ Tarraconensis clericos ordinandos præsentent per suas literas aliis Episcopis, [ipsorum] Episcoporum, ad quos pertinet dictorum clericorum ordinatio, licentia minime requisita, cognoscant etiam vel cognosci faciant de causis matrimonialibus in civitatibus, & diœcesibus prædictorum Episcoporum, & alias usurpent ipsorum Episcoporum jurisdictionem, aliaque faciant, quæ ad ordinem pontificalem pertinere noscuntur, mandamus universis Episcopis suffraganeis nostris, quod ad præsentationem dictorum Abbatum vel inferiorum Prælatorum nullum clericum ordinent; donec fidem fecerint, quod ex privilegio sedis Apostolicæ hoc sibi specialiter sit indultum: & quod sententias excommunicationis per ipsos Episcopos, vel eorum Officiales latas, & ferendas contra impedientes, & usurpantes jurisdictionem Episcoporum ipsorum observent, & faciant inviolabiliter observari.

CAPUT III.

Sanctius Archiepiscopus in quarto concilio Tarraconensi.

Qui admisso aliquo delicto, ut sibi impune sit, alio profugerunt, a suo judice revocati, & ad pœnam expediti remitti debent, nisi si in nomine malevolentiæ suspectus judex fuerit, aut alio de crimine ab eo judice, a quo detinetur reus, auxilio habeatur. Qui judices secus fecerint, commodis constitutionum privantur.

BOnus, & gravis Præses curare debet, ut pacata, atque quieta provincia sit, quam regit. Quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat; eosque conquirat, &, prout quisque deliquerit, in eum animadvertere satagat. Quod, ut frequenter accidit, non potest de facili obtineri. Commisso enim per aliquem maleficio in una diœcesi, seu territorio, ad aliam se transfert, ne pro suis demeritis puniatur. Et cum per suom Ordinarium, vel alium, in cujus jurisdictione, vel territorio crimen commisit, de delinquente, seu delato petitur, seu requiritur ad locum delicti fieri remissio; per eum a quo petitur modis variis * impeditur, & consequenter justitia: & inde mala malis, (&) facinora facinoribus cumulantur. Nos igitur Archiepiscopus sæpe dictus approbante sacro concilio ordinamus, quod per nos, & venerabiles fratres nostros Episcopos, & per alios jurisdictionem obtinentes, cujuscumque conditionis, vel status existant, etiam si exempti, vel de ordine militari fuerint, ad judices ecclesiasticos * nostræ provinciæ fiant remissiones ad invicem de omnibus clericis criminosis, cum unus per alterum fuerit requisitus: nisi forsan ille, de quo peteretur ut fiat * remissio, contra judicem remissionem petentem justam causam allegaverit, & eam probaverit coram judice, a quo hujusmodi remissio fieri petitur *: vel judex, a quo fuerit petita remissio, eam facere minime teneretur. Si vero aliquis præmissorum, ut prædicitur, requisitus remissionem criminosi, seu delati non fecerit; commodo, & auxilio constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensium contra invasores, raptores, & deprædatores rerum ecclesiasticarum, hominum, ecclesiarum, & locorum religiosorum editarum, se noverint eo ipso privatum. Prædictam vero constitutionem per omnes superius nominatos in virtute sanctæ obedientiæ, cessante omni fraude, & dolo, præcipimus inviolabiliter observari.

** multifariis* — ** seu judices ecclesiastici* — ** fieri* — ** remissio peteretur*

TITULUS XV.

DE MAJORITATE, ET OBEDIENTIA.

CAPUT I.

Clemens Papa V.

Monentur Prælati, & clerici universi Archiepiscopo Tarraconensi pro ecclesiasticæ immunitatis defensione adesse, eidemque parere, & dicto esse audientes.

CLemens Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis ecclesiæ Tarraconensis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, ac aliis ecclesiarum Prælatis, necnon & clericis universis per Tarraconensem provinciam constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si debitum exolvere officii, ad quod estis obligati, ac discrimina evitare propria, sicut viros decet constantes, & providos, affectatis; nequaquam opus videtur, ut super eo, quod in præsentiarum scribimus, apostolicis vos lite-

literis excitemus; qui ad illud promptis animis, ac ftudiis efficacibus promovendum motu tenemini exurgere proprio, & debetis non requifiti aliquatenus, vel rogati: cum fpecialiter de re veftra dubium non fit agi, quæ abfque univerfali veftro periculo nequit negligi, vel poftponi. Licet igitur de finceritatis veftræ prudentia fiduciam habeamus, quod ad libertatem libenter intendat ecclefiafticam obfervandam, pro qua veftra intereft murum defenfionis ex adverfo afcendentibus opponere pro viribus, ne valeat conculcari: quia tamen nil nocet ad bona voluntarios inductionibus animare congruis, ac follicitis vigilantiam fuadere; fuper hoc apoftolicis commonitionibus vos eo propenfiori cura decrevimus invitandos, quod diebus iftis, quibus, prout non fine cordis dolore accepimus, libertas ipfa in partibus iftis impugnatur; graviter, ac enormiter derogatur eidem: veftraque in hac parte præfidia opportuna, magna, & neceffaria reputantur. Ideoque univerfitatem veftram rogamus attentius, & hortamur, per apoftolica vobis fcripta mandantes, quatenus venerabili fratri noftro Tarraconenfi Archiepifcopo metropolitano, in libertatis tuitione ipfius, circa quam laborare debet, ftudiofius pro noftra, & Apoftolicæ fedis reverentia fic efficaciter affiftatis, ac ei alias in iis, quæ ad archiepifcopalis minifterium dignitatis pertinent, fic intendatis devote, ac humiliter pareatis; ut libertatis prædictæ fervidi zelatores, ac obedientiæ filii operibus comprobemini ex effectu; & propterea veftra devotio ex hoc apud nos reddatur commendabilis: ac propterea favorem Apoftolicum digne mereatur uberius eum actionibus gratiarum. Datum Perufii, VIII. Idus Aprilis, Pontificatus noftri anno fecundo.

CAPUT II.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepifcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Prælati, & Canonici capis nigris indui jubentur: alioqui in fuperiori, vel majori choro non fedeant, nec non in proceffionibus capatos præcedant.

STatuimus, ut Archiepifcopus *, & Epifcopi, & alii Prælati; & Canonici cathedralium, & * collegiatarum ecclefiarum, fæcularium, vel regularium, intra ecclefias fuas vel clauftra, ad divina officia, & proceffiones a fefto omnium Sanctorum ufque ad fabbatum Pafchæ deferant capas nigras: exceptis diebus, quibus capis fericis folent uti. Alioquin in fuperiori choro, feu majori, non fedeant; nec in proceffionibus inter capatos incedant, fed eos præcedere teneantur.

* *Item ftatuimus, quod Archiepifcopi.*
* *vel*

CAPUT III.

DALMATIUS Archiepifcopus in concilio Tarracone celebrato.

Canonici, & presbyteri de Capitulo capis, five almuciis ornati, cultui divino jubentur intereffe: fi fecus fecerint, diftributionibus mulctantur.

UT decentius, devotius, & honeftius Canonici ad celebrationem divini cultus accedant, conftitutionem per bonæ memoriæ dominum Joannem Patriarcham prædeceflorem noftrum editam de capis portandis a fefto omnium Sanctorum ufque ad Pafcha, incipientem STATOIMUS *, renovantes, & ad Presbyteros de Capitulo extendentes, eidem conftitutioni facri approbatione concilii adjicimus, quod Canonici, & presbyteri de Capitulo ecclefiarum cathedralium, & * collegiatarum (ecclefiarum) noftræ provinciæ Tarraconenfis, in choro ad horas divinas almucias extenfas, fuper fpatulas, a fefto Pafchæ Domini ufque ad feftum omnium Sanctorum portare omnimode teneantur. Quod fi fecus fecerint, capas, feu almucias fuis temporibus, ut præmittitur, non portando, amittant diftributiones illa hora, qua contrarium fecerint, ipfo jure.

* *incip. Item ftatuimus*
* *vel*

CAPUT IV.

PETRUS quartus de Cardona Archiepifcopus in concilio celebrato Barcinone.

Quæ, quibufque temporibus capæ, & almuciæ pro cujufque dignitate, & gradu in ecclefiis geftari debeant: & quæ pœna fit contra hujus conftitutionis præfcriptum venienti.

STatuimus, facro approbante concilio, quod perfonæ in dignitate conftitutæ, & Canonici cathedralium ecclefiarum deferant almucias folratas ex fatino * carmefino; nifi fint religiofi, qui eos deferant ex fetino nigro, vel colorum a jure permifforum. Canonici vero collegiatarum ecclefiarum, tam fæcularium, quam regularium etiam deferant ex fetino nigro. Præpofiti vero in ecclefiis, in quibus habent certum locum in choro, & in proceffionibus poft Canonicos, eas deferant de fetino morato. Beneficiati autem, fi fint Canonici ecclefiarum cathedralium, aut nobiles, feu doctores, magiftri, vel licentiati, de fetino nigro: Commenfales, Portionarii, Baccalaurei in Jure, vel facra Theologia, ex tafatano nigro; & Beneficiati. Contrarium vero facientes perdant eas ipfo facto; & applicatæ cenfeantur fabricæ ecclefiæ, cui deferviunt. Verum fi transgreffor recufaverit infra tres dies tradere dictæ fabricæ almuciam, fit privatus diftributionibus dictæ ecclefiæ, donec almuciam fabricæ tradiderit cum effectu. Prælati, vel fuperiores, qui negligentes fuerint in executione prædictorum, teneantur æftimationem dictarum almuciarum tradere fabricæ dictæ ecclefiæ. Quod vero ad capas chori portandas tempore hiemis pertinet, fervetur confuetudo uniufcujufque ecclefiæ.

* *forratas ex fetino*

CAPUT V.

FERDINANDUS in concilio Barcinonenfi.

CUm non deceat Epifcopos Apoftolorum fucceffores diverfo ritu in eadem præfertim provincia confiftentes, facra myfteria peragere, aut alia pontificalia munera exercere; facro approbante concilio ftatuimus, & ordinamus, ut circa cæremonias pontificales peragen-

agendas idem modus, & ordo in omnibus, & ſingulis eccleſiis hujus noſtræ provinciæ uniformiter obſervetur, atque impleatur, qui nobiſcum in noſtra metropolitana eccleſia obſervatur. Nec non eodem ſacro approbante concilio decernimus, & præcipimus decretum ſextum ſeſſionis XXV. quod incipit STATUIT SANCTA SYNODUS, & omnia alia ſacri Tridentini concilii decreta debitum Epiſcopis honorem, & auctoritatem tribui præcipientia ab omnibus inviolabiliter obſervari.

TITULUS XVI.

DE PACTIS, ET COLLEGIIS ILLICITIS.

CAPUT I.

SPARAGUS Archiepiſcopus in concilio Tarracone celebrato.

Qui illicitam ſocietatem cum aliquibus coierint, conſpiraverintve ad beneficia obtinenda: beneficiis privantur tum adeptis, tum adipiſcendis.

CUM aliqui quærentes, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, cum beneficia eccleſiaſtica in eccleſia Dei vacant *, ſocios ſibi attrahunt, & pactionibus illicitis eos ſibi alligant, ut propter majorem numerum pravitatis, obtinere valeant, quod intendunt, ad * offenſam Dei, & ſcandalum populi Chriſtiani, ut propriæ ambitioni damnabiliter ſatisfaciant *. Ideoque ſtatuimus, generali concilio approbante, quod quicumque de cetero talia præſumpſerit attentare, omnino beneficio careat ſic obtento, ita quod numquam in eadem eccleſia beneficia * valeat adipiſci.

* vacent
* in
* ſatisfiat
* beneficium

CAPUT II.

PETRUS primus Archiepiſcopus in quinto concilio.

Qui illicitam ſocietatem cum aliquibus coierint, excommunicantur.

COnſpiratorum genus odibile cupientes a perverſitate hujuſmodi coercere, ſacro approbante concilio *, excommunicamus omnes conſpiratores, & colligationes illicitas facientes in clero, & contra conſtitutos in clero. Sententiam autem hujuſmodi ad præterita duximus extendendam; niſi infra menſem, a tempore ſcientiæ (quis) conſpirationem, colligationemque hujuſmodi pro poſſe duxerint revocandam *.

* ſacri approbatione concilii
* duxerit revocandas. al. duxerit revocandam

CAPUT III.

ENNECUS Archiepiſcopus in tertio concilio.

Illicita collegia jus collegiorum non habentia excommunicatione coercentur. Qui ab his non deſtiterint, beneficiis, & officiis privantur.

INter curas innumeras, quas paſtoralis officii debitum humeris noſtris impoſuit, illas præcipue amplectimur, & ſolvere cupimus, per quas ſtatus, & juriſdictio eccleſiaſtica illibata permaneat, & ſubditi ab illicitis actibus compeſcantur. Ad auditum * igitur noſtrum veridica relatione deductum eſt *, quod nonnulli cathedralium eccleſiarum beneficiati, & clerici ſæculares collegium non habentes, ac parochialium eccleſiarum Rectores, & beneficiati provinciæ noſtræ ordinariæ diſciplinæ jugum abjicere ſatagentes, ſub figmento offuſcatæ devotionis, & utilitatis perſonarum, & beneficiorum ſuorum, quæſito colore, collegia illicita, & congregationes a jure reprobatas per ſe facere, & procurare non formidant; contra juriſdictionem Prælatorum, in eorum, & Capitulorum (&) eccleſiarum cathedralium præminentias calcaneum erigere non verentes. Præmiſſa igitur tanto fortius deteſtantes, quanto ipſa pernicioſius exemplum pariunt, vel * a juris æquitate ſunt aliena, ac volentes prædictorum temerariam, & effrænatam * voluntatem juſto retinaculo prohibere; omnes, & ſingulos talia attentantes, vel fieri procurantes, ipſo facto, approbante ſacro concilio, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere. Et ſi moniti infra decem dies ab hujuſmodi illicitis actibus non deſtiterint cum effectu, ipſos, eiſdem lapſis, eorum beneficiis, adminiſtrationibus, vel officiis, quæ tunc temporis obtinebunt *, decernimus hoc edicto conſultiſſimo perpetuo eſſe privatos; per eos quibus ipſorum beneficiorum, adminiſtrationum, vel officiorum collatio ſpectet, aliis idoneis conferendis: aliis pœnis contra talia peragentes in ſuo robore permanſuris.

* judicium
* deductio
* &
* effrænem
* obtinuerint

CAPUT IV.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Superior conſtitutio Apoſtolica approbatione confirmatur, Epiſcopo Barcinonenſi, & capitulo poſtulantibus.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumſpecta, his, quæ pro eccleſiarum, Prælatorum, ac aliarum perſonarum eccleſiaſticarum utilitate provide facta ſunt, ut illibata conſiſtant, libenter adjicit Apoſtolici muniminis firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris Joannis Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Barcinonenſis petitio continebat, quod olim pro correctione morum ſubditorum, clericorum, & perſonarum eccleſiaſticarum, ac honeſtatis diſciplina, & pro juriſdictione eccleſiaſtica conſervanda, in concilio Tarraconenſi conſtitutio canonicè edita extitit tenoris ſubſequentis: „ Inter curas innumeras, quas paſtoralis officii de-
„ bitum humeris noſtris impoſuit, illas præcipue
„ amplectimur, & ſolvere cupimus, per quas ſta-
„ tus, & juriſdictio eccleſiaſtica illibata perma-
„ neat; & ſubditi ab illicitis actibus compeſcan-
„ tur. Ad auditum igitur noſtrum veridica rela-
„ tione deductum eſt, quod nonnulli cathedra-

„ lium

„ lium ecclesiarum beneficiati, & clerici sæcula„ res, collegium non habentes, ac parochialium „ ecclesiarum Rectores, & beneficiati provinciæ „ nostræ, ordinariæ disciplinæ jugum abiicere satagentes, sub figmento offuscatæ devotionis, & „ utilitatis personarum, & bonorum suorum, „ quæsito colore collegia illicita, & congre„ gationes a jure reprobatas per se facere, & „ procurare non formidant, contra jurisdictio„ nem Prælatorum suorum, & Capitulorum „ ecclesiarum cathedralium præminentias cal„ caneum erigere non verentes. Præmissa igitur „ tanto fortius detestantes, quanto ipsa per„ niciosius exemplum pariunt, vel a juris æqui„ tate sunt aliena; ac volentes prædictorum „ temerariam, & effrænatam voluntatem justo „ retinaculo prohibere; omnes & singulos talia „ attentantes, vel fieri procurantes, ipso facto, „ approbante sacro concilio, excommunicatio„ nis sententiæ decernimus subjacere: & si mo„ niti infra decem dies ab hujusmodi illicitis a„ ctibus non destiterint cum effectu, ipsos, eis„ dem lapsis, eorum beneficiis, administrationi„ bus, vel officiis, quæ tunc temporis obtine„ bunt, decernimus hoc edicto, consultissimo, „ perpetuo esse privatos; per eos, quibus ipso„ rum beneficiorum, officiorum, vel admini„ strationum collatio spectet, aliis idoneis con„ ferendis: aliis pœnis contra talia peragentes in „ suo robore permansuris. Datum in sacro con„ cilio provinciali celebrato in castro archiepis„ copali Tarracon. per dominum Ennecum Ar„ chiepiscopum die Jovis XV. mensis Martii an„ no Domini MCCCCVI." Quæ supradicta constitutio, quæ tunc in eodem concilio, nemine discrepante, edita extitit, cum postmodum in ecclesia Barcinonensi, quæ de provincia Tarraconensi existit, publicata fuisset, nonnulli beneficiati in eadem ecclesia falso prætendentes ex constitutione prædicta se fore gravatos, tam pro se, quam suis buic parti adhærentibus ad sanctam sedem Apostolicam appellarunt: nosque causam appellationis hujusmodi dilecto filio Aymerico Abbati monasterii sancti Saturnini Tolosan. ordinis sancti Augustini, in Romana curia commoranti, ad instantiam dictorum Episcopi, & Capituli audiendam commisimus, & fine debito terminandam; non obstante quod causa ipsa de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta, in ea tractanda & finienda non esset; & cum potestate citandi præfatos beneficiatos, & adherentes, extra Romanam curiam, & ad partes, quoties opus esset. Idemque Abbas, ad instantiam magistri Francisci Pineda Canonici Barcinonensis, procuratoris dictorum Episcopi, & Capituli coram eo in judicio comparentis, præfatos beneficiatos per suas litteras citari mandavit ad partes, ut coram eo certo termino peremptorio competenti tunc expresso, cum omnibus juribus, & munimentis suis causam hujusmodi tangentibus comparerent processuri in causa ipsa ad singulos actus necessarios usque ad definitivam sententiam, prout exigeret juris, & rationis. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, constitutio supradicta pro conservatione jurisdictionis ecclesiasticæ, & morum subditorum correctione fuerit, ut præmittitur, canonice edita pro parte ipsorum Episcopi, & Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut non obstantibus appellatione prædicta, & processu causæ hujusmodi constitutioni prædictæ robur confirmationis adiicere; ac defectus, si qui intervenerint, in eadem supplere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur statum causæ hujusmodi habentes, præsentibus pro expresso hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam constitutionem non obstantibus appellatione, & lite hujusmodi, ac constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscumque, ex certa scientia, auctoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus; supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eadem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Massiliæ apud sanctum Victorem XV. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno XIII.

TITULUS XVII.

DE POSTULANDO.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiscopus in secundo concilio Valentiæ celebrato.

Cavetur, ne quis clericus Tarraconensis cuiquam contra Tarraconensem ecclesiam patrocinetur, præterquam ecclesiæ, in qua intitulatus fuerit, aut sibi, ac suis: nisi facultate impetrata.

SAcro approbante concilio statuimus, quod si aliquis clericus Tarraconensis provinciæ contra Tarraconensem ecclesiam advocationis officium non petita a nobis licentia, & obtenta præstiterit, nisi pro sua ecclesia, scilicet nostræ provinciæ, in qua intitulatus fuerit, vel pro Episcopo nostræ provinciæ, in cujus diœcesi beneficium obtinuerit; vel nisi suam causam, vel suorum prosequatur, beneficio, quod habuerit in Tarraconensi provincia, auctoritate hujus constitutionis noverit se privatum.

CAPUT II.

Idem Petrus in eodem.

Statuitur, ne quis clericus contra Episcopum suum possit esse advocatus.

ITem statuimus, quod aliquis clericus contra Episcopum suum non advocet; nisi pro Episcopo, a quo majus beneficium obtinuerit, quam a suo; vel nisi suam, vel suorum injuriam prosequatur.

CAPUT III.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Interdicitur clericis laicorum patrocinio contra clericos pro suis beneficiis litigantes: nisi quatenus coram judice laico postulare clerico licet. Qui secus fecerint, excommunicantur.

CUM Ecclesia una sit, unum Deum prædicet, atque colat; & omnia, quæ ipsa Ecclesia habet, unum sit patrimonium crucifixi: & quilibet clericus beneficiatus, qui de ipso patrimonio vivit *, ipsam Ecclesiam non impugnare, immo defendere teneatur; & aliqui clerici beneficiati de patrimonio supradicto, contra eam in causis non dubitent laicis patrocinium impartiri: idcirco præsenti constitutione statuimus perpetuo valitura, quod nullus beneficiatus in aliqua causa, quam clericus aliquis contra aliquem laicum ratione sui beneficii habeat, agendo, vel defendendo in judicio ecclesiastico, seu etiam sæculari laico, contra clericum, nisi in casibus, in quibus permissum est clerico coram sæculari judice postulare, impendat patrocinium in judicio, vel extra publice, vel occulte advocati, seu procuratoris officium exercendo: in facientes contrarium excommunicationis sententiam proferentes.

* *vivat*

CAPUT IV.

Arnaldus Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

Superiorem constitutionem ad religiosos etiam decernitur pertinere.

COnstitutionem olim editam in provinciali concilio Tarraconensi per bonæ memoriæ dominum Joannem Patriarcham Alexandrinum, & administratorem ecclesiæ Tarraconensis, qua cavetur, ne clericus beneficiatus pro laicis contra clericos advocatus, vel procurator existat; ad religiosos quoscumque, ita quod non recipiant advocationis, seu procurationis officium contra clericos, vel alios religiosos, seu personas qualcumque ecclesiasticas vel beneficiati clerici contra eos duximus * extendendam.

* *ducimus*

CAPUT V.

Petrus quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

Decem ducatis primum multantur clerici, qui advocatum, aut procuratorem pro aliquo egerint, nisi quatenus a jure permittitur graviore pœna, qui id facere perreverint.

NUllus clericus in sacris ordinibus constitutus, ant * religiosus audeat postulare, seu advocare, vel etiam procurare in curia ecclesiastica, vel sæculari, nisi in casibus a jure permissis; sub pœna X. ducatorum pro prima vice. Si vero deinde culpabilis fuerit repertus, graviori * pœna per ordinarios puniatur.

* *nec*
* *severiori*

TITULUS XVIII.

DE PROCURATORIBUS.

CAPUT I.

Petrus tertius Archiepiscopus in concilio.

Statuitur, ut in singulis diœcesibus advocatus, & procurator constituatur, qui pauperum causas diligenter defendat, quos pauperes esse Episcopus, aut ejus Officialis censuerit. Ei merces de mensa episcopali decernitur, ne quid a pauperibus ulla ratione exigatur.

SUper egenum, & pauperem intendentes, cum pleræque viduæ, & pupilli, & aliæ miserabiles personæ propter indigentiam, & paupertatem nequeant agendo, vel defendendo ducere causas suas, & sic eorum jura pereant indefensa: ea propter cupientes, sicut tenemur, indigentibus aperire viscera caritatis; statuimus & ordinamus, sacro approbante concilio, quod nos, & quilibet suffraganeorum nostrorum in curiis nostris & eorum, advocatum, & procuratorem pauperum constituere, ordinare, & continue habere * teneamur: quibus de mensa nostra, & ipsorum suffraganeorum (&) in suis diœcesibus de competenti salario satisfiat. Qui quidem advocatus, & procurator pauperum teneatur * advocare, & procurare in dictis curiis solerter, & diligenter causas dictorum pauperum, viduarum pauperum, & personarum * illarum scilicet, quæ ab Episcopo, Vicariis, vel Officialibus suis vere pauperes fuerint inventæ summaria informatione recepta, & eisdem advocato, & procuratori expresse quod pauperes sint *, nota facta: nihilque ab * eis quovis colore, vel modo inde recipientes *: sed constituto * per nos, & dictos suffraganeos nostros in dictis * diœcesibus salario * sint contenti: ultra quod labores eorum cum multiplicato fructu retribuet infallibiliter eit ille, qui bonorum retributor est omnium, & pauperum fidejussor.

* *teneri continue*
* *teneantur*
* *dictarum pauperum personarum*
* *fuerint*
* *notæ factæ: nihil ab*
* *capientes*
* *constitutis eis*
* *in suis*
* *salariis*

Liber secundus.

TITULUS I.

DE JUDICIIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

Clericum in crimine fragrante, si quis minister judicis laici comprehenderit, ut ecclesiastico judici reddat, omni pœna liberatur; modo ut ne comprehensum tractet durius. Sin id fecerit crimine minime fragrante, sine ecclesiastici judicis mandato, culpæ affinis censetur.

CUM justitia sæcularis (licet) fragrante maleficio, in furto, rapina [vel] homicidio, vel raptu mulierum, vel cudendo falsam monetam clericum comprehenderit, non ut vindictam in ipsum exerceat, sed ut eundem reddat ecclesiastico judici; & (cum) eum ita captum reddiderit ecclesiastico judici, nisi manifeste excesserit contractando captum enormiter, nullam in hoc * pœnam incurrat; & qui sic fuerit deprehensus, canonice puniatur. Maleficio autem non fragrante, si justitiæ sæcularis minister * clericum ceperit absque mandato ecclesiastici judicis, reus habeatur.

* at hoc
* si justitiæ sæcularis

TITULUS II.

DE FORO COMPETENTI.

CAPUT I.

URBANUS PAPA IV.

Archiepiscopo Tarraconensi mandatur, ut quæstionem de iis habeat, qui, ecclesiasticis judicibus spretis, ad sæculares profugiunt.

URBANUS Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis ecclesiarum Prælatis, capitulis, & clericis universis exemptis, & non exemptis, per Tarraconensem ecclesiam constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamvis sit grave nimis, & divini plenum animadversione judicii, quod aliqui laici falcem in messem Domini sacrilegis ausibus ingerentes, personas ecclesiasticas suis subiiciendo judiciis, in periculum fidei ecclesiasticam moliuntur subvertere libertatem: hoc tamen ardentius zelum commonet ultionis, quod idem laici sui fomentum erroris dicuntur in clero aliquotiens invenire, dum clerici a clericis, &, quod est gravius, religiosis non solum inviti, sed interdum voluntarii, spretis ecclesiasticis tribunalibus, ad publica judicia pertrahuntur. Ad aures namque Apostolatus nostri pervenit, quod nonnulli vestrum, spreto foro ecclesiastico, super his, quæ ad illud pertinent, se mutuo protrahunt ad judicium sæculare; aliqui vero judicium ecclesiasticum retardare, vel totaliter impedire volentes, regias prohibitiones contra alios impetrare præsumunt; aliquotiens rem litigiosam per Regem ipsum, & alias sæculares personas occupari temere procurando. Quia igitur illud indignum est, & divini judicii animadversione dignissimum, & ideo minime tolerandum; universitati vestræ districtius inhibemus, ne aliquis vestrum, in contemptum publici beneficii, quod clericorum collegio ita inviolabiliter est indultum, ut ei privatis aliquorum pactis, vel consensibus nequeat derogari; suo relicto judice ad publica trahere judicia prætextu consuetudinis, qua quidem se super hoc, ut dicitur, munire contendunt; quamvis in talibus aliqua consuetudo convalescere nequeat, vel impetratæ prohibitionis, aut occupationem procurare hujusmodi non præsumat. Nos enim timentes ne vos, nisi hæc corrigatis; & nos, si ea neglexerimus incorrecta, indignationem æterni judicis incurramus, venerabili fratri nostro Archiepiscopo Tarraconensi per nostras damus litteras in mandatis, ut contra omnes, quos circa prædicta culpabiles invenerit, auctoritate nostra procedat juxta canonicas sanctiones: contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Datum apud Urbem veterem, pridie Idus Junii, pontificatus nostri anno secundo.

CAPUT II.

RODERICUS Archiepiscopus in secundo concilio Ilerdæ celebrato.

Qui clericum ad judices sæculares citarit, sive clericus extiterit, sive laicus, excommunicatur, & jus agendi amittit; lataque in ejusmodi judicio sententiæ invalidæ habentur.

HAbet tam de jure canonico, quam civili libertas ecclesiastica privilegium, ut clericus in causa civili, & * criminali, volens etiam, & consentiens nequaquam valeat coram sæculari judice conveniri: præsumunt tamen alicubi in provincia Tarraconensi clerici, & laici, clericos super violentiis, & injuriis, &, quod est absurdius, super decimis, ad sæculare judicium trahere, ac temere evocare. Judices etiam sæculares falcem in alienam segetem mittentes *, de causis hujusmodi inter clericos cognoscentes captis pignoribus, ac multa * indicta, cogunt clericos sic conventos, & per ipsos sen-

* aut
* immittuntur
* aut multa

sententialiter condemnatos satisfacere, fori exceptione declinatoria proposita *, non admissa. Unde cum prædicta in præjudicium vergant (non medicum) ecclesiasticæ libertatis, idcirco nos Rodericus miseratione * divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, approbante sacro concilio, statuimus, & sancimus, ut clericus, aut laicus, qui in criminalibus, aut civilibus, temporalibus, aut spiritualibus clericum vocaverit * coram judice sæculari, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat. Ac nihilominus clericus actionem sic temere intentatam amittat. Sententias vero * prædictas tamquam a non (suo) competenti judice latas decernimus viribus penitus vacuatas: consuetudine quavis *, quæ corruptela debet veracius nuncupari, in contrarium non obstante.

* præscriptione declinatoria jurisdictionis aliquatenus
* permissione.
* evocaverit
* quoque
* aliqua

TITULUS III.

DE FERIIS.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Qui per anni circulum festi dies habendi.

ITem cum otium, & desidia somentum pariant vitiorum, festivitatum multitudinem ducimus * temperandam: cum in illis (in) eo, quod non laborant pauperes, aggraventur; & otiosi, & desidiosi ad illicita provocentur. Quare festivitates colendas necessario subnotavimus *: quas, qui contempserint * colere, per suum presbyterum compellantur *: festum scilicet Circuncisionis Domini, Epiphaniæ, sancti Vincentii, Purificationis sanctæ Mariæ, Mathiæ Apostoli, Annuntiationis beatæ Mariæ, duorum dierum octavarum Paschæ, sancti Marci Evangelistæ, Philippi, & Jacobi, Inventionis sanctæ Crucis, Ascensionis Domini, feriæ secundæ octavarum Pentecostes, Joannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & sanctæ Mariæ Magdalenæ, Jacobi Apostoli, & sancti Laurentii, Assumptionis beatæ Mariæ, sancti Bartholomæi, Nativitatis virginis Mariæ *, Mathæi Apostoli, sancti Michaelis, Lucæ Evangelistæ, Simonis, & Judæ, Omnium sanctorum, sancti Martini, sancti Andreæ, sancti Nicolai, sancti Thomæ, Nativitatis Domini, sancti Stephani, sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ. Et qualibet parochia observet festivitatem illius sancti, in cujus honore constituta est major ejus ecclesia *. Officia vero harum sollemnitatum, & omnium aliarum sive sint novem, sive trium lectionum, prout hactenus consuevit * fieri a clericis, & in ecclesiis, & in portionibus observentur: & ad audiendum officia laici nihilominus moneantur.

* dicimus
* subiiciamus
* contempserit
* compellatur
* beatæ virginis, al. beatæ Mariæ virginis
* est constructa ejus major ecclesia, al. constructa est major ecclesia.
* consueverit.

CAPUT II.

Bernardus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Vigesimus tertius dies Septembris jubetur esse sacer, & festus divæ Teclæ virgini, & martyri; eoque a servilibus operibus abstinendum.

CEterum quia ecclesia Tarraconensis, quæ caput, & mater existit totius provinciæ Tarraconensis, suo invocatione, & titulo beatissimæ Teclæ virginis *, & martyris est * constructa, propter quod ad invocationem, & venerationem ejusdem omnes, & singuli de prædicta provincia specialiter astringuntur, constitutiones prædecessorum nostrorum super hoc editas innovantes, volumus, ac universis, & singulis suffraganeis nostris in virtute sanctæ obedientiæ firmiter dicimus, & mandamus, quatenus observent constitutiones editas in sacro concilio Tarraconensi, super observatione festivitatis beatæ Teclæ virginis supradictæ *, videlicet, ut festum beatæ Teclæ virginis, & martyris nono Kalend. Octobris per suas civitates, & diœceses in abstinentia cujuslibet servilis operis faciant celebrari.

* virginis sanctæ Teclæ
* sit
* virginis, & martyris

CAPUT III.

Ferdinandus in concilio Barcinonensi.

De feriis, & jejuniis.

QUia propter frequentiam dierum festorum ac jejuniorum in multis locis hujus provinciæ, atque alibi ea minus recte observantur; placuit, sacro approbante concilio, eos dies hic enumerare, quos volumus ab omnibus districte custodiri, & in singulis parochiis sæpius publicari. Dies itaque festi, præter dominicos dies, quos oportet omnes Christianos colere, & in eis, cessante legitima causa, Missam audire, & ab opere servili abstinere, hi sunt: Circuncisionis Domini, Epiphaniæ, Purificationis beatæ Mariæ, Mathiæ Apostoli, Annuntiationis beatæ Mariæ, Marci Evangelistæ, Philippi, & Jacobi Apostolorum, Inventionis sanctæ Crucis, Joannis Baptistæ, Petri, & Pauli Apostolorum, Jacobi Apostoli, Laurentii martyris, Assumptionis beatæ Mariæ, Bartholomæi Apostoli, Nativitatis virginis Mariæ, Matthæi Apostoli, Teclæ virginis, Michaelis Archangeli, Lucæ Evangelistæ, Simonis, & Judæ Apostolorum, omnium Sanctorum, Andreæ Apostoli, Conceptionis beatæ Mariæ, Thomæ Apostoli, Nativitatis Domini nostri, Stephani protomartyris, Joannis Apostoli. Necnon duo dies post diem sanctum dominicum Paschæ, & duo etiam dies post dominicum diem Pentecostes, & dies Ascensionis dominicæ, atque Corporis dominici eadem celebritate colendi sunt. At alii festi dies sunt, quos saltim matutino tempore coli non præcipimus, sed hortamur; in quibus, post Missarum præsertim celebrationem, permittimus servilibus operibus præsertim rusticis operari. Sunt autem hi:

Gre-

Gregorii Papæ, Benedicti Abbatis, Ambrosii Episcopi, Georgii martyris, Barnabæ Apostoli, Mariæ Magdalenæ, Visitationis beatæ Mariæ, Annæ matris ejusdem Mariæ virginis, Dominici confessoris, Augustini Episcopi, Hieronymi presbyteri, Francisci confessoris, Catharinæ virginis, sanctorum Innocentium. Eos quoque dies celebrari in singulis parochiis convenit, quibus festivitas ejus sancti incidit, cui ecclesia parochialis dedicata est. Ab omnibus autem coli mandamus ejus sancti diem festum, sub cujus nomine cathedralis ecclesia est consecrata; necnon Patroni singularum ecclesiarum cathedralium, vel oppidorum. Jejuniorum vero dies hi sunt: A feria quarta cinerum, usque ad sabbatum sanctum, quod diem sacrum Paschatis præcedit, exceptis dominicis diebus. Quattuor anni temporum terni dies; hoc est feriæ quartæ, feriæ sextæ, & sabbata. Vigiliæ sanctorum Apostolorum, Matthiæ, Petri, & Pauli, Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, Andreæ, & Thomæ, Omnium sanctorum, Joannis Baptistæ, & Laurentii martyris, Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ, Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes. Nec non illi dies, quibus in singulis diœcesibus Episcopi ex aliqua rationabili causa jejunia indixerint. Cumque scriptum sit: *vovete, & reddite domino Deo vestro*: vota quæcumque jejuniorum, aut dierum festorum a populo, aut a singularibus personis emissa, ab eisdem observari jubemus; melius est enim non vovere, quam post votum non reddere promissa.

Hanc igitur tam festorum dierum, quam jejuniorum enumerationem ab omnibus observari, dicti concilii approbatione præcipimus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, & consuetudinibus quibuscumque non obstantibus. In transgressores autem hujus nostræ constitutionis, tam omnes ecclesiastici judices, quam parochialium ecclesiarum Rectores, eorumque vicarii, atque alii superiores severe procedant; ne sanguinem ovium Christi ipse Dominus ab eisdem requirat.

CAPUT IV.

IDEM in eodem.

De litaniis, & processionibus.

MUltis antiquorum patrum constitutionibus prohibitum est clericos arma portare aut comam, vel barbam nutrire, aut etiam sæcularibus vestibus indui; ut qui in sortem Domini, ut pars ejus hereditatis vocati sunt, ab aliis vita, & moribus separatos se esse ostendant: audent tamen aliqui, se sub prætextu, & clypeo sacrarum litaniarum, sive processionum in celebratione sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi, aut aliis temporibus publice sanctos Reges, aut Prophetas, aut sacros milites Christi, non modestia, & continentia religiosa imitari, sed profane Reges, aut Vates, aut superbos milites æmulari. Pueros quoque, vel puellas nuditate corporis, aut fucata facie, sive in angelorum, sive in sanctarum virginum, aut virtutum repræsentationem, aut viros, qui beatum Sebastianum, vel Laurentium, aut alios sacros martyres agunt, nuditate, aut alia turpi, aut indecora corporis, vel habitus gesticulatione prodire in publicum illis, aut aliis diebus nefas esse nemo negabit. Multo etiam magis, si equus, aut bos, aut alia quæcumque bruta animalia templa sacra ingredi, aut inter clericorum canentium choros versari in processionibus permittantur. Hæc igitur omnia, sacro approbante concilio, sub excommunicationis pœna, monitione præmissa infligenda, fieri omnino prohibemus, sancta enim sanctos decent: & per quæ placare Deum cupimus, gravius offendere non debemus.

TITULUS IV.

DE TESTIBUS.

CAPUT I.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

A procuratore fiscali testes inquisitionis recipi non debere, sed ab Officiali.

TEstimonia, quæ recipi debent, antequam contra delatum offerantur capitula, vel alias molestetur, nisi timeatur de fuga, vel fragrante crimine capiatur, non per Procuratores fiscales, sed per Officiales, sub excommunicationis pœna recipi præcipimus: cum officium sit judicis, & non partis.

TITULUS V.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

CAPUT I.

PETRUS secundus Archiepiscopus in concilio Tarraconensi.

A notariis, qui obtinent scribanias ecclesiasticas, non esse in tabellis, quas scribunt, contractionibus, aut abbreviationibus dictionum, aut formularum utendum; veluti cum scribunt &c. aut aliquid simile: sed plene, ac disserte, ut continent litteræ, ita scribendum.

DEsidiæ, quæ hactenus in notariis, seu tabellionibus ecclesiarum, civitatum, diœcesium *, & provinciæ Tarraconensis inolevit, necnon litigiis, & damnis, quæ interdum contrahentibus ad invicem inferuntur propter abbreviaturas, quas Rectores, Vicarii [perpetui] & aliæ personæ ecclesiasticæ, & sæculares provinciæ supradictæ habentes, seu tenentes, & regentes scribanias, seu notarias ecclesiæ ponunt in instrumentis, quæ recipiunt ad instantiam contrahentium prædictorum, per verbum &c. vel simile, occurrere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, quod quicumque

* *civitatis, & diœcesis,*

 Re-

Rector, Vicarius perpetuus, seu quævis alia persona ecclesiastica, vel sæcularis, aut quicumque alius notarius, seu * scriptor habens (seu) tenens, aut regens scribaniam, seu notariam ecclesiæ, seu ecclesiasticæ personæ intra provinciam Tarraconensem, qui formam alicujus instrumenti recipiet, scribat, seu scribi faciat in suis capibreviis, vel libris notularum, notam dicti instrumenti largo modo, & per continentiam * litterarum dictatam, sic quod in ipsa nota * non sit aliqua abbreviatura [quæ] per verbum &c. vel simile, prout hactenus consuevit fieri: quam quidem notam scribere, seu scribi facere teneatur infra duos menses, post firmas * omnium contrahentium, & aliorum, qui ipsum instrumentum firmare habent, interpositas *, computandos: ipsis tamen contrahentibus dictis notariis exolventibus medietatem ipsius salarii, de, & pro ipso instrumento eis pertinentis. Si vero dictum instrumentum, aut contractus, super quo (ipsum) instrumentum recipietur, ad cognitionem sapientis, vel alterius personæ dictari habeat, eo casu, tempus (dictorum) duorum mensium, postquam ipsa cognitio interposita fuerit, incipiet * currere, & non ante; & illud idem in testamentis volumus observari. Terminus tamen duorum mensium post publicationem testamentorum, quæ post mortem testantium coram suis amicis solet fieri, vel post mortem testatoris in locis, ubi dicta publicatio non est solita fieri coram amicis, ut præfertur, incipiat currere, & non ante. Et, si forsan * testator in vita sua requirat testamentum suum in notulam, aut capibrevium * notularum redigi, seu scribi, illud notarius infra duos menses a tempore ipsius requisitionis immediate sequentes, facere teneatur: ipso tamen testatore medietatem salarii ipsius testamenti eidem notario persolvente. In locis tamen, ubi jam ordinatum existit, quod notarii habeant * testamenta in notas * capibreviorum redigere, servetur id, quod jam in ipsis locis extitit ordinatum. Et si prædicta, aut prædictorum aliquod Rector, Vicarius, aut Notarius, aut scriptor aliquis habens, regens, seu tenens notariam, seu scribaniam ecclesiæ in civitate, diœcesi, & provincia prædictis *, repertus fuerit non servare, pœnam viginti solidorum pro quolibet instrumento, vel testamento, quod repertum fuerit, breviter notatum, seu in quo dicta abbreviatura per verbum &c. vel simile facta fuerit, incurrere volumus ipso facto, in ornamenta, vel alias necessitates * ecclesiæ, in cujus scribania hoc repertum fuerit, per Ordinarium convertendam. Et nihilominus teneatur restituere omnia damna, & interesse, quæ ratione ipsius * abbreviaturæ secuta fuerint, contrahentibus, vel alteri eorundem: quæ damna, & interesse solvere teneantur *, facta prius taxatione de ipsis damnis, & interesse per Archiepiscopum, Episcopum, vel Vicarium, aut Officialem, seu Rectorem, vel Vicarium * prædictorum.

** vel* — ** consequentiam* — ** notula* — ** firmam* — ** interpositam* — ** incipiat* — ** forsitan* — ** notula, aut capibrevio* — ** notarius habeat* — ** notis* — ** supradictis* — ** in ornamentis, vel aliis necessitatibus* — ** dicta* — ** tenetur* — ** suum Rectorum, vel Vicarii*

CAPUT II.

IDEM Petrus Archiepiscopus in concilio secundo.

Rectores, Vicarii, ac notarii, quique notariorum vices gerunt, prohibentur extra fines Rectoriæ, aut loci, cujus scribanias tenent, quamcumque scripturam publicam exportare; idque si fecerint, excommunicationis pœna puniuntur: qua nequeant liberari, nisi prius parochiæ, & passis injuriam, Archiepiscopi, aut Episcoporum, Vicariorum, aut Officialium arbitrio satisfecerint, & suæ temeritatis pœnas dederint.

SAcro approbante concilio statuimus, ut nullus Rector, seu Vicarius, seu quivis alius notarius, seu locum tenens Rectoris, Vicarii, seu notarii cujuscumque ecclesiæ, loci, seu parochiæ nostræ diœcesis, & provinciæ Tarraconensis, aut alia quæcumque persona ecclesiastica, vel etiam sæcularis notulam, seu notulas, aut protocollum, seu protocolla notularum ipsius ecclesiæ, loci, seu parochiæ instrumentum, seu instrumenta, aut quamcumque aliam scripturam publicam, quam idem * notarius, vel locum tenens notarii tenere debet, extra fines, aut terminos loci, seu parochiæ, aut notariæ ipsius extrahat, seu extrahi faciat quovis modo absque nostra, vel venerabilium fratrum nostrorum, aut Vicariorum, seu Officialium nostrum *, vel eorum aut aliorum (dominorum) Prælatorum dominorum scribaniarum, speciali licentia, & permissu. Quicumque autem hujusmodi prohibitionis, seu statuti temerarius extiterit violator excommunicationis sententiam ipso facto incurrat: a qua absolvi nequeat, nisi prius ecclesiæ loci, seu parochiæ ipsi, ac passis inde injuriam sive damna integre satisfecerit arbitrio nostro, vel dictorum suffraganeorum [nostrorum] aut Vicariorum, seu Officialium nostrorum, vel eorum *, de transgressione hujusmodi nihilominus puniendus.

** quod, vel quæ idem* — ** Officialis nostri* — ** Officialis, vel eorundem*

CAPUT III.

IDEM in eodem.

Domini temporales invadere prohibentur in scripturas, contractus, atque instrumenta, quæ a personis ecclesiarum scribi jus est. Quod si fecerint, excommunicantur; monenturque excommunicatione liberari non posse, nisi prius satisfecerint de damnis datis ad arbitrium judicis ecclesiastici. Quin etiam de damnis, si quæ ante hoc tempus illata sint, teneri commonentur.

ITem quia nonnulli domini temporales, Bajuli, seu officiales suis * in locis, in quibus scribaniæ sunt, & fuerunt hactenus ecclesiarum, ab aliquibus citra temporibus, postquam jurisdictionem dictorum locorum, civilem, vel criminalem idem domini temporales emerunt, ju-

** seu officiales eorum*

jura ad dictas ecclesias, scribanias, vel Rectores ipsarum, vel [ad] alias personas ecclesiasticas ratione instrumentorum, & aliarum scripturarum pertinentia, in fraudem & detrimentum prædictorum Rectorum, & ecclesiarum, vel aliarum personarum ecclesiasticarum (usurpati) permittunt, seu usurpare nituntur; faciendo in registris suis, vel suorum officialium scribi inventaria, contractus, & alia, de quibus erant per dictos Rectores, seu eorum Vicarios, seu alias personas ecclesiasticas instrumenta publica facienda: propter quod evidenter deminuti fuerunt, & deminuuntur redditus, proventus, & emolumenta ad dictos Rectores, & ecclesias, ac ecclesiasticas personas alias pertinentes: talia deinceps sub excommunicationis anathemate, quam contrarium facientes ipso facto incurrant *, fieri prohibemus: a qua absolvi nequeant *, donec de damnis, ecclesiis, & Rectoribus eisdem ad arbitrium diœcesani, hujusmodi usurpantis Vicarii generalis, vel Officialis principalis ipsius, fuerit plenarie satisfactum. Sciantque præfati domini temporales, Bajuli, vel offici[...] [p]rædicti, se ad restitutionem damnorum per eos jam illatorum, eisdem ecclesiis, & Rectoribus teneri, si divinam cupiunt evitare ultionem.

* *faciens ipso facto incurrat*
* *nequeat*

CAPUT IV.

Idem in eodem.

Notarii, qui facultate minime impetrata, instrumenta acceperint in iis locis, in quibus scribaniæ ad Prælatores, Ecclesias, ac Rectores pertinent, excommunicantur: actus ab his recepti nullius esse roboris denuntiantur. Notariis autem Archiepiscopi, Episcoporum, Capitulorum, & ecclesiarum cathedralium a consuetudine recedendum non esse dicitur.

CUM nullus in alienam * segetem ponere debeat falcem suam, approbatione hujus sacri concilii, quoscumque notarios, vel scribas publicos, qui in locis, in quibus notariæ, seu scribaniæ ad Prælatos, Abbates, ecclesias, vel Rectores earundem, aut alias personas ecclesiasticas pertinent, instrumenta, vel [documenta, ac] testamenta, vel quoscumque alios contractus acceperint * deinceps excommunicationis vinculo innodamus: nisi ea fecerint de expressa licentia, de qua apparuerit, eorundem: instrumentaque, & alia sic confecta careant roboris firmitate. Nostræ tamen intentionis existit, quod notarii nostri Archiepiscopi, & venerabilium suffraganeorum nostrorum, & Capitulorum ecclesiarum, etiam cathedralium in locis prædictis utantur, prout hactenus est fieri assuetum *.

* *aliam*
* *receperint*
* *consuetum.*

CAPUT V.

Idem in eodem.

Contrahentes, qui notarium induxerint, ut in alia parochia actus recipiat, quam in qua recipi jus fuerit, excommunicantur: jubenturque Rectori, seu passo injuriam satisfacere prius, quam absolvantur.

QUia fraus, & dolus nemini * debent patrocinium impertiri, statuimus, quod contrahentes alicujus parochiæ, seu Abbatum, seu aliarum personarum ecclesiasticarum, quibus * competit publica conficere instrumenta, vel alios quoscumque contractus, seu obligationes recipere, ad conficiendum instrumenta per Rectorem, vel alium quemcumque notarium, ut in alia parochia prædicta instrumenta recipiat, ne * inducant, excommunicationis sententiam ipso facto, si secus actum fuerit *, incursuri: a qua nullatenus absolvantur, nisi ecclesiæ, Rectori, aut damnum passo de salario, quod erat eidem debitum, si instrumenta, vel contractus hujusmodi recepisset, fuerit plenarie satisfactum.

* *nulli*
* *ad quas seu quam*
* *recipiant, non*
* *extiterit*

CAPUT VI.

Idem in eodem.

Æstimatio mercedis notariorum, quæ vulgo Taxa dicitur, Ordinariorum relinquitur arbitrio.

DEnique quia in concilio per nos celebrato anno [a Nativitate] Domini MCCCLXIV. in constitutione, quæ incipit, Desidiæ &c. fuerat ordinatum, quod Rectores, & alii notarii, ad quos pertinet, in protocollis, seu schedis contractus scribere largo modo teneantur sine &c. & quod eis instrumentorum salaria taxentur *, taxationem præfatam remittimus ad Ordinarios in suis diœcesibus per se, vel Vicarios, vel Officiales suos debite faciendam.

* *taxarentur*

CAPUT VII.

Hieronymus de Aurea in concilio Tarracone celebrato.

Cum neutra pars litigantium restituendis litis expensis damnata fuerit, tantum ab unaquaque exigendum, quantum instruendæ liti expenderit, nec eo quicquam amplius.

CUM nil magis æquitati, & rationi conveniat, quam in collitigantium controversiis negotium æqua libra pertractari; & hactenus in aliquibus hujus provinciæ curiis compertum sit, inter litigantes per notarios, & curiæ scribas abusive salaria processuum æqualiter exigi, nulla habita consideratione expensarum eorum, quæ pro qualibet parte fuerunt producta, deducta, & exhibita: ideo sacro approbante concilio statuimus de cetero, pro eo solum a quocumque litigante ante sententiam,

vel

vel ea lata, & neutra parte in expensis condemnata, exigendum esse, quod pro sua parte judicialiter in processu productum, deductum, ac exhibitum fuerit: & quod notarii, & curiarum scribæ in quolibet intermedio debitum ex dicto processu a litigantibus exigere valeant.

CAPUT VIII.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

CUM maxime intersit reipublicæ, ut instrumenta, & aliæ scripturæ authenticæ conserventur, ut ab iis, quorum interest, absque difficultate haberi possint: proinde per bonæ memoriæ Petrum de Clasquerino Patriarcham Antiochenum in archiepiscopatu Tarraconensi prædecessorem nostrum in secundo provinciali concilio per eum celebrato statutum fuit, ut nullus Rector, seu Vicarius, vel quivis alius notarius; vel locumtenentes Rectoris, Vicarii, sive notarii cujuscumque ecclesiæ loci, seu parochiæ nostræ provinciæ Tarracon. aut alia quæcumque persona ecclesiastica, vel etiam sæcularis notulam, seu notulas, aut protocollum, seu protocolla notularum ipsius ecclesiæ loci, seu parochiæ instrumentorum, seu instrumenta, aut quamcumque aliam scripturam publicam, quam idem notarius, vel locumtenens notarii tenere debeat extra fines, aut terminos loci seu parochiæ, aut notariæ ipsius extrahat, seu extrahi faciat quovis modo sine metropolitani, aut comprovincialium Episcoporum, vel Vicariorum, seu Officialium eorundem, aut aliorum Prælatorum dominorum scribaniarum speciali licentia, & per nullu sub excommunicationis sententia ipso facto per contrafacientes incurrenda; a qua absolvi nequeant, nisi prius ecclesiæ loci, seu parochiæ ipsi, ac passis inde injuriam, sive damna satisfecerint, ut in dicta provinciali constitutione latius continetur. Verum quia plures parum Deum, & censuras ecclesiasticas timentes, contra constitutionem prædictam, dum ab aliqua parochia, in qua tamquam Rectores, Vicarii, aut notarii fecerunt residentiam, recedunt; protocolla seu librum manuale nuncupatum, aut alias scripturas publicas secum asportant, in grave partium præjudicium, & jacturam; alii vero dicta instrumenta, seu illorum aprisias in papyro volanti scribunt, nec illas in libro aliquo, sicut convenit, redigere curant, sicque de facili amittuntur. Nos volentes hujusmodi abusibus, & partium indemnitati providere, dictam constitutionem innovando, & ei addendo, sacro approbante concilio, statuimus, ac singulis Rectoribus, vicariis, seu eorum locatenentibus, notariis hujus nostræ Tarraconensf. provinciæ præcipimus, & mandamus, ut quilibet eorum habeat, & habere debeat librum, in quo per singulos annos omnes aprisiæ, sive protocolla instrumentorum, tam ultimarum voluntatum, quam aliarum dispositionum inter vivos, & aliarum scripturarum cujuscumque generis sint, & quovis nomine nuncupentur, de quibus eos rogari contigerit, scribere, & continuare teneantur: ipsamque aprisiam, sive matricem scripturam infra duos menses in instrumentis, quibus id commode fieri poterit, extendere, & in alio libro notularum notam dicti instrumenti largo modo, & per continentiam litterarum dictaram, sic, quod in ipsa nota non sit aliqua abbreviatura per verbum &c. scribere teneantur, ut per eundem Petrum de Clasquerino in alia constitutione provinciali, quæ incipit, DESIDIÆ, quæ hactenus in notariis; statutum fuit: &, ut fraudibus, quæ dictis constitutionibus fieri possent, obvietur; præcipimus, & mandamus, quod in qualibet parochiali ecclesia, seu illius sacristia, aut sacrario, aut alio loco ad custodiam dictarum scripturarum convenienti, fiat expensis Rectoris, seu Vicarii perpetui, seu alterius, ad quem scribania dictæ parochiæ pertinet, unum armarium, in quo recondantur omnes libri dictarum aprisiarum, ac notularum: &, si contigerit Rectorem, seu Vicarium mutari ad alium locum, seu alio modo regimen scribaniæ dimittere, teneatur suo successori per inventarium omnes libros, & scripturas prædictas dimittere: & quilibet novus successor in suo novo ingressu teneatur etiam dictos libros, & scripturas in inventario ponere; in cujus confectione Bajulus, aut duo Jurati illius loci, seu parochiæ adsistere debeant: exhortantes omnes, & singulos Episcopos comprovinciales nostros, & alios Ordinarios, ad quos visitatio pertinet, ut in visitatione dictarum ecclesiarum, etiam dictum armarium instrumentorum, & aliarum scripturarum visitent, & dictos libros recognoscant, & ipsos Rectores, aut Vicarios de eorum culpis severe castigent.

TITULUS VI.

DE JUREJURANDO.

CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

De perjurio confessus, aut certe convictus viginti morabatinis multetur: qui Ordinario addicuntur. Si solvendo non fuerit, in eum graviter animadverti jubetur: nihilque hac constitutione derogatur pœnis contra perjuros constitutis.

ITem quamvis pia sit consideratione statutum, quod non merentur ecclesias regere, qui sunt perjurii crimine irretiti; nec vivere (debent) de patrimonio crucifixi *, quem sic irreverenter, & enormiter contempserint *: attendentes, quod nonnulli, antiqui hostis invidia procurante, in contumeliam redemptoris, & non modo cum animarum suarum dispendium temere violant præstita a se * juramenta: nos huic morbo damnabili, & pestifero, quantum possumus, competentibus remediis obviare volentes, hac edictali constitutione sancimus; ut si quis clericus famæ suæ prodigus & pro-

* Jesu Christi
* contempserunt
* per eos præstita

& proprii perſecutor honoris, juramenti religionem ſpreverit, nulla cogente neceſſitate, ſed libero arbitrio, & voluntate, contra jusjurandum a ſe præſtitum putaverit eſſe veniendum, & de hoc coram ſuo judice ſit confeſſus, vel legitima probatione convictus, vel alias de præmiſſis conſtiterit evidenter, pœnam viginti morabatinorum ipſo facto ſe noverit incurriſſe; ejus Ordinario, abſque remiſſione aliqua, confiſcandam. Dignum eſt enim, ut quos Dei timor a malo non revocat, temporalis ſaltem coerceat ſeveritas diſciplinæ. Quod ſi ſolvendo non fuerint, ſic alias reatus talium caſtigentur *, quod pœna ipſorum ceteris auferat audaciam * ſimilia præſumendi: ſalvis tamen omnibus aliis pœnis canonicis contra tales editis, quibus per conſtitutionem præſentem non intendimus in aliquo derogari.

** caſtigetur*
** auferatur audacia*

TITULUS VII.
DE APPELLATIONIBUS.
CAPUT I.

SANCTIUS Archiepiſcopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Triginta dies, qui provocanti dantur, incipere declaratur a die appellationis emiſſæ; & ab Archiepiſcopo, aut Epiſcopis, aut horum Vicariis judicibus præſcribi certum diem debere appellanti, infra quem is apoſtolos recipiat.

INſuper, quia ab aliquibus citra temporibus quidam inolevit abuſus per judices, & Officiales eccleſiaſticos, a quibus in vocem appellationis prorumpitur introductus, quem diverſorum doctorum, ſeu gloſſatorum opinio antea præparavit, diſceptantium an triginta dies qui dantur a judicibus, a quibus vox appellationis, ſeu provocationis emittitur ad tradendum * apoſtolos appellanti, currant a die latæ ſententiæ, vel illati gravaminis, cum extra judicium provocatur, vel appellationis emiſſæ: nonnullis aſſerentibus, quod a die latæ ſententiæ, aliis quod a die appellationis emiſſæ debent currere; propter quod eſt in judicis optione, utram maluerit * prædictarum opinionum eligere, & certum juris terminum præfigere appellanti, ex quibus appellantes laboribus, ac ſumptibus fatigantur; cum ſæpe habeant coram appellato, ſeu provocato judice comparere: quinimmo interdum jus appellantium poſſet ex cauſis præmiſſis facile deperire, cum appellationes ex hoc reperiantur deſertæ; affectantes diſceptationem prædictam de Tarraconenſi provincia radicitus extirpare, & ſub tuto, & certo ponere appellantes, (&) ideo ſacri approbatione concilii, præſenti irrefragabili conſtitutione duximus ordinandum, quod dicti triginta dies currant a die appellationis emiſſæ: ſive a ſententia definitiva, ſive interlocutoria; vel extra judicium ab illato, vel inferendo gravamine appelletur. Adjicientes, quod cum a nobis, & ſuffraganeis noſtris, vel quibuſvis judicibus eccleſiaſticis noſtræ provinciæ fuerit appellatum, nos, & ipſi noſtri ſuffraganei, & (noſtri, & eorum) judices certum diem dictorum triginta (dierum) & certum calendarium continentem teneamur, & teneantur præfigere appellanti ad recipiendum apoſtolos; & eadem die, & non ulterius appellans coram appellato habeat, ſeu provocato judice comparere apoſtolos recepturus.

** concedendum*
** judicium optione, quam maluerit*

CAPUT II.

PATRUS ſecundus Archiepiſcopus in ſecundo concilio Tarracone celebrato.

Apoſtolos, ſive litteras dimiſſorias nimis prolixas eſſe non debere.

ABuſum, qui in aliquibus locis Tarraconenſis provinciæ inolevit, per quem fuerat introductum, quod eccleſiaſtici judices in appellationibus ab eis emiſſis nimis prolixos apoſtolos, ſeu litteras dimiſſorias in gravamen, & detrimentum appellantium concedebant, penitus deteſtantes, talia de cetero fieri per Prælatos, Officiales, vel judices ad quos præmiſſa concedere pertinet, ſub obteſtatione divini judicii, & in virtute ſanctæ obedientiæ fieri prohibemus.

Liber Tertius.

TITULUS I.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.
CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, in conc. Ilerdenſi.

Inſtruuntur vita, habitus, & mores clericorum.

A Crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant; officia, vel commercia (ſæcularia) non exerceant, maxime inhoneſta: joculatoribus, mimis, & hiſtrionibus non intendant; tabernas prorſus evitent, niſi forte neceſſitatis cauſa in itinere conſtituti: aleis, vel taxillis * non ludant; nec hujuſmodi ludis interſint: coronam, & tonſuram competentem habeant; clauſa deſuper deferant indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda: pannis rubeis, vel ſendatis *, ſeu viridibus; ſeu virgatis tunicis, vel ſupertunicis ſic apertis, ut oſtendant latera; ſed aſtrictis, ut famoralia non demonſtrent *: nec (non) manicis,

** ad aleas vel taxillos, al. & taxillos*
** ſendatis, al. cendatis*
** ſic ſtrictis quod femoralia demonſtrent*

** vel* — ** aurifrigiis, al. aurifrisis* — ** pileis* — ** subornatis*

nicis, nec * sotularibus consuticiis, vel rostratis, aurifricis *, pictis palliis *, serico superornatis *, fibulis, aut corrigiis auri, vel argenti ornatum habentibus, cincturis sericis, sellis quoque deauratis, vel deargentatis, vel coloris varii, frænis, pectoralibus, calcaribus deauratis, vel aliam superfluitatem gerentibus non utantur. Nullus in sacerdotio, vel personatu constitutus capam manicatam gerat, nisi justi timoris causa exegerit habitum transformari. Ad divinum officium intra ecclesiam capam manicatam nullus deferat, & intra *. In ecclesiis, civitatibus, villis, vel * aldeis clerici cultellos acutos, vel arma portare non præsumant; nisi forte ad * defensionem proprii corporis, justi causa timoris. Si quis autem contra (nostram) hanc constitutionem venire præsumpserit, si beneficiatus sit *, suspendatur ab omnibus beneficiis; & cum ad emendationem venerit, tanto tempore postmodum eorum * perceptione beneficiorum careat, quanto in sua contumacia permanere præsumpserit. Si vero beneficiatus non fuerit, ab introitu ecclesiæ suspendatur.

** nullus clericus gerat Sententiam sanguinis &c.* — ** &* — ** ob* — ** fuerit* — ** eorundem*

CAPUT II.

Benedictus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Prælati monentur curare, dum cibum capiunt, aliquid sacri ut legatur.

ITem ne solum fauces sumant cibum, sed & aures audiant, & percipiant verbum Dei, & cessent vaniloquia, & tumultus, statuimus, quod singuli Episcopi in palatiis suis dum comedunt, ad mensam faciant legi sibi. Idem volumus, & statuimus de * Abbatibus, Prioribus & præpositis in suis conventibus, dum in refectorio comedunt, observari.

** ab*

CAPUT III.

Arnaldus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Vestitus clericorum præscribitur; & quo in templo, & quo extra templum utantur: præfigiturque comparandis vestibus pretium, ut luxus omnis absit.

NUllus clericus vestes rubeas aut virides publice deferat, quovis abusu contrario non obstante. Nec aliquis clericus seipsum, nec nos etiam Archiepiscopus, aut alii Prælati, & personæ ecclesiasticæ socios nostros induamus de panno, cujus commune pretium * ultra viginti quinque libras; nec alios clericos, vel scutiferos, [& officiales inferiores, vel scholares] de panno, cujus commune pretium ultra duodecim libras: (al. *communis pecia ultra XVIII. libras: nec alios officiales inferiores, vel scholares de panno, cujus communis pecia ultra duodecim:*) nec alios servitores pedites de panno, cujus commune pretium * ultra octo libras monetæ Barcinonensis constet. Nec aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus portet pelles varias in mantello. Canonici insuper, & clerici de Capitulo cathedralis, vel collegiatarum ecclesiarum, & alii in sacris ordinibus constituti manicas supertunicalium rotundas, & largas habeant competenter, nec in circumferentia manicarum, vel gramasiarum & aliarum vestium portent circumferentias pellium additarum: nec portent sotulares albos, vel cum chorda parenti: nec in galero forraturam alicujus coloris, de quo eos indui non liceret, nec Canonici, nec * alii clerici de Capitulo cathedralis ecclesiæ portent in caputiis caparum de choro, quæ nigræ esse solent, (& debent) forraturam nisi de variis grisis, vel de pellibus nigris, vel de aliquo panno nigro; nec easdem capas faciant ita longas, quod ultra palmum trahant per terram: pretium vero * dictarum caparum, quæ causa honestatis, & humilitatis fiunt, & portantur, sic temperent, quod non possit in eis aliquis denotari excessus. Alii vero clerici in caputiis dictarum caparum non portent aliquam forraturam; nec eas ita longas, quod trahant per terram, sed sufficiat, quod cooperiant pedes suos. Nec aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus induat se de nigro, seu de vestibus lugubribus per mortem alicujus, nisi fuerit pater, vel mater, frater [aut soror] aut dominus: quas etiam ultra duos menses portare non possit. Sella vero cujuscumque clerici sit honesta; nec cum fræno, & * pectorali ultra tres libras constare possit. Quicumque in prædictis, seu aliquo prædictorum excesserit, vestes, seu sellas, in quibus excesserit, teneatur dare pauperibus infra mensem. Alioquin (ad hoc) per suum Episcopum compellatur: vestibus tamen & sellis jam factis, quæ alias sunt honestæ, quilibet uti possit.

** communis pecia* — ** communis pecia* — ** vel* — ** autem* — ** nec*

CAPUT IV.

Idem in eodem.

Prælatorum mensis non nisi duo fercula apponi debere; quorum in uno duo sint genera carnium, in altero unum, salsis exceptis: die jejunii tria.

STatuimus, quod nos, vel aliquis Episcopus, seu Prælatus, aut quicumque alius clericus non detur in uno prandio, seu comestione nisi duo fercula: in quorum altero possint esse duo genera carnium, in altero de una dumtaxat; in quibus tamen carnes salsæ minime computentur. In diebus vero jejunii possint dari tria fercula, & non ultra.

CAPUT V.

Petrus secundus Archiepiscopus in tertio concilio.

Clericis beneficiatis, vel in sacris ordinibus constitutis lancea, scuto, ballista interdicitur, etiam tumultu, & clamore excitato, qui excitari consuevit contra vim inferentes, aut delinquentes: qui quoties in hujusmodi armis deprehensi fuerint, viginti solidis mulctandi sunt.

CUM usus armorum clericis sit prohibitus, & maxime qui gestum, & habitum clerica-

ricalem deturpat; propterea ſacro approbanto concilio ſtatuimus, quod nullus beneficiatus, ſeu clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, a modo abſque juſta, & rationabili cauſa equitando, vel peditando portet lanceam, [&] ſcutum, vel balliſtam cum ſagittis; nec ad ſonnum de viaſos *, ſeu rixam, quæ aliquando in civitatibus, villis, ſeu caſtellis *, ſeu locis fieri contingunt, exeant cum armaturis prædictis: cum non ſit licitum clericis aliquem offendere, nec inter offendentes exiſtere, niſi cauſa defenſionis ſui, vel rerum ſuarum. Qui vero contrarium fecerit, niſi ex juſta, vel rationabili cauſa, ut præfertur, & * niſi de licentia ſui ſuperioris hoc fecerit, pœnam viginti ſolidorum incurrat pro qualibet vice, qua culpabilis (inventus) fuerit in præmiſſis *, applicandam ſuo Prælato *.

* viaſors
* vel caſtris
* vel
* prædictis
* Prælato eccleſiæ

CAPUT VI.

Petrus tertius Archiepiſcopus in concilio.

Clericis beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis veſtium, vel retro, vel ad latus ſciſſarum uſu interdicitur: multanturque amiſſione veſtium, qui non paruerint.

SAcrorum canonum imitantes ſtatuta, ſacro concilio approbante ſtatuimus, quod nullus Canonicus, religioſus, vel ſæcularis in quacumque dignitate, vel officio conſtitutus, aut clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus audeat portare veſtes ſuperiores retro, aut in lateribus fiſſas. Contrarium vero facientes perdant veſtes, fabricæ eccleſiarum, in quibus reſederint, vel pauperum uſibus ipſo facto per Ordinarium applicandas.

CAPUT VII.

Dalmatius Archiepiſcopus in concilio.

Ad ſuperiores conſtitutiones, quibus veſtitus, atque habitus clericorum reformabatur, hac conſtitutione adiiciuntur, quæ poſt eas latas agnitum eſt ad honeſtatem clericorum, præter ea, quæ illis vetita fuerant, etiam pertinere.

POmpoſis, & variis ornatibus veſtium eccleſiaſticæ vitæ & honeſtati contrariis, quibus nonnulli clerici noſtræ provinciæ magis ad faſtum, & etiam oſtentationem, quam neceſſitatis, & * utilitatis gratia, a paucis citra temporibus aſſueſcunt, ſatagentes ſe in his laicis conformare, obviare, quantum cum Deo poſſimus, cupientes; quamquam circa hæc per bonæ memoriæ domini Sabinenſis Epiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati conſtitutionem incipientem *A Crapula*, & aliam domini Arnaldi Archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri incipientem *Nullus Clericus*, ultimo per decretum Conſtantienſe incipiens *Inter ceteros Prælatorum exceſſus*, aliqualiter ſit proviſum; tamen quia in forraturis, & aliis ſubſcriptis etiam inolevit abuſus, & novis morbis nova ſint antidota præparanda, ut dictorum clericorum mores, & actus in melius reformentur, ſacro approbante concilio eiſdem conſtitutionibus infraſcripta addimus, & hac novella conſtitutione ſancimus, quod de cetero nulli Canonici, vel clerici regulares, vel ſæculares, in ſacris conſtituti ordinibus, ſeu beneficiati * noſtræ provinciæ Tarraconenſis, cujuſcumque præminentiæ, ſtatus, gradus, vel condicionis exiſtant *, veſtes rubeas, vel virides, nec forraturas pellium de martis, de faginis *, neque de vebres, aut vulpium in veſtibus, neque rivetos duplices in collaribus, in fimbriis, nec (in) manicis, nec etiam veſtes fiſſas retro, niſi in itinere conſtituti: neque in lateribus quoquomodo, vel etiam ante ultra tres palmos, neque etiam longas retro ultra quattuor digitos ex tranſverſo, ne caudati more incedant muliebri, manicaſque cum forraturis duplicatas, neque etiam diploides, ſive jubons de ſerico; neque etiam in caputiis cucullas longas ultra duos palmos, niſi in itinere conſtituti [quoad ipſas cucullas] neque etiam coopertuas * ſellarum in equitaturis longas ultra unum palmum prope *lo ſtrep*, deferre aliquatenus *, ſeu portare præſumant: ſed ſe omnes honeſtos Deo, & hominibus exhibeant vita, moribus, & exemplis, ac in omni decentia habitus, & inceſſus. Nam (&) habitus clericorum ab habitu laicali penitus debet eſſe diſtinctus. Qui vero contrarium egerit, veſtes illas ipſo facto amittat, fabricæ eccleſiæ civitatis, villæ, vel loci, ubi tranſgreſſor hujus ſtatuti repertus fuerit, ipſo jure irremiſſibiliter acquirendas. Adiicimus *, quod ſi deferens ab inde veſtes rubeas, vel virides aut forraturas pellium de martis, de ſaginis, de vebres, aut vulpium, veſteſque fiſſas retro, niſi ut ſupra præmittitur, vel in lateribus; diploideſque * de ſerico: veſtes, & diploides illas requiſitus realiter, & de facto intra tres dies tradere fabricæ jam dictæ recuſaverit, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrat. Statuimus nihilominus, dicti approbatione concilii, quod Epiſcopus, in cujus diœceſi proxime dictorum tranſgreſſor fuerit adinventus, aut ipſo extra locum agente, ejus Vicarii, vel Officiales infra tres dies, poſtquam eis prædicta per ſummariam informationem, in qua non oporteat partem vocare, innotuerint, illum requirere faciant: & ſi requiſitus parere noluerit, excommunicatum publicent, ſeu publicari faciant ſine mora. Quod ſi in his Epiſcopus remiſſus fuerit, ab ingreſſu eccleſiæ, donec illum publicaverit, ſentiat ſe ſuſpenſum, Vicarii autem, & Officiales in his modo prædicto remiſſi, excommunicationis ſententia ſint ligati. Illi vero, qui rivetos duplices in collaribus, in fimbriis, vel manicis; aut veſtes ante fiſſas ultra tres palmos, vel longas retro ultra quattuor digitos, manicaſque duplicatas, cum forraturis, aut cucullas in caputiis ultra duos palmos, ſive coopertuas * ſellarum longas ultra unum palmum portaverint, ut prætangitur, quæ omnia perdere debent, juxta præſentis conſtitutionis tenorem, ad illas traden-

* vel
* nullus canonicus, vel clericus regularis, vel ſæcularis in ſacris ordinibus conſtitutus, ſeu beneficiatus
* dignitatis, ordinis, ſtatus, vel condicionis exiſtat
* fugiens.
* coopertas
* aliqualiter
* Adiicientes
* vel diploides
* coopertas

dendas per Episcopos, vel eorum Vicarios, seu Officiales æqualiter, & sine personarum acceptatione (seu exceptione) per illa juris remedia, quæ elegerint, omnimode compellantur. Constitutionem autem hujusmodi post quattuor menses a tempore publicationis in præsenti concilio faciendæ ligare volumus, & non ante.

CAPUT VIII.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

Hac quoque constitutione ad superiores de habitu, & vestitu clericorum pleraque adjunguntur, quæ eodem pertinent; ut honestati clericalis ordinis consulatur.

DEcet vitæ ecclesiasticæ professores tantum præ ceteris honestate pollere, quantum a vulgari populo segregati, Dei sunt in sortem assumpti: ut in domo Domini familiaribus obsequiis insistentes morum compositionis, & honestatis ceteris de se præbeant speculum, & exemplum. Hinc est, quod circa clericorum vitam moribus adornandam, & honestatem gestu, [&] actu, & habitu exhibendam, & ab indecentibus sæcularium rerum negotiis clericos sequestrandos, tam a jure communi, quam per constitutiones Legatorum Apostolicæ sedis, quamque per * provinciales, & synodales plura fuerunt laudabiliter instituta, quorum multa præsumptuosa transgressorum audacia sauciavit. Universos igitur ecclesiarum Prælatos propensius exhortamur, ut circa prædicta per actuales executiones rigidas, & districtas constitutiones, & jura prædicta sollerter studeant instaurare; & clericos beneficiatos, aut in sacris ordinibus constitutos a procurandis, & administrandis bonis, vel negotiis laicarum personarum penitus arceant. Huic insuper addimus sanctioni *, quod nullus in sacro ordine constitutus, aut religiosus, vel clericus, ecclesiasticum beneficium obtinens, cujuscumque dignitatis, status, aut condicionis existat, publice vestiri audeat vestibus alterius panni, quam de lana, vel stameno; nec * rubei, vel viridis coloris, & brevitate, ac * longitudine nimia [non] notandis: & (ad ultimum) ultra tres digitos vestium inferiorum longitudo non superet vestimentum superius; neque forraturas * deferat pellium de martis, de faginis *, de vebres, de ludries, de squirols, aut vulpium: neque vestes fissas in lateribus ullo modo, neque etiam retro, præterquam in itinere, itinerandi causa constitutus: neque diploides, aut collaria, neque * manicas de panno serico. Et quod Prælatis, doctoribus (&) magistris, licentiatis, & nobilibus, & cathedralium ecclesiarum Canonicis, dignitatemque, vel personatum obtinentibus dumtaxat exceptis, nullus audeat in vestibus, seu caputiis forraturam portare de vais albis, vel de grisis, usu rivetorum quarumcumque pellium in manicis, & collaribus * ab omnibus, & singulis supradictis penitus rejecto. Qui vero contra aliquod superius expressorum præsumpserit facere, vel venire; vestem, quam contra nostram prohibitionem hujusmodi ausu temerario publice portare præsumpserit, fabricæ, vel ornamentis cathedralis, vel collegiatæ, aut parochialis ecclesiæ, vel monasterii, ubi talis fuerit transgressio attentata, erogare, & tradere teneatur. Ad hæc insuper adjungimus *, quod si quisquam præsentis constitutionis transgressor fuerit, & ad sui Prælati mandatum vestem contra hanc constitutionem delatam, infra sex dies fabricæ vel ornamentis, ut prædicitur, recusaverit erogare, per tres annos ipso jure, a beneficiis, quæ obtinet, sit suspensus. Et non beneficiatus per idem tempus efficiatur inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum: locorum Ordinarios sub obtestatione divini judicii commonentes, quatenus circa hujusmodi observantiam statuti sic se vigiles exhibeant, & sollertes, ne in districto judicio Dei sanguis subditorum de Prælatorum negligentium manibus requiratur. Quod si negligentes extiterint in præmissis, ad valorem vestis propter eorum negligentiam non traditæ ipsi fabricæ, vel ornamentis, in foro conscientiæ teneantur: aliis juris communis, Legatorum [&] provincialibus, & * synodalibus statutis circa ea, quæ præsens non complectitur constitutio, in suo robore permanentibus, & valore. Per hoc tamen non intendimus præjudicare illis, qui super præmissis Apostolicæ sedis privilegiis, de quibus legitime constare poterit, fuerint muniti.

* quam
* constitutioni
* non
* aut
* folraturas
* de martis, de fasines
* vel
* vel collaris
* adigentes
* vel

CAPUT IX.

PETRUS de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

Vestitus, atque habitus clericorum honestati parum congruens hac constitutione tollitur. Est pars constitutionis incip. Statuimus.

PRohibemus etiam, ne clerici in sacris ordinibus constituti, neve * beneficiati cujuscumque dignitatis, gradus, seu condicionis existant, deferant camisias vulgo dictas, *Ab lletuqueta* *, neque fronsitas in pugno, nec in eis deferant aliquem colorem, præter album: nec manicas diploidum, nisi strictas in pugno: neque caligas crocei, rubei, viridisque * colorum, seu albas: neque braguetas * ex aliquo serico, vel panno, nec cum [diversis] rivetis seu filluris *, neque sayones scotatos *, neque manicas fractas, nec sotulares, sive coturnos coloris a jure, vel constitutione prohibiti; neque sotulares apertos, sive scotatos, nec cum scilluris: nec vestes superiores coloris a jure, vel consuetudine probibiti, nec nimia longitudine, vel brevitate notandas, sed talares ante, & retro clausas: neque botonos * ex auro, sive [ex] argento, vel smalto. Prohibemus etiam, quod exceptis Canonicis cathedralium ecclesiarum, & dignitates obtinentibus, nobilibus, & do-

* nec
* de lleuguета
* viridit
* bracatas
* scissuris
* fayons scotatas
* botones

& doctoribus nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficiatus deferat sericum cujuscumque qualitatis neque vestes superiores de camelloto *, neque xias de tafatano. Contrarium vero facientes *, ut supra. Per hoc autem non intendimus derogare juri, constitutionibus provincialibus, vel Legatorum super his editis, præmissis non contrariis: sed eas (esse) volumus in suo robore permansuras.

* zamelloto
* &c.

CAPUT X.

Idem in eodem.

Clericis in sacris ordinibus constitutis, vel beneficiatis ballistam, vel sclopetam ferentibus mulcta decem ducatorum infligitur; lanceam autem, aut alia arma offensiva præter ensem gestantibus quinque ducatorum, reliquæ pœnæ arbitrio Ordinariorum relinquuntur.

APprobando * constitutiones provinciales mandantes clericis, ne arma deferant, statuimus; quod quicumque clericus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficiatus repertus fuerit cum ballista, vel sclopeta, puniatur pœna decem ducatorum: si autem cum ense, gladio, sive punyal, seu daga, pœna duorum ducatorum: si vero cum lancea, vel aliis armis offensivis, præter ensem, & gladium, puniatur pœna quinque ducatorum, & aliis pœnis arbitrio suorum (superiorum) Ordinariorum: super quibus eorum conscientias oneramus. Et nihilominus arma amittat *, nisi licentiam habuerit * a suis Ordinariis, quam ex justa causa possunt * concedere: hortamur tamen eos, ut caute in dando dictam licentiam se habeant. Permittimus tamen clericis itinerantibus deferre ensem.

* Approbantes
* amittant
* habuerint
* possint

CAPUT XI.

Ferdinandus in concilio Barcinonensi.

NEmo militans Deo, ut ait beatus Apostolus, implicat se negotiis sæcularibus. Quamobrem multis, ac variis sacrorum conciliorum, & Romanorum Pontificum, ac nostrorum prædecessorum constitutionibus statutum est, ut clerici, vel monachi sæcularibus negotiis non se immisceant. Ministros itaque, & famulos laicarum personarum esse clericos in sacris ordinibus constitutos, aut mensæ laicorum ministrare, sacri approbatione concilii prohibemus; nec non fœminas quascumque eisdem clericis inniti, & manibus, vel brachiis eorum adhærere; aut eadem mula, equo, vel jumento vehi sub excommunicationis pœna prohibemus.

TITULUS II.

DE COHABITATIONE CLERICORUM ET MULIERUM.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

Episcopi in primis synodis monentur publice denuntiare omnes sacerdotes, diaconos, subdiaconos, beneficiatos, qui vel domi suæ, vel in aliena concubinas habuerint, sacerdotali munere suspensos: ipsas autem excommunicationi obnoxias; ac, si mori contigerit, sepultura ecclesiastica carituras. Si quis hac de causa suspensus, munus sacerdotale tamen obierit, non beneficiis solum spoliari jubetur, sed etiam perpetuo deponi. Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris in concubinarios ut inquirant, & re comperta, denuntient suspensos, & ad Episcopos deferant, negotium datur.

AD extirpandam clericorum incontinentiam statuimus; ut quilibet Episcopus in prima synodo, quam ipsum celebrare contigerit, suspensos denuntiet omnes sacerdotes, diaconos, subdiaconos *, & omnes beneficiatos, qui ex tunc * in suis, vel alienis domibus detinere præsumpserint publice concubinas: & illas, quæ de cetero talium fuerint concubinæ, denuntient excommunicationi subjectas *, & sepeliendas, si decesserint, asinorum sepultura. Et has sententias Episcopi, & alii * sacerdotes in publicis prædicationibus denuntient. Si quis vero hac de causa suspensus, præsumpserit celebrare divina; non solum ecclesiasticis beneficiis spolietur, verum (etiam) pro hac duplici culpa perpetuo deponatur. Et ut statutum hoc melius executioni mandetur, præcipimus, ut Decani ecclesiarum in suis Capitulis, Archidiaconi, & Archipresbyteri, ubi fuerint, in suis officiis, diligenter inquirant, si quos invenerint post dictam denuntiationem in (prædicta) synodo factam, incontinentiæ * vitio laborantes *: & eosdem statim ab officio, & beneficio nominatim suspensos denuntient; & eorum incontinentiam Episcopo significent: & Episcopus percepta veritate, a beneficiis ipsos perpetuo spoliare non omittat, sicut cautum est in concilio generali.

* diaconos, & subdiacones
* ex nunc
* excommunicationi subjacere
* vel ipsi
* in prædicto incontinentia
* commorantes

CAPUT II.

Innocentius Papa IV.

Archiepiscopo Tarraconensi, & ejus suffraganeis permittitur, ut eos, qui superiore constitutione Cardinalis Sabinensis censuris irretiti fuerant, queant absolvere. Conceditur etiam, ut cum iis dispensent, qui vel juris ignoratione, vel oblivione concubinatus tempore sacros ordines, vel acceperint, vel ministrarint. Qui nequibunt ignorationem excusare, absit modo contemptus, jubentur biennio sacris ordinibus suspendi, & pœnitentia salutari expiari: qua peracta cum eis ut dispensetur, permittitur. Archiepiscopus cum Episcopis, qui in has irregularitatis sententias incurrerint, dispensare potest.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraco-

conensi, & Suffraganeis ejusdem * salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum nonnulli clerici vestrarum civitatum, & diœcesium pro manifesta concubinarum cohabitatione; quidam vero pro detentione illicita plurium dignitatum, vel beneficiorum curam habentium animarum annexam, contra inhibitionem bonæ memoriæ Sabinensis Episcopi in Hispaniæ partibus Apostolicæ sedis Legati, suspentionis & excommunicationis sententias incurrerint, & tam illorum, quam istorum aliqui sacros susceperunt * ordines, & divina celebrarunt * officia sic ligati: saluti eorum consulere cum difficile sit, eis pro absolutionis obtinendo beneficio ad sedem Apostolicam personaliter laborare, paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati facientes personis vestris specialem gratiam; fraternitati vestræ præsentium auctoritate concedimus ut tam prædictos clericos, quam alios etiam, qui deinceps sententias easdem incurrerint *, absolvere valeatis juxta formam Ecclesiæ, vice nostra: proviso, quod concubinarii, concubinis a se procul abjectis, sufficientem cautionem exhibeant, quod illas, vel alias non resumant; & contra hujusmodi detentores procedatis, prout de jure fuerit procedendum. Dispensandi præterea cum illis, qui facti immemores, vel juris ignari sacros susceperunt ordines, vel ministrarunt in ipsis, aut suscipient, vel ministrabunt in posterum, post injunctam eis pœnitentiam competentem, prout eorum saluti expedire videritis *, tribuimus vobis liberam facultatem. Si qui vero scienter talia, non tamen in contemptum clavium præsumpserunt, vel præsumpserint (etiam) in futurum, eos per biennium ab executione ordinum suspendatis, injuncta eis pœnitentia salutari. Qua peracta, si fuerint bonæ conversationis, & vitæ, liceat vobis dispensare cum eis, sicut videritis expedire. Adhæc si aliquis * suffraganeorum tuorum, frater Archiepiscope, sententias, & irregularitates hujusmodi incurrerit *, cum ipsis beneficio eisdem absolutionis impenso juxta formam ecclesiæ, [&] sicut tibi videbitur, auctoritate nostra dispensare *. Datum Lugduni XIII. Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

* ejus
* susceperint
* celebraverint
* incurrerent
* noveritis
* aliqui
* incurrerint, vel incurrerint
* assensu

CAPUT III.
Ægidius Cardinalis Legatus.

Prælatis Hispaniæ committitur pœnæ concubinariis a Cardinali Sabinensi inflictæ in aliam commutatio.

VEnerabilibus in Christo patribus Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Prælatis ecclesiarum per Hispaniam (constitutis) Ægidius divina providentia * sanctorum Cosmæ, & Damiani diaconus Cardinalis salutem in vero salutari. Ad regimen animarum, & curam sedes Apostolica instituta, pericula, per quæ commissæ sibi animæ cadunt graviter in commissa, cura debet sollicita removere, salubrem animabus ipsis adiciendo medelam. Sane cum recolendæ memoriæ venerabilis in Christo pater dominus Joannes Sabinensis Episcopus in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur pro reformandis moribus, & præcipue clericorum, qui pro vitæ munditia, & conversatione laudabilem formam in moribus dare debent ceteris pura conscientia, fecit, & statuit omnes sacerdotes, diaconos, & subdiaconos, & omnes beneficiatos, qui in domibus suis, vel alienis detinere publice præsumerent concubinas, denuntiari suspensos, & concubinas talium excommunicationis sententiæ subjacere. Verum quia sæpe, quod providetur ad bonum, antiqui hostis procurante invidia, tendit ad noxam, prædictæ sententiæ, quæ pro animarum procurandam salutem fuerant promulgatæ, tamen propter * irregularitates, quas clerici sententiis eisdem ligati multotiens contrahebant, cum propter * contagiosæ pœnæ contagium, qua excommunicati per excommunicationem [affecti] sibi communicantes inficiunt excommunicationis labe, animabus ipsis laqueos æternæ mortis parabant; & quamplurimi * sæpissime unius laqueo ligabantur. Huic autem morbo dominus Papa saluiferam intendens adhibere medelam, nobis viva voce mandavit, ut contra morbum eundem tam pestiferum, tam damnosum [tam] in clerum Hispaniæ infamiam inducentem conveniens adhibere remedium curaremus; ut animarum vitaretur periculum, & nihilominus delinquentes canonicam non effugerent ultionem. Nos igitur cum Prælatis, & aliis viris Hispaniæ discretis apud sedem apostolicam constitutis, super his deliberatione præhabita, & diu de commutatione pœnæ prædictæ tractatu habito, cum eisdem prospeximus, quod cum per varietatem * personarum, & etiam regionum pœnæ sint proinde variandæ, ne ad instar imperiti medici omnium curare oculos uno collyrio videremur; vobis, qui condicionem personarum, & locorum vestræ provinciæ melius scire potestis, eadem auctoritate committimus districte præcipiendo mandantes, quatenus habentes præ oculis solum Deum, cui de animabus vobis commissis reddituri estis in die judicii rationem, pœnas clericis, & concubinis prædictis per sententias memoratas impositas, in pœnas alias, quas personarum, locorum, & temporum circumstantiis provida circumspectione pensatis earundem animarum saluti magis expedire videritis, commutetis, eis * Legati sententias auctoritate Apostolica postmodum relaxantes. Singuli autem vestrum nihilominus circa suos subditos, qui ex dictis sententiis in excommunicationis, vel irregularitatis laqueos hactenus inciderunt, per absolutionis, & dispensationis gratiam, prout merita personarum exegerint, eadem auctoritate, discretione prævia, providere curetis: proviso, ut quod pro correctione morum duxeritis ordinandum, ad iniquum compendium nullatenus convertatis. Datum Genuæ Calendis * Junii, pontificatus domini Innocentii Papæ quarti anno octavo, (anno) Domini MCCLI. *

* patientia
* tum per
* tum per
* plures
* pro varietate
* ejusdem
* Januæ Kalend.
* LII.

CA-

CAPUT IV.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Atchiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Prælati in concubinarios publicos, & Rectores in suis ecclesiis non residentes in visitationibus annuis jubentur procedere.

Quoniam, teste Scriptura, mundos, & sedulos esse convenit, qui Domini vasa ferunt; ideo sacro approbante concilio ordinamus, ut contra clericos concubinarios, præsertim publicos, eorumque concubinas; & Rectores ecclesiarum in suis non residentes ecclesiis, Episcopi in visitationibus, quas semel in anno fieri præcipimus, seu alias, sic procedant juxta canonica, seu synodalia statuta *, ne peccatum eorum proprium facere videantur.

* *instituta*

CAPUT V.

Arnaldus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Concubinarios, qui ad vomitum redierint, hæc constitutio jubet retrudi quopiam, non pecunia mulctari. Est pars capit. incip. Fuit in præsenti: *infra de celebr. Missar.*

Et clericos concubinarios publicos beneficiatos, vel in sacris ordinibus constitutos, qui post primam, & secundam correctionem reperti fuerint dicto vitio laborare, ad peragendam pœnitentiam ad tempus, prout eis videbitur expedire, in aliquem locum detrudant, pecuniam ab eis in casu præmisso nullatenus recepturi.

CAPUT VI.

Petrus secundus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Vetantur Episcopi, in concubinatu manifesto bis deprehensos pecuniarie punire; sed vel corporis pœna, vel privatione beneficiorum vel certe eorundem, aut ordinum suspensione a peccato deterrere. Suspensorum fructus beneficiis applicantur. Conferri beneficium concubinario vetatur; eique facta collactio ipso jure nulla declaratur. Concubinarius si Prælatus, vel Canonicus fuerit ad negotia Capituli, generales curias, & concilia admitti, aut ullum Episcopi, aut Prælati honorem gerere prohibetur.

Quamvis ad decorem domus Dei circa vitam, (&) honestatem, & continentiam clericorum in Dei conspectu divina ministrantium sacramenta per sanctiones canonicas, & [per] provinciales constitutiones alias sit provisum; quia tamen nonnulli punitiones pecuniarias ipsarum * non formidantes, correctiones ipsorum criminum * deducunt penitus in contemptum, nosque debitum nostri officii exolvere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus; ne aliquis Episcopus per se, vel [per] alium clericos concubinarios beneficiatos, vel in sacris ordinibus constitutos, qui in domo propria, vel aliena teneant publice concubinam, quorum concubinatus non possit per aliquam tergiversationem * celari, ex quo bis eos, vel eorum alterum in concubinatu invenerit, & puniverit, ne possit in pecunia *, vel (in) bonis aliquo modo punire: sed tales concubinarios, & eorum quemlibet teneatur in persona, seu eorum beneficiorum privatione, seu ad tempus suspensione, aut ab eorum ordinum executione punire; ejus conscientiam onerantes *: proviso tamen, quod fructus beneficiorum advenientes durante tempore (dictæ) suspensionis, si forte fieri contingat * occasione prædicta, convertantur in utilitatem ipsorum beneficiorum. Ceterum cum ex ingenio calliditatis humanæ naturæ protervitas criminum proteletur, convenit super hoc de speciali remedio providere. Idcirco eodem approbante concilio providemus, ne de cetero alicui clerico in crimine concubinatus publice, ut prædicitur, constituto, cujuscumque status, seu condicionis existat, beneficium ecclesiasticum quocumque nomine censeatur, conferri possit ullo modo: &, si collatum fuerit, collatio hujusmodi sit nulla ipso jure. Et si talis clericus concubinarius Prælatus, seu Canonicus ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ fuerit, ad communes tractatus Capituli, vel ad curias generales, vel concilia minime admittatur: nec possit tenere officium aliquod honoris alicujus Episcopi, seu Prælati.

* *Episcoporum*
* *correctionem Episcoporum*
* *aliqua tergiversatione*
* *pecuniam*
* *onerando*
* *contigerit*

CAPUT VII.

Petrus de Luna sedis Apostolicæ Legatus in concilio Gerundæ celebrato.

Concubinarii, quamdiu in concubinatu vixerint, & post duos menses, quam a concubinatu se abstinuerint, inhabiles jubentur esse ad quodvis beneficium obtinendum, & ordines recipiendos, & exequendos; donec fuerit sufficienter cum eis dispensatum. Tunc facta eis collatio ipso jure nulla declaratur; jubenturque collatores in collationis litteris clausulam addere, se nullam velle eam collationem, si is, cui fiet, concubinarius sit, aut nondum elapsi duo menses fuerint. Statuitur etiam, ut qui post duos menses a denuntiatione facienda a concubinatu non se abstinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum priventur. Quod si duos alteros menses ultra superiores duos in luto hæserint, altera parte; si alios duos ultra quattuor, reliqua fructuum parte. Si privati partem aliquam fructuum attigerint, a Prælatis restituere cogantur. Si ultra sex superiores menses in eodem hæserint luto, alios continuos quattuor beneficiis, donec ad bonam frugem redierint, jubentur privari, denuntiarique inhabiles ad duos menses, ut quævis beneficia obtineant, aut sacros ordines recipiant. Qui privati, a fructibus manus non abstinuerint, ita ex-

com-

communicantur, ut absolvi nequeant, nisi restitutis, quæ rapuerint. Fructuum, quibus privati fuerint, partes duæ eorum adducuntur beneficiis: cuequenti hanc constitutionem tertia. Qui tempore obitus, aut nondum lapsis duobus mensibus, eu quo se removerint a concubinatu, vita functi fuerint, jure testandi privantur: bonis confiscatis, & partim fabricis ecclesiarum, partim Ordinario, partim redemptioni captivorum applicatis. Ipsi, & concubinæ sine sepultura ecclesiastica abiici jubentur, qui sepelierint excommunicantur: locus autem interdictus erit, quoad cadavera fuerint amota. Hoc autem ita statuitur, ut sine fraude cujusquam fiat, ad quem bona decedentis pertineant. Episcopis etiam præcipitur, ut diligentiam adhibeant in pœnis tum exigendis, tum colligendis per viros duos ad id destinatos: testesque synodales legant, qui quæ repererint, quotannis in synodis Episcopis denuntient, aut eorum Vicariis, ne ignoratione se queant eucusare.

SPeciosus forma præ filiis hominum, & plenus gratia, fons virtutum, gloriosus sponsus Ecclesiæ Jesus Christus inter alia sanctitatis insigna, quibus sponsam suam * inclyram insignivit, gloriosam constituit castitatem; ut in illa, sine qua nullum bonum opus existit, sponsæ * ipsius, & ministri ejus eidem sponso virgini, nato de virgine, vitæ puritate fulgentes, devotione supplici deservirent. Sed nonnulli clericorum, & religiosorum famæ suæ, & salutis immemores, cum concubinis publice vitam ducunt enormiter dissolutam. Super quo bonæ memoriæ Joannes Episcopus Sabinensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in partibus Hispaniæ Apostolicæ sedis Legatus, cupiens salubriter providere, quandam constitutionem provide edidit, quæ antiqui hostis procurante versutia, usquequaque non extirit observata. Propter quod nos adversus hujusmodi vitium providere * de salubri remedio cupientes, monemus omnes, & singulos presbyreros, diaconos, subdiaconos, & clericos beneficiatos, ac etiam religiosos cujuscumque dignitatis, status, gradus, & condicionis, atque ordinis existant, ne concubinas in domo propria, aut aliena publice audeant detincre. Contrarium facientes sint inhabiles, dum sic, ut præmittitur, tenuerint publice concubinas, & per duos menses sequentes, postquam etiam easdem dimiserinr realiter, & cum effectu, ad quodcumque beneficinm ecclesiasticum obtinendum; etiam si beneficium patrimoniale (existat) vel capellania fuerit temporalis. Sit eriam eis per idem tempus ad recipiendum sacros ordines aditus interdictus; ut sic ab executione ordinum infra idem tempus receptorum suspensi maneant donec cum eisdem fuerit dispensatum sufficienter: & collatio beneficiorum eis facta infra ipsum tempus vacua, irrira sir, & nulla * ipso jure; si ipsas concubinas tempore receptionis dictorum ordinum, aut collationis beneficii, seu beneficiorum eis factæ, vel infra terminum duorum mensium ante * publice renuerint, ut præfertur.

** ejus*
** sponsa*
** provideri*
** sit nulla, vacua, & irrita*
** antea*

Et ut de prædictis certius constet, & nullum dubium in posterum oriatur, volumus, quod beneficiorum collatores in litteris per eos concedendis super collationibus hujusmodi beneficiorum, apponi faciant clausulam sequentem *: „ Nostræ tamen intentionis existit, quod si tempore collationis per nos de „ hujusmodi beneficio tibi factæ, aut a duobus „ mensibus proxime lapsis citra, publicus concu- „ binarius fueris, præsens nostra collatio nullius „ sir roboris, vel momenti “. Adiicientes etiam, & insuper statuentes, prout Joannes Episcopus Sabinensis præfatus statuit, quod quicumque clerici, aut religiosi, qui post duos menses a publicatione constirurionis, & monitionis in ecclesia cathedrali cujusque diœcesis * facienda oumerandos, concubinam, seu concubinas modo prædicto retinuerint *, vel dimissam, seu dimissas, aut aliam, seu alias admiserint, si beneficiati existunt *, terriam partem fructuum omnium beneficiorum, quæ pro illo tempore obtineanr *, sint privati ipso facto. Si vero per alios duos menses, prædictos, duos immediate sequentes in eodem crimine continuaverint vitam fœdam, alia tertia parte. Et, si forsan Dei timore contempto, per alios duos menses, prædictos, quattuor immediate sequentes in peccato permanserint memorato, reliqua tertia parte dictorum beneficiorum fructuum omnino privati existant: præcipientes eisdem, quod ad aliquam partem fructuum prædictorum, postquam ipsa, vel ipsis, ut prædicitur, privati fuerinr, manus temerarias aliquatenus non extendant. Et, si forsan contrarium attentaverint, sub obtestatione extremi judicii Prælatis eorum, sive sint diœcesani, sive alii, districte præcipimus; quod ad restituendum quidquid de prædictis tertiis fructuum, seu ipsarum aliqua (parte) postquam modo prædicto privati existent, occupaverint, seu detinuerint, vel consumpserint, per censuram ecclesiasticam & alia juris remedia ipsos compellere non omittant. Quod si forte prædicti clerici, vel religiosi concubinarii adhuc ad cor non redierint, sed nostrum contemnentes mandatum se ostenderint tam execrandæ turpitudinis amarores, Prælatis suis prædictis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub animarum suarum periculo districte præcipimus, & mandamus; quatenus si infra quattuor menses post supradictos sex menses continue numerandos transgressores prædicti concubinas præfatas * omnino non dimiserint; easdem, vel alias ulterius admiserint *, eos privent beneficiis suis; ipsosque in limo peccatorum tam fixos, donec se correxerinr, & postea per duos menses inhabiles esse denuntient ad quæcumque beneficia ecclesiastica obtinenda; eisque decernant per idem tempus ad suscipiendum sacros ordines aditum interdictum. Volumus eriam, quod si quis de prædictis, postquam beneficio, seu bene-
nefi-

** subsequentem*
** de cujus diœcesi existunt*
** detinuerint*
** existant*
** obtinent*
** prædictas*
** non admissuri*

neficiis privatus fuerit modo prædicto, manus rapaces extenderit ad dictorum beneficiorum fructus, seu ad aliquam eorum partem, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto: a qua non possit absolvi, nisi de sic occupatis restitutionem integram *, & beneficii, seu beneficiorum, quibus privatus fuerit, ut prædicitur, dimissionem plenariam * prius fecerit *. De fructibus vero beneficiorum, quibus concubinarii hujusmodi privati decernuntur, ut præmittitur (dimissione plenaria) duæ partes assignentur pro servitio beneficii, vel ecclesiæ, cui concubinarius ipse deserviebat, faciendo: tertia vero pars Ordinario diœcesis *, vel alteri ipsius concubinarii Prælato hujusmodi nostram constitutionem exequenti; alias pro dicto servitio remaneat applicata. Et ut tanto major in eosdem concubinarios exerceatur pœna, quanto gravior in ipsis fuerit culpa reperta, præfatæ ordinationi adiicimus statuentes, quod præfati presbyteri, diaconi, subdiaconi, & clerici beneficiati ac religiosi, qui tempore sui obitus, vel infra duos menses tunc immediate lapsos in crimine concubinatus hujusmodi reperti fuerint publice permansisse, sint intestabiles: & bona ipsorum tam mobilia, quam immobilia locis, (&) personis, ac negotiis infrascriptis remaneant confiscata. Et nihilominus tam ipsi concubinarii, quam eorum concubinæ ecclesiastica careant sepultura; nisi per duos menses ante suum obitum, fraude cessante, ab invicem fuerint separati. Qui vero ipsorum aliquem in cimiterio sepelire, aut eorum sepulturæ interesse præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto; & cimiterium, ubi hoc factum fuerit, seu præsumptum, interdictum remaneat, donec corpora concubinariorum, seu concubinarum hujusmodi sic sepulta ab inde projecta fuerint in signum damnationis eorum. Bona vero dictorum concubinariorum sic decedentium, tam mobilia, quam immobilia in tres partes dividantur: quarum una pars fabricis ecclesiarum, ubi beneficiati fuerint, reliqua ipsius concubinarii Prælato, sive diœcesano, seu alteri hujusmodi nostram constitutionem quo ad hoc exequenti; tertia vero pars redemptioni captivorum remaneat, & sit * applicata. Quam tertiam partem redemptioni captivorum deputatam Prælatus diœcesis * concubinarii ipsius per fratres de Mercede, vel de Trinitate ordinum, quos ad hoc magis promptos, & utiles noverit, exigi faciat & levari; & per ipsos in dictam redemptionem * captivorum fideliter dispensari. De quibus diœcesanis ipsis, de his, quæ in eorum diœcesibus prædicta de causa receperint, teneantur reddere rationem: in quo si culpabiles reperti fuerint, vel remissi, per diœcesanos ipsos subtrahatur eis portio, quam illi * de similibus, petere, seu levare debuerint. Per hanc autem * ordinationem ecclesiis, vel personis, aut locis quibus jus aliquod in dictis bonis concubinariorum decedentium pertinet, præjudicare non intendimus; neque volumus quoquo modo. Dictis autem Prælatis districtæ præcipiendo mandamus, quatenus in exigendis pœnis prædictis diligentiam adhibeant, & per duos viros idoneos per eos infra limites diœcesium, seu jurisdictionum suarum deputandos recolligi faciant, distribuendas juxta formam superius ordinatam. Volumus insuper, & mandamus, quod Prælati in civitatibus, & diœcesibus suis testes deputent synodales, qui per eorum diœceses veritatem perquirant * super omnibus supradictis: & ea, quæ repererint, quam citissime potuerint * suis Prælatis in synodis, quas annuatim propterea celebrari jubemus, vel ipsis in remotis agentibus, eorum Vicariis semel anno quolibet teneantur nuntiare; ne idem Prælati excusationem prætendere, seu ignorantiam aliquam valeant allegare.

** restitutione integra* · ** dimissione plenaria* · ** factis* · ** diœcesano* · ** remaneant, & sint* · ** diœcesanus* · ** in dicta redemptione* · ** alias* · ** tamen* · ** inquirant* · ** quam citius poterunt*

CAPUT VIII.

Petrus Sagarriga Archiepiscopus in concilio.

Declaratur constitutionem, cujus initium est: Quamvis ad decorem, *ad quoscumque Prælatos etiam inferiores pertinere; pecuniarie nimirum bis in concubinatu deprehensos punire non posse. Si punierint, restituere quod acceperint debere. Cetera autem ejusdem constitutionis in suo robore permanere. Inferiores Prælatos, qui contrarium fecerint, excommunicari.*

Constitutionem per bonæ memoriæ dominum Petrum prædecessorem nostrum editam super modo correctionis concubinariorum incipientem: *Quamvis ad decorem*, quia nonnulli causam editionis ejusdem non quærentes, Episcopos suffraganeos nostros dumtaxat, & non alios Prælatos, & eorum inferiores [ligari curiose interpretantur, ad quoscumque Prælatos, Vicarios], & Officiales principales, & quoscumque alios inferiores (comprehendi intelligunt), præsenti irrefragabili statuto approbante sacro concilio [ad eos omnes] duximus * extendendam: præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, de cetero debere illam ab omnibus observari. Si qui vero [ex prædictis] contra formam dicti statuti concubinarios ultra secundam vicem duxerit pecuniarie * puniendos, punitionis illius debitores effecti, ad restitutionem tamquam de re penitus aliena se noverint obligatos; aliis etiam pœnis super his appositis in suo robore (permansuris, &) duraturis. Adiicimus * etiam, quod Vicarii, & Officiales, Procuratores, & alii inferiores Episcopi, scientes contrarium facientes excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

** ducimus* · ** duxerint pecuniariter* · ** Adiicientes*

CAPUT IX.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

Prælati, religiosi, sæcularis, vel regularis vitæ, vel etiam ordinis militaris monentur in extirpanda incontinentiæ macula evigilare: in concubinatu deprehensos officio, & be-

& beneficio suspensos, & ad quodcumque obtinendum inhabiles denuntiare; eosque restituere vetantur, nisi se a concubina per duos menses saltem segregaverint, pœnitentiamque egerint per superiorem indicendam. In idem vitium relapsos similiter punitos restituere prius vetantur, quam quatuor mensium spatio continenter vixerint, pœnitentiamque egerint superioris arbitratu decernendam: tertio relapsos beneficiis omnibus privare, & carceribus affligere. Ordinarius, aut Officialis, qui exequi hæc negleuerit, a superiori jubetur multari, prohibeturque a concubinariis munus accipere; si acceperit, non modo id restituere, sed etiam duplum pœnæ nomine in pios usus erogare. Superioribus constitutionibus, excommunicatione excepta, suum robur servatur.

AD extitpandam incontinentiæ maculam, quæ inter cetera vitia, [&] divinam provocat majestatem, & ecclesiastici status honorem deducit in vilipendium, & contemptum, plura tam a sacris canonibus, quam a constitutionibus Legatorum Apostolicæ sedis, provincialiumque, & synodalium medicaminum sunt præparata fomenta. Attamen, proh dolor, penitus eliminari nequivit: propter quod est jugiter insistendum, ne multiplicata invalescat, & Christi militiam valeat devastare. Hinc cogimur vetera pariter, & nova commemorare remedia, & sollicita meditatione pensare, quomodo pestem hanc exterminare radicitus valeamus. His omnibus sedula cogitatione digestis, tandem duximus [ut sequitur] providendum. Universos, & singulos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Magistros, Ministros, & alios Ordinarios cujuscumque status, ordinis, vel condicionis existant, sive sæcularis vitæ, sive regularis; vel etiam ordinis militaris, eorumque Vicarios, & Officiales, testes synodales, procoratores fiscales sub obtestatione divini judicii strictissime * commonemus, ut circa extirpandum a clero, ecclesiasticisque personis incontinentiæ vitium, prout inferius continetur, sollicite, ac vigilanter intendant, quatenus omni libidinis fœditate repulsa puritas fulgeat pulcherrimæ honestatis: quodque si quisquam clericus ecclesiasticave persona reperta fuerit in concubinatu notorio permanere, ab officio, [& beneficio] denuntietur suspensus, & inhabilis ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, gradus, vel honoris ascensum; & pro tali in ecclesia, in qua est beneficiatus, & in ecclesia, sub qua degit, nec non in cathedrali ecclesia publicetur: nec ad ea, a quibus sic suspensus, & inhabilis fuerit nuntiatus, unquam testituatur, quousque abjecta, & separata a se penitus concubina, saltem per duos menses in castitate permanserit, & pœnitentiam egerit sui corporis superioris arbitrio indicendam. Et si postea repertus fuerit eandem * admittere, vel aliam concubinam, & notorie in concubinatus crimen relabatur, iterum pro suspenso, & inhabili consimiliter publicetur; nec tunc restitui valeat a quocumque, nisi abjecta penitus concubina, saltem per quattuor menses vitam in castitate perduxerit *, acta gravi pœnitentia: quam in corpore suo judicis sui arbitrio decernimus indicendam. Et si deinceps tertio relapsus fuerit in concubinatum notorium *, privetur omnibus beneficiis, & (alias) carceribus affligatur; ut sic ferro exusta vulnera, & secata sanentur, quæ fomentis nequiverunt medicinæ sanari: taliumque gravis castigatio exemplo mentes terreat, & incensiva comprimat aliorum. Sane si quisquam Ordinariorum, vel Officialium prædictorum circa hæc corrigenda notabili negligentia fuerit culpabilis repertus, per superiorem ipsius negligentia suppleatur, & digna punitione multetur. Probibemus insuper, ne ab aliqoo fornicario notorio in suo * damnato concubinatu permanente aliquam pecuniam in munus, vel donum quisquam Ordinariorum, vel Officialium prædictorum publice, vel occulte recipiat. Quod si secus a quoquam fuerit attentatum, ad erogandum in pios usus id, quod receperit, & duplum valoris ejusdem ipso facto, etiam sine superioris mandato, pœnæ nomine teneatur: constitutionibus omnibus super hac materia editis, & illa domini Sabinensis, nisi in eo quod excommunicationis sententiam adiicit, remanentibus illibatis.

* arctissime

* eadem

* produxerit

* in concubinatu notorio.

* ejus

CAPUT X.

IDEM in eodem.

Religiosos ordinis militaris concubinarios excommunicationis pœnam incurrere declaratur: excommunicatos tamdiu denuntiari publice debere, quoad meruerint absolvi. Absolvi autem non licere, nisi concubinam abiecerint, & totos quattuor menses caste & continenter vixerint. Si ad vomitum redierint, sine spe veniæ dignitate, officio, ac beneficiis privari, & ad ea obtinenda inhabiles fieri. His injungitur, ut eo habitu, vestituque incedant, qui cujusque ordinis statutis descriptus est.

INter sollicitudines nostræ legationis officio incumbentes illa præcipua est, virtutes inserere, & vitia eradicare. Licet enim sacris canonibus strictissime sit injunctum, religiosos castitatem servare, concubinas vitare, ut debitum altissimo valeant reddere famulatum; quorundam tamen relatione fidelium nostris auribus est intimatum, quod aliqui militarium ordinum religiosi non solum Creatoris sui offensores, verum etiam famæ suæ prodigi, & proprii persecutores honoris, mulieres ita in suas domos * passim admittunt, cum eisque cohabitant, & morantur; quod nisi celeriter adhibeatur remedium, præceptoriæ, ecclesiæ, [&] conventus, ac eorum membra, & bona ipsorum ad irreparabilis desolationis opprobrium deducen-

* in eorum domibus

centur, prout jam docente experientia grandem patiantur ruinam. Attendentes autem pervulgatam * infamiam, grave scandalum, & vehementem suspicionem contra ipsos exortam esse *, cum inter alia substantialia regulæ, ossibus religiosorum annexa sit custodia castitatis, porta, & principium aliarum virtutum, sitque jam nostro salubri statuto provisum super continentia personarum ecclesiasticarum, quod præcipimus tenaciter observari: peculiarius tamen, prout decet, circa religiosos in fœditate luxuriæ involutos rigorem dulcedine misericordiæ temperantes *, irrefragabili constitutione sancimus, ut quisque religiosus ita studiose votum castitatis observet, & concubinatum * evitet, ut Deo animam cum fiducia valeat præsentare. Si vero religiosus militaris exemptus, vel non exemptus cujuscumque dignitatis, ordinis, militiæ, vel status existat, de præsenti, vel in posterum concubinarius notorie fuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto: districte præcipientes Ordinariis locorum, quod religiosum ordinis militaris sic excommunicatum tamdiu faciant publice nuntiari, donec ab hujusmodi sententia meruerit absolutionis beneficium obtinere: a qua absolvi non possit *, nisi prius sine fraude penitus abjecerit concubinam; & per menses quattuor in castitate vixerit, ut tenetur. Quod si ad vomitum redierit ipsius, vel alterius concubinæ, absque spe veniæ dignitate, officio, & beneficiis ecclesiasticis quibuscumque perpetuo sit privatus, & effectus inhabilis ad dignitatem, officium, vel beneficium ecclesiasticum * obtinendum: in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna eisdem religiosis militaribus * injungentes, quod honestis vestibus in panno, colore, forma, & habitu utantur; prout in fundatione ipsorum ordinum, & secundum statuta regulæ portare, & incedere tenentur, & obligati existunt.

* vulgata
* exorta
* rigorem dulcedine misericordia temperantes
* concubinam
* non valeat
* beneficia ecclesiastica
* ordinis militaris

CAPUT XI.

Petrus quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

Mandatur Prælatis, ut circa animadversionem concubinariorum diligenter, & severe se gerant ex præscripto superiorum constitutionum: nisi fecerint, archiepiscopus futurum monet, ut contra utrosque procedat.

Quamvis tam a jure, quam per plurimas constitutiones Legatorum Apostolicæ sedis, & provinciales sit rigide, ac salubriter provisum contra clericos concubinarios; tamen Prælati, quod dolentes, & cum gravi cordis dolore referimus, in eis exequendis adeo negligentes sunt, ac si sanguis delinquentium de eorum manibus non esset requirendus: nec cernunt gravia scandala, & alia (quam) plurima perniciosa mala, quæ inde sequuntur. Quare cupientes, quantum in nobis est, huic tam pernicioso morbo providere, exhortamur enixe * Ordinarios, &, sacro approbante concilio, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus unusquisque in suos subditos summam adhibeat diligentiam, & rigidam executionem juxta formam, & tenorem constitutionum super hoc editarum: certificantes eos, quod si in præmissis negligentes fuerint, nos tam contra eos, quam etiam contra eorum subditos concubinarios districtius procedemus; ne in die judicii de eorum negligentiis, maxime starum ecclesiasticum tam enormiter diffamantibus, rationem reddere teneamur.

* obnixe

TITULUS III.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdensi.

Priores subtractione beneficiorum ad sacerdotalem ordinem ascendere cogendi, ut ecclesiis deserviant. Qui plures curas obtinent, residentiæ tempora jubentur dividere pro numero. Portionarii portiones, vel præstimonia percipere, nisi ecclesiis deservierint, vetantur. Est pars capituli incip. Cum in plerisque locis.

Adiicimus quoque, ut Priores per subtractionem beneficiorum ad ordinem sacerdotalem ascendere, & in suis ecclesiis deservire cogantur: hoc adhibito * moderamine, ut qui ex dispensatione sedis Apostolicæ plures curas retinere noscuntur, in eisdem vicissim resideant, secundum numerum curarum residentiæ tempora dividendo *. Clerici quoque, qui in ecclesiis parochialibus portionarii existunt, nec portiones quotidianas, nec præstimonia de eisdem ecclesiis percipiant, nisi in ipsis ecclesiis curaverint personaliter deservire.

* addito
* dividentes

CAPUT II.

Idem in eodem.

Qui ob irregularitatem non possunt suis muneribus fungi, fructibus tamdiu privantur, quamdiu exequi munera sua nequiunt: nisi cum eis dispensatum a sede Apostolica fuerit.

Quoniam ecclesiasticis personis propter servitia divini cultus assignata sunt beneficia, & propter multorum irregularitates multæ ecclesiæ divinorum officiorum patiuntur detrimentum; statuimus, ut qui propter irregularitatem, quam (non sine) culpa sua incurrerunt, in ecclesiis propriis sua explere non possunt officia, a perceptione beneficiorum suorum priventur, quamdiu tali impedimento durante, suis ecclesiis non poterunt deservire, nisi super hoc cum ipsis a sede Apostolica fuerit dispensatum.

CAPUT III.

Idem in eodem.

Canonica portione privantur per tres dies, qui in templo, vel claustris processionis tempore inambulant habitu sæculari.

CUm Canonicos, & alios clericos conventualium ecclesiarum servitiis deputatos omnino non deceat *, (quod) aliis divinis inservientibus officiis, ipsi per ecclesias *, vel claustra *, processionis tempore deambulent * in habitu sæculari: ne id fiat, de cetero districtius inhibemus statuentes pœnam transgressoribus, ut per tres dies canonica portione priventur.

* *decet* * *alii per ipsas ecclesias* * *claustrum* * *deambulare*

CAPUT IV.

Rodericus Archiepiscopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Quivis ecclesiasticus in sacris ordinibus constitutus, vel beneficium obtinens, vel religiosus curiam sæcularem continue sequi prohibetur, sic ut de ejus sit familia, victumque, & stipendium inde recipiat; nisi Prælati sui, & Capituli licentia. Qui secus fecerit, excommunicatur. Sed Episcopus huic sententiæ non est obnoxius.

ET ut malitiis obvietur, & ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur, ac vagandi, & dissolutionis materia subtrahatur, statuimus, ne aliqua prædictarum personarum ecclesiasticarum, quæ in sacris ordinibus sit, vel fuerit constituta *, vel beneficium ecclesiasticum obtinens, vel religiosa, præsumat sequi continue vel quasi continue aliquam curiam sæcularem; sic quod sit de familia sua, vel victum, seu stipendium recipiat ab eadem: nisi sui Prælati vel superioris consilio, & assensu sui Capituli seu conventus, vel majoris partis ejusdem licentia prius habita, & obtenta. Si quis vero horum temerarius violator extiterit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Episcopum * vero propter prærogativam pontificalis officii ligari nolumus hac sententia lata. Sed nihilominus a nobis Archiepiscopo, vel successoribus nostris super his petere licentiam teneantur.

* *sint vel fuerint constituta* * *Episcopus*

CAPUT V.

Arnaldus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Cogendi beneficiati, ut in suis ecclesiis resideant, quantumvis facultatem habeant abscedendi; nisi abscesserint studiorum causa.

ET ut prædicta de divino officio in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis per Canonicos, & alios quoscumque beneficiatos in dictis ecclesiis horis debitis, sine murmure, & aliis confabulationibus solemniter, & devote fiant, compellant Episcopi Rectores ecclesiarum, & alios beneficiatos, præsertim habentes beneficia requirentia ex speciali statuto, vel ordinatione residentiam personalem, in suis ecclesiis, & beneficiis residere: non obstantibus licentiis per eos de non residendo quibuscumque, nisi studiorum causa personis docibilibus, vel alia rationabili causa concessis.

CAPUT VI.

Idem in secundo concilio Tarracone celebrato.

Canonicum ab Episcopo, vel Capitulo missum canonicam portionem debere recipere.

CAnonicus, seu clericus de Capitulo ecclesiæ cathedralis quandocumque * per Episcopum, & Capitulum, seu per ipsum Capitulum pro negotiis ipsius ecclesiæ missus fuerit, recipiat, ac si præsens esset, canonicam portionem.

* *quicumque*

CAPUT VII.

Petrus secundus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Extenditur superior constitutio ad Canonicos & presbyteros de Capitulo cathedralium, vel collegiatarum ecclesiarum a dictis ecclesiis missos, eosque, qui a pluribus ecclesiis missi fuerint ad communia negotia.

INsuper quia per dominum Arnaldum bonæ memoriæ Archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Tarracon. prædecessorem nostrum fuit provide institutum * in constitutione, quæ incipit, *Canonicus, seu clericus* &c. quod Canonicus, qui ab ecclesia cathedrali pro ipsius ecclesiæ negotiis missus esset, reciperet in absentia portionem; præfatam constitutionem ad Canonicos, & presbyteros de Capitulo cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum, qui a dictis ecclesiis, pro earundem ecclesiarum cathedralium, vel collegiatarum negotiis missi fuerint, ducimus extendendam. Et quod præbendatus, (qui) in pluribus ecclesiis cathedralibus vel collegiatis missus (fuerit) per alteram ex ipsis ad tractandum negotia, quæ communiter tangunt ipsas ecclesias, ut sunt negotia concilii provincialis, vel curiarum domini Regis generalium, habeat portionem suam, quam reciperet, si personaliter adesset in ipsis ecclesiis *: quam etiam extendi volumus ad illos, qui ad præsens concilium convenerunt.

* *constitutum* * *in ipsis ecclesiis residens*

CAPUT VIII.

Dalmatius Archiepiscopus in concilio.

Declaratur superior constitutio, doceturque de omnibus, qui missi fuerint, intelligi debere, sive coniunctim, sive divisim ab Episcopo, aut Capitulo missi fuerint.

LIcet per constitutiones prædecessorum nostrorum, scilicet dominorum Arnaldi, incipientem, *Canonicus*, & Petri memoriæ celebris incipientem *Insuper quia &c.* sufficienter, ut congruit, sit provisum, quod Canonici seu presbyteri de Capitulo per Episcopum, &

Ca-

Capitulum ad concilium provinciale missi, seu ad curias, vel (ad) alia parlamenta fructus suarum præbendarum, & beneficiorum recipiant integre, ac complete, ac si in dictis eorum beneficiis existerent residentes: aliqui tamen curiosi nituntur in dubium deducere, an hoc solum de syndicis per Episcopum, & Capitulum, vel per Capitulum tantum missis intelligi debeter. Nos itaque hujusmodi dubii materiam, quantum possumus, amputare volentes, sacro approbante concilio ducimus declarandum, quod constitutiones superius expressæ non solum syndicos, vel procuratores Episcopi, & Capituli, vel Capituli tantum, sed etiam procuratores ipsius Episcopi merito amplectuntur, & ad omnes conjunctim, & divisim indubie extenduntur: volentes quod præsenti constitutione, seu declaratione non solum futuri, sed etiam qui in præsenti sunt * concilio, gaudere valeant cum effectu. * futurum

TITULUS IV.

DE PRÆBENDIS, ET DIGNITATIBUS.

CAPUT I.

Joannes Sabinensis Episcopus, Legatus Apostolicus in concilio Ilerdensi.

Procedendum in eos, qui post generale concilium plura receperint beneficia, quæ simul nequeunt obtineri, ac nisi sponte cesserint, ubi hæc constitutio illis innotuerit, excommunicantur. Et qui non deserviunt parochiali ecclesiæ, cui præsunt, ea privantur.

QUoniam propter hominum malitiam sacræ constitutiones steriles sunt penitus, & inanes, nisi eas executionis diligentia fecerit fructuosas, districte præcipimus, ut contra illos, qui sine dispensatione domini Papæ post generale concilium plura receperunt * beneficia habentia curam animarum, vel unum simile ei, quod ante concilium haberent: & contra illos, qui sine Apostolica dispensatione plures dignitates, vel personatus post concilium (generale) receperunt *, vel unum, cum ante concilium alium personatum, vel dignitatem fuissent adepti: nec non contra illos, qui in conferendo primo beneficio, personatu, vel dignitate, recepto secundo negligentes extiterint *, secundum statuta generalis concilii procedatur. Et quoniam qui taliter adeptus est beneficia, quibus cura animarum est annexa, seu personatus, vel dignitates, ipso jure privatus est primo; & non sine culpa sacrilegii, quod suum non est spiritale beneficium, de facto retinete præsumit, si postquam monitus fuerit, vel ad ipsum hujus constitutionis notitia pervenerit, spontaneus eidem non cesserit sine mora, & eandem cessionem non declaraverit, excommunicationis vinculo sit astrictus. Adiicimus quoque, ut juxta statutum * generalis concilii, si quis parochialem habet ecclesiam, in ipsa personaliter deserviat in officio, quod requirit ipsa ecclesia: aut eadem sit ipso jure privatus secundum constitutionem generalis concilii: & [præcipimus, quod] alii conferatur, nisi fuerit præbendæ, vel dignitati annexa: & tunc (præcipimus, quod) in ea perpetuus Vicarius statuatur. Et qui * constituti sunt in personatibus, vel dignitatibus ad ordinem, quem ipsa requirit dignitas, per ipsarum * subtractionem ascendere compellantur.

* receperint
* receperint
* fuerint
* statuta
* qui autem
* ipsius

CAPUT II.

Idem in eodem.

Qui non habuerint beneficium, aut patrimonium sufficiens, ad ordines sacros non promovendi: aut his sumptus ab eo, qui promoverit, vel suppeditandi, vel certe providendi. Indigni juxta constitutiones, neque ad ordines, neque ad beneficia promovendi. Illegitimi dignitates adepti, eis privantur.

PRæcipimus, ne quis promoveatur in subdiaconum, diaconum, vel presbyterum, nisi habeat (sufficiens) beneficium ecclesiasticum, vel saltem sufficiens patrimonium, ad cujus quasi titulum ordinetur. Et qui aliter ordinaverit, sufficienter provideat in necessariis ordinato, vel a præsentatore ipsius ordinato faciat provideri, donec ei competens beneficium fuerit assignatum. Constitutiones quoque de indignis nequaquam promovendis ad ordines, sive ad beneficia sub interminatione damnationis æternæ præcipimus a modo districtius observari, per pœnam super hoc in generali concilio constitutam: adiicientes, ut (ii) qui illegitimi personatus, aut dignitates hactenus receperunt, vel recipere * præsumpserint in futurum, dispensatione canonica non obtenta, eisdem sint ipso jure privati. * recipere, præsumpserunt, vel

CAPUT III.

Idem in eodem.

Præcipitur, ut cuique parochiali ecclesiæ suus Rector præsit, non unus duabus, pluribusve: si tamen tenues fuerint, pluribus; modo ne supra quam necesse fuerit ad moderatam sustentationem Prælati.

QUoniam qualibet ecclesia parochialis proprium, & perpetuum debet habere Prælatum, ut oves gregis dominici non mercenario * subjaceant, sed a pastore regantur; districte præcipimus, ut qualibet ecclesia parochialis proprium Prælatum habeat, qui ad curam animarum jure perpetuo sit canonice institutus: & nullus in duabus ecclesiis parochialibus obtineat prælaturam. Hanc autem constitutionem non referimus ad illas ecclesias, quæ ita sunt tenues, quod nulla earum competenter sufficiat * sustentare proprium sacerdotem. In quo casu præcipimus, ut * tot, & non plures habeat *, quam quæ sufficere debeant, cum moderamine debito, ad sustentationem Prælati.

* mercenariis
* possit
* permittimus, quod
* habeant

CAPUT IV.

IDEM in eodem.

Statuitur, ut unus sacerdos ex deservientibus ecclesiæ parochiali, velut caput præficiatur; cui oblationes attribuuntur: reliqui subserviant.

QUoniam scortum videtur ecclesia, & quasi pluribus viris exposita, in qua plures clerici pro indiviso curam sibi vindicant animarum; & hoc vitium non sine gravi periculo in partibus Hispaniæ plurimum inolevit, præsentis approbatione concilii statuimus, ut in illis ecclesiis, in quibus sunt plures clerici, unus principaliter curam habeat animarum, & alii ipsi in divinis servitiis, & (in) aliis necessariis coadiutores existant. Et qui curam habuerint *, oblationes confessionum suas habeant; quarenus * majora stipendia percipiant *, qui plus noscuntur * laborare.

** habuerit* ** habeat, &* ** percipiat* ** alii noscuntur*

CAPUT V.

IDEM in eodem.

Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri prohibentur ab ordinandis quidquam accipere, aut curare sibi ab iis caveri beneficium ecclesiasticum minime petituros.

NUllus Episcopus [vel] Archidiaconus, vel Archipresbyter, vel quæcumque persona clericum ad ordinem repræsentet *, ut per se, vel per alium ab ordinandis aliquid exigat, vel recipiat cautionem, vel quamcumque (aliam) promissionem, quod ab ordinatore, vel repræsentatore non petet ordinatus, & repræsentatus * sibi de ecclesiastico beneficio provideri.

** repræsentans* ** non tentant, sive non petat*

CAPUT VI.

PETRUS Archiepiscopus in primo concilio Tarraconensi.

Cavetur, ne ab uno duo obtineantur canonicatus, qui singuli residentiam personalem postulent.

ITem statuimus, & mandamus, quod aliquis in eodem episcopatu, vel in diversis duas canonias non (obtineat, aut) habeat; quæ (ex speciali statuto) residentiam personalem requirant, sed altera tantum debeat esse contentus.

CAPUT VII.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in secundo concilio.

Archiepiscopus, & Episcopi obligantur vestes sacras in ecclesia, cui præerunt, ex pannis prædivitibus conficere, aut certe centum florenos in eam rem conferre. Si in vita non fecerint, mortuorum bona obligantur.

CUM ad * honorem Dei, & cultus divini ecclesiæ, maxime cathedrales, pulchris pollere debeant ornamentis; idcirco sacro approbante concilio statuimus, quod semper Tarraconensis Archiepiscopus, & quilibet Episcopus provinciæ Tarraconensis in morte sua unam capellam integram de pulchris pannis, & nobilibus * ecclesiæ, cui præfuerit, vel centum florenos auri pro ea * emenda relinquere teneatur: & ad hoc sint ejus bona, quæcumque habuerit * dicto tempore obligata.

** ob* ** notabilibus* ** eadem* ** habuerint*

CAPUT VIII.

PETRUS secundus Archiepiscopus in tertio concilio.

Archiepiscopus, & Episcopi, ut vestes sacras faciant, obligantur ex serico, vel auro trecentis florenis valenti in ea ecclesia, cui præerunt; idque infra triennium, ex quo erunt assumpti, etiam si vel mortui, vel translati fuerint. Nisi fecerint, ornamentis ecclesiæ extra eam uti prohibentur, priventurque canonica portione, si ejus recipiendæ jus habuerint, quoad confecerint: si fecerint, obligatione constitutionis incipientis: Cum ad honorem, *liberantur.*

CUM ex officio caritatis illis teneamur obnoxii, a quibus nos recognoscimus * beneficia suscepisse *, hoc eodem approbante concilio ordinamus, quod quicumque de cetero præficietur in Episcopum alicujus cathedralis ecclesiæ provinciæ Tarraconensis, teneatur facere, & assignare ecclesiæ cathedrali, in qua assumptus fuerit, intra triennium capellam integram de panno serico, vel de auro cum necessariis frisaturis, valentem ad minus trecentos florenos auri; alias ex tunc quod non sit ausus recipere ornamenta ecclesiæ pro servitio ejusdem extra ipsam; nec teneantur præpositi, seu alii, qui ad hoc tenentur, eidem * dare canonicam portionem, si forsan * ex consuetudine, statuto, vel alio jure recipiat in eadem; donec dictam capellam fecerit, & assignaverit dictæ ecclesiæ, ut prædicitur, cum effectu. Et si prædicti Prælati infra dictum tempus dictam capellam fecerint, prout tenebantur per constitutionem Tarraconensem, quæ incipit, *Cum ad honorem Dei*, ad aliam capellam faciendam non teneantur post obitum suum, nec eorum bona remaneant obligata. Sed si forte * infra prædictum tempus non fecerint, postea, vel post obitum suum dictam capellam de dicto valore florenorum trecentorum facere teneantur; & eorum bona ad hoc remaneant obligata. Verum si infra dictum triennium mortui fuerint, vel translati antequam dictam capellam fecerint, ad illam nihilominus teneantur faciendam, & eorum bona remaneant obligata.

** cognoscimus* ** recepisse* ** ei* ** forte* ** forsan*

CAPUT IX.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Ad superiorem constitutionem additur, ut Archiepiscopus, & Episcopi capellam trecentos florenos valentem conficiant; neque his

a Ca-

a Capitulis, quo minus capellam conficiant, remitti possit; nisi vel trecentos florenos deposuerint, vel ejusdem pretii jocale ecclesiæ necessarium. Alioqui ecclesiæ ingressu interdicuntur: ac si mensem id facere distulerint, excommunicantur, privanturque portione canonica, si eius recipiendæ jus habuerint; & ad observationem hujus constitutionis obligantur.

DEcet nos, & nostros suffraganeos, & infra. Injungimus suffraganeis nostris (Episcopis) quatenus infra sequens triennium a die hujusmodi in antea computandum, & eorum successoribus infra triennium, ex quo in Episcopos sint assumpti, eorum quilibet capellam prædictam de panno serico, vel de auro saltem valentem trecentos florenos in cathedrali ecclesia facere teneatur *, vel trecentos florenos deponat: nec per capitulum ei *, nisi pro jocali æquivalenti, & oblato, plus ecclesiæ necessario, remitti valeat quoquo modo. Si quis vero in his negligens fuerit, seu remissus, ex quo per Capitulum ecclesiæ, cui capellam facere est astrictus, verbo, vel scriptis per mensem antea fuerit requisitus, & capellam, saltem dicti pretii, ecclesiæ infra dictum triennium, vel trecentos florenos non assignaverit, vel modo quo supra jocale æquivalens cum effectu non tradiderit; sit ei ingressus ecclesiæ interdictus. Qui si per mensem sustinuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Præpositis, vel administratoribus bonorum mensæ (ecclesiæ) Capituli nihilominus injungentes, quod de præbendis, vel aliis juribus sibi ex consuetudine ecclesiæ debitis non respondeant; donec capellam fieri fecerint, seu jocale, vel dictos trecentos florenos deposuerint, & assignaverint cum effectu. Alioquin excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Et ad observationem constitutionis hujusmodi nos, & successores nostros, ordinante sacro concilio, volumus obligari.

* faciat, ut tenetur
* eis

CAPUT X.

HIERONYMUS de Aurea Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Archiepiscopus, & Episcopi statim a possessione adepta jubentur capellam, & ornamenta conficere; aut pignus ejusdem pretii apud Capitulum deponere, idque minime restitui, nisi præstitis his, quæ facere tenentur. Ac nisi infra annum præstiterint, Capitulo pignus vendere licere, & ornamenta emere statuitur. Superioribus constitutionibus suum robur servatur.

LIcet per alias constitutiones, & ecclesiastica decreta sit lance dispositum, per Prælatos, & alias ecclesiasticas personas in cathedralibus, & aliis ecclesiis habere fieri capellam, capas, aliaque ornamenta ecclesiæ, concessa eisdem facultate trium annorum ad illa faciendum: & cum docente experientia intra illud tempus morte, vel alio legitimo impedimento præventi Prælati dictum onus non adimpleverint, & consequenter ecclesiæ dictis ornamentis privatæ sint, attenta difficili exactione in bonis eorum, ideo de congruo super his, ac salubri remedio providere cupientes, statuimus de cetero, quod dicti Prælati, ac ecclesiasticæ personæ in continenti in adeptionibus possessionum dictarum dignitatum dictas capellas, capas, & ornamenta, ad quæ tenentur, persolvant, atque pro traditione earum in posse Capituli ecclesiæ pignora aurea, vel argentea quantitatem ornamentorum valentia realiter, & cum effectu deponant; eaque, antequam illa, quæ facere tenentur, adimpleverint, minime restituantur: facultate dicto Capitulo concessa, quod si intra annum non fuerit adimpletum, vendito pignore per dictum Capitulum adimpleatur: dictis constitutionibus alias in suo robore permanentibus.

TITULUS V.
DE INSTITUTIONIBUS.
CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Laicis attribui non debere ecclesias parrochiales.

ITem cum ecclesiæ parochiales per laicos administrari non debeant, statuimus, quod laicis nullo modo de cetero attribuantur *, sed per clericos, & viros ecclesiasticos ecclesiæ gubernentur secundum canonicas sanctiones.

* attribuentur

CAPUT II.

BERNARDUS * Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

* Benedictus

Canonici capellanias Episcopi beneficio adepti, si aliis contulerint, eam collationem irritam esse.

INtelleximus in quibusdam aliis partibus dictæ provinciæ [Tarracon.] abusum pravæ consuetudinis subintrasse, quod cum Canonici ex collationibus suorum Episcoporum capellanias canonice sunt adepti, ipsi Canonici easdem capellanias aliis pro voluntate sua conferunt, & assignant. Cum autem hoc impossibile sit de jure; statuimus, ut prædictarum capellaniarum collationes per dictos Canonicos, qui eas a suis Episcopis canonice habuerint, nullatenus [de cetero] attententur. Quod si contra factum fuerit, id decernimus irritum, & inane.

CAPUT III.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusensi.

Sine auctoritate Ordinarii, ad quem pertinet, nullum beneficium ecclesiasticum ordinandum; & ordinationi non interponendam esse ab Ordinario auctoritatem, nisi prius dos

dos ad ſuſtentationem vitæ presbyteri aſſignata fuerit in loco idoneo, & ſecuro; ſalvis tamen canonicis ſtatutis, & auctoritate providæ diſpenſationis.

QUÆ magna ſunt, & veneratione condigna, ſi paſſim pro quorumlibet voluntatibus exercentur, ſua numeroſitate vileſcunt abſorbetque regendi ordinem incompoſita multitudo. Hæc ſedula meditatione penſantes, quod quæ pertinent * ad decus eccleſiæ, & * vituperari vel infirmari poſſent, providere *, ſicque eccleſiaſtica beneficia conſtitui ſuper ſtabili fundamento, ne in opprobrium eccleſiæ facile deferantur, & ruant; harum * ſerie duximus ſtatuendum, quod nullum de cetero beneficium eccleſiaſticum, ſine auctoritate ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua eccleſia, ſeu capella quomodolibet ordinetur: qui quidem Ordinarius non aliter fundationi, vel ordinationi talis beneficii auctoritatem præbeat, aut conſenſum; niſi prius dos ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ presbyteri aſſignata fuerit in loco idoneo, & ſecuro; quodque in ſua auctoriſatione clauſulam adiiciat ſubſequentem. „ Salvis canonicis ſtatu„ tis *, & auctoritate providæ diſpenſationis “. Quam clauſulam, etiam ſi omiſſa fuerit, haberi volumus pro inſerta; & contra faciendi poteſtatem Prælatis omnibus abdicamus.

* *quodque pertinet* * *quod* * *poterit, prævidere* * *horum* * *inſtitutis*

CAPUT IV.

HIERONYMUS Cardinalis, & Archiepiſcopus in concilio quinto Tarracone celebrato.

Legenda beneficiorum onera, quibus ea fuerint conferenda. Præſentandi facultatem habentibus, inſtituendi, ac conferendi obſervandæ fundationes, & eorum, quibus beneficia conferre voluerint, perſpiciendæ qualitates.

QUia valde periculoſum eſt tam conferentibus beneficia, quam ipſa acceptantibus juramentum de adimplendis oneribus beneficiatis injunctis præſtare, vel recipere; ſi talia onera non manifeſtentur, ut ſciatur, ſi talia ſint, quæ adimpleri poſſunt per beneficiandum; & ſi non poſſint adimpleri, collationes, & inſtitutiones denegentur, providemus, quod ante collationem, & ſeu inſtitutionem faciendam, ſi id commode fieri poſſit, legantur onera injuncta per fundatores, vel quæ a jure injunguntur, explicentur ipſis beneficiandis, ut ipſis viſis, & intellectis, ſciant, ad quæ tenentur, & ignorantiam prætendere non poſſint; ne ſub generalitate de obſervandis, & adimplendis oneribus, ipſorum animæ illaqueentur. Et ut fundatorum beneficiorum voluntates adimpleantur, mandamus quibuſcumque facultatem præſentandi, conferendi, ſeu inſtituendi habentibus, ut antequam ad prædicta, ſeu aliquod ipſorum deveniant, curent fundationes, & inſtitutiones beneficiorum videre; & qualitates præficiendorum advertere.

CAPUT V.

FERDINANDUS in concilio Barcinonenſi.

SÆpe contigit, ut paucorum hominum, vel negligentia, vel cupiditas multis perpetuum afferat detrimentum. Quo circa, ne nocere poſſit eccleſiis, aut eis, qui in eiſdem beneficia obtinent, aliave emolumenta eccleſiaſtica percipiunt, quod fieri accepimus in aliquibus locis hujus provinciæ, ut pecuniæ inter præſentes dividantur, & ſucceſſores oneribus graventur; hac conſtitutione, ſacro approbante concilio, vetamus; ne perpetua onera utpote Miſſarum, vel anniverſariorum, tam in eccleſiis cathedralibus, quam in aliis collegiatis, vel parochialibus, aut aliis quibuſcumque, aut etiam a quibuſvis eccleſiaſticis collegiis, confraternitatibus, ſive perſonis imponi patiantur, ut ſe, & ſucceſſores ſuos perpetuo obligent, niſi dote ſufficienti recepta, quæ perpetuo utilis futura ſit. Idque ſi factum fuerit, ab omnibus Ordinariis, & aliis ſuperioribus, tam in viſitatione, quam extra eam ſevere coerceatur. Quæ vero a viginti annis citra impoſita fuiſſe conſtiterit ſine dote ſufficienti, aut ſi dos inter præſentes, & conſentientes conſumpta fuerit; non obligare ſucceſſores declaramus, niſi ex ea pecunia redditus perpetui æqui pollentes oneri comparari poſſint: quod quam primum fieri jubemus, eiſdem male perceptis pecuniis reſtitutis per eccleſiaſticam diſtrictionem. Qua in re Ordinarii, & ſuperiores prædicti viſitando, aut alias debitam moderationem adhibebunt.

CAPUT VI.

IDEM in eodem.

BOnæ memoriæ Petri de Fuxo Cardinalis ſedis Apoſtolicæ Legati conſtitutioni, quæ incipit, *Quæ magna ſunt*, fraudem fieri a multis accepimus. Cum enim in ea ſtatuatur, neminem beneficium eccleſiaſticum ſine auctoritate Ordinarii, ad quem pertinet, in aliqua eccleſia, ſeu capella quomodolibet ordinare debere; neque ipſum Ordinarium aliter fundationi, vel ordinationi ejus beneficii auctoritatem aut conſenſum præbere, niſi prius dos ad ſuſtentationem vitæ presbyteri in loco idoneo, & ſecuro fuerit aſſignata: multi capellanias, perſonatus, vel alia officia, aut ſervitia, tam in vita quam in ultima voluntate inſtituunt, quæ nolunt beneficia appellari, neque auctoritatem alicujus Ordinarii interponi, neque collationem, inſtitutionem, aut confirmationem fieri; neque quemquam Epiſcopum, aut ejus Vicarium generalem, aut Officialem, aut viſitatorem, neque ſedis Apoſtolicæ Legatum, aut aliam eccleſiaſticam perſonam in eorum diſpoſitione, ſive contractu, aut pia voluntate, aut circa perſonam illius capellani, aut ſervientis, aut circa dotem, vel bona ei relicta, vel applicata quoquo modo ſeſe immiſcere. Cum jure quoque civili ſtatutum ſit, neminem poſſe efficere, quin leges in ſua diſpoſitione locum habeant.

beant. Sunt etiam ex his aliqui, qui non dotem certam reliquunt; & alii, qui eam dotem non clerico servienti assignari permittant, sed omnia fidei heredum, aut aliarum personarum committant. Quæ omnia corrigere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, decernimus, & declaramus, ut Episcopi, qui juxta sacri concilii Tridentini decreta omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos sunt executores, omnium prædictarum dispositionum, non obstantibus quibuscumque verbis dictorum contrahentium, vel disponentium, sint moderatores, & executores; ita ut, quæ juxta canonicas sanctiones in laudem Dei, & utilitatem ecclesiarum relicta, vel disposita fuisse constiterit, habitis pro non scriptis vel cancellatis, & abolitis condicionibus illis, vel pactis minus rationi consentaneis, cetera confirment; & si opus fuerit, beneficia erigant, aut pia ipsa relicta, vel disposita in tutioribus locis collocent, super quibus eorum conscientias oneramus. Quod si non talia fuisse repererint, aut modicæ, vel nullius utilitatis, aut si eis videatur, ea in alia pia opera commutent, aut nulla, & irrita esse declarent. Nec deinceps tales contractus, vel dispositiones cum eisdem, vel similibus clausulis fieri sub excommunicationis pœna in notarium, & testes, & ipsos contrahentes, vel disponentes ferenda ullo unquam tempore permittimus. Nec Rectores, aut alii clerici quemquam ad Missarum, vel divinorum officiorum celebrationem admittant, sine Episcopi, vel ejus Vicarii generalis licentia in scriptis obtenta. Quod si fecerint, arbitrio eorundem Ordinariorum puniantur.

CAPUT VII.

Idem in eodem.

De personatibus.

Licet personatus, sive personalia beneficia ideo nuncupata sint, quod non ut in perpetuum beneficia remanerent, sed ad vitam aliquarum personarum ecclesiasticarum dumtaxat instituerentur, & postea eorum redditus in alios pios usus applicarentur, & ab immemorabili tempore in hac nostra Tarraconensi provincia erigi, & institui consueverint; cum ea in divini cultus augmentum tendant; ac Christi fidelium pias voluntates ampliari, non autem restringi conveniat, institutiones eorundem adjuvari oportere censuimus. Verum cum nonnumquam in dictorum personatuum, seu personalium beneficiorum fundatione plurimæ fraudes, & sæpe non sine simoniaca labe, quod vehementer dolemus, commissæ fuerint; ut hujusmodi fraudibus, quantum a nobis fieri possit, occurratur, sacri approbatione concilii statuimus, ut nullus personatus, seu personale beneficium sine auctoritate, & decreto Episcopi, seu ejus Vicarii generalis erigatur; qui decretum, & auctoritatem suam in fundatione interponere non possint, nisi dos assignata in censualibus, vel aliis reditibus perpetuis consistat. Ea vero dos, sive ii redditus non super bonis dotantis, vel ejus, qui patronus efficitur ex censuali, vel alio novo contractu fundentur; sed sint alii veri redditus in locis tutis, & firmis consistentes ab eisdem Ordinariis antea approbandi; ita ut prius pecuniæ recte collocatæ sint quam decretum interponatur; nec dos in sola pecunia numerata consistat, aut in prædiis, vel domibus inutilibus, aliisve rebus mobilibus, vel immobilibus, aut animalibus, nisi ea perpetuo fructuosa esse verisimiliter possint. Quod si permittatur in fundatione, ut in alia opera pia redditus supradicti collocentur, post primæ vel secundæ, vel ulterioris personæ obitum, quæ beneficium obtinebit: nolumus enim, ut post earundem resignationem, aut aliam vacationem, id fieri permittatur: in ipsa erectione, seu fundatione declarentur species piorum operum; & cum casus evenerit, in ea pia opera illi redditus distribuantur. Et ut horum omnium, & singulorum nihil umquam possit cælari, in libro speciali, tam personatuum erectiones, & dotationes, quam collationes, & institutiones, nec non in libro piarum causarum, vel operum piorum, ea pia opera in dictos eventus instituta describantur. Maximam quoque curam prædicti Ordinarii adhibebunt, ne quis dolus, vel fraus, aut aliqua simoniaca pactio in erectione, aut fundatione, vel in collatione, aut institutione, aut etiam in permutatione dictorum personatuum, sive personalium beneficiorum interveniat: eaque prohibere, ac punire severitate canonica procurent, quod non solum in futura, sed etiam in prætenta criminia jure communi prohibita locum habere declaramus.

TITULUS VI.

NE SEDE VACANTE ALIQUID INNOVETUR; ET QUALITER FRUCTUS ANNUI VALORIS DIVIDANTUR.

CAPUT I.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Caveatur, ne hi, ad quos archiepiscopalis, episcopalisve dignitatis administratio pertinet, ad ædes archiepiscopales, aut episcopales migrent morandi causa, nisi Capitulo consentiente: sed neque ullas scripturas ex archivo extrahant, nisi præsentibus duobus, aut tribus Canonicis ad id designatis: & quidem cum administrationis causa opus fuerit; ac ea lege, ut eas reponant, simul ac usi fuerint. Impensas nullas ferant, nisi quas consensu Capituli administrationis causa fecerint domo sua profecti ad Capituli negotia gerenda. Successori rationem administrationis reddant; quæ superfuerint restituant: nec bona modo, sed etiam instrumenta: quod si hæc infra duos menses non restituerint, excommunicantur.

Ut hi, quibus administratio bonorum archiepiscopalis, vel episcopalis dignitatis com-

competit sede vacante ex consuetodine, vel statuto, vel qui ad hoc per Capitulum eliguntur, sciant se solam admioistrationem, & custodiam dictorum bonorum habere; statuimus ultra remedia jam provisa, quod ille, qui administrationem hujusmodi exercebit, ad palatium, seu hospitium dignitatis prædictæ, nisi de expresso consensu totius Capituli, se non conferat ad morandum: nec de chartulario, seu arcbivo, vel alio loco, ubi teneantur privilegia, instrumenta, seu registra, libros, seu alias scripturas abstrahat: nisi (ipsis) pro dicta administratione indiguerit; & tunc de consensu Capituli, & præsentibus duobus, vel tribus Canonicis per ipsum Capitulum deputatis: & statim cum ipsis non indiguerit, in loco, unde abstracta fuerint, restituat, seu reponat: nec pro suis * expensis aliquid de dictis bonis recipiat, vel expendat; nisi ipsum pro negotiis ipsius dignitatis oporteat de consensu Capituli extra suum domicilium proficisci. In quo casu dumtaxat, quamdiu circa expeditionem dictorum negotiorum institerit, possit moderatas expensas recipere, & habere, & teneatur futuro ipsius ecclesiæ Prælato de tota dicta administratione, quam citius commode poterit, fidelem reddere rationem. Et quidquid apud ipsum ratione reddita repertum fuerit superesse, nec non privilegia, instrumenta, registra, libros (&) scripturas alias, quæ, seu quas de chartulario, seu archivo, vel alio loco abstraxerit, vel penes se scienter retinet, aut nunc habet, infra duos menses (dicto) Prælato restituat. Alioquin nisi restitutionem hujusmodi fecerit de prædictis, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere: statutis, & consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque.

* *ejus*

CAPUT II.

Idem in eodem.

Fructus, quos a Prælatis, vel Rectoribus, vel Vicariis perpetuis percipi jus est, inter heredes prædecessoris, & successorem pro rata parte administrationis dividi debent. Cujus autem anni fructus erunt numerandi, ejus initium a Cal. Maii ducendum. Quæ constitutio non extenditur ad cetera beneficia, quorum non sunt paria onera; sed neque ad Rectorias, aut Vicariatus perpetuos, ubi aliud, vel statuto, vel more sancitum est. Est pars superioris capitis.

ET * quia ut plurimum successor Prælati defuncti, qui condidit testamentum, petit de bonis defuncti provisionem usque ad novos fructus, ex quo sæpe * sequuntur litigia, & dicta bona in litigiorum anfractus impenduntur *, nos volentes hoc evitare, decernimus, quod si successor Archiepiscopi, vel Episcopi, aut cujuslibet Prælati collegiatæ ecclesiæ, vel Rectoris, seu Vicarii perpetui ecclesiæ parochialis, fructibus post mortem sui prædecessoris collectis, & postea colligendis contentus esse noluerit, sed provisionem de bonis sui prædecessoris petierit, computentur fideliter omnes fructus, redditus, & proventus dictæ dignitatis, vel parochialis ecclesiæ totius anni, quo vacavit *; qui annus incipiat a Calendis Maii: & dividantur inter defunctum, & successorem pro rata temporis illius anni, quo quilibet præfuit dictæ dignitati, vel ecclesiæ, & ipsius onera supportavit. Hoc * autem extendi oolumus ad alia beneficia; cum eadem obtinentes non habeant tot onera supportare, sed servetur in eis, quod est de jure, statuto, vel consuetudine approbatum. Hujusmodi vero provisionem ad Rectores, vel Vicarios perpetuos ecclesiarum parochialium extendi non intendimus in diœcesi *, ubi aliud de statuto, vel rationabili consuetudine est obtentum.

* *Sane*
* *semper*
* *anfractibus expenduntur*
* *vacant*
* *Hæc*
* *diœcesibus*

TITULUS VII.

DE HIS, QUÆ FIUNT A MAJORI PARTE CAPITULI.

CAPUT I.

Ferdinandus in concilio Barcioonensi.

CUM deceat Canonicos cathedralium, atque aliarum ecclesiarum primum quærere regnum Dei, hoc est, sacro Missæ sacrificio, quam conventualem Missam vocant, peracto de aliis rebus, atque negotiis in Capitulis suis tractare, atque agere: ut sperare possint, quod apud Matthæum Dominus pollicetur, ut cetera eis adiiciantur, sacri approbatione concilii statuimus, ut dum eadem Missa conventualis celebratur, Capitulum non habeatur; oec ea de causa alio, quam solito tempore Missa celebretur: contrarium facientes, præter irritationem actus, duorum dierum distributionibus quotidianis ipso jure privati sint, pauperibus eisdem statim erogandis. In omnibus vero Capituli actionibus conscribendis omnium Canonicorum nomina scribantur, quamvis aliqui ex eis contradixerint iis, quæ majori parti placuerunt. Nec quod semel decretum fuerit, a minori numero Canonicorum rescindatur; cum varietas, & illusio sit maxime in clericis detestanda; ne captata occasione absentiæ, vel occupationis aliquorum alii recte gesta rescindant. Quæ omnia tam in ordinariis, quam in extraordinariis Capitulis locum habeant.

TITULUS VIII.

DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANDIS, VEL NON.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus io concilio Ilerdensi.

Statuitur, ne sublato communi convictu, a Prælatis, aut clericis ecclesiæ bona viritim dividantur, nisi diœcesani consensu. Qui diviserint ab ecclesia amoveantur. Sin diœcesanus consenserit, ut fiat partitio, ut convivant tamen sub Prælati sui obedientia,

tia, præcipitur. Sancitur quoque, ne vel Prior, vel clerici ecclesiæ bona, aut vendant, aut pignori ponant, sine diœcesani consensu.

CUM in plerisque locis ecclesiarum Priores seu Prælati clericis suis communiter viventibus mioistrare victualia teneantur; & circa eosdem, nec non & laicos parochiarum suarum in cura animarum debeant intendere diligenter: quidam Priores, seu Prælati, ut liberius evagari valeant, aut ut suæ satisfaciant avaritiæ; quidam quoque clerici, ut ad divini cultus assiduitatem non compellantur a Prioribus *, ut eorum effugiant * disciplinam, possessiones, & bona ecclesiæ inter se divisione perpetua partiuntur *. Quare præsentis auctoritate concilii duximus statuendum, ut nulla de cetero talis partitio fiat: &, si qua facta est absque auctoritate, & consensu diœcesani, vel superioris, eam decernimus non tenere. Quod si, forsan alicujus ecclesiæ Prior, & clerici contra istam constitutionem venire præsumpserint, per diœcesanum loci, vel ejus vices gerentem * ipsos ab eisdem ecclesiis præcipimus in perpetuum amoveri. In illis autem ecclesiis, in quibus factæ sunt partitiones hujusmodi de assensu diœcesani, vel superioris, id * præcipimus observandum, ut clerici sub obedientia, & correctione sui Prioris, seu Prælati consistant, & simul comedant in uno refectorio, sicut ante partitionem facere consueverunt; nec ecclesiæ proventus aliquo modo inter se dividant, sed magis in una mensa communicent; ut qui divinis officiis interesse neglexerint, subtractione eorum * portionis secundum suam negligentiam puniantur a Priore. Provideat quoque Prior, ne clerici (sui), vel eorum dispensatores ecclesiæ bona dispensent * taliter, aut expendant, quod cessantibus quotidianis distributionibus divini sequatur officii detrimentum: & hoc ita fieri nequaquam permittat. Inhibemus quoque, ne prior sine clericis, aut clerici sine Priore aliquam de possessionibus ecclesiæ impignorare valeant: nec sine diœcesani consensu aliquam possessionem vendere aut quomodocumque * alienare præsumant. Clerici quoque inter se terras, & * vineas ecclesiæ non dividant, sed communiter eas possideant, sicut communibus debent usibus deservire.

* *non compellentibus Prioribus* * *& eorum fugiant* * *conantur dunt* * *agentem* * *illud, sive istud* * *sua* * *dissipent* * *quocunque modo* * *aut*

CAPUT II.

IDEM in eodem.

Capitula generalia, ac regularia juxta præscriptum constitutionis, ut in monasteriis fiant præcipitur: prohibeturque bona monasteriorum ulla ratione alienari sine diœcesani consensu. Qui alienarint, ab administratione amovendi.

QUoniam monasteria multiplici correctione, & reformatione indigent, præcipimus juxta * formam generalis concilii, ut tam monachorum, quam Canonicorum regularium generalia capitula fiant ipsius constitutionis tenore in omnibus observato: qui talis est, Adiicientes præsentis auctoritate concilii, ne viri religiosi sine consensu sui diœcesani Episcopi possessiones monasteriorum vendant, vel incartent, seu * concedant ad vitam hominis, aut permutent, aut infeudent, aut quocumque modo alienent. Quod qui facere præsumpserint *, ab administratione, qua funguntur *, per suum Episcopum amoveantur * in perpetuum: & qui sic obtinet, careat * sic obtentis.

* *secundum* * *vel incarcent, sive* * *præsumpserit* * *fungitur* * *amoveatur.* * *obtinuerint, careant: sive obtinuerit, careat*

CAPUT III.

EXIMINUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Excommunicatione plectuntur clerici, qui sub sigillo regio dignitates, vel beneficia obligarint.

VOlentes ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, quod aliquis Prælatus, vel clericus cujuscumque status, vel condicionis existat, bona, dignitates, vel beneficia sua * obligare sub sigillo regio non præsumat: & qui contra fecerit, eo ipso excommunicationis sententiæ ipsum decernimus subjacere.

* *bona dignitates, vel beneficia sua*

CAPUT IV.

PETRUS secundus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Jubentur Prælati, ceterique ecclesiastici tempore, quo possessionem adipiscuntur, omnium ad ecclesiam pertinentium, quæ ubivis repererint, inventaria, nova autem capibrevia infra sex menses a pacifica possessione adepta, conficere: confecta in loco tuto ab Episcopo designando reponere. Qui hæc facere neglexerit, superioris arbitrio puniendus est.

QUia rei evidentia docuit, plura censualia, & redditus beneficiorum ecclesiasticorum in toto, aut in parte fuisse perdita, & alienata, redditus diminutos, & jura alia defraudata propter præsidentium in suis beneficiis incuriam, seu per mortem; ideo sacro approbante concilio statuimus, & ordinamus, quod omnes Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ, tempore adipiscendæ possessionis suorum beneficiorum faciant inventarium de omnibus inventis, seu repertis in hospitiis, castris, seu aliis locis suarum dignitatum, officiorum, seu beneficiorum, sive sint instrumenta, libri, capibrevia, aut alia eorum dignitati, officio, seu beneficio pertinentia. Et etiam nova capibrevia facere teneantur infra sex menses a tempore pacificæ possessionis adeptæ. Ac obtinentes nunc ipsa beneficia infra annum a præsenti die in antea computandum habeant capibreviare: in quibus quidem capibreviis ponantur, seu designentur specifice eorum redditus, censualia, & jura alia universa, nomina facientium censualia, & confrontationes proprietatum, quæ sunt dictis dignitatibus, & bene-

neficiis obligata. Et dicta inventaria, capibrevia, & aliæ scripturæ publicæ ponantur, & consetventur infra alium mensem immediate sequentem in aliquo certo loco, & securo per eotum diœcesanum Episcopum deputando. Quod si contra prædicta, & * eorum aliquod actum fuerit per aliquem, seu omissum, ad sui superioris arbitrium puniatur.

** præmissa, seu*

CAPUT V.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

In quavis ecclesia librum conscribi debere, in quo non instrumenta modo jurium omnium tam dignitatis principalis, quam beneficiorum authentice contineantur, sed etiam onera, & expensæ: & infra quinquennium in sacrario reponi debere. Constitutioni incipienti: Quia rei, *summa robur servatur.*

CUpientes ecclesiarum statui prospero providere, sacro approbante concilio ordinamus, quod fiat in qualibet ecclesia cathedrali, collegiata, parochiali, vel simplici nostræ provinciæ unus liber, in quo instrumenta jurium tam dignitatis principalis, quam aliorum beneficiorum ipsarum ecclesiarum, & eorum onera in forma authentica ad expensas cujuslibet beneficiati, & ampla serie * conscribantur; qui intra quinquennium in sacristia, vel sacrario cujuslibet ecclesiæ, ad quam pertineat, reponatur: constitutione de capibrevis faciendis per quemlibet beneficiatum, incipiente: *Quia rei*, evidentia docuit, in suo robore permansura.

** seriosius*

CAPUT VI.

IDEM in eodem.

Quoties feudatarii innoventur, recognoscenda feuda: & potestates de quinquennio in quinquennium requirendæ.

FEuda, vel potestates habentes in castris, locis, seu proprietatibus quibuscumque, ut feudatariis contradicendi materia auferatur, præcipimus [per] Prælatos, & beneficiatos quoscumque ratione dignitatum, vel beneficiorum, ut ea * recognosci faciant: quatenus * feudatarii innoventur, & de quinquennio in quinquennium potestates requirere teneantur.

** relia seu alabates, & ea * facere, quotiens*

CAPUT VII.

IDEM in eodem.

Scribaniæ, bajuliæ, sagioniæ, carcellariæ, castellaniæ, alcaidiæ dignitatibus, & beneficiis, ad quæ ea pertinent, annectuntur: prohibenturque a dignitatibus, vel beneficiis separari.

CEdit quidem in magnum Ecclesiæ detrimentum, quod scribaniæ, vicariæ, bajuliæ, sagioniæ, carcellariæ, castellaniæ, alcaidiæ, & earum fructus, [&] emolumenta, & officia quocumque nuncupentur nomine, consueta etiam per laicos gubernari, quasi a mensis dignitatum, & a beneficiis, a quibus dependent, separata concedantur in perpetuum alicui, vel ad vitam: cum ex concessionibus hujusmodi sequatur, quod a pluribus impetrantur invitis Prælatis, & aliis beneficiatis, ad quos talium officiorum dispositio pertinet, & spectat: & per ingratos, & damnosos ecclesiæ multoties talia officia gubernantur. Nos indemnitati ecclesiæ providentes, ut via ambitioni improbæ præcludatur, & ne concessiones hujusmodi in perpetuum fiant a modo, vel ad vitam, ipsas scribanias (&) vicarias, bajulias, carcellarias, sagionias, castellanias, alcaidias, & hujusmodi officia, quovis vocentur nomine, quas esse damnosas ecclesiæ multoties comperimus, cum per tales talia officia gubernantur, prohibemus ea, & emolumenta illorum ab eis separari dignitatibus, vel beneficiis, quibus talium officiorum dispositio noscitur pertinere: [quinimmo] sacro approbante concilio [eisdem] annectimus, & unimus.

CAPUT VIII.

IDEM in eodem.

Cavetur, ne cuiquam, etiam ad compensandos labores pro ecclesia insumptos, aut si utile fore videatur ecclesiis, scribaniæ emolumenta, redditus, proprietates, ac proventus ultra triennium attribuantur, nedum in perpetuum, vel ad vitam: sed neque vicariæ bajuliæ, alcaidiæ, carcellariæ, sagioniæ. Si secus factum sit vel imprudentia, vel juris ignoratione, donationes, aut attributiones ejusmodi irritæ censentur.

HOC consultissimo prohibemus edicto, ne scribaniæ emolumenta, redditus, proventus, proprietates, seu jura quovis nomine nuncupentur, ad mensas dignitatum, monasteriorum, Capitula, collegia *, conventus, vel (ad) beneficia quæcumque annexa, vel pertinentia quoquo modo, a nobis Archiepiscopis, suffraganeis nostris, inferioribus Prælatis, Capitulis, conventibus, vel dignitates, & beneficia habentibus * infra provinciam Tarraconensem, etiam intervenientibus nostri, seu suffraganeorum Capitulorum, & inferiorum Prælatorum, conventuum consilio, & assensu, etiam jure compensationis * servitiorum ecclesiæ impensorum, vel ubi utilitatem ecclesiæ concernere videantur, alicui concedantur * in perpetuum (vel) ad vitam, sive etiam ad beneplacitum, vel ultra triennium dari, vel concedi valeant ullo modo. Neque etiam vicarias, bajulias, alcaidias, castellanias, carcellarias, sagionias, vel alia officia, quocumque nomine censeantur, nos, seu nostri suffraganei, aliique inferiores Prælati *, seu habentes dignitates [officia] vel beneficia, capitula, collegia, vel conventus, ad quas, seu quæ [dare] pertineat * officia ante dicta, alicui, vel aliquibus, etiam consilio, & assensu intervenientibus supradictis in perpetuum, vel ad vitam, nec ultra triennium assignare, vel committere valeamus: nec

** Capitulorum, collegiorum*

** nos Archiepiscopus, suffraganei nostri, inferiores Prælati, Capitula, conventus, dignitates, vel beneficia habentes*

** in re compensationem*

** concedant*

** per nos, seu nostros suffraganeos, aliosque inferiores Prælatos*

** pertineant*

sic

** committentium* sic commissa volumus post committentis * obitum perdurare. Et, si forsan per ignorantiam [per] inadvertentiam, vel alias per nos, aut successores nostros, suffraganeos, vel alios inferiores Prælatos, seu habentes dignitates, vel beneficia de facto contrarium fuerit attentatum, sacro approbante concilio tales concessiones, donationes, vel assignationes irritas decernimus & inanes, nulliusque efficaciæ, roboris, vel momenti.

CAPUT IX.

Petrus de Luna Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Gerundensi.

Commendæ possessionum, redditUum, & rerum ecclesiasticarum, quæ in regnis Aragonum, & Navarræ fieri sæcularibus solebant, tolluntur.

** qua, sive qua* Execrandæ alienationis abusum, quo * Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ maxime in regnis, & terris ditioni Regum Aragonum, & Navarræ subjectis existentes, administrationem ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum habentes, loca, vassallos, & grangias, & alias possessiones, decimas, primitias, redditus, proventus, & jura & bona alia ad ecclesias, ordines [&] monasteria, seu alia pia loca, quibus præsunt, spectantia, personis sæcularibus sub colore, & titulo commendæ, ut per eosdem ab aliorum oppressionibus defendantur, ** vel* & * aliis confictis causis, propria auctoritate subiiciuntur, & tributaria reddunt in perpetuum, ** in* vel ad tempus, cum sit ad * Dei offensam, & ecclesiarum, ordinum, monasteriorum, (&) locorum prædictorum grave damnum introdu- ** introductum, sive interdictum* ctus *, ac sacris canonibus [prohibitum, & interdictum] abhorrentes merito, & reprobantes, universos Archiepiscopos, Episcopos, Electos, Abbates, Priores, Magistros ordinum ** Commendatores* militarium, Præceptores, Commendatarios *, & quoscumque ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum administratores, maxime in terris, & regnis prædictis existentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel condicionis existant, sub excommunicationis pœna monemus, & hortamur, ut constitutiones in Lugdunensi, & Viennensi conciliis super hoc editas, in commendis jam factis de rebus supra dictis, prospicue attendant, & diligenter observent: quas commendas sub interminatione anathematis de cetero fieri prohibemus. Nos enim, si secus actum seu attentatum fuerit, id decernimus irritum, & inane.

CAPUT X.

Ennecus Archiepiscopus in tertio concilio.

Excommunicantur, qui de bonis, juribus conjunctim, & indivisim ad ordinationem Tarraconensis provinciæ pertinentibus quicquam ecclesiis, aut ecclesiasticis personis particulariter, vel extra regias curias concedent, aut pollicebuntur. Si Capitula, collegia, aut conventus, id fecerint, a divinis suspenduntur; & relaxatio Archiepiscopo in concilio provinciali reservatur.

Exactiones calliditate quadam conceptas, quæ interdum subtili ingenio ecclesiis, & ecclesiasticis personis, & earum statui damnum afferunt, & reipublicæ tribuunt nocumentum, quantum possumus amputare volentes; nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, provinciale concilium celebrantes, omnes, & singulas personas ecclesiasticas nostræ provinciæ, etiam pontificali dignitate præditas quicquam de bonis, vel juribus ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, aut earum hominibus conjunctim, & in simul pertinentibus ordinationi totius provinciæ, dantes (&) concedentes, promittentes, vel assignantes, aut spem concedendi, vel assignandi promittentes, vel dantes alicui, vel aliquibus, ullo modo, casu, vel etiam * ratione quantum- ** ullo casu vel aliqua* cumque ardua, particulariter tamen, videlicet extra curias, & concilia generalia, excommunicationis sententiæ, approbante sacro concilio, ipso facto decernimus subjacere. Capitula vero, collegia, & conventus cathedralium, & aliarum ecclesiarum, & monasteriorum, quibus præsunt, si in præmissis culpabiles fuerint, suspendimus a divinis; quorum absolutionem, & suspensionis relaxationem nobis, vel successoribus nostris in provinciali concilio, & non alias faciendam reservamus.

CAPUT XI.

Dalmatius Archiepiscopus in concilio.

Monentur Prælati Tarraconensis provinciæ, ut curent observari superiores constitutiones a Petro, & Enneco Archiepiscopis additas, ut bona ecclesiastica conserventur: quarum una incipit: Quia rei; *altera:* Feuda; *tertia:* Cupientes.

Rerum experientia edocente, plura censualia, ac redditus ecclesiasticorum beneficiorum in toto, vel in parte fuerunt deperdita, & alienata; redditus deminuti, & jura alia defraudata propter præsidentium suis beneficiis incuriam, seu per mortem: multaque incommoda, lites, & contentiones accidunt frequenter inter dominos, & feudatarios; cum ipsorum feudorum recognitiones, potestates, sive potestats *, & alia servitia, & onera, qui- ** postates, sive postats* bus feuda subjacent, per longa tempora non petuntur. Pereunt similiter de facili jura dignitatum, & beneficiorum, si instrumenta, & capibrevia illorum conservari negligantur. Hæc animadvertentes primo bonæ memoriæ dominus Petrus prædecessor noster in secundo concilio per eum celebrato, in constitutione incipienti: *Quia rei evidentia*, statuit, & ordinavit, quod omnes Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ tempore adipiscendæ possessionis suorum beneficiorum facerent inventarium de omnibus

inventis, ſeu repertis in hoſpitiis, caſtris, ſeu aliis locis ſuarum dignitatum, officiorum, ſeu [ſuarum] beneficiorum; ſive eſſent inſtrumenta, libri, capibrevia, aut alia eorum dignitati, officio, ſeu beneficio pertinentia; & etiam nova capibrevia infra ſex menſes a die pacificæ poſſeſſionis adeptæ facere tenerentur. Conſequenter etiam dominus Ennecus bonæ memoriæ prædeceſſor noſter in primo concilio per eum celebrato duas edidit conſtitutiones, quarum una incipit: *Feuda, vel poteſtates* *, per quam providet *, quod Prælati, & beneficiati quicumque ratione [ſuarum] dignitatum, vel beneficiorum feuda habentes, ea recognoſci facerent, quotiens feudatarii innovarentur, & de quinquennio in quinquennium recipi poteſtates *: altera incipit *: *Cupientes eccleſiarum*, per quam ſalubriter ordinavit, quod fieret in eccleſia qualibet cathedrali, collegiata, parochiali, aut ſimplici hujus provinciæ [unus] liber, in quo inſtrumenta jurium tam dignitatis principalis, quam aliorum beneficiorum, & eorum onera conſcriberentur: quæ quidem conſtitutiones ita laudabiles, utiles, & accommodæ * eccleſiis, perſonis, & beneficiis omni executione, & practica uſque nunc vacuæ, quod dolentes * referimus, remanſerunt, non ſine illas exequi omittentium culpa gravi; qui utilitatem eccleſiarum, & beneficiorum ſuorum indagare, & procurare multifarie ſunt aſtricti. Quamobrem deſiderantes tantæ culpæ, & deſidiæ providere, hujus ſtatuti vigore ſacro approbante concilio monemus, & hortamur venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, & Prælatos noſtræ provinciæ, eiſdem diſtrictius injungentes, quatenus dictas conſtitutiones ſtudeant totis viribus, quam citiſſime * poterint exequi, obſervare, & obſervari facere inconcuſſe; ut de talento eis tradito fidelem, cum requiſiti fuerint, in omnibus reddere valeant rationem.

* *poſtates*
* *providit*
* *poſtates*
* *initiatur*
* *commodæ*
* *dolenter*
* *quantocius*

CAPUT XII.

Ferdinandus in concilio Barcinonenſi.

QUod frequenter evenit, ut dotes atque alii redditus quorumcumque beneficiorum in cenſualibus conſtituti, vel ad minorem ſummam redigantur, vel in totum pereant, aut etiam redimantur, colluſione nonnumquam, vel fraude beneficia obtinentium, aut aliarum rerum eccleſiaſticarum adminiſtratorum, aut patronum, ſacri approbatione concilii decernimus, & declaramus, ut quotieſcumque redimantur cenſuales, ſive alii redditus cujuſcumque beneficii eccleſiaſtici, etiam ſi perſonatus vel perſonale beneficium, vel officium, aut ſervitium, aut capellania ſit, aut alio quocumque nomine appelletur, & ad tempus, vel in perpetuum fuerit inſtitutum, non alibi, quam in ſacrario, vel ærario eccleſiæ cathedralis, vel in locis ab Epiſcopis deſignandis in unoquoque officialatu, intra quem eccleſia illa conſiſtit, in qua beneficia hujuſmodi ſunt inſtituta; aut in civitate Barcinonenſ. in tabula cambii, ſive depoſitorum ejuſdem civitatis pro iis, qui in eadem civitate beneficia prædicta obtinent, depoſitum illarum pecuniarum coram publicis, & authenticis perſonis conſignetur, & in libro ejuſdem ſacrarii, vel ærarii, vel aliorum locorum, omnia conſcribantur. Ea vero pecunia inde non amoveatur, niſi ad emendos alios redditus cenſuales, vel alios perpetuos dictorum beneficiorum, & cum decreto Epiſcopi, ſi intra provinciam fuerit; aut ſi aberit, ejus Vicarii, ſive Officialis generalis. Ejus vero decreti interpoſitio in dicto libro conſcribatur. Illud præcipue animadvertendum eſt, ut ſi ipſe, qui beneficium obtinet, aut ejus conſanguineus, vel affinis intra ſecundum gradum, aut etiam patronus, vel patroni conſanguineus, vel affinis intra eundem gradum petierint eam pecuniam ſibi conſignari; ut ipſi deinceps, vel aliquis prædictorum redditus prædictos ſolvere ſe obligent per ſe, vel interpoſitam perſonam; id fieri Epiſcopi, ſive Vicarii, vel Officiales non patiantur. Qui vero contra hujus conſtitutionis tenorem aliquid agere tentaverint: & quod egerint, irritum habeatur, & de ſuo damnum quarumcumque perſonarum læſarum, vel eccleſiarum, ſive beneficiorum reſarcire teneantur.

Per hanc autem conſtitutionem nihil detrahimus aliis conſtitutionibus provincialibus, vel ſynodalibus, quæ majorem diligentiam adhibent, vel alienationibus rerum eccleſiaſticarum vel depoſitis faciendis, aut aliis ſolemnitatibus in ſupradictis requirendis de jure, vel conſuetudine. In regularibus vero beneficiis, aut in ſæcularibus, regularibus tantum perſonis ſubjectis, eorum ſuperiores depoſitorum loca deſignabunt, & decreta, ſive auctoritatem ſuam interponent.

TITULUS IX.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

CAPUT I.

Nicolaus Papa V.

Declaratio Apoſtolica, qua ſtatuitur venditione cenſualium juxta morem patriæ licere.

NIcolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo paſtoralis officii fores noſtræ providentiæ pulſare non deſinit, ut indemnitati, ac ſtatui proſpero fidelis populi curæ noſtræ cælitus commiſſi, juris moderando rigorem, per opportuna proviſionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, ſalubriter conſulamus. Sane, ſicut fide dignorum relatione didicimus, in regno Siciliæ, ac ceteris aliis dominiis, & terris cariſſimi in Chriſto filii noſtri Alfonſi Aragonum & utriuſque Siciliæ Regis illuſtris, avaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excæcavit, uſurariaque pravitas illis in partibus in tantum excrevit,

quod

quod incolæ, & habitatores partium illarum pecuniis indigentes, eas vix aliter, quam feneratorum opera quasi inauditum fenus exercentium consequi possint: & cum eas acceperint, si in tempore perceptas non restituant, brevi eorum bona in insatiabili usurarum voragine miserabiliter consumuntur: & quod in dominiis, & terris ipsius Regis ultra montes constitutis, videlicet regnis Aragonum, Valentiæ, Majoricarum, & principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ universitates, & singulares personæ tam ecclesiasticæ quam sæculares hujusmodi pecuniis indigentes, ut cum minori incommodo eas habere possint, per venditiones annualium censualium, quæ mortua nuncupantur, super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, juribus, & rebus eorum, mediante tamen instrumento gratiæ redimendi onera eorum, sibi ut plurimum prospicere, & consulere consueverunt. Quod in prædictis ejusdem Regis partibus, & regnis ultra montes constitutis non solum in longam consuetudinem, de cujus contrario hominum memoria non existit, more utentium deductum est, sed etiam per municipalia hujusmodi regnorum, & partium jura, per Regem ipsum, seu ejus prædecessores cum consensu trium brachiorum, ecclesiastici videlicet, militaris, & regalis promulgata simpliciter confirmatum. Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominiorum ejusdem Regis citra montes constitutorum indigentibus per hujusmodi censualium venditiones subveniri, ipsique a feneratorum usuris eximi possent: sed quia in hoc pecuniis abundantes dubitant usurariam pravitatem committere, & sic eisdem indigentibus more præmisso succurrere formidant, in indigentium detrimentum, & feneratorum eorundem evidens incrementum, pro parte ejusdem Regis asserentis ex subditis serenitatis suæ quamplures gravium usurarum voraginibus magnis hactenus penuriis exhaustos exstitere; alios quoque in dies pecuniis egentes fenore magis, ac magis opprimi, & vexari; nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis paterno compatientes affectu, in præmissis de opportunæ provisionis ope succurrere præfatasque censualium venditiones cum clausulis, & cautionibus ad earum validitatem inter venditores, & emptores mutuo consensu ineundis absque læsione conscientiæ in regnis Siciliæ, citra, & ultra Pharum fieri posse debere decernere, & declarare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro debito ministerii pastoralis nobis divinitus injuncti super his salubriter providere, ac statui, & indemnitatibus incolarum, & habitatorum regnorum, & terrarum dicti Regis citra montes constitutorum præsentium, & futurorum, quantum cum Deo possumus, subvenire cupientes, & attendentes, quod clero terrarum, & dominiorum ipsius Regis ultra montes constitutorum, in suis olim indigentiis per venditiones prædictorum censualium auctoritate Apostolica pluries consultum, & provisum fuerit, præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati tam eidem Regi, quam hujusmodi regnorum Siciliæ citra, & ultra Pharum, cum omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum, civitatum, & terrarum universitatibus præsentibus, & futuris hujusmodi censualia super rebus & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis earundem, instrumento gratiæ pro consimili pretio illas redimendi mediante, dummodo annualis census hujusmodi censualium decimam partem principalis receptæ, seu pretii eorundem non excedat, inter se contrahendi, vendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumque proprietates, redditus, jura, jurisdictiones, census, & omnia, & singula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari faciendi: ac etiam quascumque alias obligationes, & submissiones cuicumque foro; necnon renuntiationes, promissiones, & stipulationes, pœnis, juramentis, & aliis cautionibus vallatas, & alia quæcumque, de quibus inter ementes, & vendentes hujusmodi censualia, conventum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem: decernentes, & declarantes, eosdem incolas, & habitatores, ac locorum, civitatum, & terrarum universitates censualia hujusmodi modo præmisso in regnis ipsis Siciliæ citra, & ultra Pharum inter se libere, & licite contrahere, ac vendere, & emere posse; neque propterea usurariam pravitatem committere: dummodo ne alias, quam ut præmittitur, quodlibet annuum censuale decimam partem principalis receptæ, seu pretii venditionis ipsius non excedat; & pensionibus seu annualitatibus illorum in sortem non computatis pro totali redemptione præter principalem summam nihil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur a venditore: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus; privilegiis Apostolicis, nec non statutis, etiam municipalibus, vel regalibus, & consuetudinibus civitatum, & terrarum regnorum prædictorum Siciliæ citra, & ultra Pharum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; etiam si de eis facienda esset mentio specialis, quæ haberi volumus, & habemus pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ MCCCCLII. pridie Cal. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

TI-

TITULUS X.

DE LOCATO, ET CONDUCTO.

CAPUT I.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus io concilio quarto Tarracone celebrato.

Statuitur, ecclesiasticorum familiaribus mercedem petere non licere post mortem dominorum, nisi probaverint promissam; vel in jus viventes dominos vocaverint.

STatuimus, quod ii, qui cum Prælatis, vel personis ecclesiasticis pro domesticis, & familiaribus morantur, vel morabuntur, post mortem dominorum [suorum] non possint petere salarium, seu solidatam, nisi probaverint, quod eis promissum fuerit * salarium, vel solidata, seu super remuneratione habenda pro servitio dominos viventes coovenerint io judicio, saltem citatione secuta.

* suis

CAPUT II.

Enneca Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Qui contra immunitates ecclesiasticas domos ecclesiasticorum hospites per vim intromiserint; vel qui intromissi, postquam moniti fuerint, non abscesserint, excommunicantur, & publicari jubentur: vetanturque prius absolvi, quam passo injuriam satisfecerint.

PRæsumpta temeritas nonnullorum abstinere oesciens a vetitis, nec debito modo gaudere permissis, digne compellit officium præsidentis, ut ea, quæ frequenter a pluribus officialibus temporalibus in personarum ecclesiasticarum præjudicium attentantur, censura ecclesiastica compescantur. Sane licet privilegiis principum, & aliis *, hospitia Prælatorum, Canonioorum, & aliorum beneficiatorum a servitutibus hospitium sæcularium dominorum immunia existant; tamen nonnulli regii Officiales, seu aliorum dominorum temporalium Potesterii per vim, & violentiam compellunt personas ecclesiasticas ad recolligendum curiales, vel alios venientes ad curiam, seu loca, ubi tales officiales jurisdictionem exercent, ad instar sæcularium personarum pro libito voluntatis. Nos volentes huic morbo deceoti remedio providere, sacro suadente concilio ordinamus, tales Officiales, vel eorum vices gerentes, & hospites invitis dictis personis domos prædictas intrantes, si moniti verbo, vel scriptis, protinus dicta hospitia non exiverint, per loci Ordinarium excommunicationis sententia innodari, & excommuoicatos in ecclesiis diebus continuis publicari, processus competentibus terminis aggravando, donec dicta hospitia indemnia ab immissis hospitibus absque redeundi animo fuerint relaxata; vel satisfecerint illi, cujus est hospitium, vel moram traxerint * io eodem, ad ordioationem sui superioris de damno, interesse, & injuria, ut decebit.

* aliis

* traxerit

TITULUS XI.

DE PIGNORIBUS, ET ALIIS CAUTIONIBUS.

CAPUT I.

Joannes Sabioensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, io concilio Ilerdensi.

Non tenere censetur obligatio, qua quis dignitatem, quam obtinet, obligarit; & qui obligarit, omni officio, & beneficio suspenditur, donec a Sede Apostolica impetrarit veniam.

IN ecclesiis cathedralibus, & regularibus districtius inhibemus, ne aliquis personatum, seu dignitatem suam, sicut de jure non potest, ita nec de facto pro aliqua summa pecuoiæ præsumat aliquatenus obligare: decernentes ipsam obligationem (penitus) non tenere: hanc [etiam] pœnam transgressoribus infligentes *, ut quicumque contra hanc constitutionem venire præsumpserit, ipso facto (ab) omni officio, & beneficio, donec ab Apostolica sede veniam impetraverit, sit suspensus.

* imponentes

CAPUT II.

Arnaldus Archiepiscopus in secundo coocilio Tarracone celebrato.

Ecclesiastica ornamenta Judæo neque vendenda, neque pignori tradenda, neque ut reficiantur, credenda. Est pars cap. incip. Presbyter.

NEC ipse presbyter, vel alius calices, vestimenta, vel apparamenta alia divino cultui deputata Judæo vendere, vel impignorare, vel aptanda, seu reficienda tradere quacumque ratione * præsumat.

* et causa

TITULUS XII.

DE FIDEJUSSORIBUS.

CAPUT I.

Enneco Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Obligationes principales, aut fidejussorias pro dominis temporalibus factas admitti non debere, nisi consentiente domino ecclesiastico.

COmpellunt domini temporales homines ecclesiæ in suorum territorium limitibus populatos, pro violariis, & censualibus obligare: ex quo ecclesiis damna plurima subsequuntur. Mandamus tales obligationes, sive principales, sive fidejussorias per Officiales ecclesiasticos amodo non admitti: nisi prius suorum consensus interveniat * domiaoorum.

* interveniant

TI-

TITULUS XIII.
DE TESTAMENTIS.
CAPUT I.

Rodericus Archiepiscopus in quarto concilio.

Declaratur, ex mero, & puro officio, absque libelli oblatione, litis contestatione, & absque strepitu, & figura judicii, simpliciter, & de plano, facti veritate cognita, super executionibus testamentorum, & relictis ad causas pias Archiepiscopum, vel Episcopos visitationis officium exercentes, vel alias, posse inquirere, & procedere: idemque in restitutionibus usurarum fieri debere. Hec constitutio ad negotia praeterita, & adhuc pendentia refertur.

PEriculosæ negligentiæ, perversæque malitiæ heredum defunctorum, & eorundem ultimarum voluntatum executorum occurrere cupientes, & ut piæ voluntates defunctorum effectum debitum sortiantur; nos Rodericus divina miseratione sanctæ Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sacro approbante concilio, statuimus, ut tam nos, & successores nostri, quam venerabiles fratres nostri Episcopi provinciæ Tarraconensis, & eorum successores visitationis officium * exercentes, & alias, quandocumque nobis, & * eis videbitur expedire, possimus maxime super executionibus testamentorum, potissimum * circa relicta ad pias causas inquirere, & procedere ex mero, & puro officio, absque libelli oblatione, & litis contestatione, & absque strepitu, & figura judicii simpliciter, & de plano; ipsaque negotia, veritate cognita, decidentes, voluntates ultimas defunctorum executioni debitæ demandare: cum nihil tam hominibus debeatur, quam ut extremæ voluntatis liber sit stylus, & liberum, quod postea non redit, arbitrium: eademque forma possit servari super usurarum restitutionibus faciendis. Et cum hæc fuissent jam a jure permissa, volumus, quod præsens statutum non tantum futura negotia, sed & præterita, & adhuc pendentia amplectatur.

* effectum
* vel
* & potissime

CAPUT II.

Guillelmus in concilio Tarracone celebrato.

Curandum Episcopis, ut quæ fratribus Minoribus legata sunt, quæ ipsi ex regula sui ordinis prohibentur accipere, in anniversaria, missasque celebrandas conferantur, & quidem heredum consilio eorum, qui legavere.

CUM in omnibus piis voluntatibus defunctorum sit per Episcopos providendum, præcipimus universis Episcopis provinciæ Tarraconensis, quod quilibet in suis civitatibus, & dioecesibus * donata [quoque], & assignata, seu legata fratribus Minoribus, seu eorum ordini pro Anniversariis faciendis, seu Missis celebrandis, vel alias, quæ ipsis fratribus secundum eorum * ordinem, regulam, & professionem non licebit percipere, vel * habere, & quæ ipsi fratres ex superioris præcepto extra manum suam posuerunt *, vel ponere debuerunt *, a quibuscumque, & per quoscumque detineantur, convertere studeant, cum heredum defunctorum, qui prædicta dederunt, assignaverunt, vel legaverunt, consilio, in anniversariis in aliis locis faciendis, vel Missis celebrandis, vel aliis operibus * pietatis, voluntates ipsorum defunctorum, in quibus observari commode poterunt, observando.

* civitate, & dioecesi quondam
* eundem
* recipere, seu
* posuerint
* debuerint &
* in anniversaria in aliis locis facienda, vel missas celebrandas, vel alia opera

CAPUT III.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, administrator ecclesiæ Tarraconensis in primo concilio, Tarracone celebrato.

Declaratur, nulli Prælato, Canonico, aut clerico de rebus, aut bonis ecclesiasticis, aut ecclesiarum, beneficiorumve intuitu acquisitis heredem qualemcumque instituere licere: eamque institutionem testamenti irritam: cetera testamenti rata, & firma. Bona, quæ per ejusmodi institutionem relinquuntur, pauperibus Jesu Christi acquiri.

STatuta, per quæ in Tarraconensi, & aliis dioecesibus nostræ provinciæ conceditur clericis, ut de bonis suis ecclesiasticis, seu intuitu ecclesiæ acquisitis possint condere testamentum qualitercumque *, & sub quibuscumque verbis ipsa statuta fuerint, declarantes, districtius inhibemus, ne alicui Prælato, Canonico, vel alii clerico de rebus, vel bonis ecclesiasticis, aut ecclesiarum, vel beneficiorum suorum intuitu acquisitis liceat de cetero heredem facere aliquem clericum, vel laicum extraneum, vel conjunctum. Si vero secus per quemquam præsumptum fuerit, ejus testamentum, quoad heredis institutionem, eo ipso sit irritum, & inane. Cetera vero relicta, disposita, vel legata per hujusmodi clericos sæculares firma permaneant: dum tamen relicta non fuerint personis alias prohibitis, vel indignis. Bona autem, quæ ad institutum heredem potuissent ex hereditate hujusmodi, si non esset reprobata institutio, pervenire, ipso facto applicata, & acquisita esse volumus pauperibus Jesu Christi.

* qualiacumque

CAPUT IV.

Idem in concilio secundo Tarracone celebrato.

Administratori sedis vacantis, vel Capitulo non impedienda executio testamenti Archiepiscopi, vel Episcoporum, si testandi eo modo facultatem a sede Apostolica obtinuerint. Occupata jubentur restitui. Qui restituere recusarint, sunt excommunicati. Est pars cap. incip. Ut hi, qui.

SAne quia frequenter Archiepiscopus, & Episcopi ex privilegio sedis Apostolicæ testantur etiam de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, vel aliter *, quantum eis a jure permittitur, de bonis suis ordinant, vel disponunt;

* alias

ca-

caveant * administrator, & Capitulum sede vacante *, quod executionem testamenti, vel ordinatioocm, seu dispositionem factam canonice non impediant, vel perturbent; nec aliquid scienter, malitiose, vel dolose occupent; vel occupari faciant de bonis defuncti Prælati, sed ea libere permittant executoribus testamenti Prælati defuncti: alioquin * si qua de bonis ipsius Prælati defuncti, ut prædicitur, præsumpserint occupare, vel hactenus præsumpserunt, & intra mensem, ex quo fuerunt * requisiti (etiam) plenarie non restituerint executoribus supradictis, ipso facto senteotiam excommunicationis incurrant.

* caveat dicti
* & etiam capitulum diligenter
* alias
* fuerint

CAPUT V.

Petrus secundus in tertio coocilio Tarracone celebrato.

Excommunicatione interdicitur, ne Vicarii generales, Officiales principales, Decani, vel Officiales foranei Episcoporum, vel aliorum Prælatorum bona defunctorum in pios usus expendenda, in usus proprios convertant. Qui ob id in excommunicationem incurrerint, non ante absolvi posse, quam satisfecerint, & juxta defunctorum voluntatem, eam pecuniam in pios usus contulerint. Absolutio Ordinariis defertur.

CUM nil sit tam naturale, quam voluntates ultimas defunctorum exequi juxta votum eorundem, & nonnulli Vicarii generales, Officiales principales, & Decani, vel Officiales foranei Episcoporum, vel aliorum Prælatorum, seu Priorum, & commissariorum eorundem, ad quos competit præfata executio de jure, vel approbata consuetudine, aut alias aliquotiens in proprios usus convertere non expaveant; cum converti, aut inter pauperes dividi deberent juxta ordinationem testatorum: [al. *bona defunctorum, quæ in pios usus converti, aut inter pauperes dividi deberent, juxta ordinationem testatorum, convertere non expavent*] nosque huic abusui volentes occurrere præfato, approbante concilio ordinamus, ne aliquis prædictorum pecunias, seu bona defunctorum, quæ in pios usus existunt convertenda, aut ioter pauperes dividenda, in proprios usus ipsorum convertant; sed ea, deductis expensis, & salariis moderatis, distribuant, & distribui faciant secundum voluntates ultimas defunctorum. Alioquio Vicarios, & alios prænominatos sententiam excommunicationis volumus incurrere ipso facto: a qua non possint absolvi, quousque plenariam satisfactionem fecerint de prædictis, convertendam in pios usus juxta voluntatem, ut prædicitur, defunctorum. Quam absolutionem possint facere Ordinarii eorum, satisfactione tamen præmissa.

CAPUT VI.

Petrus de Fuxo Cardinalis, sedis Apostolicæ Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

Religiosorum bona decedentium, quibus a jure permittitur de bonis testari, a Prælatis occupanda non esse, modo ut legitime testati fuerint, & quæ Prælatis jure debentur, reliquerint. Hæc constitutio etiam ad clericos sæculares porrigitur.

ECclesiarum Prælati bona decedentium religiosorum, quibus permissum est secundum statuta, vel laudabiles consuetudines de bonis a Deo collatis sibi disponere, nullatenus audeant occupare; si per eosdem religiosos juxta statuta, seu consuetudines prælibatas de bonis prædictis fuerit ordinatum: dum tamen in eorum dispositionibus suis reliquant Prælatis, quæ debentur eisdem secundum statuta, vel consuetudines memoratas. Idem esse censemus de bonis clericorum sæcularium decedentium, qui juxta juris formam, & provincialium, vel synodalium constitutionum sua ordinaverint testamenta, vel ultimas voluntates.

CAPUT VII.

Hieronymus de Aurea Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Decernitur, in quaque curia auditionis testamentorum, aut officialatus, aut vicariatus librum destinandum, in quo scribatur principium cujusque testamenti; nimirum testantis nomen in diœcesi, legata ad pios usus relicta, dies, atque annus, penes quem notarium sit testamentum, a quo codicillus, aut quæcumque ultima voluntas recepta: quo in libro, aut quopiam alio de executione constet. Definitionem autem prius dandam non esse, quam testamentum sit adimpletum. Si secus factum fuerit, in futurum esse irritum, inhabilem quoque ad quodcumque officium exercendum fore eum, qui fecerit, & excommunicatum.

QUoniam non solum utroque jure, verum etiam per constitutiones provinciales per prædecessores nostros editas recte reperitur dispositum, ad officium Prælati pertinere, voluntates defunctorum in relictis ad pias causas debitæ executioni demandari; & hactenus, experientia docente, incuria auditorum dictarum piarum causarum compertum est, non solum in officio suo negligentia adhibita, intra tempus a jure præfixum per executores, & heredes non adimpleri; verum etiam, quod est deterius, per dictos auditores, antequam adimpleantur, recipi debitum a jure stipendium, eoque recepto, dictis manumissoribus, & heredibus definitiones fieri, & ita voluntates defunctorum imperfectas relinqui. Ideo huic morbo de congruo volentes remedio providere, cum nil magis congruat pietati, & religioni, quam relicta defunctorum, & ad pias potissimum causas adimpleri; sacro approbante concilio statuimus, & providemus, quod de cetero in qualibet curia auditionis testameotorum, ubi propria illa reperitur, alias in curia officialatus, vel vicariatus, proprius deputetur liber, in quo

per

per notarium, & dictæ curiæ scribam continuetur principium testamenti, puta nomen testantis in diœcesi, legata ad pios usus relicta, dies & anni, & in posse cujus notarii fuerit testamentum, codicillus, vel quælibet ultima voluntas, & dispositio recepta; & quod de executionibus eorum in dicto, seu alio libro appareat: & antequam dictæ piæ causæ fuerint debite adimpletæ, nullatenus valeat per auditorem aliqua definitio fieri debentibus adimplere: decernentes, si secus per quemquam auditorem factum fuerit, irritum, & inane: ipsumque nihilominus ad exercendum præfatum officium perpetuo inhabilem, & nunc pro tunc vinculo excommunicationis subjacere.

TITULUS XIV.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in octavo concilio Tarracone celebrato.

Prælato mortuo, aut beneficiato, bona ejus ecclesiastica viris probis committenda, juxta ecclesiæ morem: sin more receptum non extiterint, duos deligendos, si is, qui decesserit, conventui præfuerit; si non præfuerit, ab Episcopo destinandi, qui infra decem dies adhibito tabellione, & testibus inventarium conficiant, qui si negligentes in eo fuerint, duplo damnantur; si interverterint aliquid, ac moniti non restituerint, excommunicantur. Episcopi autem monentur, dum vivunt inventaria conficere.

CUM non sine gravi peccato, quod suum non est, possit aliquis retinere, antiquum canonem hac constitutione ad memoriam reducentes, sacro approbante concilio statuimus ut post mortem Archiepiscopi (cujuslibet) Episcopi, vel alterius Prælati, seu beneficiati Tarraconensis provinciæ, bona ejus * ecclesiastica ad manus aliquorum fide dignorum perveniant, secundum quod in ecclesia (defuncti) de consuetudine est obtentum: vel si consuetudo cessat, duo eligantur fide digni, si defunctus conventui præerat; aut ab Episcopo diœcesano, vel ejus locum tenente, si defunctus conventui non præerat (deputentur) qui bona recipiant supradicta, & infra decem dies tales administratores, seu procuratores, adhibito tabellione publico, & testibus ad hoc specialiter convocatis, conficiant * de omnibus rebus defuncti mobilibus, & immobilibus, & se moventibus inventarium. Et, si per negligentiam hoc fuerit omissum, prædicti procuratores ad duplum teneantur. Si vero prædicti administratores vel aliquis alius de bonis prædictis aliquid invaserit, [vel] rapuerit, vel retinuerit * fraudulenter; & legitime monitus * bona sic retenta sine deminutione non restituerit successori, auctoritate concilii se noverit excommunicationis sententia innodatum. Admonemus autem Episcopos, & alios Prælatos Tarraconensis provinciæ, ut in vita sua, si commode fieri poterit, de rebus prædictis confici faciant inventarium. Hanc autem sententiam, vel illam de invaloribus ecclesiarum, vel rerum earum per constitutionem, quæ incipit: *Olim*, ad personas Archiepiscopi, vel Episcoporum extendi nolumus ullo modo.

* ipsius
* conficient
* tenuerit
* admonitus

CAPUT II.

HIERONYMUS Cardinalis Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Decedentis Prælati ornamenta ecclesiis obveniunt.

QUoniam ea, quæ semel Deo sacrata sunt, amplius in profanos usus converti non debent; decernimus, ut ornamenta pontificalia, quæ quilibet Præsulum hujus provinciæ in proprios destinata usus habuerit, ea omnia, & singula, eis decedentibus, ecclesiis, quibus præerant, applicentur.

TITULUS XV.

DE SEPULTURIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Prohibentur religiosi, ac clerici sæculares in præjudicium parochialium ecclesiarum pactum facere: idque si fecerint, quidquid ex hujusmodi pacto acceperint, restituere jubentur.

DIstrictius inhibemus, ne aliqui regulares, seu religiosi, vel clerici sæculares in præjudicium parochialium ecclesiarum aliquod pactum faciant (ita) quod alieni parochiali ipsis solvant decimas, vel apud ipsos eligant sepulturas *: statuentes, quod quidquid ratione hujus pacti recipient *; ecclesiæ parochiali restituere compellantur.

* sepulturum
* ut quidquid occasione hujusmodi pacti perceperint

CAPUT II.

FERDINANDUS in concilio Barcinonensi.

De exequiis summi Pontificis.

PIetatis opera cum ab omnibus, quoad fieri potest, præstanda sunt, tum ab iis præsertim debentur, quos in primis pietatem decere, vel ipsa nominis ratio, quæ sæpe admonet officii, præsefert. Quemadmodum ergo jure ac merito in Ecclesia catholica, jam inde usque ab ejus fere primordiis observatum est, ut summum Rom. Pontificem communem omnium patrem, totiusque Ecclesiæ caput, & publicis in Ecclesia comprecationibus, & privatis cujusque precibus omnes, ut pii filii, & religiosa membra, in communi illa omnium cura, & sollicitudine pie ac religiose, quoad licet, juvarent, ita etiam sanctum, ac pium est, pro illo defuncto omnes itidem officiosissime orare, ut eum

a reatu peccatorum divina indulgentia absolvat. Quamobrem inhærentes constitutioni generalis concilii Lugdunensis sub Gregorio decimo, quæ incipit: *Ubi periculum*; sacro approbante concilio statuimus, ut quotiescumque contigerit, sanctissimum Papam Romanum Antistitem ex hac vita migrare, cum primum ejus obitum Prælati hujus provinciæ resciverint, & opportunum fuerit; debeat statim unaquaque cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum publice unum anniversarium, & quilibet sacerdos privatim unam Missam pro anima defuncti Rom. Pont. celebrare; aut saltem in Missa pro anima illius collectam facere: quorum exemplo admoneatur simul, & commoneatur universus populus, ut suarum erit partium, ad debitum pietatis officium defuncto Papæ exsolvendum. Quo pio opere absoluto, alterum, quod non minus pium, ac justum est, instaurandum illico videtur; ut scilicet supplicationes, & preces publice, privatimque habeantur: atque ab Ordinariis, per civitates, & diœceses indicantur, quibus clerus, populusque bonum a Deo universalem pastorem, & Christi Vicarium valeant impetrare. Idque cum a sacro œcumenico concilio Tridentino optime præceptum sit, cujusque particulari Ecclesiæ in propriæ sedis vacatione faciendum, multo magis in vacatione sedis Apostolicæ, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, observandum jure censemus.

CAPUT III.

IDEM in eodem.

De exequiis & spoliis.

ETsi ab omni specie mali abstinere operæpretium esse Apostolus non doceat; aliqua vero potissimum, quam longissime a viris ecclesiasticis, præcipue vero a parochis esse, & quæ illis opposita sunt in ipsis quam maxime elucere debent: primum scilicet, ut abstineant ab omni avaritia, & non sint turpis lucri cupidi; & quia quantum humana fragilitas patitur, irreprehensibiles esse debent: ea omnia, quæ suspicionem avaritiæ inducere possunt, ab ipsis parochis aliena esse convenit; ut is, qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de eis. Sacro igitur approbante concilio statuimus, & ordinamus, ut de cetero nullus Rector, aut Vicarius, seu quivis alius parochus prætextu cujusvis consuetudinis, etiam immemorabilis, aut alio quovis quæsito colore audeat sub nomine spolii, aut quocumque alio nomine sibi vindicare unam ex vestibus, jocalibus, vel aliis bonis mobilibus, vel se moventibus illorum, quos mori contigerit infra limites suæ parochiæ, qui sit ab ipsa parochia alienigena, aut peregrinus; sed solum, & dumtaxat ea bona mobilia, aut se moventia, quæ penes defunctum alienigenam, aut peregrinum, per Rectorem, Vicarium, aut alium parochum loci, in quo decesserit, seu unum ex illis, quod ipse parochus elegerit, capiantur ad effectum, ut expensæ funeralium, quæ in ecclesia parochiali loci, in quo ipse alienigena, aut peregrinus decesserit, celebrabuntur: solvi possint, & ne super excessivitate ipsarum expensarum possit quæstio fieri, eodem approbante concilio sancimus, ut expensæ funeralium cujuscumque nobilis, aut militis, sive de militari genere procreati alienigenæ, seu peregrini, decem libras Barcinonenses; mercatoris vero, aut notarii, aut similis conditionis sex libras; aliorum vero inferioris status quatuor libras Barcinonenses excedere non possint: licitumque sit Episcopo, vel alii loci Ordinario juxta qualitatem, & facultates defuncti taxam prædictam minuere; liceat etiam heredibus, seu manumissoribus, aut aliis consanguineis defuncti, ad quos id onus de jure spectat, si eis videbitur, majorem eleemosynam pro suffragiis ipsius defuncti eisdem parocho libere, & gratis dare: non enim intentionis nostræ est, pias fidelium largitiones prohibere, sed cupiditatem, quæ radix omnium malorum est, ab universis ecclesiasticis personis, maxime vero a curam animarum habentibus amovere. Et quia etiam intelleximus, quod quando aliquod corpus, seu cadaver defuncti, quod in alio loco, quam ubi decessit, est sepeliendum; pro transitu per alias parochias, per Rectores, Vicarios, seu alios curam animarum habentes, seu forsan alias personas in locis, per quos fit transitus, quandoque fiunt vexationes, ita quod nisi secum de aliqua pecunia solvenda conveniant, cadaver aliquando detinetur: nos, sacro approbante concilio, prædicta de cetero fieri prohibentes statuimus, & ordinamus; ut salva quarta, seu alia parte de jure, vel consuetudine ecclesiæ, in cujus parochia quis decessit, debita exsolvi consueta nullus Rector, Vicarius, aut alius curam animarum obtinens, seu quævis alia persona possit a deferentibus per transitum cadaver alicujus defuncti, exigere in qualibet parochia ultra duo regalia argenti, teneanturque requisiti per eos, qui corpus, seu cadaver deferant, in ecclesia illud tenere. Qui vero contra aliquod ex præmissis fecerit, aut aliquod exegerit; ad restitutionem dupli ipsi parti, a qua exactum fuerit, & ad omnium damnorum, & expensarum emendam teneatur, & arbitrio Ordinarii puniatur.

TITULUS XVI.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone.

*Qui alieno parochiano sacramenta administrat sine facultate Rectoris, vel diœcesani, pœnam decem morabatinorum incurrere *: exceptis sacramentis baptismi, & pœnitentiæ; idque tempore necessitatis.* * *incurrit*

CUM * ecclesiastica sacramenta sint ministranda per proprium sacerdotem, juxta * *Item, cum*

ca-

canonica ſtatuta *, ſacri approbatione concilii duximus providendum, quod nullus clericus præſumat quodcumque ſacramentum eccleſiaſticum alteri parochiano aliquatenus miniſtrare abſque licentia proprii Rectoriis, ſeu diœceſani, vel Officialis ejuſdem. Qui vero contrarium temeritate propria, quæ lege * damnatur, præſumpſerit attentare, pœnam decem morabatinorum diœceſano, vel ordinario, cui ſubeſſe dignoſcitur, ſolvere compellatur. Volumus tamen, quod ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ morientibus, tempore neceſſitatis cogente * extremæ, poſſit conferri, & diſpenſari a quolibet ſacerdote, memorata pœna in aliquo non obſtante.

* instituta
* a lege
* cogentis

TITULUS XVII.

DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus in concilio Ilerdæ celebrato.

Decimas, & oblationes debitas a Judæis, & Sarracenis pro domibus, & poſſeſſionibus, quæ fuerunt Chriſtianorum, ſolvi debere.

PRæcipimus, ut tam Judæi, quam Sarraceni ad ſolvendum eccleſiis decimas, & oblationes debitas pro terris, & domibus, & aliis poſſeſſionibus, quæ ad ipſos a Chriſtianis quomodocumque devenerint *, per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur.

* quocumque modo, ſive quandocumque devenerunt

CAPUT II.

Rodericus Archiepiſcopus in ſecundo concilio Ilerdæ celebrato.

Declaratur, a Sarracenis ſolvendas decimas fructuum novalium, quæ in poſſeſſionibus colunt Chriſtianorum; cum antequam ea novalia colerentur, eccleſiæ ſolverent decimas paſcuorum nomine.

LIcet in dubium verti non debeat, quod ſacris canonibus eſt ſtatutum; quidam tamen captantes ignorantiam affectatam, vertunt in dubium, utrum de fructibus novalium, quæ Sarraceni in manſionibus *, aut terris dominorum Chriſtianorum faciunt, decimas * eccleſiis ſolvere teneantur. Unde nos Rodericus (permiſſione divina ſanctæ Tarracon. Eccleſiæ Archiepiſcopus,) dubitationis hujuſmodi materiam amputantes, ſacro approbante concilio, declarando decernimus, Sarracenos quoſcumque de prædictis novalibus decimas, & primitias debere eccleſiæ integre ſolvere; ſicut de fructibus aliarum poſſeſſionum, quæ fuerunt Chriſtianorum, & ad culturam eorundem Sarracenorum poſtmodum pervenerint *, præſertim cum de gregibus, qui in montibus & terris hujuſmodi paſcebantur; antequam ad culturam novalium redigerentur (ab ipſis) decimæ, & primitiæ eccleſiis ſolverentur: cum res eadem propter diverſitatem fructuum non debeat, quoad præſtationem decimæ, diverſo jure cenſeri.

* montibus
* decimam ipſi Sarraceni
* pervenerunt

CAPUT III.

Sanctius Archiepiſcopus in tertio concilio.

Decimæ, ac primitiæ pecorum, & aliorum animalium, ac fructuum nomine integre ſunt perſolvendæ, ſine expenſarum deductione, pro eo ac ſolvi in quoque loco ſunt ſolitæ. Qui non ſolverit, excommunicatur. Abſolutio Prælatis, & eorum vices gerentibus reſervatur: a quibus mandari debet Rectoribus, & iis, quibus cura animarum commiſſa eſt, ut quater in anno hanc conſtitutionem curent publicari.

CUM ad præſtationem decimarum, & primitiarum tam jure divino, quam humano quilibet teneatur; cum decimæ, & primitiæ cibus ſint egentium animarum; & quidam decimas, & primitias eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis perverſis machinationibus ſubtrahere moliantur; quidam ex eis ſemen deducentes, & ſumptus, qui fiunt in agricultura, & fructibus colligendis; alii vero decimas * perſolventes non ad decimam partem, ſeu menſuram, ſed ad ondecimam, duodecimam, aut (ad) aliam partem ulteriorem, in grave præjudicium eccleſiarum (&) perſonarum (eccleſiaſticarum) & ipſorum ſubtrahentium magnum periculum animarum: propterea nos frater Sanctius miſeratione divina ſanctæ Tarraconenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, nolentes pati, ut jura eccleſiarum præſumptione aliqua minuantur, ac volentes talium ſubtrahentium animarum providere ſaluti, approbante ſacro concilio ſtatuimus, & ordinamus; quod quicumque ratione prædiorum, pecorum, aut pecudum, vel aliorum animalium, aut quorumlibet fructuum vel aliarum rerum decimas eccleſiis, & clericis exhibere tenentur, eas, prout tenentur, cum integritate perſolvant abſque deductione aliqua ſumptum, vel expenſarum: ſtatuentes etiam ſacro concilio approbante, quod primitiæ in locis, in quibus eſt eas aſſuetum ſolvi, ſolvantur integre, & complete, nulla expenſarum aut ſumptuum ſubtractione (deducta) ad partem illam, ſeu menſuram, aut quotam, ad quam ſolitæ ſunt perſolvi, omni fraude ceſſante. Alias qui ſcienter, vel malitioſe contrarium fecerint *, excommunicationis ſententiæ ipſo facto volumus ſubjacere: quorum abſolutionem nobis, & diœceſanis Epiſcopis, & noſtris, eorumque vicariis, & Officialibus noſtris, & ſuis principalibus, & eorum cuilibet ſpecialiter reſervamus. Volentes, & mandantes omnibus, & ſingulis Epiſcopis ſuffraganeis noſtris, & eorum Vicariis, & Officialibus principalibus, quod per Rectores eccleſiarum, & alios curam animarum tenentes, quater in anno, videlicet in feſtis Natalis * Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & ſanctæ Mariæ menſis Auguſti, præſentem conſtitutionem faciant publicari, quando major populi multitudo in eccleſias ſuas * convene-

* decimam
* fecerit
* Nativitatis
* eccleſiis ſuis

rit ad divina. Dat. in sacro concilio Tarracone, anno Domini MCCCLIV. quinto Idus Decembris.

CAPUT IV.

ENNECUS Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

Constitutio a Sanctio Archiepisc. super publicatione eorum, qui detinent decimas, aut primitias, jubetur observari. Qui in ea observanda negligentes fuerint, decem solidis multantur, & quidem quoties negligentes fuerint: quorum dimidium procuratori fiscali Prælati addicitur, fabricæ sedis dimidium: moneanturque Officiales, ac ceteri, ad quos id facere spectat, eos, qui decimas, aut primitias interverterint, aut detinuerint moniti, in ecclesiis denuntiare excommunicatos.

LIcet in constitutione per bonæ memoriæ dominum fratrem Sanctium Archiepiscopum Tarraconensem prædecessorem nostrum edita super solutione decimarum, & primitiarum incipiente, *Cum ad præstationem decimarum, & primitiarum*, salubriter sit provisum, quod suffraganei nostri, & eorum Vicarii, & Officiales in quattuor festis, videlicet Natalis, Paschæ Domini, Pentecostes, & beatæ Mariæ mensis Augusti, dictam constitutionem faciant quolibet anno publicari, dum in eorum ecclesiis major fuerit * populi multitudo: quia tamen dicti suffraganei nostri, & eorum Vicarii generales, & Officiales in his fuerunt negligentes, ex quo tenor prædictæ * constitutionis fere evanuit a mentibus subditorum, in ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum præjudicium, atque damnum; propterea querela ad nos super his deducta, approbatione sacri concilii statuimus, quod Rectores, & Curati ecclesiarum provinciæ Tarraconensis dictam constitutionem in dictis quattuor festivitatibus publice [&] alta, & intelligibili voce in eorum ecclesiis, dum [in ipsis] major populi multitudo ad divina convenerit, publicent, seu faciant publicari. Negligentes, seu remissos in prædictis pœnam decem solidorum, quorum dimidium acquiratur * procuratori fiscali sui Prælati, dimidium * fabricæ sedis ejusdem, pro quolibet defectu incurrere volumus ipso facto: injungentes in virtute sanctæ obedientiæ Vicariis in spiritualibus generalibus, & Officialibus principalibus, ac foraneis, seu Decanis nostris, & dictorum Prælatorum quatenus occupatores, detentores, & subtractores hujusmodi decimarum, & primitiarum, cum eis constiterit, & inde fuerint requisiti, debeant, & teneantur per eorum Rectores districtius facere nuntiari, & [vitari] publice excommunicatos tamdiu, donec satisfactione præmissa, absolutionis beneficium meruerint obtinere.

* *adfuerit*

* *dictæ*

* *acquirendam videlicet medietatem*

* *& aliam medietatem*

CAPUT V.

PETRUS quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Si summaria habita informatione Ordinarius cognoverit, a laico quopiam, aut clerico decimas, aut primitias retentas, aut defraudatas; vel extrajudicialiter reum etiam non vocatum jubetur monere, ut infra tres proximos dies integre decimas, ac primitias solvat: nisi fecerit, citare, ut præsens declarari videat se in censuras, & pœnas sacrorum conciliorum Tarraconensium contra raptores, occupatores, ac invasores rerum ecclesiasticarum incidisse: ac si non paruerit, contra eum, & quemcumque ejus fautorem, velut ecclesiasticorum bonorum occupatorem, & canonum violatorem procedere. Statuitur etiam, ut in ejus, qui primitias defraudarit, præsentia cessetur a divinis, servata forma contra invasores solita servari. Confessoribus etiam excommunicationis pœna irrogatur, si quempiam ejusmodi primitiarum detentorem absolverint, excepto mortis articulo, nisi iis, quæ detinuerint, restitutis. Quæ super his aliter facta, aut judicata fuerint, irrita censentur: jubeturque publicari quater in anno hæc constitutio.

QUamvis cunctis Christi fidelibus de universis frugibus decimas, atque primitias in signum veri imperii, & universalis dominii ab ipsa Mosaicæ legis traditione a Domino, cujus est plenitudo orbis terrarum, consecratas, & destinatas integre solvi debere, sit de necessitate salutis injunctum, idque pater Abraham fecit, Jacob autem vovit, Dominica etiam vox per Malachiam, ac etiam Evangelium suum præceptis fieri oportere jubeat, atque ostendat; nihilominus tamen quorumdam perversorum hominum in tantum damnata processit ambitio; ut eas, suæ salutis immemores, prætensæ consuetudinis, quæ corruptela potius censenda est in hoc casu, nefario quodam, sacrilegoque ausu sacris sacerdotibus, quorum cibus esse debent, denegare, occupare, & usurpare, ac penes se pertinaciter detinere, & res Domini violenter rapere, atque invadere, ipsumque Dominum, & creatorem in suis ministris impudenter offendere minime vereantur, in grave animarum suarum, evidensque discrimen, ac plurimorum scandalum manifestum; quod alias felicis, piæque memoriæ Leo Papa decimus in suo sacrosancto moderniori Lateranensi concilio, quam sit grave considerans, & divini dignum animadversione judicii attendens, animarumque saluti piissimi patris more consulere volens, sanctorum patrum, & prædecessorum suorum vestigiis inherendo, & constitutiones canonicas ab eisdem editas innovando, dictas decimas, & primitias solvi statuit, decrevit, & ordinavit: & novissimis temporibus serenissimus, atque invictissimus Carolus,

di-

divina favente clementia, Romanorum, & Hiſpaniarum Rex catholicus, & Imperator electus, Chriſtiani nominis cultor, & illius imperii propagator feliciſſimus, & defenſor acerrimus per ſuam quandam aliam pragmaticam ſanctionem nuper per eum editam motu proprio, & ex ejus certa ſcientia dicti Leonis conſtitutionem hujuſmodi approbavit, illamque ſub magnis pœnis diſtrictiſſime, & inviolabiliter obſervari voluit, decrevit, atque mandavit, prout in ſingulis conſtitutionibus deſuper emanatis plenius continetur. Cum igitur dicti iniquitatis filii decimas, & primitias hujuſmodi ſolvere recuſantes, divo teſtante Ambroſio, Deum, & dominum noſtrum abnegare credantur, & veram propterea ſecundum eum confeſſionem facere non poſſint, cum ſacrilegii crimen committant, æternæ damnationis incurrant judicium, & conveniat hujuſmodi peſtifero morbo de opportuno providere remedio, cum docente experientia juſte pro peccatis noſtris affligamur, dicente Domino: *Quia mihi non redditis decimas, atque primitias, idcirco in fame, atque penuria maledicti eſtis:* & majores noſtri ideo copiis abundabant, quod integre eas Domino perſolvebant: modo autem quia eorum abſceſſit uſus, fiſci ſucceſſit apprehenſio, & Domini indignatio, qui propter male parta juſte quæſita nobis auferri præcepit. Quare nos Petrus de Cardona, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Archiepiſcopus Tarraconenſis, ſacro noſtro approbante concilio cupientes hujuſmodi obviare peccatis, & Eccleſiarum, & ſubditorum noſtrorum, ut tenemur, indemnitati, ac commoditati conſulere, cum ii, qui dictas decimas, atque primitias de omni fructu pertinaciter ſolvere recuſant, aut eas quomodolibet defraudant, in peccato mortali, & mora notoria exiſtant; ſtatuimus propterea, & hoc perpetuo valituro ſancimus edicto, quod ſi quando alicui provinciæ noſtræ Ordinatio, per ſummariam quamcumque informationem, etiam ex ejus officio extrajudicialiter, & parte etiam minime vocata habitam conſtiterit, aliquem laicum, vel etiam clericum, aut alterius cujuſvis ordinis, ſtatus, aut condicionis, dignitatis, aut præminentiæ dictas decimas, atque primitias Eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis, ad quas earum perceptio, & exactio pertinebit, & ſpectabit, ſolvere recuſare; eos omnes, & ſingulos, & eorum quemlibet, quotiens id conſtiterit, ut præfertur, ſtatim moneat, atque requirat; quatenus infra tres dies immediate ſequentes ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam nos in eos, & illorum quemlibet defraudantes, ex nunc prout ex tunc, & e contra, in non ſolutionis eventum ſerimus, & promulgamus, dictas decimas, & primitias ſolvi debitas, ac defraudatas, rejecta quacumque contraria conſuetudine, juxta dicti Lateranenſi ſtatuta concilii, integraliter ſolvant, & de eis, prout tenentur, ſatiſfaciant: alias vero dicta tertia die ad videndum ſe in cenſuras, & pœnas ſacrorum conciliorum Tarraconenſium de invaſoribus, occupatoribus, & detentoribus rerum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum declarari incidiſſe compareant: qui ſi diſtulerint, contra eos, & eorum fautores, conſultores, auxiliatores, & conſenſum præſtantes quoſcumque, uti veros, & notorios bonorum eccleſiaſticorum occupatores, detentores, & raptores, ac ſacrorum canonum violatores, ad declarationem, & alia neceſſaria illico tribus diebus elapſis procedant; & in eorum præſentia excommunicatorum a divinis ubique omnino ceſſetur officiis, juxta aliorum ſacrorum noſtræ provinciæ conciliorum contra invaſores celebratorum tenorem, & formam: inhibentes univerſis, & ſingulis dictæ provinciæ confeſſoribus, eiſque diſtrictius in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimilis excommunicationis etiam latæ ſententiæ pœna mandantes, cum non dimittatur peccatum, niſi prius reſtituatur ablatum, ne dictos excommunicatos in confeſſionibus privatim, aut publice audiant; neque eis, præterquam in mortis articulo, ſatisfactione præmiſſa, ſi eam impendere potuerint; abſolutionis beneficium impartiantur. Nos enim, ſublata aliter faciendi, & judicandi facultate quacumque, irritum, prout eſt, & inane, quidquid in contrarium fieri contigerit, decernimus, & declaramus: hujuſmodi præſentem conſtitutionem in Domini noſtri Jeſu Chriſti Nativitate & ejus Reſurrectionis, & ſancti Joannis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis feſtivitatibus alias ſtatutis annis ſingulis ſub eadem pœna, per Ordinarios, & eccleſiarum Rectores in ſingulis diœceſibus, & eccleſiis publicari mandamus.

CAPUT VI.

Ferdinandus in concilio Barcinonenſi.

CONqueritur Dominus per Prophetam Malachiam, homines Deum affligere, quod decimas, & primitias non ſolvant; & ob id ita iraſci, ut cataractas cæli non aperiat, & maledictionem pro benedictione, ſterilitatem pro abundantia tribuat; fructuſque propterea corrumpantur, & terra ſterilis redigatur. Unde cognoſcimus, teſte beato Hieronymo, quod ſi quando fames, & penuria, & rerum omnium egeſtas mundum opprimit, hoc ex ira Dei deſcendit, qui ſe ob non ſolutionem decimarum fraudari aſſerit. Quod ſi fraudantes decimas ita Dominus abhorret, & ejus maledictio eos & eorum bona perſtringit; quanto magis ii deteſtandi ſunt, qui omnino ſe a decimarum ſolutione eximunt, quaſi divinæ potentiæ minime ſubjiciantur; cum a ſolutione tributi, quod in ſignum univerſalis dominii ſibi reſervavit, ſe liberos eſſe aſſeverent. Quapropter, ne ſerpens ille antiquus gregem nobis commiſſum, hoc avaritiæ genere decipiat, providere volentes, ſacro approbante concilio, ſanctorum Patrum, & præſertim ſacroſancti concilii Tridentini decretis inhærendo decernimus, & declaramus; nemini ſæcularium licere ſine divinæ maledictionis

nis incurſu, ſe cujuſvis poſſeſſionis, præſcriptionis, ſeu conſuetudinis etiam immemorabilis prætextu a decimarum ſolutione liberum, aut exemptum aſſeverare. Qui vero exemptionem a ſolutione decimatum prætenderit; privilegium, ſeu alium legitimum titulum verum, & non præſumptum, ac per ſcripturam authenticam oſtendere debeat; non autem prætextu poſſeſſionis, aut cujuſvis præſcriptionis, ſeu conſuetudinis etiam immemorabilis. Cum ea omnia ex negligentia decimas ipſas percipientium, & uſurpatione, ac fraude, & delicto illas ſolvere recuſantium provenire dignoſcantur. Et, ut omnis ambiguitas in ſolutione decimarum prorſus tollatur, ſacras canonicas ſanctiones inſequendo, decernimus, & declaramus; ut ſi in aliquo diſtrictu, territorio, ſeu parochia aliqua eccleſia, vel eccleſiaſtica perſona exiſtat, quæ vel omnes decimas, vel majorem partem earum in ipſo diſtrictu, termino, vel parochia percipiat, ex hoc intentionem ſuam fundatam habere dicatur: ut ei omnes decimæ, in quarum poſſeſſione percipiendi alius non reperietur, de jure competere cenſeantur: ſolaque majoris partis decimarum perceptio, ſeu poſſeſſin probata quoad omnia prædicta, & terras, in quibus alii decimas non percipiunt, acquiſita, & probata exiſtimetur. Quod ſi in aliquo diſtrictu, territorio, ſeu parochia nullus ſit, qui generaliter, vel pro majori parte decimas percipiat; tunc Rector, ſeu quivis alius curam animarum habens in dicta parochia, diſtrictu, ſeu termino, & eo deficiente Epiſcopus, ſeu eccleſia matrix, & cathedralis habeat intentionem ſuam de jure ſundatam; nedum quoad petitorium, ſed etiam quoad poſſeſſorium judicium, & ad ejus inſtantiam contra non ſolventes, & ſine diminutione aliqua ſolvere recuſantes, vel quoquo modo defraudantes procedi poſſit, quovis abuſu circa præmiſſa prorſus ſemoto. Eaque omnia tam in antiquis prædiis, quam in novalibus locum ſibi vindicent.

Inſuper, cum decimas jure divino, naturali, & humano debitas eſſe nullus Chriſtianorum dubitare debeat, idque in Lateranenſi concilio ſub Innoc. III. celebrato cap. 54. incip. *Cum ſit in homine*, declaratum fuerit, dominum Deum in ſignum univerſalis dominii, quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi decimas reſervaſſe, & in prærogativam dominii generalis ipſi Deo ante quæcumque tributa, & cenſus ſolvi debere, & ad id per cenſuras eccleſiaſticas omnes compelli poſſe; quo fit, ut quicumque decimas deminuat, aut defraudet, aut illas ſolvere recuſet, ſeque a ſolutione decimarum taliter exemptum prætendat, ut illas nulli ſolvere ſe obligatum eſſe aſſerat; ex hoc ſolo graviter delinquere, & dolum committere cenſeatur: multoque fortius ii, qui prædia, ſeu alias poſſeſſiones, ex quibus decimas percipi ſolitum erat, acquiſiverunt, & dum ad eorum manus prædia, & poſſeſſiones hujuſmodi devenerunt, ſe a ſolutione decimarum ſubtrahunt; ſicque eccleſias, ſive eccleſiaſticas perſonas ab ipſarum decimarum perceptione ſpoliant, in grave animarum ſuarum periculum, eccleſiaſticarumque perſonarum præjudicium, & jacturam, ſacro approbante concilio conſtitutionem bonæ memoriæ Petri primi, quæ incipit: *Olim*; & aliam Petri de Cardona incipientem: *Quamvis cunctis Chriſtifidelibus*, & quaſcumque alias conſtitutiones tam contra fraudantes decimas, & primitias, quam contra invaſores perſonarum, & rerum eccleſiaſticarum, a quibuſvis aliis prædeceſſoribus noſtris editas declarantes, & quatenus opus ſit, innovantes, & ampliantes ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod ex hoc ſolo, quod quis non ſolvit decimas, & ab illarum ſolutione in totum vel in partem ſe eximere nititur, aut prætendit, vel hujuſmodi decimas fraudat, & illas integre, ut tenetur, non ſolvit, aut ſolvere recuſat; cenſeatur graviter delinquere, & in dolo eſſe, ita ut ex hoc tantum contra talem in vim dictarum conſtitutionum provincialium Tarracone contra invaſores rerum, ſeu perſonarum eccleſiaſticarum editas procedi poſſit, nulla modicitate ipſarum decimarum conſiderata, cum non levis præſumptio ſit, quod qui in modico fraudem committit, multo magis in re majoris æſtimationis fraudem committeret; & quia ſemper intereſt eccleſiæ, ne in decimarum ſolutione, quæ perpetua eſt, aliquid minuatur, nec modicum dici, quod perpetuum damnum eſt, debeat. Adiicientes, quod cum una, & eadem res juxta ſanctorum Patrum traditiones, præcipue circa ſolutionem decimarum, diverſo jure cenſeri non debeat, ſi aliquod prædium decimale ad quamcumque culturam redactum fuerit, vel in futurum redigatur, & quivis fructus ibidem colligantur, ex omnibus generaliter decima abſque deminutione aliqua ſolvi debeat; & ex hoc dumtaxat, quod ex fructibus ibidem noviter collectis decimas ſolvere aliquis recuſaverit, eccleſiam ipſam, ſive eccleſiaſticam perſonam, ad quam, ut præmittitur, pertinet, ſpoliare, & ſpolium doloſum committere cenſeatur; ita ut juxta formam dictarum conſtitutionum abſque alia doli, ſeu alterius qualitatis probatione contra hujuſmodi decimas ſolvere recuſantem procedi poſſit. Idque non ſolum in antiquis prædiis, ſed etiam in novalibus obſervetur. Et ad reprimendam audaciam dictas decimas fraudantium, ſeu illas quovis modo ſolvere recuſantium, juris, tam canonici, quam civilis diſpoſitioni inhærentes, ſtatuimus, & ordinamus, quod judex, coram quo ſuper præmiſſis agi contigerit, juramentum in litem Rectori, ſeu cuivis alii eccleſiaſticæ perſonæ, cui decimæ hujuſmodi erant ſolvendæ, deferre poſſit; & eo delato juxta dicti jurantis religioſam aſſertionem per dictas cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia ad decimarum integram ſolutionem taliter recuſantes, ſeu defraudantes compellere poſſit. Omnia vero, quæ de decimis hac noſtra conſtitutione ſtatuimus, eadem etiam in primitiis locum habeant; quæ multis in locis hujus provinciæ ſuſtentationi

Re-

Rectorum, aut aliorum sacerdotum specialiter dedicatæ sunt: in aliis vero, aut fabricæ ecclesiæ, aut aliis piis sumptibus serviunt. Decimas autem intelligimus, cum decima pars fructuum percipitur, nisi legitimo titulo alia quantitas statuta doceatur. Et quoniam peccatum non dimittitur, nisi restituantur ablata; caveant omnes presbyteri, tam sæculares, quam regulares, ne alicui ex suprascriptis fraudatoribus decimarum aut primitiarum absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo, aut satisfactione præmissa, impendant; ne peccatis alienis communicantes, & excommunicationis quoque pœnam similem subeant. Hanc vero constitutionem in omnibus ecclesiis nostræ provinciæ vulgari lingua quater quotannis, ut aliæ constitutiones solent, publicari mandamus.

CAPUT VII.

GASPAR in concilio Tarraconensi.

QUoniam divino, humanoque jure præstatio decimarum, primitiarumque sancita est, & hæ Ecclesiæ ministris sine aliqua tergiversatione, & diminutione debentur: multorum prædecessorum nostrorum vestigia secuti, sacri approbatione concilii decernimus, statuimus, & ordinamus; ut in provincia Tarracon. Helnensique episcopatu decimæ, & primitiæ sine aliqua seminis diminutione, aut deportationis, expensarumve, quas in colendis agris, colligendisque fructibus fieri contigerit; arearumve purgationum, quæ vulgo balexes appellant, aut alterius cujusvis rei quocumque id nomine censeatur, integre persolvantur: nulla eos temporis etiam immemorabilis suffragante consuetudine, quæ potius dicenda est corruptela, cum sæpius fuerit a prædecessoribus nostris improbata. Solutionem vero omnium fructuum, quos agri tam sponte, quam cum cultura producunt, intelligimus; quamvis aliqua eorum, qui decimas perceperunt negligentia, aut colonorum fraude, aut quia modica fuerunt, aut alias, hactenus persoluta non sint. Nec de frugibus dumtaxat frumento, hordeo, avena, spelta, milio, Indico tritico mahiz dicto, & ceteris, nec non vino, & oleo; sed de arborum etiam, plantarumque & stirpium omnium, ac virgultorum fructu, solvi præcipimus; ut de pyris, pomis, prunis, ficis, avellanis, amygdalis, nucibus, pineis, glandibus, cannis mellis, & quocumque mororum genere, siliquis, sive garrofis, castaneis, reliquisque arborum fructibus, & earum foliis, ramis, ac lignis, quocumque illæ arbores nomine appellentur; nec non de leguminibus, & oleribus omnibus, lino, canape, croco, eorumque seminibus, & oryzo, & pratis, & his quæ in herba, sive feno ad equorum, & aliorum animalium cibum meti, & depasci sæpius in anno solent, etiam quæ vulgo farragia, alfalfes, daxas, & alia id genus appellantur. Eadem quoque ratione ex molendinis quibuscumque, piscatione, venatione, & ex calcis, & cretæ fodinis, & aliis similibus, & ex nemoribus tam ad ligna, & carbones, quam ad materiam trabium, & aliorum lignorum decimæ, & primitiæ persolvantur. Item ex quorumcumque animalium, equorum, pecorum, jumentorum, sive armentorum fetu, lana, butyro, lacte, & caseis, atque ex melle, cera, saccaro, & aliis hujusmodi. Et quoniam certa gravique multorum querela compertum nobis est, fraudem maximam in decimarum, & primitiarum solutione committi, eo quod in area, excussis spicis, species singulæ solvantur, præsertim cum paleæ fructus terræ sint, & de illis non secus, quam de reliquis decimæ, & primitiæ debeantur; statuimus, & ordinamus; ut deinceps quoties id ecclesiastica persona, cui illæ debebuntur, non inutile esse judicaverit, & poposcerit; decimæ, & primitiæ in manipulis, quas garbas vocant, solvantur; nullique, qui ad decimarum, & primitiarum solutionem tenetur, liceat fasciculos illos movere ex campis, aut ad aream deducere, nisi prius fasciculis notatis, & separatis, qui pro decimis, & primitiis debebuntur. Quod quo facilius, commodiusque fieri possit, statuimus, & ordinamus; ut singulis annis ad petitionem cujuscumque ecclesiasticæ personæ intra octavam festi Resurrectionis Domini duo probi, & bonæ famæ viri, alter a Rectore, seu Vicario, aut alia persona ecclesiastica, cujus intersit, alter a populo eligantur, qui præstito ad Dei sancta Evangelia juramento, se juste, & legitime munus sibi injunctum adimpleturos, manipulos frumenti, hordei, avenæ, canapis, lini, & similium in campis dividant, signentque qui ad decimas, & qui ad primitias pertineant, certo aliquo signo; & in libro, quem singulos ad hunc usum habere præcipimus, describant jugera, quæ decimas solverint, nec non possessionum, & agrorum, fasciculorumque omnium numerum, ut ex his post collectos fructus intelligi possit, an legitime decimæ, & primitiæ persolutæ sint. Judicent etiam isti, quæ pars ex singulis vineis, & aliis fructibus pro decimis, & primitiis debeatur, eorumque judicio standum sit. Arbores etiam tam quibus vites cohærent, quam alias quascumque supradictas legitime dividant, & signent eas, quæ pro decimis, & primitiis debebuntur; omniaque in eundem librum referant. Et quoniam oriri inter istos duos designatores quæstio super præmissis posset, eligant simul Rector, sive alia persona ecclesiastica, cujus intersit, & populus tertium virum, qui juratus, dissidium, si quod forte inter eos ortum fuerit, sua sententia breviter dirimat, cujus judicio stetur, neque provocare ab ejus sententia alicui liceat. Et cum justum sit, mercedem laborantibus persolvi, præcipimus in singulos dies, quibus huic muneri intenderint, singulis quinque solidos Barcinonenses persolvi, nisi aliter cum illis convenerit; quorum solutio per eos qui decimas, & primitias colligunt, pro eos contingente portione fiat. Quod si qui vel aliquid ex decimis, & primitiis detraxerint, vel non ex singulis fructibus, & aliis rebus superius

petius enumeratis decimas, & primitias integre solverint, aut in eis fraudem aliquam fecerint, aut impedimento fuerint, quo minus omnia, & singula suprascripta fiant; tamquam contra dolosos, & fraudatores bonorum Ecclesiæ, quibus sacerdotes, & pauperes vivere debent, & ipso jure excommunicatos, juxta formam sacrarum Tarraconensium constitutionum contra similes invasores, & raptores editarum, ac præsertim constitutionis bonæ memoriæ Ferdinandi de Loazes, quæ incipit, *Conqueritur Dominus per Malachiam Prophetam*, in omnibus, & per omnia procedatur & simul cum eadem, aliisque similibus constitutionibus quotannis quater vulgari lingua publicetur: Interdicentes omnibus, & singulis Curatis, & Vicariis, aliisque, quibus audiendi confessiones facultas permissa est, ne dictos decimarum, & primitiarum fraudatores absolvere possint, nisi satisfactione præmissa, præterquam in mortis articulo, & tunc cum idonea fidejussione data, & ita declarata quantitate, ut post mortem eorum satisfieri possit: præterquam nisi adeo egeni fuerint, ut nec solvere, nec fidejussores dare possint, quo casu juratoria cautione de solvendo, si supervixerint, cum primum potuerint, contenti sint. Eos autem, qui contra traditam a nobis formam aliquos absolverint, in canonem latæ sententiæ incidere juxta constitutionem Petri IV. quæ incipit, *Quamvis cunctis*, decernimus; a qua, nisi restitutione facta ejus, quod ablatum fuerit, absolvi non possint. Quod si presbyteri hujusmodi tam sæculares, quam etiam regulares sæpius scienter, inconsulto Episcopo, defraudatores prædictos absolverint, constitutionibus hujusmodi contemptis; tamquam contra suspectos de fide, procedi posse declaramus.

TITULUS XVIII.

DE REGULARIBUS, ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.

CAPUT I.

PETRUS primus Archiepiscopus in primo concilio.

Monachi, & Canonici regulares, qui habitu relicto ad sæculum redierint, excommunicantur; & ut excommunicati jubentur nuntiari, & vitari.

ITem statuimus, quod monachi, vel Canonici regulares, qui relicto habitu ad sæculum redierint, & * voto rationabiliter sunt astricti, nisi infra mensem ad claustrum redierint & votum suum curaverint adimplere; suis beneficiis sint privati [&] ut apostatæ, & (tamquam) excommunicati ab omnibus evitentur, & excommunicati nuntientur * diebus dominicis, & festivis (&) moneantur: & excommunicentur tam ipsi, quam conversantes cum eis, & dantes eis consilium, auxilium, vel favorem.

* vel
* denuntientur

TITULUS XIX.

DE STATU MONACHORUM, ET CANONICORUM REGULARIUM.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Religiosi monentur, sæcularium ephippiis abstinere; honestis, & sibi decoris uti.

QUoniam viri religiosi [sive monachi] ad sæcularia, quæ dimiserunt, converti non debent, districtius * prohibemus, ne in sellis, frænis [&] pectoralibus, aut calcaribus sæcularia deferant ornamenta: sed frænis [&] pectoralibus, ac calcaribus utantur simplicibus, non habentibus ornamenta * in corio: sellas autem * nigras habeant, & * simplices [&] absque colore.

* districte
* ornamentum
* & sellas aut albas, aut
* vel

CAPUT II.

IDEM in eodem.

Monachis vestitus præscribitur, & esus carnium feria quarta prohibetur.

VEstimenta non habeant scissa ante, vel retro: & cuniculorum pellibus non utantur; & de uno vestiario * vestes, non denarios * secundum ordinem * accipiant: feria quarta * carnes non comedant, nisi festivitas sollemnis occurrerit *.

* vestimento
* divisas
* alam
* die Mercurii
* occurrat

CAPUT III.

IDEM in eodem.

Monachis nihil ut proprium habendum. Regularibus personatus in ecclesiis habentibus cavendum, ut ordinis sui statuta non negligant. In ædibus, quas gerendis communibus negotiis extra monasterium habent, diutius morandum non esse, quam requirant negotia.

CUM omnino sit illicitum regularibus, seu religiosis habere proprium; districtius inhibemus, ne quis religiosus quidquam proprium retineat, nec ecclesiam, nec hereditatem, nec præstimonium habeat: nec sub annuo censu quomodolibet * arrendationis, vel pignoris * genere ad tempus, vel in perpetuum prioratus vel ecclesias, domos, terras *, aut vineas, seu quascumque possessiones ab ecclesia sua, vel aliunde (de cetero) recipiat, vel [jam] receptas detinere * præsumat. Regulares quoque, qui personatus habent in ecclesiis cathedralibus sic, in suis administrent officiis, quod votum religionis, & ordinis statuta non negligant observare. Et si forte in civitatibus, vel villis, pro necessitatibus officii sui, domos habeant, in eis nequaquam relicto conventu comedant, aut cubent de nocte: sed expletis administrationibus, seu necessitatibus officii *, ad fraternam societatem, & ordinis observantiam revertantur.

* vel quolibet
* pignerationis
* domum, terram
* retinere
* administrationes seu necessitatibus

CA-

CAPUT IV.

Idem in eodem.

Prohibentur monachi, & Canonici regulares in eccleſia ſæculari curam animarum exercere.

INhibemus diſtrictius, ne quis monachus in eccleſia ſæculari curam animarum exercere præſumat. Hoc ipſum pari diſtrictione Canonicis regularibus inhibemus *, niſi ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ demonſtrare valeant, hoc ſibi fuiſſe conceſſum.

* *prohibemus*

CAPUT V.

Hieronymus Cardinalis Archiepiſcopus in concilio Tarracone celebrato.

Religioſis, qui habitum mutaverint, a Prælatis, aut Ordinariis permitti non debere, ut curam animarum gerant: facultatem, quæ eis data fuerit, irritam futuram.

UT penitus vagandi, apoſtatandique religioſis omnis tollatur occaſio, quos, experientia docente, ſub ſpecuratis beneficiis deſerviendi, de facili in ampliorem regulam habitum mutare, vagarique inde, & apoſtatare contingit; ſacro approbante concilio decernimus, dictis religioſis ſic habitu mutatis per prælatos, & locorum Ordinarios hujus provinciæ nullatenus licentia curam animarum regendi concedatur: decernimus irritum, & inane, ſi ſecus fuerit factum.

TITULUS XX.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS UT EPISCOPO SINT SUBJECTÆ.

CAPUT I.

Petrus Archiepiſcopus in ſecundo concilio Valentiæ celebrato.

Excommunicatione interdicitur clericis alterius provinciæ, quam Tarraconenſis novorum altarium ædificatione, & juriſdictione in provincia Tarraconenſi.

ITem ſtatuimus, quod ſi aliquis clericus de provincia aliena in noſtra diœceſi, ſive provincia *, & ſpecialiter in regno Valentiæ, altaria de novo ædificaverit, vel juriſdictionem ſibi aliquam uſurpaverit, in noſtri præjudicium, vel gravamen, ipſum auctoritate noſtra, & ſacri concilii ex tunc, quaſi ex nunc excommunicationis ſententiæ [decernimus] ſubjacere.

* *in provincia noſtra*

CAPUT II.

Sanctius Archiepiſcopus in concilio Tarraconenſi.

Bis in anno his reddenda ratio coram Epiſcopo, & Capitulo, qui in eccleſiis regularibus adminiſtrationem habuerint. Quod ſuperfuerit, in honeſtos uſus inſumendum.

STatuimus quoque, quod omnes, qui in eccleſiis regularium noſtræ provinciæ adminiſtrationis exercent officium, ſive ratione dignitatis, ſive alio nomine, de receptis, & expenſis ex adminiſtratione ſua bis in anno rationem reddant in capitulo præſente Epiſcopo, & Capitulo; ut fidelitas eorum, qui bene adminiſtraverint, merito commendetur, & omnis tollatur ſuſpicio, & malæ diſpoſitionis occaſio præſcindatur. Et, ſi quid ſuperfuerit de proventibus dignitatis, ſive adminiſtrationis, de conſenſu, & voluntate Epiſcopi, & Capituli in bonos uſus, & neceſſarios expendatur.

CAPUT III.

Ferdinandus in concilio Barcinonenſi.

De peregrinis, & mendicis.

SIcut peregrinos, & advenas recipere, ac pauperibus ſubvenire omnes Chriſtianos oportet; ac præſertim eos, qui bona pauperum, & peregrinorum adminiſtranda ſuſcepimus; ita etiam ne ſub colore, ac prætextu peregrinationis vel mendicitatis multi otioſe vagentur, furtis, & rapinis, nec non comeſſationibus, & ebrietatibus ac libidinibus inſervientes; danda opera eſt. Quibus igitur locis peregrini recipiuntur, aut pauperes ægri, aut ſani diverſantur; non minor animarum, quam corporum cura adhibeatur, nec ultra duos dies illic manere permittantur, qui non confeſſionem peccatorum ſuorum fecerint, aut ſtatutis a jure temporibus feciſſe oſtenderint. Nemo quoque eleemoſynam, aut ſtipem, quacumque occaſione, vel prætextu petat, ſine Epiſcopi, aut ejus Vicarii licentia gratis præſtanda. Quorum cura erit teſtimonio parochorum, vel aliarum honeſtarum perſonarum, providere, ne ea pecunia in malos, vel inutiles uſus convertatur. Curandum etiam eſt, ut publici magiſtratus eos coerceant, qui ſe Ægyptiacos, vel Bohemianos vocant, quos vix conſtat eſſe Chriſtianos, niſi ex eorum relatione: cum tamen ſint mendaces, fures, & deceptores, & aliis ſceleribus multi eorum aſſueti. Paſtores quoque plerique in multis locis tamquam ſilveſtres, & inculti in montibus, & ſilvis degunt, qui vix ſemel, atque iterum ſingulis annis eccleſias ingrediuntur, & ſe Chriſtianos eſſe cognoſcunt. Sacri itaque approbatione concilii omnibus Epiſcopis, ac ceteris paſtoribus populorum injungimus, ut quanta maxima fieri poterit diligentia dent operam, ut hi omnes in fide, ac religione inſtruantur, & diebus dominicis miſſarum ſollemniis interſint ac ſaltim ſemel in anno peccata ſua confiteantur, & alia ſacramenta eis adminiſtrentur.

CAPUT IV.

Idem in eodem.

De vigiliis.

COmperimus occaſione ſacrarum vigiliarum in locis plerumque ſolitariis, multos nocturno tempore convenire, qui non multum ſacris rebus afficiantur, ſed magis profanis colloqutionibus, & canticis ſtudeant, ac ſæpe prop-

pter virorum, ac mulierum conventum, & nocturnas tenebras, quas, qui male agunt, ne manifeſtentur opera eorum, libenter quærunt, multorum ſcelerum occaſio præbeatur. Quamobrem ſacri approbatione concilii decernimus, ut dent operam tam diœceſani Epiſcopi, quam alii ſuperiores quicumque tam regulares, quam ſæculares, ut in quibuſcumque nocturnis conventibus, ſive vigiliarum cauſa, ſive concionum, ſive divinorum officiorum omnis cura, & ſollicitudo adhibeatur; ne ullius delicti occaſio relinquatur. Quod ſi quis contradicere, vel inobediens eſſe, aut petulans præſumpſerit; ſi laicus fuerit, excommunicetur; ſi clericus, vel regularis, juxta delicti qualitatem coerceatur.

TITULUS XXI.

DE CAPELLIS MONACHORUM.

CAPUT I.

Petrus Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Judices, & advocati litterati convenire prohibentur, ut viſtæ in monaſteriis interſint.

ITem præcipimus, & mandamus omnibus judicibus & advocatis litteratis, ne conveniant vel interſint alicui viſtæ, quæ fit, vel fier * in monaſteriis, vel grangiis religioſorum: & hoc ſub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus.

* *fiat*

TITULUS XXII.

DE JURE PATRONATUS.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdenſi.

Qui a patrono laico minime præſentatus Epiſcopo curam tamen animarum exercuerit, excommunicatur: ſi monitus perſtiterit, a miniſterio, & ordine eccleſiaſtico deponitur.

DE eccleſiis quoque, in quibus clericos patronus laicus præſentare * contemnit Epiſcopo ad curam animarum, ſtatuimus, quod ſi quis clericus ſine auctoritate Epiſcopi diœceſani, vel archidiaconi loci, ubi in talibus jus habet Archidiaconus, in prædictis eccleſiis curam exercere animarum, & ipſas eccleſias auctoritate patroni officiare præſumat, monitione * præmiſſa, excommunicetur. Et, ſi perſtiterit, a miniſterio eccleſiaſtico, & ordine deponatur, ſicut ex conſtitutionibus tam Lateranenſis concilii, quam domini Alexandri noſcitur inſtitutum.

* *repræſentare*
* *admonitione*

CAPUT II.

Idem in eodem.

Si is, ad quem ſpectat præſentare Epiſcopo, infra terminum a jure conſtitutum non præſentarit, inſtituendum ab Epiſcopo clericum perpetuum, qui parochialis eccleſiæ curam gerat.

DIſtricte præcipimus, quatenus in omnibus eccleſiis parochialibus, in quibus infra terminum a jure præfixum, ab illis, ad quos pertinet *, diœceſano non fuerit clericus præſentatus ad curam animarum, ipſe diœceſanus in eadem eccleſia clericum perpetuum inſtituat * nec ulterius ipſam parochialem eccleſiam * viduam permanere * permittat.

* *pertinent*
* *ſtatuat*
* *parochiam*
* *remanere*

CAPUT III.

Petrus primus in ſexto concilio Tarracone celebrato.

Quantumvis in eccleſia parochiali præſentatus quis fuerit, ei tamen adminiſtrare non licere ſtatuitur, niſi ab Epiſcopo adminiſtrationem acceperit; ſi adminiſtrarit, jure, quod habet, privari: & eum, qui ſit ab Epiſcopo inſtitutus, a nemine, niſi ab eodem Epiſcopo poſſe removeri.

STatuimus, quod nullus (clericus) inſtitutus vel præſentatus in parochiali eccleſia a clerico, vel laico, in eadem adminiſtrare præſumat, quouſque a diœceſano Epiſcopo curam in eadem eccleſia receperit animarum; conſuetudine contraria non obſtante, quæ potius dicitur corruptela. Quicumque autem contra fecerit, ipſo facto jure, quod habet, vel habere credit in eccleſia, ſit privatus ea vice: data poteſtate diœceſano removendi inſtitutum, ſeu [etiam] præſentatum. Nihilominus ſtatuimus *, quod inſtitutus, & confirmatus per Epiſcopum nullo caſu valeat ab alio, quam a ſuo Epiſcopo removeri.

* *ſtatuentes*

CAPUT IV.

Joannes Patriarcha Alexandrinus in primo concilio.

Monentur, qui prætextu patronatus parochiales eccleſias occupant, ut eas diſponendas Prælatis permittant: niſi fecerint, excommunicantur. Tametſi juri patronatus, quod habent, nihil derogatur.

QUia in aliquibus locis noſtræ provinciæ laici parochiales eccleſias occaſione juris patronatus, quod in eis habere ſe aſſerunt, vel alias, detinent occupatas; monemus hujuſmodi laicos, ut infra duos menſes dictas eccleſias omnino dimittant per locorum Ordinarios, ſeu alios, ad quos pertinet, libere diſponendas. Alioquin tam illi, qui nunc dictas eccleſias detinent, quam qui poſtea præſumpſerint detinere, noverint ſe excommunicationis ſententiæ ſubjacere, non obſtante conſuetudine aliqua, quæ dicenda eſt potius corruptela. Per hoc autem nolumus, habentibus jus patronatus in jure præſentandi in aliquo derogare.

CA-

CAPUT V.

IDEM in eodem.

Qui per potentiam, vel impressionem cujuscumque sæcularis se curaverit per patronos præsentari, aut sibi conferri beneficia, aut ejusmodi collationi, aut præsentationi consenserint, excommunicantur; & ea vice inhabiles ad beneficia obtinenda redduntur.

ITem statuimus, ut clerici sæculares, vel regulares, qui (se) per potentiam, vel impressionem cujuscumque sæcularis personæ (se) per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint præsentari, aut sibi conferri, provideri, vel eligi ad eadem, aut ad hoc * litteras, nuntium, vel mandatum impetraverint, aut fecerint impetrari, seu tali præsentationi, collationi, provisioni, vel electioni consenserint, aut ratam * habuerint; excommunicationis sententiam eo ipso se noverint incurrisse: & inhabiles fiant ad obtinendum dicta beneficia ea vice.

* hac

* ratum

CAPUT VI.

DALMATIUS Archiepiscopus in concilio.

Superior constitutio sancte jubetur observari: cui additur, quemvis clericum excommunicationis pœnam incurrere, si beneficium ecclesiasticum, sive sæculare, sive regulare per arrendamentum, aut in titulum, aut commendam acceperit; præterquam ab eo, qui jus habeat, vel lege, vel privilegio, vel more conferendi, aut præsentandi, & absolvi non posse, nisi beneficio hujusmodi in manibus Ordinarii resignato, & fructibus, quos perceperit, restitutis: inhabilem quoque reddi ad quodvis beneficium obtinendum, obtentisque privari. Quæ pœnæ pertinent etiam ad eos, qui præterito tempore vel beneficia aliter obtinuerint, vel fructus perceperint, quam supra est expressum, nisi infra quatuor menses penes Ordinarium, in cujus erunt diœcesi, beneficia resignaverint, & fructus restituerint. Quatuor autem menses fluere incipere a publicatione hujus constitutionis.

ITem constitutionem domini Joannis Patriarchæ prædecessoris nostri bonæ memoriæ, incipientem: *Item statuimus, ut clerici sæculares, vel regulares*, noviter recensentes, ut juri consonam inviolabiliter præcipimus observari. Et ut quotundam tam religiosorum, quam sæcularium clericorum ambitio, quæ (quo) semper plus ambit * eo magis insatiabilis redditur, compescatur; eidem salubriter adjungentes statuimus, & hoc sacro approbante concilio ordinamus; quod si aliquis amodo clericus cujuscumque religionis, præminentiæ, vel status existat aliquod sæculare, vel regulare ecclesiasticum acciplat beneficium, quocumque nomine censeatur *, per viam arrendamenti, vel in titulum seu (in) commendam, aut alias, quocumque quæsito colore, nisi per manum illius, cujus est beneficium, vel illius, ad quem collatio a jure *, privilegio, vel (de approbata) consuetudine pertinere noscatur, seu illius, qui alias in possessione conferendi, vel præsentandi existat; eum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto: a qua, nisi prius dictum beneficium sic de facto obtentum in manibus sui Ordinarii resignaverit, vel dimiserit cum effectu, & fructus etiam ex eo qualitercumque receptos illi, ad quem pertineant de jure, restituerit, realiter sine fraude, absolvi nequeat quoquo modo: & ad dicta beneficia, vel quæcumque alia obtinenda prorsus inhabilis, & insufficiens censeatur, & aliis quibuscumque beneficiis jam obtentis privatus existat sine admonitione aliquali totaliter pari modo. Ad illos autem, qui beneficia ecclesiastica vel eorum fructus receperint temporibus retro actis, aliter quam superius est expressum nisi infra quatuor menses in manibus illius Ordinarii, in cujus diœcesi erunt dicta beneficia constituta, resignaverint, & fructus restituerint, ut superius est expressum, præsentis constitutionis edictum omnimode extendatur, & pœnis eisdem * sine dubio sint ligati. Verum quia ea, quæ in sacro concilio ordinantur, leguntur & publicantur, satis in tota videntur provincia esse nota, prædicti quattuor menses (in) hac salubri constitutione contenti, a die, qua dicta constitutio in præsenti fuerit concilio publicata, currere volumus ista vice.

* ambiens

* censeatur

* de jure

* ejusdem

TITULUS XXIII.

DE CENSIBUS.

CAPUT I.

GREGORIUS PAPA XII.

Archiepiscopus, & Episcopi provinciæ Tarraconensis a summo Pontifice monentur visitare, ac reformare monasteria monachorum, monialium, & Canonicorum regularium, & sæcularia loca clericorum, tam in capite, quam in membris: idque tum sua, tum Apostolica auctoritate.

GRegorius Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & suffraganeis ejus salutem, & Apostolicam benedictionem. Egressus a facie Dei Sathan ad fortia manum mittens, de sua calliditate confisus, vitiorum vinculis illaqueare molitor electos in sortem dominicam evocatos, majores ibi parans ille tortuosus insidiator insidias, ubi graviores prospexit corruptelas. Sane cum frequenter ad nostram audientiam pervenisset, quod monasteria Tarraconensis provinciæ in spiritualibus enormiter, & in temporalibus graviter per malitiam, & injuriam in eisdem habitantium sunt collapsa, nos culpas eorum nolentes ulterius sub dissimulatione transire, ne, si eas dimiserimus incorrectas, ipsas nostras efficere videamur, monasteriis illis, quæ ad Romanam Ecclesiam nullo noscuntur medio pertinere, in provincia constitutis prædicta visita-

visitatores, reformatores, & correctores, tam in capite, quam in membris deputavimus speciales: plenaria sibi potestate concessa, ut visitatores eadem monasteria vice nostra corrigant, & reforment; quæ in ipsis correctionis, & reformationis officio noverint indigere: correctionibus aliis in provinciali Capitulo rite factis in suo robore nihilominus duraturis. Licet autem nobis in plenitudinem potestatis assumptis cura cunctorum immineat generalis, quia tamen vos, qui vocati estis in partem sollicitudinis, super grege vobis commisso specialiter decet esse sollicitos, & attentos; ne ovis morbida pereat a pastore neglecta, fraternitatem vestram monemus, & hortamur, & attente in virtute obedientiæ vobis districte præcipiendo mandamus; quatenus singuli vestrum tam in civitatibus, quam in diœcesibus vestris per vos ipsos, aut per viros religiosos, qui experimento rerum in hujusmodi visitationibus sint instructi, loca monasteriorum, & monialium, & Canonicorum regularia, nec non & sæcularia clericorum vobis subjecta visitare curetis, tam auctoritate nostra, quam vestra generaliter universa reformantes, & corrigentes in capite, ac in membris, omni gratia, & timore postpositis, in eisdem quæcumque reformanda noveritis, & etiam corrigenda: salvis his, quæ circa religiosos in provinciali Capitulo provide sunt statuta, juxta constitutionem concilii generalis. Contradictores si qui fuerint, vel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo: præceptum nostrum taliter impleturi, quod Dominus ultionum in illo tremendo judicio, qui unicuique secundum opera sua reddet, de vestris manibus non requirat sanguinem eorundem: & nos ad id limam correctionis Apostolicæ apponere non cogamur. Datum Reate IX. Cal. Octobr. Pontificatus nostri anno quinto.

CAPUT II.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopus in primo concilio.

Prælatis visitationis officium exercentibus canonica statuta servanda; & gratis visitandæ ecclesiæ, quibus redditus, quos illæ habent, sunt necessarii. Qui pro Archiepiscopo, aut Episcopo visitabit, prohibetur numerum evectionum Archidiaconis taxatum excedere. Quod si is, aut Archidiaconus pro procuratione sua in casu a jure concesso pecuniam accipere voluerit, quattuor solidos Barcinonenses, aut tres Jaccenses ut accipiat, permittitur. Si vel numerum evectionum, vel plus pecuniæ, quam præfixum est, acceperit, visitationis officio suspenditur, quoad duplum ejus, quod contra statutum acceperit, ecclesiis restituerit.

PRælatis, quibus competit ex [suo] officio visitare, districte præcipimus, ut visitationis officium exercentes, statuta canonica super hoc edita diligenter observent: & ab ecclesiis, quarum omnes redditus, & proventus sunt necessarii pro servitio earundem, procurationem non exigant; sed gratis teneantur visitare easdem. Ille insuper, qui pro nobis, vel aliquo * Episcopo visitabit, numerum evectionum taxatum Archidiaconis non excedat: & tam ipse, quam Archidiaconus quicumque, cui ex officio competit visitare, si pecuniam pro procuratione sua in casu concesso a jure recipere voluerit, recipiat quattuor solidos Barcinonenses, vel tres solidos Jaccenses pro qualibet evectionum, quas duxerint, & non ultra: & si evectiones ultra prædictum numerum ad expensas ecclesiarum, quas visitabunt, duxerint, vel ultra prædictam quantitatem pro unaquaque evectionum, & pecuniam * receperint, præter alias pœnas a jure statutas, ab officio visitationis, donec duplum ejus, quod contra præsens statutum expenderint, vel receperint ecclesiis sic gravatis restituerint cum effectu, noverint se suspensos: nulla eis dantium remissione, liberalitate, seu gratia profutura. Præcipimus etiam Archidiaconis, & aliis visitantibus, ne venentur, nec aves, aut canes venaticos præsumant ducere contra canonum instituta.

* alio

* in pecunia

CAPUT III.

Arnaldus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Episcopis, atque his, quorum visitare interest, evigilandum in emendandis clericorum moribus: & in visitando sacrorum canonum servanda statuta. Est pars cap. incip. Fuit.

ITem mandetur Episcopis, & aliis, ad quos pertineat, quod circa reformationem morum, & correctionem vitiorum, præsertim in clero tam in visitationibus, quas nullatenus facere omittant, quam in aliis vigilanter intendant. In quibus quidem visitationibus statuta canonum diligenter observent: caventes attente, ne in recipiendis procurationibus gravent subditos, ne videantur quærere, quæ sua sunt, non quæ Christi.

CAPUT IV.

Ennecus Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Ecclesiasticis sive exemptis, sive non exemptis quotam partem expensarum, quæ pro negotiis provinciæ communibus fiunt, solvere recusantibus constitutionum præsidium adimitur: donec eam partem simul cum expensis integre solverint.

JUris alloquio non est fovendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. Et cum nonnulli viri ecclesiastici exempti hujus provinciæ Tarraconensis, qui præsidio constitutionum provincialium defenduntur, & in talliis, & contributionibus, quæ fiunt in conciliis Tarraconensibus pro negotiis communibus provinciæ, partem suam solvere contradicant, sacro appro-

ban-

bante concilio ſtatuimus, quod quicumque exempti, & non exempti ſolvere in dictis tallis de cetero contradixerint, præſidio dictarum conſtitutionum nullatenus juventur *; nec Officiales noſtri, vel ſuffraganeorum noſtrorum ad eorum inſtantiam proceſſus aliquos dictarum conſtitutionum facere teneantur: donec partem per illos contradicentes ſolvere in ipſis talliis contingentem una cum expenſis integraliter ſolverint, & complete.

* tueantur

TITULUS XXIV.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

CAPUT I.

Petrus primus Archiepiſcopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Sacerdotes prohibentur una, & eodem die plures Miſſas celebrare; niſi die natalicio Domini, quo tres celebrare licet; & urgente neceſſitate, cum duas; quoad ſummus Pontifex conſulatur. Qui hoc ſtatutum tranſilierint, excommunicantur; & beneficio, & officio privantur. Alteram autem Miſſam celebraturus vetatur vinum profuſionis poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis dominici ſumere.

ITem quia aliqui ſacerdotes plures celebrant Miſſas contra canonicas ſanctiones, inhibemus *, quod niſi in die Natalis Domini tres Miſſas nullus audeat celebrare: quod ſi fecerit, in excommunicationem incidat ipſo facto; & officio, beneficioque privetur. Duas vero toleramus, ſive tolerando permittimus una, & eadem die [ſcilicet] quando urgens neceſſitas fuerit, celebrari: quouſque dominum Papam ſuper eodem negotio conſulamus. Neceſſitatem ſiquidem declaramus, quando unicus ſacerdos habet duas eccleſias, quarum una dependet ab alia, & altera illarum non poteſt habere proprium ſacerdotem; vel ſunt tenues: nec parochiani propter diſtantiam locorum *, vel aliam rationabilem cauſam poſſunt commode ad alteram convenire; & in aliis caſibus a jure conceſſis. Quandocumque vero duas Miſſas celebrare * contigerit, ſacerdos caveat, ne poſt ſumptionem ſanguinis in prima Miſſa vinum perfuſionis accipiat: quod ſi fecerit, eadem die non poterit Miſſam aliam celebrare.

* jubemus
* loci
* celebrari

CAPUT II.

Guillelmus Archiepiſcopus in concilio Tarracone celebrato.

Rectores ad ſacerdotium promoti, infra tres menſes proxime ſubſequentes celebrare Miſſam jubentur: qui promovebuntur, infra tres menſes etiam a promotione: alioqui fructibus eccleſiarum ſuſpenduntur, niſi legitimum impedimentum quiverint excuſare; cujus fidem oportet faciant diœceſano infra eos tres menſes, ut ejus conſilio a celebratione abſtinuiſſe videantur. Poſtremo monentur omnes, quam frequentiſſime fieri poterit, Miſſam celebrare, juxta generalis concilii decretum.

PLeriqui parochialium eccleſiarum Rectores provinciæ Tarraconenſis [quamvis] metu pœnæ, cum alias eſſent privati eiſdem eccleſiis ipſo jure, diu eſt, quod ad ſacerdotium promoti fuerunt * infra tempus a canonibus inſtitutum *, numquam tamen Miſſam in ipſis eccleſiis, vel alibi celebrarunt *; nec quod celebrare non poſſent, impedimentum aliquod allegarunt, fraudem prædictis canonibus facientes: qui pro celebranda Miſſa ſtatuerunt principaliter eos debere ad ſacerdotium promoveri, nec attendentes naturæ, & rationi eſſe congruum * illos non recuſare onera, qui rerum commoda amplectuntur *: idcirco nos Guillelmus miſeratione divina ſanctæ Tarraconenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Tarracone provinciale concilium celebrantes ſtatuimus, eodem concilio approbante, quod omnes prædicti Rectores ad ſacerdotium jam promoti, miſſam celebrent infra tres menſes proxime ſubſequentes: & qui de cetero ad ſacerdotium promovebuntur, infra alios tres menſes a tempore, quo promoti fuerint, computandos: alioquin a receptione fructuum dictarum eccleſiarum, qui per Ordinarios [in] eccleſiarum ipſarum neceſſaria * convertantur, auctoritate præſentis ſtatuti noverint ſe ſuſpenſos; niſi juſto impedimento detenti, quod ex culpa non provenerit eorundem, de quo infra dictos tres menſes proprio diœceſano fidem facere teneantur, & de * conſilio ejuſdem diœceſani duxerint * abſtinendum. Et quia generale concilium graviter reprehendit minores etiam clericos, & Prælatos, qui vix celebrant quater in anno; ſtatuimus, quod ipſi Rectores, & omnes alii prædicti Miſſas celebrent, quam frequentiſſime poterint *, commode, & honeſte; ita quod circa Miſſarum celebrationem, quæ [eis] incumbit ex officio, non poſſint notari negligentes, ſeu nimium delicati.

* fuerint
* præfinitum
* celebraverint
* conſonum
* complectuntur:
* neceſſariis
* teneatur de
* duxerit
* ut frequentius poterunt

CAPUT III.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, in primo concilio.

Ut Rectores, quique dignitates, vel beneficia obtinent, decies ſaltem in anno Miſſas celebrent, decernitur: alioqui quoad decies celebrarint, fructibus ſuſpenduntur, qui conferri jubentur in eccleſiarum utilitatem.

QUia nonnulli minus provide attendentes, quod propter officium ſunt beneficia eccleſiaſtica inſtituta; vix, vel numquam Miſſas * celebrant in eccleſiis, quas obtinent, ſeu in quibus inſtitutæ ſunt dignitates, & * beneficia, quorum ratione celebrare tenentur: idcirco ſacro approbante concilio * ſtatuentes præcipimus; ut omnes, & ſinguli parochialium eccleſiarum Rectores, & quivis alii dignitates, vel be-

* Miſſam
* vel
* ideo ſacri approbatione concilii

beneficia, quocumque censeantur nomine, nunc, vel in posterum obtinentes, quorum ratione Missas celebrare tenentur, in ipsis ecclesiis, & altaribus, in quibus sunt hujusmodi dignitates vel beneficia, decies saltem in anno Missas celebrent: nisi absentia, vel (alia) justa causa ad arbitrium diœcesani proprii, eos reddat probabiliter excusatos. Quisquis autem hujus salutaris statuti remerarius extiterit violator, a perceptione fructuum, & proventuum ecclesiæ, (vel) dignitatis, vel beneficii hujusmodi, donec decies, ut prædicitur, celebrando moram purgaverit, noverit se suspensum: qui per diœcesanum ipsum in utilitatem ipsius ecclesiæ, dignitatis, vel beneficii penitus convertantur.

CAPUT IV.

ARNALDUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Decernitur, litteras ab Archiepiscopo mitti Episcopis oportere; quibus moneantur curandum esse, ut constitutiones olim de libertate Ecclesiæ editæ observentur: divinumque in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis officium fiat; quod a Canonicis, ceterisque, qui ecclesiis deserviunt, pie, & sine murmure celebretur.

FUit in præsenti concilio ordinatum, quod mandetur litteris per dominum Archiepiscopum omnibus Episcopis provinciæ Tarraconensis, quod constitutiones olim editas in concilio Tarraconensi, & specialiter de libertate Ecclesiæ conservanda, observent, & faciant observari: & quod faciant, & fieri faciant divinum officium in cathedralibus, regularibus, & collegiatis ecclesiis per Canonicos, & alios quoscumque beneficiatos in dictis ecclesiis, horis debitis, sine murmure, & aliis confabulationibus solemniter, & devote; in aliis vero convenienter, ac debite celebrari: compellentes ad hoc dictos Canonicos, & beneficiatos, prout ad eorum spectat officium.

CAPUT V.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Missa constituitur sexto die post diem festum sacrosancti Corporis dominici, pro eorum animabus, qui idem sacrosanctum corpus fuerint comitati, in omnibus ecclesiis omnium diœcesium celebranda: imponiturque singulis sacerdotibus, ut quotannis Missam sigillatim ad eundem finem celebrent, aut per alium curent celebrari.

NON incongruum reputamus, ut nos *, qui jam naturali instinctu ad laudem, & honorem, divini numinis obligamur *, per quem omnes vivimus, movemur, & sumus, ac frui sua cælesti sempiterna gloria speramus, ad id donis spiritualibus propensius inducamur *. Propter reverentiam, & honorem igitur sacratissimi corporis Jesu Christi, quod in plerisque locis minus reverenter portatur, cujus laudes propter bona tam spiritualia, quam temporalia, quæ humano contulit generi, nec mens cujusquam posset concipere, nec lingua proferre; approbante sacro concilio statuimus; ut in nostra ecclesia Tarraconensi, & in aliis ecclesiis cathedralibus nostræ provinciæ, & [in] omnibus aliis ecclesiis diœcesium prædictarum, sexta die post festum sacratissimi Corporis Christi Missa solemniter, ac honorifice celebretur pro animabus illorum, qui dictum sacratissimum corpus Christi, cum ad infirmos portatur, sociaverint cum cereis, vel alias, impendendo eidem reverentiam, devotionem pariter, & honorem. Omnes insuper Rectores [ecclesiarum] & presbyteri ejusdem provinciæ anno quolibet incipiendo a dicto festo usque ad sequens proximum, pro salute animarum dictorum associantium corpus Christi justo tamen impedimento cessante, unam Missam quilibet per se (habeat celebrare) vel per alium * faciat celebrari: adiicimusque *, quod si dictum festum Corporis Christi in vigilia sancti Joannis occurrerit celebrandum, præcedenti die jejunium sancti Joannis mutetur, & observetur, prout de die sacro Natalis Domini a sacris est canonibus (observatum, &) definitum: & die Corporis Christi (possint) impune comedi carnes.

* illos
* obligamur
* inducamus
* alterum
* adiicientes

CAPUT VI.

PETRUS secundus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Quadraginta dies pœnitentiæ pro peccatis injunctæ relaxantur sacrosanctam Eucharistiam comitantibus; & pie Deum flexis genibus orantibus, cum elevatio corporis dominici pulsatione campanæ denuntiatur: & iis, qui prolatis his verbis a sacerdote, Gratias agamus &c. *pie oraverint. Episcopi monentur, ut easdem in suis diœcesibus indulgentias concedant. Hæc constitutio omnibus in ecclesiis bis quotannis publicanda.*

AD divinum explendum obsequium, reverentiam tam debitam, quam devotam sacratissimo Jesu Christi corpori impendendam, cælestemque iram placandam, ac * Dei misericordiam facilius obtinendam, cupientes clerum, & populum donis spiritualibus propensius animare, universis, & singulis Christi fidelibus in Tarraconensi provincia constitutis, qui Eucharistiam, quæ ad infirmos pro communicando defertur, associaverint eundo, & ad ecclesiam redeundo, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis pro qualibet vice, seu actu hujusmodi prædictorum, & subscriptorum misericorditer in Domino relaxamus. Quam quidem remissionem, & indulgentiam ad illos etiam extendi volumus, qui cum pulsatur in ecclesiis squilla pro sacratissimi corporis Christi elevatione, flexis humiliter genibus devote oraverint, ac magnificaverint nomen Dei: nec non ad illos, qui prolatis per presbyterum in canone Missæ verbis, *Gratias agamus &c.* flexis

* ad

ge-

genibus verba protulerint humiliter infraſcripta: *Domine Jeſu Chriſte fili Dei vivi, meritis tuæ ſacratiſſimæ paſſionis miſerere mihi peccatori*: ad præmiſſas remiſſiones, & indulgentias concedendas in ſuis diœceſibus venerabiles fratres noſtros Epiſcopos in Domino exhortantes. Et ut ad prædicta clerus, & populus facilius inclinentur *, & ne ignorantia ſuper ipſis prætendi valeat, præſentem conſtitutionem bis in anno, ſcilicet in feſto Nativitatis, & ſanctæ Reſurrectionis Domini in eccleſiis cathedralibus, & aliis curatis totius provinciæ per Rectores, & perpetuos Vicarios, ſeu loca tenentes eorundem in virtute ſanctæ obedientiæ perpetuo præcipimus, cum major multitudo populi ad divina convenerit, publicari.

* *inclinentur*

CAPUT VII.

Enneccus Archiepiſcopus in primo concilio, Tarracone celebrato.

Cum cantici Te Deum laudamus *verſiculus* Te ergo quæſumus, *accinitur, flectentibus genua quadraginta dies relaxantur pœnitentiæ pro peccatis injunctæ: itemque lumen accenſum tenentibus dum ſanctiſſimum corpus, & ſanguis Jeſu Chriſti elevantur. Quas indulgentias Epiſcopi monentur concedere in ſuis diœceſibus.*

REdemptionis noſtræ memoriam recenſentes, in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interiſſe, ut redemptionis miſericordiam ſentiamus propitiam & in tot adverſitatibus clero ſubveniat pene lapſo, ſacro approbante concilio ordinamus, quod dum dicitur Canticum *Te deum laudamus*, in verſu *Te ergo quæſumus*, humili corde genuflexio ſemper fiat in tota noſtra provincia, ut Dei auxilium devotius poſtuletur. Et cuilibet genua tunc flectenti, & etiam iis, qui lumen in manu tenuerint, dum ſacratiſſimum corpus Chriſti in Miſſa, & calix ſanguinis Domini per presbyterum elevantur *, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis tu (prædictorum) quolibet trium actuum in Domino relaxamus: ad præmiſſas remiſſiones, & indulgentias concedendas in ſuis diœceſibus venerabiles fratres noſtros Epiſcopos in Domino exhortantes.

* *elevatur*

CAPUT VIII.

Petrus tertius Archiepiſcopus in concilio celebrato Tarracone.

Conſtitutio Sanctii Archiepiſcopi cujus initium eſt Nnn incongruum, *jubetur ſancte obſervari, indicique populo Miſſa die memorata poſt feſtum Corporis dominici celebranda. Qui ei interfuerint, quadraginta dies pœnitentiæ injunctæ relaxantur. Monentur Epiſcopi ad hujuſmodi indulgentias concedendas. Sexta dies memorata, ob impedimenta, in primam poſt octavas commutatur; & in inſequentem, ſi quid impedimenti habuerit.*

QUia in conſtitutione provinciali per bonæ memoriæ dominum fratrem Sanctium prædeceſſorem noſtrum incipiente: *Non incongruum reputamus*, fuit ſancte, & devote ſtatutum, ut in noſtra eccleſia Tarraconenſi, & in aliis eccleſiis cathedralibus noſtræ provinciæ & (in) omnibus eccleſiis diœceſium prædictarum ſexta die poſt feſtum ſacratiſſimi Corporis Chriſti Miſſa ſolemniter, & honorifice celebraretur * pro animabus illorum, qui dictum ſacratiſſimum corpus Chriſti, cum ad infirmos portatur, ſociaverint cum cereis, vel alias impendendo (eidem) reverentiam, devotionem pariter, & honorem, &c. & dicta conſtitutio non ſervetur, ut percepimus, ut decet *; parumque proſit, ſtatuta promulgari *, & mandata fieri, niſi ad eorum obſervationem arceantur debite tranſgreſſores; idcirco ſacro approbante concilio mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis ſuffraganeis noſtris, Rectoribus, & Curatis quarumcumque eccleſiarum provinciæ noſtræ, quatenus dictam conſtitutionem omnimode ſervent, & faciant obſervari *. Adiicientes eidem, quod Rectores, & Curati (in die feſti memorati) hujuſmodi faciendam ſolemnitatem denuntient plebibus ſuis. Et ut eo devotius ad intereſſendum in dicta Miſſa Chriſti fideles inclinentur, quo uberiori dono gratiæ conſpexerint * ſe refectos, ob reverentiam dicti * ſacratiſſimi corporis Chriſti omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui dictum Miſſæ officium celebrabunt, & in eo intererunt, quadraginta dies de injunctis ſibi legitime pœnitentiis in Domino miſericorditer relaxamus: ad ſimiles indulgentias concedendas dictos ſuffraganeos noſtros in eorum diœceſibus etiam exhortantes. Et quia ſexta dies in conſtitutione præfixa frequenter pleriſque de cauſis recipit impedimentum, ſtatuimus approbatione dicti ſacri concilii, quod hujuſmodi fiat officium prima die poſt octavas feſti ipſius: quæ ſi impedita fuerit, ad ſequentem non impeditam infallibiliter transferatur.

* *celebretur*
* *decenter*
* *promulgare*
* *ſervari*
* *proſpexerint*
* *ſancti*

CAPUT IX.

Dalmatius Archiepiſcopus in concillo.

Prælati monentur ſemel, ut minimum, in hebdomada Miſſam celebrare. Canonici, & qui ratione beneficiorum non coguntur, ſemel in menſe. Canonici, & beneficiati nondum ad ſacerdotalem dignitatem promoti quater in anno ſacroſanctam Euchariſtiam ſumere. Beneficiatos quoque & in ſacris ordinibus conſtitutos ſuum habere debere Breviarium ab Epiſcopo ordinatum: & neminem diaconum debere ordinari, niſi qui peritus fuerit officii dicendi, decernitur.

QUia inter divina officia Miſſarum celebrationis *, propter excellentiam, & reveren-

* *celebratione*

rentiam ſacratiſſimi corporis, & ſanguinis Jeſu Chriſti, non decet Prælatos, nec alios presbyteros diutius oblivisci, in cujus ſacramento vitæ ſuffragium conſequimur, & ſalutis, conſtitutionibus bonæ memoriæ prædeceſſorum noſtrorum ſuper his editis inhærentes, ſacro approbante concilio, monemus, & hortamur venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, Abbates, Priores, & alios Prælatos, quatenus ſaltem ſemel [in] qualibet hebdomada: Canonicos vero, & alios presbyteros, qui ad majus ſervitium non tenentur, nec celebrare ratione ſuorum beneficiorum obligantur, vel ſi obligantur, faciunt per alium deſerviri, ad minus ſemel quolibet menſe Miſſas celebrent, quantum poterint * honeſte pariter, & devote: ceteros vero Canonicos, & beneficiatos non presbyteros quater inter in anno ſaltem, videlicet in Nativitate Domini, in feſto Paſchæ *, Pentecoſtes, & Aſſumptione beatæ Mariæ communicent inſallibiliter, & devote, legitimo impedimento ceſſante: quod ad eorundem diœceſanorum arbitrium penitus remittatur.

* *poterint, ſive poterunt*

* *in Paſcha*

CAPUT X.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, ſedis Apoſtolicæ Legatus in concilio Dertuſæ celebrato.

Hujus conſtitutionis ſumma ſuperioris argumento continetur.

NE divinæ ſervitutis penſum, quod de fructu labiorum ſuorum offerre tenetur quilibet clericus, eccleſiaſticum beneficium poſſidens, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, dum per occupationes alias conventui eccleſiæ intereſſe non valeat, ex defectu breviarii omittatur, provide duximus ſtatuendum; ut per locorum Ordinarios beneficiati prædicti, & in ſacris ordinibus conſtituti ad habendum propria Breviaria infra tempus ipſorum Ordinariorum arbitrio moderandum coertione diſtricta cogantur: nulluſque de cetero in ſubdiaconum ordinetur, qui non habeat Breviarium, & in practica, & peritia divinum officium faciendi per examen reperiatur idoneus.

CAPUT XI.

IDEM in eodem.

Non præbendum ſacramentum Euchariſtiæ ſanis, niſi in eccleſiis, lociſque ſpecialiter ad id deſignatis: ægrotis domum quidem deferendum, ſed accenſis luminibus, & quam poterit honorificentiſſime. Ad hæc, nec ſacramentum baptiſmi in privatis ædibus conferendum, nec Miſſa pro nuptiis, vel ſepulturis, vel novis nuptis celebranda.

SIcut omnibus unum eſt, & æqualiter efficax ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum, ſic eſſe debet modus miniſtrandi unus omnibus, & conformis cum debita cæremonia, & reverentia ſingulari. Ea propter ne ipſum ſociare *, & venerari volentibus lucrandi meritum, & conceſſæ indulgentiæ ſubtrahantur, ſtatuimus, quod nemini ſano per domos privatas, vel capellas ſacramentum Euchariſtiæ miniſtretur, ſed ipſum * ſanis in eccleſiis, & ceteris locis ad hoc deputatis, vel etiam ſpecialiter deputandis: ad infirmos vero ab ipſis eccleſiis deferatur accenſis luminibus honorifice, & decenter. Ceterum præſenti ſalubri ſanctione prohibemus, ne in domibus privatis ſacrum baptiſma alicui conferatur, ſed Clementina ſuper hoc diſponens obſervetur efficaciter; neque etiam Miſſa pro nuptiis, vel ſepulturis, vel novis nuptis in privatis domibus celebretur.

* *aſſociare*

* *ipſis*

CAPUT XII.

FERDINANDUS in concilio Barcinonenſi.

COnſtitutionem Petri primi prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Quia aliqui*, in eos, qui duas, aut plures eodem die celebrant Miſſas, excepta ſacra natalis Domini die, & aliis quibuſdam caſibus jure communi conceſſis renovantes, & ampliantes; omnibus presbyteris, tam ſæcularibus, quam regularibus, ſacro approbante concilio, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda ab ordine ſacerdotali, & ab officii, & beneficii adminiſtratione id facere interdicimus. Quod ſi id iterum ſemel puniti agere deprehendantur, perpetuo ab altaris miniſterio arceantur, ac beneficiis quibuſcumque priventur, & ad alia obtinenda inhabiles cenſeantur. Ad hæc, cum in ſacro oecumenico Tridentino concilio prohibitum ſit, ne alibi, quam in eccleſiis, & ad divinum tantum cultum dedicatis oratoriis ab ordinariis Epiſcopis deſignandis, & viſitandis ſanctum Miſſæ ſacrificium peragatur: in domibus, aut in plateis, aut vicis publicis, aut in agris, vel campis celebrari, hujus ſacri approbatione concilii provincialis interdicimus.

CAPUT XIII.

IDEM in eodem.

ANtiquorum Patrum decreta ſequentes, qui ſacra vaſa, non ab aliis, quam a ſacratis, Dominoque dicatis hominibus contrectari vetuerunt: ne, ut aliquando evenit, Dominus iratus plagas inferat populo ſuo, & pereat juſtus cum impio, ſacro approbante concilio, calices, & patenas ab Epiſcopis conſecratas ab aliis, quam ab iis, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, tangi prohibemus, neque a laicis, quantumvis religioſis, tam maſculis, quam fœminis, aut a clericis, ſive ſæcularibus, ſive regularibus offertorii, vel pacis tempore in ſacro Miſſæ ſacrificio, aut poſt communionem laicam, aliove quocumque tempore attingi. Cum enim ea ſacra vaſa tantum in adminiſtrationem Euchariſtiæ domini noſtri Jeſu Chriſti iungantur, ſanctificentur, & conſecrentur; ut ejuſdem corporis, & ſanguinis quaſi novum ſepulcrum ſancti ſpiritus gratia efficiantur, nefas eſt alios eis uti, quam miniſtros ejuſdem ſacroſancti myſterii. Contrarias igitur conſuetudines, ut irreligioſas denuntiantes, & declarantes, omnibus ab eiſdem abſtinere præcipimus; contumaces vero, & rebelles

les cenſuris, & pœnis arbitrio Ordinariorum impooendis coerceantur. Cumque omnis mundiria deceat eos, qui ea vaſa, atque myſteria contingunt, dicente Domino per Prophetam: *Mundamini, qui fertis vaſa Domini*; omoibus ſacerdotibus, tam ſæcularibus, quam regularibus ejuſdem ſacri approbatione concilii interdicimus, ne aliter ad ſacrificium Miſſæ peragendum accedant, quam ſi prius, & mundi ipſi ſint, tam ſpiritali conſcientiæ, quam corporali manuum ablutione mundati, & mundis veſtibus induantur, & corporalibus, aliiſque lineis mappis, & linteaminibus mundis utantur. Ipſa vero vaſa ſacra, tum munda, ac nitida ad altare afferantur, tum etiam in ipſa ſumptione corporis, & ſanguinis dominici ita abſtergantur, atque tergantur, ut nihil omnino in terram cadat, aut in ipſa mantilia, vel corporalia effundatur. Quotquot vero ablutiones poſt ſacram communionem fient, omoes ab ipſo ſacerdote ſumantor, ne forte aliquid ex corpore, aut ſanguine Domini relictum ſit, quod ita irreligioſe, atque impie tractetur. Quamobrem omnes ſacerdotes in Miſſa mundum babere linteamen quoddam jubemus, quod purificatorium dicitur, quo poſt communionem ſuſceptam, & poſt lotionem digitorum, atque poſt ablutiones peractas, digitos, & os mundare, & calicem ſiccare poſſit. Idque linteamen intra calicem relinqui debere monemus. Calicem vero ipſum cum patena, aut ab ipſo ſacerdote, aut a diacono, vel ſubdiacono, oon vero ab aliis inferioris ordinis clericis ſiccari, tegi, ac velari; poſtquam vero velata fuerint, ab aliis tangi, aut cuſtodiri non prohibemus. In omnibus autem eccleſiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, atque aliis quibuſcumque hæc linteamina, quæ purificatoria dicuntur, ubi non ſint, fieri, & ita lavari a ſubdiaconis, ut corporales pallæ lavari debent, aquam in piſcinam eccleſiæ effundi, ea vero nitide cuſtodiri præcipimus, & a viſitatoribus ea etiam viſitari; & qualcumque ſordes in iis, quæ retulimus, vaſis, aut veſtibus ſacris, aut in celebratione Miſſæ, tam ab ipſis viſitantibus, quam ab aliis ſuperioribus puniri.

CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

NON ſine maxima ratione ex antiquorum Patrum traditionibus accepimus, ut in diebus ſolemnibus in ſacroſanctæ Miſſæ ſacrificio poſt evangelium decantetur magna voce ſymbolom fidei catholicæ, ut agnoſcat populus Chriſtianos ei non ſufficere, ut corde credat ad juſtitiam; ſed opus eſſe, ut ore confiteatur ad ſalutem. Et quamvis organorum uſus, utpote in ſancta Romana Eccleſia permiſſus nullo modo ſit ab Eccleſia excludendus, quinimmo ſervatis debitis circumſtantiis merito ſit obſervandus: tam ea, quæ ad neceſſitatem ſalutis omnino credenda, & confitenda ſunt, ore proprio clericorum, qui in choro decantantes vice totius populi profiteantur, depromi convenit. Quapropter ſacro approbante concilio ſtatuimus, & ordinamus; ut ſymbolum fidei catholicæ, quod majus nuncupamus, omnibus diebus, quibus in Miſſarum ſolemoiis eſt dicendum, diſtincte in choro, abſque alicujus organi commixtione, per clericos promatur, & decantetur, ut per vivam eorum vocem populus omnes fidei articulos in memoriam reducat; & intelligat non ſufficere, ut aliquot illorum credat; ſed opus eſſe, ut omnes per veram fidem confiteatur: cum certum ſit, quod in uno deficiens factus eſt omnium reus.

CAPUT XV.

IDEM in eodem.

CUM Paulus Apoſtolus vas electionis jubeat fieri obſecrationes, & orationes pro omnibus hominibus, ac præſertim pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt; idque bonum, & acceptum eſſe teſtetur coram ſalvatore noſtro Deo, ſacro approbante concilio ſtatuimus, ut in ſingulis conventibus Miſſis in fine poſtremæ orationis, aut ſi unica tantum dicatur, in ejus orationis fine hæc verba addantur: *& famulos tuos ſummum Pontificem, & Antiſtitem noſtrum, cum eccleſiaſtico ordine: nec non Regem, & Reginam, ac Principem noſtrum cum prole regia, & exercitu ſuo, & cuncto populo Chriſtiano ab omni adverſitate cuſtode; pacem, & ſalutem noſtris concede temporibus, & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam.* Quod ſi aliquis ex ſupradictis deerit, ejus mentio omittatur. Hæc in omnibus tam cathedralibus, qoam collegiatis eccleſiis, atque aliis tam ſæcularibus, quam regularibus fieri præcipimus.

CAPUT XVI.

IDEM in eodem.

SAcri approbatione concilii prohibemus, ne juxta aliquarum eccleſiarum tam regularium, quam ſæcularium conſuetudinem, diaconi ſoli calicem cum vino, vel patenam cum hoſtia tenentes offerant io ſacro Miſſæ ſacrificio: ſed id ſemper presbyter ſaciat; niſi propter ſenectutem, aut manuum infirmitatem, aut debilitatem adjutore diacono iodigeat: tunc enim poterit a diacooo ita adjuvari, ut presbyter quoque manus admoveat: ſacerdotum enim miniſtri diaconi ſunt in his divinis myſteriis.

CAPUT XVII.

GASPAR in concilio Tarraconenſi.

De celebratione Miſſarum, & aliis officiis ſecundum Romanæ Eccleſiæ uſum dicendis.

UNam eſſe ſanctam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam, ſæpios in omnibos eccleſiis profitemur; extra qoam nulla ſalus eſt, neque remiſſio peccatorum; unus eſt Deus,

una fides, & unum baptisma; unus Christus, & unus pastor Petrus Christi Vicarius Romanæ Ecclesiæ primus Episcopus, quæ una est mater omnium ecclesiarum, atque magistra. Cum igitur omnes ejusdem ovilis simus, & eundem habeamus pastorem; quo magis, magisque Ecclesiæ Romanæ institutiones, & consuetudinem ecclesiasticam observabimus; eo magis capiti nostro adhærebimus, & illi petræ, in qua Ecclesia fundatur. Sane nuper felicis recordationis Pius Papa V. ex decreto œcumenici concilii Tridentini unum in Ecclesia Dei orandi modum, unam sacrificii peragendi formam Breviario, & Missali Romano editis omnes edocuit. Quos libros nos cum primum potuimus, in Ecclesia metropolitana nostra de consilio fratrum nostrorum Canonicorum ejusdem Ecclesiæ libenter recepimus, & omnibus subditis nostris in singulis ecclesiis nostræ diœcesis juxta eorundem librorum formam, & Romanæ Ecclesiæ consuetudinem orandum esse, & sacra peragenda hortati sumus, atque præcepimus. Hoc ipsum ut in omnibus nostræ provinciæ Tarraconensis, & Helnensis diœcesis ecclesiis, exceptis tantum regularibus exemptis, fiat, sacri approbatione concilii in Domino hortamur, atque præcipimus, ut de nobis dici possit hac in re, quod de primis illis Christi discipulis, unum cor fuisse, & animam unam; nullaque schismata, quæ tunicam illam Christi inconsutilem scindere possint. Sed quoniam sine librorum copia non possunt hæc executioni mandari, curabunt in singulis diœcesibus Episcopi, aliive ordinarii præpositi, ut terminus præfigatur competens, & cura adhibeatur libris, vel emendis, vel conscribendis, vel mutandis, & cæremoniis edifcendis; adhibitis his, quos ex suis Capitulis, aliisve ecclesiis viderint huic rei aptiores fore. Hæc ultra annum differri nullo modo patiemur, sed omnibus legitimis modis adversus negligentes procedemus. Hanc vero constitutionem etiam ad ea porrigimus, quæ extra dictos duos libros sacrosancta Romana Ecclesia observat in quibuscumque divinis officiis, & pontificalibus cæremoniis; illis tantum exceptis, quæ vel summi Pontificis, vel Romanæ Ecclesiæ singularia sunt, & nulli alii competunt Antistiti, vel ecclesiæ inferiori.

CAPUT XVIII.

IDEM in eodem.

CUM æquum sit os bovis triturantis, ut ait Apostolus, non alligari: temporum mutationem, & omnium rerum charitatem considerantes, quippe cum hodie duplo majores sumptus pro congrua sacerdotum sustentatione quam patrum nostrorum memoria fiant: sancta synodo approbante statuimus, ut deinceps nullæ vivorum, aut mortuorum fundationes beneficiorum, aut anniversariorum, aut aliarum piarum voluntatum institutiones, quibus onera Missarum injunguntur, confirmentur; nisi deductis oneribus sacerdotibus tales proventus constituantur, ut in singulas Missas saltim bini solidi Barcinonenses solvantur. Laudabilem autem aliquorum locorum consuetudinem approbantes, & eam ad totius provinciæ loca extendi cupientes, ut fidelis populus eleemosynæ, sive cibari diurni vice totidem solidos pro singulis Missis largiatur, magnopere commendamus: neque ultra eam summam avaros sacerdotes ab invitis extorquere, aut Ordinarios æstimare debere censemus, nisi aut itineris laboris, aut cantus adhibiti ratio esset habenda, aut alia justa causa urgeat. Sordidum quoque eorum quæstum improbamus, qui mercedes duplices, aut triplices nedum his majores lucrantur, sese pauperes fingentes, & uno, eodemque sacrificio, cum a singulis mercedis loco pecuniam acceperint, ot sacrificarent, satisfacere se sine superioris auctoritate existiment. Quod vero ad Missas, & anniversaria olim relicta attinet, quorum numerus valde excrevit, Ordinarii locorum juxta sacri concilii Tridentini decreta habita temporum, & locorum ratione statuent.

TITULUS XXV.

DE BAPTISMO, ET EJUS EFFECTU.

CAPUT I.

PETRUS Archiepiscopus in sexto concilio Tarracone celebrato.

Sarracenorum baptismum postulantium exutiendus animus, & probandus: is si sincerus visus fuerit, baptizandi.

QUia intelleximus, quod aliqui Sarraceni captivi ficte veniunt ad baptismum, ut possint jugum evadere servitutis, statuimus, ut cum Sarraceni hujusmodi ad ecclesiam causa baptizandi confugerint, diebus aliquibus per Rectorem ecclesiæ conserventur; ut cognoscat, utrum in tenebris ambulent, vel in luce. Et si perseveraverint in proposito baptizandi, eisdem ulterius baptismus non negetur.

CAPUT II.

ENNECUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Infantes, cum baptizantur, tenendos a susceptoribus, dum verba sacramenti proferuntur.

EVitantes quæ, docente experientia, solent in submergendis infantibus * in sacro fonte baptismatis sæpius evenire; jubemus, infantes hujusmodi per patrinos, seu suscipientes eosdem teneri: & baptizandos cum aqua, proferendo verba decentia per Curatos seu eorum loca tenentes, tantummodo tingi.

* contingunt in submergendo infantes

CAPUT III.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

A Judaismo conversi censuris cogendi, & invocatione brachii sæcularis, si opus fuerit, ut

ut filios ſuos infra octo dies a Nativitate curent baptizari: moneanturque domini temporales, ut eccleſiaſticis judicibus adſint.

INaudita crudelitas noſtrum pulſavit auditum quod nonnulli a Judaiſmo, vel paganica cæcitate converſi infantes ſuos, quos per ſacrum baptiſmi lavacrum eripere pollenr *, damnabili negligentia, vel incuria ſubeſſe permittunt jugo diabolicæ ſervitutis. Idcirco locorum Ordinariis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus parentes hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam, aliaque juris remedia diſtricte * compellant, quatenus infra octo dies ab ipſorum infantium nativitate numerandos, ſacrum eos percipere * faciant baptiſmatis ſacramentum, omni prorſus excuſatione, & dilatione ſemotis: in his diſtricte, & rigide procedendo per aggravationem cenſuræ eccleſiaſticæ, & etiam, ſi opus fuerit, invocationem brachii ſæcularis. Monemus inſuper, & ſub interminatione divini judicii obteſtamur omnes dominos temporales, quatenus eccleſiaſticis judicibus in præmiſſis aſſiſtentes adjutores, & cooperatores exiſtant auxiliis, & remediis opportunis.

* poſſunt

* diſtri-
cta executione

* recipere

CAPUT IV.

Hieronymus Cardinalis Archiepiſcopus in quinto concilio.

Curatis conficiendi duo libri, quorum in altero baptizandorum, parentum, ſuſceptorumque nomina ſcribantur; in altero morientium.

CUM negligentia Curatorum libris baptiſmorum, & defunctorum carentium in ſua parochia gravia damna, ſimul & ſcandala fuerint ſecuta; ſacro concilio approbante ſtatuimus de cetero, quod quilibet Rector, Vicarius, & curam animarum in provincia habens, & regens in ſua parochia duos teneat libros, in quorum altero nomina, & cognomina baptizandorum, parentumque eorum, ac patrinorum, & patrinarum, diemque & annum, quo fuerint baptizati; in altero vero obitus annum, & alia neceſſaria integre, & cum effectu ſcribat. Pœna contra facienti excommunicationis, & pecuniaria quinquaginta ſolidorum pro qualibet vice conſtituitur.

TITULUS XXVI.

DE CUSTODIA EUCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORUM SACRAMENTORUM, VASORUM, ET INDUMENTORUM ECCLESIASTICORUM.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Quæ deſerviunt cultui divino, munda ſervanda: chriſma, oleum, Euchariſtia, & altare conſecratum caute cuſtodienda: ſacramentum Euchariſtiæ honorifice deferendum. Harum rerum cura Epiſcopis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris delegatur, qui ſi in tranſgreſſoribus hujus ſtatuti puniendis remiſſi fuerint, Decani quidem plectendi, & caſtigandi ab Epiſcopis, Epiſcopi a concilio Tarraconenſi.

PRæcipimus, ut eccleſiæ, & omnia oratoria vaſa divini myſterii *, pallæ altaris, & corporalia, & veſtimenta miniſtrorum munda, & nitida conſerventur: chriſma, oleum, & Euchariſtia caute ſerventur, clavibus adhibitis: nec non & altare conſecratum diligenti ſervetur cautela, ne in * aliquod prædictorum manus temeraria ſe extendat pro aliquibus nefariis exercendis. Sacra quoque Euchariſtia ad infirmos cum campana, & lucerna * honorifice deportetur, & (in) ſingulis octo diebus renovetur. Ut autem ea omnia, quæ pro extirpanda clericorum incontinentia, & pro ipſorum vita, & honeſtate reformanda; nec non (&) ea, quæ pro munditiis eccleſiarum, & eorum, quæ ad divinum cultum pertinent, ea quoque, quæ pro fideli cuſtodia chriſmatis, olei, euchariſtiæ, & altarium pie, & provide ſtatuta ſunt, irrefragabiliter obſerventur, præcipimus, ut Epiſcopi, Decani, & Archidiaconi, & Archipresbyteri circa eorundem * obſervantiam curam adhibeant diligentem. Nam pro * rranſgreſſionibus ſubditorum ab ipſis de cetero culpa requiretur, & pœna: nec ſe poterunt excuſare, dicentes: Nos monuimus: nos corripuimus; niſi ſubditorum ſuorum correctionem poſſint oſtendere, aut pœnam eiſdem impoſitam. Horum autem, ſcilicet Decani, Archidiaconi, vel Archipresbyteri negligentia ſi in præmiſſis inveniatur, ſive defectus, ab Epiſcopo puniatur; ipſius autem Epiſcopi negligentia, vel defectus, a Metropolitano, vel provinciali concilio ſic diſtricte puniatur, quod pœnam correctio ſubſequatur.

* miniſterii

* ad

* lumine

* eorum

* de

CAPUT II.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, adminiſtrator eccleſiæ Tarraconenſis in concilio Tarracone celebrato.

Clericis munditiesornamentorum divino cultui deſervientium injungitur, & hoſtiarum conficiendarum: negligentibus pœna viginti ſolidorum irrogatur, in eccleſiæ ornamenta conferendorum.

UT per corporalem munditiem ſpiritualis mundities * deſignetur, præcipimus, quod clerici, quibus hoc ex officio competit, eccleſias, altaria, veſtimenta, & alia eccleſiaſtica ornamenta munda teneant, lavent corporalia, & hoſtias faciant per ſe ipſos, vel per clericos hæc fieri faciant. Contrarium vero facientes * pœnam viginti ſolidorum uſualis monetæ convertendam in ornamenta ipſius eccleſiæ, ſine remiſſione aliqua, ſe noverint * incurriſſe.

* munditiam ſpiritualis munditia

* faciens

* noverit

TITULUS XXVII.

DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

CAPUT I.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, Archiepiſcopus in concilio.

In jejuniis ab Eccleſia inſtitutis carnium eſu interdicitur, niſi urgente neceſſitate, nec tum quidem niſi in abſcondito. Confeſſores autem prohibentur aliter facultatem dare edendarum carnium.

(HUic morbo congruam cupientes adhibere medelam, ſacro approbante concilio), prohibemus diſtrictius ſub pœna excommunicationis, & maledictionis æternæ; ne aliquis cujuſcumque ſtatus, ſeu condicionis exiſtat, in jejuniis per Eccleſiam inſlitutis *, & præcipue in quadrageſima carnes comedat: niſi neceſſitate cogente, & tunc etiam (id erit) in abſcondito *. Confeſſores autem religioſi, vel ſæculares, qui, præterquam in caſu neceſſitatis urgentis, licentiam alicui dederint carnes in dictis jejuniis comedendi, graviori ſubjaceant diſciplinæ.

* indictis
* abſconſo

TITULUS XXVIII.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, ET DOMIBUS EARUM REPARANDIS.

CAPUT I.

ARNALDUS Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Eccleſiarum hoſpitia habitationi commorantium inſtauranda, & adaptanda.

HOſpitia dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ reparatione indigent, faciant Epiſcopi reparari, & congrue teneri: & in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis hoſpitia non reſidentium, reſidentibus commodari.

TITULUS XXIX.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdenſi.

Qui eos ab eccleſiis extrudunt, qui eo tamquam ad aſylum profugerunt, excommunicati denuntiandi, & condigne ſatisfacere cogendi: pœnam autem ſacrilegii dependere, ſi per Mauros extruſerint, eoſdemque ſervituti ſubjicere, vel eorum pretium perſolvere debere ſtatuitur.

IN figuram eccleſiaſticæ libertatis Dominus in veteri teſtamento civitates refugii dignoſcitur * ordinaſſe. Et quoniam eccleſiarum immunitatem quidam auſu temerario infringere non verentur, confugientes ad eccleſias compedibus, aut * vinculis in ipſis eccleſiis aſtringentes, per ſubtractionem victus illos * ad exeundum compellentes, ſeu per Mauros, aut [per] excommunicatos Chriſtianos ab eccleſiis extrahentes, præſentis auctoritate concilii ducimus * ſtatuendum; ut omnes, qui talia commiſerint, excommunicati denuntientur, uſque ad ſatisfactionem condignam. Qui vero per Mauros ab eccleſia Chriſtianos abſtraxerint *, & condigne ſatisfaciant, & ſacrilegii pœnam exolvant: & Mauros illos, per quos eccleſiæ Dei prædictum [dederint] dedecus, & injuriam intulerint *, eccleſiæ violatæ ſervituti ſubjiciant, vel ipſi reddant eccleſiæ pretium * eorundem, ſi abſolutionis beneficium voluerint obtinere.

* noſcitur
* ac
* victualium
* duximus
* extraxerint
* intulerunt
* valorem, vel pretium

CAPUT II.

ROOERICUS in tertio concilio.

Qui inflammaverint principes, vel ſæculares poteſtates, conſilium, vel patrocinium, inſtrumenta, vel alia documenta dederint contra eccleſias, excommunicantur, & beneficiis privantur.

QUorundam oculos ita * excæcat ambitio, ut temporalibus commodis inhiantes, plus temporali majeſtati, quam æternæ [saluti] placere ſtudentes, libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam, quam ipſi tenentur defendere, lædere, ac minuere moliantur *, inflammando principes, & poteſtates ſæculares, ac univerſitates locorum, ſeu Rectores eorum, eiſdemque * impendendo conſilium, & patrocinium: nec non eccleſiarum, a quibus beneficia recipiunt, exhibendo, & tradendo inſtrumenta, & alia documenta contra ipſas, & perſonas eccleſiaſticas, ac ipſarum homines, & bona, ac privilegia, & etiam libertates: & idcirco cupientes, ut eccleſiæ in plenitudine juris ſui, & libertatis integritate lætentur, ac deteſtabilis malignorum audacia, & inſolentium temeritas nefaria propulſetur, ſacro approbante concilio * ſtatuimus; ut quicumque Prælati eccleſiaſtici, vel perſonæ religioſæ, vel ſæculares quorumcumque ordinum, condicionis, ſeu ſtatus exiſtant, palam, vel occulte principes, vel ſæculares poteſtates, vel univerſitates locorum, aut rectores eorum inflammaverint, vel eis conſilium, vel patrocinium ſcienter dederint, vel eccleſiarum, in quibus beneficia obtinent, abſque expreſſo conſenſu ſui Prælati, & Capituli, vel conventus exhibuerint, vel alias tradiderint inſtrumenta, vel alia documenta contra ipſas eccleſias, monaſteria, vel loca religioſa, aut jura, vel bona, aut privilegia, immunitates eorum, vel libertates; in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto: & nihilominus beneficiis, quæ habuerint in eccleſiis, vel locis, quæ ſic ſcienter, vel fraudulenter læſerint, perpetuo ſint privati.

* ſic
* moliuntur
* eiſque
* ſacri approbatione concilii

CAPUT III.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus, adminiſtrator Eccleſiæ Tarraconenſis, in concilio ſecundo Tarracone celebrato.

Domini temporales, quique his faverint, etiam

tam

iam ecclesiastici, excommunicantur, & excommunicati jubentur publice denuntiari, si ulla ratione prohibuerint, quominus fructus, qui ecclesiasticis debentur, libere educantur e sua ditione, ac dominio; vendanturque eorum, quorum sunt, arbitratu.

Licet iniquum sit, dispositionem bonorum suorum liberam ingenuos homines non habere, ut restantur expresse legitimæ sanctiones; quorundam tamen temporale dominium obtinentium præsumptuosa temeritas sic excrevit, quod fructus, qui ex * beneficiis ecclesiasticis proveniunt, seu habentur, de locis [suo] dominio, seu jurisdictioni subjectis extrahi non permittunt: nec clerici, seu personæ ecclesiasticæ eisdem fructibus libere uti possunt: nec pro eorum utilitatibus, seu necessitatibus liberam alienationem facere de eisdem: immo ipsos quandoque in certis * locis, & certo pretio prædicti, seu qui ex causa emptionis, seu alias ipsos fructus percipiunt, nomine eorundem habent inviti vendere, nec eosdem possunt de loco ad locum transferre libere: quod cedit in ipsorum clericorum, ac personarum ecclesiasticarum, & ecclesiarum (etiam) maximum detrimentum. Nonnulli etiam eorundem terrodecimam, seu aliam certam partem de fructibus, quos homines ecclesiarum, & locorum ecclesiasticorum colligunt, cum maximis laboribus, & expensis, ab ipsis hominibus inviris indebite exigunt, & extorquent, in suarum grave periculum animarum. Unde cum nostro incumbat officio prædicta, quæ exemplo perniciosa sunt, ac periculosa (etiam) animabus, & contraria libertati ecclesiasticæ, de Tarraconensi provincia penitus extirpare; sacro approbante concilio ea fieri de cetero prohibemus: quoscumque, qui aliquid fecerint de præmissis, etiam * si clerici (fuerint) seu ecclesiasticæ personæ existant, & dantes ad ea consilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis sententia * innodamus: Ordinariis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ injungentes, ut cum eis constiterit aliquos in excommunicationis * sententiam incidisse, eosdem excommunicatos faciant publice nuntiari: nec eisdem absolutionis Beneficium impendant, donec a prædictis destiterint, & de damnis per eosdem prædictorum occasione illatis satisfecerint competenter: præcipientes etiam, quod hoc statutum faciant in ecclesiis * suarum diœcesium, in quibus eis utile videbitur, solemniter publicari.

* quandocumque in terris

* prædictis, &

* excommunicationis sententia

* in prædictam excommunicationis

* per ecclesias

CAPUT IV.

Idem in concilio quarto Tarracone celebrato.

Domini temporales, si prohibuerint, quo minus ecclesiasticis domus, horrea, ac vasa locentur, ut ipsi minimo ab ecclesiasticis possint fructus emere, excommunicantur, & exigente contumacia, a Prælatis jubentur aggravari.

In nonnullis partibus provinciæ Tarraconensis locorum domini ecclesiasticis utilitatibus invidentes non permittunt, quod personæ ecclesiasticæ, quæ inibi decimas percipiunt, emant, seu alio titulo acquirant, & habeant domos, seu horrea, vel cællaria, in quibus decimales redditus congregentur, aut etiam conserventur. Prohibent etiam subditis suis, & diversis modis eos retrahunt, ne dictis personis ecclesiasticis, aut ementibus ab eisdem domos, horrea, aut vasa ad hæc * locent, commodent, vel concedant. Quod quidem facere moliuntur, ut personæ prædictæ dictos redditus eisdem dominis vendere minimo compellantur. Nos igitur indemnitati ecclesiarum providere volentes, & abusum hujusmodi in divinæ legis offensam præsumptum penitus de ipsa provincia extirpare; sacro approbante concilio locorum Ordinariis [districte] præcipiendo mandamus, quatenus si locorum domini, & rectores, postquam pro parte personarum ecclesiasticarum inde requisiti fuerint in prædictis, deliquerint in * aliquo prædictorum, sententiam excommunicationis, quam obsequia hujusmodi subtrahentes incurrere dignoscantur *, contra ipsos dominos, vel rectores studeant publicare, ac eorum exigente contumacia, censuram ecclesiasticam aggravare.

* hoc

* vel

* dignoscuntur

CAPUT V.

Petrus secundus Archiepiscopus in concilio primo Tarracone celebrato.

Declaratur, præcedentem constitutionem ad bajulos, officiales, vassallos etiam porrigi.

Dudum in constitutione provinciali edita per bonæ memoriæ dominum Patriarcham Alexandrinum, & administratorem Ecclesiæ Tarraconensem, quæ incipit, *In nonnullis partibus provinciæ Tarracon.* fuit salubriter statutum *, quod si domini temporales, & rectores aliquorum locorum prohiberent personis ecclesiasticis, quo minus emerent domos, horrea, aut vasa conducant * pro redditibus ecclesiasticis conservandis in locis suis, sententiam excommunicationis incurrerent: & vassalli, seu homines dictorum dominorum prædicta etiam prohibeant interdum de facto personis ecclesiasticis memoratis; quod cedit in præjudicium ecclesiasticæ libertatis: idcirco prædictam constitutionem *In nonnullis*, & pœnam in eadem contentam ad bajulos, & officiales, & vassallos, & homines prædictorum dominorum, & alios quoscumque impedientes prædicta fieri, sacro approbante concilio duximus extendendam.

* constitutum

* locent

CAPUT VI.

Idem in tertio concilio Tarracone celebrato.

Excommunicantur, quicumque compellunt ecclesiasticos tributa solvere, etiam si ea debeant, cum per ecclesiasticum judicem debeant compelli.

Item cum nonnulli domini temporales, & universitates civitatum, villarum, castrorum, & locorum, & judices, & aliæ personæ sæculares

* emparas lares compellant clericos per emparam *, & pignorationes, & venditiones centualium, bonorum, & jurium beneficiorum, & aliorum bonorum ſuorum, & alias, ad contribuendum, & ſolvendum in peytis, quaſtiis, talliis, & aliis exactionibus impoſitis, ſeu indictis per eoſdem, & in caſu, quo in illis, vel aliquibus eo-
* earum rum * ſolvere, & contribuere teneantur *, non
* teneantur tamen ſint * de jure per eos compellendi, ſed
* ſunt per eorum judicem eccleſiaſticum competentem: ideo ſacro concilio approbante ſtatuimus, quod ſi prædicti domini, & alii ſuperius nominati compulerint, ſeu coeperint directe, vel indirecte, clericos beneficiatos, vel in ſacris ordinibus conſtitutos, aut quoſcumque religioſos ad contribuendum, & ſolvendum in peytis, quæ-
* & ſtiis, talliis, aut * aliis exactionibus ſupradictis, excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Si autem (dictæ) univerſitates dictam compulſionem fecerint, ſeu fieri fecerint, eo ipſo ſubjaceant interdicto eccleſiaſtico: a
* quidem excommunicatæ qua excommunicationis ſententia * non abſolvantur, nec dictum interdictum relaxetur, do-
* revocaverint nec dictam compulſionem amoverint *, & de damnis ſatisfecerint plenarie, & expenſis.

CAPUT VII.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus in concilio Dertuſæ celebrato.

Qui quovis prætextu, aut colore eccleſiaſticos pertrahunt in judicium ſæculare, excommunicantur, & excommunicati jubentur publice nuntiari.

Licet contra eos, qui clericos, vel eccleſiaſticas perſonas in præjudicium eccleſiaſticæ libertatis trahere nituntur ad judicium ſæculare, manifeſta ſint ſacrorum canonum ſtatuta; quorumdam tamen aſtutia fraudulenta ſub miſerabilitatis, aut oppreſſionis colore ad vetita peragendum judicia, excogitatas nituntur
* igitur ſemitas invenire. Talium ergo * abuſibus pro libertate, ac immunitate eccleſiaſticæ conſervationis per ſtatuta jam juris remedia diſtricte præcipimus obviari: univerſis Eccleſiarum Prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ injungentes, quatenus ſtatutum felicis memoriæ Bonifacii octavi incipiens: *Quoniam intelleximus*, in ſuis ſynodis, & in ſuarum diœceſium eccleſiis faciant publicari: & contra ipſum venientes excommunicatos declarent, & faciant publice nuntiari, ſacris canonibus, ſtatutis provincialibus, ac ſynodalibus ſalvis remanentibus, & illæſis.

CAPUT VIII.

Idem in eodem.

Quicumque eccleſiaſticus dominum ſæcularem contra eccleſiaſticum, eccleſiamve aliquam inſtigaverit, inflammaverit, adjuverit, excommunicatur: ac ſi beneficiatus fuerit, ad triennium fructibus beneficii ſuſpenditur; ſi non fuerit, inhabilis ad obtinendum beneficia eo ſpatio temporis efficitur.

Avaritiæ facibus ſuccenſi quorundam animi adeo inardeſcunt, ut propriæ ſalutis obliti, omni divinæ majeſtatis ſpreto timore, adverſus eccleſiaſticam libertatem, eccleſiaſticaſque perſonas temporalium dominorum, conſiliariorum, ac officialium eorumdem, univerſitatumve regimini præſidentium inflammare animos, & accendere moliantur. Ut igitur tam deteſtabilis malignorum audacia compeſcatur, præſentis noſtræ conſtitutionis tenore ſancimus; ut quæcumque perſona religioſa, ſive eccleſiaſtica, cujuſvis gradus, ſtatus, aut conditionis exiſtat, palam, vel occulte principem, dominum temporalem, officialem, ſæcularem judicem, vel univerſitatis rectorem, aut ipſam univerſitatem contra jura Eccleſiæ, vel ipſius eccleſiaſticam libertatem inflammaverit, vel conſilium, aut patrocinium dederit, vel eccleſiaſtica inſtrumenta in præjudicium eccleſiæ ſcienter occultaverit, vel contra ipſam eccleſiam doloſe, (ſeu) voluntarie exhibuerit, excommunicationis ſententia, abſque ſpe veniæ, innodetur: & (a) beneficiorum ſuorum fructibus, ſi beneficiatus fuerit, per triennium ſit ſuſpenſus. Si vero non fuerit beneficiatus, per idem tempus ſit inhabilis a quodcumque eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Univerſis Prælatis ſub obteſtatione divini judicii præcipimus, & mandamus, ut a prædictis ſe abſti-
neant: aliis * pœnis a jure communi, conſti- * aliiſque
tutionibus provincialibus, & ſynodalibus (conſtitutis) in ſuo robore duraturis.

CAPUT IX.

Ferdinandus in concilio Barcinonenſi.

Cum ſcriptum ſit, *Domus mea domus orationis vocabitur*, & *deceat domum Dei ſanctitudo*, ſacri approbante concilii ſtatuimus, ne quis audeat in eccleſia, dum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, aut publice, aut privatim celebratur, aut dum divina quæcumque officia peraguntur, aut ſacra Euchariſtia, vel baptiſma, vel alia ſacramenta adminiſtrantur, aut verbum Dei prædicantur, deambulationes vagas, aut confabulationes otioſas, per quas divinum officium, aut aliud ex ſupradictis impediatur; aut ſæcularium, vel eccleſiaſticorum negotiorum jurgiis obſtrepere. Qui vero a quocumque clerico moniti non deſtiterint, tanquam inobedientes per eccleſiaſticam cenſuram coerceantur. Eadem quoque ratione omne genus ſpectaculorum, & fabularium, nec non vulgarium verborum cantus, exceptis cantibus approbatis ab Ordinariis, ac recitationes, atque alias quaſcumque ſimiles actiones, vel, ut vocant repræſentationes, in eccleſia fieri prohibemus, neve inter divina profana, etiam ſi ad pietatem dicantur conducere, miſceantur. Ludicra quoque quæcumque, ex quibus riſus excitari ſolent, tam in eccleſiis, quam in proceſſionibus, nec non ignitorum tormentorum

ſtre-

strepitus, aut, ut vocant, radios, aut jaculationes, atque etiam lascivas, aut turpes saltationes, aut choreas ad cantus tibiarum, aut tympanorum, vel cymbalorum, ne in atriis quidem ecclesiarum, aut cœmeteriis, aliisve locis sacris, aut religiosis fieri permittimus. Vanos quoque puerorum, vel adolescentium ludos, dum aut Episcopum fingunt, aut Regem, aut alium magistratum ecclesiasticum, vel sæcularem, coercendos esse censemus. Multoque magis, quod in multis ecclesiis adversus Apostolica præcepta fieri accepimus, ut non solum a sæcularibus personis, sed etiam ab ipsis presbyteris compotationes in ecclesiis, aut in continentibus locis sacris fiant. Ea igitur omnia, sacro approbante concilio, sub excommunicationis pœna, monitione præcedente infligenda; tam in nostra metropolitana, quam in ceteris cathedralibus, nec non in collegiatis, ac parochialibus ecclesiis, & aliis quibuscumque tam sæcularibus, quam regularibus fieri prohibemus. Eosque sumptus, qui vel in fine Adventus Domini, vel in ipsis diebus festis Natalis Domini, & aliorum Sanctorum, aut feria quinta in cœna Domini, &, ut vocant tempore mandati, aut in Paschate resurrectionis dominicæ, aut alio quocumque tempore in has compotationes, vel jam dicta ludicra spectacula, aut similia supradictis consumuntur, in ecclesiis cathedralibus ab Episcopis com consensu Capituli, in aliis in alia pia opera ab Ordinariis convertantur. Similiter prandia quæcumque, & compotationes confraternitatum prohibemus; nec sumptus in his consumpti in rationes referri possint, sed de suo ipsi administratores fecisse censeantur: nec non exactiones sive consuetudines prandiorum, seu compotationum, quas a clericis invitis laici exigunt, quacumque occasione vetamus. Atque etiam, quæ in primo sacerdotis cujuslibet sacrificio, quas novas Missas vocant, ebrietates, vel ludicra in ecclesia aguntur; saltationes quoque, & alia quæcumque levitatis, & vanitatis signa, longe ab ipsa ecclesia, vel aliis locis sacris exulare præcipimus: contrarium vero agentes condignis pœnis a superioribus coercebuntur. Nec minus illam detestamur multarum sæcularium personarum intemperantiam, quæ eleemosynas petentes cymbalorum, aut tympanorum strepitu choreas virorum, atque mulierum per totam urbem ducunt; ita ut plerumque eveniat major peccatorum occasio, quam charitatis Christianæ. Personatos quoque, vel larvatos quoscumque aut basilicas Dei ingredi, aut monasteria quæcumque tam virorum, quam mulierum sub anathematis pœna inhibemus; nec non eis, qui quoscumque clericos, vel monachos, aut sanctimoniales, aut etiam eremitas imitantur; multoque magis si Episcopos, aut Cardinales, vel si sacris aut ecclesiasticis quibuscumque vestibus, vel ornamentis, aut vasis abutantur; similique sententiæ subjaceat clericus, aut alius earum vestium, vel vasorum custos, vel dominus, qui ea ad eum usum commodaverit, & graviter a superiore coerceatur. Clericos quoque in sacris constitutos, aut beneficiatos sæculares, aut quoscumque regulares, qui deprehensi fuerint personati, carceri triduo includi, ibidemque in pane, & aqua jejunare præcipimus, aut alia simili, vel majori pœna, juxta delicti, & personæ qualitatem coerceri. Hæc, quæ nos sacri approbatione concilii statuimus, quam primum tam in nostra metropolitana, quam in ceteris cathedralibus ecclesiis observari, & publicari præcipimus, ut ad omnium notitiam perducantur.

TITULUS XXX.

NE CLERICI, VEL MONACHI NEGOTIIS SÆCULARIBUS SE IMMISCEANT.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Ilerdæ celebrato.

Clerici prohibentur sententiam sanguinis vel dictare, vel proferre, vel executioni interesse: qui contra fecerint, si fuerint beneficiati, tamdiu beneficiis suspenduntur, quamdiu in contumacia permanserint: qui non fuerint, ecclesiæ ingressu interdicuntur. Et est pars cap. incip. A crapula.

SEntentiam sanguinis nullus clericus dictet, aut proferat; nec literas dictet, vel scribat pro vindicta sanguinis destinandas; nec vindictam sanguinis exerceat, vel ubi exerceatur intersit, & infra. Si quis autem contra hanc constitutionem venire præsumpserit, si beneficiatus sit *, suspendatur ab omnibus beneficiis: & cum ad emendationem venerit, tanto tempore postmodum eorum * perceptione beneficiorum careat, quanto in sua contumacia permanere præsumpserit. Si vero beneficiatus non fuerit, ab introitu ecclesiæ suspendatur.

* *fuerit*

* *eorundem*

CAPUT II.

Petrus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Ecclesiastici, qui curam habent animarum, dignitatemve aliquam, a laicis officiis arcentur: monenturque perpetuo suis beneficiis assidere.

STatuimus (etiam) & mandamus, quod (clerici) curam animarum habentes, & qui sunt in personatibus, vel dignitatibus constituti, publica officia sæcularia non assumant; nec vicarias, nec bajulias teneant laicorum, sed in suis ecclesiis personalem, & continuam faciant residentiam, sicut decet.

CAPUT III.

Petrus secundus Archiepiscopus in concilio (tertio Tarracone) celebrato.

Ecclesiastici vetantur plus vini, vel tritici eme-

emere, quam ut eu ſuſtentatione familiæ decem onera vel vini, vel tritici ſuperſint. Si ſuperfuerint, partim Ordinario, partim eccleſiarum fabricæ applicantur.

AVaritiæ cæcitas, & damnandæ ambirionis improbitas ita animos quorundam excæcat, ut * quæ ſibi ſunt prohibita, aliis exquiſitis coloribus uſurpent *. Hinc eſt, quod nonnulli clerici beneficiati, ſeu in ſacris ordinibus conſtituti ſub colore faciendi ſibi, & ſuæ familiæ proviſionem, granum, & vindemiam, vel vinum in tantam quantitatem emunt, ut retenta proviſione, de hoc, quod ſupereſt, mercimonium publice faciant *, ac ſi eſſent laici publici mercatores. Nos * attendentes, quod ſecundum eloquium ſacræ Scripturæ, clericos negotiatores ut peſtem fugere debemus, eodem approbante concilio ſtatuimus, ut * ne quis * beneficiatus, ſeu in ſacris ordinibus conſtitutus ſit auſus emere bladum, vindemiam, vel vinum, cum in * his magis, quam in aliis communiter inducatur caritas *: niſi ad ſuam, & ſuæ (propriæ) familiæ dumtaxat proviſionem. At * ſi forte deducta præfata proviſione aliquid ſibi ſuperfuerit, & ad decem ſaumatas bladi, & ad decem ſaumatas vini non aſcenderit *, licentiam vendendi concedimus, & facultatem; cum ita limitate proviſio fieri non poſſit. Alias de his, quæ plus præfati clerici emerint ſcienter in fraudem, ut veriſimile ſit quod cauſa negotiationis emerint, Epiſcopis, ſub quorum juriſdictione fuerint dicti clerici, & aliis Prælatis juriſdictionem habentibus medietas acquiratur: alia vero * medietas fabricæ, vel in ornamenta * eccleſiæ, ubi domiciliati fuerint, ipſo jure applicetur *. Hanc autem conſtitutionem ad illos, qui ratione conventus, collegii, vel alterius adminiſtrationis habent * facere proviſiones, vel ad illos, qui redditus, aut proventus eccleſiarum, ſeu (locorum) clericorum emerint, quoad ipſos redditus, & proviſiones prædictas extendi nolumus ullo modo.

* excæcant, quod
* uſurpant
* faciunt
* Noſque
* ſancimus
* aliquis clericus
* ex
* introducatur cariſtia
* Et
* aſcenderint
* & alia
* ornamentis
* applicentur
* habeant

CAPUT IV.

Petrus de Cardona Archiepiſcopus in concilio Barcinone celebrato.

Clerici ſi mercaturam exercuerint, mercibus multantur Ordinario applicandis.

CLerici in ſacris ordinibus conſtituti, & religioſi mercaturam exercentes, vel illicite pecunias mutuantes, præterquam in caſibus a jure permiſſis, mercimonia, & negotiationem, ac pecunias ſic mutuatas amittant, & eorum Ordinariis applicentur.

Liber Quartus.

TITULUS I.

DE SPONSALIBUS, ET MATRIMONIIS.

CAPUT I.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, adminiſtrator Eccleſiæ Tarraconenſis, in primo concilio Tarracone celebrato.

Curandum Epiſcopis, ut per peritos ſacrorum canonum matrimoniales cauſæ, & in civitatibus inſignibus audiantur: alioqui irriti ſint proceſſus. Recipi tamen teſtes extra loca memorata poſſe decernitur.

UT animarum periculum evitetur, ſtatuendo præcipimus in virtute (ſanctæ) obedientiæ univerſis Epiſcopis noſtræ provinciæ, ne cauſas matrimoniales ad eorum forum ſpectantes, ſub generali, vel ſpeciali commiſſione audiri, vel decidi permittant; niſi per illos qui ſtatuta canonum non ignorant *, & peritiam habent * judicandi, & in civitatibus, vel locis inſignibus, ubi haberi poſſit copia peritorum: alias proceſſus ſit irritus, & inanis. Per hoc tamen receptionem teſtium extra dicta loca, ubi opportuerit, non intendimus prohibere.

* ignorent
* habeant

TITULUS II.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus in concilio Ilerdenſi.

Qui clandeſtina matrimonia contraxerint, excommunicantur: & donec de legitimitate perſonarum conſtiterit, ſeparari jubentur. Et eſt pars cap. incip. Diſtricte præcipimus.

QUI vero clandeſtina contraxerint * matrimonia, tamquam excommunicati ab omnibus evitentur: & donec de legitimitate perſonarum eccleſiæ conſtiterit, adinvicem ſeparentur.

* contraxerunt

TITULUS III.

* DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE.

CAPUT I.

Idem in eodem.

Qui in gradu prohibito contrahunt matrimonium, excommunicantur, & ſeparantur.

DIſtricte præcipimus, per omnes eccleſias in præcipuis ſolemnitatibus excommunica-

catos publice denuntiari omnes illos, qui in gradu prohibito matrimonia contrahere præsumpsenit. Illi autem, qui in gradu prohibito non matrimonia, sed contubernia contraxerint *, nisi infra annum dispensationem obtinuerint, ex tunc excommunicationis sententia se noverint innodatos. Interim autem a carnali copula eisdem * præcipimus abstinere: & donec de legitimitate personarum ecclesiæ constiterit, adinvicem separentur.

* contraxerunt

* eosdem

Liber Quintus.

TITULUS I.

DE ACCUSATIONIBUS.

CAPUT I.

Ennecus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Capitula, quæ a procuratore fiscali contra clericum proponuntur, non admittenda, nisi juraverit, se credere vera esse.

CUM nonnulli procuratores fiscales suo * officio potius * ad calumniam clericorum, quam ut corrigantur (clericorum) facinora abutentes, capitula contra clericos offerant *, quæ probari non possunt, super quibus se clerici defendentes plunes molestantur: jubemus, talia capitula contra clericos * per Officiales, [&] ecclesiasticos nostræ provinciæ nullatenus admitti; nisi in principio sui officii juraverit offerens procurator capitula, quæ producet (se) credere vera esse, & ea posse * probare.

* eorum
* plus
* offerunt
* clericum
* posse etiam se

CAPUT II.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

Monentur Prælati regulares, in castigandis subditorum flagitiis evigilare: alioqui futurum, ut a sede Apostolica puniantur.

QUoniam si gubernaculum disciplinæ contemnitur, instat, ut religio naufragetur, & in non modicum religionis scandalum effrænata irreligiositas evehatur *, si delinquentium insolentia debitæ correctionis * verbere non fuerit castigata; religionum ordinum gubernationi, vel regimini præsidentes sub obtestatione divini judicii commonemus, ut circa suorum corrigendos excessus tanto magis vigilanter attendant, & constanter assurgant; quanto eorum infamia, quotum per status sublimitatem, & regulans vitæ, ac sanctimoniæ puritatem mores, & vita esse debent ceteris in speculum, & exemplum, per actus contrarios cedit in grave scandalum aliorum. Quod si talium delinquentium notorios excessus Prælati eorum debita castigatione punire neglexerint, ultra divinam vindictam a sede Apostolica absque spe veniæ sperent durissimam ultionem.

* evagetur
* cum punitionis

TITULUS II.

DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALIBUS EXIGATUR, VEL PROMITTATUR.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Clerici officiis suis suspenduntur, qui pro concessione spiritualium quippiam pecuniæ exegerint. Laici quoque jubentur hoc statutum observare.

SIcut est in generali statutum concilio, præcipimus, ne pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, vel eorum installationibus, sive pro ordinationibus clericorum quisquam quocumque prætextu, sive scripturæ, sive rei alterius aliquid exigere, vel extorquere præsumat. Clerici quoque pro exequiis triennalibus *, vel annualibus mortuorum, benedictionibus nubentium, & similibus pecuniam non exigant, vel extorqueant: nec dilationes, aut impedimenta fraudulenter opponant; sed, sicut statutum est in concilio, libere conferant ecclesiastica sacramenta: alioquin ab officio suspendantur. Laici quoque per Episcopum loci compellantur obtentam in talibus piam, & laudabilem consuetudinem observare.

* tricennalibus

TITULUS III.

NE PRÆLATI VICES SUAS SUB ANNUO CENSU CONCEDANT.

CAPUT I.

Petrus secundus Archiepiscopus in concilio tertio Tarracone celebrato.

Emolumenta sigilli Prælatorum non posse vendi, aut arrendari.

QUia secundum Apostolum non solum a malo, sed ab omni specie mali est abstinendum, & non solum * fraudes sunt vitandæ, sed etiam via eisdem est pro posse præcludenda ordinamus, & statuimus eodem approbante concilio, quod emolumenta proprii sigilli Episcoporum, seu Prælatorum intra provinciam consistentium non possint per quocumque * specialiter vendi, seu etiam arrendari. Et, si contra-

* modum
* quemcumque modum

trarium factum fuerit, arrendatio, seu venditio ipso facto nulla existat: & arrendatores, seu emptores excommunicationis sententiam incurrant.

TITULUS IV.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Episcopis verbum vitæ in suis diœcesibus prædicandum, aut ab his idoneos viros destinari debere, qui id annuntient, quique onus Episcopale sublevent prædicando, confessiones audiendo, aliaque obeundo, quæ ad salutem animarum pertinent. In ecclesia cathedrali, ac etiam conventuali, ubi tales non fuerint, duos debere assumi, quos si ad id muneris Capitula, ex quorum consensu canoniæ conferuntur, vocare noluerint, id facere diœcesano licere decernitur: a Prælato autem, ubi fuerint Canonici regulares, de conventu duos eligi debere, qui Theologiæ dent operam.

QUam salubre sit, quam utile prædicatores per singulas diœceses ordinari, apparet ex dispendio, quod sequitur (ex) prædicationis defectu. Quare * Prælatis omnibus sub animadversione divinæ ultionis districte præcipimus, quod per se, vel per alios viros ad prædicationis officium idoneos per suas diœceses prædicent verbum salutis æternæ. Et quia provide statutum est in concilio generali; ut tam in cathedralibus, quam in aliis conventualibus ecclesiis viri * assumantur idonei, quos Episcoepi possint habere coadjutores, & cooperatores in faciendis prædicationibus, & [in] confessionibus audiendis, & in aliis, quæ ad salutem pertinent animarum, ut jam sacra constitutio debitum sortiatur * effectum, præcipimus, ut * in quacumque ecclesia cathedrali, ubi tales duo * non fuerint, assumantur de novo, & in aliis conventualibus ecclesiis tales assumantur *. In aliis autem ecclesiis, in quibus de Capituli consensu canoniæ conferuntur *, si Capitulum, vel aliquis de Capitulo talium vocationi noluerit * consentire; diœcesanus nihilominus hoc faciat præsentis auctoritate concilii: ne per talem contradictionem communis impediatur utilitas, & sacræ constitutionis providentia eludatur. In illis vero cathedralibus ecclesiis, in quibus sunt Canonici regulares, a diœcesano Priore, & majore Archidiacono successive duo eligantur de conventu, qui magis sint docibiles *; ut in Theologia studeant, & præbendas suas integre in scholis habeant. Et quia student, ut Episcopo deserviant, usque ad mediocres expensas, si necesse fuerit, Episcopus superaddat.

* Ideoque
* duo
* consequatur
* quod si
* viri
* unus talis assumatur
* canonicæ conferantur
* noluit
* dociles

CAPUT II.

Idem in eodem.

Præcipitur scholas grammatices, ac magistros in singulis archidiaconatibus statui debere: magistris autem necessaria suppeditari non solum ab ea ecclesia, in qua docebunt, sed etiam a vicinis, idque pro cujusque facultatibus.

CUM in generali concilio pia fuerit constitutione provisum (ut) non solum in cathedralibus ecclesiis, sed etiam in aliis, in quibus suppetunt * facultates, magistris, qui ibidem laborant * in doctrina, provideatur * in beneficio competenti: nos attendentes, quod in partibus Hispaniæ ex defectu studiorum, & litteraturæ multa (&) intolerabilia detrimenta animarum proveniunt; non * solum in locis statutis prædictam constitutionem præcipimus observari, verum etiam ad multiplicem ignorantiam extirpandam eatenus * scholas multiplicari statuimus; ut per singulas diœceses in quolibet archidiaconatu (in) certis locis, si ad hæc * loca idonea inventa fuerint, per provisionem Episcopi scholæ de grammatica statuantur, & magistri collocentur. Quibus de ipsius Episcopi provisione, vel ordinatione, si ipsius loci, in quo scholæ fuerint, non sufficiat ecclesia, de aliis ecclesiis circa * positis secundum singularum facultates competenter præcipimus provideri: ne ex defectu magistrorum illiterati suam possint ignorantiam excusare.

* suppeterent
* laboraverint
* provideretur, vel provideatur
* nec
* quatenus
* hoc
* circum

CAPUT III.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, administrator ecclesiæ Tarraconensis, in concilio Tarracone celebrato.

Statuitur, duos de quoque Capitulo ad theologiæ, & juris canonici studia mitti ab Episcopo, & Capitulo debere: eis autem revocatis, infra sex menses alios duos. In quo si negligentes Episcopi fuerint, & Capitula, jus mittendi ad Archiepiscopum devolvi. Eos vero, qui missi fuerint, exceptis quotidianis distributionibus, cetera integre debere percipere, ac si in ecclesiis residerent.

QUia viris literatis Ecclesia in suis actibus noscitur indigere, prædecessorum nostrorum sequentes vestigia provide duximus statuendum; quod de qualibet ecclesia cathedrali per Episcopum, & Capitulum duæ personæ docibiles ad theologiæ, vel juris canonici studium transmittantur. Et cum per tempus sufficiens ad mittentium arbitrium studuerint in altera de dictis scientiis, ad ecclesiam propriam revocentur: & duæ aliæ ad dictum studium destinentur, non obstante contraria consuetudine, vel statuto. Qui si mittere personas prædictas cessaverint per sex menses, ex tunc ea vice potestas eligendi, & mittendi easdem ad nos, & successores nostros Tarraconenses Archiepiscopos

pos devolvatur. Et idem in aliis conventualibus ecclesiis nostræ provinciæ, ubi ad minus sint decem personæ tamquam collegium, & habeant Prælatum, præcipimus observari: salvis constitutionibus, seu consuetudinibus ecclesiarum, in quibus hæc missio ad Episcopum tantum dignoscitur pertinere. Ita tamen, quod si (dictus) Episcopus infra dictum tempus negligens fuerit, ad nos missio hujusmodi, ut prædicitur, devolvatur: personæ vero prædictæ in dicto studio existentes, omnia ea, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiant, quæ perciperent, si in eisdem ecclesiis personaliter residerent.

TITULUS V.

DE JUDÆIS, SARRACENIS, ET EORUM SERVIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Judæis capis clausis indui non licere.

CUM Judæi signo notabili a Christianis discerni debeant; absurdum est nimis, quod personis ecclesiasticis in habitu clausas capas deferendo se conformari præsumant *. Quocirca districte præcipimus ipsos a tali præsumptione per districtionem ecclesiasticam coerceri.

* *conformare præsumant*

CAPUT II.

IDEM in eodem.

Excommunicantur, qui commercium cum Mauris habuerint. Qui autem ad Mauros defecerint, ut in Christianos bellum gerant, excommunicatos nuntiari debere, nec eos nisi a sede Apostolica absolvi posse.

COnstitutionem domini Alexandri (& Innocentii tertii) ad memoriam reducentes & causam necessariam habentes, eidem constitutioni adiiciendo * præcipimus; ut singulis diebus dominicis sacerdotes excommunicatos denuntient omnes illos, qui mittunt, deferunt, aut deducunt, aut vendunt * per se, vel per alios Mauris, vel aliis ex parte Maurorum arma, ferrum, lignamina, navium instrumenta, panem (vinum) equos, bestias, vel animalia ad comedendum, vel ad terras colendum, vel [ad] equitandum. Et hanc sententiam sacerdotes districtius observent usque ad satisfactionem condignam. Omnes quoque Christiani tam milites, quam alii, qui se ad Mauros transtulerint ad faciendum guerram Christianis, excommunicati denuntientur, nec sine auctoritate sedis Apostolicæ [aliquatenus] absolvantur.

* *adiicere constitutio*

* *mittent, aut deferent, deducent, aut vendent*

CAPUT III.

IDEM in eodem.

Qui Sarracenis Christianum vendiderit, excommunicatus est: nec nisi a sede Apostolica absolvi potest.

STatuimus de cetero, ut quicumque Christianum, vel Christianam vendiderit Sarracenis, ipso facto sit excommunicatus: nec possit absolutionis beneficium obtinere, sine auctoritate sedis Apostolicæ.

CAPUT IV.

INNOCENTIUS PAPA IV.

Confirmatur approbatione Apostolica edictum regium, quo Judæis ad fidem conversis bona, quæ ante possederunt, integra relinquuntur.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ea, quæ ad Regis æterni gloriam, & Christianæ religionis augmentum terreni Reges, seu principes ordinant, statuunt, vel disponunt; tanto ferventius, & libentius a quibuslibet sunt fidelibus cujuscumque dignitatis, condicionis, vel ordinis irrefragabiliter observanda, quanto potius divinæ creduntur placita majestati, & ex eis * Christum collaudantium agmina potiora noscuntur suscipere incrementa. Tua sane jucunda nobis ferens petitio continebat, quod carissimus in Christo filius noster illustris Rex Aragonum a Domino benedictus, toto mentis affectu illi placere desiderans, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura regnorum, & ab illo dignitatem regiam recognoscens; illique totum, quod est, attribuens, & quod habet; qui fecit omnia solo verbo, illiusque menti suæ timorem pariter, & amorem a pueritiæ suæ flore vehementer infigens ad augmentandum Domino populum, per quem peramplius, & perfectius nomen glorificari valeat Crucifixi; deliberatione sancta duxit, & provida statuendum, ut in omni terra suæ a Domino jurisdictioni subjecta, Sarracenus quilibet, & Judæus de ignorantiæ tenebris ad viam veritatis, quæ Christus est, per sanctæ regenerationis lavacrum se convertens, omnia bona sua mobilia, & immobilia, quæ ante suam ad Christum conversionem habebat, integre, ac libere, sine impedimento, & contradictione cujusquam retinere possit auctoritate regia, & perpetuo possidere, statuto, prohibitione, vel pacto prædecessorum Regis ejusdem, seu cujuslibet alterius, aut obtenta super hoc consuetudine non obstante: prout in ejusdem Regis litteris confectis exinde perspeximus * plenius contineri. Nos * igitur statutum hujusmodi tam sanctum, atque laudabile, ratum, & gratum * habentes, illud auctoritate Apostolica confirmamus *, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum fecimus præsentibus inseri; qui talis est:

* *his*

* *prospeximus*
* *Cum*
* *firmum*
* *ducimus confirmandum*

Noverint universi, quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ Comes Barcinonis, & Urgelli, & dominus Montis pessulani, per nos, & omnes successores nostros, tam in Aragonia, & Cathalonia, Majoricis (Minoricis) Monte pessulano, quam in regno Valentiæ, ac universo dominio, ac jurisdictione nostra, quam alicubi

*nunc habemus, vel in posterum nos, & successores nostri auxiliante Domino habituri sumus; pro amore Domini nostri Jesu Christi, & gloriosæ Virginis matris suæ, & remedio animæ nostræ in perpetuum statuimus; quod quicumque Judæus, vel Sarracenus Spiritus sancti gratia fidem voluerit orthodoxam recipere, ac baptismi lavacrum salutaris; libere & absque contradictione ullius possit hoc facere, non obstante prædecessorum nostrorum, vel alicuius statuto, prohibitione, vel pacto, vel etiam super hoc obtenta consuetudine: ita quod propter hoc nihil de bonis suis mobilibus, & immobilibus, ac se moventibus, quæ prius habebat, amittat: immo universa secure, ac libere habeat, teneat, & possideat auctoritate nostra, salva legitima filiorum, & jure proximorum conversi: ita videlicet quod de bonis conversi dicti filii, seu proximi nihil ipso vivente, sed post mortem eius illud solum, & nihil amplius petere valeant [quam] quod, si decessisset in judaismo, vel paganismo, petere rationabiliter potuissent. Ut, sicut tales divinam eo hoc gratiam promerentur; sic & nostram, qui Dei voluntatem, & beneplacitum imitari debemus, obtinere noscantur. Statuimus insuper in perpetuum, & firmiter sub pœna pecuniaria arbitrio judicis infligenda prohibemus; ne alicui de judaismo, vel paganismo ad fidem nostram catholicam converso præsumat aliquis cuiuscumque condicionis improperare condicionem suam dicendo, vel vocando eum Renegat, vel Tornadiz, vel consimile verbum. Volumus etiam, & statuimus, quod quandocumque Archiepiscopus, Episcopi, vel fratres Prædicatores, aut Minores accesserint ad villas, vel loca, ubi Sarraceni, vel Judæi moram fecerint, & verbum Dei dictis Judæis vel Sarracenis proponere voluerint; ipsi ad vocationem ipsorum conveniant, & patienter audiant prædicationem eorum: & Officiales nostri, si gratis venire noluerint, eos ad hoc omni excusatione postposita compellant. Mandamus itaque Vicariis, Bajulis, Curiis, & nostris subditis, & Officialibus universis præsentibus, & futuris, quatenus omnia supradicta * ubique teneri, & observari inviolabiliter faciant: si de nostri confidunt gratia & amore. Datum Ilerdæ anno a nativitate * Domini, MCCXLII. quarto Idus Martii.*

* prædicta omnia suprascripta

* nativitatis

*Signum Jacobi Dei gratia Regis Aragonum Majoricarum, & Valentiæ, Comitis Barcinonis, & Urgelli, & domini Montispessulani. Testes sunt G. de Monte catheno, R. de Lizana, P. Comes Urgelli, P. de Monte catheno, Assalitus de Gudal. Signum Guillelmi * scribæ, qui de mandato domini Regis hoc scribi fecit, loco, die, & anno præfixis. Signum R. Ilerdensis Episcopi: qui hoc translatum sumptum de originali cum sigillo majori domini Regis nobis legimus de verbo ad verbum & sigillo nostro corroboravimus.*

* Guillelmonis

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverint incursurum. Datum Lugduni XIII. Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

CAPUT V.

Bernardus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Mulieres prohibentur Judæis cohabitare, & eorum filios alere. Si fecerint, excommunicantur: jubenturque publice excommunicatæ nuntiari, & vitari. Ac ne facile eo ignoratione excommunicationis illaqueentur, præcipitur, ut hæc constitutio quotannis publicetur, præsertim ubi Judæi morabuntur.

STatuimus etiam sacro approbante concilio, quod nulla mulier [Christiana] alicujus loci provinciæ Tarraconensis audeat habitare cum Judæis, aut filias, vel filios eorum nutrire, seu lactare: & quæcumque contra hujusmodi inhibitionem nostram, postquam monita fuerit super hoc, præsumpserit facere supradicta; decernimus eam, vel eas ex tunc excommunicationis sententiæ subjacere: ita videlicet quod cum illud Diœcesano, aut Rectori illius loci, ubi mulieres culpabiles super hoc repertæ * fuerint, extiterit nuntiatum, per jam dictum Diœcesanum, aut Rectorem ipsæ mulieres excommunicatæ nuntientur, & tamquam excommunicatas faciant ab omnibus evitari. Et, ne ipsæ mulieres de facili in excommunicationis laqueum incidere valeant ipso facto; volumus, & mandamus, quod præsens constitutio per Diœcesanos, aut Rectores locorum, in quibus Judæi morantur, semel annis singulis publicetur.

* inventæ

CAPUT VI.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, administrator Ecclesiæ Tarraconensis, in primo concilio Tarracone celebrato.

Dominis temporalibus injungitur, ut in locis ditionis suæ prohibeant a Sarracenis Machometi nomen publice invocari. Quod nisi fecerint, excommunicantur; & loca, ubi ejusmodi facta fuerit invocatio, subjacere interdicto statuitur. Moneatur insuper domini temporales, ne Judæos, aut Sarracenos publice obire servilia opera permittant, quando Christiani festum aliquem diem celebrabunt.

QUamvis circa multa invigilare habeat, & debeat * solicitudo officii pastoralis, ferventiori tamen zelo ipsam ad ea convenit propensius excitari, quæ in divini nominis opprobrium vergere dignoscuntur. Hinc est, quod cum in Viennensi generali concilio provide fuerit ordinatum, & principibus Christianis sub obtestatione divini judicii injunctum, ut a terris

* vigilare debeat

ris

ris ſuis abominabilem auferrent abuſum, quo Sarraceni eiſdem ſubjecti alta voce invocabant perfidi nomen Machometi: cui ſanctæ conſtitutioni licet dominus Rex paruerit, ſicut * princeps catholicus, & fidelis: tamen quidam in noſtra provincia Tarraconenſi, quæ ſua ſunt quærentes, non quæ Jeſu Chriſti, prædictam prohibitionem minime ſervaverunt: (quin) immo adhuc in eorum locis audita ſuit * ſacrilega invocatio, ſicut prius, in divinæ majeſtatis offenſam, & animarum ſuarum grave periculum, & jacturam. Quapropter non valentes * tantam Dei offenſam, & Eccleſiæ tolerare, cum juxta canonicas ſanctiones peccatum paganitatis incurrat, qui ſe Chriſtianum aſſerens ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit, ſacro approbante concilio, prædictos omnes dominos temporales Sarracenorum dominium obtinentes cujuſcumque ſtatus, vel condicionis exiſtant, monemus, & eiſdem injungimus; ut infra duos menſes a publicatione præſentis conſtitutionis continue numerandos prohibeant, & prohibere faciant, ne talis nefanda profeſſio, & proclamatio in locis eorum fiat; alioquin, quia facientis culpam habent, * qui, dum poſſunt, manifeſto * facinori deſinunt * obviare, excommunicationis ſententiæ ſe noverint * ſubjacere; & eorum terram, ſeu loca, quæ in illa habent diœceſi, in qua fit proclamatio *, ſuppoſita (ſint) eccleſiaſtico interdicto: a qua ſententia nequaquam abſolvantur, nec interdictum relaxetur; donec prædicta fieri prohibuerint cum effectu. Monemus inſuper, & hortamur in Domino præfatum dominum Regem, & quoſcumque alios dominos temporales noſtræ provinciæ; ut ob divinam reverentiam, & ut ex hoc æternæ beatitudinis præmia conſequantur, prohibeant Judæis, & Sarracenis ſub eorum dominio ſimul cum Chriſtianis degentibus, ne diebus dominicis, & feſtivis, quibus a ſervilibus operibus abſtinent Chriſtiani, in plateis, vicis, aut aliis locis publicis ſervilia, ſeu mechanica opera coram Chriſtianis publice operentur.

** fit*
** jam dicta fit*
** volentes*
** habet*
** poſſit manifeſtare*
** deſinit, vel reſiſtere deſinit*
** noverit*
** fiet proclamatio ſupradicta*

CAPUT VII.

IDEM in eodem.

Prohibentur Chriſtiani nuptiis infidelium, circumciſionibus, ſepulturis, & conviviis eorum intereſſe, & compatres fieri. Si fecerint, excommunicationi ſubjacere.

ABuſus quidam abominabilis nomini Chriſtiano in locis aliquibus Tarraconenſis provinciæ inolevit; quod Chriſtiani aliqui Judæorum, & Sarracenorum nuptiis, circumciſionibus, & ſepulturis intereſſe præſumunt cauſa honorandi eoſdem, & in ipſorum, ex cauſis præmiſſis, cæremoniis * cum eiſdem * comedere non verentur, ac in dictis circumciſionibus compaternitatis vinculum, quod nefas eſt dicere, contrahere cum eiſdem. Nos igitur volentes abuſum hujuſmodi de noſtra provincia extirpare, prædicta, & quælibet * prædictorum fieri de cætero prohibemus. Si quis vero contra hanc inhibitionem * fecerit, excommunicationis ſententiæ ſe noverit ſubjacere.

** conviviis*
** eis*
** quodlibet*
** prohibitionem*

CAPUT VIII.

PETRUS de Luna Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in concilio Gerundæ celebrato.

Chriſtiani jubentur domicilia ſeparata a Judæis, & Sarracenis habere: his autem præſcribi limites, intra quos ſeparatim a Chriſtianis habitent; tametſi permittitur, ut officinas, ac tabernas habeant in plateis, ac locis ad id idoneis conſtitutas.

ETſi Chriſtiana religio Judæos, & Sarracenos ex eo non debeat abiicere, quia noſtri conditoris imaginem conſtat eos habere; quia tamen ex eorum frequenti communione, experientia docente, noverimus * damna corporibus, & animabus fidelium pericula, & ſcandala plurima proveniſſe; deliberatione provida ſtatuimus, ut Judæi, & Sarraceni inter Chriſtianos, vel Chriſtiani inter Judæos & Sarracenos domos, hoſpitia, ſeu alia receptacula, in quibus habitent, nullatenus permittantur habere: ſed in civitatibus, & locis, ubi certæ limitationes ſunt eiſdem Judæis, & Sarracenis deputatæ, reducantur ad eas, & infra ipſas conſtituant habitationes ſuas. Ubi vero Judæi, & Sarraceni prædicti ad habitandum non habuerint hujuſmodi habitationes, ſeu limitationes, vel terminos * deputatos, limitentur, & aſſignentur eiſdem partes aliquæ in civitatibus, & locis prædictis a Chriſtianorum habitationibus ſeparatæ: infra quas ſe reducant, nec extra dictam limitationem permittantur quomodolibet commorari: niſi forte ſint aliqui Judæi, & Sarraceni mercatores, vel alia * quæcumque officia, aut opera mechanica exercentes, ſeu merces vendentes, quos pro hujuſmodi operibus exercendis, & mercibus vendendis in plateis, vel aliis locis publicis civitatum, & locorum ubi exiſtunt, permittimus habere operatoria, tentoria, tabulas *, ſeu boticas: dum tamen intra loca eis deputata, vel in poſterum [eis] deputanda domos, ſeu habitationes principales cum filiis, & uxoribus teneant, ad quas ſe de nocte reducant. Chriſtiani autem, qui intra limitationem Judæis, vel Sarracenis aſſignatam, vel aſſignandam habitare præſumpſerint, & * infra duos menſes a die publicationis præſentium factæ in eccleſia cathedrali civitatis, vel diœceſis, ubi moram trahunt, ſe ad commorandum inter Chriſtianos reducere non curaverint, ad id per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Judæis vero, & Sarracenis, ſi infra dictum terminum duorum menſium, ubi limitatio eſt facta, vel poſtquam dictæ limitationes de ordinatione, & voluntate Regis, vel cujuſcumque alterius domini eccleſiaſtici, vel temporalis civitatis, vel loci factæ fuerint, ſe ad eaſdem reducere noluerint, vel neglexerint; Chriſtianorum communio ſubtrahatur.

** novimus*
** limitationes, ſeu terminos*
** alii*
** tabularia*
** ſi*

CA-

CAPUT IX.

IDEM io eodem.

Infideles prohibentur diebus, qui festi a Christianis, & habentur, & coluntur, aut merces vendere, aut opera servilia exercere: idque ne faciant, privatione communicationis Christianorum coercendi.

CEdit in opprobrium religionis Christianæ, quod Judæi, & Sarraceni inter Christicolas babitantes, diebus dominicis, & festivis mercimonia vendere, & artificia, ac mechanica opera exercere publice non verentur. Cum autem hoc * in divinæ majestatis offensam nou sit * a Christi fidelibus aliquatenus tolerandum *, ipsis Judæis, & Sarracenis, ne mercimonia vendere, aut qualiacumque artificia, seu opera mechanica publice exercere præsumant diebus dominicis, & festivis, qui per Christianos coluntur, districtius iohibemus: & ad id compelli per locorum Ordinarios, aut * judices sæculares, sub quorum jurisdictione Judæi, & Sarraceni vivere dignoscuntur, per subtractionem communionis fidelium, & alias pœnas temporales auctoritate nostra, qua fungimur, præcipimus, & mandamus. Quod si sæculares judices negligentes fuerint in præmissis, ad hoc per censuram ecclesiasticam compellantur.

* hac * sint * toleranda * ac

CAPUT X.

PETRUS de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

Monentur domini temporales dare operam, ut Clementina de Judæis, & Sarracenis observetur.

ZElus divini honoris nos commovet, ut quod tam patenter in offensam divini nominis cedit, & quod est opprobrium fidei Christianæ, disperdere, & evellere pro viribus enitamur. Zelatorem igitur principem veræ fidei, vigilemque cultorem dominum Aragonum Regem, omnesque ipsius ditionis Prælatos, Barones, nobiles, & milites, ac universitates monemus, & per viscera divinæ misericordiæ obsecramus; quatenus ad observantiam Clementinæ de Judæis, & Sarracenis sic, & prout ad unumquemque pertinet, opem, & operam adhibeant efficacem: eisdem nihilominus iojungentes, quod sacrorum * canonum, conciliorum provincialium, & synodalium statuta ad Dei honorem, & exaltationem fidei Christianæ contra Judæos, & Sarracenos, & in opprobrium ipsorum edita, inviolabiliter observentur, & ab eorum subditis tenaciter faciant observari: ut plenariæ observationis executione clarescant, & pro tanto servitutis obsequio divinæ propitiationis munere potiantur: si divinam, & sedis Apostolicæ effugere voluerint ultionem.

* sanctorum

TITULUS VI.

DE HÆRETICIS.

CAPUT I.

RODERICUS Archiepiscopus io primo concilio Tarracone celebrato.

Qui consulto negarit esse resurrectionem mortuorum, aut vitam æternam, capi jubetur: & si perstiterit, tamquam hæreticus damnari. Qui per jocum, puniri pro gravitate culpæ, & personæ condicione. Pœna etiam detractoribus fidei irrogari præcipitur. Inquisitores hæreticæ pravitatis a Rectoribus benigne recipi.

NOonulli a via veritatis aversi euntes per devia falsitatis, linguis suis latrare non verentur, ut dicere audeant, quod non sit resurrectio mortuorum, nec vita sit alia futura. Quod quidem est hæresis, immo plurimum hæresis fundamentum. Statuimus, quod quicumque scienter talia dixerit ex proposito, capiatur: & si perstiterit in eisdem, tamquam hæreticus condemnetur. Quod si jocose dixerit, vel quacumque animi levitate, nihilominus secundum qualitatem culpæ, & personæ condicionem, pœnis legitimis puniatur per Episcopum, & inquisitores hæreticorum a sede Apostolica deputatos. Omnes insuper catholicæ fidei detractores pœnam subeant, quam merentur: ut sciant loqui de fide catholica cum reverentia & timore. Volumus etiam, & mandamus, quod clerici, fratres prædicatores, inquisitores hæreticorum a sede Apostolica deputati, qui laborant ad extirpandam hæreticam pravitatem, a Rectoribus ecclesiarum, vel eorum Vicariis benigne recipiantur: & in casu necessario, & coram Deo accepto fidei negotio juventur efficaciter per eosdem.

CAPUT II.

IDEM in eodem.

Qui falso apostolatum profitentur, capiendi, & de provincia expellendi.

CUm quidam, qui se dicunt Apostolos, & religiosos se fingunt, sint suis exigentibus meritis per sedem Apostolicam excommunicationis vinculo innodati, & postmodum per orbem vagabundi in multis malis fuerint deprehensi, sintque periculosi homines circa fidem; volumus, & etiam ordinamus, ut ubicumque inventi fuerint, capiantur, & de tota provincia expellantur.

TITULUS VII.

DE ADULTERIIS.

CAPUT I.

PETRUS de Luna Cardinalis, sedis Apostolicæ Legatus in concilio Gerundæ celebrato.

Si conjugati, viri quidem cum concubinis, fe-

fœminæ autem cum adulteris commercium habuerint, aut etiam soluti, si cum infideli, excommunicantur: & ecclesiastica sepultura priventur, si nondum elapsi fuerint duo menses obitus tempore, ex quo a concubina discesserint: quantumvis absolutionem consecuti fuerint.

IN paradiso voluptatis, ubi primos parentes plasmaverat creator omnium gloriosus, matrimonium hac lege instituit, ut sic vir per consensum legitimum fœminæ jungeretur; quod duobus existentibus in carne una, aliam personam, quæ unitatem divideret, superaddere non liceret. Hanc unitatem nonnulli conjugati Dei timore postposito deturpantes, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, concubinis se commiscere in suarum animarum damnationem publice non verentur. Contra quos prælatus Joannes Episcopus Sabinensis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis statuit, & ordinavit, ut quicumque conjugatus, qui concubinam tenere publice præsumpserit *, & insuper non conjugatus, qui concubinam infidelem præsumeret detinere; tam ipsi, quam ipsæ eo ipso excommunicationis sententiam incurrerent. Nos vero dictam constitutionem innovantes, tam prædictos, quam conjugatas, quæ cum adulteris publice commiscentur, & ipsos adulteros prædictos excommunicationis sententiæ decernimus subjacere: volentes insuper quod nisi adulteri, & alii præfati supradictas * concubinas, vel conjugatæ dictos adulteros per duos menses ante eorum, vel earum obitum dimiserint, & se ab eisdem sine fraude separaverint, etiamsi tempore obitus sui, vel ante fuerint a dicta excommunicationis sententia absoluti, nihilominus tam ipsi, quam ipsæ careant ecclesiastica sepultura. Datum Gerundæ nono Cal. Novembris. Pontificatus Domini nostri Clementis Papæ septimi, anno XII.

* *concubinam publice vel timere præsumeret*

* *supradictis præfatas*

TITULUS VIII.

DE RAPTORIBUS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBUS ECCLESIARUM.

CAPUT I.

Petrus Archiepiscopus in primo concilio.

Incendiarii, & raptores publici vitandi tamquam excommunicati, & nisi satisfecerint, sepultura privandi.

ITem statuimus, quod incendiarii, & raptores publici tamquam excommunicati vitentur, & ecclesiastica sepultura careant: nisi per se, vel heredes satisfactionem fecerint *, vel emendam.

* *vel per heredes ad satisfactionem venerint*

CAPUT II.

Ferdinandus in concilio Barcinonensi.

LIcet variæ pœnæ tam per alias constitutiones provinciales Tarracon. prætertim autem per constitutionem bonæ memoriæ Petri de Cardona Archiepiscopi prædecessoris nostri in concilio per eum Barcinone celebrato anno Domini 1517. quæ incipit, *Quamvis a prædecessoribus nostris*, quam per constitutiones regias in curiis generalibus hujus principatus editas, novissime autem per capitulum curiæ quartum in curiis generalibus per invictissimum, & catholicum Regem nostrum Philippum in eadem civitate ultimo celebratis editum contra capientes manu armata possessionem parochialium ecclesiarum, & aliorum beneficiorum, & hujusmodi possessionem ita occupatam tenentes, vel consilium, auxilium, vel favorem scienter dantes impositæ fuerint, atque etiam jure communi per constitutionem fel. re. Bonifacii papæ octavi, quæ incipit, *Eum, qui*, dispositum sit, ut violenti, qui auctoritate, vel verius temeritate propria occupare dignitates, personatus, aut alia quæcumque beneficia ecclesiastica non verentur; eo ipso jus, si quod in dignitatibus, personatibus, & beneficiis taliter occupatis, vel ad ea ipsis forsan competebat, amittant, & per sacrosanctam synodum Tridentinam in sessione XXII. in decreto de reformatione cap. XI. incip. *Si quem clericorum*, decernatur anathemati subjacere omnes occupantes alicujus ecclesiæ seu sæcularis, vel regularis beneficii bona, fructus, & emolumenta, reservata absolutione Rom. Pontifici. Verum, ut magis, etsi non virtutis amore, pœnæ saltim formidine omnes dicto capitulo curiæ per præfatam regiam majestatem approbantibus, & laudantibus ecclesiastico, & aliis brachiis præsentis principatus edito refrenentur; omnesque prædictas constitutiones, & capitula curiæ, & omnia, & singula in eis contenta recipientes, laudantes, approbantes, & innovantes statuimus, ordinamus, & declaramus ultra pœnas ibidem inflictas, quas hic pro expressis, & de novo inflictis habere volumus, omnes, & singulos ibidem expressos in pœnas constitutionum, sacrorum conciliorum de invasoribus loquentium eo ipso in eisdem, & incidisse, & incidere, & contra eos tamquam contra invasores, servata procedendi forma in dictis constitutionibus super notorio tradita procedi posse; nullamque aliam solemnitatem, vel formam observari debere, cum satis notorium censeatur, si quis capit, vel alias occupatam tenet manu armata possessionem parochialis ecclesiæ, vel alterius cujusvis beneficii, mandantes omnibus, & singulis Ordinariis, ut in eorum synodis diœcesanis, ac etiam in quatuor anni solemnitatibus per constitutionem bonæ memoriæ Sanctii Archiepiscopi in tertio concilio per eum celebrato positam in tit. de decimis, quæ incipit, *Cum ad præstationem decimarum*, pro similium constitutionum publicatione deputatis dictum capitulum curiæ, & hanc nostram constitutionem verbis vulgaribus interpretatam in singulis cathedralibus, collegiatis, & parochialibus ecclesiis publicari mandent, & faciant inviolabiliter observari.

CA-

TITULUS IX.
DE FURTIS.
CAPUT I.

Rodericus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Qui inſtrumenta Tarraconenſis eccleſiæ malitioſe ſuppreſſerint, ac non infra quindecim dies poſtquam ſciverint ad Tarraconenſem eccleſiam pertinere, reddiderint, excommunicantur: a qua excommunicatione abſolvi nequeant, niſi ſatisfecerint.

QUoniam pontificalem decet ſollertiam rerum eccleſiarum ita curam gerere, & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut eccleſiaſtica libertas incorrupta perſiſtat, ac ſingulorum ſtatus jugiter ſervetur illæſus; idcirco nos Rodericus miſeratione divina ſanctæ Tarraconenſis eccleſiæ Archiepiſcopus in præſata eccleſia ſacrum concilium provinciale celebrantes, (&) callidis quorumdam machinationibus obviantes, qui privilegia, inſtrumenta, & alia eccleſiaſtica munimenta ad nos, & noſtram eccleſiam Tarraconenſem pertinentia reddere, & reſtituere contradicunt; ſacri approbatione concilii ſtatuimus, quod quæcumque perſona religioſa, vel ſæcularis cujuſcumque gradus, vel condicionis exiſtat, de cetero fraudulenter cælare, vel ſupprimere præſumpſerit hujuſmodi privilegia, (vel) inſtrumenta, vel alia * eccleſiaſtica munimenta; & infra ſpatium quindecim dierum, poſtquam ſciverit ea ad nos, & noſtram Tarraconenſem eccleſiam pertinere, ea nobis reddere, ſeu reſtituere malitioſe contempſerit; excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto: a qua abſolvi non poſſit, niſi prius ſatisfecerit de præmiſſis.

* aliqua

TITULUS X.
DE USURIS.
CAPUT I.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis in ſecundo concilio.

Injungitur Epiſcopis, ut eos officiales excommunicatos denuntient, qui vel uſuras ſolvi, vel non reſtitui debere pronuntiarint.

PRo animarum ſalute proviſum exritit in concilio generali, reprobando uſurariam pravitatem; quod Officiales quicumque, ſeu Judices, qui ut ſolverentur uſuræ, vel ut ſolutæ, cum repeterentur, non reſtituerentur, plene ac libere ſcienter præſumpſerint * judicare, excommunicationis ſententiam incurrerent ipſo facto. Cum autem aliqui ex eiſdem dictam excommunicationis ſententiam minime metuentes, immo prædicta in ipſo ſtatuta concilio contemnentes, in ſuarum grave periculum animarum contra ea facere non formident, & licet ob hoc contra tales ad denuntiandum eoſdem eſſet per Ordinarios procedendum; tamen plures ex eis circa hoc ſe exhibent negligentes, idcirco nos hujuſmodi ſubmovere negligentiam cupientes, ſacro approbante concilio omnibus Ordinariis Tarraconenſis provinciæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub divini obteſtatione judicii duximus * injungendum, ut cum eis conſtiterit aliquos Officiales, vel Judices infra eorum juriſdictionem contra prædicta feciſſe, quæ in dicto concilio ſalubriter ſunt ſtatuta; eoſdem ut excommunicatos faciant publicari: ut ſic prædicti & a judicandi officio excludantur, & ad reconciliationis gratiam facilius inducantur.

* præſumerent

* ducimus

TITULUS XI.
DE MALEDICIS.
CAPUT I.

Arnaldus Archiepiſcopus in tertio concilio Tarracone celebrato.

Decretalis contra blaſphemos jubetur obſervari, ac publicari per Rectores populo diebus ſolemnibus. Monentur inſuper, & per Rectores moneri jubentur Domini temporales, ut memoratam decretalem curent obſervari, ac extirpari blaſphemandi, & jurandi conſuetudinem e ſuis ditionibus, pœnis citra ſanguinem a jure conſtitutis. Præcipue tamen clericos his pœnis plectendos ſtatuitur.

AD deteſtandum deteſtabile * blaſphemiæ vitium contra Deum, & ſanctos ejus, decretalem ſuper hoc editam, quæ incipit, *Statuimus*, extra de maledicis, diſtricte præcipimus obſervari. Et ne ad excuſandas excuſationes in peccatis, ignorantiam allegari contingat; mandamus Rectoribus eccleſiarum, & eorum loca tenentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, quod decretalem prædictam * in feſtivitatibus Natalis Domini, Paſchæ Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ, & principalium altarium eccleſiarum ſuarum annuatim populo publicent, & exponant. Hortamur etiam quoſcumque dominos temporales, & per dictos Rectores, & eorum loca tenentes in parochiis ſuis hortari mandamus, quatenus tamquam honores Dei, & Sanctorum ſuorum fervidi zelatores, & ut proinde æternæ beatitudinis præmia conſequantur, eandem decretalem in locis ſuis faciant obſervari. Et inſuper contra blaſphemos hujuſmodi *, necnon jurantes per caput, ventrem, & * alia membra Dei, vel beatæ Virginis [Mariæ] matris ejus, aut aliorum Sanctorum per ſtatuta pœnalia, citra tamen vindictam ſanguinis, ſic ſtudeant providere, quod de locis ſuis dicta vitia extirpentur. Decet namque, ut qui volunt gloriari nomine Chriſtiano, non debeant talia patienter, ſeu ſub diſſimulatione audire: ſed ea ne dicantur, penitus cohibere. Clerici namque, qui culpabiles reperti fuerint in præmiſſis, ſic per ſuos Ordinarios puniantur, quod eorum pœna ſit aliis in exemplum.

* deteſtabilis

* dictam

* hujuſcemodi

* vel

TITULUS XII.

DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM.

CAPUT I.

Arnaldus Archiepiſcopus in primo concilio.

Monentur Epiſcopi animadvertere in clericos delinquentes. Pars c. Fuit.

ITem ſic curent Epiſcopi punire clericos pro eorum exceſſibus, vel delictis; quod nullatenus propter impunitatem criminum allegent privilegium clericale.

CAPUT II.

Idem in ſecundo concilio.

Eccleſiaſtici juriſdictionem temporalem habentes prohibentur malefactores, aut exules in ſua ditione ſuſtinere in caſu in ea expreſſo.

CUm ſummum bonum ſit in terris juſtitiam colere, cujus cultus (ex) ſuſtentatione malefactorum, & bannitorum multipliciter impeditur, & datur multis audacia delinquendi; ſacro approbante concilio ſtatuimus, quod nulla perſona eccleſiaſtica ſuſtineat malefactores, vel bannitos in locis ſuis, in quibus juriſdictionem obtinet temporalem: niſi forſan ille, qui tales ſibi remitti peteret, in locis ſuis malefactores, ſeu bannitos ejuſdem perſonæ eccleſiaſticæ ſuſtineret.

CAPUT III.

Ennecus Archiepiſcopus in ſecundo concilio.

Superioris conſtitutionis violatoribus pœna hac conſtitutione irrogatur.

QUia ex conſtitutione, incipiente *Cum ſummum (bonum)* &c. contra perſonas eccleſiaſticas, quæ juriſdictionem exercent * temporalem in locis ſuis, bannitos per Prælatos, & * alias perſonas eccleſiaſticas ſuſtinentes, fructus, qui ſequi ſperabatur, non fuit ſubſecutus, eo quod * pœna contrarium facienti non eſt impoſita in eadem: idcirco de conſenſu ſacri concilii ſtatuimus, quod nullus Prælatus, ſeu alia perſona eccleſiaſtica in locis ſuis ſuſtineat malefactores Eccleſiæ, ſeu bannitos ſub pœna quinquaginta librarum: in quam incidat ipſo facto, ſi infra triduum, poſtquam fuerit requiſitus, non remiſerit dictos malefactores, ſeu bannitos, vel a ſua juriſdictione expulerit. Cujus pœnæ medietas perſonæ eccleſiaſticæ requirenti, & alia medietas ſuperiori immediate ſuſtinentis dictos bannitos, ſi habuerit in regno, alias cameræ Apoſtolicæ applicetur.

* *obtinent* * *vel* * *quia*

TITULUS XIII.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS PRIVILEGIATORUM.

CAPUT I.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus in concilio Dertuſæ celebrato.

Qui regias litteras falſo impetrant, quibus de Regis familia ſe eſſe teſtantur, cum tamen non ſint, eaſque impunitatis cauſa allegant, ſi beneficiati ſint, beneficiis privati cenſentur: ſi non ſint, inhabiles ad obtinenda beneficia toto triennio redduntur.

QUoniam, ut inquit Gregorius, uniuſcujuſque præſidentis mentem curarum diverſitas vaſtat, cumque animus dividitur ad multa, fit minor (&) ad ſingula; tantoque ei in unaquaibet re ſubripitur, quanto latius in multis occupatur: mirandum non eſt, ſi quandoque contra concedentis intentum quidquam extorquet improbitas importuna. Sane licet jam dudum ſereniſſimus. Aragonum Rex ſuæ juſtificatæ mentis intentum inſinuaverit proviſione regali decernens, quod familiaritatis ſuæ privilegiis ii tantummodo gaudere deberent, qui, omni fictione ceſſante, veri familiares exiſterent *: nonnulli tamen, ut exceſſum ſuorum queant debitam correctionem evadere, familiaritatis regiæ impetrare litteras & ad eluſionem ſuorum ſuperiorum eis uti conantur. Volentes igitur morbo huic eccleſiaſticam diſciplinam enervanti ſalubri providere medela, (ſtatuimus) in omnes, & ſingulos, qui cum non ſint veri familiares, familiaritatis litteras, ut prædicitur, impetrare, ipſiſque uti de cetero attentaverint; beneficiis, quæ obtinent, ſint privati ipſo facto: & non beneficiati per triennium ut ſint inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum; juribus, ac conſtitutionibus provincialibus, & ſynodalibus circa prædicta ſalvis remanentibus, & illæſis.

* *exiſtunt*

TITULUS XIV.

DE INJURIIS, ET DAMNO DATO,

CAPUT I.

Petrus Archiepiſcopus in quinto concilio Tarracone celebrato.

Excommunicationis pœna plectuntur, qui clerum infamant infamatoriis libellis, aut infamari permittunt. Pars cap. Conſpiratorum.

SImili ſententia excommunicationis innodamus omnes illos, qui contra conſtitutos in clero libellos famoſos compoſuerint *, & qui componi fecerint *, & qui compoſitos inventos non ruperint ſine mora.

* *compoſuerunt* * *fecerunt*

TITULUS XV.

DE PURGATIONE CANONICA.

CAPUT I.

Joannes Cardinalis, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Delatis clamoſa inſinuatione indicenda purgatio canonica, ſi in eos inquiri difficile fuerit:

fuerit: nisi se canonice purgarint, puniendi.

CONstitutio de correctione subditorum edita firmius observetur, & circa subditorum correctionem Prælati diligenter vigilent, & intendant, ne sanguis subditorum de ipsorum manibus a Domino requiratur. Et cum ad ipsos clamosa insinuatio pervenerit (si) ad inquisitionem commode descendere non valent *, pro eo quod processus ille [plerumque] plurimum habet laboris, & dispendii, multaque diffugia saltem purgationem indicant canonicam solemniter faciendam: in qua qui defecerit, canonice puniatur.

** valeant*

TITULUS XVI.

DE PŒNIS.

CAPUT I.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Clerici, qui commiserint abominanda facinora hic expressa, sacris ordinibus spoliandi.

NE clerici in opprobrium, & odium Ecclesiæ ea crimina impune committant, pro quibus laici pœnam incurrerent capitalem; præcipimus, ut clericus, qui in furto, vel crimine falsi, rapina, homicidio, raptu mulierum, incendio, falsa moneta *, vel in aliis criminibus, quæ pœnam capitalem merentur, publice fuerit deprehensus, a suis ordinibus (perpetuo) degradetur, si subdiaconus, & infra, ab uno Episcopo; si diaconus, a tribus Episcopis; si sacerdos, in concilio provinciali, vel ante habito numero canonico Episcoporum: quatenus qui ecclesiastica libertate tam flagitiose abutitur, clericali privilegio sit privatus.

** & in cudenda falsam monetam*

CAPUT II.

PETRUS de Luna Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, in concilio Gerundæ celebrato.

Judices ecclesiastici monentur in clericos severe animadvertere, qui facinora capitali punitione digna admiserint. Qui secus fecerint, si beneficiati fuerint, beneficiorum fructibus anni spatio multantur: qui non fuerint, inhabiles ad quævis ecclesiastica beneficia obtinenda per idem tempus redduntur.

IN vinea Domini Sabbaoth cultores immerito * positi, & custodes, sic in culturæ, ac custodiæ nos debemus ministeriis exercere, ut ad eandem alias * in partes sollicitudinis evocatos sedulo studio excitemus. Extirpandis igitur vitiorum spinis, & peccatorum tribulis, quæ superficiem ejus obumbrare * videntur, ac plantandis virtutum germinibus, in quibus Dominus delectatur, totis affectibus intendentes, monemus, & hortamur omnes Archiepiscopos, & Episcopos, & alios quoscumque jurisdictionem ecclesiasticam [habentes, &] exercentes, eorumque Vicarios, Provisores, Officiales & alios ipsorum * loca tenentes, quocumque nomine censeantur; ut circa correctionem clericorum conjugatorum, & non conjugatorum *, in quibuscumque ordinibus constitutorum, cujuscumque dignitatis, gradus, vel condicionis existant, qui crimina, vel maleficia commiserint, diligenter observent canonica statuta *. Et, si crimina commissa fuerint capitalia, vel talia, pro quibus ea perpetrans sit capitaliter puniendus; Officialis, Vicarius, Provisor, aut quivis alius vices gerens Archiepiscopi, Episcopi, vel Prælati, aut [etiam] is, ad quem ratione sui beneficii, vel offici hoc expectet, vel ejus locum tenens, clericum conjugatum, vel non conjugatum ordinis, dignitatis, gradus, vel condicionis cujuscumque talia committentem absque correctione, & castigatione [debita] non relaxent, absolvant, vel abire permittant, aut in castigando, corrigendo, vel puniendo remissi, aut negligentes existant: alioquin malitiose deficientes in præmissis, si beneficiati fuerint, a perceptione fructuum, & redditunm beneficiorum, quæ obtinent, sint suspensi per annum: & per idem tempus efficiantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Si vero beneficiati non fuerint, per idem tempus ad obtinendum [ecclesiasticum] beneficium reddantur inhabiles ipso facto.

** immeriti*

** alios*

** obumbrasse*

** eorum*

** & aliorum*

** instituta*

CAPUT III.

HIERONYMUS Cardinalis Archiepiscopus in concilio Tarracone celebrato.

Vetantur Officiales graves, & enormes noxas pecunia remittere; & cum iis, qui eas admiserint, dispensare: præsertim si non fuerit parti læsæ satisfactum, & spiritualis pœnitentia peracta. Quod si leves noxæ fuerint, aut ejusmodi, ut his a jure non sit pœna constituta, pecuniariæ multæ locus relinquitur: quin etiam ubi ad meliorem frugem redditurum reum probabile est. Sin quæpiam circumstantia peccatum gravius reddent in accusatione præterita fuerit, pecunia reo restituta, jubetur iterum causam dicere. Ubi vero quæpiam causa componere cum eis suaserit, cum iis componere Prælatis non licere, nisi crimen liqueat. Sin inciderit tempus, ut cum reis componendum legitimis de causis videatur, nec tamen elici crimen, nec probari possit, non habendi pro confessis ii, quibuscum fuerit compositum. Multæ pecuniariæ in pios usus erogandæ.

COnsiderantes laudabiliter prohibitum fuisse per bonæ memoriæ Petrum de Luna Officialibus clericos delatos de maleficiis, propter quæ pœna capitalis esser infligenda, relaxare, aut abire permittere; vel in castigando, corrigendo, vel puniendo remissos, & negligentes existere, perniciosam, & mali exempli, & nutri-

tritivam scandali, & rumoris in populis fore in similibus dispensationem: præsertim si pecunia mediante eam fieri intelligatur, & in ceteris delictis non passim, sed in omnibus regulam tenendam; sacro igitur approbante concilio prohibemus, remissiones, & dispensationes pro similibus delictis enormibus præsertim parte non satisfacta, & spirituali pœnitentia non peracta, de pœna infligenda fieri: ne ubi exaggeranda est, ibi fallaci misericordia aboleatur. In levibus vero criminibus & extraordinariis, in quibus pœna judicis arbitrio infligenda est, & in quibus a jure determinata non sit, multæ pecuniariæ locus sit. Si verisimiliter præsumatur de correctione, & emendatione delati, liceat Prælatis cum delatis sponte id supplicantibus semotis dolis, & fraudibus, & aliis incitativis, ad compositionem venire, & dispensare. Verum si facta compositione cum delinquente, ex eo quod qualitas graviot in accusatione, seu inquisitione fuit forsan omissa, propter qualitatem debebat corporaliter puniri, possit iterum contra ipsum delatum inquiri, restituta quantitate percepta. Insuper cum causa moverit ad compositionem deveniri, id attendatur, ut non fiat, ante quam de crimine per testes, vel per confessionem apparuerit: ne forsan ii, qui innocentes fuerint, metu carceris se componere cogantur, ut tunc, qui se composuerint cum Prælatis, pro confessis habeantur. Quando vero delati se composuerint de crimine, super quo plene non constiterit, nec confessi fuerint, sed taliter quod quæstionibus aut purgationi canonicæ locus sit, & causa moverit ad compositionem voluntariam faciendam tam judicem, quam ipsos delatos, sive culpabiles fuerint, sive non: ex tali compositione, & quantitatis solutione pro confessis non habeantur. Idque semper in animo, & opere geratur a Prælatis, ut peccator, de quo spes correctionis habetur, vitam præteritam emendet: & antequam cum eo dispensetur, aliquam spiritualem pœnitentiam publicam, vel secretam, arbitrio dispensantium indicendam, videlicet in casu, quando dispensatus, vel compositus habetur pro confesso, in loco designando peragat; & pecunias in piis operibus erogare teneantur, ut potius salutem animarum subditorum, quam pecuniarum incrementum quærere videantur.

TITULUS XVII.

DE PŒNITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

CAPUT I.

CLEMENS PAPA V.

Incendiarii, & alii, qui pro absolutione consequenda Romanam Ecclesiam adire tenentur, ad Archiepiscopum transmittendi.

CLemens Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus suffraganeis Tarraconensis ecclesiæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Discretio vestra, sicut credimus, non ignorat, a sanctis fuisse patribus institutum, quod incendiarii, & qui manus injiciunt in clericos violentas, non ab alio, quam a Romano Pontifice merentur absolvi; ut ex hoc laicorum malitia, qui clericos, & ecclesiasticos viros graviter persequuntur, consideratione laboris, & expensarum, quas ad Apostolicam sedem sustinent venientes, facilius reprimatur. Pervenit ad nos, quod civitas Tarraconensis cum territorio suo a Sarracenis graviter infestatur, & in æstivo tempore cum tanta multitudine galerarum, & aliarum navium ad civitatem ipsam, & villas maritimas armata manu descendunt, ut tam homines, quam aliam prædam, post destructionem terrarum, secum in miseram captivitatem inducant. Volentes igitur in hac parte memoratæ civitati, sicut possumus, affectione paterna cavere; fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus supradictos incendiarios, & alios, qui pro excessibus suis Romanam Ecclesiam adire tenentur, ad venerabilem fratrem nostrum memoratæ civitatis Archiepiscopum transmittatis, ipsis firmiter injungentes, ut quod idem Archiepiscopus pro satisfactione illis injunxerit, suscipiant firmiter, & observent. Nos enim ipsi Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ipsos pœnitentes pro defensione civitatis apud se faciat sub ea temporis diuturnitate manere, quantam facturi essent, si Hierosolymam, vel ad alia pia loca ad obtinendam delictorum veniam mitterentur. Datum Laterani, decimo calendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CAPUT II.

JOANNES Cardinalis, Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in concilio Ilerdæ celebrato.

Jubentur sacerdotes populum ad confessionem, & communionem hortari; & constitutionem generalis concilii super hoc editam observare.

SAcerdotes frequenter moneant populum ad confessionem faciendam; exponentes eis, & districte servantes constitutionem concilii generalis, videlicet quod si quis confiteri ad minus semel in anno, & communionem neglexerit recipere [&] vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura.

CAPUT III.

RODERICUS * Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato. * Petrus

Quæstores, ut recipiantur, Episcoporum litteras, sine quibus non recipiendi, explicare debere, prædicare non item.

DE quæstoribus autem ecclesiarum, hospitalium, vel pontium, seu aliis, duximus statuendum; quod sine nostris, vel Episcoporum litteris non recipiantur: & tunc ad prædicatio-

tionem non admittantur, ſed ad expoſitionem ipſorum tantum, quæ in Epiſcoporum litteris continentur. Et ſi prædicare præſumpſerint, capiantur.

CAPUT IV.

Eximinus Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Canonici, & clerici beneficiati, qui ſacerdotes non fuerint, bis in anno jubentur communicare: Rectores, & Sacerdotes ter ſaltem celebrare.

ITem cum clerici exemplum, & forma eſſe debeant laicorum; ſtatuimus, & ſub virtute ſanctæ obedientiæ [diſtricte] præcipiendo mandamus, quatenus * omnes Canonici cathedralium, & collegiatarum eccleſiarum, & alii clerici beneficiati, qui ſacerdotes non fuerint, ſaltem communicent in anno bis, niſi ex cauſa de licentia proprii confeſſoris ea vice duxerint abſtinendum. Rectores vero eccleſiarum, & alii ſacerdotes * ad minus ter celebrent in anno.

* *quod*

* *in ſacerdotio conſtituti*

CAPUT V.

Joannes Patriarcha Alexandrinus, adminiſtrator Eccleſiæ Tarraconenſis, in primo concilio Tarracone celebrato.

Jubentur Rectores publice monere eos, qui ætatem rationis capacem attigerint, obligari ſemel ſaltem in anno peccata confiteri, & euchariſtiæ ſacramentum recipere. Qui facere neglexerint, in vita eccleſiæ ingreſſu prohibitum iri, mortuos ſepultura eccleſiaſtica carituros.

NE circa ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, periculoſa ignorantia allegetur; præcipimus eccleſiarum Rectoribus, & eorum loca tenentibus, ut ad minus quater in anno exponant parochianis ſuis, quatenus * juxta ſtatutum concilii generalis quilibet, ex quo ad annos diſcretionis [pervenerit] maſculus ſcilicet * ad quattuordecim, fœmina vero ad duodecim pervenerit, tenetur ſemel ſaltem in anno omnia ſua peccata fideliter confiteri, & recipere ad minus in feſto Paſchæ reſurrectionis Euchariſtiæ ſacramentum: niſi de licentia confeſſoris ad tempus duxerit abſtinendum. Aliter vivens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura.

* *qualiter*

* *videlicet*

CAPUT VI.

Idem in eodem.

Sacerdotibus Miſſam celebrare cupientibus, ſi proprius confeſſor defuerit, peccata ſua cuivis confiteri licere; & ab eo, cui confeſſi fuerint, abſolvi.

UT Miſſæ cum puritate conſcientiæ celebrentur, & ne propter defectum confeſſoris eas omitti contingat, indulgemus, quod quilibet presbyter volens Miſſam celebrare, ſi non habet * copiam proprii confeſſoris, poſſit cuilibet presbytero idoneo ſua peccata confiteri, & abſolutionis beneficium recipere ab eodem.

* *habeat*

CAPUT VII.

Ennecus Archiepiſcopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Etiamſi adfuerit proprius ſacerdos, licere tamen ſacerdotibus de caſibus minime reſervatis confiteri invicem, & abſolvere ſi propoſitum habuerint Miſſam celebrandi.

INdultum presbyteris Miſſam volentibus cum puritate conſcientiæ celebrare, de confitendo invicem *, dum non ſuppetit * proprii facultas * ſacerdotis; ſuadente ſacro concilio ampliantes, etiam ubi ſacerdos proprius adſuerit, quotiens presbyter * Miſſam celebrandi propoſitum habuerit *, de caſibus minime reſervatis confitendi, & de confeſſis invicem * abſolvendi plenariam concedimus facultatem.

* *unus alteri*
* *ſubeſt*
* *copia*
* *presbyteri*
* *habuerint*
* *alter alterum*

CAPUT VIII.

Idem in tertio concilio.

Mandatur Rectoribus, ne religioſos mendicantes ad audiendas confeſſiones admittant, niſi litteras ſigillo diœceſanorum conſignatas exhibuerint: quibus exprimantur caſus, de quibus confitentes & audire, & abſolvere ſibi licere demonſtrent. Litteras autem non niſi idoneis concedi debere decernitur, populoque publicari, ut præmoneatur de aliis caſibus in litteris non expreſſis tali religioſo abſolvere non licere.

UT ſaluti animarum ſubditorum provideatur, & religioſi mendicantes ſibi * poteſtatem traditam abſolvendi in foro pœnitentiali extendere non poſſint, ultra quam eis conceſſum exiſtat; ſacro approbante concilio ſtatuimus, quod de cetero Rectores, vel Curati diœceſis vel provinciæ Tarraconenſis nullum religioſum mendicantem ad audiendum confeſſiones * admittant in eccleſiis, vel parochiis ad audiendum confeſſiones de caſibus pontificali dignitati reſervatis: niſi dictus religioſus de illis * fidem fecerit per patentes litteras diœceſani illius ſigillo ſigillatas de poteſtate, quam habeat * audiendi, & abſolvendi hujuſmodi confitentes de caſibus ſupradictis, quos exprimi volumus in litteris ipſorum. Quæ litteræ religioſis ſufficientibus per ipſorum ſuperiores * præſentatis Prælato, vel ejus generali Vicario, & non aliis concedantur ſecundum Clementinam *Dudum*, *de ſepulturis*. Quodque dicti Rectores vel Curati poteſtatem dicti religioſi populo ſibi * commiſſo intiment in eccleſiis ſuis, priuſquam admittatur ad confitendum: ſubjungentes dicto populo, quod de aliis caſibus in ejus litteris non expreſſis, videlicet de oppreſſoribus * liberorum, ſortilegiis, decimas non ſolventibus, de reſtitutione * male ablatorum, & aliis caſibus, niſi de expreſſis in ejus lit-

* *eis*
* *confitentes*
* *eis*
* *habet*
* *ſuperiorem*
* *eis*
* *oppreſſionibus*
* *reſtitutionibus*

litteris nullam habeat * potestatem. Si vero Rectores, vel Curati dictos religiosos admiserint aliter, quam est præmissum, & hanc constitutionem non servaverint; arbitrio suorum Prælatorum decernimus puniendos.

* habet

CAPUT IX.

Dalmatius Archiepiscopus in concilio.

Rectoribus superiorem constitutionem negligentibus pœna centum solidorum constituitur totiens, quotiens in ea observanda fuerint negligentes: cujus pœnæ dimidium ecclesiæ ejus, cujus Rector fuerit, applicatur; dimidium Ordinario exequenti. Jubetur insuper hæc constitutio semel quotannis in synodis publicari.

COnstitutioni * per bonæ memoriæ dominum Ennecum prædecessorem nostrum editæ, incipienti * *Ut saluti animarum &c.* prohibenti * Rectoribus, & Curatis; quod nullum religiosum mendicantem ad audiendum confessiones admittant, nisi secundum formam ibi expressam; in qua voluit non observantes * arbitrio suorum Prælatorum puniri: sacro approbante concilio adiicimus, quod Curatus dictam constitutionem non servans, & præter formam ibi expressam dictos religiosos admittens quotiens contra egerit, pœnam centum solidorum ipso facto incurrat: cujus medietas * fabricæ illius ecclesiæ, cujus erit ille Rector; & reliqua medietas * Ordinario exequenti applicetur *. Quam quidem constitutionem quolibet anno in synodis, seu in ecclesia cathedrali volumus infallibiliter publicari.

* In constitutione
* edita incipiente
* prohibente
* servantes
* medietate
* medietate
* applicanda

CAPUT X.

Petrus de Fuxo Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus in concilio Dertusæ celebrato.

Quæstores excommunicantur, qui sine litteris diœcesani quidquam exigere, vel prædicare aggressi fuerint; & a beneficiis suspenduntur per triennium, & ad obtinenda inhabiles fiunt.

QUæstores ecclesiarum, hospitalium, vel aliorum quomodolibet * piorum operum sine litteris proprii diœcesani, in cujus diœcesi quæstum faciunt, non recipi, nec ad prædicandum admitti, jam pluries repetita fuit constitutione prohibitum; sed nondum potuit ipsorum audax præsumptio efficaciter coerceri. Propterea dignum arbitrari compellimur, audaciam ipsorum pœnarum adjectionibus refrænare. Si quis igitur sine litteris proprii diœcesani, cujus est diœcesis, quæstum exerceat, aut prædicationis officium, quod non nisi viros approbatos decet agere, ausus fuerit attentare; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & a beneficiis ecclesiasticis, si quæ obtinet, per triennium sit suspensus; & per idem tempus sit inhabilis ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum: pœnis aliis quibuscumque, & statutis remediis semper salvis.

* quorumlibet

CAPUT XI.

Idem in eodem.

Ecclesiastici monentur detractionibus ecclesiasticorum, ac infamationibus abstinere; super contentione de juribus, sacros canones observare. Qui cuipiam Prælato detraxerint, excommunicantur: a qua excommunicatione non possint absolvi, nisi famam laceratam contraria prædicatione restituerint. Si veniam postularint, observandæ constitutiones super hoc editæ Bonifacii octavi, & Clementis: si contentio de juribus inciderit, observanda Clementina, cujus initium est, Super cathedram, &c.

CUM in Ecclesiæ corpore omnes, qui sunt veluti membra locati debeant se invicem confovere; deviat ab ordine rationis, quod quidam propriis commodis nimis avide intendentes, dum quæ sua sunt, non quæ Christi student astutissime procurare, aliorum juribus; &, quod magis * est, famæ detrahere moliuntur. Sane querulosa insinuatione nostras pervenit ad aures, quod nonnulli clerici, seu religiosi statuta sacrorum canonum super his edita contemnentes, prælatorum Ecclesiæ famam detractionum morsibus lacerare, ecclesiarumque juribus detrahere, & præjudicare conantur. Nos igitur insaniam hanc cupientes ab Ecclesiæ corpore totaliter extirpare, quatenus membrorum debita invicem conjunctione servata, sub unionis *, & charitatis vinculo acceptabilis exhibeatur altissimo famulatus, hoc perpetuo jubemus edicto, ut clerici seu religiosi ab hujusmodi detractionibus linguas suas studeant refrænare, nec ecclesiasticis detrahant, aut sibi ad invicem prædicando; ne * populos detrahant ab ecclesiarum parochialium frequentia, vel accessu: sed super sepulturis, decimis, primitiis, & aliis ecclesiarum juribus sacros studeant canones inviolabiliter observare. Quod si quisquam prædictorum deinceps Prælati alicujus famæ publice, & injuriose detrahere, aut diffamatorios libellos dictare, scribere, vel in publico loco legere, vel affigere attentaverit, vel procuraverit, excommunicationis sententia ipso facto sentiat se ligatum: a qua nullatenus possit absolvi, nisi prius coæquali publicatione laceratam famam studuerit reparare. Et, si ab offenso veniam humiliter postulaverit, districtius injungimus * inviolabiliter observari constitutionem domini Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit, *Animarum saluti, &c.* & illam domini Clementis, quæ incipit, *Religiosi*; diœcesanis, aliisque locorum Ordinariis esse licitum decernentes, quod postquam eis constiterit aliquem, seu aliquos de prædictis excommunicationis sententiam * occasione præmissorum incurrisse *, ipsos excommunicatos faciant publice nuntiari; donec de absolutione eis facta fuerit fides: nec non circa prædicationis exercitium, vel audiendi * confessiones, vel super juribus sepulturarum * Clementinam, quæ incipit,

* majus
* unione
* nec
* injungentes
* in excommunicationis sententias
* incidisse
* audiendum
* sepultura

cipit, *Super cathedram*, sub obtestatione divini judicii præcipimus tenaciter observari.

CAPUT XII.

IDEM in eodem.

Super casibus episcopalibus non esse quemquam sæcularem clericum admittendum ad audiendas confessiones sine litteris Ordinarii, vel Vicarii, vel Rectoris. Litteras autem gratis dari debere idoneis; & casus exprimi, super quibus permittitur his absolvendi facultas, & populo publicari.

CEterum, quoniam ubi periculum majus est, sollertior debet adhiberi cautela, ne animarum saluti per quemquam confessoris officio abutentem illudi valeat, aut ipsum officium debite peragentium fama iniquorum morsibus * maculetur, statuti hujus tenore sancimus; quod nullus clericus sæcularis sine diœcesani, vel Ordinarii ecclesiastici, ad quem * hoc pertineat, vel ipsorum Vicariorum, vel Officialium ad hoc habentium potestatem, aut proprii Curati licentia, in ecclesiis parochialibus ad audiendum confessiones, & super casibus episcopalibus sine diœcesani litteris admittatur: quas litteras ipsi diœcesani, aut ipsorum * Vicarii generales clericis, quos ad hoc constabit esse sufficientes, & idoneos; quosque, ut præfertur, duxerint admittendos, eisdem gratis, & spontanea voluntate concedere, & tradere teneantur; in quibus quidem litteris casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur: quos casus caute in genere, aut distincte per Curatum ecclesiæ populo, antequam ad audiendum confessiones admittantur, præcipimus intimari: ut pateat in (nullis) aliis casibus, quam expressis in sua littera, de casibus episcopalibus absolvendi potestatem aliquam (non) habere.

* abusibus

* cui, vel cujus

* eorum

CAPUT XIII.

IDEM in eodem.

Quod religiosi sacramentum confessionis, & pœnitentiæ non audeant ministrare, nisi prius Ordinario præsententur: & ab eo admissi, de casibus Episcopo reservatis se non immisceant, nisi facultatem habuerint: quæ gratis, & sine pecunia concedi debet.

UT religiosi in sacramento pœnitentiæ, & confessionis reddantur attenti, hoc statuto salubri in virtute sanctæ obedientiæ (præcipimus, ac) prohibemus, ne religiosi, prius quam juxta constitutionem Clementinam, *Super cathedram*, per eorum superiores electi, præsentati, & per Ordinarios ad confessiones admissi fuerint, confessiones sæcularium audire præsumant: nec locorum Ordinarii aliquos ex eis, nisi ut præfertur, per eorum superiores ad hoc prius electos admittant: sicque electi, præsentati, & admissi de casibus ab Episcopis reservatis nullatenus se intromittant, nec super eisdem casibus reservatis quemquam absolvere audeant, nisi litteras super absolutione hujusmodi prius a locorum Ordinariis obtinuerint: in quibus quidem litteris casus episcopales, quos eis concedere voluerint, exprimantur: easque litteras Curatis ecclesiarum exhibeant, ut ecclesiæ populo patefieri valeant *, ut est dictum. Iidemque Ordinarii gratis sine solutione aliqua tales litteras eisdem religiosis, quos ad hoc reputabunt idoneos, tradere teneantur: in Domino exhortantes Prælatos, & Ordinarios ecclesiasticos, ut circa religiosos præfatos charitative se habeant, ut tenentur. Per prædicta tamen præjudicare nolumus, quibus de jure communi, vel indulto sedis Apostolicæ aliud competit in præmissis.

* valeat

CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

Jubentur medici statutum generalis concilii de ægris admonendis, ut salutare pœnitentiæ sacramentum adhibeant, sub excommunicationis pœna observare: prohibenturque ne quem ægrum, plus quam ter invisant, nisi quem sciverint in ea ægritudine pœnitentiæ sacramentum accepisse. Quæ constitutio quater in anno præcipitur publicari.

DIlectionis debitus ordo pervertitur, si medicinæ corporis prius, & diligentius, quam sanandis animæ vulneribus intendatur. Sane licet in sacro concilio generali fuerit districte præceptum, quod medici corporum, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum; ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur: ipsum tamen salubre, ac utile statutum, aut oblivione, aut contemptu frustrari cernitur debitæ observationis effectu. Propterea cupientes, quod pro animarum salute tam utiliter dignoscitur statutum, debita executione potiri; universis corporum medicis districte præcipimus, & mandamus; ut ipsum studeant fideliter observare: (&) ipsis nihilominus sub excommunicationis pœna, quam incurrere volumus ipso facto, mandantes; ut nullum infirmum ultra tertiam vicem visitare præsumant, de quo non sciant, quod in illa ægritudine salutare pœnitentiæ receperit * sacramentum. Adjicientes, ut cunctis nota sit præsens constitutio; quod locorum Ordinarii, saltem quater in anno, videlicet in festo Natalis * Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis virginis Mariæ * teneantur in principalioribus ecclesiis suæ diœcesis, vel territorii constitutionem hanc publicari facere.

* susceperit

* Nativitatis

* gloriosæ

CAPUT XV.

HIERONYMUS in concilio sexto Tarraconensi.

Exigendæ prætextu eleemosynarum per ecclesias pecuniæ ad calices emendos, ornamenta, aliaque, quibus ecclesiæ egent, compa-

ran-

randa, facultatem Vicarii vetantur dare, niſi his inopia eccleſiarum conſtiterit; ut neceſſario exigi eleemoſynam oporteat toto eo tempore, quo ejuſmodi facultatem conceſſerint. Sin credibile fuerit unius anni conceſſione non ſatis ſublevatum iri eccleſiam prius quam denuo facultatem concedant, pecuniæ collectæ ſuperiore anno rationes jubentur exigere, & jurejurando eos aſtringere, qui ſunt exacturi, in eum uſum conſumptum iri pecuniam, in quem collecta fuerit: ſalva ſedis Apoſtolicæ licentia, & diœceſani; quo caſu in alium uſum ei commutare licet. Jubetur præterea in conceſſionis litteris nomen apponi quæſtoris, & agnomen; ceteraque diſſerte explicari, quæ ſupra fieri oportere hac in re præceptum eſt.

QUoniam indignum eſt in eccleſia Dei quoſdam ſub pietatis, & paupertatis clypeo inebriari, & nimia ſatietate cibos faſtidire, quoſdam vero fame perire, & eleemoſynarum largitionibus non poſſe ſublevari; quod propter multitudinem quæſtorum evenire compertum eſt, dum ſub clypeo paupertatis ſublevandæ annales quærendi licentias a noſtris Vicariis obtinuerunt, & ſublevata paupertate, ac neceſſitate ceſſante, nihilominus ſubſequentibus annis ſimiles licentias obtinent, & pecunias, quæ pro neceſſitatibus urgentibus eccleſiarum, & perſonarum eiſdem inſervientium a fidelibus zelo pietatis elargitæ ſunt, epulis, ac lautis conviviis, ac aliis inhoneſtis uſibus tam quærentium, nuntiorum, quam perſonarum, a quibus miſſi ſunt, expendunt, vel de ipſis theſaurizant, & nihil utilitatis piis locis, pro quibus elargitæ ſunt, obvenit; ſed in alios uſus etiam pios convertunt, præter, ſeu contra largientium intentionem: & ceteri miſerabiles prædictis eleemoſynis, quæ eiſdem elargirentur, ſi prædictis quæſtoribus non fuiſſent elargitæ, veriſimiliter defraudantur, & intentio largientium ad effectum non deducitur; matura deliberatione prohibemus licentias quærendi concedi pro piis operibus, calicibus, ornamentis, aut aliis neceſſitatibus eccleſiarum, capellarum aut aliorum piorum locorum, niſi prius ſummarie conſtiterit noſtris Vicariis de neceſſitate, pro qua conceduntur: & quod neceſſitas tempore conceſſionis duret, & toto anno durare veriſimiliter præſumatur, ſi per conceſſionem licentiæ non ſublevaretur: & quod ante conceſſionem detur fidele computum de pecuniis, ac eleemoſynis quæſtuatis, & habitis anno proxime effluxo; & reliquis datis adminiſtratoribus locorum, & quod jurent bene, & legaliter ſe habere, dolo, & fraude ceſſantibus, quod eleemoſynas habendas expendent pro dictis neceſſitatibus, & in profanos, aut pios uſus, præter eos, pro quibus habitæ ſunt, non convertent; ſalva ſedis Apoſtolicæ licentia aut diœceſani loci; in caſu quo licentiam convertendi in alium pium locum concedere poteſt. Ordinamus inſuper, ut in prædicta conceſſione narrentur nomen, & agnomen quæſtoris; & non ſimpliciter dicatur, Lator præſentium; & qualibet computum veridicum reddidit coram loci diœceſano, ſeu Vicario ipſius, & juravit firmiter tam dictus lator de bene, & legaliter ſe habendo, & reliqua ſolvendo adminiſtratori loci pii, quam dictus adminiſtrator de expendendo in neceſſitates, pro quibus conceſſa eſt licentia, prout per certificatorias factas per loci diœceſanum apparuit.

TITULUS XVIII.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

CAPUT I.

Clemens Papa IV.

Confirmatio Apoſtolica conſtitutionum ſequentium, quarum initia ſunt; Item cum quidam. Olim ſacro. Item ſacro. Verum. Item cum clerici. Item quia facientes. Declarando. Statuimus ſacro. Quoniam exempla. Sollicitat. Officii noſtri. Item cum quibuſdam. Prædeceſſorum. Eccleſiaſtica juriſdictio. Cum affectata. Cum in conſtitutione. (Decernimus.) Ad reprimendum. *Pia conconſideratione, ac dubiorum, quæ in eas cadunt, & reſponſionum.*

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Honeſtis petitionibus ſupplicum gratum nos decet præbere conſenſum; & eis maxime, quæ eccleſiaſticarum perſonarum honorem, & ſtatum, ac favorem libertatis eccleſiaſticæ reſpicere dignoſcuntur. Sane petitio venerabilium fratrum noſtrorum Sanctii Archiepiſcopi Tarraconenſis, & ejus ſuffraganeorum * nobis nuper exhibita continebat, quod olim bonæ memoriæ Petrus & [Benedictus, ac] Bernardus, ac Rodericus, nec non Eximinus, & Arnaldus Archiepiſcopi Tarraconenſes, ac Joannes Patriarcha Alexandrinus tunc adminiſtrator eccleſiæ Tarraconenſis in ſpiritualibus & temporalibus auctoritate Apoſtolica deputatus, quaſdam inter alias conſtitutiones diverſis ſucceſſive temporibus ediderunt; idemque * Joannes Patriarcha adminiſtrator, & Arnaldus Archiepiſcopus nonnulla quibuſdam ex conſtitutionibus ipſis addiderunt, & aliquas ex ipſis * etiam declararunt * pro bono, & tranquillo ſtatu cleri provinciæ Tarraconenſis, ac favore eccleſiaſticæ libertatis ipſius. Quarum conſtitutionum, & (ordinationum) additionum, & declarationum tenores de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari. Quare idem Sanctius Archiepiſcopus, & ſuffraganei nobis humiliter ſupplicarunt, ut conſtitutionibus (& additionibus) ac declarationibus ipſis, ex quibus, ut aſſerunt, eis non modicum utilitatis, ſtatus, & honoris accrevit, Apoſtolicæ confirmationis robur adjicere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur ſtatui, & quieti * ſubditorum, & præſertim perſonarum ipſarum, quæ velut Dei miniſtri potior

auxi-

* *& ſuffraganeorum ſuorum*
* *& idem*
* *illis*
* *declaraverunt*
* *æquitati*

auxilio dignæ sunt, libenter intendimus, & utilitatem publicam favore prosequimur opportuno dictorum Sanctii Archiepiscopi, & suffraganeorum supplicationibus inclinati, constitutiones, additiones, & declarationes ipsas ratas, & gratas habentes, illas auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenores vero prædictarum constitutionum ejusdem Petri Archiepiscopi tales sunt.

CAPUT II.

Petrus Archiepiscopus in quinto concilio Tarracone celebrato.

Excommunicantur raptores, deprædatores ecclesiasticorum, ac rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum, quæ violenter rapuerint, vel invaserint. Fautores item, & receptatores memoratorum malefactorum; in eorumque præsentia a divinis cessandum, nec absolvendi culpæ obnoxii, nisi satisfecerint damnum, & injuriam perpesso. Et, si principales malefactores mortui fuerint, eorum cadavera sepultura ecclesiastica privanda, quousque eorum heredes satisfecerint. Pari ratione excommunicantur, qui prædas scienter, & voluntariæ in castris suis receptarint: cessandumque in eis a divinis, & eorum præsentia. Cum autem per rei evidentiam, vel confessionem reorum constiterit de invasoribus, vel quando in specie denuntiati fuerint, cessandum a divinis. Absolutio autem committitur Episcopo, a quo publicandi & ii, quos ipse, & ii, quos alii Episcopi denuntiarint.

Item cum quidam in aliorum prædis propria commoda studeant invenire, sacro approbante concilio excommunicamus invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum (&) ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerint, vel invaserint violenter: dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint stare juri, prout debuerint. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores, & receptores * prædictorum malefactorum: statuentes, ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa, vel civitate fuerint, ecclesiæ cessent penitus a divinis: & si forte principales malefactores mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in mortis articulo absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque hæredes morientium satisfecerint injuriam passis, & damnum datum fuerit penitus emendatum: nec prædicti in sanitate aliquatenus absolvantur, nisi cum de præmissis omnibus satisfecerint competenter. Simili excommunicationis sententia innodamus omnes illos, qui prædam clericorum, & locorum religiosorum, & hominum eorumdem receperint scienter, & voluntarie in castris suis, vel emerint; & castra illa, vel villæ, in quibus retenta fuerit præda, cessent penitus a divinis, quousque damnum datum pro posse studuerint emendare. Et licet invasores, & raptores ecclesiæ in genere sint excommunicati, non tamen evitentur *, nisi facti evidentia, vel confessione propria hoc constaret, quousque in specie denuntiati fuerint. Et postquam in specie denuntiati fuerint, absolutio talium cuilibet Episcopo in sua diœcesi auctoritate sacri concilii est commissa. (Item sacro approbante concilio statuimus, quod quilibet Episcopus in sua diœcesi denuntiet sententias per alium Episcopum latas ad significationem ipsius, & vitet excommunicatos ab eo, & faciat tamquam excommunicatos artius per suam diœcesim evitari.)

* receptatores

* vitentur

CAPUT III.

Idem in sexto.

Declaratur superior constitutio, doceturque tantum ad eos pertinere, qui scienter, & sponte cum armis, vel sine armis vim ecclesiasticis attulerint, aut in res eorundem invaserint. Fautores autem, & emptores prædæ, post monitionem legitimam, arbitratu diœcesani excommunicari debere.

Olim excommunicasse recolimus invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum; qui bona prædicta rapuerint, vel invaserint, violenter: dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, paratæ fuerint [prout debuerint] juri stare. Eadem etiam excommunicatione ligavimus fautores, & receptatores prædictorum malefactorum: statuentes, ut quamdiu principales malefactores essent in aliqua villa, vel civitate, cessarent Ecclesiæ penitus a divinis. Et si forte principales malefactores absque satisfactione condigna ab hoc sæculo transmigrarent, licet essent in mortis articulo absoluti, eorum corpora non traderentur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque heredes morientium satisfecissent passis injuriam & damnum datum penitus emendassent: nec prædicti absolvi possent in sanitate, nisi de præmissis omnibus prius satisfecissent passis injuriam competenter. Simili excommunicatione innodavimus omnes illos, qui prædam clericorum, & locorum religiosorum, & hominum eorundem scienter receperint *, & voluntarie in castris suis, & emptores ab eis: & quod castra, & villæ, in quibus præda esset retenta, cessarent penitus a divinis, quousque damnum datum studuissent pro posse suo penitus emendare. Verum quidam prædictam constitutionem perverse intelligentes, eam trahunt ad res modicas, & ad ea, quæ non ex proposito nocendi, sed ex necessitate aliqua, a non credentibus offendere capiuntur. Nos autem perversum intellectum, & dubitationem * hujusmodi penitus declarantes, in omnibus supradictis casibus sic duximus declarandam: quod illi tantum intelligantur excommunicati, qui ex proposito cum armis, vel sine armis violenter invaserint, & * destruxerint loca prædicta, & ceperint homines

* reciperent

* dubitatem

* vel

nes

nes ipsorum, & res eorundem in hoc graviter delinquentes: loca autem in hoc solo casu cessare volumus penitus a divinis, quamdiu ibi præda fuerit violenter receptata *. Fautores autem, & emptores prædæ post admonitionem legitimam juxta diœcesani arbitrium excommunicentur: & si aliquem excommunicatorum prædictorum absque satisfactione condigna mori contigerit, taudiu careat ecclesiastica sepultura, quoadusque per heredes ipsius damnum datum per eum sit plenarie passis injuriam, vel eorum heredibus restitutum.

* accepta

CAPUT IV.

Benedictus in concilio primo Tarracone celebrato.

Episcopis facultas permirritur subditos suos absolvendi, qui excommunicari fuerint, vel denuntiati per constitutionem de invasoribus, & raptoribus &c. Archiepiscopo etiam subdiros suffraganeorum, postquam satisfecerint his, quos violarint.

(ITem) sacro approbante concilio plenam concedimus universis nostris suffraganeis potestatem absolvendi subditos suos, qui excommunicati per ipsos fuerint, vel etiam auctoritate constitutionis sacri concilii Tarracouensis contra malefactores, & invasores hominum, & rerum Ecclesiæ promulgatæ: licet dicti excommunicati denuntiati fuerint in concilio Tarraconensi. Item fuit ordinatum, sacro concilio approbante, quod dominus Archiepiscopus absolvat subditos suffraganeorum suorum, qui ad ipsum venerint, excommunicatos ratione constitutionis sacri concilii Tarraconensis contra invasores, & [raptores, ac] malefactores hominum, & rerum Ecclesiæ promulgatæ, præmissa satisfactione, & secundum formam Ecclesiæ: & quod dominus Archiepiscopus consensum * diœcesani illius, vel illorum excommunicatorum requirat, si sibi visum fuerit expedire.

* assensum

CAPUT V.

Idem in eodem.

Presbyteris mutuo se absolvere a minore excommunicatione licere.

ITem, sacro approbante concilio, damus universis nostræ provinciæ presbyteris potestatem, quod ad invicem unus alteri * possit super minoris excommunicationis sententia absolutionis beneficium impartiri.

* alii

CAPUT VI.

Idem in tertio * concilio Tarracone celebrato.

* secundo

In locis, in quibus præda vendita, aut alienata fuerit aut consumpta, cessandum a divinis, quousque passis injuriam satisfactum fuerit.

VErum cum in constitntione bonæ memoriæ domini Petri prædecessoris nostri, quæ incipit, *Olim excommunicasse recolimus*, caveatur; quod loca, ad quæ præda clericorum, ecclesiarum, vel personarum religiosarum, seu hominum eorundem * accepta pervenerit, quamdiu ibi fuerit; cessent penitus a divinis. Volentes invasorum, & raptorum excogitatis malitiis, & machinationibus quantum cum justitia possumus, obviare; declaramus, & constituimus, quod loca, in quibus hujusmodi præda vendita, vel alio modo alienata, seu etiam consumpta fuerit, tamdiu cessent penitus a divinis, quousque condigna satisfactio damna passis facta fuerit per eosdem. *

* violenter

* pro eadem

CAPUT VII.

Idem in eodem.

In locis, ad quæ occisores, & mutilatores clericorum profugerint, & in quibus violenter detinebuntur ecclesiastici, cessandum a divinis, quoad satisfecerint ecclesiæ arbitratu.

ITem cum clerici, & personæ ecclesiasticæ majori, quam res eorundem debeant privilegio, & immunitate, seu libertate gaudere; sacro approbante concilio statuimus, quod loca, ad quæ occisores, & mutilatores clericorum & personarum ecclesiasticarum, & capientes, eosdem pervenerint, cessent penitus a divinis, quousque ad judicium Ecclesiæ satisfecerint de commissis. Loca etiam, in quibus clerici, & * personæ ecclesiasticæ captæ detinebuntur, quamdiu violenter, seu invite detinebuntur ibidem, cessent similiter a divinis.

* seu

CAPUT VIII.

Idem in eodem.

Excommunicantur, qui occisores, & mutilatores clericorum receptant.

ITem, quia facientes, & consentientes pœna pari debent damnari; eodem concilio approbante, receptatores eorum, qui occidunt, vel mutilant, vel capiunt clericos, vel personas ecclesiasticas excommunicationis sententia innodamus.

CAPUT IX.

Bernardus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Quibus in locis erunt, qui manus violentas iniecerint in Prælatos, ibi cessandum penitus a divinis: & malefactores nuntiandi, & vitandi.

DEclarando constitutiones prædecessorum nostrorum, videlicet (dominorum) Petri, & Benedicti bonæ memoriæ; quarum prima incipit, *Olim excommunicasse recolimus*, & secunda, *Cum nos Benedictus*, statuimus, quod quamdiu personæ invasorum, & raptorum rerum ecclesiæ, & * personæ etiam illorum, qui in Prælatos ecclesiarum cathedralium, & aliorum locorum religiosorum Tarraconensis pro-

* ecclesiarum, ac

vinciæ manus injecerint violentas, fuerint in aliqua civitate, villa, vel castro provinciæ supradictæ, aut infta terminos (dictorum) locorum ejusdem provinciæ, quod ipsæ civitates, castra, villæ, & alia loca cessent, ipsis invasoribus, raptoribus, seu percussoribus præsentibus, penitus a divinis: & dicti malefactores percussores, seu raptores per Rectorem, seu capellanum loci illius * excommunicati nihilominus nuntientur; & tamquam excommunicati (ubique) ab omnibus evitentur.

* ipsius

CAPUT X.

Idem in eodem.

Episcopi monentur observare constitutiones editas, Rectores item easdem observare ad præscriptum sui diœcesani jubentur; alioqui ejus arbitrio puniendi, cogendique petenti expensas, quas is fecerit, restituere; facta tamen per diœcesanum æstimatione, adhibitoque petentis jurejurando. Sin Episcopus negligens fuerit in his castigandis, qui non observarint; vel ipse observare neglexerit, præterquam quod Dei, & beatæ Teclæ iram incurret, ad arbitrium concilii Tarraconensis dicitur puniendus.

STatuimus, sacro approbante concilio, quod quilibet Episcopus provinciæ Tarraconensis circa observationem præsentis constitutionis & omnium constitutionum a nostris prædecessoribus editatum sit sollicitus, & attentus. Rectores autem ecclesiarum, & vicarii, seu loca tenentes eorum constitutiones easdem ad mandatum sui diœcesani, vel ejus Officialis inviolabiliter teneant, & observent. Si quis vero de prædictis Rectoribus, Vicariis, capellanis, vel eorum loca tenentibus recepto mandato sui diœcesani, vel ejus Officialis, præsentem, & aliorum prædecessorum nostrorum constitutiones neglexerit observare, ad sui Episcopi, vel ejus Officialis arbitrium puniatur: & nihilominus teneatur restituere illi, qui petit justitiam, omnes expensas quas eundo, & redeundo propter hoc ad diœcesanum, per juramentum præmissa taxatione diœcesani, probaverit se fecisse, & ad hoc per diœcesanum Episcopum compellatur. Diœcesanus vero, qui circa correctionem subditorum suorum, qui super prædictis ejus * mandatum, vel Officialis sui neglexerint adimplere, vel circa observationem prædictarum constitutionum negligens repertus fuerit, vel remissus; iram, & indignationem omnipotentis Dei, & beatæ Teclæ incurrat: puniendus nihilominus ad arbitrium provincialis concilii, quod in ecclesia Tarraconensi contigerit in posterum celebrari.

* suum

CAPUT XI.

Idem in tertio * concilio.

* quarto

Qui per se, vel per alium Episcopum quempiam necarit, aut violarit; omnibus feudis, ac beneficiis quibusvis Tarraconensis provinciæ privatus est; & qui ab eo nascentur posteri, usque ad quartam progeniem vetantur ad clericatus ordinem promoveri, aut ecclesiasticum beneficium adipisci. Si quis autem Episcopus, aut alius Prælatus quempiam de ejus, qui id fecerit, progenie promoverit, aut prudens, ac sciens beneficium contulerit, ejus ordinis collatione, ad quem promoverit, biennio suspensus censetur; collatio autem irrita erit. Si quem vero ex Prælatis inferioribus violarit, aut Officialem quempiam principalem aut Canonicum cathedralis ecclesiæ, eisdem pœnis subjacere, ac ejus filios decernitur; feudisque & possessionibus ejus ecclesiæ, quam læserit, privatus est. Si quis autem Prælatus reum ejus criminis, aut ejus filios ad quempiam ordinem promoverit, aut contulerit beneficium, anni spatio eo ordine, quem contulerit, est privatus; irrita autem censetur collatio. Promoti autem per ignorantiam ad ordines, executione suscepti ordinis privantur. Quæ constitutio in synodis quotannis est publicanda.

QUoniam exempla præterita cavere nos admonent in futurum; idcirco nos Bernardus miseratione divina * Archiepiscopus Tarraconensis, assistentibus nobis venerabilibus fratribus Arnaldo Barcinonensi, Roderico Vicensi, Petro Urgellensi, Jacobo Oscensi, Jasperto Valentino, Garcia Tyrasonensi, Roderico Gerundensi, Gulielmo Ilerdensi Episcopis, ac procuratoribus aliorum Episcoporum absentium; nec non & Capitulorum cathedralium ecclesiarum, & collegiatarum, & quamplurimis aliis præsentibus sacrosancto Tarraconensi * approbante concilio statuimus; ut quicumque instigante diabolo per se, vel (per) alium interfecerit, seu vulneraverit, vel ceperit, aut percusserit aliquem Episcopum, omnibus feudis, ac rebus, & beneficiis, quæ ab ecclesiis quibuscumque Tarraconensis provinciæ tempore sceleris obtinebit, ipso facto perpetuo sit privatus; & pleno jure ecclesiis, a quibus prædicta obtinuerit *, applicentur: nec descendentes ab eodem malefactore usque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus promoveantur, nec beneficium aliquod ecclesiasticum feudale, vel aliud quodlibet in Tarraconensi provincia assequantur. Et ne minus vindictæ, quam excessus memoria tanti facinoris prorogetur, adiicimus *, quod si quis Episcopus, vel alius quicumque Prælatus aliquem de prædictis descendentibus ad aliquem ordinem promovere, vel aliquod ecclesiasticum beneficium, seu quodlibet aliud eidem conferre præsumpserit; a collatione illius ordinis, quem scienter contulerit, per biennium sit suspensus & collatio ejusdem beneficii sit irrita ipso jure, & ea vice per proximum superiorem de illo beneficio ordinetur. Si vero aliquem de Prælatis inferioribus Episcopis, vel principalem Officialem Episcopi, vel Canonicum ecclesiæ cathedralis ausu teme-

* divina permissione

* sacrosanctæ Tarraconensis ecclesiæ

* obtinuit

* adiicimus

temerario quisquam interficere, motilare, vel capere præsumpserit; ipse, & filii sui incurrant pœnam superius expressam ipso facto. Proviso (tamen) quod ipsis feudis, & possessionibus quibuscumque tantummodo sint privati, quæ ab ecclesiis, quarum personas sic læserint, modo quolibet obtinebunt: hoc salvo, quod alias super hoc in canonibus continetur. Et Prælatus, qui tales malefactores, vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere, vel cuiquam tale beneficium ecclesiasticum conferre præsumpserit; a collatione illius ordinis, quem scienter contulerit, per annum noverit se suspensum: & collatio hujusmodi sit irrita ipso jure; & ea vice de beneficio ipso per superiorem proximum ordinetur. Quicumque autem ex * prædictis malefactoribus, vel filiis suis a quoquam Episcopo scienter, vel ignoranter ordinem receperit; executionem non habeat suscepti ordinis, nec beneficii collatio valeat, ut est dictum: salvis tamen omnibus pœnis canonicis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hæc autem statuta salubriter per diœcesanos Episcopos Tarraconensis provinciæ singulis annis in suis synodis, & diœcesibus præcipimus publicari: & nihilominus hi, qui prædictas pœnas incurrerint, in synodis nuntientur.

* de

CAPUT XII.

Rodericus in tertio concilio.

Episcopus, aut Officialis litteris significatoriis per Ordinarios requisitus, ut quempiam excommunicatum denuntiet, monetur, nulla cognitione, aut inquisitione adhibita, statim, aut infra triduum denuntiare, nulla ratione habita cujusquam aut appellationis, aut exceptionis, quamdiu id facere neglexerit, tamdiu ecclesiæ ingressu prohibetur. Neque vero ob ordinem non servatum processum, aut denuntiatio revocanda. Qui commoda eu constitutionibus capiunt, ipsis constitutionibus subjacent, Episcopis exceptis.

SOllicitat cura suscepti regiminis, ut utilitatibus subjectorum nunc novarum constitutionum editione, nunc antiquarum innovatione providere curemus. Sane (cum) constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium editæ contra raptores, & invasores personarum & rerum ecclesiasticarum, religiosorum, & hominum eorundem, ex quibus impiorum audacia coercetur, ac bona ecclesiastica conservantur, propter quorundam abusum, & negligentiam debitum non sortiuntur * effectum. Cum nonnulli trepidantes ubi trepidandum non est, cum requiruntur per locorum Ordinarios, in quorum diœcesi rapina, vel violentia est commissa, ut prædictas constitutiones debeant observare; subtiliter causa diffugii nituntur indagare, & inquirere, an præfatæ constitutiones vindicent sibi locum in his (agentes) partes judicis, cum potius ut meri executores deberent procedere [assumentes.] Et idcirco, quia parum est condere jura, nisi sint *, qui ea tueantur *; prædictas constitutiones approbantes, & confirmantes, sacro approbante concilio statuimus; quod quandocumque aliquis Episcopus, vel ejus Officialis, vel vicem * gerens, per nos, vel Officialem nostrum, vel per alium Episcopum, vel ejus Officialem, seu (etiam) vices ejus gerentem nostræ provinciæ, qui per suas litteras significaverit, se servare constitutiones prædictas contra illum, contra quem petitur ipsas constitutiones servari, fuerit requisitus, ut denuntiet eum excommunicatum juxta memoratas constitutiones [&] eas servet, & faciat observari; & talem [in ecclesia] mandet denuntiari excommunicatum: ipsas constitutiones sine aliqua * cognitione, & inquisitione statim, vel infra triduum, die, qua talis requisitio facta fuerit, minime computata, si in sua diœcesi requisitus præsens fuerit, vel in loco: ut infra dictum tempus hoc valeat adimplere. Alias quam cito commode (fieri) poterit, considerata locorum distantia observet, & mandet observari, omni appellatione, & exceptione cessantibus *. Quod si prædicta * contempserit, ut prædicitur, adimplere; tamdiu ingressum ecclesiæ sibi noverit interdictum, donec ipsas constitutiones observet, & mandet observari. Ex quo autem dictas constitutiones fecerit, vel mandaverit observari, ex tunc ipso facto interdictum prædictum absque relaxatione aliqua * penitus sit ablatum *. Hoc autem proviso, quod propter (juris) ordinem non servatum processus per ordinarium, vel ejus Officialem habitus, seu facta denuntiatio nullatenus revocetur: cum multis grassantibus opus sit exemplo, juxta canonicas, & legitimas sanctiones. Item, quia non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat; sacro approbante concilio statuimus, omnes personas cujuscumque status, vel condicionis existant, quæ ex præfatis constitutionibus commodum recipiunt, subjacere, & esse subjectas ipsis constitutionibus, si deliquerint in his, quæ in ipsis constitutionibus continentur; & contra tales personas juxta tenorem ipsarum constitutionum esse rigide procedendum: salvis constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium in favorem Episcoporum factis: quibus cautum est, quod Episcopi hujusmodi constitutionibus contra raptores, & invasores rerum ecclesiasticarum editis non ligentur.

* sortiantur
* esset
* tuerentur
* vices ejus
* alia
* cessante
* præmissa
* alia
* sublatum

CAPUT XIII.

Idem in eodem.

Ad excommunicationem, & alias pœnas, quibus obnoxii sunt, qui in Canonicum ecclesiæ cathedralis, vel Prælatum ecclesiæ collegiatæ, vel clericum suffragii jus in communibus tractatibus Capituli cathedralis ecclesiæ habentem, vel in Commendatorem ordinis militiæ, vel hospitalium sancti Joannis Hierosolymitani manus violentas temere injecerint, vel agros, aut loca ipso-

rum cum exercitu invaserint ; statuitur, ut in eorum præsentia cessetur a divinis: & , si moniti infra mensem non satisfecerint, feudis, quæ ab ecclesiis læsorum, aut læsis habent, in perpetuum sunt privati.

OFficii nostri debitum circa dispendia ; quæ per nonnullos ecclesiis, & personis ecclesiasticis, & eorum hominibus, & rebus indebite afferuntur * , deliberatione provida exigenies * salubris remedi i appositione talium temeritatem duximus præscindendam. (Et) idcirco sacri approbatione concilii confirmantes omnes constitutiones per prædecessores nostros editas, & specialiter contra raptores, & invasores personarum, & rerum ecclesiasticarum, addendo eisdem statuimus, quod quicumque * de cetero in Canonicum ecclesiæ cathedralis, vel Prælatum ecclesiæ collegiatæ, vel clericum qui vocem habeat * in communibus tractatibus Capituli ecclesiæ cathedralis, vel in commendatorem ordinis militiæ templi, vel hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani manus injecerit temere violentas, vel terras *, vel loca Prelatorum Ecclesiarum, vel Templariorum, aut Hospitalariorum, vel aliorum locorum religiosorum cum exercitu invaserit, arbores scindendo, vel talando, aut ignem immittendo, aut grave damnum alias irrogando, præter sententiam excommunicationis, quam ex tali delicto se noverit incurrisse, & ultra alias pœnas contra tales statuta, ubicumque ipse fuerit, cesserur penitus a divinis. Et quicumque cum exercitu terras * Prælatorum, vel ecclesiarum, vel locorum religiosorum invaserint, ut est dictum, & moniti infra mensem non satisfecerint ; omnibus feudis, quæ ab ecclesiis vel personis, aut locis religiosis tenebunt, quæ sic læserint, perpetuo sint privati : salvis omnibus aliis pœnis contra tales statutis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogare.

* *inferuntur* * *exigentes* * *quandocumque* * *habeant* * *terram* * *terram*

CAPUT XIV.

IDEM in eodem.

Cessatio a divinis ad præscriptum Decretalis, quæ incipit, Alma mater, *moderanda.*

ITem cum in quibusdam constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium sit cautum, quod in certis casibus debeat cessari penitus a divinis, sacro approbante concilio * declaramus, prædictam cessationem debere fieri, prout tempore generalis interdicti per constitutionem sanctissimi patris domini Bonifacii [Papæ] VIII. quæ incipit, *Alma mater*, & per alias constitutiones canonicas est statutum.

* *sacri approbatione concilii*

CAPUT XV.

EXIMINUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarracone celebrato.

Qui ecclesiastico, cujuscumque ordinis extiterit, capitales inimicitias indixerit, & in dimicationem vitæ, ac fortunarum eum vocarit per se, aut per alium, eo facto excommunicatus est ; & quamdiu perstiterit, denuntiandus excommunicatus pulsatione campanarum, & candelarum extinctione: loca autem eius, si quæ habuerit, interdicto subiacere jubentur, quoad satisfecerit de damnis. Si clericus fuerit, præter memoratas pœnas, privatus beneficiis, quæ obtinuerit, & administratione: si beneficiatus non fuerit, perpetuo redditus inhabilis, donec sedes Apostolica cum eo dispensarit.

PRædecessorum nostrorum, qui condemnaverunt (abusum execrabilem) diffidandi * Prælatos, & personas ecclesiasticas, vestigiis inhærentes, sacro appobante concilio statuimus, ut si quis deinceps cujuscumque status condicionisve existens diffidaverit, seu acuidaverit diffidari, seu acuidari fecerit, vel procuraverit publice, vel occulte Archiepiscopum, vel Episcopum, vel eorum Officiales, vel prælatum, aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum [vel alium] in sacris ordinibus constitutum, seu prædictorum occasione homines, & loca eorum administrationi commissa (acuidaverit) sive in hoc scienter dederit consilium, auxilium, vel favorem ; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & denuntietur excommunicatus quotidie, dum in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis, & candelis extinctis. Et nihilominus terra, seu loca, aut castra ipsius, si qua habuerit, eo ipso subjaceant ecclesiastico interdicto : a qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de injuria, & damnis propterea irrogatis satisfecerit competenter. Quod si clericus cujuscumque status vel condicionis existens, aut religiosus in his deliquerit ; si beneficium ecclesiasticum, vel administrationem obtineat, præter pœnas prædictas, a beneficiis omnibus, & administratione sit eo ipso privatus : si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum ; donec secum super hoc per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

* *diffidari, vel diffidantes*

CAPUT XVI.

IDEM in eodem.

Judices sæculares, qui clericos, & alios ecclesiasticos super rebus, & causis suis injuriose coram se compellunt litigare, vel recurrentes ad forum ecclesiasticum in causis ad idem forum pertinentibus desistere compellunt, pro excommunicatis publice sunt nuntiandi.

ECclesiastica jurisdictio a sæculari distincta esse dignoscitur, & una per alteram * impediri non debet, sed potius adjuvari. Quia vero nonnulli sæculares judices statuta canonum circa hæc edita contemnentes, clericos, & alias personas ecclesiasticas super rebus suis, & causis injuriose coram se compelluntur in judicio litigare ; & alias personas recur-

* *aliam*

recurrentes ad ecclesiasticum forum super caussis, quæ ad idem forum ecclesiasticum de jure, vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, ad desistendum compellunt: sacro approbante concilio statuimus, & universis, & singulis Prælatis in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus; quatenus statutum felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. quod incipit, *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus synodis, ac in ecclesiis etiam suarum dioecesium, ubi expedire viderint, faciant publicari; prædictoique judices excommunicatos publice nuntiari.

CAPUT XVII.

JOANNES Patriarcha in primo concilio Tarracone celebrato.

Qui interdictum, vel cessationem a divinis observari in cathedrali ecclesia, vel circumvicinis intellexerit, in sua ecclesia id observet non expectato mandato Episcopi. Quod si non fecerit, ac si mandatum habuisset, puniendus est.

CUM affectata ignorantia maxime in viris ecclesiasticis reprobetur, præsenti constitutione sancimus, quod si * Rector aliquis, vel Vicarius provinciæ Tarraconensis in cathedrali vel convicinis sibi ecclesiis ad mandatum sui Episcopi, vel Officialis ejusdem, sciverit contra personas aliquas constitutiones sacri concilii Tarraconensis, per quas a divinis cessatio indicitur, observari; ita quod ipsis personis præsentibus cesset ibidem * a divinis, in sua ecclesia, & parochia eas servet: & ipsis personis præsentibus non expectato mandato alio, cesset similiter a divinis. Et, si contrarium fecerit, ipsum in illas poenas incidere declaramus, in quas incideret, si mandatum hujusmodi habuisset.

* cum
* inibi

CAPUT XVIII.

IDEM in eodem.

Excommunicantur, qui eorum corpora sepelierint, qui constitutione de invasoribus, & raptoribus ecclesiarum damnati decesserint de vita, damnis, quæ intulerint, per eorum heredes non restitutis. Episcopis autem, & clericis præcipitur, ne in suum convictum eos recipiant, contra quos observetur constitutio memorata.

CUM in constitutione domini Petri, quæ incipit, *Item cum quidam*, caveatur expresse, quod si principales malefactores absque satisfactione in mortis articulo fuerint absoluti, eorum tamen corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, donec per heredes morientium damnum passis satisfactum fuerit competenter: ideo attendentes, quod verba intelligenda sunt cum effectu; sacro approbante concilio excommunicamus omnes, qui de cetero talia * corpora donec satisfactum fuerit, ut prædicitur, scienter tradiderint * ecclesiasticæ sepulturæ: & qui in hoc dederint consilium, auxilium, & * favorem. Et quia ridiculum quodammodo reputatur, non vitari per Prælatos, & clericos eos, qui ob rerum *, & ecclesiarum tutelam per alios vitari mandantur præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ Prælatis, & clericis quibuscumque, ne illos, contra quos constitutio observabitur, ad mensam suam recipere audeant, vel etiam invitare.

* talium
* dederunt
* vel
* eorum

TITULUS XIX.

IDEM in eodem.

Excommunicantur, qui impediunt, quoquo modo id faciant, quo minus clericis sua jura tribuantur: jubenturque publice nuntiari.

DEcernimus, temporale dominium vel jurisdictionem aliquam obtinentes, vel etiam exercentes, qui voce præconis *, vel aliter prohibuerint, ne clericis, vel personis ecclesiasticis redditu vel aliqua * quæ debentur eis debita * exolvantur; aut justitiam eisdem clericis, & personis de suis debitoribus seu malefactoribus facere denegaverint, vel mandaverint denegari; vel eosdem clericos seu personas ecclesiasticas banniverint, seu banniri mandaverint; & dantes super his consilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis sententiæ subjacere: præcipientes, tales per locorum (Episcopos, vel eorum Officiales) ordinarios, quousque de injuria, & damnis satisfecerint competenter, excommunicatos publice nuntiari.

* præconia
* alia
* debite

CAPUT XX.

IDEM in quarto concilio Tarracone celebrato.

Constitutio edita contra eos, qui clericos in dimicationem vitæ ac fortunarum provocant, extenditur etiam ad eos, qui sine provocatione, hostiliter tamen contra clericos se gerunt: ad eos item, qui ecclesiasticorum hostibus faverint quoquo modo; eosque, qui in his delictis perstiterint, nisi infra duos menses ab hac constitutione edita, his, quos læserint, satisfecerint. Statuitur etiam Archiepiscopo licere per totam provinciam Tarraconensem memoratam constitutionem, & alias eodem pertinentes observare: injungiturque suffraganeorum subditis, ut Archiepiscopo pareant.

AD reprimendam audaciam perversorum, clericos, seu personas ecclesiasticas diffidantium, seu procurantium diffidari, aut eorum occasione homines, vel loca eorum; fuit dudum in provinciali concilio Tarraconensi constitutum, quod facientes talia incurrerent excommunicationis sententiam ipso facto, & terra eorum esset supposita ecclesiastico interdicto. Verum quidam non attendentes mentem ipsius constitutionis, sed verba ac poenas ejusdem astuta calliditate vitare volentes, contra illos, quos dicta constitutio diffidari prohibet, guerram absque diffidamento faciunt; seu eos, & homines, loca, vel bona eorum per modum guer-

guerræ, seu hostiliter, aut aliter * [alias] cum turba seu hominibus coadunatis ex proposito damnificant, & invadunt: quamquam contra personas ecclesiasticas, seu homines, aut bona, aut loca eorum guerra fieri non possit. Nos igitur Joannes miseratione divina sanctæ Alexandrinæ sedis Patriarcha, & administrator in spiritualibus, & temporalibus ecclesiæ Tarraconensis a sede Apostolica deputatus, sacri approbatione concilii, attendentes eos, qui talia agunt, non minus, sed plus delinquere, quam simpliciter diffidantes, eam * [eandem] constitutionem, quæ ad hoc facta extitit, ne damna ecclesiis, clericis, seu personis ecclesiasticis inferentur, locum habere decernimus, quantum ad omnia ejus capitula, ut etiam * [etiam, vel & etiam] contra illos, qui absque diffidamento prædicta faciunt, vel aliquid * [aliquod] prædictorum, & qui in hoc dederint auxilium, consilium, vel favorem: adjicientes, dictam constitutionem locum habere etiam contra eos, qui prædictos diffidantes, guerrificantes, seu malefactores in locis suis receptaverint, sive defensaverint publice, vel occulte. Quam quidem pœnam [etiam] locum habere decernimus contra omnes, qui * [omnes personas, quæ] in dictis criminibus, seu delictis persistunt, nisi infra duos menses a tempore hujus constitutionis continue computandos satisfecerint de eisdem. Statuimus etiam * [Statuentes] eodem concilio approbante, quod præsentem constitutionem, & alias contra raptores, & invasores personarum ecclesiasticarum, rerum, & bonorum, & hominum eorundem diffidatores, malefactores, damnificantes, receptatores, ac fautores, & defensores prædictos editas nos Patriarcha administrator prædictus, & Archiepiscopi Tarraconenses qui pro tempore fuerint, per quemcumque fuerimus requisiti, & etiam sine requisitione, ex officio pro nobis, & ecclesia Tarraconensi, ac Canonicis ejusdem, ac familiaribus nostris possimus libere per totam Tarraconensem provinciam observare, & facere observari, & secundum earum formam procedere, ac procedi facere super eis: & super his subditi suffraganeorum nostrorum teneantur nobis, & dictis Archiepiscopis obedire: non solum * [necdum] pro committendis in futurum contra constitutiones prædictas; immo pro his, quæ contra eas sunt etiam jam commissa.

CAPUT XXI.

IDEM in eodem.

Excommunicantur, & excommunicati denuntiari jubentur, quicumque malefactores publice denuntiatos tribus diebus dominicis, vel festivis exceperint, aut excipi curarint. Præcipitur etiam Prælatis, & eorum Officialibus, ut in hac, & ceteris hujusmodi constitutionibus observandis promptos se præbeant, nihil pecuniæ accipiant ad ejusmodi malefactores persequendos, aut contra eos procedendum; nec, quoniam nihil pecuniæ accepturi sunt, in procedendo sint tardiores. Si fecerint, ab officio suspenduntur, & divinis. Prohibentur etiam, quemquam in hujusmodi negotiis delegare: jubenturque censuras aggravare, donec sufficienter satisfactum sit; ipsisque absolutis pœnitentiam imponere, quam si contempserint, denuo in excommunicationem relapsi denuntientur. Quos si aliter absolverint, & divinæ ultioni subjacere admonentur, & judicio subsequentis concilii.

PIA consideratione prædecessores nostri excommunicantes invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, ac fautores, & receptatores eorum, provide statuerunt, quamdiu malefactores principales hujusmodi in aliqua villa, vel civitate existerent, ecclesias cessare penitus a divinis: prohibendo * [prohibentes] tales ab excommunicatione absolvi, donec de præmissis satisfecerint competenter. Consideraverunt namque, quod malefactores hujusmodi expulsi a civitatibus & villis, ad quas eos venire contingeret, rubore suffusi ad humilitatis, & debitæ satisfactionis, ac reconciliationis facilius inclinarentur affectum. Sed, proh dolor, quia interdum constitutiones super his editæ debite non servantur, hujusmodi * [hinc] excommunicatio, quæ contra formam dictarum constitutionum faciliter relaxatur, in animarum periculum deducitur in contemptum. Nam vix aliquis participationem talium excommunicatorum evitat; nullus etiam de suis civitatibus, vel villis eos expellit: & ex hoc sequitur, quod ipsis excommunicatis in civitatibus & villis remanentibus, cum cessent ecclesiæ a divinis, participatio divinorum multis insontibus subtrahitur, divinum officium intermittitur, ac juri ecclesiarum in proventibus, & obventionibus debitis detrahitur, & honori; &, quod horrendum est dicere, dictis excommunicatis interdum, propter munera eis oblata de civitatibus vel villis ad horam, & tempus modicum exeuntibus, quod in eorum pœnam spiritualem statutum est, in præmium, seu lucrum eorum vertitur temporale: & (sic) quod ad defensionis præsidium est inventum, ad iniquitatis dispendium retorquetur. Cupientes igitur constitutiones prædictas debitum sortiri effectum, & prædictam excommunicationem deduci nullatenus in contemptum; hoc statuto perpetuo sacro approbante concilio excommunicamus omnes, qui scienter hujusmodi malefactores excommunicatos, postquam in ecclesia parochiali per tres dies dominicos, vel festivos denuntiati fuerint publice excommunicati in ipsa parochia, in suis locis ad hospitandum, vel habitandum receperint, vel receptos sustinuerint in domibus, vel hospitiis; aut eos per alios recipi mandaverint, vel fecerint: quos statim ex suo officio, etiam absque requisitione cujuscumque * [cujusquam] Episcopi, & eorum Officiales principales, & alii pro episcopis jurisdictione utentes, excommunicatos denuntient usque ad satisfactionem condignam. Præcipimus insuper omnibus Episcopis provinciæ Tarraconensis, ac Vicariis & Officialibus eorundem, quod circa observatio-

tio-

tionem iſtius, & aliarum conſtitutionum ſe exhibeant promptos, favorabiles, & benignos. Et ut libentius * ad obſervationem conſtitutionum hujuſmodi procedatur, prohibemus Officialibus & Vicariis Epiſcoporum principalibus & aliis pro Epiſcopis juriſdictione utentibus, ne pro cauſæ cognitione, vel proceſſu faciendo contra malefactores hujuſmodi aliquam pecuniam prætextu ſalarii, vel laboris exigant, vel etiam recipiant: nec prætexto hujuſmodi habendæ pecuniæ, vel eo, quia ſalarium non habebunt, differant ſcienter procedere, cum fuerit procedendum: alioquin eo ipſo ſuſpenſi ſint ab officio, & divinis. Prohibemus etiam Epiſcopis, & Vicariis, & Officialibus eorundem, ne ad cognitionem, vel proceſſum hujuſmodi faciendum aliquem, vel aliquos debeant delegare: cum onus hujuſmodi eis incumbere dignoſcatur. Poſtquam autem contra aliquem, vel aliquos ipſas conſtitutiones duxerint publicandas, eoſque ut excommunicatos fecerint evitari, contra eos exigente contumacia requiſiti procedant; quilibet videlicet contra ſuos ſubditos, ex ſuo puro, & mero officio; cenſuram eccleſiaſticam aggravando: nec tales malefactores, [aut fautores] vel receptatores eorum abſolvant, donec de damnis, & injuriis propterea irrogatis ſatisfactum fuerit competenter. Imponant inſuper abſolutis, ſub debito præſtiti juramenti, talem pœnitentiam pro commiſſis, quod pœna docente cognoſcant, quantum exceſſerint * ceſſationi hujuſmodi cauſam dando ſeu aliter * excommunicatis hujuſmodi obſequia exhibendo. Quam pœnitentiam ſi forte agere * contempſerint, in priſtinam excommunicationem, in quam eos in hoc caſu reincidere decernimus, ipſos denuntient recidiſſe. Qui vero eos aliter duxerint * abſolvendos, ad intereſſe illis, qui taliter damnificati fuerint, teneantur *: & divinæ ſubjaceant * ultioni, ac judicio concilii ſubſequentis. Nos autem Patriarcha, adminiſtrator eccleſiæ Tarraconenſis prædictus, & ſucceſſores noſtri, qui pro tempore fuerint Archiepiſcopi Tarraconenſes, in nobis, & Officialibus noſtris hanc conſtitutionem, & alias ſupradictas per omnia obſervabimus, & obſervari etiam faciemus.

Margin: * *liberius* — * *exceſſerunt* — * *taliter* — * *forſan peragere* — * *duxerit* — * *teneatur* — * *ſubjaceat*

CAPUT XXII.

Arnaldus in tertio * concilio.

*Dubia, & ipſorum reſponſiones, ſeu determinationes circa ſacri concilii Tarraconenſis conſtitutiones de invaſoribus ordinata in quinto * concilio per dominum Arnaldum Archiepiſcopum Tarracone celebrato: quæ pro conſtitutionibus habentur, ſeu ſervari mandantur.*

Margin: * *quarto, vel quinto* — * *tertio*

I. Dubium.

IN conſtitutione *Item cum quidam*, dicitur, quod invaſores, & raptores rerum eccleſiaſticarum ſunt * excommunicati, & quod ipſis præſentibus ceſſetur a divinis: & in conſtitutione *Olim*, declaratoria ipſius, dicitur, quod illi tantum ſunt * excommunicati, qui ex propoſito cum armis, & * ſine armis violenter invaſerint, vel deſtruxerint loca eccleſiarum, & ceperint * homines ipſorum locorum, & res eorundem, in hoc graviter delinquentes. Nunc vero dubitatur, utrum ſolum tales ſint excommunicati propter verbum excluſivum? & utrum prædicta omnia requirantur, cum copulative ponantur, vel generaliter ſint excommunicati omnes malefactores eorum *.

Margin: * *ſint* — * *ſint* — * *vel* — * *receperint* — * *eccleſiarum*

Determinatio I. dubii.

VIdetur, quod * ita interpretata eſt conſuetudo, quod invaſores, raptores, & deprædatores clericorum, hominum eccleſiarum, eccleſiaſticarum rerum, & locorum religioſorum ſunt * excommunicati: & quod verba in conſtitutione *Olim*, poſita intelligi debeant disjunctive.

Margin: * *quia &* — * *ſint*

II. Dubium.

ITem, in dicta conſtitutione *Item cum quidam*, dicitur, quod receptatores, & fautores talium ſint excommunicati: & in dicta conſtitutione *Olim*, dicitur, quod excommunicentur.

Determinatio II. dubii.

VIdetur, quod fautores, & receptatores ſint excommunicati per conſtitutionem *Item cum quidam*, & per conſtitutionem *Olim*, quæ dicit excommunicentur, debeant denuntiari, ac publicari excommunicati.

III. Dubium.

ITem in dicta conſtitutione, *Item cum quidam*, dicitur, quod præſentibus prædictis principalibus invaſoribus in aliqua civitate, &c. ceſſetur penitus a divinis: & in dicta conſtitutione *Olim*, quod ſolum loca, in quibus præda violenter accepta fuerit, ceſſent a divinis: & (ſi) per conſtitutionem, quæ incipit, *Declarando*, debet ceſſari præſentibus invaſoribus &c. Remanet primum dubium, videlicet qui in hoc caſu dicantur eſſe invaſores, & eſſe excommunicati; cum in dicta conſtitutione *Declarando*, non ſint excommunicati.

Determinatio III. dubii.

VIdetur idem reſpondendum, quod ad primum dubium: quod ceſſetur ubicumque fuerint principales malefactores; ſed in locis, in quibus præda recepta fuerit, ceſſetur, quamdiu ibi præda fuerit; vel ubi fuerit vendita, aut alias alienata, ſeu etiam conſumpta.

IV. Dubium.

ITem, cum in dicta conſtitutione *Declarando*, dicatur, quod ceſſetur a divinis, quamdiu prædicti fuerint in locis, vel infra terminos locorum, dubitatur, quomodo intelliguntur termini locorum. Et, ſi dicatur, quod ponuntur ibi pro terminis parochiarum, quid erit, cum in una civitate, vel loco ſint * multæ parochiæ?

Margin: * *ſunt*

Determinatio IV. dubii.

VIdetur, quod in eccleſia, vel * in eccleſiis civitatis, villæ, caſtri, vel loci, ubi malefactores præſentes fuerint, vel præda detenta, aut vendita, vel alienata, vel conſum-

Margin: * *&*

pta

pta fuerit, cessetur a diviois, & in suburbiis, & continentibus ædificiis eorundem, æstimandis ad arbitrium diœcesaoi Episcopi, vel ejus Officialis: taliter quod nervus non contemnatur ecclesiasticæ disciplinæ. Sed si ecclesia parochialis extra castrum, villam, vel populationem fuerit, cessetur ibi, quamdiu malefactor in parochia fuerit; & quod aliter ex nunc * non curetur de terminis locorum, vel parochiarum.

* *ex tunc*

V. Duarum.

ITem, cum in dictis constitutinnibus *Item cum quidam*: & *Olim*, dicatur, quod loca, in quibus præda recepta fuerit, cessent a divinis; utrum intelligatur, scienter, vel ignoranter, & quorum scientia requiratur *.

* *requiritur.*

Determinatio V. dubii.

VIdetur, quod scientia hominum loci requiratur: & quod pro scientia habeatur, si publica sit fama in loco, quod præda est ibi.

VI. Dubium.

ITem (cum) io constitutione, *Item cum quidam*, dicatur * quod tales non evitentur, nisi facti evidentia, vel confessione propria hoc constaret; dubitatur, si (etiam) tunc Rector [ecclesiæ] possit eos vitare, & ipsis præsentibus cessare: & facit ad hoc constitutio, *Item statuimus*, ubi dicitur, quod Rectores ad mandatum Episcopi, vel ejus Officialis dictas constitutiones servent.

* *dicitur*

Determinatio VI. dubii.

VIdetur, quod nullus astringatur * ad observationem * cessationis, donec cessatio per Episcopum, vel ejus Officialem, vel vice gerentem * Episcopi sit indicta.

* *debeat astringi*
* *observantiam*
* *vices fungentem*

VII. Dubium.

ITem, cum ibi dicatur Officialis; & in constitutione *Sollicitas*, dicatur, Cum per Episcopum, vel ejus Officialem, seu ejus vices gerentes *, videtur intelligendum de principali Officiali: præsertim cum in cessationibus requiratur magna solemnitas, nec judex delegatus possit terram interdicere, nisi sibi specialiter sit commissum.

* *gerentem*

Determinatio VII. dubii.

VIdetur, quod nedum Episcopi, & eorum Officiales principales, sed etiam foranei seu Decani, qui habent cognitionem universitatis causarum criminalium, possint processum facere, quem fieri desiderant constitutinnes prædictæ; citra tamen indictionem, quam faciunt * Episcopi, vel Vicarii generales, aut Officiales principales eorum. Pro liberatione vero personarum ecclesiasticarum Decani cessationem, cum ei locus fuerit *, indicere non vetantur.

* *faciant*
* *erit*

VIII. Dubium.

ITem, an constitutio habeat * locum, ubi homioes ecclesiæ inter se damnum sibi inferunt.

* *si constitutio habet*

Determinatio VIII. dubii.

VIdetur, quod si homines alicujus loci ecclesiæ inter se guerrificando, vel alias damnum dederint, non sit locus constitutioni. Si vero homines unius loci ecclesiæ ex proposito invaserint, rapuerint, vel deprædati fuerint homines alterius loci ecclesiæ, locus est constitutioni.

IX. Dubium.

ITem, si constat, quod dicta constitutio habet locum, an possit * Episcopus, vel Officialis eam non servare, & de jure communi procedere; cum pœna legis non sit in arbitrio judicantis.

* *si potest*

Declaratio IX. dubii.

VIdetur, quod si Episcopus, vel Officialis ejus requiratur servare constitutionem, cum locus constitutioni fuerit, teneatur eam servare, & indicere cessationem auctoritate ejusdem; nisi aliud pars requirens duxerit tolerandum. Ubi vero Prælatus ex suo tantum procedat officio, in sua remaneat libera potestate, utrum in totum, vel in partem * servet eandem.

* *parte*

X. Dubium.

ITem, si facta restitutione debet cessari, donec excommunicatus fuerit absolutus.

Determinatio X. dubii.

VIdetur, quod facta restitutione rapinæ, vel liberatione personæ detentæ debeat tolli cessatio.

XI. Duarum.

ITem, an propter iovasorem, seu raptorem captum sit cessandum, cum recedere non possit.

Determinatio XI. dubii.

VIdetur, quod propter illum, qui captus sine fraude tenetur *, non debet * cessari.

* *detinetur*
* *debeat*

XII. Duarum.

ITem, cum in constitutione *Pia*, dicatur, quod Episcopi, & eorum Officiales, non per delegatos, vel per se ipsos faciant constitutionis processum; dubitatur, utrum possint delegare aliis testium receptionem producendorum ad instructionem negotii, & utrum talibus delegatis liceat absque pœna dictæ constitutionis *Pia*, recipere salarium pro labore.

Determinatio XII. dubii.

VIdetur, quod absque dubio hujusmodi delegationes fieri possint *. Sed caveant sibi Officiales, quod non participent in salario delegatorum; quia alias prædictam pœnam non evitabunt.

* *sunt*

CAPUT XXIII.

Finis Bullæ præinsertæ domini Clementis Papæ VI. confirmatoriæ præcedentium constitutionum, & dubiorum, ac declarationum eorum.

NUlli ergo * omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hanc paginam attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avioioni, oono calendas Julii, pontificatus nostri anno decimo.

* *&*

CA-

CAPUT XXIV.

CLEMENS PAPA VII.

Vetantur Abbatissa, & conventus monasterii Vallisdonzellæ, divina per sacerdotes curare celebrari, cum in diœcesi Barcinonensi cessatur a divinis, ob constitutionum contra raptores, invasores, &c. observationem. Est localis.

CLemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Justis petentium votis libenter annuimus, eaque favore prosequimur opportuno. Sane petitio venerabilis fratris nostri Raimundi Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Barcinonensis nobis exhibita continebat, quod olim bonæ memoriæ Petrus, Benedictus, ac Bernardus, & Rodericus, nec non Eximinus, & Arnaldus Archiepiscopi Tarraconenses, ac Joannes Patriarcha Alexandrinus tunc administrator ecclesiæ Tarraconensis in spiritualibus, & temporalibus auctoritate Apostolica deputatus, in suis provincialibus conciliis, eisdem approbantibus conciliis, quasdam constitutiones pro bono, & tranquillo statu cleri provinciæ Tarraconensis, ac favore ecclesiasticæ libertatis ipsius, diversis temporibus ediderunt: idemque Joannes Patriarcha administrator, & Arnaldus Archiepiscopus nonnulla quibusdam ex constitutionibus ipsis addiderunt, & aliquas ex ipsis etiam declararunt: quodque per eas ecclesiæ civitatum, villarum, & locorum dictæ provinciæ debent in certis casibus expressis in ipsis contra invasores, raptores, deprædatores hominum ecclesiarum, rerum, & locorum religiosorum, ac nonnullas alias personas in constitutionibus expressas eisdem, a divinis cessare: & quod postmodum felicis recordationis Clemens Papa sextus prædecessor noster illas ex certa scientia confirmavit: quodque dilectæ in Christo filiæ Abbatissa, & conventus monasterii Vallisdonzellæ extra muros Barcinonenses Cisterciensis ordinis, quibus nuper, ut quotiescumque contigeret ecclesias, vel monasteria civitatis, vel diœcesis Barcinonensis, vel ipsam civitatem quovis modo, & casu interdici liceret eis in dicto earum monasterio Missam, & alia divina officia januis apertis, & campanis pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis, per presbyteros idoneos alta voce facere celebrare, auctoritate Apostolica per nostras litteras duximus indulgendum, prætextu litterarum ipsarum, in quibus de dictis constitutionibus, additionibus, & declarationibus nulla fit mentio tempore, quo contra invasores, raptores, & deprædatores hujusmodi, vel alias vigore prædictarum constitutionum in ecclesiis, monasteriis civitatis ipsius, quæ de provincia prædicta existit, generaliter a divinis cessatur; hujusmodi divina alta voce, apertis januis, & pulsatis campanis in dicto ipsarum monasterio, quod etiam in provincia ipsa existit, faciunt celebrari: quodque propterea plusima inconvenientia secuta fuerunt, & majora sequi verisimiliter dubitatur; cum invasores, raptores, & deprædatores præfati in civitate prædicta stare ex eo liberius permittantur, quod populus civitatis ipsius, tempore cessationis hujusmodi, ad eadem divina ad idem monasterium admittitur, sicque satisfactio retardatur, & nervus ecclesiasticæ contemnitur disciplinæ. Nos igitur attendentes, quod indultum hujusmodi, dum in ecclesiis, vel monasteriis, aut civitate prædictis vigore constitutionum ipsarum a divinis cessatur, locum habere non potest, cum interdictum ecclesiasticum: & hujusmodi cessatio a divinis non modicum differre noscantur; dictorum Episcopi, & Capituli in hac parte supplicationibus inclinati, eisdem Abbatissæ, & conventui tenore præsentium districtius inhibemus; ne prætextu hujusmodi indulti, tempore, quo in civitate prædicta, vel ejus ecclesiis vigore dictarum constitutionum ab hujusmodi divinis cessari debebit, ipsa in dicto monasterio celebrent, aut celebrari faciant, seu permittant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione, quarto Nonas Junii, Pontificatus nostri anno decimo.

CAPUT XXV.

RODERICUS Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Clericus, quocumque in ordine constitutus, qui publice denuntiatus, absolvi tamen neglexerit, si in ea negligentia sex menses perstiterit, viginti morabatinis mulctatur, si quidem beneficium habuerit: si non habuerit, decem. Si per annum perstiterit continuum, quadraginta ducatis: si ultra annum, officio, ac beneficiis suspenditur, quoad sit absolutionis beneficium consecutus; ac tanto tempore, quanto post annum in excommunicatione permanserit.

CUM * medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum (modo) is, in quem lata fuerit, non contemnat; hoc consultissimo statuimus edicto, quod si clericus in quocumquo ordine constitutus canonice fuerit excommunicationis vinculo innodatus, & publice nuntiatus, & negligens in absolutione petenda per sex menses continue in excommunicatione ipsa contumaciter ex certa scientia perstiterit; quia nihil obedientia prodesse videtur humilibus, si (ejusdem) contemptus contumacibus non obesset; si beneficium ecclesiasticum habuerit *, pœnam viginti morabatinorum incurrat; (quod) si beneficiatus non fuerit, pœnam decem morabatinorum præstare cogatur ærario sui Ordinarii applicandam. Si vero propriæ salutis oblitus, per annum continuum in prædicta excommunicationis sententia perduraverit, Pharaonico animo damnabiliter obstinatus; quia crescente contuma-

* Item cum

* habuit

macia crescere debet & pœna, statuimus, ut XL. aureos suo Ordinario applicandos solvere teneatur. Si vero ultra annum in excommunicatione persliterit, tamdiu ab officio, & omnibus beneficiis, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus, donec se absolvi fecerit; & postea nihilominus tanto tempore, quanto post annum, ut præmittitur, in excommunicatione permanserit: (nec per Ordinarium aliter possit absolvi, nec pœna prædicta remitti: aliter autem absolutio impensa nullius penitus sit momenti.)

CAPUT XXVI.

SANCTIUS Archiepiscopus in quarto concilio Tarracone celebrato.

Religiosi exempti, & non exempti, sicut pro se constitutiones Tarraconenses admittunt, si in eas alii commiserint; ita contra se admittere tenentur: alias commodo ipsarum privati sunt.

FRequens plurimorum clamor nostrum propulsavit auditum; quod nonnulli religiosi exempti, & non exempti, etiam de ordine militari, potius propriis, quam reipublicæ nostræ provinciæ commodis inhiantes, cum eis in personis propriis, locis, hominibus, vel aliis bonis suis injuriæ, damna aliqua, seu violentiæ per quempiam irrogantur, nos, seu curiam nostram & venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum adeunt, ut sibi * per constitutiones in sacris conciliis Tarraconensibus contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum factas *, & salubriter emanatas succurratur de remedio competenti in dictis constitutionibus expresso: quod quidem remedium, cum contra ipsos in dictas constitutiones committentes ad instantiam aliquorum, vel alias ex officio proceditur, non curant admittere, nec eisdem volunt subiici, sed potius liberari; obliti consilii Sapientis, quo cavetur, Patere legem, quam [tu] ipse tuleris; & canonicarum, & imperialium legum, quæ publice profitentur, Quod quisque juris in alterum statuit, ipse debet eo uti; & Frustra legis auxilium implorat *, qui committit in legem *. Nos igitur præfatus Archiepiscopus approbatione ejusdem sacri concilii statuimus, quod dicti religiosi, etiam si fuerint de ordine militari, sicut pro se dictas constitutiones admittunt; contra se, si in eas commiserint, admittere teneantur. Quod nisi fecerint, dictarum constitutionum commodo, & auxilio, præsentis sanctionis auctoritate, ipso facto decernimus esse privatos: præcipientes [dictis] nostris suffraganeis, Vicariis, & Officialibus eorundem, ne (in) eo casu ad instantiam ipsorum, nec ex officio dictas constitutiones observent.

* eis
* sancte
* invocat
* eam

CAPUT XXVII.

IDEM in eodem.

Cessandum esse a divinis in præsentia eorum, qui executores, seu nuntios curiarum ecclesiasticarum capiunt, interimunt, vulnerant, atrociter verberant, & suis subditis de his interimendis præcepta constituunt.

PRocedit a rationis, & juris rramire, quod ubi majus est periculum, ibi proculdubio est plenius, & salubrius providendum. Quam autem * grave sit, & onustum dispendiis, & quot, & quantis sit plenum periculis, ecclesiasticæ jurisdictionis exercitium nostræ provinciæ his præsertim temporibus exercere, non solum exacti consideratio temporis docuit, sed considerata (etiam) prudenter præsentis temporis discrimina indicant; quia * nonnulli temporale dominium obtinentes suis ierminis non contenti, falcem suam in alienam segetem imponere non verentur, satagentes jurisdictioni ecclesiasticæ, quantum possunt, illudere, ac [eam] etiam exquisitis coloribus usurpare. Executores namque seu nuntios nostros, & venerabilium fratrum nostrorum, Vicariorum, aut Officialium litteras eis, & subditis suis, seu in dominio ipsorum consistentibus justitiæ deferentes non solum * capiunt, sed etiam * interimunt, vulnerant, & atrociter verberant, ac præcepta suis subditis faciunt de interimendis * eisdem, in Dei offensam notoriam, & ipsorum grande periculum animarum. Quapropter nos Archiepiscopus supradictus, prout decet, & expedit, talia attentantes, qui ipso jure tamquam impedientes jurisdictionem ecclesiasticam, excommunicati existunt, congruis remediis ab hujusmodi ausibus retrahere, & ad Dei semitam reducere cupientes; sacro approbante concilio statuimus, quod si talia, & tam nefanda crimina, quod absit, per aliquem Ducem, Marchionem, Comitem, Vicecomitem, nobilem, baronem, militem, civem, burgensem, generosum, vel non generosum, & Officiales eorum, consules, paciarios, consiliarios civitatum vel villarum, castrorum, & locorum temporale dominium obtinentes, vel aliquem ejus loco in nostra provincia Tarraconensi commissa de cetero fuerint, omnia loca, castra, seu villæ committentis * hujusmodi facinus, in diœcesi, in qua commissum fuerit, constituta, ipso facto sint supposita ecclesiastico interdicto. Quod quidem interdictum in ecclesiis cathedralibus, & propinquioribus circumvicinis ecclesiis, si commode alibi denuntiari non poterit *, sufficiat publicari, & processus necessarius fieri in eisdem.

* quod quam
* quo
* nedum
* immo
* interficiendis
* committentium
* potest

CAPUT XXVIII.

IDEM in eodem.

Absolutio ad cautelam prohibetur concedi excommunicatis, virtute sacrorum conciliorum provincialium Tarraconensium de invasoribus, &c. & de facto concessa non valere declaratur.

NAturalis dictat ratio, ac experientia manifestat, quod novis morbis nova convenit antidota præparari. Cum autem * ab aliquibus citra temporibus nonnulli excommunicati auctoritate constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensium contra invasores, ra-

* Cumque

* *hominum* raptores, & deprædatores hujusmodi * ecclesiarum, [&] rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum salubriter promulgatarum munus absolutionis ad cautelam obtinere nitantur, quod oumquam, vel raro fieri consuevit: approbatione ejusdem sacri concilii, hoc fieri prohibemus: statuentes, quod si de facto * *fuerunt* fuetint * absoluti, non valeat absolutio sic obtenta.

CAPUT XXIX.

Petrus secundus Archiepiscopus in primo concilio Tarracone celebrato.

Juxta constitutiones adversus invasores, raptores, &c. editas, in dominos temporales procedendum, qui clericos privilegium clericale allegantes, & petitam a se mutuo pecuniam dare recusantes, e ditione sua expellunt, aut certe curant expelli.

CEterum, quia fide dignorum relatu percepimus, quod nonnulli dominium temporale obtinentes in civitatibus, locis, castris, & villis intra provinciam Tarraconensem, illudentes ecclesiasticæ libertati, presbyteros, & clericos simpliciter tonsuratos, vel etiam conjugatos, & personas alias ecclesiasticas, si coram eisdem dominis, vel Officialibus allegant * *o. curiis* tonsuram, vel cum casus occurrerit *, quod gaudere volunt privilegio clericali; vel si pecunia eis data, vel mutuata non fuerit, quam nituntur a dictis presbyteris, vel clericis exigere, vel exquisitis coloribus, & figmentis, vel * *quia* quod * dicunt eos habere suspectos, seu alias pro libito voluntatis de dictis civitatibus, castris, villis, (&) locis, & ipsorum dominio de facto expellunt, vel expelli faciunt, banniunt, vel banniri faciunt; de voluntate, & assensu sacri concilii ordinamus, ut contra dominos, Vicarios, Officiales, (seu) Bajulos dictorum dominorum, & alios talia facientes, qui in præmissis, vel aliquo præmissorum deliquerint, vel ratum habuerint, procedatur per constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium editas contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum (rerum ecclesiasticarum), & locorum religiosorum per nos, & suffraganeos nostros, Vicarios, & Officiales nostros, & ipsorum, prout in aliis casibus fuit hactenus in Tarraconensi provincia fieri assuetum: præfatas constitutiones contra talia impie attentantes, & dantes eis in hoc auxilium, consilium, vel favorem, quos volumus pœnis, & censuris dictarum constitutionum ipso facto ligari, penitus extendentes.

CAPUT XXX.

* *secundo* Idem in tertio * concilio.

Domini temporales, Bajuli, officiales, qui suas ecclesias vacantes per vim stabiliunt, & novos Rectores ingredi non permittunt, excommunicantur: & ecclesiæ subiiciuntur interdicto, donec sit satisfactum.

* *enervandum* AD tollendum, & penitus evitandum * abusum, qui in quibusdam locis diœcesis, ac provinciæ Tarraconensis pullulavit, videlicet quod Rectoribus, seu Vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium rebus exemptis humanis, nonnulli domini temporales, Bajuli, seu officiales ipsorum ecclesias sic vacantes cum armis stabiliunt, vel stabilire permittunt, ponentes ibi armatos homines, qui sine licentia dominorum temporalium novos Rectores ingredi in ecclesias eis debitas non permittunt; immo, quod est perniciosum exemplum *, * *exemplo* eos redimi faciunt, recipiendo pecuniam ab eisdem; & bona ipsorum occupant, & distrahunt, ante quam possessionem ecclesiarum valeant adipisci: hoc fieri de cetero prohibemus omnino. Quod si secus actum fuerit, dominos temporales, Bajulos eorum, vel quoscumque alios, auctoritate præsentis sanctionis, ipso facto excommunicationis sententiæ volumus subjacere: & ecclesias sic stabilitas, (&) per aliquos occupatas, propter delictum dominorum, seu officialium suorum, ecclesiastico supponimus interdicto: donec de injuria facta nobis, vel diœcesano, in cujus diœcesi hoc delictum commissum fuerit, & Rectori taliter impedito, ac de expensis, & damnis inde illatis fuerit integre satisfactum.

CAPUT XXXI.

Idem in eodem.

Ubi potentibus præsentari a nuntiis nequeunt litteræ sine periculo, pro præsentatis debere haberi, si in duabus vicinis parochiis a Rectoribus fuerint publicatæ.

QUia malitia delinquentium succrescente, cum per Prælatos, Vicarios, vel Officiales eorum ex officio, vel ad partis instantiam per constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium contra eos proceditur, talis processus per delinquentes, seu invasores hujusmodi, præsertim potentes pluties impeditur: qui exquisitis fraudibus nuntios ad eos portantes litteras, ut coram ipsis Prælatis, Vicariis, & Officialibus compareant, vel procedant, interimunt, capiunt, vel alias faciunt, & procurant, quod hujusmodi litteræ ad eorum notitiam nequeant pervenire; statuimus, quod in dictis casibus, & etiam si sine periculo, vel scandalo verisimili nuntiorum easdem deferentium, commode præmissæ litteræ illis, contra quos emanaverint, præsentari non possent, litteras, quæ talibus delinquentibus seu invasoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum Rectoribus sufficiat præsentari. Quibus per dictos Rectores in suis ecclesiis publice lectis, perinde illi, quibus litteræ diriguntur, parere contentis in [dictis] litteris teneantur, ac si eædem litteræ essent eisdem delinquentibus vel invasoribus præsentatæ: & sic consequenter in negotio., seu causa procedatur.

CAPUT XXXII.

Ennecus Archiepiſcopus in primo concilio Tarracooe celebrato.

Ordinarios, qui cum parti ſatisfactum non eſt, reos tamen abſolvunt, obligari iis ſatisfacere, qui damnum acceperunt.

QUerellis percepimus plurimorum, quod Ordinarii, & eorum Officiales ad partis * inſtantiam excommunicationis ſententia ex facto proprio innodatos * abſolvere non formidant; ſatisfactione parti, ad cujus inſtantiam ſunt ligati, & eorum aſſenſu minime expectatis. Quod fieri prohibemus *, ſtatuentes, Ordinarios, vel Officiales talia attentantes, parti ad intereſſe omni modo obligari.

* *quae ad partis*
* *innodamus*
* *inhibemus*

CAPUT XXXIII.

Idem in eodem.

Archiepiſcopo licere procedere juxta conſtitutiones de invaſoribus, & raptoribus &c. contra ſubditos ſuffraganeorum, qui vim eccleſiis, vel eccleſiaſticis intulerint. Qui impedierint, quo minus queat procedere, excommunicari: neque abſolvi niſi ab eo poſſe, aut ejus Officiali.

QUoniam aliqui curioſi diſceptantes de his, quæ non multum expediunt, & plura ſapere, quam oporteat, contra doctrinam Apoſtoli temere appetentes, in dubitationem ſollicitam vertere dignoſcuntur, quod a noſtris prædeceſſoribus provide noſcitur ſtatutum in conſtitutione incipiente, *Ad reprimendam*, verſiculo, *Statuentes*, & a ſummis Pontificibus confirmatum, an nos, & Officialis noſter Tarracone requiſiti per totam provinciam obſervare, & obſervari facere valeamus conſtitutiones per prædeceſſores noſtros editas contra raptores, invaſores perſonarum eccleſiaſticarum, rerum, ac bonorum, & hominum eorundem diffidatores, damnificatores perſonarum, ac bonorum eccleſiæ, fautores, & defenſores raptorum, & damnificantium prædictorum: nos, ſacro concilio requirente, & unanimiter approbante, cupientes hæſitationis materiam amputare, declaramus, quaſcumque conſtitutiones a prædeceſſoribus noſtris editas contra dictos raptores, invaſores perſonarum eccleſiaſticarum, rerum, ac bonorum (omnium) & hominum eorundem diffidatores, damnificatores, receptatores raptorum, & damnificantium prædictorum, nos, & Officialis noſter, qui Tarracone nunc ſumus, & (qui) pro tempore fuerint, per quemcumque de provincia, & quotienſcumque fuerimus requiſiti contra quoslibet de provincia, & qui infra eandem dicta crimina commiſerint *, ſeu quomodolibet deliquerint *, & etiam abſque requiſitione, & ex officio pro nobis, & eccleſia Tarraconenſi, ac Canonicis ejuſdem, noſtris, & ipſorum familiaribus quibuſcumque poſſimus libere per totam Tarraconenſem provinciam obſervare, & facere obſervari: & ſecundum earum formam contra prædictos in qualibet diœceſi ſuffraganeorum noſtrorum, & contra ipſorum ſubditos, & ad eorum requiſitionem, & pro dictis delictis ibidem perpattatis procedere, & procedi facere ſuper eis. Et ſuper his noſtri ſuffraganei, & eorum Officiales; ac ipſorum ſubditi teneantur nobis, ſeu Officiali noſtro, noſtriſque ſucceſſoribus, & eorum Officialibus obedire: non ſolum * pro committendis in futurum contra conſtitutiones prædictas, ſed etiam * pro his, quæ contra eas ſunt jam * commiſſa: officiales, & ſubditos dictotum ſuffraganeorum, ſacro approbante concilio, ſi in præmiſſis impedimentum præſtiterint, excommunicationis ſententia innodantes: a qua niſi per nos, & Officialem noſtrum abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Nulli ergo liceat, declarationem hujuſmodi interpretari, reſtringere, vel artare, ſi excommunicationis ſententiam, approbante concilio, per nos latam contra hujus antiqui ſtatuti declarationem hæſitantes, in dubium vertentes, ſeu etiam reſtringentes, cupiant evitare.

* *commiſerunt*
* *deliquerunt*
* *nedum*
* *...*
* *... jam*

CAPUT XXXIV.

Idem in ſecundo concilio Tarracone celebrato.

Excommunicantur, qui atrociter vulnerarint, aut percuſſerint eccleſiaſticos, aut miniſtros eccleſiaſticorum, modo ſint clerici ſoluti: & in eorum præſentia a divinis præcipitur eſſe ceſſandum.

PRovide attendentes quod raptores, deprædatores hominum eccleſiarum, eccleſiaſticarum rerum, locorum religioſorum, excommunicationis ſententia, ſacro approbante concilio, innodantur, & in pœnæ aggravationem in eorum præſentia ceſſatur etiam a divinis: animadvertentes perſonas majori, quam res debere privilegio, & immunitate gaudere; de communi totius concilii ſacri conſilio, & aſſenſu ſtatuendo declaramus, vulnerantes, vel atrociter percutientes Prælatos, vel Vicarios eorum ſeu Officiales, vel Decanos, vel Canonicos, religioſos *, vel alios clericos in ſacris ordinibus, vel beneficiatos, aut procuratores fiſcales dictorum Prælatorum ſeu eorum Officialium, dum tamen clerici ſoluti exiſtant, ſubjacere pœnis, & ſententiis ſupradictis: & in eorum præſentia ceſſari debere penitus a divinis, juxta modum, & formam, quæ in conſtitutionibus *Item cum quidam*, & *Olim*, contra invaſores editis continentur: aliis pœnis in jure & conſtitutionibus appoſitis nullatenus derogantes.

* *vel religioſos*

CAPUT XXXV.

Idem in eodem.

In præſentia eorum, qui eccleſiaſticos in vitæ, & fortunarum dimicationem provocaverint, ſi intra decem dies ejuſmodi provocationem non revocaverint, ceſſandum a divinis.

QUoniam ex pœnis in conſtitutione incipienti, *Prædeceſſorum noſtrorum &c.* impo-

ſitis

sitis contra diffidantes, seu acuidantes Prælatos, vel alias personas ecclesiasticas in dicta constitutione contentas, propter temporis malitiam, & multorum, proh dolor, pravitatem, præfato morbo, ut decet *, non est usquequaque provisum, quo minus Dei timore, & poenis præfatis postpositis, & spretis, nonnulli diffidare, seu acuidare personas ecclesiasticas in præfata constitutione contentas, & dictis diffidantibus dare consilium, auxilium, vel favorem nullatenus vereantur: idcirco, quia crescente contumacia *, debet crescere ipsa pœna, adiiciendo statuimus, quod si post monitionem factam personaliter, vel publice in ecclesia, ubi domicilium habuerint diffidantes, seu acuidantes præfati, per Rectorem, seu ejus locum tenentem, vel per alium * loco sui de mandato Prælati ipsius Rectoris, vel Officialis ejusdem infra decem dierum spatium præfata acuidamenta seu diffidamenta non revocaverint cum effectu, ex tunc in ecclesiis civitatum, villarum, vel locorum, in quibus * præfati diffidantes, seu acuidantes præsentes fuerint, cessetur penitus a divinis; ut cessatur, seu cessari debet in præsentia invasorum, raptorum, deprædatorum * hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum: aliis pœnis in præfata constitutione contentis in suo robore duraturis.

ut deceret · *malitia* · *vel alium* · *quamdiu* · *& deprædatorum*

CAPUT XXXVI.

IDEM in tertio concilio Tarracone celebrato.

Statuitur, pœnas invasoribus &c. per constitutiones constitutas declarari debere in eum, qui notorie clericum, vel monachum ceperit habitum gestantem regularem, requisitus non restituerit: recipiendam autem informationem summariam, si clericus notorie non fuerit: ubi innotuerit, clericum esse privilegio gaudentem clericali, procedendum in eum, qui illum ceperit, juxta decretalem, Si judex; *& perinde ac si notorie clericum cepisset.*

JUstum quidem decernimus, & necessitate compellimur, nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus provinciale concilium celebrantes, quod in his, quæ sunt salubriter provisa, si declaratione, vel additione indigeant, prout experientia docuerit, debitum * provisionis remedium apponamus. Cum itaque in modo procedendi vigore constitutionum provincialium de invasoribus contra delinquentes, in eis per nos approbatione sacri concilii edito, sit provisum, quod contra detinentem * notorie clericum, vel monachum, fratrem Minorem, vel hujusmodi similem habitum gestantem regularem, si requisitus eum restituere noluerit, sine aliqua informatione, pœnæ dictarum constitutionum contra eum declarentur: & de capto non notorie clerico recipiatur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali; & contra detinentem procedatur juxta tenorem decretalis *Si judex (laicus): de sententia excommunicationis lib. sexto.* Adiicimus sacri approbatione concilii, & declaramus, quod si per dictam informationem constiterit (dictum) talem captum esse clericum gaudentem privilegio clericali, contra detentorem ejusdem procedatur ad declarationem dictarum constitutionum, uti de notorio clerico est provisum.

docuit, debite · *detinentes*

CAPUT XXXVII.

IDEM in eodem.

Domini temporales, quibus innotuerit, malefactores octo dies in suis ditionibus receptatos, nisi infra decem dies, postquam his innotuerit, eos ejecerint, sic ut denuo non redeant, excommunicantur; & in eorum præsentia a divinis cessandum.

ITem, cum in constitutione per bonæ memoriæ Petrum Archiepiscopum Tarraconensem prædecessorem nostrum edita, incipiente, *Olim*, excommunicasse recolimus, caveatur, quod quamdiu principales malefactores, invasores, & raptores bonorum, & rerum ecclesiarum, & hominum, ac locorum eorum fuerint in aliqua civitate, vel villa; in eorum præsentia cessetur penitus a divinis: & sæpe accidat *, quod quidam domini civitatum, & villarum hujusmodi, & eorum officiales, eorum, qui deprædati sunt, damna non sentientes, & ipsorum [&] Ecclesiæ injurias pro nihilo habentes, malefactores prædictos multo tempore sustinentes *, quandoque in odium ecclesiarum & damna pastorum prædictorum; ex quo delictorum eorumdem esse videntur participes, & consortes: dignumque reputemus, quod tales etiam pœnas * sentiant eorum, sacri concilii approbatione adiicimus, & sancimus, quod si dominis civitatis, villæ, castri, aut loci, in quibus malefactores fuerint receptati; vel eorum officialibus constiterit, tales malefactores fuisse *, per octo dies receptatos, nisi eosdem a suis civitatibus castris, villis, vel locis infra dies decem post dictos octo dies immediate sequentes * requisiti ejecerint cum effectu, ita quod amplius ad ipsas *, vel ipsa, vel jurisdictiones eorum non redeant, tales domini & eorum officiales simili sint excommunicatione ligati: & in eorum præsentia; ut in fautoribus & receptatoribus cessetur penitus a divinis. Ab hac tamen * pœna tantum excludimus dominum Regem, & dominam Reginam, & eorum primogenitum, & ejus * uxorem.

accidens · *sustinuerunt* · *pœnam* · *in eis fuisse* · *secuturos* · *ipsos* · *autem* · *suam*

CAPUT XXXVIII.

IDEM in eodem.

Officiales dominorum temporalium, qui clericorum conjugatorum reorum privilegium ad personas restringentes, bona judicio ecclesiastici judicis non permittunt, sed ipsi capiunt, sunt excommunicati: & in eos non secus, quam in invasores, & raptores procedendum.

QUidam officiales sæculares provinciæ Tarraconensis privilegium clericis conjugatis a sa-

a sacris canonibus indultum, quo pro excessibus, seu delictis per eos commissis, seu de quibus delati fuerint, in personis, & bonis de ecclesiastici judicis foro existunt, eis auferre, & ecclesiasticam jurisdictionem sibi usurpare callida fraude, ut percepimus, cupientes, privilegium prædictum, quoad personas dictorum clericorum restringunt, bona vero eorundem esse asserunt, licet ficte, de foro sæculari: & his non contenti, multotiens dictos clericos in odium jurisdictionis ecclesiasticæ capiunt, & eorum bona occupant, etiam de facto: & cum ex his per ecclesiasticum judicem proceditur contra eos pro dictorum bonorum restitutione respondent, & excipiunt contra veritatem, quod dicta bona non capiunt * ratione delicti, sed eo quod * esse asserunt domini temporalis *, & quod dominus temporalis vult, quod ipsa bona capiantur, & occupentur per eosdem. Nos autem huic pernicioso abusui obviare, & ecclesiasticæ jurisdictioni, ut illibata persistat, providere debito remedio cupientes, approbante sacro concilio, excommunicamus quoscumque officiales, & personas quacumque auctoritate vel potestate fungantur, talia attentantes: & contra ipsos, & ipsas, ut invasores, & occupatores rerum, & bonorum, ac jurium Ecclesiæ, prout re vera existunt, procedi volumus; & pœnas constitutionum de invasoribus in eis decernimus locum habere, & esse servandas.

* recipiunt
* quia
* domini temporalis, vel domini temporales

CAPUT XXXIX.

Idem in eodem.

Tempore generalis interdicti, & cessationis a divinis, quando corpus Christi elevatur majus cymbalum ter, & ter item in sanguinis ejus elevatione pulsandum: & oratio, quæ pro unitate Ecclesiæ fiebat, continuanda.

Redemptoris nostri mortem recensemus, & ipsius misericordiam imploramus, quotiens Eucharistiæ sacramentum veneramur, eique devotam, & humilem reverentiam exhibemus. Ut igitur ipsius gratiam assequatur devotius * populus Christianus, statuimus, sacro concilio suadente, quod temporibus generalis interdicti, & cessationis divinorum, quando corpus Christi elevatur * in qualibet ecclesiarum provinciæ nostræ, majus cymbalum in corporis Christi tribus vicibus, & aliis tribus (vicibus) in sanguinis ejusdem elevationibus pulsetur; ut sic populus hujusmodi signo admonitus, oret genuflexo, & indulgentias adquirere valeat concessas. Quodquod oratio, quæ pro unitate Ecclesiæ fiebat in qualibet diœcesi, continuetur, & observetur. Si qui vero prædicta facere omiserint, suorum Prælatorum arbitrio puniantur.

* devotus
* elevetur

CAPUT XL.

Martinus Papa V.

Martinus Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Tarraconensib. & Cæsaraugustanis Archiepiscopis, ac eorum suffraganeis; nec non Elnensi, ac Majoricensi Episcopis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex Apostolicæ servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ salutis animarum Christi fidelium consulatur. Cum itaque sicut ex parte vestra nobis fuit expositum, multotiens contingat, clericos, & sacerdotes vestrarum civitatum, & diœcesium tam propter humanam fragilitatem, quam juris ignorantiam diversis ecclesiasticis censuris tam ab homine, quam jure promulgatis illigatos, ex ignorantia, seu inadvertentia, vel oblivione se divinis officiis immiscere, unde irregularitatis laqueo innodantur: nos ipsorum clericorum, & presbyterorum saluti commoditatibusque consulere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, cuilibet vestrum, cum omnibus, & singulis clericis, & sacerdotibus suæ civitatis, & diœcesis tantum super irregularitate, quam censuris hujusmodi innodati divina non tamen in contemptum clavium celebrando aut se illis immiscendo, contraxerunt, aut contrahent in futurum, dispensandi; omnemque irregularitatis, & infamiæ maculam, sive notam, per eos præmissorum occasione contractam abolendi, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium auctoritate Apostolica facultatem. Dat. apud sanctos Apostolos, quarto idus Januarii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

CAPUT XLI.

Petrus quartus de Cardona Archiepiscopus in concilio Barcinone celebrato.

Ad constitutas superioribus constitutionibus de invasoribus, & raptoribus pœnas, quibus jubentur excommunicati esse malefactores hujusmodi, & quamdiu alicubi morabuntur, cessari a divinis, adjungitur, ut statim postquam de maleficio summarie constiterit, sine ulla admonitione, aut citatione in eos procedatur ad declarationem memoratarum pœnarum: neque quo minus id fiat, obstare debere ullam monitionem per alias constitutiones ad id requisitam. Si hujusmodi malefactores ecclesiastici fuerint, ultra memoratas pœnas, ipso facto executione ordinum, & perceptione fructuum privari, quoad absolutionem sint adepti.

Licet per multas laudabiles constitutiones fuerit statutum, & provisum sub certis pœnis, & censuris adversus diffidantes, seu acuidantes; seu acuidari, seu diffidari facientes vel procurantes; aut in hoc consilium, auxilium, vel favorem dantes, & etiam guerram absque diffidamento facientes contra Archiepiscopos *, vel eorum Officiales, seu Prælatum aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum, aut in sacris ordinibus constitutum, vel contra homines & loca eorundem: & signanter circa hæc inveniatur latius provisum per constitutionem incipientem, *Prædecessorum nostro-*

* Archiepiscopum

strorum, qui condemnaverunt, & per aliam incipientem, *Ad reprimendam perversorum*, & aliam incipientem, *Quoniam ex pœnis*; veruntamen attendentes, hominum excrescente malitia, id experientia edocente, præmissa parum attendi; neque pœnas, & censuras formidari, sed potius negligi, & parvi pendi. Ut igitur audacia perversorum reprimi valeat, & similia committendi omnis occasio auferatur, præmissas, & alias constitutiones super hujusmodi disponentes præsentis auctoritate concilii approbantes, & ampliantes, statuimus etiam, & ordinamus, ut qui in dictas commiserint constitutiones, ultra dictas pœnas, & censuras in ipsis contentas, & in eos inflictas, ipso facto cessent ecclesiæ penitus a divinis: & interdictum ubicumque dicti malefactores moram traxerint observetur juxta mentem, seriem, & tenorem constitutionum contra invasores, raptores, & malefactores ecclesiarum, & clericorum editarum: & constito summarie de eorum maleficio statim absque aliqua * monitione, & citatione procedatur, ac procedi possit ad declarationem dictarum pœnarum excommunicationis, & interdicti, & ad observationem earundem, non obstante monitione decem dierum, vel aliis * per alias constitutiones requisitis * & contra tales secundum formam, & modum procedendi contra invasores, & malefactores ecclesiarum, & clericorum, tamquam contra potentes, vel a notorio procedi possit ad libitum Ordinariorum ex officio, vel ad instantiam partis. Et si tales malefactores clerici sæculares fuerint in sacris ordinibus constituti, vel beneficiati, seu religiosi, ultra incursionem pœnarum & censurarum prædictarum, ab executione sacrorum ordinum, & perceptione fructuum suorum beneficiorum existant eo ipso privati, donec absolutionem a suo superiore meruerint obtinere.

* alia

* alia

* requisita

CAPUT XLII.

Idem in eodem.

Contra eos, qui ex proposito violentas manus iniecerint quoquo modo in personas clericorum, ac religiosorum in sacris constitutorum ordinibus procedendum esse vi sacrorum conciliorum de invasoribus &c.

CUM jure disponente omnes illi, qui violentas manus iniecerint contra clericos in sacris ordinibus constitutos, beneficiatos, seu religiosos, ligentur censuris ipso facto: nec non de jure divino sit dispositum, quod prædicti non sunt tangendi præter ipsorum voluntatem; approbantes constitutiones circa ea disponentes, de novo sacro concilio approbante decernimus, ut removeatur omne dubium, quod hucusque per aliquos suscitabatur super injuria seu vulneratione * atrociter facta in personis clericorum, & beneficiatorum, ac (clericorum) religiosorum. Declaramus, quod omnes illi, qui ex proposito violentas manus iniecerint quoquo modo in personas ipsorum clericorum ac religiosorum in sacris ordinibus constitutorum seu beneficiatorum, seu religiosorum, sint excommunicati: & procedi valeat, & possit contra ipsos per querelam constitutionum sacri concilii Tarraconensis editarum, tamquam contra invasores, raptores, juxta mentem, seriem, & tenorem ipsarum: & in ipsorum præsentia cessandum a divinis, prout dictæ constitutiones decernunt, & modus procedendi se habet.

* verberatione

CAPUT XLIII.

Idem in eodem.

Qui laicorum potentia freti ecclesias detinent contra Ordinariorum voluntatem, in eos jubetur procedi juxta constitutiones de invasoribus &c. formamque servari, quæ constituta est adversus eos, qui notorie clericum violarint; nimirum cessandum a divinis in his locis, ubi Sarraceni, per quos ecclesiæ detinentur, fuerint, seu præda: & Christianos excommunicari, qui cum Sarracenis communicarint: & aggravari debere usque ad invocationem brachii sæcularis: atque interdictum poni, quod relaxari nequeat sine consensu Ordinariorum & satisfactione partis læsæ. Si clericis, vel incitantibus, vel adjuvantibus, vel procurantibus id crimen fuerit admissum; ultra censuras, quibus obnoxii sunt, ipso facto, jure, si quod habebant, privari.

QUamvis a prædecessoribus nostris fuerit provisum per constitutiones editas contra laicos, ecclesias sub colore juris patronatus, quod in eis [habent, &] habere se asserunt, vel alias, occupantes; & etiam contra clericos sæculares, & regulares, qui per potentiam laicorum ecclesias, & beneficia detinent præter, & contra voluntatem Ordinariorum, sub pœnis, & censuris: verumtamen, ut experientia docet, quæ magistra omnium rerum existit, dicti laici non obstantibus dictis censuris, & constitutionibus faciunt, quod pejus est, dictas ecclesias, & beneficia detineri per Sarracenos seu quascumque alias personas tam ecclesiasticas, quam sæculares: fructusque ipsarum ecclesiarum, & beneficiorum asportari faciunt per prædictos. Et cum non sit dubium, quin tam prædicti, quam mandantes, consentientes, facientes, & fieri facientes; & in bis dantes consilium, auxilium, vel favorem, sint excommunicati; ad reprimendam audaciam, & temeritatem omnium prædictorum adiicimus, & de novo sacro approbante concilio statuimus contra talia facientes, cujuscumque gradus, præminentiæ, dignitatis, seu condicionis existant, etiam si sint domini temporales, & potentes, mandantes, dantes consilium, auxilium, vel favorem tacite, vel occulte facientes *, possit, & valeat procedi per viam constitutionum sacrorum conciliorum de invasoribus, & incidant in pœnas contra invasores editas: & in ipsorum præsentia cessari debeat a divinis, servata procedendi forma in dictis constitutionibus tradita super notorio: & etiam in loco civita-

* & facientes

vitare, vel villa, ubi ipsi infideles, & Sarraceni, aut alii prædicti fuerint, seu præda, cessetur penitus a divinis, prout dictæ constitutiones de invasoribus disponunt: & etiam quod Christiani non possint communicare cum ipsis Sarracenis, & neque aliquod commercium exercere. Contrarium facientes, ipso jure, & facto trina canonica monitione præmissa, sunt excommunicati. In quam excommunicationem * declaramus ipsos incidisse mandantes, eodem sacro concilio approbante, quod locorum Ordinarii, seu eorum Officiales publicent supradictos Christianos talia facientes, aggravando ipsos, prout justum * fuerit, usque ad invocationem brachii sæcularis; & etiam ponere interdictum generale, seu speciale in loco & territotio illius dominii *, in quo delictum fuerit commissum; si dictis Ordinariis, seu suis Officialibus visum fuerit, donec debitam satisfactionem fecerint de præmissis. Quod interdictum non possit relaxari simpliciter, vel ad * cautelam, nisi de consensu Ordinariorum, & parte satisfacta, & contenta, cujus interest, & Prælati ecclesiarum, presbyteri, seu clerici in his dantes consilium, auxilium, vel favorem, seu fieri mandantes, occasione quorum prædicta fuerint perpetrata, seu prædicta rata habentes, ipso jure, & facto, sint privati jure, si quod in ipsis ecclesiis, vel * beneficiis eis competat, ultra censuras desuper fulminatas, quas ipso facto, & jute incurrant, & in ipsis locum volumus vindicare.

* & cum præsenti
* juris
* domini
* neque ad
* &

CAPUT XLIV.

Hieronymus in concilio Tarraconensi.

Non temere excommunicationis, atque interdicti sententia proferenda; neque infligenda in levibus delictis, tametsi interdum particularis irroganda excommunicatio, & particulare interdictum, ubi reus ex jure capi, detinerive non potest. Ceteris in criminibus carcere dignis, ut coerceri queant rei, censura proferenda: nec minus impigre tamen danda opera ut capiantur. Captis ad celebritatem divinorum redeundum. Rei tamen non prius liberandi, quam parti læsæ satisfecerint, & absolutionis beneficium fuerint adepti.

CUM in Ecclesia Dei non sit major pœna excommunicationis sententia, caveant Ordinarii, & alii, quibus competit, ne illam passim proferant, nec sint proclives ad interdicti sententiam proferendam: cum per eam insontes, ut culpabiles puniantut, & maturius sit intendendum, ubi majus animarum imminet periculum. Et pro delictis levibus aut aliis, pro quibus ad capturam, & capti detentionem procedi non potest secundum jura, non est ad interdicti sententiam, & cessationis generalis a divinis procedendum, ne tam gravis sententia pro levibus delictis prolata, in dies vilescat; & ne quæ prodesse debent, noceant omnibus. In quibus tamen si videbitur, ad particularem delinquentis excommunicationem, seu excommunicationis declarationem, & ultimo ad interdictum particulare procedi possit. In aliis vero criminibus, & carcere, & detentione dignis, si fieri possit, ad capturam & capti detentionem procedant, vel ad censuram proferendam: & nihilominus, quam primum poterunt, delinquentes capiant, & ab aliis officialibus assistentiam petant. Quibus captis, pandantut ecclesiæ, & cymbala, & organa pulsentur, ac si capti absoluti forent: qui tamen non relaxentur, donec parti læsæ satisfecerint competenter, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

CAPUT XLV.

Ferdinandus in concilio Barcinonensi.

UT animarum conscientiis consulatut, ne propter multitudinem constitutionum, quæ tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris editæ sunt, quas nos sacro approbante concilio, in unum volumen colligere, & publicare intendimus; multotum conscientiæ excommunicationis laqueis innodentur: cum in multis casibus ipso jure imponantur, præter eos, qui jure communi, aut aliis constitutionibus Romanorum Pontificum comprehenduntur. Ejusdem sacri approbatione concilii mucronem earundem censurarum ita temperandum esse censuimus, ut in majoribus tantum criminibus eadem pœna intacta relinquatur: in ceteris vero, sub quibuscumque verbotum sotmulis concepta sint, etiam si ipso facto, vel ipso jure in censuras incurrisse violatores eatundem constitutionum expresse dicatur: omnes ferendæ sententiæ, & non latæ interpretari oportere de cetero declaramus. Constitutiones autem, quas intactas relinquimus propter criminum qualitatem, hæ sunt:

Libro I. titulo XV. constitutio secunda Petri primi, quæ incipit, *Conspiratorum.* (nunc tit. XVI.)

Lib. II. tit. V. constitutio tertia ejusdem Petri, incipit, *Quia nonnulli.* (nunc incipit, *Item quia nonnulli.*)

Lib. III. tit. VI. constitutio prima Joannis Patriarchæ, incipit, *Ut hi, quibus.*

Et tit. VII. constitutio nona Petri de Luna, incipit, *Execrandæ.* (nunc tit. VIII.)

Et constitutio decima Enneci, incipit, *Exactiones.*

Et tit. XII. constitutio quinta Petri secundi, incipit, *Cum nil sit.* [nunc tit. XIII.]

Et tit. XVI. constitutio tertia Sanctii, incipit, *Cum ad præstationem.* [nunc tit. XVII.]

Et constitutio quinta Petri, incipit, *Quamvis cunctis.*

Et. tit. XXI. constitutio quarta Joannis Patriarchæ, incipit, *Quia in aliquibus.* (nunc tit. XXII.)

Et constitutio quinta ejusdem, incipit, *Statuimus.* [nunc *Item statuimus.*]

Et constitutio sexta Dalmatii, incipit, *Constitutionem.* (nunc, *Item constitutionem.*)

Et

Et tit. XXIII. constit. prima Petri primi, incipit, *Quia aliqui.* (nunc tit. XXIV. *Item quia aliqui.*)

Et tit. XXVIII. constitutio secunda Roderici, incipit, *Quorundam.* (nunc tit. XXIX.)

Et constitutio tertia Joannis Patriarchæ, incipit, *Licet iniquum.*

Et constit. quarta ejusdem, incipit, *In nonnullis.*

Et const. quinta Petri secundi, incip. *Dudum.*

Et constit. octava Petri de Fuxo, incipit, *Avaritiæ.*

Lib. V. tit. V. constitutio secunda Joannis Sabinensis, incipit, *Constitutionem.*

Et constit. tertia ejusdem, incipit, *Statuimus de cetero.*

Et constit. quinta Bernardi, incipit, *Statuimus etiam.*

Et constit. sexta Joannis Patriarchæ, incipit, *Quamvis circa.*

Et constit. septima ejusdem, incipit, *Abusus.*

Et tit. IX. constit. prima Roderici, incipit, *Quoniam.*

Et tit. X. constit. prima Joannis Patriarchæ, incipit, *Pro animarum.*

Et tit. XIV. constit. prima Petri primi incipit, *Simili.*

Et tit. XVII. constit. decima Petri de Fuxo incipit, *Quæstores.*

Et constit. undecima ejusdem, incipit, *Cum in ecclesiæ.*

Et omnes constitutiones positæ sub tit. XVIII. de sententia excommunicationis.

Et constitutiones in hac sancta synodo publicatæ.

Quattuor modi procedendi Judicialiter contra invasores in vim sacrorum conciliorum Provincialium Tarraconensium, editi in diversis provincialibus conciliis.

Primus modus editus per Arnaldum in tertio provinciali concilio Tarracone celebrato.

DUbitatur autem, quomodo fiat processus contra invasores, & raptores, & alios supradictos; & contra quoscumque, contra quos debet procedi per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et de usu, & consuetudine, (& observantia) debet, & solet procedi contra ipsos per hunc modum. Venit ad judicium damnum passus, & proponit in articulis in scriptis coram Ordinario, vel ejus vices gerente; quod talis miles, vel alius fecit tale fore factum: ut puta, raubaverit talem clericum, vel invaserit talem rem ecclesiasticam, vel violenter fecerit hoc contra libertatem ecclesiasticam, & sic de aliis, secundum quod continetur in constitutionibus sacri concilii Tarraconensis. Et sic potest procedi contra talem summarie, breviter, & de plano per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et dictus judex receptis articulis a dicto conquerente, qui paratus est stare juri cuicumque de illa re, de qua agitur, debet, si inveniri potest, commode, & cito citare dictum malefactorem, & dicere illi, quod reducat talem in suam possessionem pacificam cum omnibus damnis, & expensis, quas, & quæ fecit, & sustinuit pars conquerens: alias quod dictus judex procedet contra ipsum per constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et, si ipse malefactor nolit * interponere rationes justas, quod hoc sibi licuerit attentare: vel non invenitur, quia forte recessit cum præda; vel commode, & cito citari non potest, & damnum passus, qui spoliatus est, fraudaretur, cum de jure, afflicto non sit danda * afflitio, si talis malefactor expectaretur; tunc (in) eo casu dictus judex recipere debet summariam informationem super dictis articulis, non data, nec concessa copia dicto malefactori: & si invenerit ita esse, debet dictus * judex facere literas Rectori, vel ejus locum tenenti illius parochiæ, in qua degit dictus malefactor, & omnibus aliis clericis, ad quos præsentes pervenerint; quod denuntient talem publice excommunicatum, & quamdiu sit præsens ipse malefactor, seu ejus præda, in eorum parochiis cessent penitus a divinis: & inseratur causa, quare hoc fiat, in literis supradictis. Et numquam absolvatur talis malefactor, donec injuriam, & damnum passo plenarie satisfecerit in prædictis: nec ejus appellatio modo aliquo recipiatur. Et talis processus debet remanere penes Ordinarium, qui aggravare poterit participantes cum eodem malefactore, trina monitione facta in diebus dominicis, vel festivis proxime, vel continue subsecutis. Et de tali processu faciendo nihil debet habere, nec recipere dictus judex, nisi solum expensas, si contingat ipsum extra civitatem, vel villam, ubi habitat, exire, & intendere in prædictis. Sed notarius de scripturis debet habere salarium temperatum, prout hæc, & alia latius in dictis constitutionibus continentur.

* voluerit

* non est addenda

* prædictus

Secundus modus procedendi fuit editus per R. P. D. Petrum Clasqueri Archiepiscopum, traditusque domino Guillelmo de Turrillis Episcopo Barcinonensi in primo concilio provinciali Tarracone celebrato; ordinatus per venerabilem Barptolomæum Cescaravates decretorum doctorem.

Ordo procedendi usitatus per constitutiones sacri concilii Tarraconensis contra invasores, raptores, & deprædatores hominum, bonorum, & rerum ecclesiasticarum in curia Tarraconensi: qui etiam variatur ad arbitrium judicis secundum casuum accidentia, & qualitatem, condicionem, & statum personarum delinquentium, & in quas delinquitur.

PRoponit quis querimoniam cum articulis, seu capitulis contra aliquem, qui dicitur raptor; in qua querimonia proponens stare se juri offert (paratum) & ipsa querimonia (cum articulis, seu capitulis) oblata coram Officiali principali, idem Officialis, si persona, contra quam petitur (procedi) non sit * potens, vel de universitate loci alicujus, quæ partem faciat cum eadem; in continenti debet mandare citari malefactorem illum, ante quam recipiatur informatio super contentis in querimonia: & in litteris citatoriis consuevit querimonia cum capitulis inseri. Et si malefactor citatus in termino assignato venit, & copiam quærit * de querimonia, articulis *, (& capitulis) si non habuit *, quia litteræ citationis non habuit copiam, datur sibi copia, & recipitur informatio super querimonia, & articulis: & audiuntur defensiones citati summarie. Et, si defensiones non habet *, vel minus justas habet *, recepta informatione, nulla tradita copia de attestationibus adversario, qui dicitur malefactor, si constat de assertis in querimonia, declarantur pœnæ constitutionum contra illum, &c. Si autem citatus non venit (in) termino assignato peremptorie, reputatur contumax, & recipitur informatio, & declarantur pœnæ constitutionum in illius contumaciam. Si vero persona illa, quæ dicitur raptor, sit potens [ut] puta, nobilis, miles, vel civis; seu burgensis potens, vel tenens officium procurationis pro aliquo Domino potenti, vicariæ, vel bajuliæ, vel cum eo faciat partem universitas alicujus loci, in quo forsitan informatio habebit recipi, & illius loci habitatores testificari, ne per talium personarum potentiam vel factum veritas posset occultari, vel probatio impediri: si scirent per citationem, vel alias, processum constitutionum fieri, & inchoari; ante aliquam citationem recipitur informatio: qua recepta, si per illam constet de contentis, & assertis in querimonia oblata, citatur invasor sub tali forma, quia * inseritur in litteris citationis (querimonia cum capitulis) & in conclusione dicit Officialis: Cum constet nobis de prædictis per summariam informationem &c. requirimus, & monemus, quatenus infra talem terminum VI. vel X. dierum, quem peremptorie assignamus, restituatis rapta, &c. vel conveniatis amicabiliter, &c. vel dicta decima die coram nobis Tarracone (vel Barcinone) compareatis in curia, justas causas, si quas habetis, legitime propositurus, & ostensurus; alioquin lapso dicto termino procedemus ad declarationem pœnarum dictarum constitutionum, & alias, &c. Et si dictus raptor, & malefactor sic monitus *, & citatus venit in termino assignato, & petit copiam de querimonia prædicta, & articulis, si jam non habebat * ut dixi, in casu præmisso, datur sibi copia solum de querimonia prædicta & articulis, non autem de attestationibus receptis *, & audiuntur defensiones suæ summarie, quas si non habuerit, vel minus justas habuerit, fiet declaratio pœnarum constitutionum [prædictarum, sive] prætactarum. Si autem malefactor in termino assignato venire contempserit, vel alias complete contenta in litteris prætactis, reputabitur contumax, & in ejus contumacia proceditur * ad declarationem pœnarum dictarum constitutionum. Si autem petatur * procedi ad liberationem personæ ecclesiasticæ, quæ capta detinetur, distinguitur: quia aut est notorium quod ille, qui captus detinetur, est clericus gaudens privilegio clericali, ut Canonicus *, vel Archidiaconus, vel notorie presbyter, vel in sacris ordinibus constitutus: tunc in præmisso casu, ex quo de captione constat, sine aliqua citatione declarantur pœnæ dictarum constitutionum: & idem si est persona ecclesiastica notorie, ut quia est monachus, frater Minor, vel Prædicator, vel hujusmodi similis * habitum regularem publice deferens *. Si autem non sit notorium, captum fore clericum gaudentem privilegio clericali, in hoc casu recipitur informatio summaria: si est clericus gaudens privilegio clericali, potest procedi * attentis serie, & tenore Decretalis, *Si judex (laicus): de sententia excommunicationis lib. sexto.*

Marginal notes: * est; * petit; * & articulis; * habuerit; * habeat; * habeat; * quo; * vel malefactor sit monitus; * habeat; * jam receptis; * contumaciam procedetur; * requiratur; * ut quia Canonicus; * similes; * deferentes; * & procedatur

Tertius modus procedendi contra invasores, &c. editus per dictum dominum Petrum Clasqueri in tertio provinciali concilio Tarracone celebrato.

PAstoralis officii sollicitudo nos admonet, & inducit, ut de unitate, & concordia, ac etiam utilitate subjectorum providere curemus. Hinc est, quod, prout de certo didicimus, forma, & modus procedendi vigore constitutionis sacri concilii Tarraconensis editæ contra invasores, hucusque in nostra provincia observatus, dispar sit penitus, & difformis. Et quidam nimium rigorosi circa ejus observantiam fuerunt, quidam etiam nimis lenti; propter quod in subditos nostros sæpissime vidimus scandala generari, & quæstionum materiam suboriri. Volentes igitur, & scandali materiam præscindere, & procedendi modum trahere uniformem, qui alias per plures, & meliores nostræ provinciæ extitit observatus; hoc sacro approbante concilio statuimus, & perpetuo ordinamus, quod processus, qui fiet de cetero contra invasores, raptores, & deprædatores, & alios, de quibus habetur in dicta constitutione sacri concilii Tarraconensis, & alius

aliis constitutionibus ad declarationem illius diversis temporibus emanatis, fiat uniformiter, per formam, sive modum infrascriptum. Quia aut ad partis instantiam, aut ex judicis officio proceditur: si ad partis instantiam, pars quæ affirmaverit se invasam, vel aliquid sibi fuisse sublatum, seu aliquid sibi fuisse factum, propter quod dictæ constitutioni sit locus; seu procurator ejusdem, cautione prius data, quod stabit juri, prout debuerit, offerat articulos, sive positiones in scriptis judici super prædictis invasione, rapina, vel depredatione illatis, vel aliis in dicta constitutione contentis; & potest procedi contra talem summarie, breviter, & de plano; prout solitum est procedi juxta constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Quibus articulis per judicem receptis, mox absque vocatione, vel requisitione partis recipiatur per ipsum judicem summaria informatio in scriptis, non obstantibus exceptione, vel oppositione cujusquam. Qua recepta, si per eam apparuerit, vel judici visum fuerit, quod constitutioni sit locus, mandet judex per suas litteras Vicario, vel Rectori, seu illi, qui curam animarum gerit in parochia, in qua ille degit, contra quem constitutio petitur observari, quod moneat invasores, si inveniri poterint: alias in domo convocatis duobus, vel tribus testibus, vel ubi de scandalo non timeatur, publice in ecclesia parochiæ suæ, quod infra certos dies ipsius judicis arbitrio moderandos, computandos a die monitionis, satisfaciant damnum passo: alias nunc ut ex tunc, declaret judex in suis litteris, illum sic monitum incidisse in constitutionem sacri concilii Tarraconensis. Et si infra dictos dies in litteris jam præfixos invasor non restituerit, vel emendaverit, vel satisfecerit damnum passo, vel coram judice non allegaverit talem causam, qua probata constaret constitutioni locum non esse; observetur constitutio contra eum. Si dictus invasor dictam causam non allegaverit, tunc judex det terminum alleganti dictam causam octo dierum computandorum a die, quo causa fuerit allegata, ad probandum, & verificandum causam per ipsum allegatam. Et si infra illud tempus illam probaverit, & verificaverit; supersedeat judex a processu constitutionis, donec receptis omnibus probationibus & discussis, dictæ constitutioni apparuerit esse locum. Si vero infra prædictum terminum assignatum causam per eum allegatam non probaverit; non obstante allegatione alicujus impedimenti, facti, vel juris vel alia allegatione quacumque faciat judex contra eum constitutionem observari. Si vero judicis officio procedatur, modus omnino servetur prædictus: excepto quod judex cum articulis vel etiam sine articulis per ejus fiscalem loco partis oblatis, procedere possit. Si autem casus notorius, & scandalosus occurrerit, quod prædictus procedendi modus servari non debeat, vel non possit: quæ omnia judicis officio relinquantur; quia diversitas factorum exigit certam formam non per omnia observari: procedat judex omissa, vel servata forma prædicta; prout sibi juxta qualitatem negotii visum fuerit, quod ejus arbitrio relinquatur. Prædecessorum autem nostrorum vestigiis inhærendo statuimus; quod propter omissiones istius formæ, vel alterius observantiæ ordinis judiciarii, processus non sit irritus, nec etiam irritus faciendus.

Quartus modus, sive ordo usitatus, & copiosus, factus per dominum Ennecum Archiepiscopum in concilio celebrato Tarracone.

VEniet ad judicium damnum passus, & scriptis coram Officiali principali, vel in ejus absentia coram vicem gerente suam querelam proponet: in qua continebitur, quod talis, vel tales rapuerunt, vel invaserunt rem ecclesiæ violenter, vel contra ecclesiasticam libertatem fecerunt: & sic de aliis, secundum quod continetur in constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensium de invasoribus dicentibus contra invasorem * summarie, breviter, & de plano [&] absque litis contestatione procedi. Et in fine ipsius querellæ proponat, seu offerat stare juri cuicumque, obligandoque bona sui principalis, si intervenerit in ipsa causa procurator. Neque erit necesse dare firmancias, seu facere alias obligationes. Judex autem recepta, & retenta querella, citet illico, vel saltem * quando poterit ipsum malefactorem, & fautores, juxta proposita in querella, si sciat ubi moram faciant, seu personaliter existant; ac si citare commode possint: & illis ipsam querellam per sagionem, seu nuntium juratum curiæ transmittat absque * copia ipsius querellæ, sed causa expressa: tamen si veniat, & copiam ipsius querellæ petat, est illi danda: nec est necesse, quod citatio eundem malefactorem personaliter apprehendat, postquam sic fuerit citatus: addendoque in fine querellæ, ac in eisdem litteris illi dicat expresse, quod restituat talem rem, si quam recepit, seu de facto occupavit (vel emendet tali, quod in ejus præjudicium fecit) vel restituat talem in suam possessionem, vel libertatem ecclesiasticam, vel hominem (talem) ecclesiæ, si captum detineat vel talia bona, si sunt mobilia, quæ dicitur violenter recepisse, seu occupasse; una cum omnibus damnis, interesse, ac expensis, quas, & quæ fecit, ac sustinuit pars ipsa conquerens; vel tali die compareat coram eodem, justas causas, si quas habet, propositurus, & ostensurus: alias quod dictus judex procedet contra dictum malefactorem, seu invasorem per constitutionem sacri concilii Tarraconensis juxta, & secundum petita in præfata querella. Et si dictus malefactor veniat, & dicat, ac coram ipso judice proponat, quod jure facere potuit, vel quod impune poterat hoc alias fieri, audiendus est: & in suis probationibus tam per testes, quam per alias probationes admittendus est, quas summatim ipse judex recipere debeat, & teneatur. Et si infra tempus per ipsum judicem assignatum non probaverit se ju-

* malefactorem

* statim

* vel absque

ste fecisse, præsumitur * (*præsumatur*) quod illicite. Quare * (*quatenus*) judex procedat absque alia juris sollemnitate, tamquam contra malefactorem, ad declarandum ipsum incidisse in excommunicationis sententiam, aliasque constitutionum pœnas * (*& alias pœnas in ii sis constitutionibus contentas*) juxta etiam petita in querella. Si autem simpliciter neget contenta in dicta querella; tunc judex recipiat suam ex officio informationem absque alia partis vocatione. Et si sibi constiterit de contentis in ipsa querella, judex ipse habet declarare sine difficultate quatcumque ipsum malefactorem incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias pœnas constitutionum sacri concilii Tarraconensis, juxta, & secundum in prædicta querella petita. Si autem non vult coram eo in judicio comparere, vel justas causas * (*rationes*), si quas habeat * (*habet*), ad sui defensionem proponere; vel non invenitur, quia forte cum præda recessit, vel est extra terram vel commode etiam citari non potest; & damnum passus, qui spoliatus est, fraudaretur, cum afflicto non sit * (*est*) danda afflictio (quod esset) si talis malefactor expectaretur; tunc dictus judex habeat in continenti, vel saltem * (*statim*) quando commode poterit, summariam informationem super dicta querella oblata recipere, etiam parte contraria non vocata. Tamen faciat judex ipse hoc * (*in hoc*) casu, ut merus executor; & sic non requiritur judiciarium ordinem observari etiam de jure communi. Et si invenerit ita fore, debet judex citare ipsum malefactorem ad suam audiendam declarationem dumtaxat: qui si non veniat, in ejus contumaciam * (*contumacia*) declarationem faciat; declarando eundem excommunicatum, ac incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias * (*& alias*) pœnas, juxta, & secundum formam, & tenorem constitutionum sacri concilii Tarraconensis; & illico mandare litteras fieri Rectoribus ecclesiarum, &c. & specialiter illi Rectori illius parochiæ, in qua malefactor * (*dictus malefactor*) audire consueverit divina, ac de cujus est parochia: ut quamdiu sit præsens ipse malefactor, vel ejus præda in illa parochia cessetur penitus a divinis, & deinde per totam provinciam Tarraconensem: & in litteris prædictis inferatur causa, quare hoc facit * (*faciat*) ipse judex. Et numquam est absolvendus ab excommunicationis sententia dictus malefactor, donec plenarie satisfecerit damnum passis de omnibus damnis, injuriis, & interesse, ac expensis. Nec est admittenda ejus appellatio, si talis de facto appellet: immo judex apostolos negativos tradere teneatur, neque absolvatur etiam ad cautelam: cum in facto dictarum constitutionum non habeat locum absolutio ad cautelam, & hoc contra minores personas. Si autem persona illa, quæ dicitur raptor, sit potens, ut puta nobilis, vel baro, vel dominus illius loci, vel tenens officium procurationis * (*procurationis*) pro aliquo domino temporali (potenti) vel vicariæ, seu bajuliæ; vel cum eo faciat partem universitas alicujus civitatis, villæ, vel loci, in quo informatio habebit recipi, & illius loci habitatores testificari, ne per talium personarum potentiam facti veritas valeat occultari, vel probatio debita impediri, si scirent per citationem talem processum constitutionum prædictarum fieri ante aliquam citationem recipiatur informatio super querella oblata, qua informatione recepta, si per illam constet de contentis, & assertis in eadem, citetur invasor, seu malefactor sub tali forma. Cum constet nobis de prædictis per summariam informationem &c. requirimus, & monemus, quatenus infra talem terminum VI. vel X. dierum, secundum locorum distantiam, quem peremptorie assignamus, restituatis rapta, &c. vel conveniatis amicabiliter, &c. vel dicta die coram nobis in judicio compareatis causas justas, si quas habetis, propositurus, & ostensurus: alioquin, lapso dicto termino, procedemus ad declarationem excommunicationis sententiæ, ac pœnarum in dictis constitutionibus sacri concilii Tarraconensis contentarum, juxta petita in querella. Verumtamen si sine periculo, vel damno verisimili nuntiorum easdem litteras deferentium commode prædictæ litteræ illis personis præsentari non possent, seu potuerint, quæ talibus delinquentibus, seu invasoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum (Rectoribus) sufficiat præsentari. Et, si dictus malefactor sic citatus, & monitus venerit in termino assignato, & petit copiam de contentis in querella, datur * (*detur*) sibi copia de querella, non autem de attestationibus jam receptis: & audiuntur defensiones, ut supra, in casu præmisso: quas si non habuerit, vel minus justas, faciat declarationem * (*fiat declaratio*), ut supra. Si vero malefactor venire in termino assignato contempserit, vel alias adimplere contenta in litteris prædictis ipsius judicis reputabitur contumax, & in ejus contumacia * (*contumaciam*) procedetur ad declarationem, &c. Si autem requiratur procedi ad liberationem personæ ecclesiasticæ, quæ capta detinetur, distinguitur: quia aut est notorium, quod ille, qui captus detinetur, est clericus gaudens privilegio clericali, ut quia notorie Canonicus, vel presbyter, vel in sacris ordinibus constitutus; tunc in præmisso casu, ex quo de captione constat, & requisitus restituere noluerit; sine aliqua citatione declarantur pœnæ dictarum constitutionum, &c. Et idem si est persona ecclesiastica notorie, ut quia est monachus, frater Minor, vel hujusmodi similes habitum regularem publice deferentes. Si autem non sit notorium captum fore clericum gaudentem privilegio clericali, in hoc casu recipitur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali; & proceditur attentis serie, & tenore decretalis *Si judex (laicus) de sententia excommunicationis libro sexto.* Et dictus processus debet remanere penes Ordinarium, qui aggravare poterit participantes cum eodem malefactore, trina monitione in ipsa parochia per tres dies dominicos, vel festivos publice facta: post quas denuntiationes, si qui tales denuntiatos excommunicatos in suis domibus vel hospitiis ad habitan-

bitandum receperint, vel receptos ſuſtinuerint tales receptatores, vel ſuſtinentes judex ipſe etiam denuntiet, ſeu denuntiari faciat publice in eccleſiis excommunicatos, cum ipſo facto inciderint in excommunicationem contra præmiſſa faciendo: quos excommunicatos denuntiare tenetur judex etiam ex officio, abſque cujuſquam requiſitione, uſque ad ſatisfactionem congruam, ut * hæc & alia in præfatis conſtitutionibus latius continentur. Et de tali proceſſu faciendo nihil debet recipere, vel habere judex niſi ſolum expenſas, ſi contingat ipſum judicem extra civitatem, villam, vel locum, ubi habitat, exire, & circa præmiſſa intendere, vel vacare. Sed notarius de ſcripturis debet, ſeu poteſt ſalarium temperatum habere; ut in dictis conſtitutioibus plenius habetur.

* condi- gnam, ſicut

Confirmatio Apoſtolica.

MARTINUS PAPA V.

MArtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. His, quæ pro defenſione, ac conſervatione eccleſiaſticæ libertatis, ſtatuque cleri pacifico, provide ſtatuta, & ordinata ſunt, ut illibata perſiſtant, libenter adiicimus, cum a nobis petitur, Apoſtolici muniminis firmitatem. Sane ex parte venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcopi & Epiſcoporum, ac dilectorum filiorum cleri provinciæ Tarraconenſis nobis exhibita petitio continebat, quod cum quidam, non obſtante tam ſacrorum canonum provida diſpenſatione, quam etiam variis ſtatutis ſuper hoc per provinciali concilia editis, eccleſiaſticam libertatem perturbare, & enervare diverſimode conarentur, ipſi ſuorum prædeceſſorum imitando veſtigia, ad obviandum variis cavillationibus & interpretationibus malignantium, nonnulla, tam ſtatutorum aliorum declarationes, quam additiones, ordinationes, & ſtatuta pro bono ſtatu cleri ipſius provinciæ, & eccleſiaſticæ libertatis defenſione variis temporibus prout ipſorum & negotiorum emergentium qualitas poſtulabat de novo in ipſis conciliis provincialibus Tarracon. ſtatuerunt, condiderunt, & etiam ordinaverunt. Quare pro parte Archiepiſcopi, Epiſcoporum, & cleri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut declarationibus, additionibus, ordinationibus, & ſtatutis hujuſmodi, pro ipſorum ſubſiſtentia firmiore, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati declarationes, additiones, ordinationes, & ſtatuta ipſa, quæ diligenter examinari fecimus, cum ſint juri conſona, & debeant merito obſervari, quæque inferius deſcribuntur, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: adiicientes præterea, ac eadem auctoritate decernentes, quod indulta de audiendo Miſſam, & alia divina officia tempore interdicti, laicis conceſſa, ſeu in poſterum concedenda, ad ea loca, in quibus per dictas conſtitutiones contra invaſores editas ceſſationem a divinis obſervari contigerit, nullatenus ſe extendant. Tenor vero declarationum, additionum, ordinationum, & ſtatutorum prædictorum ſequitur, & eſt talis.

Frequens plurimorum clamor noſtrum propulſavit auditum, quod nonnulli religioſi exempti, & non exempti, etiam de ordine militari, potius propriis, quam reipublicæ noſtræ provinciæ commodis inhiantes, cum eis in perſonis propriis, locis, hominibus, vel aliis bonis ſuis injuriæ, damna aliqua, ſeu violentiæ per quempiam irrogantur, nos ſeu curiam noſtram, & venerabilium fratrum noſtrorum ſuffraganeorum adeunt, ut eis per conſtitutiones in ſacris conciliis Tarraconenſibus contra invaſores, raptores, & deprædatores hominum eccleſiarum, rerum eccleſiaſticarum, & locorum religioſorum ſancte, & ſalubriter emanatas, ſuccurratur de remedio competenti in dictis conſtitutionibus expreſſato: quod quidem remedium cum contra ipſos in dictas conſtitutiones committentes, ad inſtantiam aliquorum, vel alias ex officio proceditur, non curant admittere, nec eiſdem volunt ſubiici, ſed potius liberari; obliti conſilii Sapientis, quo caveatur, Patere legem, quam ipſe tuleris; *& canonicis, ac imperialibus legibus quæ publice profitentur*, Quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe debet uti eo; *&*, Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in eam. *Nos igitur præfatus Archiepiſcoput, approbatione ejuſdem ſacri concilii ſtatuimus, quod dicti religioſi, etiam ſi fuerint de ordine militari, ſicut pro ſe conſtitutiones admittunt, contra ſe, ſi in eas commiſerint, admittere teneantur, quod niſi fecerint, dictarum conſtitutionum commodo, & auuilio, præſentis ſanctionis auctoritate, ipſo facto decernimus eſſe privatos. Præcipientes dictis noſtris ſuffraganeis, Vicariis, & Officialibus eorundem ne eo caſu ad inſtantiam ipſorum, nec ex officio dictas conſtitutiones obſervent.*

Procedit a rationis, & juris tramite, quod ubi majus eſt periculum, ibi proculdubio eſt plenius, & ſalubrius providendum. Quod quam grave ſit, & onuſtum diſpendiis; & quot, & quantis ſit plenum periculis, eccleſiaſticæ juriſdictionis euercitium noſtræ provinciæ, his præſertim temporibus exercere, non ſolum euacti conſideratio temporis docuit, ſed conſiderata prudenter præſentis temporis diſcrimina indicant; quod nonnulli temporale

le dominium obtinentes, suis terminis non contenti, falcem suam in alienam segetem imponere non verentur, satagentes jurisdictioni ecclesiasticæ, quantum possunt, illudere, ac eam etiam exquisitis coloribus usurpare. Executores namque, nuntios nostros, seu venerabilium fratrum nostrorum Vicariorum, aut Officialium litteras eis, & subditis suis, seu in dominio ipsorum consistentibus justitiæ deferentes nedum capiunt, immo interimunt & atrociter verberant, ac præcepta suis subditis faciunt de interficiendis eisdem, in Dei offensam notoriam, & ipsorum grande periculum animarum. Quapropter nos Archiepiscopus supradictus, prout decet, & expedit, talia attentantes, qui ipso jure tamquam impedientes jurisdictionem ecclesiasticam, excommunicati existunt, congruis remediis ab hujusmodi ausibus retrahere, & ad Dei semitam reducere cupientes, sacro approbante concilio statuimus, quod si talia, & tam nefanda crimina, quod absit, per aliquem judicem, Marchionem, Comitem, vicecomitem, nobilem, baronem, militem, civem, burgensem, generosum, vel non generosum, & officiales eorum, consules, paciarios, consiliarios civitatum, vel villarum, castrorum, & locorum temporale dominium obtinentes, vel aliquem ejus loco in nostra provincia Tarraconensi commissa de cetero fuerint, omnia loca, castra, seu villæ committentis hujusmodi facinus, in diœcesi, in qua commissum fuerit, constituta, ipso facto sint supposita ecclesiastico interdicto. Quod quidem interdictum in ecclesiis cathedralibus, & propinquioribus circumvicinis ecclesiis, si commode alibi denuntiari non potest, sufficiat publicari, & processus necessarius in eisdem fieri.

Naturalis dictat ratio, & experientia manifestat, quod novis morbis nova convenit antidota præparari. Cumque ab aliquibus citra temporibus nonnulli excommunicati auctoritate constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconensinm contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiasticorum, & locorum religiosorum salubriter promulgatarum, munus absolutionis ad cautelam obtinere nituntur, quod numquam, vel raro fieri consuevit; approbatione ejusdem sacri concilii, hoc fieri prohibemus: statuentes, quod si de facto fieret, non valeat absolutio sic obtenta.

Ceterum, quia fide dignorum relatu percepimus, quod nonnulli dominium temporale obtinentes in civitatibus, locis, castris, & villis infra provinciam Tarraconensem, illudentes ecclesiasticæ libertati, presbyteros, & clericos simpliciter tonsuratos, vel etiam conjugatos, & personas alias ecclesiasticas, si coram eisdem dominis, vel officialibus allegant tonsuram, vel quod gaudere, cum casus occurrerit, volunt privilegio clericali; vel si pecunia eis data, vel mutuata non fuerit, quam nituntur a dictis presbyteris, vel clericis exigere, vel exquisitis coloribus, & figmentis, vel quia dicunt eos habere suspectos, seu alias pro libito voluntatis, de dictis civitatibus, castris, locis, & villis, & ipsorum dominio de facto expellunt, vel expelli faciunt; banniunt, seu bannire faciunt: de voluntate, & assensu sacri concilii ordinamus, ut contra dominos, Vicarios, & officiales, seu bajulos dictorum dominorum, & aliorum talia facientes, qui in præmissis, vel aliquo præmissorum deliquerint, vel ratum habuerint, procedatur per constitutiones sacrorum conciliorum Tarracone editas contra invasores, raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, rerum & locorum religiosorum, per nos, suffraganeos nostros, Vicarios, & Officiales nostros, & ipsorum, prout fuit hactenus in Tarraconensi provinca fieri assuetum, præfatas constitutiones contra talia impie attentantes, & dantes eis in hoc consilium, auxilium, vel favorem, quos volumus pœnis, & censuris dictarum constitutionum ipso facto ligari, penitus extendentes.

Quia malitia delinquentium succrescente, cum per Prælatos, Vicarios, vel Officiales eorum, ex officio, vel ad partis instantiam per constitutiones sacrorum conciliorum Tarraconensium contra eos proceditur, talis processus per delinquentes, seu invasores hujusmodi, præsertim potentes, pluries impeditur; qui exquisitis fraudibus nuntios ad eos portantes litteras, ut coram ipsis Prælatis, Vicariis, & Officialibus compareant, vel procedant, interimunt, capiunt, vel alias faciunt, & procurant, quod hujusmodi litteræ ad eorum notitiam nequeant pervenire: statuimus, quod in prædictis casibus, & etiam si sine periculo, vel scandalo verisimili nuntiorum easdem deferentium, commode præmissæ litteræ illis, contra quos emanaverint, præsentari non possent, litteras, quæ talibus delinquentibus, seu invasoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum Rectoribus sufficiat præsentari: quibus per dictos Rectores in suis ecclesiis publice lectis, perinde illi, quibus litteræ diriguntur, parere contentis in litteris teneantur, ac si eædem litteræ essent eisdem delinquentibus, vel invasoribus præsentatæ: & sic consequenter in negotio, seu causa procedatur.

Quoniam aliqui curiosi disceptantes de his, quæ non multum expediunt, & plura sapiunt, quam oporteat, contra doctrinam Apostoli temere attentantes in dubitationem sollicitam vertere dignoscuntur, quod a nostris prædecessoribus provide noscitur statutum in constitutione incipiente, Ad reprimendam, *versiculo* Statuentes, *& a summis Pontificibus confirmatum, an nos, & officiales nostri Tarracone requisiti per totam provinciam observare, & observari facere valeamus constitutiones per prædecessores nostros editas contra raptores, invasores personarum ecle-*

ecclesiasticarum, rerum, ac bonorum, & hominum eorundem diffidatores, damnificatores personarum, ac bonorum ecclesiæ, fautores raptorum, & damnificantium prædictorum: nos, sacro concilio requirente, & unanimiter approbante, cupientes hæsitationis materiam amputare, declaramus, quod quascumque constitutiones a prædecessoribus nostris editas contra dictos raptores, invasores personarum ecclesiasticarum, rerum, ac bonorum, & hominum eorundem diffidatores, damnificatores, receptatores raptorum, & damnificantium prædictorum, nos, & Officialis noster, qui Tarracone nunc sumus, & pro tempore fuerint, per quemcumque de provincia, & quotiescumque fuerimus requisiti contra quoslibet de provincia, & qui infra eandem dicta crimina commiserunt, seu quomodolibet deliquerunt, & etiam absque requisitione, & ex officio pro nobis, & ecclesia Tarraconensi ac Canonicis ejusdem, nostris, & ipsorum familiaribus quibuscumque possimus libere per totam Tarraconensem provinciam observare, & facere observari: & secundum earum formam contra prædictos in qualibet diœcesi suffraganeorum nostrorum, & contra ipsorum subditos, & ad eorum requisitionem, & pro prædictis delictis ibidem perpetratis procedere, & procedi facere super eis. Et super his nostri suffraganei, & eorum Officiales, ac ipsorum subditi teneantur nobis, seu Officiali nostro, nostrisque successoribus & eorum Officialibus obedire; nedum pro committendis in futurum contra constitutiones prædictas, immo pro his, quæ contra eas sunt etiam jam commissa: Officiales, & subditos dictorum suffraganeorum, sacro approbante concilio, si in præmissis impedimentum præstiterint, excommunicationis sententia innodantes; a qua nisi per nos, & Officialem nostrum absolutionis debitum nequeant obtinere. Nulli ergo liceat declarationem hujusmodi interpretari, restringere, vel artare, si excommunicationis sententiam, approbante concilio, per nos latam contra hujus antiqui statuti declarationem hæsitantes, in dubium vertentes, seu etiam restringentes, cupiant evitare.

Provide attendentes, & quod raptores, & deprædatores hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, locorum religiosorum, excommunicationis sententia, sacro approbante concilio, innodantur; & in pœnæ aggravationem in eorum presentia cessatur etiam a divinis: animadvertentes personas majori, quam res debere privilegio, & immunitate gaudere; de communi totius sacri concilii consilio, & assensu statuendo declaramus; vulnerantes, vel atrociter percutientes Prælatos, vel Vicarios, seu Officiales, vel Decanos, Canonicos, vel religiosos, vel alios clericos in sacris ordinibus, seu beneficiatos, aut procuratores fiscales dictorum Prælatorum, seu eorum Officialium, dum tamen clerici soluti existant, subjacere pœnis, & sententiis supradictis; & in eorum præsentia cessari debere penitus a divinis, juxta modum, & formam, qui in constitutionibus Item cum quidam, & Olim, contra invasores editis exprimantur: aliis pœnis in jure & constitutionibus appositis nullatenus derogantes.

Quoniam ex pœnis in constitutione incipienti, Prædecessorum nostrorum &c. impositis contra diffidantes, seu acuidantes Prælatos, vel alias personas ecclesiasticas in dicta constitutione contentas, propter temporis malitiam, & multorum, proh dolor, pravitatem, præfato morbo, ut deceret, non est usquequaque provisum, quo minus Dei timore, & pœnis præfatis postpositis, & spretis, nonnulli diffidare, seu acuidare personas ecclesiasticas in præfata constitutione contentas, & diffidantibus dare consilium, auxilium, vel favorem nullatenus vereantur: idcirco, quia crescente contumacia, debet crescere ipsa pœna, adiiciendo statuimus; quod si post monitionem factam personaliter vel publice in ecclesia, ubi domicilium habuerint diffidantes præfati, per Rectorem, seu ejus locum tenentem, vel alium loco sui, de mandato Prælati ipsius Rectoris, vel Officialis ejusdem, infra decem dierum spatium præfata acuidamenta, seu diffidamenta non revocaverint cum effectu, ex tunc in ecclesiis civitatum, villarum, vel locorum, quamdiu præfati diffidantes, seu acuidantes præsentes fuerint, cessetur penitus a divinis, ut cessatur, seu cessari debet in præsentia invasorum, raptorum, & deprædatorum hominum ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum; aliis pœnis in præfata constitutione contentis in suo robore duraturis.

Justum quidem decernimus, & necessitate compellimur, nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensi ecclesiæ Archiepiscopus, provinciale concilium celebrantes, quod in his, quæ sunt salubriter provisa, si declaratione, vel additione indigeant, prout experientia docuerit, debitæ provisionis remedium apponamus. Cum itaque in modo procedendi vigore constitutionum provincialium de invasoribus contra delinquentes, in eis per nos approbatione sacri concilii edito, sit provisum, quod contra detinentem notorie clericum, vel monachum, fratrem Minorem, vel hujusmodi similem habitum regularem gestantem, si requisitus eum restituere noluerit, sine aliqua informatione pœnæ dictarum constitutionum contra eum declarentur: & de casu non notorie clerico recipiatur informatio summaria, si est clericus gaudens privilegio clericali; & contra detinentem procedatur juxta tenorem decretalis Si judex, de sententiis excommunicationis lib. VI. Adiicimus, sacri concilii approbatione, & declaramus, quod si per dictam infor-

formationem constiterit, talem captum esse clericum gaudentem privilegio clericali, contra detentorem ejusdem procedatur ad declarationem dictarum constitutionum, uti de notorio clerico est provisum.

Item, cum in constitutione per bonæ memoriæ Petrum Archiepiscopum Tarraconensem prædecessorem nostrum edita, incipiente, Olim excommunicatis recolimus, *caveatur, quod quamdiu principales malefactores, invasores, & raptores rerum, & bonorum ecclesiasticorum, & hominum, ac locorum eorum fuerint in aliqua civitate, vel villa, in eorum præsentia cessetur penitus a divinis: & sæpe acciderit, quod quidam domini civitatum, vel villarum hujusmodi, & eorum officiales, eorum, qui deprædati sunt, damna non sentientes, & ipsorum, & ecclesiæ injurias pro nihilo habentes, malefactores prædictos multo tempore sustinuerunt quandoque in odium ecclesiarum, & damna personarum prædictorum; ex quo delictorum eorundem esse videntur participes, & consortes: dignumque reputemus, quod tales etiam pœnam sentiant eorum, sacri concilii approbatione adjicimus, & statuimus, quod si dominis civitatis, villæ, castri, aut loci, in quibus malefactores fuerint receptati; vel eorum officialibus constiterit, tales malefactores in eis fuisse per octo dies receptatos, nisi eosdem a suis civitatibus, castris, villis, vel locis infra decem dies post dictos octo dies immediate secuturos requisiti ejecerint cum effectu, ita quod amplius ad ipsos, vel ipsa, vel jurisdictiones eorum non redeant, tales domini, & eorum officiales simili sint excommunicatione ligati: & in eorum præsentia, ut in fautoribus, & receptatoribus cessetur penitus a divinis. Ab hac autem pœna tantum excludimus dominum Regem, & dominam Reginam, & eorum primogenitum, & uxorem suam.*

Quidam officiales sæculares provinciæ Tarraconensis privilegium clericis conjugatis a sacris canonibus indultum, quo pro excessibus seu delictis per eos commissis, seu de quibus delati fuerint, in personis, & bonis de ecclesiastici judicis foro existunt, eis auferre, & ecclesiasticam jurisdictionem sibi usurpare callida fraude, ut percepimus, cupientes, privilegium prædictum quoad personas dictorum clericorum restringunt, bona vero eorundem esse asserunt, licet ficte, de foro sæculari: & his non contenti, multoties dictos clericos in odium ecclesiasticæ jurisdictionis capiunt, & eorum bona occupant, etiam de facto: & cum ex his per ecclesiasticum judicem proceditur contra eos pro dictorum bonorum restitutione, respondent, & excipiunt contra veritatem, quod dicta bona non capiunt ratione delicti, sed ex, quia asserunt esse domini temporalis; & quod dominus temporalis vult, quod ipsa bona capiantur, & occupentur per eosdem. Nos autem huic pernicioso abusui obviare, & ecclesiasticæ jurisdictioni, ut illibata persistat, providere debito remedio cupientes, approbante sacro concilio, excommunicamus quoscumque officiales, & personas quacumque auctoritate, vel potestate fungantur, talia attentantes: & contra ipsos, & ipsas, ut invasores, & occupatores rerum & bonorum, ac jurium Ecclesiæ, prout revera existunt, procedi volumus: & pœnas constitutionum de invasoribus in eis decernimus locum habere, & esse servandas.

Veniet ad judicium damnum passus, & in scriptis coram Officiali principali, vel in ejus absentia coram vices gerente suam querellam proponet: in qua continebitur, quod talis, vel tales rapuerunt, vel invaserunt rem ecclesiæ violenter, vel contra ecclesiasticam libertatem fecerunt: & sic de aliis, secundum quod continetur in constitutionibus sacrorum conciliorum Tarraconensi. de invasoribus dicentibus contra malefactorem summarie, breviter, & de plano absque litis contestatione procedi. Et in fine ipsius querellæ proponat, seu offerat stare juri cuicumque obligandoque bona sua, vel sui principalis, si intervenerit in ipsa causa procurator, neque erit dare firmancias necesse, seu facere alias obligationes. Judex autem recepta, & retenta querella, citet illico, vel statim quo modo poterit, ipsum malefactorem, & fautores, juxta proposita in querella, si sciat ubi moram faciant, vel personaliter existant, si citari commode possint: & sibi ipsam querellam per sagionem, seu nuntium juratum curiæ transmittat; vel absque copia ipsius querellæ, sed causa expressa: tamen si venerit, & copiam ipsius querellæ petet, est sibi danda: neque est necesse, quod citatio eundem malefactorem personaliter apprehendat, postquam fuerit citatus: addendoque in fine querellæ, ac in eadem littera sibi dicat expresse, quod restituat talem rem, si quam recepit, seu de facto occupavit, vel restituat talem in sua possessione, vel libertate ecclesiastica; vel hominem ecclesiæ, si captum detineat; vel talia bona, si sunt mobilia, quæ dicitur violenter recepisse, seu occupasse; una cum omnibus damnis, interesse, ac expensis, quas, & quæ fecit, vel sustinuit pars ipsa conquerens: vel tali die compareat coram eodem, justas causas, si quas habet, propositurus, vel ostensurus: alias quod dictus judex procedat contra dictum malefactorem, seu invasorem per constitutionem sacri concilii Tarraconensis junta, & secundum petita in præfata querella. Et si dictus malefactor veniat, & dicat, ac coram ipso judice proponat, quod jure facere potuit, vel quod impune poterat alias hoc fieri; audiendus est, & in suis probationibus tam per testes, quam per alias probationes admittendus; quas summarie ipse judex recipere debet, ac tenetur. Et si infra tempus per ipsum judicem assignatum non probaverit, se

juste

juste fecisse, ergo præsumitur quod injuste. Quare judex procedat absque alia iuris solemnitate, tamquam contra malefactorem ad declarandum ipsum incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias pœnas in ipsis constitutionibus contentas, juxta etiam petita in querella. Si autem simpliciter neget contenta in dicta querella; tunc judex recipiat suam ex officio informationem absque alia partis vocatione. Et si sibi constiterit de contentis in ipsa querella, judex ipse habeat declarare sine difficultate quacumque, ipsum malefactorem incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias pœnas constitutionum sacri concilii Tarraconensis, juxta, & secundum in prædicta querella petita. Si autem non vult coram eo in judicio comparere, vel justas rationes, si quas habet, ad sui defensionem proponere; vel non invenitur, quia forte cum præda recessit, vel est extra terram, vel commode etiam citari non potest; & damnum passus, qui spoliatus est, fraudaretur, cum afflicto non est danda afflictio, si talis malefactor expectaretur; tunc si dictus judex habeat in continenti, vel statim quando commode poterit, summariam informationem super dicta querella oblata recipere, etiam parte contraria non vocata. Tamen faciat judex ipse hoc casu ut merus executor, & sic non requiritur judiciarium ordinem observari etiam de jure communi. Et si invenerit ita fore, debet judex citare ipsum malefactorem ad suam audiendam declarationem duntaxat: qui si non veniat, in eius contumaciam declarationem faciat; declarando eundem excommunicatum, ac incidisse in excommunicationis sententiam, & in alias pœnas, juxta, & secundum formam, ac tenorem constitutionis sacri concilii Tarraconensis, & illico mandet litteras fieri Rectoribus ecclesiarum, &c. & specialiter illi Rectori illius parochiæ, in qua dictus malefactor audire consuevit divina, ac de cuius est parochia: ut quamdiu sit præsens ipse malefactor, vel ejus præda in illa parochia, cesseur penitus a divinis, & deinde per totam provinciam Tarraconensem, & inferatur causa, quare hoc facit ipse judex, in littera, seu litteris prædictis. Et numquam est absolvendus ab excommunicationis sententia dictus malefactor, donec plenarie satisfecerit damnum passis de omnibus damnis, injuriis, interesse, ac expensis. Nec est admittenda eius appellatio, si talis de facto appellet: immo judex apostolos negativos tradere teneatur, neque absolvatur etiam ad cautelam: cum in facto constitutionum non habeat locum absolutio ad cautelam, & contra minores personas. Si autem persona illa, quæ dicitur raptor, sit potens, ut puta nobilis, vel baro, vel dominus illius loci, vel dominus loci tenens officium procurationis pro aliquo domino temporali potenti, vel vicariæ, sive bajuliæ; vel cum eo faciat partem universitas alicujus civitatis, villæ, vel loci, in quo informatio habebit recipi, & illius loci habitatores testificari, ne per talium personarum potentiam facti veritas valeat occultari, vel probatio debita impediri, si scirent per rationes talem processum constitutionum prædictarum fieri: ante aliquam citationem recipiatur informatio super querella oblata, qua informatione recepta, si per illam constet de contentis, & assertis in eadem, citetur invasor, seu malefactor sub tali forma: „ Cum constet nobis de prædictis per summariam informationem, &c. requirimus, & monemus, quatenus infra talem terminum VI. vel X. dierum, secundum locorum distantiam, quem peremptorie assignamus, restituatis rapta, &c. vel conveniatis amicabiliter, &c. vel dicta tali die coram nobis in judicio compareatis justas causas, si quas habetis, propositurus, & ostensurus: alioquin, lapso termino, procedemus ad declarationem excommunicationis sententiæ ac pœnarum in dictis constitutionibus sacri concilii Tarraconensis contentarum, juxta in querella petita “. *Verumtamen si sine periculo, vel damno verisimili nuntiorum easdem litteras deferentium commode prædictæ litteræ illis personis præsentari non possent, seu potuerint, quæ talibus delinquentibus, seu invasoribus diriguntur, in duabus parochiis circumvicinis ipsarum ecclesiarum sufficiat præsentari. Et, si dictus malefactor citatus, vel monitus venerit in termino assignato, & petit copiam de contentis in querella, datur sibi copia de querella, non autem de attestationibus jam receptis: & audiantur defensiones, ut supra, in casu præmisso: quas si non habuit, vel minus justas, fiat declaratio, ut supra. Si vero malefactor venire in termino assignato contempserit, vel alias adimplere contenta in litteris prædictis ipsius judicis, reputabitur contumax, & in ejus contumacia procedetur ad declarationem, &c. Si autem requiratur procedi ad deliberationem personæ ecclesiasticæ, quæ capta detinetur, distinguitur: quia aut est notorium, quod ille, qui captus detinetur, est clericus gaudens privilegio clericali, ut quia notorie Canonicus, vel presbyter, vel in sacris ordibus constitutus; tunc in præmisso casu, cu quo de captione constat, & requisitus restituere noluerit; sine aliqua citatione declarantur pœnæ dictarum constitutionum, &c. Et idem si est persona ecclesiastica notorie, ut quia est monachus, frater Minor, vel hujusmodi similes habitum regularem publice deferentes. Si autem non sit notorium, captum fore clericum gaudentem privilegio clericali, in hoc casu recipitur informatio summaria, si est clericus, gaudens privilegio clericali; & proceditur attentis serie, & tenore decretalis:* Si judex, de sententiis excommunicat. lib. sexto *Et dictus processus debet remanere penes Ordina-*

dinarium, qui aggravare poterit participantes cum eodem malefactore, trina monitione in ipsa parochia per tres dies dominicos, vel festivos publice facta: post quas denuntiationes, si qui tales denuntiatos excommunicatos in suis domibus vel hospitiis ad habitandum receperint, vel receptos sustinuerint, tales receptores, vel sustinentes judex ipse etiam denuntiet, seu denuntiari faciat publice in ecclesiis excommunicatos, cum ipso facto inciderint in excommunicationem contra præmissa faciendo: quos excommunicatos denuntiare tenetur judex etiam ex officio, absque cujuscumque requisitione, usque ad satisfactionem condignam, prout hæc, & alia in præfatis constitutionibus latius continentur. Et de tali processu faciendo nihil debet recipere, vel habere judex, nisi solum expensas, si contingat ipsum judicem extra civitatem, locum, vel villam, ubi habitat, exire, & circa præmissa intendere, seu vacare. Sed notarius de scripturis potest, seu debet salarium temperatum habere; ut in dictis constitutionibus plenius habetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, communitionis, additionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctos Apostolos, quarto idus Januarii, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

De Procemiis, & Conclusionibus Conciliorum.

Procemium constitutionum Joannis Sabinensis Episcopi, Apostolicæ sedis Legati.

NOS Joannes, Dei gratia Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, provinciale concilium in præsenti Ilerdensi civitate celebrantes, præsentibus, & assistentibus nobis venerabilibus in Christo patribus S. Tarraconensi Archiepiscopo, B. Barcinonensi, G. Gerundensi, G. Vicensi, P. Urgellensi, B. Ilerdensi, P. Dertusensi, & G. Oscensi Episcopis, nec non & multis Abbatibus, & aliis ecclesiarum Prælatis provinciæ Tarraconensis, anno Domini MCCXXIX. quarto Kalendas Aprilis, constitutiones quasdam, sive ordinationes edidimus sequentes, *Animarum &c.*

Factisque, & publicatis constitutionibus prædictis in concilio Ilerdensi de consilio Archiepiscopi Tarraconensis, & Suffraganeorum ejusdem, dominus Legatus executionem earum commisit S. Archiepiscopo Tarraconensi, in hunc modum.

Litteræ ejusdem Legati ad Sparagum Archiepiscopum Tarraconensem.

VEnerabili in Christo patri S. Dei gratia Tarraconensi Archiepiscopo, I. ejusdem permissione Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, salutem in Domino. Parum est in civitate jus esse, nisi qui illud tueatur, existat; nec prodesset jura insurgere contra malos, si deesset juris executor. Quia ergo complures * in vestra provincia, divino timore, & ecclesiastica disciplina a se penitus abdicatis, contra constitutiones a nobis salubriter promulgatas in concilio Ilerdensi, fraudulentis occasionibus super obtinendis pluribus beneficiis curam animarum habentibus: & alii etiam fraudes quamplurimas excogitando venire præsumunt, volentes per sollicitudinem a nobis ecclesiasticæ provisionis susceptam, hujusmodi fraudibus obviari, ac prædictas constitutiones nostras providæ executioni mandari; vobis, qua fungimur auctoritate, mandamus in virtute obedientiæ, & sub pœna suspensionis, præcipientes firmiter, & districte; quatenus constitutiones per vos ipsos humiliter observantes, easdem in omnibus, & per omnia, qua convenit districtione, ab aliis faciatis inviolabiliter observari, nulli in hac parte aliquatenus deferendo: ut zelum Domini vos demonstretis habere, nec homini deferre videamini contra Deum. Alioquin si in præmissis notabiliter exequendis extiteritis, quod non credimus, negligentes, pœnam suspensionis expressam superius merito poteritis formidare. Speramus autem in Domino, quod super observantia constitutionum taliter vestræ circumspectionis providentia se habebit, quod non de negligentia reprehendi, sed potius de diligentia merito debebitis commendari. Datum Tutel. Kal. Maii.

* *igitur quam plures*

Procemium constitutionum ejusdem Sparagi Archiepiscopi.

PAteat universis, quod nos Sparagus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus, de mandato, & auctoritate reverendi patris, & domini Joannis Dei gratia Sabinensis Episcopi, quondam Apostolicæ sedis Legati, in Tarraconensi ecclesia generale concilium celebrantes, anno Dominicæ incarnationis MCCXXX. Kalendis Maii, intervenientibus venerabilibus fratribus, G. Vicensi, P. Dertusensi, G. Oscensi, B. Barcinonensi Episcopis, ac procuratoribus aliorum Episcoporum Tarraconensis provinciæ, &c. statuta hujusmodi faciamus in hunc modum, *Cum diversæ* &c. *Quoniam nonnulli*, & infra.

Pro-

Procemium constitutionum Petri primi Archiepiscopi in primo concilio.

NOS Petrus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus, congregato provinciali concilio Tarracone, anno Domini M.CCXXXIX. decimoquarto Kalendas Maii, præsentibus venerabilibus fratribus Barcinonensi, Dertusensi, Gerundensi, Urgellensi, Vicensi, Oscensi, Ilerdensi Episcopis, constitutiones venerabilis patris Joannis Sabinensis Episcopi bonæ memoriæ, Apostolicæ sedis Legati ad memoriam reducentes, easdem post earum publicationem præcipimus observari: alias de novo edimus in forma sequenti, *Excommunicantes* &c. & infra: *Statuimus.*

Ego Joannes de Guardia notarius domini Archiepiscopi memorati, mandato ipsius, & suffraganeorum supradictorum hoc scribi feci die, & anno præfinis.

Procemium constitutionum ejusdem Petri in secundo concilio.

NOS Petrus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus, præsidentes in concilio in civitate Valentiæ congregato, anno Domini MCCXL. octavo idus Maii, & eodem convenientibus in unum venerabilibus fratribus B. Barcinonensi, R. Ilerdensi, P. Dertusensi, V. Oscensi Episcopis, & V. Cæsaraugustano, & F. Valentino electis, aliisque * Episcopis suffraganeis nostris se per suas litteras, & nuntios excusantibus, constitutiones edidimus sequentes.

* *aliis*

Ego Joannes de Guardia notarius Domini Archiepiscopi memorati, mandato ipsius, & suffraganeorum supradictorum hoc scribi feci die, & anno præfinis.

Procemium constitutionum ejusdem Petri in tertio concilio.

ANno Domini MCCXLII. tertio idus Maii, Nos Petrus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus, una cum venerabilibus fratribus, P. Dertusensi, P. Urgellensi, & V. Oscensi Episcopis, & procuratoribus Episcoporum absentium apud Tarraconem in provinciali concilio congregati, deliberatione habita, & tractatu, saluti animarum, & status universalis provinciæ prospicere cupientes, quasdam ordinationes, sive constitutiones edidimus, prout in subjectis capitulis exprimuntur.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, subscribo.

Ego Petrus Dertusensis Episcopus subscribo.

Signum Ponsii Urgellensis Episcopi.

Ego Vitalis Oscensis Episcopus subscribo.

Ego R. de Albusiano Gerundensis Archidiaconus subscribo.

B. Barcinonensis Archidiaconus firmo.

Ego Michael Belchitensis Archidiaconus subscribo.

Ego Sanctius Petri Episcopi Tyrasonensis procurator, subscribo.

Ego Bernardus Anaianus Ilerdensis Canonicus, procurator Episcopi Ilerdensis.

Ego R. de Spelunca Canonicus Ilerdensis subscribo.

Ego Michael de Alchoario subdiaconus hoc scripsi mandato prædictorum, die, & anno quo supra.

Procemium constitutionum ejusdem Petri in quarto concilio.

ANno Domini MCCXLIII. tertio nonas Maii, Nos Petrus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus in civitate Tarraconensi concilium celebrantes præsentibus venerabilibus fratribus, P. Dertusensi, B. Vicensi, V. Oscensi, R. Ilerdensi, & V. Cæsaraugustano Episcopis, & præsentibus procuratoribus quorundam aliorum suffraganeorum nostrorum, videlicet, B. de Villagranata Archidiacono, pro ecclesia Barcinonensi pastore vacante; A. de Miniana, & R. de Avinione Canonicis, pro Episcopo Gerundensi; M. Petri Archidiacono Tyrasonensi, pro suo Episcopo magistro Roberto capellano domini Ricardi Cardinalis, pro Episcopo Pampilonensi; & R. Ilerdensi Episcopo supradicto pro Calagurritano Episcopo: præsentibus, inquam, omnibus supradictis suffraganeis ecclesiæ Tarraconensis, & aliis quamplurimis viris religiosis, & clericis: Valentino Episcopo absente, qui, dum accederet ad concilium, a Sarracenis, ut dicebatur, peccatis exigentibus, fuit captus: habita deliberatione, & tractatu ad reformationem status totius provinciæ nostræ, communi voto, & consensu quædam jura, quæ in desuetudinem abierant, ad memoriam reducentes, quædam etiam de novo addentes, quæ necessaria, & utilia videbantur, constitutiones sacro approbante concilio edidimus in hunc modum, *Statuimus in primis &c.* & infra.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis Episcopus subscribo.

Ego B. Ausonensis, sive Vicensis Episcopus subscribo.

Ego Vitalis Oscensis Episcopus subscribo.

Ego frater R. Ilerdensis Episcopus subscribo.

Ego frater Vincentius Cæsaraugustanus Episcopus subscribo.

B. Barcinonensis Archidiaconus tenens locum Episcopi vacante sede, firmo.

Signum A. de Miniana Gerundensis Canonici, & procuratoris Episcopi Gerundensis.

Signum R. de Avinione Gerundensis Canonici, & procuratoris Episcopi Gerundensis.

Ego M. Petri Tyrasonensis Archidiaconus, procurator Episcopi Tyrasonensis, subscribo.

Ego Robertus curiæ Romanæ scriptor, procurator domini Pampilonensis Episcopi, subscribo.

Signum Ricardi Archidiaconi Urgellensis, procuratoris domini Episcopi Urgellensis.

Signum fratris Hugonis de Fulcalquerio magistri Hospitalis.

*Signum fratris R. de Serra magistri militiæ templi, qui hæc * firmamus.*

* hoc

Ego Joannes de Rubione notarius domini Archiepiscopi supradicti, mandato ejusdem hoc scribi feci, die, & anno præfixis.

Ego Michael de Alchoario subdiaconus, hoc scripsi mandato Joannis de Rubione notarii supradicti, die, & anno, quo supra.

Prooemium constitutionum ejusdem Petri in quinto concilio.

ANno Dominicę incarnationis MCCXLIV. pridie idus Januarii. Cum parum prosit in civitate jus esse, si desit jurium executor; nos Petrus miseratione divina Tarraconensis Archiepiscopus, attendentes, quod constitutiones editæ in concilio Lateranensi, & constitutiones domini Sabinensis per * negligentiam Prælatorum in desuetudinem abierunt, sacro approbante concilio mandamus venerabilibus fratribus nostris præsentibus in provinciali concilio Tarraconensi, P. Dertusensi, G. Gerundensi, V. Oscensi, R. Ilerdensi, V. Cæsaraugustano, P. Pampilonensi, & P. Barcinonensi Episcopis, & aliis Episcopis suffraganeis nostris; ut diligentem habeant cum suis capitulis super observatione præmissorum tractatum: & ea faciant tam in ecclesiis cathedralibus, quam in suis dioecesibus inviolabiliter observari, si debitam voluerint effugere ultionem, Quoniam in sequenti concilio super hoc inquisitione habita diligenti, transgressores, & negligentes animadversione debita punientur. Nos etiam cum visitationis causa ad dioeceses descendemus, super his officii nostri debitum exequemur, *Et quia &c.*

* propter

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis Episcopus subscribo.

Ego R. Ilerdensis Episcopus subscribo pro me, & pro A. Calagurritano Episcopo, cujus sum procurator.

Ego frater Vincentius Cæsaraugustanus Episcopus subscribo.

Ego Petrus Pampilonensis Episcopus pro me & pro Tyrasonensi Episcopo, cujus sum procurator, subscribo.

Ego frater Petrus Barcinonensis Episcopus subscribo.

Ego Geraldus Celsonensis præpositus, Urgellensis Episcopi procurator, subscribo.

Signum fratris Guillelmi de Cardona magistri militiæ Templi in Aragonia, & Catalonia, qui hoc laudo, & firmo.

Ego Michael de Alchoario Subdiaconus hoc scripsi mandato omnium prædictorum die & anno quo supra.

Prooemium constitutionum ejusdem Petri in sexto concilio.

ANno Domini MCCXLVI. cal. Maii, convenientibus in unum venerabilibus patribus, P. Dei gratia Tarraconensi Archiepiscopo, P. Dertusensi, R. Ilerdensi, F. Calagurritano, R. Cæsaraugustano, A. Valentino, P. Barcinonensi, & B. Gerundensi Episcopis, & procuratoribus Oscensis, Tyrasonensis, Vicensis Episcoporum, apud Tarraconem in concilio provinciali, habita deliberatione, & consilio, ad honorem Dei, ejusque genitricis, & totius provinciæ status salubriter statuerunt ea, quæ inferius annotantur, *Cum Episcopi*, & infra.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis Episcopus subscribo.

Ego R. Ilerdensis Episcopus subscribo.

Ego frater Petrus Barcinonensis Episcopus subscribo.

Ego Arnaldus Valentinus Episcopus subscribo.

Ego Rodericus Cæsaraugustanus Episcopus subscribo.

Ego frater B. Gerundensis Episcopus subscribo.

Ego Joannes de Guardia notarius domini Archiepiscopi memorati, mandato ipsius, & supradictorum suffraganeorum hoc scribi feci die, & anno præfixis.

Prooemium constitutionum ejusdem Petri in septimo concilio.

ANno Domini MCCXLVII. decimo calend. Maii, convenientibus in unum venerabilibus patribus, nobis P. Dei gratia Tarraconensi Archiepiscopo, P. Dertusensi, R. Cæsaraugustano, & B. Vicensi Episcopis, magistro Berengensi, & P. de Mesarata (procuratoribus) Barcinonensis Episcopi, magistro Matthæo (Ilerdensi procuratore) Urgellensi Episcopi, G. Vitali Ilerdensi Capituli *, M. Archidiacono Valentintiano [pro Episcopo Valentiniano] R. Archidiacono [pro Episcopo] Calagurritano, & (ejus procuratore) M. Petri Archidiacono (pro) Tyrasonensi Episcopo *, apud Tarraconem in provinciali concilio, cum Petri navicula, variis tribulationum procellis undique irruentibus, in mari hujus sæculi tumultuosius agitetur, & adversus Dei ecclesiam in subversionem fidei, & conculcationem libertatis ecclesiasticæ, persecutionis ollam succendat * humani generis inimicus, nec sit de qualitate meritorum hominum confidendum: sed devotius solito divinum auxilium in tanto necessitatis articulo implorandum, sacro approbante concilio duximus statuendum (&c.) *Quod in singulis*, & infra.

* magistro

* Episcopi procuratoribus

* succenderit

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis Episcopus subscribo.

Ego Raimundus Cæsaraugustanus Episcopus subscribo.

Si-

Signum B. Dei gratia Vicenſis Epiſcopi.

Signum magiſtri Berengarii de Curti procuratoris Epiſcopi Barcinonenſis.

Signum magiſtri Matthæi de Ilerda procuratoris domini Epiſcopi Urgellenſis.

Signum magiſtri M. Archidiaconi Valentini, procuratoris domini Epiſcopi Valentini.

Ego Guill. Vitalis ſubſcribo ratione procurationis eccleſiæ Ilerdenſis.

Ego R. Semeni Archidiaconus Calagurritanus, & procurator ejuſdem eccleſiæ, ſubſcribo.

Ego M. Petri Archidiaconus, procurator domini Tyraſonenſis Epiſcopi, ſubſcribo.

Signum Petri de Meſerata procuratoris Epiſcopi Barcinonenſis.

Ego Joannes de Guardia notarius domini Archiepiſcopi ſupradicti, mandato ejuſdem, & ſupradictorum ſuffraganeorum, die, & anno præfixis, hæc ſcribi feci.

Procœmium conſtitutionum ejuſdem Petri in octavo concilio.

* XLVIII, ANno Domini MCCXLIX. * idibus Martii, Nos Petrus miſeratione divina Tarraconenſis Archiepiſcopus, in civitate Tarraconenſi concilium celebrantes, præſentibus venerabilibus fratribus P. Dertuſenſi, V. Oſcenſi, P. Barcinonenſi, G. Ilerdenſi, & A. Valentino Epiſcopis: P. Alberti Capituli Barcinonenſis, ac Gerundenſis Epiſcopi, B. Burdi, B. Vicenſis, B. de Pratis Priore Urgellenſis, G. Cæſarauguſtano Sacriſta Cæſarauguſtani, & S. Petri Tyraſonenſis Epiſcoporum, & P. de Lerato Cantore Ilerdenſis, S. de Boleja Oſcenſis Capitulorum procuratoribus, fratre T. Rivipollenſi, & fratre P. ſancti Cucuſatis Abbatibus, communi approbatione concilii ordinavimus inferius annotata, & in primis, *Quod domino Jacobo Regi &c.* & infra, *Item cum non ſine gravi &c.*

SUBSCRIPTIONES.

Ego Petrus ſanctæ Tarraconenſis eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcribo.

Ego Pontius Dertuſenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego Vitalis Oſcenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego frater Petrus Barcinonenſis Epiſcopus.

Ego frater G. Ilerdenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego frater Andreas Valentinus Epiſcopus ſubſcribo.

Ego Petrus Albertus Barcinonenſis Canonicus procurator domini Gerundenſis Epiſcopi, ſubſcribo.

Ego Sanctius Petri Canonicus Tyraſonenſis, procurator domini Tyraſonenſis Epiſcopi, ſubſcribo.

Ego Ricardus Archidiaconus Urgellenſis procurator domini Epiſcopi Vicenſis, ſubſcribo.

Ego Benedictus Urgellenſis ſedis Prior, procurator domini Urgellenſis Epiſcopi, ſubſcribo.

*Ego Guill. de Alarico notarius domini Archiepiſcopi ſupradicti, mandato ejuſdem, & prædictorum omnium ſcribi * feci die, & anno præfixis.* * hoc ſcribi

Procœmium conſtitutionum Benedicti Archiepiſcopi in primo concilio.

ANno Domini MCCLIII. ſexto idus Aprilis, nos Benedictus divina providentia Tarraconenſis Archiepiſcopus, in civitate Tarraconenſi ſacroſanctum concilium celebrantes præſentibus venerabilibus fratribus A. Cæſarauguſtano, B. Gerundenſi, G. Ilerdenſi, & D. Oſcenſi Epiſcopis; & præſentibus aliorum ſuffraganeorum noſtrorum, & eorundem Capitulorum procuratoribus ac venerabilibus, & diſcretis viris P. de Granyana caſtellano Empoſtæ, & Jacobo de Timor tenente locum magiſtri domus militiæ Templi, conſideratione habita diligenti.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Benedictus divina providentia Tarraconenſis Archiepiſcopus, hoc firmo.

Ego Arnaldus Cæſarauguſtanus Epiſcopus ſubſcribo.

Ego Frater B. Gerundenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego magiſter V. Oſcenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego frater G. Ilerdenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Ego P. Petri Prior Oſcenſis procurator Capituli, ſubſcribo.

Ego B. Anaiarii Ilerdenſis Archidiaconus procurator Capituli, ſubſcribo.

Ego P. Guillelmi Tyraſonenſis Canonicus, procurator una cum Sacriſta Tyraſonenſis Epiſcopi, & Capituli Tyraſonenſis ſubſcribo.

Ego Berengarius de Spiellis Præcentor Barcinonenſis & procurator Epiſcopi, & Capituli ejuſdem, firmo.

Ego Petrus Marſagalli ſcriptor dicti domini Archiepiſcopi, hoc ſcripſi mandato omnium prædictorum, die, & anno præfixis.

Procœmium conſtitutionum ejuſdem Benedicti in ſecundo concilio.

ANno Domini MCCLVI. decimo ſeptimo cal. Junii, nos Benedictus Dei gratia Tarraconenſis Archiepiſcopus, in civitate Tarraconenſi ſacroſanctum concilium celebrantes, præſentibus venerabilibus fratribus B. Vicenſi, A. Barcinonenſi, V. Oſcenſi, & P. Gerundenſi Epiſcopis; & Epiſcoporum, & Capitulorum Tyraſonenſis, & Cæſarauguſtani; ac Capitulorum Pampilonenſis, Oſcenſis, Ilerdenſis, Barcinonenſis, Gerundenſis, & Calagurritanæ eccleſiarum procuratoribus, & Abbatibus de Bellopodio, & de Cardona, & præpoſito Celſonenſis, & procuratore Abbatis Iraxenſis & diſcretis viris fratre Geraldo Amici hoſpitalis Hieroſolymitani, & fratre Hugone de Soht * militiæ Templi magiſtris; conſiderantes, quod conſtitutiones de novo editæ periculum animarum plerumque inducunt, dum a ſubditis non ſervantur, de novo conſtitutiones ali- * Jolii

aliquas edere noluimus: ſed firmiter, ac diſtricte mandamus, quod conſtitutiones, quæ per dominum Papam Innocentium tertium, & quartum, & per dominum Joannem Sabinenſem Epiſcopum, in Hiſpaniæ partibus olim legationis officio fungentem, & per prædeceſſores noſtros in conciliis provincialibus editæ ſunt, quas in præſenti concilio confirmamus, & approbamus; ab omnibus noſtræ provinciæ inviolabiliter obſerventur, & infra.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Benedictus Dei gratia Tarraconenſis Archiepiſcopus, hoc firmo.

Signum B. Dei gratia Vicenſis Epiſcopi.

Ego V. Oſcenſis Epiſcopus ſubſcribo, & hoc ſignum facio.

Ego P. Dei gratia Gerundenſis Epiſcopus ſubſcribo.

Signum fratris Joannis Abbatis Bellipodii.

Ego B. Cardonenſis Abbas.

Ego B. Celſonenſis præpoſitus ſubſcribo.

Ego Petrus Guillelmi procurator Cæſarauguſtani, & Tyraſonenſis Epiſcoporum, & Capituli Tyraſonenſis, hoc firmo.

Ego E. Lupi de Luna Archidiaconus Vallis Oſſellæ, procurator Prioris, & Capituli Pampilonenſis pro me, & comprocuratore meo G. Lupo de Lombieri, ſubſcribo.

Ego Petrus Marſagalli notarius domini Archiepiſcopi ſupradicti, hoc ſcripſi mandato omnium prædictorum, die, & anno præfixis.

Proœmium conſtitutionum ejuſdem Benedicti in tertio concilio.

ANno Domini MCCLXVI. calendas Septembris dominus Benedictus, Dei gratia Tarraconenſis Archiepiſcopus de Romana curia rediens, in civitate Gerundenſi, ubi dominus Rex Aragonum erat perſonaliter conſtitutus, convocavit concilium provinciale, ſcribens omnibus ſuffraganeis ſuis propter hoc ſuas litteras ſub hac forma, Benedictus miſeratione divina Tarraconenſis Archiepiſcopus, venerabili, & cariſſimo in Chriſto fratri A. per eandem Cæſarauguſtano Epiſcopo ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Dei virtus, & Dei ſapientia Dominus Jeſus Chriſtus, cujus ineffabili ſubjecta ſunt omnia majeſtati, a fundationis initio ſplendore virtutum ſuam illuſtravit Eccleſiam, & ſic inſignem reddidit ſingularis privilegio poteſtatis, ut per ejus miniſterium ſuum juſtitia conſequatur effectum; & ſedato bellorum turbine, mundo poſſit tranquillitas provenire. Hujus autem præminentiam dignitatis dum nos, qui regimini Tarraconenſi eccleſiæ, licet immeriti, divina patientia præſidemus, reverſi de Romana curia reverenter attendimus, reddimur corde ſolliciti, quod tempeſtatis horror, quo Tarraconenſis eccleſia, & provincia conturbantur, & libertas eccleſiaſtica læditur & religio Chriſtiana concutitur, per noſtræ, ac veſtræ, & aliorum Prælatorum proviſionis auxilium cæleſti pietate propitia propulſetur. Hinc eſt, quod nos, ut eædem eccleſia, & provincia per fidelium ſalubre conſilium, & auxilium fructuoſum ſtatus debiti poſſint habere decorem, eccleſiarum Prælatos, & Capitula noſtræ provinciæ apud Tarraconem pro celebrando ibidem concilio duximus advocandos. Rogamus itaque fraternitatem veſtram, & hortamur attente, præſentium vobis tenore præcipiendo mandantes, quatenus die ſancti Lucæ Evangeliſtæ proxime ventura, quam pro dicto celebrando concilio aſſignavimus, Tarracone perſonaliter intereſſe, omni prorſus occaſione poſtpoſita, procuretis: ut nos, qui abſentes diutius ab eccleſia, & provincia noſtra, vos deſideramus videre plurimum, & eccleſia Tarraconenſis mater veſtra ex veſtræ viſitationis honore ſpirituale gaudium, & ex veſtra induſtria percipiamus conſilium profuturum. Ceterum volumus & mandamus, ut Abbatibus, & Prioribus monaſteriorum veſtræ diœceſis, quod eodem termino Tarracone interſint pro dicto celebrando concilio, & Capitulo veſtro, & quod mittant procuratores ſuos providos, & fideles, qui vice ipſorum utile nobis conſilium largiantur, auctoritate noſtra, & veſtra præcipere ſtudeatis. Datum Gerundæ, tertio nonas Septembris anno Domini MCCLXVI.

Sub eadem forma ſcripſit P. Gerundenſi, R. Vicenſi, A. Barcinonenſi, G. Ilerdenſi, B. Oſcenſi, V. Calagurritano, F. Tyraſonenſi, P. Pampilonenſi, A. Valentino, B. Dertuſenſi, & A. Urgellenſi Epiſcopis.

Item fuit ſcriptum per litteras, & ſub alia forma fratri Guidoni de la Gueſpa Caſtellano Empoſtæ, & fratri P. de Queralto tenenti locum magiſtri domus militiæ templi in Aragonia, & Catalonia.

Initium ejuſdem concilii.

ANno Domini MCCLXVI. duodecimo calend. Novembr. cum nos Benedictus miſeratione divina Tarraconenſis Archiepiſcopus eſſemus in civitate Tarraconenſi perſonaliter conſtituti, præſentibus venerabilibus fratribus A. Cæſarauguſtano, A. Valentino, A. Barcinonenſi, P. Gerundenſi, B. Dertuſenſi, G. Ilerdenſi, F. Tyraſonenſi, & R. * Vicenſi Epiſcopis, aliorum etiam ſuffraganeorum noſtrorum, & Capitulorum eccleſiarum cathedralium, & aliorum Prælatorum Tarraconenſis provinciæ procuratoribus ac venerabilibus, & diſcretis viris fratre Guidone de la Gueſpa caſtellano Empoſtæ, & fratre P. de Queralto tenente locum magiſtri domus militiæ Templi in Aragonia, & Catalonia, præſentibus ad honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſacroſanctum concilium celebrantes ſuper tuitione, & conſervatione eccleſiaſticæ libertatis, & corrigendis clericorum exceſſibus, & moribus in melius reformandis; ac ſuper ſalubri, & tranquillo ſtatu totius provinciæ Tarraconenſis, cum prædictis tractavimus diligenter, & de aſſenſu prædictorum &c.

* *Ro.*

Pro-

Prooemium constitutionum Bernardi Archiepiscopi in primo concilio.

ANno Domini MCCLXXIII. non. calend. Februar. cum nos Bernardus divina miseratione Tarraconensis Archiepiscopus essemus in civitate Tarraconensi personaliter constituti præsentibus venerabilibus fratribus A. Barcinonensi, G. Ilerdensi, F. Tyrasonensi, R. Vicensi, A. Dertusensi, Jacobo Oicensi Episcopis, & aliis suffraganeis nostris, S. V. Calagurritano, A. Pampilonensi, P. Cæsaraugustano, A. Valentino. P. Gerundensi, & P. Urgellensi absentibus & se per procuratores, & litteras excusantibus, & Capitulorum ecclesiarum cathedralium, & aliorum Prælatorum Tarraconensium provinciæ procuratoribus ac venerabilibus, & discretis fratre A. de Castro novo magistro militiæ Templi in partibus Aragoniæ, & Cataloniæ, & fratre Berengario de Almenaria tenente locum magistri ultramarini sancti Joannis Hierosolymitani, & castellaniæ Empostæ, similiter præsentibus ad honorem individuæ sanctæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti sacrosanctum concilium celebrantes, de assensu omnium prædictorum laudamus, concedimus, approbamus, & per omnia confirmamus omnes constitutiones factas per prædecessores nostros ad utilitatem, libertatem, & defensionem ecclesiarum, clericorum religiosorum, monasteriorum, & rerum omnium prædictorum; sacroque approbante concilio statuimus, & infra:

Ego Bernardus Dominicus notarius domini Archiepiscopi, hoc scripsi mandato omnium prædictorum, loco, die, & anno prænotatis.

Prooemium constit. ejusdem Bernardi in secundo concilio.

ANno Domini MCCLXXVII. quinto nonas Maii, cum nos Bernardus divina miseratione Tarraconensis Archiepiscopus, essemus in civitate Tarraconensi personaliter constituti, præsentibus Capitulo nostro Tarraconensi, ac venerabilibus fratribus A. Barcinonensi, P. Gerundensi, G. Ilerdensi, R. Vicensi, F. Tyrasonensi, Joanne Oicensi Episcopis ac Jacobo Petro de Botonago Valentino electo, aliis Episcopis suffraganeis nostris, scilicet A. Pampilonensi, P. Urgellensi, P. Cæsaraugustano, A. Dertusensi, & G. Calagurritano Episcopis absentibus, & se per procuratores, & litteras excusantibus & Capitulorum ecclesiarum cathedralium, & aliorum prælatorum Tarraconensium provinciæ procuratoribus ac venerabilibus, & discretis fratre R. de Ripellis castellano Empostæ, fratre Dalmatio de Serone venerabili, & fratre G. de Abellars de Barberano præceptoribus, procuratoribus fratris Simonis de Turre generalis domorum militiæ Templi in Hispania Visitatoris, similiter præsentibus ad honorem sanctæ individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti sacrosanctum concilium celebrantes, de assensu omnium prædictorum laudamus, concedimus, approbamus, & per omnia confirmamus omnes constitutiones factas per prædecessores nostros, & per nos ad utilitatem, libertatem, & defensionem ecclesiarum, clericorum, & religiosarum personarum, monasteriorum, & hominum, ac rerum omnium prædictorum: *Quia vero ex pluribus &c.* & infra.

Prooemium constitutionum ejusdem Bernardi in tertio concilio.

ANno Domini MCCLXXXII. undecimo cal. April. Quoniam exempla præterita cavere nos admonent in futurum, idcirco nos Bernardus divina permissione Tarraconensis Archiepiscopus, assistentibus nobis venerabilibus fratribus A. Barcinonensi, R. Vicensi, P. Urgellensi, Jacobo Oicensi, Jac. Petro Valentino Garcia Tyrasonensi, B. Gerundensi, Guillelmo Ilerdensi Episcopis, ac procuratoribus aliorum Episcoporum absentium; nec non & Capitulorum cathedralium ecclesiarum, & collegiatarum, & quamplurimis aliis præsentibus sacrosancto Tarraconensi approbante concilio statuimus, & infra.

Prooemium constitutionum Roderici Archiepiscopi in primo concilio.

ANno Domini MCCXCI. die Sabbati, quæ fuit idus Martii, nos Rodericus permissione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, in civitate Tarraconensi personaliter constituti, de mandato speciali litteris nobis facto, & auctoritate sanctissimi Patris, & domini, meritisque beati domini Nicolai divina providentia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summi Pontificis, assistentibus nobis venerabilibus fratribus R. Vicensi, P. Urgellensi, A. Dertusensi, fratre Ben. Barcinonensi, Hugone Cæsaraugustano, fratre Adimario * Oicensi, & Geraldo Ilerdensi Episcopis: absentibus Michaele Pampilonensi, Almoravio Calagurritano, & Calciatensi, P. Tyrasonensi, R. Valentino, & Ben. Gerundensi se per procuratores, & per litteras excusantibus nec non & nobili, ac religioso viro fratre Berengario de Cardona domorum militiæ Templi in partibus Aragonum, & Cataloniæ magistro, & procuratore Magistri sancti Joannis Hierosolymitani, procuratoribus Capitulorum ecclesiarum cathedralium, ac collegiatarum, monasteriorum, aliorumque Prælatorum Tarraconensium provinciæ præsentialiter constitutis: præsentibus etiam discretis, & religiosis viris Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Archidiaconis, & Decanis; nec non & pluribus aliis ecclesiarum Prælatis præfatæ provinciæ, tam exemptis, quam non exemptis, ad hoc specialiter evocatis; ad honorem sanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, apud civitatem, & ecclesiam Tarraconensem sponsam nostram, cui, licet immeriti, divina clementia pastoralis officii debito præsidemus, sanctum provinciale

* Ademario vel Ademaro

ciale

ciale concilium celebrantes, præfato sacro concilio approbante, prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, laudamus, concedimus, approbamus, & irrefragabiliter per omnia confirmamus constitutiones factas per prædecessores nostros ad utilitatem, libertatem, & defensionem ecclesiarum, clericorum, & religiosarum personarum, monasteriorum, hominum, rerum, ac bonorum omnium prædictorum: *Et quoniam pium esse &c.*

Procemium constitutionum ejusdem Roderici in tertio concilio.

ANno Domini MCCXCIV. die Mercurii, quæ fuit tertio idus Augusti, nos Rodericus permissione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, in civitate Ilerdensi personaliter constituti, assistentibus nobis venerabilibus fratribus Raimundo Vicensi, A. Dertusensi, fratre Ben. Barcinonensi, P. Tyrasonensi, Hugone Cæsaraugustano, fratre Adamario
** Admario, vel Aarmario* * Olcensi, Geraldo Ilerdensi, & Benedicto Gerundensi Episcopis: nec non & Galcerando de
** Vegio* Vegis * Archidiacono ecclesiæ Urgellensis, ac gerenti vices Capituli ejusdem ecclesiæ sede
** Ben.* vacante, & magistro Berengario * Archidiacono ecclesiæ Valentinæ, gerentique vices venerabilis fratris nostri R. Episcopi ejusdem ecclesiæ Valentinæ, absentibus M. Pampilonensi, Almoravio Calaguritano, & Calciatensi se per procuratores, & literatorie excusantibus procuratoribus Capitulorum ecclesiarum cathedralium, ac collegiatarum, monasteriorum & aliorum Prælatorum Tarraconensis provinciæ præsentialiter constitutis: præsentibus etiam discretis, ac religiosis viris Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Archidiaconis, & Decanis; nec non & pluribus aliis ecclesiarum Prælatis præfatæ provinciæ, ad honorem sanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, apud civitatem Ilerdensem prædictum sanctum provinciale concilium celebrantes, præfato sacro concilio approbante constitutiones edidimus, quarum series sic se habet, &c.

SUBSCRIPTIONES.

* * *

Ego Martinus Petrus procurator domini Calagurritani, & Calciatensis Episcopi, subscribo.

Ego M. de Sclava Thesaurarius Pampilonensis procurator R. domini Pampilonensis Episcopi, subscribo.

Ego Galcerandus de Vegis Archidiaconus Urgellensis procurator Episcopi Urgellensis, subscribo.

Procemium constitutionum Joannis Patriarchæ Alexandrini in primo concilio.

ANno Domini MCCCXXIX. quarto calend. Martii, Joannes Patriarcha Alexandrinus, ac administrator ecclesiæ Tarraconensis in spiritualibus, & temporalibus a sede Apostolica deputatus, in primo concilio Tarraconensi. Ad officium pertinet præsidentis, constitutiones a se, vel (a) prædecessoribus suis editas, quas obesse conspicit potius, quam prodesse, resecare simpliciter, vel in melius reformare; & subditos suos certos reddere, quas habeant observare. Recognitis igitur diligenter constitutionibus prædecessorum nostrorum Archiepiscoporum sanctæ ecclesiæ Tarraconensis editis in diversis provincialibus conciliis per eos diversis temporibus celebratis; ac quibusdam ex ipsis tamquam periculosis, quibusdam vero tamquam superfluis resecatis, illas, quas utiles seu necessarias invenimus, simul cum quibusdam, quas de novo edidimus, sacro concilio approbante in præsens volumen providimus redigendas: decernentes easdem, & non alias haberi pro constitutionibus conciliorum provincialium provinciæ Tarraconensis ac mandantes easdem inviolabiliter observari.

Conclusio ejusdem concilii.

PRæsentes autem constitutiones a prædecessoribus nostris bonæ memoriæ editæ, ut superius continentur, in præsens volumen * ** præsenti volumine*
redactæ fuerunt, & illæ, quas nos de novo edidimus, publicatæ sacro concilio approbante, in Capitulo ecclesiæ Tarraconensis præsentibus & assistentibus venerabilibus fratribus nostris Raimundo Valentino, Berengario Dertusensi (Arnaldo Urgellensi) Arnaldo Ilerdensi, & Galcerando Vicensi Episcopis, suffraganeis nostris & venerabilibus ac religiosis fratre Sanctio de Aragonia gerente vices Magistri Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani in castellania Emposte, fratre Pontio Populeti, fratre Joanne Vallis dignæ, & [Galcerando Vallis dignæ &]
Geraldo * de Belloprato, & fratre Raimundo ** Galbando*
sancti Felicis Guixellensis Abbatibus ac aliorum suffraganeorum nostrorum, videlicet Pontii Barcinonensis, & Gastonis Gerundensis Episcoporum, nec non ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum (ecclesiarum) provinciæ Tarraconensis procuratoribus, & quamplurimis aliis: die Lunæ intitulata quarto calend. Martii, anno Domini MCCCXXIX. præsentibus testi-
bus Bernardo * de Ulzinellis legum doctore, ** Bene.*
Raimundo Januarii præceptore * Valentiæ, ** procuratore, vel forte præceptore*
Guillelmo de Oculo Molendinorum, & Laurentio Martini Canonico * Ilerdensi, Francisco
de Oliveriis de Castilione, & Petro Marza de ** Canonicis*
Gandesia ecclesiarum Rectoribus Dertusensium, & Berengario Ferrarii de Arcubus Tarraconensis diœcesis: *Ut Missæ &c.*

SUBSCRIPTIONES.

*Nos Joannes Patriarcha Alexandrinus, & administrator ecclesiæ Tarraconensis subscribimus, & sigillum nostrum appendi * fecimus.* ** apponi*

Ego Raimundus Valentiæ Episcopus subscribo.

Ego Berengarius Dertusensis Episcopus subscribo.

Ego Gasto Gerundensis Episcopus subscribo.

Ego Arnaldus Urgellensis Episcopus subscribo.

Ego Arnaldus Ilerdensis Episcopus subscribo.

Signum Raimundi Ferrarii notarii publici, & ju-

& jurati reverendi in Christo patris, & domini Raimundi, divina providentia Valentini Episcopi; qui prædictis correctioni, additioni, examinationi, & publicationi constitutionum prædictarum, tam antiquarum, quam novarum præsens fui, & de mandato reverendissimi domini Patriarchæ prædicti subscripsi die, & anno præfixis.

Signum mei Petri Tost reverendissimi patris, & D. D. Patriarchæ, & administratoris præfati notarii publici, & jurati; qui correctioni, additioni, examinationi, & publicationi, ac subscriptionibus prædictorum provincialium constitutionum in præsenti volumine contentarum, redactarum, ac omnibus & singulis supradictis, una cum dictis testibus, ut prædicitur, præsens fui; & de mandato ipsius domini Patriarchæ, & sacri concilii ipsas constitutiones, quæ in sexdecim chartis hujus voluminis continentur ex utraque parte scriptis, quarum quælibet est solito signo meo signata sub hac forma publica, propriu manu scripsi, cum litteris tamen rasis, & emendatis &c.

In fine constitutionum Sanctii in quarto concilio Tarraconensi.

QUÆ quidem constitutiones per ipsum dominum Archiepiscopum Tarraconensem præsentibus & assistentibus sibi venerabilibus fratribus suis Hug. Urgellensi, & Vitali Valentino Episcopis, ac vener. Berengarii Gerundensis, Michaelis Barcinonensis, Stephani Ilerdensis, ac R. Vicensis Episcoporum, suffraganeorum dictæ ecclesiæ Tarraconensis absentium, & Capitulorum cathedralium procurator ac venerabilium & religiosorum fratrum A. Populeti, fratris G. Sanctarum Crucum, fratris R. sancti Joannis de Abbatissis, fratris Francisci Aggerens. fr. Petri de Scorpio monasteriorum Abbatum, nec non Ademarii Prioris mon. S. Sebastiani, Romei præpositi Minorissæ, Pontii S. Mariæ de muro præpositi absentium procurat. aliisque Prælatis, & procurat. collegiatarum ecclesiarum provinciæ, editæ extiterunt sacro concilio approbante ac lectæ etiam, & publicatæ sollemniter. Quæ sunt acta in Capit. dictæ ecclesiæ Tarraconensis vigesima die mensis Martii, anno a nativitate Domini MCCCLVII. præsent. test. vener. viro D. Arnaldo de Castelleto decretorum doctore, Andrea de Ferio capellano commensali in dicta ecclesia Tarraconensi, Arnaldo Tartage porterio dicti domini Archiepiscopi, Arnaldo de Villabetzi dioec. Urgellens. & pluribus aliis ad hæc vocatis, & rogatis.

Proœmium secundi concilii Tarraconensis Petri secundi idibus Februarii anno MCCCLXVII.

AD muneris metropolitani nobis desuper injuncti officium, disponente Domino licet immeriti, evocati, circa curam ecclesiarum, monasteriorum, ac piorum locorum sollertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta debitum ejusdem pastoralis officii ipsorum occurramus dispendiis; & divina cooperante clementia, animarum profectibus salubriter intendamus. Circa igitur sanctiorum Patrum, ac sacra præcepta Apostolica specialiter nobis facta de præsenti concilio celebrando, devote, ac humiliter exequentes, ad laudem divini numinis, cleri, populique profectum, constitutiones, ac ordinationes subscriptas nos P. miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus sacro approbante concilio ordinamus in primis: *Ad divinum &c.*

Prologus constit. Enneci in primo concilio Tarraconensi anno MCCCXCI. non. April.

ANimarum nobis ab alto commissarum regimini, divina favente clementia, licet immeriti, præsidentes, curis sollicitamur continuis, vacamus instantius, & studium sollicitudinis impertimur, ut tranquillo statui subditorum occurrere, & eorum animas lucri Domino facere valeamus, ad correctionem morum, proficuumque fidelium, & salutem, in hoc sacro concilio, quod præsentialiter celebramus: nos Ennecus miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus, ad futuram rei memoriam infrascriptas constitutiones edidimus salubria continentes, fructus uberes, Deo propitio, in domo Domini allaturas; quas prædecessorum nostrorum constitutionibus adjungi præcipimus, & ipso approbante concilio, a cunctis nostræ provinciæ inviolabiliter observari, quarum tenores tales describuntur: *Redemptionis, &c.*

In fine tertii concilii Tarraconensis ejusdem Enneci.

LEctæ, & publicatæ fuerunt dictæ constit. in sacro provinciali concilio celebrato in castro archiepiscopali civitatis Tarracon. per reverendiss. in Christo patrem, & D. D. Ennecum miseratione divina Archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Tarracon. præsente toto sacro concilio, & præsentibus pro testibus venerabilibus viris Ludovico de Valliera legum doctore, Vicario in spiritualibus, & temporalibus generali, ac Officiali dicti domini Archiepiscopi, Arnaldo de Mansione Licentiato, Guilielmo Antolini Bacallario in decretis, Canonicis Tarracon. fratre Joanne Alanya monacho Sanctarum Crucum, Petro Ferrarii presbytero diœces. Urgellens. Francisco Banastull cive Tarrac. & Eximino Daiurni scutifero dicti domini Archiepiscopi, die Lunæ in tertiis, intitulata decima quinta mensis Martii, anno a nativitate Domini MCCCCVI. & me Jacobo Rocea clerico Valentinæ diœcesis ejusdem domini Archiepiscopi Secretario, & not. publico, ac scriba concilii memorati.

In fine concilii primi Tarraconensis Petri tertii Archiepiscopi.

LEctæ, & publicatæ fuerunt dictæ constitutiones in sacro provinciali concilio cele-

brato in fede Tarrac. per Reverendissimom in Christo patrem, & D. D. Petrum miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopum præsente toto sacro concilio, die Mercurii vigesima prima mensis Martii, anno a nat. Domini MCCCC.... per me P. Sabaterii not. & Secretarium dicti Reverendissimi domini Archiepiscopi. Telles ven. Berengarius de Castellgalles, Antonius Artau porterius.

Procemium constitutionum Dalmatii Archiepiscopi.

NOS Dalmatius miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus considerantes, quod ineffabilis divinæ potentiæ celsitudo, cujus viæ sunt investigabiles, cujusque sapientiæ magnitudinem humani non capiunt intellectus, ad reginen sanctæ Tarraconensis ecclesiæ suæ miserationis arbitrio nos erexit, tanto artius ad susceptæ sollicitudinis executionem nos astringens, quanto nos altius supra modum de suæ gratiæ largitate discretis gradibus sublimavit, in corde nostro continua pulsamus instantia, ut dictæ sollicitudinis debitum, ad quod nos obligat necessitas, prout nobis ex alto conceditur, exsolvamus; & ad bonum statum, utilem, & salubrem dictæ Tarraconensis ecclesiæ sponsæ nostræ, aliarumque ecclesiarum nostræ provinciæ, divina favente clementia, inter alias sollicitudinum curas, quibus animus noster fluctuantis pelagi more continue fatigatur, efficaciter intendimus; cleri, & populi dispendiis, & profectibus, Altissimo cooperante, salubriter occurrentes. Hac itaque consideratione & juxta Patrum statuta sanctorum, & etiam pro necessitate urgente, statum ecclesiæ, & ejus libertatem, atque clerum nostræ provinciæ multifarie concernente, provinciale concilium duximus in dicta nostra ecclesia celebrandum: in quo, septiformi gratia invocata, statu discussio provinciæ, & ad Dei laudem, prout negotiorum qualitas exigit, & Dominus duxit inspirandum, propenso judicio reformato, nonnullas, sacri approbatione concilii, constitutiones edidimus: quas volumus aliis constitutionibus provincialibus * prædecessorum nostrorum adjungi * quarum tenores sequuntur.

** aliarum constitutionum provincialium*
** adjungi volumini*

In fine concilii Tarraconensis ejusdem Dalmatii.

FUerunt publicatæ constitutiones prædictæ in sacro concilio die Sabbati non. Decembris anno a nat. Domini MCCCCXXIV. præsente Petro Ollerii Camerario, & Guillelmo Antolini Canonicis ecclesiæ Tarraconens. Licet primæ, & octavæ constitutionibus nonnulli contradixerint; tamen eorum contradictiones, nec appellationes non fuerunt admissæ per dominum Archiepiscopum, nec per concilium; immo appellantibus fuerunt dati apostoli negativi.

Procemium constitutionum domini Petri de Luna Cardinalis sedis Apostolicæ Legati in concilio provinciali anno Domini MCCCCII.

PEtrus miseratione divina S. Mariæ in Cosmedio Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, venerabili in Christo patri Archiepiscopo Tarraconensi, & dilecto * in Christo ejus Vicario in spiritualibus generali, ac Officiali Tarraconensi salutem in Domino. Cum universo Hispaniarum clero, ac populo, quorum ex injuncto nobis legationis officio curam gerimus, in eo maxime obligemur, ut nostræ sollicitudinis studio mores eorum dirigantur salubriter, & actus devii * in melius reformentur; idcirco ad hoc nostræ considerationis intuitum convenientes, infrascriptas * constitutiones, quas & Dei servitio congruas, & proficuas credimus animabus, in regnis, & terris (ditioni) serenissimorum principum Regum Aragoniæ, & Navarræ subjectis, in illis videlicet, ad quæ, & ad quas legationis nostræ auctoritas se extendit, duximus promulgandas: quas die datæ præsentium in ecclesia cathedrali Gerundensi in præsentia nonnullorum Episcoporum, & aliarum notabilium personarum fecimus publicari, prout earum similes alias promulgavimus, & publicavimus in Castella. Et quamvis omnes prædictæ constitutiones pro subditorum salute essent proculdubio statim executioni mandandæ, ex certis (tamen) causis rationabilibus animum nostrum ad hoc moventibus, ipsarum effectum usque ad concilium provinciale per vos Patrem * Archiepiscopum cum suffraganeis vestris * primo celebrandum & per duos menses post ipsius celebrationem immediate sequentes duximus suspendendum: una de ipsis dumtaxat excepta (cujus tenor inferius describitur) quæ est contra clericos publice concubinarios promulgata: super quorum correctione, cum jura communia, & aliorum Legatorum Apostolicæ sedis in eisdem partibus deputatorum constitutiones editæ jam procedant, & ex eis effectus correctionis debitus non fuerit hactenus subsecutus, dignum reputamus, ut præfata nostra constitutio, per quam etiam aliarum, ut præmittitur, antea * editarum rigori in quibusdam detrahitur, statim contra obstinatos in prælibato crimine debitæ executioni mandetur, ne occasione dilationis cujusque videantur ulterius in jam damnatæ hujus * turpitudinis sordibus celari *: idcirco ipsam intra duos menses post receptionem præsentium immediate sequentes, per vos in synodo, quam propterea congregari jubemus, vel saltem in (dicta) ecclesia cathedrali Tarraconensi publicari volumus, & mandamus; & deinde post alios duos menses a tempore publicationis hujusmodi faciendæ numerandos, vos, & omnes personas ecclesiasticas, ac sæculares, & religiosas civitatis, & dioecesis Tarraconensis, prout de vobis, & ipsis in eadem constitutione tenetur *, auctoritate, qua

** dilectis*
** de bono*
** quasdam*
** Tarracon.*
** suis*
** jam*
** hujusmodi*
** volentes*
** cavetur*

qua fungimur, ligare decernimus per præsentes. Tenor vero earundem * nostrarum constitutionum sequitur sub hac forma, *Injuncti* *: & quæ sequuntur, &c. Datum Gerundæ, octavo cal. Novembr. pontificatus domioi nostri Clementis Papæ VII. anno duodecimo.

* *dictatam*
* in vinea

In fine constitutionum Petri de Cardona Archiepiscopi.

LEctæ, & publicatæ fuerunt dictæ provinciales constitutiones in sacro provinciali concilio in Capitulo sedis Barcinonensis celebrato per illustrem, & reverendissimum dominum Petrum de Cardona divina providentia sanctæ Tarraconensis Ecclesiæ Archiepiscopum per me Antonium de Ferraria notarium, & Secretarium dicti reverendissimi domini Archiepiscopi, & præfati sacri concilii scribam, die trigesima mensis Julii, anno a nat. Domini MDXVII. præsentibus dicto provinciali concilio, & honor. Michaele Puiglec not. Arnaldo de Ulmo clerico, & Ferrario Joannis portario, ejusdem domini Archiepiscopi familiaribus pro testibus in his vocatis specialiter, & assumptis.

In fine constitutionum Hieronymi Cardinalis.

Præcipitur Abbatibus, Prioribus, Parochis, & Vicariis perpetuis, cetarisque, quibus cura animarum credita est, ut cum per commissarios sacri provincialis concilii moniti fuerint, singuli unum volumen Constitutionum amant, juxta æstimationem pretii a sacro concilio constituti: si secus fecarint, dupli pretii, & excommunicationis pœna mulatum iri; idque cum emerint. servari ab illis in ecclesiis, vel earum sacrariis oportera: ejusque commutatio cum ulla alia re fieri prohibetur.

SAcras hactenus editas provinciales constitutiones, incuria quasi incognitas, & semisepultas, quas in unum collectas, mendisque mundas, ac typis fidelibus magno labore, & expensis excudendas sacrum provinciale concilium curavit, ecclesiis, ecclesiasticisque personis, eisque maxime, quibus animarum cura imminet, ad vitam, moresque populi instituendum apprime necessarias, ut ab omnibus intelligantur, & in posterum observentur, statuit, mandavit, & decrevit, ut omnes, & singuli Abbates, Priores, Parochi, Vicariique perpetui, ceterique alii, quibus cura imminet animarum, quoties monitio commissariorum per dictum sacrum provinciale concilium ad id deputandorum eis innotuerit, unusquisque eorum volumen accipiat, taxatumque pretium persolvat: pœna excommunicationis, ac dupli taxati pretii contumacibus imminente, irremissibiliter ab eis exigenda: nec non ut eundem in propriis ecclesiis, earumque sacrariis, aut penes se, id in alios usos, seu aliarum personarum non commutando; ut ecclesiæ ornamentum perpetuo habeant, & teneant, mandavit, & decrevit sub pœna arbitrio diœcesanorum, quorum conscientiam onerari voluit, cum in visitatione extiterint, vel alias de eorum constiterit contrafactione, seu negligentia, puniendos.

SUBSCRIPTIONES.

Signum domini Thomæ Costa Abbatis Sancti Saturnini de Tivernolis diœcesis Urgellens. Canonici, & Hospitalarii Dertusensis, Vicarii generalis illustrissimi, & reverendissimi Tarraconensis Archiepiscopi præsidentis in provinciali concilio, qui hæc firmavit, & laudavit.

Signum Galcerandi Gravelosa Canonici ecclesiæ Tarraconensis, procuratoris reverendissimi Barcinonensis Episcopi.

Signum Augustini Frexa Commensalis ecclesiæ Tarraconensis, procuratoris reverendissimi Ilerdensis Episcopi.

Signum Bartholomæi Jaques Canonici Tarraconensis procuratoris reverendissimi Vicensis Episcopi.

Signum Bartholomæi Forama Canonici Tarraconensis procuratoris reverendissimi Urgellensis Episcopi.

Signum Benedicti Barnabæ Munyoz Canonici ecclesiæ Tarraconensis syndici reverendi Capituli Tarraconensis.

Signum Francisci Solsona Canonici ecclesiæ Barcinonensis, syndici reverendi Capituli Barcinonensis.

Signum Michaelis Maull Canonici Ilerdensis, syndici reverendi Capituli Ilerdensis.

Signum Petri Piquer Canonici Urgellensis, syndici reverendi Capituli Urgellensis.

Signum Jacobi Cervero Canonici ecclesiæ Dertusensis, & Archidiaconi de Corbera, syndici reverendi Capituli Dertusensis.

Signum Joannis Soler Canonici Vicensis, & syndici reverendi Capituli Vicensis.

Signum fratris Joannis Roiz monachi Sanctarum Crucum, procuratoris reverendi Abbatis monasterii Sanctarum Crucum.

Signum fratris Gabrielis comes monachi monasterii Populeti, procuratoris reverendi Abbatis eiusdem monasterii.

Signum domini Francisci Zenedo monasterii Scalæ Dei, procuratoris reverendi Prioris ejusdem monasterii, ordinis Cartusiensis.

Ego Honofrius Montoliu notarius, & sacri provincialis concilii scriba, mandato præfatorum dominorum Præsidentis, & aliorum, scripsi, & de prædictis fidem facio; die, & anno præfixis.

Proœmium constitutionum Ferdinandi Archiepiscopi in concilio Barcinonensi.

Receptio œcumenici generalis Concilii Tridentini in provincia Tarraconensi.

IN nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis temporibus perpetuo valiturum pateat universis, & sit notum, quod anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vero Martis vicesima quarta mensis Octobris intitulata, congregato sacro provinciali concilio Tarraconensi, in capella sacratissimi

corporis domini nostri Jesu Christi in claustro ecclesiæ Tarraconensis constructa, loco ad hæc per illustrissimum, & reverendissimum in Christo patrem, & D. D. Ferdinandum de Loazes miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopum, assignato, & deputato; existentibusque ibidem simul cum prælibato illustrissimo, & reverendissimo domino Archiepiscopo, reverendissimis Episcopis, & Abbatibus, Prioribus, aliisque Prælatis, syndicis, & procuratoribus infrascriptis, provincialiter, ut præfertur, congregatis, conciliumque provinciale pro infrascriptis, & aliis negotiis facientibus, & celebrantibus in mei Damiani Gili notarii publici Tarraconensis, ac dicti sacri concilii provincialis scribæ, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, rogatorum, & assumptorum præsentia; præfatus illustrissimus, ac reverendissimus dominus Archiepiscopus, ac reverendissimi domini Episcopi, & Abbates, Priores, syndici, & procuratores infrascripti, insequendo dispositionem decreti capite secundo reformationis sessionis vicesimæ quintæ sacri œcumenici generalis concilii Tridentini incipient: *Cogit temporum calamitas*, &c. omnes unanimes, & conformes, & nemine discrepante, nomine eorum proprio, ac principalium suorum infrascriptorum respective, & totius Tarraconensis provinciæ, prout inferius latius, & plenius continetur, fecerunt palam, & publice receptionem de omnibus, & singulis a præfata sancta Synodo Tridentina definitis, & statutis; ac etiam omnes simul, & unusquisque eorum veram obedientiam S. D. N. Papæ Pio quarto, ejusque successoribus, & ejus sanctæ sedi Apostolicæ spoponderunt, & professi fuerunt, ac hæreses omnes detestati fuerunt, & anathematizarunt, prout in quadam scriptura per ipsos mihi dicto notario, & scribæ tradita, latius, & plenius continetur: mandaruntque, petierunt, requisiverunt, per me dictum notarium, & scribam de his publicum confici instrumentum, & in processu dicti sacri provincialis concilii inseri, prout in dicta scriptura latius deducitur, quæ est tenoris hujusmodi:

Deo optimo maximo gratias agimus, qui temporibus nostris Ecclesiam suam sanctam tot procellis, ac fluctibus agitatam ita defendit, ac conservavit, ut per decreta sacri œcumenici Tridentini Concilii auctoritate summi Romani Pontificis fel. rec. Pauli III. in Spiritu Sancto legitime congregati, atque ejusdem, & piæ memoriæ Julii Papæ III. nec non S. D. N. Pii quarti consensu, auxilio, & premotione, sub protectione gloriosissimæ memoriæ Caroli quinti Imperatoris, & catholici Regis nostri Philippi continuati, celebrati, ac conclusi, & ab eodem beatissimo Pio confirmati, hæreses universas, quæ non sine totius Christiani orbis perturbatione, in pluribus partibus viguerunt, damnaverit, & improbaverit, ac veram fidem catholicam Christianis omnibus ita asseruerit, & apertissime declaraverit, ut eisdem sacri concilii saluberrimis sanctionibus universalis Ecclesia, quam divina Majestas sponsam immaculatam, & sine ruga sibi assumpsit, in suo splendore perseveret: mores vero corruptos ita severitate disciplinæ ad veterem Patrum institutionem, quantum hæc tempora ferre possunt, correxerit, ac reduxerit; ut nihil aliud, quam ut divino auxilio juvante, eisdem vestigiis inhærere possimus, desiderare queamus. Quapropter

Nos Ferdinandus de Loazes miseratione divina sanctæ Tarraconensis ecclesiæ Archiepiscopus.

Arias Gallego Gerundensis.

Antonius Augustinus Ilerdensis.

Guillelmus Cazador Barcinonensis.

Martinus de Corduba Dertusensis.

Petrus de Castelleto Urgellensis per eandem miserationem Episcopi.

Joannes de Tormo Abbas monasterii sancti Petri Bisuldini, ordinis sancti Benedicti, Gerundens. diœces.

Petrus Frigola Abbas monasterii sancti Benedicti de Bagiis, ordinis sancti Benedicti, Vicensis diœces.

Michael Serrano Abbas monasterii sancti Vincentii de Cardona, Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, Urgellens. diœces.

Hieronymus Contiioc Abbas monasterii Sanctarum Crucum, ordinis Cisterciensis, Tarraconens. diœces.

Ludovicus de Cervilione Abbas monasterii sancti Cucuphatis, ordinis sancti Benedicti, Barcinonensis diœcesis.

Cosmas Damianus Ortolla Abbas monasterii beatæ Mariæ de Villabertrando, ordinis S. Augustini, Gerundens. diœcesis.

Thomas Costa Abbas, seu perpetuus Commendatarius monasterii sancti Saturnini de Tabernolis, ordinis S. Benedicti, Urgellens. diœces.

Michael de Agullo Abbas, seu perpetuus Commendatarius monasterii prope Bagamum, ordinis S. Benedicti, Urgellens. diœces.

Paulus Pla Abbas, seu perpetuus Commendatarius monasterii sancti Petri de Galli cantu, ordinis S. Benedicti, Gerundens. diœces.

Michael Ferran Prior monasterii Scalæ Dei, ordinis Cartusiens. Tarraconens. diœces.

Jacobus Agramunt Prior monasterii sancti Jacobi de Calaf, ordinis S. Augustini Canonicorum regularium, Vicensis diœces.

Geraldus Vilana Prior monasterii beatæ Mariæ de Campo.

Joannes de Funes Prior monasterii S. Vincentii de Roda.

Raphael Joannes Gili Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Tarraconensis.

Petrus Paulus Zaragoça Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Barcinonensis.

Fran-

Franciscus Castelbel Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Ilerdensis.

Jacobus Cervero Archidiaconus de Corbera, Canonicus, & syndicus reverendi capituli ecclesiæ Dertusensis.

Petrus Traber Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Gerundensis.

Petrus Spi Archidiaconus major, Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Urgellensis.

Raphael Domenec Canonicus, & syndicus reverendi Capituli ecclesiæ Vicensis.

Michael de Homs Abbas, seu perpetuus Commendatarius monasterii de Arles, Canonicus, & Sacrista, ac syndicus, & eo nomine reverendi Capituli eccles. Elnens.

Martinus de Marquina monacus, & procurator reverendi Petri Boques Abbatis monasterii beatæ Mariæ Populeti, Tarracon. diœces. ordinis Cisterciensis.

Franciscus da Tordelaguna monachus, & procurator reverendi Benedicti de Tocco Abbatis monasterii beatæ Mariæ de Monte serrato, ordinis S. Benedicti, Vicensis diœcesis.

Laurentius Isalguer Canonicus, & procurator reverendi Michaelis Agullana Abbatis, seu perpetui Commendatarii monasterii S. Joannis de Abbatissis, Canonicorum regularium ordinis S. Augustini, Vicens. diœcesis.

Jacobus Moragues Canonicus monasterii sanctæ Annæ Barcinonensis procurator reverendi domini Caroli de Cardona Abbatis, seu perpetui Commendatarii monasterii beatæ Mariæ de Stagno, & administratoris dicti monasterii sanctæ Annæ Barcinonensis.

Gispertus de Malars monachus, & camerarius monasterii beatæ Mariæ Rivipulli, procurator reverendi Bernardi Capellet Abbatis, seu perpetui Commendatarii monasterii beatæ Mariæ de Sarratein, ordinis sancti Benedicti,   diœcesis.

Joannes Guzman monachus syndicus, & procurator reverendi conventus monasterii S. Victoriani, ordinis S.   Ilerdeas. diœces. Abbate carentis.

Raimundus Sopena syndicus œconomus, & procurator reverendi conventus monasterii de la O, ordinis sancti Benedicti, Ilerdensis diœcesis Abbate carentis.

In capella sacratissimi corporis domini nostri Jesu Christi, in claustro dictæ nostræ metropolitanæ ecclesiæ Tarraconensis constructa, loco ad hæc specialiter per nos dictum Archiepiscopum deputato, provincialiter congregati, conciliumque provinciale facientes, ac celebrantes, insequentes dispositionem decreti cap. ii. reform. sess. xxv. dicti concilii Tridentini incip. Cogit temporum calamitas, *&c. omnes unanimes, & conformes, nemine discrepante, ut veri orthodoxi, ac sanctæ sedis Apostolicæ filii obedientissimi, tam nominibus nostris propriis, & principalium nostrorum respective, & cujuslibet nostrum, quam eorum, ac omnium, & singulorum subditorum nostrorum, & dictorum principalium respective, ac totius nostræ Tarraconensis provinciæ, omnia, & singula, quæ a præfata sancta Synodo Tridentina definita, & statuta sunt, palam, & publice omni meliori modo, & forma, quibus melius possumus, & debemus, recipimus. Nec non veram obedientiam S. D. N. D. Pio quarto summo Romano Pontifice vero, & indubitato Christi Vicario, beatique Petri Apostolorum principis successori, ejusque successoribus canonice intrantibus sanctæque ejus Apostolicæ sedi spondemus, & profitemur; simulque hæreses omnes a sacris canonibus, & generalibus conciliis, præsertimque ab eadem sancta Synodo Tridentina damnatas, publice, & palam detestamur, & anathematizamus; & ut de hac nostra receptione, veraque obedientia, sponsione, simulque detestatione, & anathematizatione, aliisque prædictis omnibus constet, requirimus, & mandamus, per vos Damianum Gili notarium, & dicti nostri sacri concilii provincialis notarium, & scribam, publicum instrumentum fieri, confici, & in processu dicti nostri sacri concilii provincialis scribi, & inseri; ac nobis, & omnibus illud petentibus, & habere volentibus tradi.*

Quæ fuerunt acta in dicta capella sacratissimi corporis D. N. Jesu Christi, claustri dictæ ecclesiæ Tarraconensis die, & anno prædictis, præsente, & interveniente me Damiano Gili notario publico, & scriba dicti sacri provincialis concilii præ, & infrascripto, & præsentibus etiam reverendis dominis Raphaele de Homs Archidiacono majori, Joanne Damiano Miret succentore secundo, Raphaele Lorens, Antonio Joanne Delgado, Antonio Daroca Canonicis dictæ ecclesiæ Tarraconensis, Bernardo de Sanct Clement Rectore ecclesiæ villæ de Silva, Augustino Frexa Jurium doctore commensale, Officiali, & Vicario generali dicti Reverendissimi domini Archiepiscopi, Jacobo Giner etiam commensale, Jacobo Ros, Joanne Figols in sacra pagina magistris, Joanne Rosel presbyteris, beneficiariis dictæ ecclesiæ Tarraconensis, domino Onofrio de Scriva in civitate Valentia, & Ludovico Jover domicellis in præsenti civitate Tarraconensi domiciliatis, Michaele Joanne Zaporta, Ludovico Pons de Icart, Francisco Olorio, & Michaele Angelo Comalda Jurium doctoribus civibus Tarraconensibus pro testibus ad hæc vocatis specialiter, & assumptis; & pluribus aliis in multitudine copiosa.

Edictum contra non residentes in parochialibus ecclesiis, aliisque beneficiis curatis, editum Barcinone XXV. Novembr. anno MDLXV.

NOS Ferdinandus de Loazes utriusque juris doctor, divina clementia Archiepi-
sco-

scopus sanctæ ecclesiæ Tarraconensis attendentes, & considerantes, in decretis sacri Concilii Tridentini; ac præsertim in I. & II. cap. sessio VI. & in I. sess. XXIII. fuisse statutum decretum, injunctum, atque mandatum omnibus & singulis Rectoribus, Vicariis perpetuis, & aliis quibusvis beneficia curata obtinentibus, ut continuam residentiam faciant, ac personaliter resideant in suis rectoriis, & beneficiis curatis, atque in perpetuis vicariis, sub pœnis in dictis decretis contentis, & expressis: cumque multæ, & variæ personæ sint in hac nostra provincia, prædictas rectorias, & beneficia curata, atque perpetuis vicarias obtinentes, qui parum timentes Deum, & pœnas in dictis decretis statutas, & impositas, in grave damnum suarum conscientiarum, & in condemnationem suarum animarum non observarunt, neque adimpleverunt, quod illis decretis ipsis fuerat injunctum, atque præceptum; dum absunt a dictis suis rectoriis, ac beneficiis curatis, & perpetuis vicariis, neque in eis residentiam faciunt. Tenore igitur præsentium sacro approbante concilio, admonemus, dicimus, atque præcipimus omnibus, & singulis Rectoribus, Vicariis perpetuis, & beneficia cum cura obtinentibus in hac nostra provincia, ut intra triginta dies immediate sequentes postquam hæ nostræ litteræ fuerint publicatæ, eant, & quilibet eorum eat ad regendum, & gubernandum personaliter præfatas rectorias, beneficia curata, & vicarias perpetuas suas, sub pœnis in dictis decretis statutis, atque ordinatis, etiam privationis dictarum rectoriarum, beneficiorum curatorum, & vicariarum; & ut in eis, & singulis eorum unusquisque Rector, Vicarius, aut beneficiatus personaliter insistat, & illic suam continuam residentiam faciat; & inde non discedat, sine sui Prælati licentia petita, & obtenta. Exhortantes, injungentes, & præcipientes omnibus & singulis Episcopis suffraganeis nostris, ut idem diligenter publicari, & efficaciter observari, atque adimpleri in suis ecclesiis, atque diœcesibus faciant. Eadem quoque publicari, adimpleri, & observari mandamus in nostra sancta ecclesia metropolitana ejusque diœcesi. Dat. Barcinone, XX. Novembr. an. MDLXV.

Prætermissa.

JOANNES Patriarcha Alexandrinus in primo concilio Tarraconensi.

AD memoriam reducentes statuta Patrum, in quibus præcipitur, ut semel in anno per Episcopos synodalia concilia celebrentur: & super hoc reperimus aliquos Episcopos nostræ provinciæ negligentes; sacro approbante concilio statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ suffraganeis nostris præcipimus; ut singulis annis per se, vel per idoneos viros, si ex causa necessaria fuerint præpediti, dicta synodalia concilia habeant celebrare.

SANCTIUS Archiepiscopus in tertio concilio Tarraconensi.

ITem quia in nostro sacro concilio provinciali in dubium vertebatur, an Archidiaconi nostræ provinciæ, quibus competit ex consuetudine, privilegio vel alias quomodolibet visitare, servare, habeant constitutionem domini Papæ Benedicti XII. quæ incipit, *Vas electionis:* vel constitutionem editam per D. Joannem bon. mem. Patriarcham Alexandrinum, & administratorem sanctæ ecclesiæ Tarraconensis, quæ incipit, *Prælatis:* ideo de consilio & assensu dicti sacri concilii declarando constituimus, & ordinamus; quod præfati Archidiaconi constitutionem prædicti D. Papæ Benedicti servare teneantur. Quod etsi dicti Archidiaconi tres evectiones, vel minus ducerent, quinque solidos pro qualibet evectione tantum a volentibus pecuniam solvere: si autem quattuor, vel ultra evectiones usque ad septem ducerent, viginti quinque solidos pro omnibus septem juxta tenorem constitutionis D. Benedicti, similiter a volentibus valeant recipere. Datum ut supra.

ENNECUS Archiepiscopus in secundo concilio Tarraconensi.

EX eo, quia nonnulli temporale dominium obtinentes, quamquam constitutione provinciali, quæ incipit, *Licet iniquum &c.* excommunicationem incurrant, qui personis ecclesiasticis decimas, seu fructus provenientes ex beneficiis ecclesiasticis, & locis eorum jurisdictioni subjectis extrahi non permittunt, nec libere uti eis, vendere, vel alienare prohibentes; nec pro eorum utilitatibus, seu necessitatibus, & suorum beneficiorum permittentes de dictis decimis, seu aliis fructibus facere liberam alienationem, in quos volunt; obstinatione tamen, & aliquali contemptu excommunicationem vilipendentes, prædicta facere non omittunt. Ideo volentes, ut ex dicta constitutione fructus aliquis habeatur, sacro concilio approbante, confirmantes dictam constitutionem, ut metu gravioris pœnæ similia facere pertimescant, adjicimus prædictæ constitutioni, & statuimus; quod quicumque temporale dominium obtinens per quinque dies animo indurato præfatam excommunicationem sustinuerit, & requisitus intra spatium decem

die-

dierum a dicta requisitione in antea computandorum, a prædictis impedimentis non cessaverit, & destiterit cum effectu; loca, seu castra, & terra ipsius eo ipso sint supposita ecclesiastico interdicto: a qua sententia excommunicationis nullatenus absolvatur, nec interdictum relaxetur, donec de injuria, & damnis propterea irrogatis satisfecerint competenter.

FERDINANDUS Loazes Archiepiscopus in concilio Barcinonensi.

CUM in sacro œcumenico Tridentino concilio sessione XXIV. cap. II. statutum sit, ut Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, aliquem vicinum metropolitanum semel eligant, in cujus synodo provinciali cum aliis interesse debeant: & quæ ibi ordinata fuerint, observent, atque observari faciant; in reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia salva, atque integra maneant: & cum postea Elnensis Episcopus huic sacræ synodo interfuerit, & ecclesia Elnensis syndicum suum in eadem habuerint: sacro approbante concilio, declaramus, omnes nostras constitutiones, atque decreta, ceteraque in hac synodo statuta, & in posterum quandocumque statuenda, ab omnibus in eadem diœcesi Elnensi observari debere; exemptionibus, & privilegiis ejusdem Episcopi, & ecclesiæ in ceteris semper salvis.



PRIMÆ EDITIONIS AUCTORITAS.

EGO Petrus Plana I. D. Officialis, & Vicarius generalis illustriss. D. mei Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, visa relatione facta per reverendum Petrum Torrens doctorem Theologum, lectorem, ac Rectorem Universitatis Tarraconensis, cui commissus fuit videndus liber hic, qui CONSTITUTIONUM PROVINCIALIUM LIBRI QUINQUE *inscribitur, licentiam concedo imprimendi, atque vendendi in urbe, & diœcesi Tarraconensi dictum librum. In cujus rei fidem has litteras fieri jussimus. Dat. Tarracon. die xviii. Junii MDLXXX.*

U. Plana prædictus.

In-

Index Constitutionum Pontificum Romanorum.

Index Constitutionum Legatorum Apostolicorum.

In-

Index Constitutionum Archiepiscoporum Tarraconensium in conciliis provincialibus.

Cum

Index omnium Conſtitutionum.

Exa-

Quia

Index Titulorum Conſtitutionum Provincialium.

Ma-

Inutiles Constitutiones, vel bis scriptæ.

C. 5. *de ætate, & qual.* quia comprehendit personas tunc viventes.
C. 7. eod. tit. eadem ratione.
C. 1. *de servis non ord.* quia loquitur de vasallis de redemptione, qui hodie nulli sunt.
C. 6. *de offic. Vicarii*, quia idem dicitur c. 5. eod. tit.
C. 1. *de major. & obed.* quia de illius tantum temporis re agitur.
C. 3. *de pact.* quia iterum ponitur c. 4.
C. 1. *de feriis*, quia plenius de eadem re agitur cap. 3.
C. 2. *de pignor.* loquitur de Judæis, qui in Hispania nulli sunt.
C. 1. *de decim.* quia de Judæis, & Sarracenis loquitur.
C. 2. de eisdem Sarracenis.
C. 1. *de censib.* non est perpetua constitutio.
Titulus *de Judæis, & Sarracenis* multis capitulis inutilis est.
Titulo *de sent. excomm.* multa sæpius dicuntur, & eadem verba sunt in confirmatione Martini Papæ, quæ prius posita fuerant sub hoc eodem titulo, & in modis procedendi.
C. 24. ejusd. tit. pertinet ad Barcinonenses, tantum.

Sub aliis titulis collocandæ.

C. 11. *de const.* poni potest sub tit. *de procurat.* aut sub tit. *de immun. eccles.* aut sub tit. *de iniuriis.*
C. 16. eod. tit. poni potest sub tit. *de clericis non resident.*
C. 1. *de consuetudine*, poni potest sub tit. *de decimis.*
C. 2. eod. tit. poni potest sub tit. *de immun. eccles.* & sub tit. *de decim.*
C. 3. eod. tit. poni potest sub tit. *de celebrat. Missar.*
C. 4. eod. tit. ibidem.
C. 1. *de renunt.* poni potest sub tit. *de præbend.* & sub tit. *de donation.*
C. 6. *de ætate, & qual.* poni potuit sub tit. *de constit.*
C. 1. *de offic. Archipr.* poni potest sub tit. *Ne Prælatis vices suas.*
C. 1. *de major. & obed.* poni potest sub tit. *de immun. eccles.*
C. 2. eod. tit. poni potest sub tit. *de vita & hon. cler.* vel sub tit. *de celebr. Missar.*
C. 3. eod. tit. sub eisdem titulis.
C. 4. eod. tit. sub eisdem titulis.
C. 5. eod. tit. poni potest sub tit. *de celebr. Missar.*
C. 7. *de fide instr.* poni potest sub tit. *de litis expensis*, sive *de execut. rei judic.*

C. 3. *de cler. non resid.* poni potuit sub titulo *de vita & hon. cler.*

C. 2. *de præbend.* poni potuit sub tit. *de ætat. & qual.*

C. 5. eod. tit. poni potest sub tit. *de simon.* aut sub tit. *de ætat. & qual.*

C. 7. eod. tit. poni potest sub tit. *de celebr. Missar.*

C. 1. *de empt. & vend.* poni potuit sub tit. *de censib.*

C. 2. *de locat.* poni potuit sub tit. *de immun. eccl.*

C. 1. *de sepult.* scribi etiam potuit sub tit. *de pactis*, & sub tit. *de decimis*, & sub tit. *de parochiis.*

C. 1. *de relig. domib.* poni potest sub tit. *de eccl. ædificand.* aut *de excess. Prael.*

C. 3. eod. tit. poni pars hujus capitis potuit sub tit. *de summ. Trin. & fid. cath.* pars etiam sub tit. *de sacram.*

C. 4. eod. tit. poni potuit sub tit. *de offic. ord.*

C. 1. *de capellis mon.* poni potuit sub tit. *de immunit. eccl. & monast.*

C. 11. *de pœnis.* scribi potuit sub tit. *de maled.* vel sub tit. *de injur.*

CON-

CONSTITUTIONES

CONCILII PROVINCIALIS TARRACONENSIS

EDITÆ MENS. NOVEMBR. ET DECEMBR. ANNI MDLXXXIV.

ANTONIO AUGUSTINO

ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI

PRÆSIDE, ET AUCTORE.

ANTONIUS AUGUSTINUS

ARCHIEPISCOPUS TARRACONENSIS

Ad futuram rei memoriam.



UÆ nuper in tertio Tarraconensi concilio ad sacri œcumenici Tridentini executionem, & ad correctionem morum pertinere visæ sunt constitutiones, edi oportere duximus, quasi appendicem quandam earum, quas sub congruis titulis superioribus diebus in vulgus dedimus; in quibus majorum nostrorum pie, & prudenter decreta in variis conciliis hujus provinciæ, conscripta collegimus. Hæc igitur omnibus, & singulis, quacumque dignitate, & honore fungentibus, & innotescere, & observari mandamus, & in quibusvis diœcesibus, ac territoriis suis omnes Episcopi, Abbates, Priores, & cæteri, ad quos spectat, concilii Provincialis constitutiones publicare, & exequi studeant. Parum enim prodest jura condere, & concilia celebrare, nisi ea, quæ fuerint statuta, & condita, quamprimum & nota sint, & inviolabiliter observentur.

Constitutionum Index.

Index Titulorum.



CON-

CONSTITUTIONES

CONCILII PROVINCIALIS TARRACONENSIS

EDITÆ MENS. NOVEMBR. ET DECEMBR. ANNI MDLXXXIV.

TITULUS I.

De ætate, & qualitate ordinandorum.

CAPUT I.



I quæ a sancta Tridentina synodo de his, qui Ordines vel conferunt, vel suscipiunt, accurate, sanctèque definita sunt; ea ab omnibus diligenter, exactèque fuissent observata: jam nunc Ecclesias nostræ Provinciæ pluribus doctis, & probatæ vitæ sacerdotibus, & aliis ecclesiasticis viris, ex quorum exemplo totius populi Christiani reformatio pendet, magis decoratas haberemus. Sed cum compertum habeamus, aliquos, quod vehementer dolendum est, neque doctrina, aut moribus commendatos, neque justo titulo, neque a proprio Episcopo; sed aut ad titulum beneficii sæcularis parvi, aut nullius valoris; aut regularis, cujus nulli sunt fructus; aut patrimonii sæpe ficti, neque ab Episcopo approbati; aut denique a Capitulis, sede vacante, intra annum, vel etiam ab aliquibus Abbatibus litteras, ut a quocumque ordinari possint sæculares clerici obtinentes, ab aliis etiam Gallis, & ignotis Episcopis, non expectatis temporum interstitiis, aut publicatis edictis, ad sacros ordines fuisse promotos, & quotidie promoveri. Quibus incommodis ut occurrere possimus; sacri Concilii Tridentini decretis inhærentes, hujus nostri provincialis Concilii approbatione decernimus: ut Episcopi temporibus a jure statutis, & servatis omnibus, quæ sunt ab eadem sancta Tridentina synodo definita, subditos dumtaxat suos, quos diligenti examine habiles, ecclesiæ utiles, & beneficium, de quo honeste vivere possint, pacifice possidere repererint; per se ipsos ordinare curent. Quod si ægritudine fuerint impediti, non eis, ut a quocumque ordinentur, concedant: sed ipsi, ad quem hujus provinciæ maluerint Episcopum, eos ordinandos mittant. Alterius vero subditum, qui a proprio Episcopo missus non sit, aut beneficium, de quo vivere commode possit, in ipsorum ecclesiis non obtineat, cui adscribi, & suis muneribus fungi in animo non habeat; nullo modo sacris initient. Beneficia nullius valoris omnino abolenda, parvi cum aliis unienda curent, neque his titulis abuti permittant.

Ad titulum pensionis, vel patrimonii nemo, præter quam a proprio Episcopo ordinetur; qui qualia illa bona sint, ficta ne, an vera, & ad vitam sustentandam sufficientia; ac qui ad talem titulum pro necessitate, & commoditate ecclesiarum assumendi fuerint; ipse solus judicare possit. Capitula ecclesiarum, sede vacante, elapso anno, præter artatos, iis tantum, qui beneficium in ea diœcesi obtineant, quod ad commode vivendum sufficiens sit, quique diligenti examine, & edictis publicatis, habiles scientia, ætate, & moribus reperti fuerint, litteras dimissorias concedant; non ut a quocumque, sed ab hujus dumtaxat provinciæ Episcopo, servatis temporum interstitiis, promoveri possint: dispensare autem in temporum interstitiis, aut in pluralitate beneficiorum nequaquam sibi licere arbitrentur. Abbatibus quibuscumque etiam si nullius diœcesis sint, districte præcipimus; ne posthac, ut a sancta Tridentina synodo vetitum est, clericis sæcularibus, etiam in ipsorum ecclesiis beneficia obtinentibus dimissorias litteras ad quoscumque Episcopos concedere; neve Episcopos, in quorum diœcesi sunt, quo minus proprio nomine in ipsorum ecclesiis edicta, quibus de ætate, genere, & vita ordinandorum inquiritur, publicent, impedire ullo modo præsumant. Regulares quoque, aut beneficia regularia obtinentes, nisi prius professionis votum emiserint, & diligenti Episcopi examine, litteris, & moribus ornati, & in legitima ætate constituti reperti fuerint, ad sacros ordines ascendere non permittantur.

Quæ vero a sancta Tridentina synodo non sine magna caussa de servandis temporum interstitiis, in conferendis minoribus, & majoribus ordinibus decreta sunt; ea ab omnibus Episcopis summopere observari oportet: nisi cum personæ qualitas, aut ecclesiæ utilitas, vel necessitas aliud postularet. Edicta vero tria post minores ordines publicanda sunt, per mensem ante singulos sacros ordines singula: unde illorum pravam consuetudinem reprobamus, qui uno die minores, & altero subdiaconatum conferunt: sine ullo edicto, aut uno pro tribus abutentes: nullis temporum legitimis interstitiis observatis. Id enim est, quod vehementer improbandum est: si quis cito, & temere contra Apostoli præceptum manus imponat.

TITULUS II.

De officio Ordinarii in visitatione.

CAPUT I.

COgit nos temporum corruptela, ut quæ de visitandi munere tantopere necessario a nostris prædecessoribus, & a sanctis Patribus potissimum in sacro Tridentino concilio statuta definitaque sunt; sæpius in memoriam revocemus. Quamobrem omnes hujus nostræ provinciæ Episcopos sacro approbante concilio in Domino hortamur; ut meminerint se in sortem Domini, & ad gubernandam ejus ecclesiam vocatos, omniumque animarum suæ curæ commissarum rationem reddendam esse, & in munere assumpto ita vigilandum, & laborandum; ut numquam eos de tanto munere suscepto pœniteat, neque subditos tales pastores habuisse. Curent igitur diligenter, ut singulis annis suam diœcesim, vel saltem biennio juxta diœcesis amplitudinem per se ipsos visitent, asperaque loca, quantum fieri possit, præsertim in ea parte, quæ Galliæ affinis est, ascendant: aliquos homines ecclesiasticos, doctos, & pios, quorum apud omnes probata vita sit, secum in ea visitandi cura adhibeant; modesto tamen equitatu, & comitatu in conciliis definito, ne subditis graves, onerosive sint. Antequam munus visitandi assumant, in synodo diœcesana, aut alibi optionem parochis prabeant, si malint solvere jus procurationis, quod erat ab ipsis antea solvi consuetum; an vero victualia subministrare: caveant tamen visitatores, ne utrumque recipiant, neque munera per se, neque per suos familiares, etiam sponte oblata: quod si quisquam, quod non credimus, contrarium fecerit; is præter dupli restitutionem, in prima synodo provinciali celebranda juxta sanctorum Patrum, & sacrorum conciliorum decreta, sine ulla spe veniæ mulctabitur. Cum vero hoc visitationis munus exequentur, diligentiam adhibeant non modo in cleri, & populi moribus cognoscendis, iisdemque depravatis corrigendis, sed etiam in ecclesiarum cultu, & ornamento tuendo, & augendo. Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum decenter, & cum debito honore custodiendum curent. Corporalia singulis mensibus, Purificatoria octavo quoque die lavanda, & mutanda præcipiant, & reliqua altaris & totius ecclesiæ ornamenta. Quæ ad chorum spectant, an pie, & sancte, ut decet, tractentur, observent. Unam ab omnibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cærimoniam in choro, & in divino Missæ sacrificio ab omnibus observari faciant; & quos ad id exequendum repererint inhabiles, aut negligentes, coerceant, & coarguant. Omnes clericos vestitu honesto, ut decet statum clericalem, juxta sanctorum Patrum decreta incedere cogant. Parochos diligenter visitent, & qua diligentia sacramenta administrent, populum ad pietatem instruant, & num singulis diebus dominicis inter Missarum sollemnia, aut postea pueros vulgari lingua salutaria doceant, intelligant; negligentes in his omnibus corrigant, & emendandos curent. Hospitalia, confraternitates, & omnia pia opera, operaque cujusque beneficii diligenter prospiciant, & ex fundatoris, ac instituentis præscripto, & voluntate exequenda districte præcipiant. Domos parochialis ecclesiæ, & beneficiorum omnium dirutas instaurare, ruinam minantes reficiendas procurent. Colloquia monialium, & clericorum omnino prohibeant. Mulieres, quæ ætate provectæ non fuerint, de quibus suspicio apud populum, & scandalum oriri possit, cum clericis cohabitare non permittant. Peccata publica, tum cleri, tum populi severe puniant, & omnino evellant. Officiales foraneos, quo pacto in administratione jurisdictionis sibi commissæ se exercuerint, diligenter intelligant, & quos in suo munere negligentes repererint, aut jurisdictione abutentes, amoveant; amotos corrigant, & castigent, & tales ei muneri præficiant, qui prudentes sint, & populo exemplo esse possint: & denique nihil Episcopi prætermittant, quod ad salutarem, & piam populi instructionem, & correctionem pertinere videatur. Si vero Episcopi legitime impediti fuerint; visitandi munus solis Vicariis generalibus committant, aut aliis doctis & piis hominibus hujus rei usu peritis, & idoneis; qui visitationis officium sedulo, ut par est, præscripto modo, & forma exequantur: quibus præcipient, ne aliis remotorum locorum visitationem committant, neve jus procurationis solvi consuetum, ab eis ecclesiis, quas non visitaverint, recipiant; ut in quibusdam aliquando diœcesibus, quod non sine dolore referimus, hoc ipsum, ut credimus, ignorantibus Episcopis, aliquorum relatione audivimus accidisse. Hanc constitutionem ad Abbates, Archidiaconos, Capitula, & alios inferiores, qui hactenus visitationem exercere legitime consueverunt, extendi volumus.

TITULUS III.

De procuratoribus pauperum.

CAPUT I.

ÆQuum plane est, & rationi consonum; ut quæ sancte a nostris prædecessoribus statuta sunt, si neglecta jaceant, renovemus, & in memoriam revocemus. Fuit sane pie a Petro tertio prædecessore nostro institutum; ut in unaquaque diœcesi nostræ provinciæ advocatus aliquis, & procurator statuerentur ac designarentur; qui in caussis viduarum, pupillorum, & aliarum miserabilium personarum, qui propter indigentiam, & paupertatem eas ad exitum & debitum finem deducere non possunt, gratis patrocinentur. Quare sacro approbante concilio dictam constitutionem, quæ incipit *Super egenum*, renovantes: omnibus nostræ *lib. 1. tit. 18. de procur. cap. 1.*
provinciæ Ordinariis districte præcipiendo mandamus; ut unusquisque in sua curia, quamprimum fuerit requisitus, advocatum, & procuratorem instituat, qui juxta dictam constitutionem, pauperum, & miserabilium personarum caussas defendant, & ad debitum exitum procurent perducendas.

TI-

TITULUS IV.
De vita, & honestate clericorum.
CAPUT I.

ETsi sublimis, atque admirabilis sit sacerdotum dignitas, magnamque auctoritatem, & lanctimoniam sacris ordinibus insignitus habere debeat: permulti tamen sacerdotes sui status, & dignitatis immemores illam deturpare non verentur; dum inhonesto laicorum ministerio seipsos subiiciunt in mensa ministrantes, vel uxores, ac filias eorum tamquam famuli deducentes, ac reducentes, aliaque hujusmodi exercentes. Unde qui tamquam optimi, verique Dei ministri extolli, ac venerari debuerant, ab omnibus despiciuntur, & contemnuntur. Horum igitur dignitatem, atque auctoritatem conservare cupientes, constitutionem provincialem, *Nemo militans Deo*, sacro approbante concilio renovantes, & declarantes, hac nostra constitutione sancimus, & sub excommunicationis pœna præcipimus, atque mandamus; ut post hac nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, cujuscumque gradus vel condicionis existat, laicis in rebus supradictis famuletur, nec mulieres aliquas, præter aviam, matrem, sororem, amitam, vel materteram, pedester, vel equester publice deducere, vel reducere audeat. Poterit tamen sacris initiatus personis ecclesiasticis inservire, præterquam in rebus vilibus & inhonestis.

Lib. 3. tit. 1. de vita, & hon. cleric. cap. II.

CAPUT II.

NON possumus non graviter dolere, audientes aliquos clericos hujus nostræ provinciæ in sacris ordinibus constitutos, & beneficiatos, qui populo exemplo ad bene, pie, honesteque vivendum esse deberent, in itinere, in civitatibus, & oppidis, tali vestitu incedere; ut sine ullo discrimine tamquam laici reputentur, & habeantur, quod statum clericalem non leviter dehonestat. Quamobrem huic malo de salutari remedio providere cupientes; sacri Tridentini concilii decretis inhærendo, & prædecessorum nostrorum constitutiones de hac re disponentes, sacri approbatione concilii renovantes, ac declarantes; quæ sequuntur in tota nostra provincia observanda, præsenti constitutione sancimus, & ordinamus. Principio, ut posthac nullus clericus, cujuscumque gradus, vel condicionis existat in aliquo ex sacris ordinibus constitutus, vel beneficiatus subuculam collari, & manicis rugatis, seu lactucatis deferat; nec vestes virides, rubeas, vel croceas, aut quovis alio inhonesto colore infectas induatur; nec vestes sericas, etiam si fuerit in dignitate aliqua constitutus, aut Canonicus ecclesiæ cathedralis; sed nec mulas ornamentis aureis, argenteis, aut sericis ornari patiatur. Quilibet vero sacerdos, aut sacris initiatus, vel beneficiatus caligas honestas, sotanam, vel tunicam satis oblongam cum mantello, aut toga ex panno nigro, vel propter paupertatem fusci coloris vestiatur; pileumque statui clericali decentem deferat: infirmitatis tamen caussa, vel in itinere galerum, tabardum, aut tunicam brevem deferre poterit. Deinde in ecclesia, & choro, ac in sepulturis, & novenis, seu in aliis quibusvis exequiis, & divinis officiis, quæ tam pro vivis, quam pro defunctis dicentur; sotanam, vel tunicam talarem, superpelliceum mundum, seu roquetum pro tempore congruens, & pileum clericalem induatur; coronam, & barbam præsertim in superiori labro sæpius radat, & caveant omnes cujuscumque status, & condicionis fuerint, ne cum superpelliceo, aut roqueto per plateas, per civitatem, & oppida deambulantes vagentur; neve carnes, pisces, aut alia victualia sic vestiti emant, aut secum asportentur, qui vero rebus hac constitutione prohibitis contraierit; amissione vestitum, & pœna decem librarum, aut alia arbitrio superiorum punietur. Simili quoque pœna sacro approbante concilio eos multari volumus, qui chirothecas odoratas, & anulos aureos, vel argenteos deferunt; illis exceptis, qui ratione dignitatis, Doctoratus, vel alterius privilegii anulum deferre possunt. Hortamur autem omnes nostræ provinciæ Episcopos, & quoscumque alios Ordinarios; ut in conferendis beneficiis, caveant, ne illis beneficia conferant, de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii fugiendi fraude; sed ut Deo, & ecclesiæ fidelem cultum præstent, velle ecclesiasticum beneficium recipere; & eosdem moneant diligenter, ut præsentem observent constitutionem, quod si non fecerint, sciant, se juxta decretum sacri concilii Tridentini, beneficiis privandos esse.

CAPUT III.

ARmorum usum, sacrorum conciliorum, & sanctorum Patrum decretis prohibitum esse certum est: nihilominus multorum relatione intelleximus, aliquos hujus nostræ provinciæ clericos in sacris constitutos suæ honestatis, & dignitatis immemores arma deferre offensiva, & jure prohibita. Quamobrem constitutionem provincialem: *Cum usus armorum*, & constitutionem: *Approbando de vita, & honestate clericorum*, sacro approbante concilio renovantes, & ampliantes statuimus, atque ordinamus; ut posthac nullus clericus, cujuscumque dignitatis, & condicionis fuerit, vel beneficiatus arma deferre audeat. Si quis autem ex prædictis ballistam, lanceam, pugionem, vel sicam, vel tormentum, quodvis manuarium, id est, scopetam, vel similia portaverit, & cum ipsis fuerit repertus, præterquam in itinere, in quo ensem deferre poterit; decem ducatorum pœnam æquis portionibus pauperibus illius loci, in quo deprehensus fuerit, & reparationi domus Episcopalis, aut illius Ordinarii, ad quem clericum deprehensum punire spectat, dividendam incurrat, & eadem ipsa arma prohibita amittat. Poterit tamen Episcopus, vel Ordinarius, si ita expedire judicaverit, facultatem aliquando præbere clericis; ut eos talia arma deferentes comitentur, necessitate ita exigente.

Lib. 3. tit. 1. c. V. & cap. X.

CA-

CAPUT IV.

CUM ex ludi vitio multiplicia mala oriri compertum sit, videlicet perjuria, blasphemias, rixas, seditiones, homicidia, furia, quamplurimaque alia nefanda crimina; idque vitium omnes Christianos, & maxime clericos dedeceat: omnino interdicimus omnibus in sacris ordinibus constitutis, seu beneficia ecclesiastica cujuscumque qualitatis obtinentibus aleam semper, & ludos chartularum, & pilæ, nisi intra parietes privatos, & cum sacerdotibus, seu beneficiatis recreationis causa. Ita tamen ut neque frequenter, neque cum scandalo id fiat: hortantes eos potius litteris, seu musicæ vacare, aliisque honestis occupationibus, quam in hoc turpi, & inhonesto vivendi genere tempus conterere; memores se de verbis otiosis, nedum de factis turpibus strictam rationem in supremo judicio reddituros. Volumus tamen, ut cum musicæ vacabunt, non noctu vagantes, aut laicorum recreandorum gratia id peragant. Contrarium vero facientes, vel partem aliquam cum ludentibus habentes; pœnam quinque librarum incurrant.

TITULUS V.

De sepulturis.

CAPUT I.

ÆQuitati maxime convenit; ut si in his, quæ prudenter, ac salubriter constituta sunt, contentionis materia oriatur; opportunum declarationis remedium quamprimum adhibeatur. Constitutionem itaque a bonæ mem. Ferdinando de Loazes prædecessore nostro in concilio Barcinone celebrato editam, quæ incipit: *Etsi ab omni specie mali*, declarantes; sacro approbante concilio sancimus, ut appellatione alienigenæ, & peregrini, de quibus in ea fit mentio, non comprehendantur homines ejusdem diœcesis, neque consanguinei, & affines alienæ diœcesis usque ad tertium gradum exclusive de jure canonico computandum, neque etiam famuli, sive ancillæ eorum, in quorum domibus illos decedere contigerit, neque qui in eisdem parochiis ultra annum commorati fuerint, etiam si alienæ nationis fuerint, & in eis domicilium non constituerint. Verum quia, ut accepimus, Rectores, Vicarii perpetui, & alii curam animarum exercentes, in quorum parochiis alienigenæ, & peregrini prædicti decedunt, solent pecunias exactas ex bonis ipsorum decedentium juxta dictæ constitutionis dispositionem penes se retinere, & in suos proprios usus, & utilitatem convertere, nullis Missarum sacrificiis, eleemosynis, aut suffragiis eorum, qui obierunt, animas juvantes: idcirco constitutionem prædictam apertius declarantes statuimus, & ordinamus; ut ipsi Rectores, Vicarii, & alii supradicti, pecuniarum, ut præfertur, exactarum medietate penes se libere, & licite retenta, reliquam medietatem in Missas, & alia divina suffragia pro defunctis personis erogare omnino teneantur; advocatisque ad id suarum, aut vicinarum, si in suis non reperiantur, ecclesiarum

Lib. 3. tit. 15. de sepult. c. 3.

presbyteris, exequias ejus, qui ita obierit, juxta illius conditionem, & statum, perinde ac si eorum proprius parochianus esset, honorifice peragant, atque in Missarum, & aliorum suffragiorum celebrationem, & eleemosynarum largitionem pro refrigerio animæ ipsius defuncti, integre distribuant, atque elargiantur, quacumque consuetudine non obstante.

TITULUS VI.

De decimis, & oblationibus.

CAPUT I.

QUia nonnulli vitiorum laqueis innodati, adeo Rectorum, & aliorum curatorum monitionibus exasperantur, ut oblationes illis offerri solitas denegent; & quod detestabilius est, cum aliis diabolica conjuratione directe, vel indirecte conspirant, ne in posterum Parocho similes oblationes offerant: hac nostra constitutione tanto morbo medelam adhibere desiderantes, sacro approbante concilio sancimus, & sub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus omnibus nostræ provinciæ fidelibus, ut ab hujusmodi diabolicis conjurationibus se abstineant. Omnes vero Prælatos, & superiores in Domino hortamur; ut in hac re animadvertenda, & repellenda severe se habeant; ne populus a tam pia, veteri, & debita Christianorum consuetudine sensim, & paulatim retrahatur: & consulto de tanto excessu; ut contra invasores, & usurpatores rerum ecclesiasticarum juxta formam constitutionum nostrorum prædecessorum Apostolica auctoritate confirmatarum procedant.

TITULUS VII.

De regularibus, & eremitis.

CAPUT I.

VItam solitariam in eo, in quo non præcesserint magna, & præclara perfectionis argumenta, periculosam esse sancti Patres apertissime tradiderunt: nihilominus tamen ad nostrum auditum pervenit, multos ignaros eremitici instituti, perversæ, atque reprobatæ, & obscuræ vitæ in hac nostra provincia laborem fugientes, & otio torpentes, ad victum duntaxat quærendum, hoc vitæ genus elegisse, unde multa mala, & scandala oriri posse credendum est. Quamobrem sacro approbante concilio præcipimus, & sub pœna excommunicationis mandamus; ut posthac nullus habitum hujusmodi, aut locum eligat sine decreto, & licentia Ordinarii in scriptis: Ordinarios vero monemus, & hortamur; ut in hujusmodi hominibus admittendis caute se habeant, ne aliqui pelle ovina populum incautum decipiant; Parochum vero, seu Curatum, in cujus parochia sacellum eremiticum constructum fuerit, si absque Ordinarii licentia Eremitam admiserit, decem librarum pœna puniendum esse sancimus, & ordinamus. Maxime autem tollantur ab eorum commercio, & frequentatione mulierum colloquia, & puerorum educatio, atque adolescentium nocturni cœtus; solet enim his initus multis sceleribus janua aperiri.

TI-

TITULUS VIII.
De censibus, & exactionibus.
CAPUT I.

NON minus oportet crimina cavere, antequam fiant; quam ea punire, & detestari, postquam fuerint perpetrata. Idcirco hac nostra constitutione collegimus quædam sacrosanctæ Tridentinæ synodi capita, quibus cavetur; ut gratis accepta munera, gratis etiam conferantur.

Sessionis V. cap. II. de Reformatione fragmentum.

Regulares vero cujuscumque ordinis, nisi a suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum ordinum prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant; in ecclesiis vero, quæ suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Sessione XXI. cap. I. de Reformatione.

Quoniam ab ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de caussa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum ministri, quovis prætextu accipiant. Notarii vero in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumqne locorum quæ potius abusus, & corruptelæ Simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant.

Sessione XXIII. cap. I. de Reformatione.

Cum præcepto divino mandatum sit omnibus & *infra.* Eadem omnino, etiam quoad culpam, & amissionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta synodus, declarat, & decernit, ita tamen, ut quandocumque eos, caussa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi caussa non obtineant. Quod si per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult Ordinariis, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtrationem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto; etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione aut inhibitione, etiam in Romana curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis suspendi posse. Postremo, tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in conciliis provincialibus, & Episcopalibus publicari, sancta synodus præcipit: cupit enim, quæ adeo ex Pastorum munere, animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.

Et cap. XV. Quamvis presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta synodus, nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium etiam sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias, idoneus judicetur; & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegiis, consuetudine quacumque etiam immemorabili, non obstantibus.

Sessione XXIV. cap. V. de Reformatione matrimonii.

Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat; idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consumare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem sollemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur pœnis: non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempsit. Si vero sollemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio vel raro, idque ex caussa, & gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam caussam.

Et cap. VI. de Reformatione simpliciter.

Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque ca-

caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos, in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſolvere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicariis ſit permiſſum.

Seſſione XXV. cap. XVIII. de Reformatione.

Sicuti publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius evenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi utilitate ſatisfiat: ſic frequentius legem ſolvere, exemploque potius, quam certo perſonarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nihil aliud eſt, quam unicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant univerſi, ſacratiſſimos canones exacte ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit, indiſtincte obſervandos. Quod ſi urgens, juſtaque ratio, & major quandoque utilitas poſtulaverit, cum aliquibus diſpenſandum eſſe; id cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis a quibuſcumque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum: aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.

Quæ omnia decreta ab omnibus hujus noſtræ Provinciæ Ordinariis, etiam ſi Epiſcopalis dignitatis fuerint, ſacra approbante ſynodo Provinciali, diſtricte præcipimus, atque mandamus in omnibus, & per omnia obſervari. Ordinarius vero, qui quidquam contrarium his decretis fieri permiſerit, præter divinam ultionem, & pœnas in dictis decretis impoſitas, in proxima ſynodo Provinciali celebranda, tamquam fautor avaritiæ, de iis omnibus ſtrictam cogetur reddere rationem.

TITULUS IX.

De celebratione Miſſarum, & divinorum officiorum.

CAPUT. I.

CUM omnia, quæ in eccleſia peraguntur divina officia, ſumma cum reverentia agi, & tractari debeant; tum vero vel maxime divinum Miſſæ ſacrificium, cum quo nullum aliud conferri, & comparari poteſt: quare ut illud a ſacerdotibus rite peragatur, atque a populo religioſe colatur, & reliqua divina officia cum reverentia celebrentur, & omnes abuſus, qui in his peragendis accidere ſolent, auferantur; ſacrorum conciliorum, & prædeceſſorum noſtrorum veſtigia perſecuti; hæc, quæ ſequuntur, in tota noſtra provincia ſacri approbatione concilii ſervanda ſancimus.

Sacerdotes Miſſæ ſacrificium facturi, ne accedendo ad altare manibus pollutis, oculis impudicis, ore inverecundo, corde impuro, Chriſtum, quantum in ſe eſt, iterum crucifigant; tam alti myſterii meditationem antea ponderent, & quæ in Miſſa legenda ſunt, mature præveniant, propriam conſcientiam diligenter diſcutiant; nec prius ad tantum ſacramentum accedant, quam ſacramentali confeſſione conſcientiæ labem, ſi quam habent gravem, diluerint; & eum ſemper confeſſorem eligant, qui non ſolum doctrinæ; ſed multo etiam magis vitæ, morumque dotibus præditus ſit. Hortamur autem omnes Epiſcopos noſtræ provinciæ, & alios quoſcumque Ordinarios; ut ad ſacerdotum confeſſiones audiendas, eos dumtaxat eligant in unaquaque eccleſia, quorum magis ſit probata vita: hinc enim tota fere pendet ſacerdotum diſciplina.

Conſtitutionem provincialem, *Antiquorum Patrum*, ſacro approbante concilio renovantes, omnibus noſtræ provinciæ ſacerdotibus cujuſcumque ſtatus, & condicionis fuerint, præcipimus, atque mandamus; ut ſanctum Miſſæ ſacrificium ſine duabus candelis cereis incenſis, & in utraque altaris parte poſitis non peragant; purificatoria octavo quoque die, corporalia, & reliqua altaris ornamenta ſemel ad minus ſingulis menſibus mundanda curent: negligentes vero pœna quinque librarum, aut alia arbitrio Superioris, puniantur. *Lib. 3. tit. 24. de celebr. Miſſar. c. XIII.*

Prohibet etiam ſacrum concilium Tridentinum, in domibus privatis, & aliis locis indecentibus ſanctum Miſſæ ſacrificium celebrari; nihilominus aliquorum relatione intelleximus, nonnullos Ordinarios importunitate laicorum facile hujuſmodi facultatem celebrandi ſine viſitatione capellarum in domibus privatis concedere; quod ſine irreverentia tanti ſacrificii fieri non poteſt. Quamobrem ſacro approbante concilio ſancimus, & ordinamus; ut poſthac in domibus privatis, ubi capellæ conſtructæ non fuerint, facultas celebrandi nullo modo concedatur: in ſacellis vero eremiticis, & aliis eccleſiis, ac in capellis domorum privatarum matura conſideratione, ſi decenter ornatæ & clauſæ fuerint, & ſeparatæ a cubiculis; talis facultas celebrandi poſt viſitationem earum concedi poterit. Sacerdos autem, qui ante dictam viſitationem, & approbationem ſine licentia Ordinarii in domibus privatis, aut in capellis indecenter ornatis celebrare præſumpſerit; graviter puniatur.

Solent in quibuſdam eccleſiis noſtræ provinciæ, aut cum feſtum patroni eccleſiæ celebratur, aut in ſollemnitatibus quarundam confraternitatum, ac Miſſis novis, hora undecima, aut circa duodecimam Miſſam conventualem inchoare; unde & officium brevius, aut longius, quam par eſt, protrahitur, & populus, qui orationibus & devotioni eo potiſſimum tempore vacare debebat, officio, & concioni attendere nullo pacto poteſt. Quare ſacra approbante ſynodo hunc abuſum reprimere cupientes, ſancimus, & ordinamus; ut in qualibet eccleſia, & parochia noſtræ provinciæ, & tempore hyemis, & tempore æſtatis, Miſſa conventualis inter octavam, & nonam inchoetur; niſi ob juſtum impedimentum aliter fieri expedierit, eccleſiis Cathedralibus exceptis: qui vero contrarium fecerit, pœna quinque librarum pro qualibet vice multetur. Intra eccleſiam, aut monaſteria larvatos homines, aut quoſcumque alios, qui officia ſacra perturbant, quales ſunt tormenta manuaria portantes, ſulfuratis

ma-

machinis, tubis, tympanis, & aliis instrumentis bellicis, aut ludicris utentes, quibus maxime officium perturbatur; juxta constitutionem provincialem *Cum scriptum sit*, renovantes, omnino fieri prohibemus: dum vero Missæ sacrificium, & vespetatum officium peraguntur; præter organum, eos dumtaxat musicos admittendos volumus, qui vulgo menestriles appellantur; ita tamen, ut solum offertorii tempore, aut in processionibus, sacras cantiones psallant, & decantent; aquam vero benedictam cum aqua rosacea, aut alia odorifera permisceri, omnino prohibemus. Sibyllæ carmina & pastorum nugas, aliasque vulgares cantilenas nullo tempore in ecclesiis cani permittantur, sed lætitia spiritali exultans clerus populum doceat risum levitatis signum, esse fugiendum omnibus Christianis.

Lib. 3. tit. 22. de immun. eccl. c. IX.

Cum illi, qui in choro conveniunt, canendi, seu psallendi, & non confabulandi, seu dormiendi gratia convenire debeant; ut ita decenti clericorum numero, majorique sollemnitate, & reverentia divina officia peragantur, pariterque ab omnibus in Psalmis, & Canticis devote, ac reverenter nomen Domini laudetur; & ut bursarius, sive is, qui ejus officio fungitur, ex cujus diligentia fere totam Chori disciplinam, ejusque regimen pendere compertum est, certo sciat, quibus distributiones quotidianas juxta sacramentum ab eo præstitum in introitu sui officii tuta conscientia solvere, & exhibere possit, & debeat: hac nostra constitutione statuimus, & ordinamus; ut qui in Matutinis ante finem Psalmi *Venite exultemus*; in aliis horis ante finem primi Psalmi; in Missa vero conventuali, vel anniversarii ante ultimum *Kyrie eleison* dictum non venerit, & usque in finem divini officii non interfuerit, & in majori saltem parte Missæ, vel cujuscumque horæ canonicæ confabulationibus vel deambulationibus, vel somno operam dederit; illius horæ distributione privetur. Et si dicta distributio a dicto bursario scienter pro illa hora, qua id egerit, ei dabitur; ad restitutionem illius in foro conscientiæ teneatur: nisi pro celebranda Missa, vel alia urgente necessitate permissu, & licentia Præsidis e choro exierit, aut propter negotia ecclesiæ, aut ex infirmitate evidente præsens in choro censeatur; abusum illarum ecclesiarum, in quibus sola facta, ut dicunt intrata, sive introitu in chorum, distributiones recipere consueverunt, constitutionem provincialem, *Cum propter evidentem*, renovantes, salvis etiam laudabilibus ecclesiarum constitutionibus, ordinationibus, vel consuetudinibus, quæ artius de his rebus disponunt: ne instituta per nos ad cultus divini augmentum, deminutionem ejus operentur. Quod etiam ad alias partes harum constitutionum referendum censemus.

Lib. 1. tit. 2. de constitut. c. XVI.

Quia honestatem ubivis, & præcipue in ecclesiis, dum divina celebrantur officia, clerici servare debent: sacro approbante concilio statuimus, & ordinamus; ut cum primum clerici ecclesiam intraverint, superpelliceis mundis sive roquetis, ac minime laceratis, vestibus inferioribus talaribus nigris, aut alio honesto colore infectis sine sericis flosculis, seu alamaribus, ut dicunt, cum cappis, & almuciis pro tempore congruentibus induantur. Item in processionibus, & choro silentium, & gravitatem servent; nec literas, aut scripturas aliquas legant, nec confabulentur, sed nec privatum officium dicant; quin potius horis canonicis intendant, psallant, & cantent, non festinanter, sed lente, ac pedetentim: contrarium vero facientes distributione illius horæ priventur. Clericos, dum divina celebrantur officia, e choro exeuntes, & per ecclesiam vagantes, si semel moniti non destiterint, per mensem distributionibus quotidianis privandos esse sancimus, & nostræ Provinciæ Prælatos in Domino hortamur; ut laicos juxta motum proprium Pii V. felicis recordationis, per ecclesiam vagari, cum divina celebrantur officia, non permittant; multo minus fœminas chorum, aut choro proximos cancellos, etiam ex parte superiori contiguos, aut vicinos, sub anathematis pœna ingredi; & viros laicos, ubi aliter fieri non potest propter angustiam loci, a clericis non secerni, ac separari, majore parte chori clericis relicta. Qua in re si non paruerint laici, in sententiam excommunicationis illos incidere declarent.

TITULUS X.

De baptismo, & celebratione Missarum.

CAPUT I.

QUoniam in nostra provincia multæ malæ suspiciones, & scandala ex compaternitate clericorum, & mulierum oriri intelleximus, sacro approbante concilio sancimus, & ordinamus, & sub pœna excommunicationis mandamus; ut posthac tam regulares quicumque, quam sæculares presbyteri, & alii in sacris ordinibus constituti, & beneficiati in sacramento baptismi, vel confirmationis puerum, vel puellam non teneant. Item sub pœna decem librarum omnibus novitiis sacerdotibus præcipimus, ne cum primam Missam celebrent, nec aliquo alio tempore choreas ducant, ac saltent; cum debeat illo die sacerdos de tanto sibi collato beneficio Deo gratias agere; quos etiam sub eadem pœna, & alia arbitrio Ordinarii mulctari sancimus, si ad primam Missam celebrandam patrinos laicos viros, aut fœminas vocaverint. Quod etiam ad regulares extendimus sub pœna irregularitatis duraturæ arbitrio Ordinarii, quoad sacerdotes; & excommunicationis quoad laicos.

TITULUS XI.

De reliquiis, & veneratione sanctorum.

CAPUT I.

CUM nemini dubium sit, sacrosanctam matrem Ecclesiam omni studio, & vigilantia in expellendis variis, ac diversis superstitionibus, quas tam Christi fideles, quam alii in reliquiis sanctorum venerandis, & in malis curandis adhibere solent, usam fuisse: ideo ejus

vestigiis in re præsertim tam sancta adhærentes sacro approbante concilio præsenti constitutione præcipimus; ut reliquias sanctorum, & crucis sanctissimæ signum piis obsequiis, & processionibus omnes Christi fideles Dominum orantes venerentur; eas vero in aquam immergi, aut madefieri, & sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum ad inundationem aquarum, aut ad incendia, & rixas, & ærum tempestates deferri prohibemus: quin potius casu aliquo hujusmodi occurrente pulsaris campanis dictam sanctam Eucharistiam reverentia, & veneratione debitis a sacrario extrahant, & super altare illius ecclesiæ ponant. Ibi una cum clero, & populo Deum, qui solo verbo omnia sanare, & curare potest, fide sincera, puroque animo, ut hæc mala avertat, pie, ac sancte precentur: ad ossa pia, & reliquias sanctorum jurare, vel pueros sine baptismate mortuos ad aliquam ecclesiam deferre, eo prætextu, ut reviviscant, & postea baptizentur, experendo miraculum sine ulla divina revelatione præcedente, peccatum cum sit, & superstitionem sapiat; sub pœna excommunicationis prohibemus. Orationes vero in malis curandis, & expellendis, quæ non fuerint ab Ordinario auditæ, & approbatæ, sub excommunicationis pœna reiiciendas sancimus, & ordinamus.

TITULUS XII.

De simonia.

CAPUT I.

CUM sacramenta Ecclesiæ non solum sine simoniæ labe, verum etiam sine suspicione præbenda sint; caveant omnes, ne in eorum administratione quidquam exigant, aut etiam verbis, vel signis, directe, vel indirecte petant. Qui secus fecerint, & pœnis jure communi statutis, & aliis arbitrio Episcopi plectantur; sublata etiam pro jure sepulturæ ea exactione, quæ ratione pacti, vel statuti, aut assertæ consuetudinis cujuscumque ecclesiæ, simoniæ labem sapiat. Quod eorumdem Episcoporum conscientiæ, & arbitrio, ut animarum saluti expedire intellexerint, emeodandum relinquimus.

TITULUS XIII.

De sententia excommunicationis.

CAPUT I.

ÆGre ferimus, constitutiones provinciales contra invasores personarum, & rerum ecclesiasticarum a nostris prædecessoribus editas, & in tam evidentem ecclesiæ utilitatem auctoritate Apostolica confirmatas, ab omnibus hujus nostræ provinciæ Ordinariis exacte non observari. Quamobtem sacro approbante concilio sancimus, & districte præcipiendo mandamus; ut posthac nullus Ordinarius ausu temerario quidquam in eis observandis audeat immutare. Insuper sub pœna excommunicationis Officialibus nostris, & suffraganeorum nostrorum, & aliorum quorumcumque præcipimus; ne aliquem in vim dictarum constitutionum declaratum excommunicatum absolvant, neque ad cautelam, neque cum reincidentia, quousque parti plene satisfecerit, aut de ejus consensu, vel nisi post longam dilationem ad judicem appellationis processus, sive acta non afferantur; vel si ex eisdem actis constet de notoria injustitia, & aliæ probationes fieri postulentur, ut suspicio sit calumniæ id petentis. Pro declaratione vero a notorio in vim dictarum constitutionum nihil recipiant sub eadem pœna. Quod si parte nolente, aut non satisfacta, aur cum reincidentia, aut ad cautelam munus absolutionis impenderint, oisi aliquo ex prædictis casibus: sancimus, ac declaramus absolutionem sic factam nullam esse; constitutiones provinciales, *Pia consideratione; Naturalis dictat ratio*, & *Querelis*, sacro approbante concilio renovantes, & ampliantes. In reliquis autem censuris ecclesiasticis declarandis, ac ferendis, præsertim in his excommunicationibus & monitionibus, quæ pro rebus deperditis, vel subtractis, & pro debitis ferri solent; omnes nostræ provinciæ Ordinarios, quantum possumus, in Domino hortamur; ut caveant, ne facile pro rebus vilibus, & parvi momenti eas ferri patiantur: ne quod pro salute fidelium institutum est, ex contemptu in eorum perniciem convertatur. Eisdemque præcipiendo mandamus; ut in hujusmodi sententiis ferendis ordinem a sacrosancto concilio Tridentino cap. III. de reformatione, sessione XXV. præscriptum, observent & observari faciant.

Li. 5. tit. 15. de sententia excomm. cap. XXI. & c. XXVIII. & XXXII.

Interfuerunt huic Provinciali concilio Episcopi tres, Abbates seu, Prior unus, Procuratores Episcoporum absentium duo, Dertosani, & Urgellitani; Syndicus ecclesiæ metropolitanæ Tarraconensis, & septem Capitulorum ecclesiarum cathedralium, Syndici, & procuratores Abbatum absentium duo, & monasteriorum pastore carentium tres.

Episcoporum nomina sunt hæc:

JOANNES Dimas Loris Episcopus Barcinonensis.

JOANNES Teres Episcopus Helenensis.

JACOBUS Cassador Episcopus Gerundensis.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

CONSTITUTIONUM

SYNODALIUM TARRACONENSIUM

PARTES QUINQUE

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

PRÆFATIO.



UM vere ars artium a beato Gregorio regimen animarum dicatur, illam opus eſt artem multis inſtruere documentis. Quamobrem a majoribus noſtris multæ conſtitutiones in ſynodis tam provincialibus, quam diœceſanis editæ ſunt: ex his optimas quaſque ſelegimus, & in duabus ſynodis ſacerdotibus, qui vice noſtra paſtorum officio utuntur, propoſuimus. His alias noſtro nomine conſtitutas addidimus, aliaque adminicula formularum inſtrumentorum, & aliarum rerum, uti a nobis petita ſunt in ſynodis, colligi hoc in volumine curavimus. Eſt igitur optimi paſtoris, ut illa conſideret, leges nihil ſine moribus prodeſſe; & ut non minus exemplo, quam doctrina, & præceptis ſubditos doceat: ne vita doctrinam deſtruat. Cumque orare pro populo debeamus, cavendum eſt, ne cum his, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur; irati animus irritari magis, quam placari videatur. Dividitur autem hic liber in partes quinque: prima parte de vita, & honeſtate, & aliis qualitatibus perſonarum eccleſiaſticarum agitur: ſecunda de ſacramentis: tertia de eccleſiis, & earum rebus: de criminibus, & pœnis quarta: quinta pars fidem inſtrumentorum, & officium notariorum continet.

CON-

CONSTITUTIONUM
SYNODALIUM TARRACONENSIUM
PARS PRIMA.

TITULUS I.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.
CAPUT I.

Ferdinandus Loazes Achiepiſcopus in ſynodo diœceſana anni MDLXVI.

Prohibentur in ſacris conſtituti laicis inſervire aut fœminas præter conſanguineas deducere, & comitari.



TSI ſublimis, atque admirabilis ſit ſacerdotum dignitas, magnamque auctoritatem, & ſanctimoniam ſacris ordinibus inſignitus habere debeat: permulti tamen ſacerdotes ſui ſtatus, & dignitatis immemores, illam deturpare non verentur; dum inhoneſto laicorum miniſterio ſe ipſos ſubiiciunt, in menſa miniſtrantes, vel uxores, ac filias eorum tamquam famuli deducentes, ac reducentes; aliaque hujuſmodi exercentes. Unde qui tamquam optimi verique Dei miniſtri extolli, ac venerari debuerant, ab omnibus deſpiciuntur, contemnuntur, & irridentur; & quaſi viles, & abjecti ſervi tractantur. Eorum igitur dignitatem atque auctoritatem conſervare cupientes, cum per provincialem noſtram conſtitutionem, quæ incipit, *Nemo militans Deo* (a), ita ſancitum ſit, ipſam renovantes, hac noſtra conſtitutione ſancimus, & ſub excommunicationis pœna præcipimus, atque mandamus; ut poſthac nullus clericus in ſacris ordinibus conſtitutus cujuſcumque gradus, vel condicionis exiſtat, laicis in rebus ſupradictis famuletur: nec mulieres aliquas, præter aviam, matrem, ſororem, amitam, vel materteram, pedeſter, vel equeſter publice deducere, vel reducere audeat. Attamen ſi nobili matronæ fortaſſis obviaverit, urbanitatis gratia poterit illam vel domum, vel ad eccleſiam deducere, dummodo ſine contactu manus id fiat. Poterit etiam ſacris initiatus perſonis eccleſiaſticis inſervire, præterquam in rebus vilibus, & inhoneſtis.

CAPUT II.
Idem.

Quibus veſtibus uti debeant presbyteri in divinis officiis, & mortuorum exequiis.

ABuſui, qui jamdiu in præſenti diœceſi inolevit, obviare cupientes, hac noſtra conſtitutione ſancimus: ut licet presbyteri iter agentes tabardos, aut tunicas breves, & galeros deferre poſſint; tamen in ſepulturis, atque novenis, ſeu in aliis quibuſvis exequiis, & divinis officiis, quæ tam pro vivis, quam pro defunctis dicentur, hujuſmodi veſtimentis non utantur, dum ea officia divina celebrabuntur; ſed ſotana, vel tunica talari, ſuperpelliceo mundo, & pileo clericali induantur. Qui vero contrarium fecerit, & indumentis ipſis privetur, & duarum librarum pœna pro qualibet vice puniatur.

CAPUT III.
Idem.

Larvati, & perſonati indumentis eccleſiaſticis non utantur.

CUM plerique ſuæ ſalutis immemores, præſertim carniſprivii tempore, ſoleant perſonati, atque larvati incedere; nec vereantur ſacerdotalibus, monachalibus, ſanctimonialibus, eremiticis, atque etiam quandoque epiſcopalibus veſtibus uti, ut ſic larvati bacchantium more per urbes, & oppida vagentur: cumque id in totius clericalis ordinis opprobrium cedat, hac noſtra conſtitutione ſancimus; ut poſthac nullus cujuſcumque condicionis, aut qualitatis exiſtat, ſub excommunicationis pœna, ſupradictis veſtimentis ſe induat. Adiicientes ſub eadem pœna, ut dum divina celebrabuntur officia, nullus etiam ſine hujuſmodi clericalibus indumentis perſonatus incedat, aut vagetur.

CAPUT IV.
Idem.

Sacris ordinibus initiati haſtiludiis, torneamentis, choreis, & ſimilibus ſpectaculis intereſſe prohibentur.

STatuimus, & ordinamus; ut quandocumque in aliquibus oppidis hujus noſtræ diœceſis aliqua fiant torneamenta, haſtiludia, taurorum agitationes, aut alia ſpectacula, in quibus ſanguis humanus fundi ſolet; clerici in ſacris ordinibus conſtituti, aut beneficia obtinentes, aut monachi nullatenus interſint. In miſſis præterea novis, aut nuptiis, aut in hujuſmodi congregationibus ſaltare, vel choreas ducere; joculatoribus, aut jocis ſervilibus, ceteriſque profanis ſpectaculis intereſſe non audeant. Qui contra fecerint, decem librarum pœna plectantur.

CAPUT V.
Idem.

Conſtitutis in ſacris ordinibus, & beneficiatis interdicitur armorum uſus, præter uſum in itinere.

INſuper etiam juxta noſtræ Tarraconenſis provinciæ conſtitutionem in concilio promulga-

(a) Cap. ult. eod. tit.

tam ſtatuimus, atque ordinamus: ut poſthac nullus clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel beneficiatus, niſi itineris cauſa arma deferre audeat. Si quis autem ex prædictis balliſtam, vel tormentum manuarium, id eſt ſcopetam, vel ſimilia portaverit, & cum ipſis fuerit repertus, decem ducatorum pœnam æquis portionibus hoſpitali præſentis civitatis, & reparationi domorum Archiepiſcopalium dividendam incurrat, & eadem ipſa arma prohibita amittat. Qui vero cum lancea, vel aliis offenſivis præter enſem fuerit inventus, armis ſpolietur, & decem librarum pœna mulctetur.

CAPUT VI.

IDEM.

De eccleſiaſticorum habitu.

QUia propriis oculis vidimus nonnullos noſtræ diœceſis clericos in ſacris ordinibus conſtitutos laicalibus indumentis indutos; idcirco hac ſynodo approbante, præſenti conſtitutione ſancimus; ut poſthac nullus clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel beneficiatus ſubuculam collari, & manicis rugatis, ſeu lactucatis deferat; nec veſtes virides, rubeas, vel croceas, aut quovis alio inhoneſto coloris genere confectas induatur: ſed nec mulas ornamentis aureis, argenteis, aut ſericis ornari patiatur. Quilibet vero ſacerdos, aut ſacris initiatus, vel beneficiatus caligas honeſtas, ſotanam, vel tunicam, cum manteo ex panno nigro veſtiatur, pileumque ſtatui clericali decentem gerat. Qui autem prohibitis, atque inhoneſtis veſtibus, excepto infirmitatis, itineris, aut neceſſitatis caſu, poſthac utetur; amiſſione veſtium, & decem librarum pœna pro qualibet vice puniatur. Simili quoque pœna eos puniri volumus, qui anulos aureos, vel argenteos deferunt; illis exceptis, qui ratione dignitatis Doctoratus, vel alterius privilegii eoſdem deferre poſſunt.

Canon ſeſſionis XIV. Concil. Trident. ejuſdem materiæ.

QUia vero etſi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos veſtes proprie congruentes ordini ſemper deferre; ut per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. Tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religioniſque contemptus; ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, veſtes etiam publice deferant laicales, pedes in diverſis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes eccleſiaſticæ perſonæ quantumcumque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque eccleſiaſtica obtinuerint; ſi poſtea quam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem illorum ordini, ac dignitati congruentem, & juxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint; per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, reditibus, & proventibus ipſorum beneficiorum; necnon ſi ſemel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem beneficiorum, & officiorum hujuſmodi coerceri poſſint, & debeant, conſtitutionem Clementis quinti in concilio Viennenſi editam, quæ incipit: *Quoniam* (a), innovando, & ampliando.

CAPUT VII.

ANTONIUS Auguſtinus Archiepiſcopus in ſynodo anni MDLXXVIII.

Ludi omnes prohibentur beneficiatis, & in ſacris ordinibus conſtitutis.

CUM ex ludi vitio multiplicia mala oriri, & cauſari compertum ſit; videlicet perjuria, blaſphemias, rixas, ſeditiones, homicidia, furta, quam plurimaque alia nefanda crimina; idque vitium omnes Chriſtianos, & maxime clericos dedeceat: omnino interdicimus omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis, ſeu beneficia eccleſiaſtica cujuſcumque qualitatis obtinentibus, ludos omnes cartularum, & alearum, & pilæ; hortantes eos potius litteris, ſeu muſicæ vacare, aliiſque honeſtis occupationibus, quam in hoc turpi, & inhoneſto vivendi genere tempus conterere, memores ſe de verbis otioſis, nedum de factis turpibus ſtrictam rationem in ſupremo judicio reddituros. Volumus tamen, ut cum muſicæ vacabunt, non noctu vagantes, aut laicorum recreandorum gratia id peragant. Contrarium vero facientes, vel partem aliquam cum ludentibus habentes, pœnam quinque librarum incurrant.

TITULUS II.

DE COHABITATIONE CLERICORUM, ET MULIERUM.

CAPUT I.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Conſtituti in ſacris ordinibus, & beneficiati fœminarum ſuſpectarum cohabitationem vitent.

PErmulta generalia, provincialia, atque ſynodalia concilia vetant clericos ſacris ordinibus initiatos cum ſuſpectis mulieribus habitare; idcirco præſenti conſtitutione ſancimus, cunctiſque noſtræ diœceſis clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vel beneficiatis, ſub pœnis in eiſdem conciliis expreſſis, & ſub pœna quinque librarum præcipimus, & mandamus: ut in ſuis domibus aut ſervitio mulieres ætatis ſuſpectæ non habeant, præter aviam, matrem, ſororem amitam, materteram, vel alias non ſuſpectas perſonas.

CAPUT II.

IDEM.

Sanctimonialium colloquia clericis prohibentur.

QUia nullam excuſationem paſtor habet, ſi viderit lupos ſuas oves devorantes, & remedium adhibere neglexerit: cumque nulli majores lupi ſint exiſtimandi, quam qui ſacras virgines ſuis machinationibus corrumpere, & a vero Dei cultu, & ſervitio avertere conantur; cœnobiorum igitur ſanctimonialium profanos mores reformare cupientes, hac noſtra conſtitutione ſancimus, & cunctis noſtræ diœceſis clericis præcipue ſacris ordinibus initiatis, & beneficiatis,

(a) Clement. 2. eod. tit.

tis, necnon laicis omnibus districte præcipiendo mandamus: ut sanctimonialium monasteria minime ingrediantur, aut cum ipsis collocutiones, seu colloquia habeant. Medici vero, reliquique dictarum domorum necessarii ministri, dummodo sint laudabilis, honestæ, & inculpatæ vitæ; parentes etiam, & dictarum virginum fratres cum ipsis colloqui poterunt. Si quis autem presbyter ob missam celebrandam ecclesiam monasterii ingressus fuerit, ea peracta confestim egrediatur. Quicumque vero hanc nostram constitutionem ingrediendo violantes, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant. Colloquia vero monialium frequentantes arbitrio nostro puniantur.

Quædam pars canonis Concilii Trident. incipient. Bonifacii octavi, sessionis XXV. de eadem materia.

INgredi autem intra septa monasterii sanctimonialium nemini liceat, cujuscumque generis, aut condicionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum licentiam Episcopus, vel superior debet in casibus necessariis, neque aliis ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.

CAPUT III.

IDEM Ferdinandus.

Concubinarii clerici severe puniantur.

CUM concubinatus flagitium apud Deum, & homines horrendum, atque execrandum existat; hac nostra constitutione cunctos nostræ diœcesis clericos cujuscumque ordinis, condicionis, aut status existant, monemus; ut concubinas, quas publice, sive in domibus suis, sive in alienis habent, expellant, atque abiiciant. Quod si intra tres dies, quotum primum pro primo termino, secundum pro secundo, tertium pro tertio, atque peremptorio termino assignamus; easdem concubinas non dimiserint, aut alias concubinarie vixerint, præter censuras, & pœnas in conciliis generalibus, provincialibus, atque synodalibus contra concubinarios promulgatas, in quas incidisse decernimus, & declaramus, pœnam viginti ducarorum sustineant, pauperibus, & piis locis erogandam.

Canon sessionis XXV. Concil. Trident. ejusdem materiæ.

QUam turpe, ac clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministri ecclesiæ revocentur, populusque hinc magis discat eos revereri, quo illos vita honestiores cognoverit; prohibet sancta synodus quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cum his ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis a sacris canonibus vel statutis ecclesiarum impositis puniantur. Quod si a superioribus moniti ab his se non abstinuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipso facto sint privati: quæ fabricæ ecclesiæ aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur. Sin vero in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint; non tantum fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur; sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius etiam uti sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, suspendantur. Et si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum his etiam versentur: tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles, & indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, ac officiis in posterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum his ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat. Supradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu, & figura judicii, & sola facti veritate inspecta, procedere possint. Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes, juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis juxta sacros canones puniantur.

CAPUT IV.

ANTONIUS Augustinus in synodo diœcesana anni MDLXXVIII.

Presbyteri concubinarii celebrare non permittantur.

AD obviandum scandalis, quæ de facili oriri possent, si clerici concubinarii, aut de concubinatu suspecti, ad celebrandum admitterentur: nostra hac constitutione sancimus, ac prohibemus Rectoribus & eorum loca tenentibus; ne permittant clericos concubinarios, & sacerdotes de concubinatu suspectos, si qui forte reperiantur in ecclesiis suis, ullo pacto missas celebrare. Tales enim celebrant in animarum suarum damnationem, & præjudicium animarum illorum, qui scientes faciunt, & patiuntur eos celebrare. Si quis vero eos in suis ecclesiis admiserit, pœnam decem librarum incurrat. Quod si in executione hujus constitutionis difficultas oriatur propter potentiam, vel proterviam supradictorum concubinariorum, consulatur prius Vicarius noster generalis, qui adjuvet executionem, vel reos puniat.

TITULUS III.
DE FILIIS PRESBYTERORUM.
CAPUT I.

Antonius Auguſtinus ubi ſupra.

Filii presbyterorum non inſerviant miniſterio altaris in eccleſia, in qua pater celebrat, vel eſt beneficiatus.

CUM valde indecorum ſit, & ſcandaloſum; ut meretricis filius impudico patri, in paternæ incontinentiæ teſtimonium, in altaris officio miniſtret, in quo Dei, & Virginis unigenitus pro humani generis ſalute æterno Patri offertur immolatus: ſtatuimus ſacrorum canonum veſtigiis inſiſtentes, ut tales illegitime nati, nequaquam patri, neque cuiquam alteri presbytero in eccleſia, in qua pater ſacerdos, vel beneficiatus eſt, in altari miniſtrari permittantur: nec eoſdem audeant, vel præſumant parentes eorum in ſuis domibus ſive ſint filii, ſive filiæ, retinere; ſub pœna decem librarum.

TITULUS IV.
NE CLERICI, VEL BENEFICIATI SÆCULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.
CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Conſtituti in ſacris ſæcularia negotia non tractent, nec redditus etiam eccleſiaſticos conducant.

CUM ſecundum Apoſtolum, nemo militans Deo negotiis ſæcularibus ſe debeat implicare; clericique pura, libera, ac quieta mente Creatori noſtro teneantur inſervire, & ab omni illicita negotiatione ceſſare: præſenti conſtitutione ſtatuimus, ut nullus clericus ſacris ordinibus initiatus, aut beneficiatus mercaturam audeat exercere; nec conductiones aliquas, quæ vulgo dicuntur arrendamenta, quarumcumque rerum, etiam eccleſiaſticarum, per ſe, vel per interpoſitam perſonam facere, vel accipere: neque frumentum, oleum, vinum, ſeu vindemiam, aut alios quoſcumque terræ fructus, niſi ad ſuſtentandam familiam ſuam emere. Si quis vero contra fecerit; pœnam decem ducatorum pro qualibet vice ſuſtineat. Permittimus tamen presbyteris, ceteriſque beneficiatis, ſi ad melius ſe ſuſtentandum alicujus rectoriæ, vicariæ, vel alterius eccleſiaſtici beneficii fructus conducere voluerint, id efficere valeant; dum tamen per totum conductionis tempus per ſe ipſos eiſdem rectoriæ, vicariæ, vel eccleſiaſtico beneficio deſerviant; dummodo priori beneficio, quod prius obtinebant, non deſint in omnibus, ad quæ tenentur.

CAPUT II.

Idem.

Sacris ordinibus initiati, vel beneficiati coram judice laico teſtimonium ferre prohibentur.

STatuimus inſuper, & ordinamus; ut nullus clericus ſacris ordinibus initiatus audeat in profano foro coram judicibus ſæcularibus ſine noſtro, vel Vicarii noſtri generalis permiſſu, teſtis eſſe, vel teſtimonium ferre. Si quis autem contra fecerit, pœnam decem librarum incurrat.

CAPUT III.

Idem.

Sacris ordinibus initiati, & beneficiati tabellionatus officium, vel procuratoris exercere non poſſunt coram judicibus ſæcularibus nec eſſe advocati.

ITem ſtatuimus, & juxta Tarraconenſe provinciale concilium ordinamus: ut nullus clericus ſacris ordinibus initiatus, aut beneficiatus audeat in profanis rebus, & coram judice ſæculari advocati, tabellionis, vel procuratoris officium, niſi in caſibus a jure permiſſis exercere. Qui non paruerint, decem ducatorum pœna plectantur: quorum dimidia pars hoſpitali præſentis civitatis, altera vero dimidia reparationi domorum Archiepiſcopalium applicetur.

CAPUT IV.

Idem.

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti tutores, & curatores eſſe prohibentur.

QUia multi clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſeu beneficiati non dubitant teſtamentarias, ſive dativas tutelas, & curas diverſarum perſonarum ſuſcipere, profanaſque laicorum curias tam agendo, quam defendendo frequentare hac noſtra conſtitutione ſancimus; ut nullus ex ſupradictis ſimilia, ſine noſtra, vel noſtri Vicarii generalis licentia, ſub pœna quinque librarum ipſo facto incurrenda, attentare, & acceptare præſumat.

CAPUT V.

Idem.

Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, & beneficiati bannitos, & proſcriptos in ſuis domibus non recipiant.

AD notitiam noſtram pervenit, quod permulti noſtræ diœceſis clerici ſacris ordinibus initiati, & beneficiati homines proſcriptos, bannitos, aut criminoſos in propriis domibus recipiunt, occultant, ac protegunt; quo fit, ut non ſolum juſtitiæ executionem impediant, verum etiam graviora crimina perpetrandi illis anſam præbent. Volentes igitur indemnitati reipublicæ conſulere, & noſtram diœceſim malis hominibus purgare; ſancimus, & ſub pœna viginti quinque librarum præcipimus, & mandamus; ut nullus ex ſupradictis cujuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, prædicta facere præſumat.

CAPUT VI.

Idem.

Clerici in ſacris conſtituti, & beneficiati cauponas vinarias non viſitent; nec eas, nec mulas ad locandum habeant.

UT nonnullorum clericorum depravatam conſuetudinem prorſus extirpemus; eorum inquam, qui cauponas vinarias, die, noctuque frequentant; ſeu tabernariorum officium exercent, vinum ad menſuram etiam propriis manibus quandoque vendendo; mulaſque & alia jumenta nonnumquam ad locandum tenendo; hac ſynodali conſtitutione ſancimus, ut nullus clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel beneficiatus, niſi iter faciens cauponas frequentet, aut in eis commoretur; nec alia deſuper contenta exerceat,

ſub

sub pœna decem librarum ipso facto incurrenda, & amissionis mulatum, & aliorum jumentorum, quas, vel quæ ad prædictas negotiationes exercendas habuerit.

TITULUS V.
DE CLERICO VENATORE.
CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in synodo anni MDLXVI.

Venatio quomodo clericis interdicatur.

QUorundam clericorum excessus reprimentes, qui relictis divinis officiis, dum deberent orationibus vacare, se totos venationibus, & aucupiis præbere non verentur: hac nostra constitutione sancimus; ut nullus beneficiatus, aut clericus in sacris ordinibus constitutus diebus Dominicis, aut festivis, sed neque in aliis quibuscumque diebus bis in hebdomade venationem exercere audeant. Qui vero contra fecerint, pœna quinque librarum puniantur.

TITULUS VI.
DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.
CAPUT I.

Ferdinandus Loazes ubi supra.

Beneficiati venientes ad residendum, ad distributiones quotidianas, & ad cetera emolumenta admittantur.

IN nonnullis ecclesiis nostræ diœcesis consuetudo inolevit, ut beneficiati, qui certis anni temporibus ac festivitatibus in eisdem ecclesiis præsentes non fuerint, ad distributiones quotidianas, anniversaria, ac cetera ecclesiæ emolumenta postea nullatenus admittantur: unde & divinus cultus deminuitur, & ipsorum beneficiorum fundationi non mediocriter derogatur. Idcirco præsenti constitutione sancimus: ut posthac quocumque tempore beneficiati ad residendum venerint, ad distributiones quotidianas, anniversaria, ac cetera emolumenta percipienda a die sui adventus admittantur, consuetudinibus, statutis, vel ordinationibus quibuscumque non obstantibus. Adjicientes, & declarantes, beneficiatis deberi quotidianas distributiones de jure, etiam si non sint presbyteri, vel in sacris ordinibus constituti.

CAPUT II.

Idem.

Beneficiati ecclesiarum in festis sollemnibus & aliis diebus quibus Missa decantatur cum diacono, & subdiacono, juvent Rectores modo infrascripto.

COnqueruntur Rectores, & alii ecclesiarum curati, quod in Dominicis, & aliis sollemnibus festis, tam in Missis conventualibus, quam in aliis divinis officiis, eos non adjuvant earundem ecclesiarum beneficiati; quia cum nullas forte distributiones in suis ecclesiis habeant, prædictis divinis officiis decantandis interesse nolunt: ex quo non modicum ecclesiis infertur damnum & grave in populis generatur scandalum. Hujusmodi igitur abusibus medelam adhibere cupientes, attendentes beneficia ecclesiastica ideo fundata esse; ut divinus cultus augeatur, ac divina officia in illis ecclesiis majori sollemnitate celebrentur, ac decantentur: hac nostra constitutione sancimus, atque mandamus; ut deinceps cunctis Dominicis, & aliis sollemnibus festis, ac quibuscumque diebus quibus Missam cum diacono, vel subdiacono celebrari consuetum est, vel expedit, quilibet beneficiatus in ecclesia parochiali, in qua beneficium obtinet, divinis officiis, præcipue Missis conventualibus, quæ in eadem celebrabuntur ecclesia, intersit; & suo ordine eorum quilibet per septimanas, unus Evangelium, alter Epistolam cantet; & sic unusquisque suum Rectorem, atque curatum adjuvet. Quod si Rector socium, seu Vicarium habuerit, partem laboris in sua etiam septimana Vicarius sustineat. Qui autem prædictis Dominicis, atque sollemnibus festis divinis officiis minime interfuerint, & suam hebdomadam implere recusaverint; emolumentis illius hebdomadæ priventur; atque etiam nostro arbitrio, tamquam negligentes in suo officio, malumque exemplum populo dantes, puniantur. Quæ habere locum nolumus in illis ecclesiis, in quibus ad decantandum Evangelium, & Epistolam certis diebus sunt certa officia diaconatus, & subdiaconatus jam creata, & deputata, vel in futurum creabuntur, & deputabuntur; ut in ecclesiis cathedralibus contingere solet.

CAPUT III.

Antonius Augustinus in synodo diœcesana anni MDLXXVIII.

Beneficiati in ecclesiis suorum beneficiorum residentes adjuvent Rectores in confessionibus audiendis, si habiles, & idonei fuerit.

PRæsenti constitutione sancimus; ut qui in ecclesiis parochialibus beneficia quæcumque etiam simplicia, & quibus alioqui nulla incumbit animarum cura, obtinent, quotum ratione in eisdem ecclesiis servire tenentur, & qui eorum loco serviunt, tempore Quadragesimæ, & Adventus, & in quattuor festis sollemnibus, & aliis temporibus, & diebus, quibus plebs ad indulgentias ex jubilei forma consequendas confiteri peccata debet, vel solet; teneantur omnino, sub pœna peccati mortalis, & aliis arbitrio nostro injungendis ipsos presbyteros parochiales in audiendis confessionibus subditorum coadjuvare, si habiles ad id & idonei fuerint, obtenta prius in scriptis licentia a nobis, vel nostro Vicario generali, aut Officiali generali.

CAPUT IV.

Idem.

Rectores curent, ut debita servitia beneficiis suarum ecclesiarum præstentur.

CUrent Rectores, Vicarii perpetui, aliique quicumque curati; ut ii, qui in ecclesiis eorum beneficia simplicia obtinent, ex ordinatione fundatoris, vel ecclesiæ, seu consuetudine, vel alias residentiam requirentia, in eisdem resideant, debitaque servitia, & onera suis beneficiis præstent, & exhibeant: ne cultus divinus in dictis ecclesiis minuatur, ac redditus, proventus & emolumenta dictorum beneficiorum ob absentiam beneficiatorum in dies depereant; eosdem monendo, & comminando; quod si prædictos in dicta residentia negligentes viderint, nos seu nostrum Vicarium generalem de prædictis certiores red-

reddent, ut valeamus tantis malis medelam congruam adhibere.

CAPUT V.

IDEM.

Rectores, & alii quicumque curati continuam faciant residentiam in suis parochiis.

CUM præcepto divino, ut in Tridentina (a) synodo dicitur, mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro illis sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere; pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, ac aliis muneribus pastoralibus incumbere; quæ omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt: eos monemus, & hortamur; ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in judicio, & veritate pascant, & regant. Monemusque omnes, & quoscumque ecclesias, aut beneficia ecclesiastica curam habentia obtinentes; ut cum obligati sint ad personalem in suis ecclesiis, aut beneficiis residentiam; statim ad suas ecclesias, & beneficia se conferant, in eisque vel in earum parochiis resideant, & ibi injuncto sibi officio defungantur; nec ab eis absint sine licentia nostra, aut Vicarii nostri generalis. Quod si Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, aut evidens ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas eos pro aliquo temporis spatio ab ecclesiis suis nonnumquam abesse postulent: tunc causa per nos cognita, ac probata; & Vicario idoneo in dicta parochia relicto, discedendi licentia eisdem, si videbitur, concedetur. Si quis vero contra hujus decreti dispositionem abfuerit, præter alias pœnas a jure statutas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, sciat se, juxta ejusdem sacri Concilii Tridentini decretum, pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, etiam alia declaratione non secuta, illos detinere posse, sed aut per nos, vel Officialem nostrum cogetur illos fabricæ ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare. Crescente tamen contumacia, contra eos procedemus juxta juris communis, & dicti Concilii dispositionem.

TITULUS VII.

DE RECTORIBUS, ET ALIIS CURATIS, ET EORUM OFFICIO.

CAPUT I.

FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

Prohibentur parochi, & quibus incumbit animarum cura, cum laicis, aut in eorum domibus habitare: & quæ ad eorum officium pertinent, magna diligentia adimplere exhortantur.

INolevit in multis nostræ diœcesis parochiis abusus; ut earum Rectores, Curati, & Vicarii, ceterique curam animarum gerentes, propriis ædibus, quas vulgo dicimus Abbadias, omissis, cum laicis, aut in laicorum domibus cohabitent; quo fit, ut plebes ipsis commissæ salutaribus eloquiis, ac monitionibus defraudentur. Et quod graviter ferendum est, complures mortis periculo laborantes, sine confessione, ceterorumque Ecclesiæ sacramentorum perceptione, nonnullique etiam parvuli sine sacro baptismate decedant. Hunc igitur abusum penitus avellere cupientes, præsenti constitutione sancimus, cunctisque hujus nostræ diœcesis Rectoribus, ac curam animarum regentibus injungimus, sub pœna viginti librarum, ne in posterum cum laicis cohabitent, neve proprias ædes omittant; sed eas, vel alias templis propinquas, si propriis caruerint, incolere, & inhabitare teneantur; ut omnibus, qui eorum ministerio eguerint, præsto esse possint, & Ecclesiæ sacramenta commodius ministrare. Eisdemque etiam præcipimus, ut quotiescumque requisiti fuerint, nisi legitime fuerint impediti, prompto, & alacri animo eant ad exhibenda infirmis sacramenta; quæ cum ea, qua decet, reverentia exhibeant; & postquam exhibuerint, infirmos sæpius visitent, eosque hortentur ad ferendas patienter corporis infirmitates, ut spiritus salvus fiat; & ad recte de suis bonis disponendum, & pro peccatis satisfaciendum. Ad hanc autem propriarum ædium inhabitationem beneficiis quibusvis annexarum, quoscumque etiam beneficiatos teneri, & obnoxios esse volumus. Rectores præterea, & beneficiatos prædictos ad reficiendas suorum beneficiorum ædes, si fuerint ruinosæ, teneri, & obligatos esse, hac nostra constitutione sancimus, & declaramus.

CAPUT II.

IDEM.

Admissus ad alterius parochiam regendam, quomodo, & quamdiu poterit alteri eandem curam committere.

SI quando a nobis, aut Vicario nostro generali ad regendam alterius parochiam, Rectore præsente, aut propter justam proprii pastoris absentiam, fuerit aliquis admissus; præcipimus, ut non ipse ejusdem parochiæ regimen alteri committat, nisi propter infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum. Substitutus tamen, seu subrogatus sine licentia, octo dies tantum hujusmodi curam sibi commissam regat. Et si non paruerint, tam commendans, quam commendatarius pœnam decem librarum incurrant.

CAPUT III.

IDEM.

Etsi Parochus habuerit Vicarium, tamen a sua parochia sine Prælati licentia non discedat.

QUia nonnulli Rectores, ac Vicarii perpetui postquam facultatem obtinuerunt a nobis aut a nostro Vicario generali, ut sibi socius ad animarum curam simul regendam tribuatur, a sua parochia discedunt, ac per diversa loca vagantur: ea propter hac synodo approbante sancimus, & sub pœna decem librarum piis locis erogandarum vetamus; ne posthac ipsi Rectores, ceterique curam animarum gerentes a suis parochiis, sine nostra licentia, & ex justa, ac legitima causa per nos examinanda discedant; nisi in casu necessitatis, & tunc per spatium tantum sex dierum, ac relicto prius in sua parochia presby-

(a) *Session.* 23. *cap.* 1.

sbytero aliquo ad confessiones audiendum, a nobis, seu nostro Vicario generali approbato.

CAPUT IV.

IDEM.

Parochi quattuor libros habeant; & quid in quolibet eorum scribere debeant.

UT ecclesiarum regimini, & publicæ fidelium utilitati prospiciatur, hac synodo approbante sancimus, ut in singulis ecclesiis curatis Parochus, seu quivis alius animarum curam regens, sub pœna decem librarum, quattuor libros habeat; in quorum primo nomina baptizatorum, eorumque parentum, & patrinorum, cum insertione diei, mensis, & anni describantur. In secundo libro eorum nomina connotentur, qui peccata sua eo anno confessi fuerint, & Eucharistiæ sacramentum sumpserint; & eorum, qui non sunt confessi. Tertius vero liber nomina contrahentium matrimonium, ac testium, cum insertione diei, mensis, & anni contineat. In quarto denique libro morientium, ac defunctorum nomina, cum simili diei, mensis, & anni expressione describantur, & nomen notarii rogati de eorum testamentis; aut si ab intestato decesserint, id ipsum significetur: in eodemque libro legata, quæ piis locis fuerint relicta, saltem in genere adnotentur. Hunc vero librum singulis annis ipse Parochus, aut curam animarum regens, sub pœna eadem, in mense Majo piarum causarum auditori, qui pro tempore fuerit, transmittere teneatur; ut is cognoscere possit, an pia legata defunctorum fuerint adimpleta. Quia vero Vicarii conductitii recedentes hos libros nonnumquam secum asportare, & auferre solent; mandamus ecclesiarum rectoribus, & Vicariis perpetuis: ut hujusmodi libros ipsi diligentissime custodiant, artissimam reddituri rationem, & gravissimas pœnas pro qualitate negotii passuri, si prædicti libri deperdantur.

CAPUT V.

IDEM.

Curati vicinos morti ad pie moriendum diligenter hortentur: rixasq. & diffidia componant.

CUM his, qui curam animarum sustinent, ex munere incumbat, eos, qui morti proximi sunt, sanctis monitionibus ad bene moriendum hortari: hac synodo approbante sancimus, & curatis omnibus præcipimus; ut id ipsum catholice, pie, diligenter, & gratis exequantur: reliquos vero sacerdotes, ut Parochos ipsos in tam pio, tamquam laudabili munere, & exercitio adjuvent, monemus, eosdem etiam curatos hortando, ut dissidia, & rixas suorum parochianorum componant, & pauperum rationem habeant; eosque, quos publicos esse peccatores noverint, juxta Evangelii dictum secrete moneant, & corrigant: & si viderint dictam monitionem non profuisse, nobis, seu Vicario nostro generali denuntient.

CAPUT VI.

IDEM.

Quæ debeat Parochus singulis Dominicis diebus populum docere.

CUM magna laicis, præsertim rusticis, ignorantia vigeat, & quid credendum, quidve agendum sit, ignorent; cumque ad Rectorem, Vicarium, sive Curatum spectet, populum sibi commissum instruere, & quid facere debeat ad æternam vitam consequendam, docere: hac synodo approbante sancimus, cunctisque hujus nostræ diœcesis curatis, sub pœna decem librarum, præcipimus; ut quilibet in sua parochia Dominicis diebus decantato symbolo majori, antequam manus lavet, ad populum conversus, sigillatim, & cum aliquali intervallo, taliter, quod populus ea discere, & memoriæ commendare possit, parochianos hortetur, & moneat; ut juxta sanctæ matris Ecclesiæ instituta, postquam ad annos discretionis pervenerint, nisi legitime impediti fuerint, singulis Dominicis, ac festivis diebus ad audiendam missam conventualem libenter accedant; ibique processionibus, ac cæteris sollemnitatibus intersint; prædicationem verbi Dei, & totam missam debita cum veneratione, ac cordis contritione reverenter audiant. Curati quoque parochianis festorum, ac jejuniorum dies in illa hebdomade occurrentes denuntient; eisdemque vernaculo sermone decem præcepta decalogi, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, & symbolum Apostolorum, articulosque fidei in eo contentos clare, & distincte recitabuntur, denique dicta confessione generali, populo benedicant, & absolvant.

Canon Concil. Trident. Session. XXIV. de eadem materia.

UT fidelis populus ad suscipienda sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat; præcipit sancta synodus Episcopis omnibus; ut non solum cum hæc per se ipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & usum pro suscipientium captu explicent; sed etiam idem a singulis Parochis pie, prudenterque etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, servari studeant, juxta formam a sancta synodo in catechesi singulis sacramentis præscribendam, quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, & a Parochis omnibus populo exponi curabunt: nec non ut inter missarum sollemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festivis, vel sollemnibus explanent: eademque in omnium cordibus postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in lege Domini erudite studeant.

CAPUT VII.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

Rectores, & Curati piis operibus invigilent.

CUrati, & Parochi egenos, & pauperes in suis parochiis commorantes sollicite, ac diligenter pervestigent, præsertim orphanos, viduas, & puellas, quarum pudicitiæ, & egestati periculum imminet; eosque etiam, qui ægrotant, vel mendicare erubescunt, quorum tum animabus, tum corporibus quocumque possunt subsidii genere, pie, studioseque subveniant. Ac si eorum gravior inopia deposcit, ad illam sublevandam, festis etiam diebus, a pia fidelium liberalitate aliquid in ecclesiis colligendum curent; quod in

eo-

eorum eleemosynam conferatur. Inquirentes nihilominus diligenter de vita, moribus, ac virtute dictorum mendicorum. Locupletes quoque parochiæ incolas seorsum conveniant, quibus pauperum egestates proponant, atque significent: in hoc eis à Deo esse tributas, ut pauperibus subveniant, quos victu necessario egentes, nisi paverint, occidunt. Sciant etiam Parochi, se ad hujusmodi necessitatibus subveniendum, non tantum verbis, sed quod maximam vim ad persuadendum habet, suo etiam exemplo teneri, largo scilicet, & hilariter pro reddituum, & facultatum suarum ratione, hospitalitatem exercendo, & eleemosynas, & alia charitatis opera præ ceteris omnibus in egenos conferendo.

CAPUT VIII.

IDEM.

Rectores præcipiant in choro, quæ ab unoquoque decantanda, vel legenda sint.

CUM in Ecclesia militante nihil inordinatum esse expediant; ecclesiarumque ordo, si unicuique sua jurisdictio non servetur, de facili confundatur: hac nostra constitutione ad jurgia, seu dissensiones, quæ in dies oriebantur, vitandas, statuimus, & ordinamus; ut in ecclesiis parochialibus quocumque nomine, sive prioratus, sive plebanatus nuncupentur, illis, quibus decet, ordine, tranquillitate, & pace divina officia fiant; Rector, vel eo absente, illius Vicarius lecto prius, ac regulato a se officio illius diei, vel horæ, quando vel missa, vel alia quæcumque officia divina celebranda erunt, jus, & auctoritatem habeat delegnandi horas, modumque, formam, & ordinem, quibus dicta officia divina celebrari, & decantari conveniat; nec non præcipiendi, & mandandi presbyteris, & beneficiatis in eadem ecclesia residentibus, ut unus præcinat Antiphonas, alius Hymnos, & Psalmos, aliusque Responsoria, seu Versiculos cantet, vel Lectiones occurrentes legat; & ut alii capas cum bordonibus accipiant; vel alia similia faciant, ut melius videbitur expedire: inobedientes vero distributionibus chori juxta qualitatem pœnæ priventur. Prohibemus etiam, ne de hujusmodi punitione, quæ nostra auctoritate, & commissione fit, communitates illarum ecclesiarum se intromittant, sub pœna viginti librarum ipso facto per contravenientes incurrenda, consuetudine quacumque in contrarium faciente non obstante.

CAPUT IX.

IDEM.

Rectores visitent oratoria domorum privatarum.

PRæterea etiam statuimus, & ordinamus; ut Rectores, & alii quicumque curati, quoties intelligent oratoria aliqua in domibus aliquorum parochianorum suorum constructa esse, illa semel, vel sæpius unoquoque anno visitare curent, ac examinare; an quibus decet, honore, & reverentia tractentur. Quod si forsan imagines aliquas inhonestas, vel alia indecentia, seu turpia in eisdem invenerint, corrigant, & emendent; & nos, seu nostrum Vicarium generalem in virtute sanctæ obedientiæ certiores reddant. Missas autem in eis celebrari nullo modo permittant sine nostra licentia in scriptis obtenta.

TITULUS VIII.

DE PRÆBENDIS, ET DIGNITATIBUS, ET ALIIS BENEFICIIS ECCLESIASTICIS, ET DE OBTINENTIBUS EADEM.

CAPUT I.

ANTONIUS August. in synodo an. MDLXXVIII.

Possessio beneficiorum non tradatur alicui, antequam Ordinarius litteras sine fraude impetratas esse intellexerit.

CUM aliquando accidat, litteris subrepticie impetratis, & iis etiam qualitatibus, quas concilium Tridentinum, & fundationes, seu institutiones beneficiorum in beneficiatis requirunt, aliquando dolose prætermissis, & simulatis, aliquos ad dignitatum, canonicatuum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, sive curatorum, sive supplicium possessionem indebite admitti: statuimus, & ordinamus; ne in posterum in ecclesiis hujus nostræ diœcesis possessio alicujus beneficii ecclesiastici, quocumque nomine nuncupetur, vigore quarumcumque litterarum, & gratiarum, per quemcumque presbyterum hujus nostræ diœcesis alicui tradatur; nisi nobis, seu nostro Vicario generali prius litteræ dictæ provisionis præsentatæ fuerint, & prævio examine probatæ. Qui vero contrarium fecerit, pœnam decem librarum incurrat.

CAPUT II.

IDEM.

Professio fidei a quibusdam, & intra quod tempus sit facienda.

STatuimus insuper, & ordinamus; ut obtinentes in ecclesia cathedrali, & aliis quibuscumque hujus nostræ diœcesis dignitates, canonicatus, vel beneficia curam animarum habentia, intra duos menses a die adeptæ possessionis computandos, in manibus nostris, aut nostri Vicarii generalis orthodoxæ fidei professionem publicam juxta decreta sacri concilii Tridentini faciant, & se in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondeant, ac jurent: alioquin provisi fructus beneficii de novo adepti suos non faciant, nec possessio adepta illis in aliquo suffragetur.

CAPUT III.

IDEM.

Obtinentes beneficia plura incompatibilia, dispensationes infra mensem ostendant.

PRæterea etiam, ut cæcitati, & cupiditati nonnullorum clericorum, seu presbyterorum obviemus: hac nostra constitutione decretis, & ordinationibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ adhærentes, præcipimus, & ordinamus; ut obtinentes plura beneficia curata, aut alia quæcumque incompatibilia, vel unita a quadraginta annis retro, uniones, & dispensationes suis intra spatium unius mensis nobis, vel nostris Officialibus exhibeant. Quod si forte, justo impedimento cessante, nullam unionem, seu dispensationem infra dictum tempus exhibuerint, prædicta beneficia, tamquam vacantia, ab eis, ad quos pertinet, personis idoneis conferantur.

CA-

CAPUT IV.

IDAM.

Miffæ, & alia divina officia, vel exercitia celebrentur, & fiant juxta fuas obligationes.

MOnemus infuper omnes, & fingulos facerdotes fæculares, vel regulares, beneficia, capellas, feu ecclefias, altaria, feu legata quæcumque pia obtinentes, qui miffas certis diebus, & temporibus tam pro vivis, quam pro defunctis celebrare tenentur, ut de cetero perpetuis futuris temporibus dictas miffas, vel alia quæcumque exercitia pia eifdem fuis legatis, capellis, ecclefiis, altaribus, vel beneficiis a jure, vel ab homine taxatas, deputatas, & affignatas, inviolabiliter, & fine intermiffione, & fraude aliqua per fe ipfos, feu per alios idoneos per nos approbandos celebrare, & adimplere curent, & ftudeant; vel faciant adimpleri, fuis debitis modis, locis, & temporibus fub pœna decem librarum, & alia arbitrio noftro injungenda. Rectoribus etiam parochialium ecclefiarum, in quibus dicta beneficia inftituta fuerint, vel legata relicta, in virtute fanctæ obedientiæ mandamus; ut prædictas obligationes beneficiorum, feu legatorum, ab eis, quos negotium tangit, adimpleri curent, & de negligentia illorum nos certiores reddant.

TITULUS IX.
DE EREMITIS.
CAPUT I.

ANTONIUA Auguftinus ubi fupra.

Nullus induat fe habitu eremitæ, fine licentia Ordinarii.

QUia non decet homines perverfæ, ac reprobatæ condicionis habitu ecclefiafticarum perfonarum, vel eremitarum indui: ideo nonnullorum temeritati, feu audaciæ obviare volentes, hac conftitutione fancimus, & Rectoribus, feu aliis quibufcumque curatis noftræ diœcefis, fub pœna decem librarum præcipimus; ne permittant aliquem hominem habitu eremitico indutum in fuis parochiis degere, feu vivere; quin prius fibi conftet, præfatum eremitam de licentia noftra, feu noftri Vicarii generalis in fcriptia obtenta, dicto habitu fe induiffe; aut ut intra diœcefin fic indutus degat, licentiam obtinuiffe. Infuper etiam eifdem eremitis injungimus, & præcipimus; ut illis Rectoribus, in quorum parochiis vivunt, fint fubditi, & fubjecti; eorumque mandatis, & præceptis, ut alii parochiani ejufdem parrochiæ obtemperent: fub pœna arbitrio noftro illis injungenda.

TITULUS X.
DE PEREGRINIS, ET VAGABUNDIS.
CAPUT I.

ANTONIUS Auguftinus in fynodo anno MDLXXVIII.

Homines extranei, & incogniti non permittantur habitare in parochiis hujus diœcefis.

CUrent, & folliciti fint Rectores, & alii ecclefiarum præfides, feu curati in indagando & providendo; ne homines peregrini, extranei, & incogniti, qui una cum mulieribus fibi affociatis mundum perquirere, ac difcurrere folent, in fuis parochiis moram, feu habitationem faciant; quin prius coram eodem curato, vel inftrumento authentico, ac fidem ubique faciente, vel teftibus fide dignis, ac jurejurando ab eodem curato aut coram Ordinario examinatis, probaverint fe in facie fanctæ matris Ecclefiæ matrimonium verbis præfentis temporis, fervata forma Ecclefiæ contraxiffe. Quod fi prædicti curati in his negligentes fuerint, ultra peccatum mortale, quod tamquam inobedientes incurrent, pœnam etiam decem librarum, & crefcente contumacia, five negligentia, alias graviores arbitrio noftro injungendas, patientur. Quod fi poft monitionem curatorum emendatio non fequatur; curatus nos, vel Vicarios generales faciant omnium plene certiores, ut rei neceffitati aptius provideri poffit.

TITULUS XI.
DE QUÆSTORIBUS, ET ALIIS IN ECCLESIIS, VEL PAROCHIIS MENDICANTIBUS, AUT STIPEM COLLIGENTIBUS.
CAPUT I.

ANTONIUS Auguftinus ubi fupra.

Quid faciendum fit de eleemofynis, five de ftipe.

CUM non deceat eleemofynas, quas Chrifti fideles certo nomine largiuntur, in alios ufus convertere: hac fynodo approbante fancimus, & ordinamus; ut poflhac is, qui in ecclefiis pro animabus purgatorii eleemofynas colliget, fingulis Dominicis diebus poft miffarum follemnia, omnes eleemofynas, quas collegerit in ea hebdomade, feu die, una cum burfario, Rectore, feu Vicario ecclefiæ, vel alia perfona ad hoc conftituta, computare, & in libro ad hoc deputato defcribere teneatur. Et pecunias hujufmodi fic collectas, numeratas, atque defcriptas, in quadam arca ad cuftodiendum eleemofynas, & emolumenta omnium quacumque ex caufa eleemofynas petentium confecta, & in qualibet ecclefia deputat, vel per Rectorem, & Juratos, feu univerfitatem deputanda, & defignanda, duabus clavibus claufa deponant. Quarum clavium unam ipfe Rector, feu Vicarius; alteram vero qui colliget eleemofynas animarum, habeat. Singulis autem menfibus ambo fimul fcilicet Rector, vel Vicarius, & dictus collector, pecunias pro animabus collectas extrahant, & communi confilio, videlicet dicti curati, & collectoris in celebrationes anniverfariorum, abfolutionum, ac miffarum pro fidelibus defunctis in eadem ecclefia, & non in alia fine licentia Prælati, dicendarum, diftribuant. Quod fi fecus per dictum collectorem eleemofynæ animarum, qui pro tempore erit, factum fuerit, fententia excommunicationis plectatur, & a divinis repellatur. Collectores vero aliarum eleemofynarum, qui in eadem ecclefia fuerint, volumus teneri tantum ad deponendum quolibet die id, quod collegerint, in eadem arca, & ad illud in fuo libro per Rectorem defcribendum, ultimo die Dominico cujuslibet menfis, fub eadem pœna excommunicationis. Diftributionem autem eorum, quæ ab aliis colligentur, faciant Rector, feu ejus Vicarius, una cum Juratis, feu aliis hominibus illius univerfitatis, aut

aut confraternitatis, ad quos dicta distributio, juxta loci ordinationem, seu consuetudinem, aut alias pertinebit. Addentes etiam omnibus supradictis, ut omnes dicti collectores eleemosynarum teneantur ad hæc duo, scilicet, quod in principio sui ingressus teneantur præstare juramentum de bene, & fideliter se habendo in dicta collectione, in manibus Rectoris, seu ejus Vicarii: & quod in fine anni teneantur reddere rationem collectori ejusdem eleemosynæ de novo ingredienti in præsentia dicti Rectoris, seu Vicarii, & personarum ab universitate, vel confraternitate deputandarum, & in arca deponere, seu successori in officio, & collectione dare, & tradere (qui etiam eas pecunias eadem die, qua eas acceperit, in arca deponat) omnes illas pecunias, ad quarum restitutionem ex administratione dictæ causæ piæ tenebitur. Ad quæ duo ultimo loco proposita volumus etiam teneri, & coactos esse sub eadem pœna excommunicationis omnes administratores, & procuratores confraternitatum eleemosynarum, & aliarum quarumcumque piarum causarum, quocumque nomine nuncupentur, etiam si administratores, seu collectores dictarum piarum causarum mulieres essent, ut in pluribus locis contingere solet.

Canon sessionis vigessimæ secundæ Concil. Tridentini super eadem materia.

ADministratores tam ecclesiastici, quam laici, fabricæ cujusvis ecclesiæ, etiam cathedralis, hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis; nisi secus forte in ordinatione talis ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, vel privilegio, aut ex constitutione aliqua loci aliis ad id deputatis ratio reddenda esset; tunc cum his adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

CAPUT II.

IDEM Ant. August. Archiepisc. ubi supra.

Ne petantur eleemosynæ intra ecclesias, dum missa conventualis decantatur.

EOS, qui missæ sacrum audiunt, oportet magna animi quiete rebus divinis intentos esse, & a nullis perturbari; quominus tranquilla mente sacra illa mysteria, quæ in missa peraguntur, contemplari possint. Volentes igitur nos rei tam sacræ, & tanti ponderis, & momenti impedimenta omnino arcere, & removere; præsenti constitutione sancimus, & quibuscumque Christi fidelibus prohibemus; ne dum res sacra agitur, sive ipsi collectores sint eleemosynarum, sive quæstores, sive pauperes mendicantes, intra templa, dum missa conventualis decantatur, eleemosynas petere, seu colligere audeant: sed ad januas tantum templi dictas eleemosynas petere teneantur; non obstantibus consuetudinibus eujuscumque ecclesiæ in contrarium facientibus. Rectores vero, qui similia fieri in suis ecclesiis permittant, pœna trium librarum plectantur. Non tamen inhibemus, ut post Offertorium liceat Parocho, vel Vicario, si eis videatur, permittere, ut aliquis pro paupere præsente, aut infirmo petat; modo ea petitio non perturbet missæ sacrificium.

Pars Secunda.

TITULUS I.

DE SACRAMENTIS.

CAPUT I.

ANTONIUS Augustinus Archiepiscopus in synodo anni MDLXXXI.

SEptem sacramenta a Jesu Christo domino nostro instituta, quibus ab Ecclesia docemur omnem gratiam ab ipso Redemptore nostro in ara crucis fidelibus adquisitam, diversa tamen ratione derivari; studeant omnes sacerdotes, præsertim Parochi, quanta possunt conscientiæ puritate ministrare: ne dum illis ad aliorum salutem utuntur, sibi ipsis æternam perniciem comparent: cum gravissimi facinoris non solum ille se reum faciat, qui mortali aliquo peccato inquinatus, ea suscipere; sed etiam qui simili reatu pollutus celebrare, vel ministrare non veretur. Quare etsi sola Eucharistiæ sumptio, aut celebratio Missæ præter contritionem internam peccatorum, etiam confessionem necessario requirat, ut est in Tridentino concilio declaratum; nemo tamen peccati mortalis conscius sacramentum ullum tractare debet, nisi præter contritionem internam, quæ necessaria semper est, sacramentalem etiam confessionem ante illius administrationem, si commode potest, adhibuerit. Quod officium, ut omni studio, & opera nostra adjuvemus; præter ea, quæ ad salutarem hanc rationem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ decreta constituerunt, quæ omnes parochi inviolate servare debent; nonnulla etiam ad tollenda incommoda, & abusus, quos in nostra hac diœcesi hominum culpa, vel negligentia in sacramentorum administratione introduxerat, statuenda duximus.

TITULUS II.

DE BAPTISMO, ET EJUS ADMINISTRATIONE.

PROŒMIUM.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

CUM sine baptismi sacramento; quo originalis, & actualis culpa diluitur, fomes mitigatur, gratia confertur, fides datur, ac Dei filii renascimur, nemini ad vitam æternam aditus pateat: proinde ut facilis, & omnino parata, ac

qua-

qualis decet, sit ejus administratio; statuimus, & ordinavimus sequentia.

CAPUT I.

IDEM.

Curabunt parentes, ut filii sui ducantur ad sacrum baptisma: & presbyteri, seu beneficiati patrini esse prohibentur.

PArentum culpa, & negligentia sæpe infantes sine sacro baptismo moriuntur; idcirco præsenti constitutione sancimus, ac parvulorum parentibus sub poena excommunicationis præcipimus; ut tam necessario sacramento filios non fraudent, sed saltem intra tres dies, postquam filii nati sibi fuerint, curent eos baptizari: ac nomina Sanctorum, vel Sanctarum, non Gentilium, vel Paganorum eisdem imponi. Rectoribus etiam, ac Vicariis, sub decem librarum pœna jubemus; ne in aulis, cameris, aut privatis domibus extra ecclesiam, nisi necessitas expostulet, aliquos baptizent; sed in ecclesiis dumtaxat, ubi fontes baptismales ad id exequendum sunt deputati. Prohibentes etiam sub pœna quinque librarum omnibus presbyteris, & beneficiatis; ne in sacramento baptismi, vel confirmationis puerum, vel puellam teneant, vel patrini sint, nisi in casu necessitatis.

CAPUT II.

FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

Adulti non baptizentur ante instructionem doctrinæ Christianæ.

QUia nonnunquam contra sacros canones adulti baptizantur sine prævia fidei instructione; volentes igitur hunc abusum e medio tollere, hac synodo approbante, cunctis Rectoribus, atque curatis, ceterisque etiam presbyteris sub decem librarum pœna præcipimus, atque mandamus: ut deinceps adultos non baptizent, quin prius illos per congruum tempus in fide sancta catholica instruxerint, aut instructos esse noverint, excepto mortis periculo: nec aliquos, vel aliquas ad tenendum puerum, vel puellam, in sacro fonte admittant, qui doctrinam Christianam ignorent; necessitatis casu excepto.

CAPUT III.

IDEM.

De baptizandis in casu necessitatis.

CUM plerumque evenire soleat, ut infantes ob infirmitatem, vel aliam necessitatem ad ecclesiam deferri non possint; & eo casu licitum sit eos alibi baptizari: præsenti constitutione sancimus; ut si talis infirmitas occurrerit, vocetur curatus, ut sine sollemnitate, baptismi sacramentum conferat. Si curatus haberi non potest, & ibi plures alii convenerint; a quolibet ipsorum parvulus baptizabitur: hoc tamen ordine servato, ut minor majori, clericus presbytero, laicus clerico, mulier viro cedant; nisi is ignoraverit formam baptismi: tunc enim a sciente formam parvulus poterit baptizari. Si postea convaluerit, ad ecclesiam portabitur: ac tunc si Rectori, vel curato constiterit, eum debite fuisse baptizatum, exorcismos, & Ecclesiæ cæremonias solummodo supplebit: si vero sciverit eum non fuisse rite baptizatum, aut de eo dubitaverit; poterit eum in hunc modum baptizare: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

CAPUT IV.

IDEM.

Fontes baptismales quomodo tenendi sint: & de aqua benedicta.

PRæterea statuimus, cunctisque Rectoribus, atque Curatis præcipimus; ut baptisterium, seu fontes baptismales mundos cooperctorio coriaceo tectos, clavibusque clausos esse curent; & aquam baptismalem non in vitreis ampullis, sed in aliis vasibus condecentibus asservent. Fontes autem aquæ benedictæ, quæ vulgo dicuntur pilæ, in singulis sabbatis ad vesperam mundent, & in ipsis noviter aquam infundant; quæ eadem die, vel die Dominico sequenti, antequam populus ad divina conveniat, benedicatur. Vetus tamen aqua, quæ in ipsis erit, per ecclesiæ pavimentum non effundatur, ne pedibus conculcari possit; sed in aliquo ecclesiæ, vel cœmeterii angulo, aliove honesto loco, aut in piscina, vel cloaca sacrarii, vel baptisterii fundatur.

CAPUT V.

PETRUS Archiep. in synodo anni MCCCLVIII.

Quid faciendum de capitiis, sive capidis, quæ in celebratione baptismi dantur, seu offeruntur.

STatuimus insuper, & perpetuo ordinamus; ut nullus laicus cujuscumque status, vel præminentiæ existat, capitia, sive capidas, quæ in ecclesiis offeruntur parochialibus tempore celebrationis baptismi, occupare, vel in usus profanos convertere præsumat; ut antea erat fieri solitum, & consuetum. Sed capidas ipsas, cum ad ecclesias pervenerint, recipiant Rectores, vel alii earundem ecclesiarum curati, & easdem in loco honesto conservantes, & non nisi in superpelliceis, cortinis, vestibus, vel aliis ornamentis ecclesiæ convertant; nec eas aliis, præsertim laicis in alios usus vendant. Qui vero contrarium fecerint, laicus excommunicationis sententia, curatus vero pro qualibet vice pœna trium librarum puniatur. Liceat tamen in usum baptismi alterius eadem capitia commodare, & ab sponte dantibus aliquid accipere in utilitatem ecclesiæ convertendum.

TITULUS III.

DE CONFIRMATIONE.

CAPUT I.

ANTONIUS August. in synodo an. MDLXXVIII.

COnfirmationis sacramentum magnum est, quo fideles per baptismum regenerati, ad fidem palam confitendam, nomen Christi glorificandum, adversusque omnes diaboli impetus robustiores evadunt: Parochi cura sit, ne quis intra parochiæ suæ fines habitet, qui hoc sacramentum non susciplat major septennio, quo fere rationis usus apparere incipit; nec illud in longius tempus, quam par est, differat. Ne vero sacramentum hoc, cujus ea vis est, ut characterem imprimat, aliquando iterari contingat, neve etiam inter quos spiritualis cognatio ex concilii Tridentini decreto per illud contrahitur, matrimonia fiant, librum habeat, in quo confirmato-

rum, & compatrum nomina, diemque, & annum conſcribat.

TITULUS IV. DE PŒNITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

CAPUT I.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

Adhortatio ad confeſſores.

PŒnitentiæ ſacramentum, quo omnes animarum languores ſanantur, amiſſa gratia reparatur, vires debilitatæ inſtaurantur, occluſumque poſt baptiſmum lapſis cælorum regnum aperitur: quicumque ſacerdotes, qui fidelium confeſſiones audiunt, quanta poſſunt diligentia miniſtrare ſtudeant; ne tam neceſſarium ſanandis animabus medicamentum imperite, vel imprudenter adminiſtratum non modo ſuſcipientibus non proſit, ſed ipſis etiam miniſtrantibus perniciem afferat: juxta illud Evangelicum; *Si cæcus cæco ducatum præſtat, ambo in foveam cadunt.* Quare præter ea ſtudia, quæ mutuis collationibus in ſuis quique clericalibus conventibus habere debent, aut in publicis lectionibus ad ſacramenti hujus adminiſtrationem cognoſcendam, omnes ſimul operam dent, & privatim librum aliquem quotidie legant ex his, qui ad hæc ſcripti ſunt; ut hac ratione lepram a lepra diſcernentes, debitam ſatisfactionem, ſalutariaqua conſilia confitentibus adhibenda cognoſcant; ne vel nimia ſeveritate illos in deſperationem inducant, vel nimia facilitate ad denuo peccandum alliciant.

CAPUT II.

IDEM.

Quo ætatis tempore fideles peccata confiteri debeant.

LAudat hæc noſtra ſynodus illorum morem, qui ſeptem, aut octo annorum pueros ad confeſſionem faciendam mittunt; ut eos tam ſalutari ſacramento ſuſcipiendo aſſuefaciant. Illis tamen, in quibus perfectus rationis uſus vigere jam cœpit, quod a duodecimo ad decimum quartum annum ſolet accidere, præcipimus; ut tempore ab eccleſia definito peccata ſua proprio ſacerdoti, aut his, qui ab Ordinario deſignati erunt, confiteantur; & pro judicio, & ſententia confeſſoris ſacram etiam Euchariſtiam recipiant.

CAPUT III.

IDEM.

Confeſſores habentes facultatem abſolvendi a peccatis, & cenſuris Eccleſiæ, non diſpenſent cum irregularibus.

UT ignorantiæ, & ſimplicitati nonnullorum confeſſorum occurramus, & conſulamus; præſenti conſtitutione ſancimus, & declaramus: ut ſi quis ex jubileo, ſeu alia ſummi Pontificis indulgentia, vel ex licentia Ordinarii poteſtatem habuerit abſolvendi a peccatis, & cenſuris Eccleſiæ; vigore dictæ facultatis non debet, nec poteſt in irregularitate diſpenſare: niſi id expreſſe ſit in auctoritate ſibi data conceſſum, & expreſſum. Eoſdemque ſacerdotes monemus, ne cuiquam abſolutionem ſacramentalem impertiant, qui ſaltem veniale aliquod peccatum in confeſſione non expreſſerit. Quare primæ ætatis pueris, quos vix rationis expertes, ita nullam culpam admiſiſſe, certis interrogationibus cognoverit; nec abſolutionem ſacramentalem adhibebit: ſed ſimpliciter dicat; *Miſereatur tui* &c. ut in miſſa dicitur. Nec putet is, qui confeſſiones audit, ſatis ſe muneri ſuo feciſſe, ſi pœnitentis conſcientiam diligenti hoc examine diſcutiat; niſi illum etiam ad futuras peccatorum occaſiones, ſalutaribus propoſitis remediis præmuniat, atque ad pietatis Chriſtianæ ſtudia, quanta poteſt diligentia, promoveat: canoneſque pœnitentiales in promptu habeat, ut de veterum canonum ſeveritate pœnitens ab eo admonitus, & perterritus, eo libentius ad Dominum convertatur; pœnitentiamque ſibi injunctam, quo mitius ſecum agi cognoſcit, majorem in futurum ad peccata fugienda diligentiam adhibeat.

CAPUT IV.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Medici admoneant ægrotantes, ut confiteantur peccata, ac animæ ſuæ ſaluti conſulant.

CUM ſit anima corpore pretioſior, eaque ceteris rebus præponi debeat; eumque permulti veræ ſalutis immemores, ad corporalem medicum citius recurrunt, quam ipſius animæ ſaluti conſulant: hac noſtra conſtitutione ſancimus, & ſub excommunicationis pœna cunctis medicis, & chirurgis hujus noſtræ diœceſis diſtricte præcipiendo mandamus; ut eum primum ad quoſcumque curandos non leviter ægrotos fuerint vocati, infirmos admonendos curent, ut animarum medicos potius advocent; ut poſtquam de ſpirituali ſalute ægrotantibus fuerit proviſum, ad corporalia remedia procedant. Quod ſi infirmi eos advocare contempſerint, medici amplius quam bis eos non viſitent, quouſque certo ſciant eos confeſſos fuiſſe, ac ſacratiſſimum Chriſti corpus ſuſcepiſſe. Curatis etiam præcipimus ſub pœna peccati mortalis, ut ſæpius medicos ipſos, & chirurgos, ut prædicta exequantur, admoneant.

CAPUT V.

IDEM.

Mulierum confeſſiones in loco publico dumtaxat audiantur.

UT omnis ſuſpicio tollatur, nulluſque diabolo detur ingreſſus, & locus; ſtatuimus, & ordinamus, ut nullus ſacerdos mulieris confeſſionem, niſi in loco publico, & januis apertis & poſt ortum ſolis, & ante ſolis occaſum, ubi ab aliis videri, & inſpici poſſit, audiat; alias pro qualibet vice pœnam decem librarum ipſo facto incurrat.

CAPUT VI.

IDEM.

Qui presbyteri poſſint confeſſiones audire, & quas debeant pœnitentias injungere.

MAgno eſt animi dolore ferendum, multos eſſe illiteratos, indoctos, incautos, & inexpertos presbyteros, qui neſcientes inter lepram, & lepram diſcernere; neque quod mortale, quod veniale peccatum ſit, dignoſcere; audiendarum confeſſionum munus, ſine noſtro, ſeu Vicarii noſtri permiſſu,

missu, sibi ipsis procaciter vindicant, & usurpant. Nos igitur eorum temeritatem coercere cupientes, praesenti constitutione sancimus; ne posthac ullus presbyter officium confessionis exerceat, sine nostro, vel nostri Vicarii generalis permissu; necessitatis casu duntaxat excepto; neque poenitentiam pecuniariam sibi ipsi quovis colore applicandam, alicui poenitenti injungat. Qui autem contrarium attentare praesumpserit, & a proprio curato illius ecclesiae impediatur, ut nostra hac constitutione impediri per eum mandamus, & poena gravi arbitrio nostro, vel successoris nostri puniatur.

CAPUT VII.

IDEM.

Curati eorum nomina describant, qui ad confitendum obligantur.

UT commodius Rectores, & quibus incumbit animarum cura, villicationis suae rationem reddant: hac synodo approbante, curatis omnibus praecipimus; ut a principio Quadragesimae omnium subditorum nomina describant, quos ad confitendum obligatos esse cognoverint: cujusmodi sunt patresfamilias, eorumque liberi adulti, cum famulis utriusque sexus in discretionis aetate constitutis, quos sedulo monebunt inter missarum sollemnia diebus Dominicis, & festivis; ut ad sacramentalem confessionem, necessarium animae medicamentum, se praeparent; neve in postremam partem Quadragesimae confessionem differant: doceantque populum, in Dominica in albis tempus ab Ecclesia sacramentali confessione praecedente, Eucharistiae communioni praescriptum, finiri. Si qui vero, ea Dominica transacta, peccata sua confessi non fuerint, nec sacram Eucharistiam sumpserint; hos tamquam praecepti Ecclesiae transgressores a divinis ejiciant. Et si bis non obstantibus per tempus octo dierum proxime sequentium peccata sua confessi non fuerint; requirat curatus bajulum, vel alium officialem illius parochiae; ut dictos renitentes carceribus mancipet, vel a sua parochia expellat, donec mandatis Ecclesiae obtemperaverint. Quod si propter aliquod scandalum id facere timuerit, intra octo dies eorum nomina nobis, seu nostro Vicario generali transmittat; ut contra eos, vel canonice procedere, vel ad tam salubre animae medicamentum procedere possimus.

Declaratio Eugenii Papae quarti contentorum in praecedente constitutione, & in capitulo Omnis utriusque sexus.

Dilecto filio fratri Jacobo de Pririmaticis de Bononia ordinis Minorum observantiae regularis.

EUgenius quartus, dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Fide digna relatione accepimus, in civitate Licii non parvam per haec tempora excitatam fuisse commotionem de die debitae perceptionis sacratissimi corporis Domini nostri Jesu Christi; & per aliquos religiosos sit affirmatum, quod non communicantes actualiter in die Resurrectionis dominicae mortaliter peccarent, etiam si in die Jovis sancti, & aliis quibuscumque diebus infra annum pluries, & frequentibus vicibus communicassent: quod piis auribus est audire molestum. Recolimus alias per nostrum quoddam breve scripsisse venerabili fratri nostro Episcopo Liciensi; quod intelligebamus satisfactum esse, si paullo ante, vel paullo post diem Resurrectionis Domini quis communicet; mirati sumus, quod postmodum nova controversia revixerit: sed inimicus homo superseminavit zizania. Nos igitur cupientes purgatum triticum in horreum Domini congregare, & inutilibus contentionibus finem dare attendentes juxta doctrinam beati Augustini, quod solent circumstantiae scripturarum illuminare substantiam veritatis; & non solum adjacentia, sed etiam praecedentia, & subsequentia verba sunt considerande prudenter: cum dicat canon Ecclesiae; *Omnis utriusque sexus fidelis saltem semel in anno confiteatur*; & infra, *Suscipiens ad minus in Pascha reverenter Eucharistiae sacramentum*; & sequitur, *Nisi de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum.* Dicimus expresse, non intentionis legislatoris fuisse animas illaqueare fidelium sub culpa mortali ad communicandum praecise in die Dominicae Resurrectionis, sed terminum statuisse a Pascha ad Pascha, cum dicit, *Semel in anno*; & infra, *Ad minus in Pascha*, &c. mens enim magis, quam verborum sonus est attendenda discrete. Intelligimus itaque optime juri satisfactum esse canonis; si in hebdomada sancta, vel infra octavam Paschae Resurrectionis dominicae, secundum meliorem dispositionem conscientiae, & aptionem mentis devotionem, fideles praeparatione debita sanctum Eucharistiae pignus accipiant, & cum Domino Pascha celebrent salutare, & huic sententiae omnes volumus acquiescere. Quare devotioni tuae committimus, ut praedicta, ubi oportere intelligas, populis nota facias. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo nostro secreto, die octavo Julii MCCCCXLVI. Pontificatus nostri anno decimo.

CAPUT VIII.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Quae sint a confessoribus in principio cujuslibet Quadragesimae adnotanda, & memoriae mandanda.

CUM experientia rerum magistra docente, compertum sit, confessionem sacramentalem a Christi fidelibus faciendam ad extirpationem, seu expulsionem vitiorum, maleque ac turpiter viventium conversionem maximum remedium, ac salutare medicamentum esse: ideo ne rem tanti ponderis, & momenti silentio praeteriisse videremur, desiderantes praefatas confessiones illis, quibus rem tantam decet, maturitate, devotione, ac integritate ab omnibus orthodoxis fieri; nonnulla a sacerdotibus tam regularibus, quam saecularibus praedictas confessiones audituris, necessario attendenda, & notanda, pro nostri officii munere hic inferere curavimus. Licet enim existimemus eos omnes ad praedicta exercenda habiles, & idoneos esse: quia tamen delicta aliqua mul-

multorum emendari raro cernimus, ea de causa hæc, quæ sequuntur, brevi compendio comprehensa, adjecimus; quæ ab omnibus curatis hujus nostræ diœcesis, sub pœna peccati mortalis, in principio saltem cujuslibet Quadragesimæ, & omnibus confessoribus illius parochiæ, pro suarum conscientiarum exoneratione perlegi, & summopere adnotari, & memoriæ mandari volumus.

Curabunt igitur Parochi, & alii quicumque confessores, dum confessiones audiunt, absolutionem sacramentalem denegare, vel saltem per aliquod tempus juxta peccata occurrentia differre personis, pœnitentibus sequentibus:

I. Excommunicato excommunicatione maiori ob debitum civile, recusanti parti, cui dictam quantitatem debet, satisfacere.

II. Venienti ad confitendum peccata sua, non facto prius suæ conscientiæ examine.

III. Recusanti confiteri suo confessori numerum, & species peccatorum a se commissorum.

IV. Illi, qui malitiose in confessionibus antea factis tacuit, & dissimulavit aliquod peccatum mortale, & renuit illas confessiones repetere, & tantum vult de dicto peccato omisso se accusare.

V. Non habenti contritionem, [vel attritionem] *suorum peccatorum arbitrio sui confessoris necessariam.*

VI. Nolenti acceptare non gravem pœnitentiam, qua confessor eum judicaverit indigere.

VII. Illi, qui hæresim commiserit in foro exteriori puniendam, vel dixerit: etiam si bullam habeat, vel Jubilæum lucretur, non faciendo tamen de dicta hæresi fori exterioris mentionem.

VIII. Habenti consuetudinem blasphemandi, & maledicendi, & periuria committendi; ac recusanti se de his arbitrio confessoris emendare.

IX. Illi, qui emisit aliquod votum, & cum revera jam potuisset illud adimplere, noluit.

X. Habenti consuetudinem non audiendi, aut indevote audiendi rem sacram.

XI. Nolenti jejunare jejunia ab Ecclesia indicta, impedimento legitimo cessante.

XII. Filiis recusantibus obedire suis parentibus in his, quæ non injuste eisdem præcipiunt.

XIII. Religiosis apostatis, & sanctimonialibus non servantibus clausuram.

XIV. Conjugatis, qui absque licentia Ecclesiæ se invicem separarunt; aut male utuntur conjugio.

XV. Conjugibus cognoscentibus affines.

XVI. Ei, qui contraxit matrimonium cum aliqua in gradu prohibito sine dispensatione Ecclesiæ.

XVII. Ei, qui dedit consilium, vel favorem ad committendum aliquod peccatum, & recusat remedium necessarium ad illud tollendum adhibere: nisi forsan probabiliter promitteret se illud facturum, damnaque occasione ejus delicti illata satisfacturum.

XVIII. Danti scandalum proximo suo exemplo malo, verbis, signis, vel operibus illicitis; dandoque occasionem circumstantibus peccandi, vel male cogitandi, vel suspicandi: nam is non est absolvendus, donec suæ correctionis demonstrationem aliquam exhibuerit.

XIX. Habenti odium, seu inimicitiam cum aliquo cum scandalo maximo id scientium, & intuentium; donec conversus fuerit.

XX. Nolenti concubinam, etiam si famula esset, vel ancilla, dimittere, vel occasiones peccandi, vel perseverandi in amicitia illius, evitare: quales sunt conversatio, communicatio, & cohabitatio ejusdem domus; etiam si ex hujusmodi occasionibus tollendis, & removendis posset murmuratio aliqua generari: nam ea non obstante, esset absolutio differenda, si aliter huic malo mederi non posset.

XXI. Lenonibus, meretricibus, aleatoribus, histrionibus, & recolligentibus, & habitationem suarum domorum concedentibus turpiter, & inhoneste viventibus, ad dicta vitia ibidem exercenda.

XXII. Nolenti restituere res alienas, vel usurario contractu quæsitas, vel furto subtractas, vel sibi commodatas, aut ex falso testimonio in judicio præstito debitas, sive alias damno alteri datas.

XXIII. Ei, qui infamiæ causam, vel injuriam alicui intulit; & bonam famam ei restituere, & se reconciliare recusat.

XXIV. Habenti officium, vel dignitatem, vel beneficium, cui aliqua cura, vel obligatio annexa est; & recusat, vel negligit, ea, ad quæ tenetur, adimplere.

XXV. Judicibus patientibus in districtu suæ jurisdictionis peccata aliqua publica, vel alia quæcumque contra bonum commune committi, & exerceri; vel non administrantibus justitiam suis subditis diligentia, & sollicitudine necessariis, & requisitis.

XXVI. Advocatis, & Procuratoribus defendentibus causas, quas in principio, medio, vel fine litis intellexerunt esse injustas.

XXVII. Beneficiatis habentibus plura beneficia incompatibilia sine dispensatione.

XXVIII. Illis, quos constiterit commisisse aliquod delictum, cujus absolutio sanctissimo Papæ reservata est; & carentibus bulla, vel privilegio Apostolico, excepto mortis articulo.

XXIX. Illis presbyteris, qui cum male ordinati, excommunicati, suspensi, vel irregulares sint; non verentur divina officia celebrare, & divinis se immiscere.

Alios plures casus poterunt ipsi confessores tam in bulla Cenæ Domini, quam in aliis tractatibus, & summistis legere. Illudque potissimum memoria retinere eos semper volumus, præfatos pœnitentes, & eis similes non posse semper absolvi; immo beneficium absolutionis esse illis sæpe denegandum, vel differendum, etiam si iidem pœnitentes bullam Apostolicam, seu Jubilæum, vel aliam indulgentiam similem haberent: cum prædictæ indulgentiæ requirant in pœnitentibus dispositionem necessariam ad bonam, & validam confessionem faciendam, quæ dispositio in non

resti-

reſtituentibus aliena, & in damna, & injurias non emendantibus, & in non dimittentibus eorum inimicitias, vel blaſphemandi conſuetudinem, & tandem in non corrigentibus delicta peccandi occaſione ablata, & alia illis ſimilia non caventibus non repetitur.

TITULUS V.
DE VOTO, ET JUREJURANDO.
CAPUT I.

Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXXI.

Quomodo in votis, & ſacramentis relaxandis confeſſores agere debeant.

UT Parochi, & confeſſores, quibus ad diſpenſandum in votis emiſſis, vel ad annullandum, ſeu commutandum eadem, ſive ad abſolvendum a ſacramentis præſtitis, in hujuſmodi materia, quæ admodum periculoſa eſt, & frequenter eiſdem evenire, & contingere ſolet; tutius, & ſecurius ſe gerere, & habere valeant, ſequentia duximus ſtatuenda, & ordinanda.

In primis conſiderent, voti, & jurisjurandi relaxationem nobis, & ſedi Apoſtolicæ eſſe reſervatam, niſi ſpecialiter eis fuerit delegata.

Secundo eiſdem animadvertendum eſt, quod ad hoc, ut votum, & ſacramentum emiſſum obligeot; neceſſe eſt, ut fiant de aliquo actu bono, ac majoris boni nullatenus impeditivo: & ſic vovens, vel jurans, dictum votum, ſeu juramentum, quam citius poterit, tenebitur in forma ſpecifica, vel eo ſaltim meliori, quo poterit, modo, adimplere. Quod ſi abſque juſta, & rationabili cauſa id recuſaverit, ſeu diſtulerit; mortaliter peccabit: nec confeſſor poterit hujuſmodi voventes, vel jurantes abſolvere, vel eadem vota eiſdem commutare, nec Ordinarius cum illis diſpenſare. Cum ſemper ad diſpenſationem, vel commutationem rite, recteque faciendam aliqua juſta cauſa requiratur. Si tamen confeſſor intellexerit expedire, dictum pœnitentem a voto emiſſo liberari; ſi eſt mulier nupta, vel filius ſub poteſtate patris conſtitutus, vel alia perſona in alterius poteſtatem redacta; conſulat eidem, ut de dicto voto uxor maritum, filius patrem, ſervus dominum, monachus ſuperiorem certiorem faciat: quia in illorum poteſtate erit præfatum votum, tamquam ſine licentia illius factum, eidem pœnitenti annullare.

Tertio conſiderandum eſt, poſſe Ordinarium, vel ab eo poteſtatem habentem remittere quibuſvis voventibus ſuæ diœceſis omnia, & ſingula vota ab eiſdem emiſſa; exceptis quinque votis; ſcilicet religionis, caſtitatis, eundi Hieruſalem, eundi Romam, vel eundi ad viſitandum ſepulchrum ſancti Jacobi Compoſtellanum.

Quarto attendendum eſt, poſſe etiam confeſſorem ex commiſſione Ordinarii, vel ex privilegio Apoſtolico Jubilei, vel bullæ ſanctæ Cruciatæ, vel alterius ſimilis ad id commiſſionem dantis, diſpenſare eum votis, vel illa commutare: & eo caſu, ut valida ſit commutatio, vel diſpenſatio, neceſſe eſt, quod primo ſervetur per confeſſorem forma commiſſionis ſibi traditæ; ſecundo, quod fiat commutatio in æquale bonum, & in gloriam & honorem Dei omnipotentis, & Sanctorum illius.

TITULUS VI.
DE SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO, AC EJUS VENERATIONE, ET CUSTODIA.
CAPUT I.

Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

ADHORTATIO.

SAnctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Redemptor noſter Chriſtus Jeſus, ad ſempiternam ſuæ paſſionis memoriam, ad noſtræ virtutis incrementum, & ad divini amoris ſpiritum fovendum, aliaque cæleſtia dona impertienda inſtituit. Quare ſtudeat curatus; ut cum alias ſemper, tum præcipue majoribus anni ſollemnitatibus, quotieſcumque fideles ad ſacramenti hujus ſuſceptionem acceſſerint, non intima ſolum religioſi animi pietate, ſed externa etiam cultus, veſtiumque modeſtia, humili genuflexione, armis depoſitis, viris a mulieribus certo quodam ordine ſejunctis, quam par eſt, animi religionem, atque reverentiam ad tantum ſacramentum afferant, in quo ipſe gratiarum omnium auctor Chriſtus continetur. Cum vero illud pueris uſum plenitatem rationis habentibus erit primo miniſtrandum, aliquot ante dies, vel Parochi, vel ii confeſſores, quibus illi ſolent confiteri, in his omnibus inſtruant quæ ad ejus vim, & præſtantiam cognoſcendam ac pietatem excitandam magis neceſſaria videbuntur. Idem eum ruſticis, & idiotis perſonis agendum eſt.

CAPUT II.

Idem.

Qua forma deferendum ſit ad infirmos ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, & qua forma redeundum ad eccleſiam.

CUM ad ægrotos hoc ſanctiſſimum ſacramentum deferendum eſt, Parochi certis campanæ ictibus fideles convocent, qui pſalmum *Miſerere* recitantes, ipſum cum luminibus, & umbella tectum pie proſequantur, tintinnabuli etiam ſonitu præmiſſo, quo reliquus populus ad reverentiam excitetur. Ne vero eurato ad eccleſiam redeunte, inane vaſculum adorari contingat; ſi ægrotus ab eccleſia non longe abfuerit, tunc duæ ſacræ hoſtiæ deferantur. Si vero ad loca valde diſtantia, acceſſuque difficilia ſacramentum deferendum eſt; unam ſacram tantum hoſtiam in vaſculo, in ſerica burſa bene incluſo, & a collo pendente, caute, & reverenter geſter; ne ſacramentum aliquo caſu in terram decidere poſſit. Eo autem miniſtrato, ſtolam, & alia exuat, ac occultato vaſculo, ad eccleſiam revertatur. Omnibus vero, qui quandocumque ſacramentum comitati fuerint, & proſecuti, quadraginta dierum indulgentiam, præter alias a ſummis Pontificibus hac de cauſa conceſſas, nuntiando.

CAPUT III.

Idem.

De habitantibus in diverſis parochiis.

SI quis in duabus parochiis habitare intra annum ſolitus eſt, tempore Quadrageſimæ in ea

ea Euchariſtiam ſumat, in qua majorem anni partem habitat. Quod ſi in alia communicare voluerit, id ei non vetamus, dummodo communionis illic perceptæ fidem a Parocho illo ſubſcriptam alteri oſtendat.

CAPUT IV.

IDEM.

Publici concubinarii, & concubinæ, & meretrices, & alii enormes, notoriique peccatores non ſemper recipiantur ad communicandum, etiam ſi afferant ſigillum, ſeu ſcripturam ſuorum confeſſorum.

CUM multi reperiantur, qui aut in concubinatu, uſuris, & aliis notoriis peccatis perſeverantes, promittant ſe omnino ad meliorem vitæ frugem reducere; aut infra terminum competentem ſibi aſſignatum, juxta facultates ſuas his, quibus tenentur, ſatisfacere, & reſtituere, vitamque ſuam omnino emendare: & cum poſt unum vel duos, vel forſan plures annos promiſſa non exequantur; dubitantes, quod ſi eiſdem Parochis, ſeu curatis propriis ſingulis annis confiterentur, nullo pacto abſolverentur; in grave animarum ſuarum præjudicium, a diabolo obcæcati, confeſſores malitioſe, & doloſe mutant: a quibus cum aut eis veritas non ſit dicta vel ex ignorantia, aut ex alia cauſa ſcriptura obtenta, ad ſacram communionem a propriis curatis admitti volunt & petunt. Ea propter eorum temeritati, dolo, & fraudi obviantes, præſenti conſtitutione ſancimus, præcipimus, & jubemus, ſub pœna decem librarum; ut curati nullo modo admittant dictos tales concubinarios, lenones, adulteros, fures, & uſurarios, ac alios utriuſque ſexus adhuc in peccato perſeverantes; ad dictum Euchariſtiæ ſacramentum, etiamſi chirographum, ſeu ſcripturam confeſſorum afferant; cum veriſimile ſit, dictos in peccato, & ſcandalo perſeverantes nullam ſatisfactionis, aut pœnitentiæ partem præmiſiſſe. Quod ſi non ficti, ſed veri pœnitentes ſint, graviori pœnitentia ſuppoſiti admittantur.

CAPUT V.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Ubi ſervari debeat ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum.

UT ſcandala, quæ oriri poſſunt, evitentur, hac noſtra conſtitutione ſancimus, & ordinamus; ut ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum in eccleſiis ſolummodo parochialibus reſervetur. In eccleſiis vero ſuffraganeis, vel annexis non reſervetur; niſi Rector, aut Vicarius ad ejus cuſtodiam deputatus in illis reſideat. Qui contrarium fecerit, arbitrio noſtro puniefur.

CAPUT VI.

IDEM.

Qualis debeat eſſe locus ad reponendum Euchariſtiæ ſacramentum, & ſanctum chriſma, & oleum deſignatus.

QUoniam propter ſacramentorum, & præcipue Euchariſtiæ irreverentiam ira Dei nonnumquam ſævit in miniſtros: & ne ad ea, quæ ad ſalutem noſtram propoſita ſunt, temeraria manus extendi valeat ad aliqua horribilia, ſeu nefaria exercenda: ſtatuimus, & ordinamus, ut chriſma, & oleum ſanctum, & ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſub diligenti cuſtodia ſerventur in loco tuto, ſecuro, & honeſto, & clave clauſo: ipſoſque curam animarum exercentes admonemus, ut claves ſacramentorum apud ſe obſervent; nec eas commendent laicis, ſeu pueris: ſtatuentes etiam, ut coram eodem unam ſaltem lampadem faciant ſemper ardere, ſub pœna trium librarum.

CAPUT VII.

IDEM.

Quando ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum renovari debeat.

ITem ſtatuimus, & ordinamus; ut octavo quoque die ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum a curato, vel hebdomadario renovetur; alias qui negligens fuerit, pœna trium librarum puniatur.

CAPUT VIII.

IDEM.

Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum non miniſtretur alibi ſanis, niſi in eccleſiis.

INſuper ſtatuimus, & ordinamus; ut hominibus ſanis, nullaque infirmitate laborantibus, in privatis domibus Euchariſtiæ ſanctiſſimum ſacramentum non miniſtretur. Sacerdos autem, qui ſine noſtra facultate in privatis domibus miſſam celebraverit, aut alicui ſano ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum miniſtraverit; decem librarum pœna pro qualibet vice puniatur.

CAPUT IX.

IDEM.

Laici ſacrarium non ingrediantur.

PRopter ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti decus, & reverentiam ſtatuimus, & ordinamus, ut laici ſacrarium non ingrediantur, neque etiam communicandi cauſa. Ad altaris vero gradus accedere poterunt, cum communicare voluerint.

CAPUT X.

IDEM.

Quid dicturus eſt ſacerdos infirmo non valenti ſumere ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum.

QUia nonnulli imperiti ſacerdotes, cum ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum portent ad infirmum, ſi vident eum nauſeantem, vel ita laborantem, ut illud ſumere non poſſit; dicere ſolent: „ Tantum valet, & tibi prodeſt, ſanctiſſimum ſacramentum adorare, quantum ſi ſumpſeris "; cumque id erroneum ſit, nullatenus eſt dicendum. Hac ergo noſtra conſtitutione ſancimus, præcipimus, & mandamus; ne in tali caſu prædicta verba ſacerdos proferat: ſed infirmo Chriſti corpus oſtendat, eique ſuadeat, in ipſum credendum, ac ipſi ſoli fidendum, dicens: „ Quia ſacramentaliter ſanctiſſimum Chriſti corpus ſumere non potes, ſufficit ſpiritualiter illud ſumas, inſpicias, & adores ". Caveantq. etiam curati, ne noctu ob ſcandala, quæ facile oriri, & contingere poſſent, afferant dictum Euchariſtiæ ſacramentum ad domos ſolitarias, quæ extra oppida ſub eccleſia parochiali ſunt; niſi in caſu extremæ neceſſitatis, & tunc cum magna cautela fiat.

CA-

CAPUT XI.

ANTONIUS August. in synodo an. MDLXXXI.

Eucharistiæ sacramentum non afferatur ad incendia, rixas, inundationes aquarum, vel tempestates.

TEmerariam judicantes consuetudinem, & simplicitatem nonnullorum sacerdotum, qui ad inundationes aquarum, incendia, rixas graves, fulgurum, seu aerum tempestares, & ad alia his similia sanctissimum Eucharistiæ sacramentum populi forsan impulsu, afferre solent; hac nostra constitutione præcipimus, & mandamus, ne de cetero curati, vel alii sacerdotes talia facere præsumant: sed potius casu hujusmodi occurrente, pulsatis campanis, dictam sacram Eucharistiam reverentia, & veneratione debitis a sacrario extrahant, & super altari illius ecclesiæ ponant: ibique una cum clero, & populo Deum, qui solo verbo omnia sanare, & curare potest, fide sincera, puroque animo, ut hæc mala avertat, pie, ac sancte precentur. Contrarium vero facientes arbitrio nostro gravissime punientur.

TITULUS VII.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET DIVINORUM OFFICIORUM.

CAPUT I.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

ADMONITIO.

EX omnibus Christiani cultus officiis, quibus Deus a fidelibus colitur, nullum est, quod cum sacrosancto missæ sacrificio conferri, & comparari possit, & valeat, quo vivifica illa, & salutaris hostia Christus dominus semel in cruce Deo Patri immolata, quotidie ad ejus passionis memoriam, & uberrimos in nos fructus derivandos sacerdotis ministerio offertur. Quare ut illud a sacerdotibus rite peragatur, atque a populo religiose colatur; hæc, quæ sequuntur, servanda præcipimus.

Sacerdotes igitur missæ factum facturi, ne accedendo ad altare manibus pollutis, oculis impudicis, ore venenato, corde impuro, Christum iterum, quantum in se est, crucifigant, Angelosque sacrificio assistentes offendant; & de singulari medicina sibi miserabiliter æternam damnationem acquirant: ideo monemus, ut se in tam alti mysterii meditationem antea colligant, & quæ in missa legenda sunt, maturæ præveniant, propriamque conscientiam diligenter discutiant; & si mortali aliqua culpa se adstrictos cognoverint, non prius ad illud faciendum accedere audeant, quam sacramentali confessione conscientiæ labem diluerint. Neque sola contritione se fecisse satis putent, nisi confessorum facultas longe absit. Quod si necessitate urgente sacerdos sine prævia confessione celebraverit; quam primum poterit, confiteatur. Hortamur etiam eosdem, ut singulis saltem hebdomadibus idoneo sacerdoti a nobis, seu vicario nostro approbato peccata sua confiteantur, nisi ob peccati mortalis culpam frequentius id facere oportuerit, ut puriores ad rem divinam faciendam accedant: illum semper confessorem eligendo, qui non solum doctrinæ, sed multo etiam magis vitæ, morumque dotibus præditus sit. Nec ea tantum in dicta confessione perpendant, & confiteantur, quæ commissionis peccata dicuntur; sed etiam illa, quæ omissionis sunt, cum hæc in sacerdotis vitam pro officio suo tum graviora, tum multo plura, quam in ceteros homines cadere possint.

CAPUT II.

IDEM.

Missa conventualis qua hora inchoanda sit.

AD lites, quæ inter Rectores, seu alios curatos, & illorum parochianos in dies de hora celebrationis missæ conventualis oriri solent, sedandas statuimus, ac sub trium librarum pœna mandamus; ut quolibet tempore missa conventualis in qualibet parochia inchoetur ab hora octava usque ad nonam; nisi ob justum impedimentum ipsius curati aliter fieri expediret, vel necessarium esset: ita ut inchoatum semel officium divinum nullius personæ causa, vel respectu interrumpatur. Eisdemque curatis præcipimus, ne intra templa minime ferant, & permittant larvatos homines, aut qualescumque alios, qui officia sacra perturbent; quales sunt tormenta manuaria portantes, vel sulphuratiis machinis utentes.

CAPUT III.

IDEM.

De Missis, quæ in parochiis in fine cujuslibet anni celebrandæ supersunt.

NE piæ testantium voluntates depereant, neque ipsorum animæ debitis suffragiis fraudentur; præcipimus synodo hac approbante, missarum celebrationem, & alia pia opera, quæ testamentis mandantur, saltem intra annum unum post testamenti publicationem impleri. Quin etiam curatis omnibus, & rationum ecclesiasticarum præfectis jubemus sub pœna decem librarum, ut singulis annis per totum mensem Majum nobis, seu Vicario nostro generali exponant, quantus missarum nondum celebratarum numerus in ipsorum parochiis supersit; ut nos, seu Vicarius noster quid ea in re agi debeat, possimus mature statuere.

CAPUT IV.

IDEM.

Promoti nuper ad sacros ordines non permittantur celebrare, seu dictos ordines exercere, sine expressa licentia Ordinarii.

INsuper, ut rectius omnia peragantur, statuimus, & ordinamus, sub pœnaque decem librarum cuilibet Rectori, vel regenti curam animarum cujuslibet parochiæ præcipimus, & mandamus, ne in ecclesiis, seu capellis suæ parochiæ aliquem ex presbyteris, diaconis, vel subdiaconis a nobis, vel ab alio quolibet Episcopo ad sacros ordines nuper promotis, celebrare, vel pertinentia ad sacros ordines exercere permittant; quin prius a magistro nostro cæremoniarum approbati fuerint, & a nobis, seu a Vicario nostro generali licentiam in scriptis ad prædicta exercenda obtinuerint: ut aliis nostris edictis generalibus super his editis cautum, & publicatum fuit.

CAPUT V.

IDEM.

Qui non fuerit subdiaconus, ne dalmatica indutus Epistolam cantet: nec is, qui non est presbyter, qui novenis, & annuis admittatur.

IN quibusdam ecclesiis nonnulli ministeria sacra, quæ sibi non competunt, exercere non verentur. Quare decretis sacri concilii Tridentini adhærentes, hac constitutione sancimus; ne in posterum illi, qui non fuerint ad sacrum subdiaconatus ordinem promoti, dalmatica induti Epistolam cantent, aut altari tamquam subdiaconi deserviant. Et illi, qui ad presbyteratus ordinem non sunt promoti, non admittantur a curatis in novenis, & annuis pro defunctis celebrandis: licet promittant se missas postea per se, vel per alios celebraturos. In ecclesiis tamen suorum beneficiorum non excludantur a lucro suis beneficiis competente propter interessentiam tam in exequiis, quam in anniversariis, & aliis divinis officiis. Qui vero non paruerint, atque curati, qui supradicta in suis ecclesiis permiserint, pro qualibet vice pœnam quinque librarum ipso facto incurrant.

CAPUT VI.

IDEM.

Quæ missæ pro conventualibus dici possint.

CUM sæpe contingat, quæstiones, & jurgia oriri inter curatos, qui ad missam conventualem quotidie, vel aliquibus diebus pro populo celebrandam ex ordinatione, & taxatione Prælatorum tenentur, vel in futurum forsan tenebuntur, & parochianos illorum super missis, quas dicti curati pro conventualibus dicere possunt: ideo volentes, & desiderantes pro munere nobis injuncto, dictis discordiis obviare, omniaque cum pace, & tranquillitate fieri, & gubernari; hac constitutione sancimus, & ordinamus, prædictos Rectores, & curatos, qui ad prælibatam certam taxam, seu numerum missarum tenentur, seu tenebuntur, censeantur dicto missarum numero, ac populo satisfecisse, & in numerum dictarum missarum collocare, & ponere potuisse, & posse illas missas, quas diebus Sabbati de Virgine Maria dicent, & alias, quas pro benedictione nubentium celebrabunt; nec non illas, quas pro sepultura corporis alicujus defuncti, vel quæ vulgo novena, & caput anni vocatur, dicent, vel decantabunt: dummodo illas dicant hora solita, & assignata ad missam conventualem dicendam, & in eisdem pro populo sibi commisso orent: exceptis Dominicis diebus & festivis.

CAPUT VII.

FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

Sacerdotes cum magna reverentia celebrabunt.

CUM juxta sacrum concilium Tridentinum saltem Dominicis diebus, & festis celebrare debeat sacerdos; operam dabit, ut cum magna devotione, magnaque reverentia id faciat; nec pileum, seu birretum celebrando, vel non celebrando super altari ponat: in missa vero omnia clare & distincte usque ad Canonem legat, ut ab audientibus intelligantur, & ad devotionem, pietatem, & contemplationem rapiantur. Divinus enim cultus, quem in domo Dei sacerdos exhibet, cum magna modestia, ac veneratione peragi debet; ut Deo gratus, & audientibus placidus existat; quique eos doceat, instruat, atque reficiat.

CAPUT VIII.

IDEM.

Presbyter sine ministro non celebret.

QUia multoties presbyteri sine ministris missam celebrare non dubitant: hac nostra constitutione sacris canonibus adhærendo sancimus, prohibemus, ut presbyter solus, nisi duobus præsentibus testibus, vel ad minus unico idoneo ministro, missam celebrare non audeat. Debet enim habere secum, qui salutationibus respondeat, & necessitatibus occurrat. Nec audeat etiam quis in capellis, seu oratoriis domorum privatarum, quovis quæsito colore celebrare, sine licentia nostra, vel nostri Vicarii generalis in scriptis obtenta, sub pœna quinque librarum: etiam si dicta missa nuptialis, vel benedictionis nubentium esset, aut pro defunctis.

CAPUT IX.

IDEM.

Nullus sine licentia duas, aut plures missas celebret.

CUM nonnulli simplices, atque ignorantes sacerdotes plures missas eodem die non vereantur celebrare; nostraque ac prædecessorum nostrorum concilia id prohibentia non attendant: hac synodo approbante statuimus, & ordinamus; ut deinceps sine nostra, vel Vicarii nostri generalis facultate, nisi in casibus a jure permissis, plures missas celebrare presbyteri non audeant, etiam in die omnium defunctorum postridie Kal. Novembr. pœna decem librarum pro qualibet vice, qui contrarium fecerint, incurrenda.

CAPUT X.

IDEM.

Duabus candelis accensis missa celebretur.

ITem statuimus, & ordinamus; ut nullus presbyter missam celebret sine duabus candelis cereis incensis, & in utraque altaris parte positis, quas extinguere, vel amovere quisquam non possit, donec ipsa missa perficiatur. Quod si quis in elevatione Eucharistiæ lumen habere voluerit, vel haberi consuetum fuerit, ab altari candelam non accipiat, sed aliunde habeat.

CAPUT XI.

IDEM.

In capellis nullus celebret missas diebus Dominicis, & festivis ante missam majorem parochialis ecclesiæ.

INsuper statuimus, & ordinamus; ut in capellis nostræ diœcesis extra parochiales ecclesias constitutis diebus Dominicis, ac festivis missæ, antequam missa conventualis absoluta sit, non celebrentur: ut omnes ad audiendum missas ad suam parochiam accedant, ibique festa, jejunia, decem præcepta legis, symbolum fidei, ceteraque ad salutem animæ necessaria doceantur. Si vero festum Sancti, vel Sanctæ, ad cujus invocationem capella fuerit fundata, occurrat celebrandum, illa die qualibet hora poterit missa celebrari in

dicta

dicta capella, dummodo panis, & aqua ibi non benedicantur; nec ea, quæ ad parochialem ecclesiam pertinent, ibi exerceantur. In plateis autem, vel vicis, aut campis missæ numquam celebrentur, sub pœna excommunicationis.

CAPUT XII.

IDEM.

Presbyteri alterius diœcesis sine litteris commendaticiis ad celebrandum non admittantur.

CUM clericus alterius diœcesis sine litteris commendaticiis, seu dimissoriis ad divina peragenda officia admitti non debeat; temeritatem nonnullorum subditorum refrænantes, qui clericos peregrinos sacris operari permittunt; & quod pejus est, animarum curam eisdem committunt: hac synodo approbante statuimus, & sub pœna decem librarum prohibemus; ne quis Rector, vel Vicarius aliquem ex presbyteris alterius diœcesis ter in sua parochia celebrare permittat, sine nostra, vel nostri Vicarii generalis licentia.

CAPUT XIII.

IDEM.

Peracta Præfatione pulsetur campana.

QUia multi ex plebe variis detenti negotiis rei sacræ singulis diebus interesse non possunt; cupiuntque relictis rebus suis, saltem in elevatione corporis Christi præsentes esse ad adorandum Dominum; nec tamen qua hora sit eundum, sciunt: proinde hac synodo approbante sancimus; ut Rector, seu Vicarius in missæ celebratione campanam pulsari jubeat peracta Præfatione missæ, antequam sacrum canonem dicere incipiat; ut pius populus Dominum adoraturus, ad ecclesiam possit accedere. Quod si in una, eademque ecclesia plures forsan missæ celebrabuntur qualibet die, satis erit, quod prædicta campana pulsetur in missa conventuali.

CAPUT XIV.

IDEM.

Oretur pro Papa, Regibus & Præsule in celebratione missarum.

HAC nostra constitutione sancimus; ut quotiescumque summus Pontifex, aut Rex Hispaniæ, aut proprius Præsul de vita periclitari contigerit, omnes nostræ diœcesis sacerdotes, sine aliqua alia exhortatione, in suis sacrificiis, & privatis orationibus pro eisdem, ac quolibet eorum Deum orent; & cum ab hoc sæculo migraverint, pro animabus eorum, sine alia monitione, sacrificia, & oblationes offerant.

CAPUT XV.

IDEM.

Celebrantes primam missam choreas non ducant, nec saltationibus intersint.

PErmulti novitii sacerdotes primam missam celebrantes, eodem die cum laicis, ac feminis publice prandent, choreasque ducunt, ac saltant, cumque debeat illo die sacerdos de tanto sibi collato beneficio Deo gratias agere, hac synodo approbante prohibemus; ne deinceps eo die, quo primam missam celebraverit, sed neque in aliis, quibuscumque choreis, saltationibus, cantilenis, atque tripudiis intersit: quin potius cum honestis presbyteris, & personis honesta, si voluerit, convivia peragat. Qui non paruerint, decem librarum pœna mulctentur.

CAPUT XVI.

IDEM.

Omnes genuflectant ad symboli verba, Et homo factus est.

ETsi tantam Creatori nostro laudem, quanta dignus est, præstare non possumus; ipsum tamen toto pectore, totis viribus ac mente colere, & venerari debemus. Cumque fides, & humilitas Deum præ ceteris mulceant, hac nostra constitutione sancimus, atque mandamus, ut symbolum fidei clerici clare, atque aperte cantando proferant; & cum articulus ille, *Et homo factus est*, dicetur, omnes nudo capite, etiam tempore Paschali, genua flectant. Quibus genuflectentibus qualibet vice quadraginta dies indulgentiæ concedimus; ut tam laudabilem, tamquam frugiferam consuetudinem cum fructu servent.

CAPUT XVII.

IDEM.

Ante lucem missa non celebretur, nec celebrantes vino nigro utantur.

QUia nonnulli missam benedictionis nuptiarum audituri, occulte, & sæpius ante lucem id efficere curant, quasi quidpiam inhonesti operis faciant, hunc abusum penitus extirpare volentes statuimus, & ordinamus; ut nullus sacerdos ante lucem missam aliquam dicat, aut celebret, præterquam in die Natalis domini nostri Jesu Christi. Nec in celebratione missarum vino nigro aut rubro, si id commode fieri poterit, utatur. Si quis vero contrarium fecerit, decem librarum pœna punietur.

Motus proprius Pii quinti Papæ de eadem materia.

Venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi Pius Papa quintus.

VEnerabilis frater, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Quantum ex recte ordinatis ecclesiarum rebus, præcipue autem his, quæ non solum ad debitum sanctissimæ Eucharistiæ sacramento cultum, & venerationem exhibendam, sed etiam ad providam, & decentem illius sumptionem, & administrationem pertinent, in Domino gaudemus: tanto ex eisdem neglectis, ac prope destitutis, pastoralemque sollicitudinem desiderantibus mœrore afficimur. Allatum est ad nos non sine magno animi nostri dolore, in omnibus fere istius provinciæ diœcesibus tantam a sacerdotibus in celebrando sacrosancto missæ sacrificio negligentiam, irreverentiamque adhiberi; ut multi, vel plerique eorum hostiis maculosis calicibus sordidis indecorisque pannis coopertis, corporalibus immundis, mappis, albis, & aliis ad ejusdem sanctissimi sacramenti usum destinatis, sordibus obsoletis, maleque compositis utantur; sic, ut quivis fidelium talem, tantamque sacerdotum irreverentiam vix ab impietate sejunctam existimare posse videatur. Ad hæc mala, alia quo-

que non minus gravia, periculoſaque accedere intelligimus; quod iidem poſt pretioſiſſimum ſanguinem ſumptum nullam, vel parvam admodum adhibent curam, ne reliquiæ ſanguinis in calice remaneant, nihil eo tempore attendentes, majorne, an minor ablutio adhibenda, quave calicis parte aſſumenda ſit; cum utrumque manifeſtum ſit, nec minore quantitate majorem omnino attrahi; nec per aliam partem, quam qua ſacratiſſimus Chriſti ſanguis tranſiit, ablutione aſſumenda calicem ipſum bene abſtergi poſſe; quem quidem eos purificandum etiam laicis, & plerumque ſordidis ſervis tradere, eiſdemque pacem quoque cum patena audientibus miſſam deferendam dare conſueviſſe accepimus: qui, præterquam quod illotis manibus, etiam ſæpe peccatis mortalibus onerati, nullo modo ad tale miniſterium admittendi ſunt. Audivimus etiam, aliquos eorum in præparanda tanti ſacrificii celebratione non guttam tantummodo aquæ, quemadmodum fieri debet; ſed plus aquæ, quam vini, aut tantundem aquæ quantum vini in calice infundere. Quæ ſi vera ſunt, quoniam a tanti ſacrificii dignitate manifeſto aliena eſſe, ac præterea ſimplicibus hominibus talia, tantaque myſteria irreverenter tractari cernentibus ſcandalum maximum afferre dignoſcuntur; idcirco fraternitati tuæ mandamus, & diſtricte præcipimus; ut ea in tua diœceſi diligenter per te, vel per idoneos viros inquiſita, quam primum corrigi, atque emendari jubeas, clerumque tuum tam in ſynodis, quam in reliquis congregationibus, quas cum tuis clericis, & curatis habueris, tuo, noſtroque itidem nomine ſedulo moneas, & horteris; ut ab his, quos ſupra diximus, abuſibus, & a reliquis, ſi qui forſaſſe eorundem ſacerdotum incuria irrepſerint, omni ſtudio caveant; omnemque poſthac operam, diligentiamque ſuam in eo ponant, ut ſacroſanctum hoc miſſæ ſacrificium, quanta maxima fieri poteſt, non ſolum interiori cordis puritate, ac munditia, ſed exteriori devotionis, pietatiſque ſpecie peragatur, atque adminiſtretur. Volumus autem, ut concionatores in tua diœceſi verbum Dei prædicaturi, populum ipſum ad debitum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramento latriæ cultum, qui vero Deo debetur, adhibendum frequenter hortentur, & quibuſcumque recte poterunt, modis excitent. Eſt enim valde timendum; ne ſi tale, tantumque ſacramentum vel a ſacerdotibus irreverenter tractari, vel a populo negligi contigerit; ab utriſque illud Deus, quod abſit, quemadmodum ab hæreticis auferri permittat. Ita igitur fraternitas tua hæc, & ſi quæ alia ſunt, ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia exequi ſtudeat; ut & nobis, quæ de te audire cupimus, ſemper renuntientur; & cum paſtor paſtorum apparuerit, ab auditione mala tibi timendum non ſit. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die octava Januarii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus noſtri anno quinto.

T. Aldobrandinus.

CAPUT XVIII.

IDEM Ferdinandus Loazes.

Ne presbyteri in celebratione miſſarum ſe invicem impediant.

SI plures miſſæ eodemmet tempore celebrandæ erunt, non celebrentur, ubi commode fieri poterit, in altaribus ita propinquis, ut ſacerdotes mutuo ſe audiant, & intelligant, & quodam modo ſe invicem impediant: ſub pœna trium librarum ab eo incurrenda, qui poſterius miſſam inceperit priori nondum finita.

CAPUT XIX.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

Qui divinis officiis non interſunt, vel præſentes alias res agunt, diſtributiones amittant.

CUM illi, qui in choro conveniunt, canendi, ſeu pſallendi, & non confabulandi, ſeu dormiendi gratia convenire debeant: ut ita decenti clericorum numero, majorique ſollemnitate, & reverentia divina officia peragantur; pariterque ab omnibus in pſalmis, & canticis devote, ac reverenter nomen Domini laudetur: & ut burſarius, ex cujus diligentia fere totam chori diſciplinam, ejuſque regimen pendere compertum eſt, certo ſciat, quibus diſtributiones quotidianas juxta ſacramentum ab eo præſtitum in introitu ſui officii, tuta conſcientia ſolvere, & exhibere poſſit, & debeat: hac noſtra conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus; ut qui in matutinis ante finem Pſalmi *Venite exultemus*; in aliis horis ante initium ſecundi Pſalmi; in miſſa vero conventuali, vel anniverſarii ante Epiſtolam non venerit; & uſque in finem divino officio non interfuerit, & in majori ſaltem parte miſſæ, vel cujuſcumque horæ canonicæ confabulationibus, vel deambulationibus, vel ſomno operam dederit, illius horæ diſtributione privetur. Et ſi dicta diſtributio a dicto burſario pro illa hora, qua id egerit, ei dabitur, ad reſtitutionem illius in foro conſcientiæ teneatur; niſi pro celebranda miſſa, vel alia urgente neceſſitate permiſſu, & licentia præſidis e choro exiens.

CAPUT XX.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo an. MDLXVI.

Quid deceat clericos in choro, & divinis officiis agere.

QUia honeſtatem nobis, & præcipue in eccleſiis, dum divina celebrantur officia, clerici ſervare debent: hac ſynodo approbante ſtatuimus, & ordinamus, ut cumprimum clerici eccleſiam intraverint, ſuperpelliceis mundis, ac minime laceratis induantur. Item in proceſſionibus, & choro ſilentium, & gravitatem ſervent; nec litteras, aut ſcripturas aliquas legant, nec confabulentur, ſed nec privatim officium dicant: quin potius horis canonicis intendant, pſallant, & cantent, non feſtinanter, ſed lente, ac pedetentim. Contrarium vero facientes diſtributione illius horæ priventur. Mandantes etiam, ut horæ Veſperarum, & Completorii, quoties id commode fieri poterit, in choro eccleſiarum, & non ante capellas, intra, vel extra eccleſias con-

ſtru-

structas, sub pœna trium librarum a clericis decantentur.

Ad quam redituum, seu fructuum restitutionem teneantur, qui divinum officium vel in choro, vel privatim quolibet die non dicunt: declarat Pius quintus Pontifex maximus motu proprio sequenti:

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EX proximo Lateranensi concilio pia, & salubris sanctio emanavit; ut quicumque habens beneficium ecclesiasticum cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, divinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit; beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officii, & temporis, suos non faciat; sed eos, tamquam injuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cujusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei evidentius, atque expressius providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit; omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur: qui vero Matutinum tantum, dimidiam; qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus, non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia juxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucri fecisse prætendat; is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem; item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse. Declarantes præstimonia; præstimoniales portiones, & quaslibet alia beneficia etiam nullum omnino servitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium parvum beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum; & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ MDLXXI. duodecimo Kal. Octobr. Pontificatus nostri anno sexto.

Cæsar Glorietius. H. Cumyn.

CAPUT XXI.

Idem Ferdinandus.

Quomodo puniendi sint qui extra chorum per ecclesiam vagantur.

EXterminantes abusum quorundam clericorum, qui dum divina peraguntur officia, choro exeunt, & per ecclesiam perambulando, vagantur: statuimus, & ordinamus; ut quicumque clericus, divinorum officiorum, tempore, extra chorum per ecclesiam deambulando, colloquendo, confabulando, vel officium privatim dicendo repertus fuerit; illius horæ distributiones amittat. Quod si semel correptus non destiterit, per mensem distributionibus careat. Quod si adhuc pertinaciter se gesserit, graviori pœnæ imponendæ subjaceat.

CAPUT XXII.

Idem.

Laici, dum divina celebrantur officia, chorum non ingrediantur.

QUia in choro, dum divina celebrantur officia, laicos, & potissimum mulieres, inter clericos sedere non decet; hac synodo approbante sancimus, & cunctis laicis cujuscumque gradus, & condicionis existant, sub excommunicationis pœna præcipimus; ut posthac, dum divina celebrantur officia, chorum non ingrediantur; immo a curatis, vel chori præsidentibus sub pœna decem librarum expellantur. Quia tamen in plerisque nostræ diœcesis ecclesiis, propter clericorum penuriam, consuetudine quadam, seu necessitate est introductum, ut laici in choro cum clericis cantent; tales laicos cantare scientes hac nostra constitutione comprehendi minime volumus: dum tamen ipsi neque in choro, neque in processionibus, neque in aliis divinis officiis superpelliceis, roquetis, aut sacris clericorum indumentis vestiantur, & utantur; illis exceptis, qui crucem, vel candelabra, vel turibulum, vel vexillum in processionibus portabunt: his enim permittimus, ut in dictis casibus, vel similibus lineis vestibus utantur, Rectorum arbitrio, & consensu.

CAPUT XXIII.

Idem.

Laici, dum divina decantantur officia, per ecclesiam non deambulent.

CUM laici plerumque ad cathedrales, & collegiatas, vel alias quascumque ecclesias nulla devotione, sed potius gerendarum rerum, & tractandorum negotiorum gratia confluant; & nihil minus ibidem, quam de sacris, & divinis rebus agant: eorum insolentiam reprimentes, hac nostra constitutione sancimus; ut cum in ecclesiis prædictis missa conventualis, vel alia divina officia celebrantur, nullus cujuscumque gradus, vel condicionis existat, per ecclesias, quæ domus orationis sunt, eo tempore deambulare audeat. Si quis autem contrarium fecerit, tamquam divinorum officiorum perturbator expellatur; & alias arbitrio præsidentis in ea ecclesia, si videbitur, puniatur.

CAPUT XXIV.

Antonius Augustinus in synodo anno MDLXXXI.

Quibus saltem diebus parochiani teneantur in sua parochia missas conventuales audire.

COnstitutiones antiquas hujus nostræ diœcesis innovantes, negligentiæque nonnullorum obviare volentes, præsenti constitutione sancimus, & sub

& sub pœna excommunicationis minoris ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis parochianis, vel subditis, qui nunc sunt, vel pro tempore erunt; ut saltem tertio quoque Dominico die, postquam ad annos discretionis pervenerint, missam conventualem integre in sua parochia, cessante legitimo impedimento, audiant. Pastores vero, & alii, qui ad pascendum greges, aliave jumenta sunt destinati, saltem alternis diebus Dominicis, sub eadem pœna excommunicationis minoris per eos, & eorum dominos, si eosdem impedierit, ipso facto incurrenda, eidem missæ conventuali in sua parochia intersint; ut rudimenta Fidei, & alia eorum saluti necessaria a suis parochis audire, & memoriæ mandare valeant.

CAPUT XXV.

Idem.

In die Cenæ domini nostri Jesu Christi concio, & processio fiant de die, & non noctu.

QUia a fide dignis accepimus, feria quinta majori, quæ dicitur Cenæ domini nostri Jesu Christi, plura fuisse secuta in diversis partibus scandala; eo quod processio, & concio Passionis Domini nostri, quæ dicta die fieri, & haberi solent, fere in omnibus ecclesiis noctu, non autem de die fieri, & haberi solebant: ideo providere desiderantes, ne eadem, vel majora scandala in ecclesiis nostræ diœcesis hac de causa eveniant; præsenti constitutione sancimus, & sub pœna decem librarum ipso facto incurrenda omnibus, & singulis hujus nostræ diœcesis curatis mandamus; ne de cetero patiantur, ut dicta die processio, nec concio supradictæ noctu fiant, vel habeantur. Eisdem etiam curatis sub eadem pœna injungentes; ut non patiantur dicta feria quinta ultra unam missam in sua parochia dici, casu necessitatis excepto: neve ecclesias suas noctu apertas omnibus habeant, sed tantum clericis, aliisve viris honestis. Mulieribus vero sub excommunicationis pœna interdicimus, ante auroram ingredi ea nocte ecclesias nostræ diœcesis.

CAPUT XXVI.

Idem.

Aquæ benedictæ aqua rosacea, vel muscata, vel alia similis non immisceatur.

SOlent nonnulli in Missis novis, & aliis solemnitatibus confraternitatum, & aliis similibus, dum aqua benedicta in dictis festis, & solemnitatibus populo aspergitur, aquam odoriferam, & quam muscatam dicimus, permiscere, quæ omnia, experientia docente, tranquillitatem in celebratione divinorum officiorum requisitam perturbare, & offendere solent. Quare prædictam consuetudinem, seu verius corruptelam a nostris ecclesiis avellere cupientes, præsenti constitutione sancimus, & sub pœna trium librarum ipsis curatis præcipimus; ne supradicta in sollemnitatibus, & festivitatibus, quæ in suis parochiis celebrabuntur, fieri permittant. Sale enim solum benedicto misceri aqua naturalis debet, ut ab Helisæo Propheta factum est; idque est a beato Alexandro Papa constitutum, ut ea conspersi purificentur, atque sanctificentur.

TITULUS VIII.

DE SACRIS VASIS, AC ORNAMENTIS ALTARIUM, ET ECCLESIARUM.

CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in synodo anni MDLXVI.

Altaria quomodo debeant onorari.

STatuimus, & ordinamus, ut altaria quæcumque & præsertim altare majus cujuscumque ecclesiæ tribus mappis, aut saltem duabus cum corporalibus mundis, atque decentibus ornetur, ac coopertorio ex corio nitido tegantur: & si Rector, Vicarius, seu beneficiatus, ad quem altaris cura spectat, contra fecerit, vel in his negligens fuerit; pœna trium librarum pro qualibet vice puniatur.

CAPUT II.

Idem.

Qualia debent esse corporalia, & calices.

QUia corporalia serica a jure improbantur, eo quod commode mundari non possunt: hac nostra constitutione sancimus; ut serica corporalia minime fiant, sed ex lino mundo conficiantur, & integra sint sine ullis foraminibus. Calices autem sint non ex ligno, non ex vitro, neque ex ære, vel plumbo, vel stagno; sed ex auro, vel argento tota superior sit calicis pars, qua sanguis Christi continetur; nec unquam presbyteri immundos, aut fractos; sed integros, ac mundos calices habeant. Si quis vero contra hanc nostram constitutionem quidquam attentare præsumpserit; pro qualibet vice pœnam decem librarum incurrat.

CAPUT III.

Idem.

Calices, & ecclesiastica ornamenta non vendantur.

INsuper statuimus, & ordinamus; ut calices, & alia ecclesiastica ornamenta sine nostro, seu nostri Vicarii generalis decreto in scriptis obtento, pro quacumque causa, seu pro quocumque debito nullatenus laicis vendantur, seu pignorentur: neque aliquibus laicis extra ecclesiam commodentur.

CAPUT IV.

Idem.

Altaris ornamenta quando sint mundanda.

SAcerdotum negligentiam reprimentes statuimus & ordinamus, ut a sacerdote, vel aliis clericis honestis corporalia, ac altaris ornamenta, cum opus fuerit, & ad minus in quattuor festis sollemnibus mundentur. Si contra factum fuerit, trium librarum pœnam illi, ad quos hujusmodi negotium pertinet, pro qualibet vice sustineant. Si vero corporalia fuerint usque adeo turpia, ut mundari minime possint; vel forsan adeo lacera, quod ministerio altaris deservire non possint, comburantur; & eorum cineres in sacrarium recondantur. Ampullæ quoque, quibus vinum, & aqua ministratur in altari, laventur quotidie: ut in omnibus munditia appareat, qua Dominus delectatur.

CAPUT V.

IDEM.

Ornamenta, & ſacra vaſa laici non tractent: & quomodo pax ſit eis tribuenda.

CUM res ſacras tangere non niſi ſacratis hominibus concedatur: ſynodo approbante hac noſtra conſtitutione ſancimus, ut ſacra vaſa, calices ſcilicet, chriſmatis vas, cuſtodia Euchariſtiæ, corporalia, reliquaque altaris ornamenta a laicis hominibus non tangantur, neque attrectentur: neque cum patena conſecrata pax deferatur, ſed cum cruce, vel alio vaſe, aut tabula picta, vel ex aliquo metallo facta, ad pacem dandum ſingulis commoda, unde etiam vulgo *Porta pau* nominatur.

TITULUS IX.
DE OFFICIO SACRISTÆ.
CAPUT I.

ANTONIUS Auguſt. in ſynodo an. MDLXXVIII.

Sacriſtæ eccleſiarum habeant veſtimenta ſacra, & ornamenta, & vaſa munda.

CUM nimis abſurdum ſit, ſordes in ſacris negligere, ideo præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis ſacriſtis quarumcumque eccleſiarum noſtræ diœceſis, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint; ut omnia ornamenta, ac veſtimenta, & vaſa ad divinum cultum dedicata, munda, ac nitida habeant: amictuſque, albas, & alia omnia linea veſtimenta, ſaltem alterna quoque menſe mundent, ſeu mundari faciant, candidaque ſacerdotibus celebraturis tradant; ut per externi candoris ſpeciem interior ipſorum ſacerdotum munditia denotetur. Quod ſi hac in re ſacriſta negligens fuerit, pœna pecuniaria arbitrio noſtro, ſeu noſtri Vicarii generalis puniatur.

TITULUS X.
DE SACRAMENTO ORDINIS.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

ADMONITIO.

CUM ordinis ſacramentum huc ſpectet, ut per illud in Eccleſiæ miniſterium hi aſſumantur, qui doctrina, & vitæ ſanctitate altiſſimo Deo inſervire, ſacraque munera perſolvere, atque in via ſalutis populo lumen præferre valeant: idcirco curatis omnibus enixe præcipimus; ut quoties edictum aliquod de ſumendis ſacris ordinibus in eccleſia ſua evulgabunt, de ejus ſacramenti dignitate verba aliqua faciant; & parochianos ſuos moneant; ut ſi qui fuerint, qui aliquid adverſus mores, vitamque illorum, qui promoveri deſiderant, cognoſcant; illud charitatis zelo Parocho ſuo ſecrete nunciare non vereantur: ut hac ratione, & qui initiandi ſunt, ſeu initiati jam erunt, ordinis dignitatem cognoſcentes, eam vivendi rationem tenere ſtudeant, quæ a ſuſcepto, vel ſuſcipiendo gradu minime aliena ſit; et ceteri fideles intelligant, quantum Eccleſiæ miniſtris honorem tribui oporteat. Parochus inſuper interrogare curabit viros probos, & boni teſtimonii, apud quos ordinandus potiorem vitæ partem tranſegerit; cujus Parochi, & teſtium in hac parte conſcientiam oneramus; an ordinandus bonis moribus ſit præditus, an honeſtate converſationis, an natus ex legitimo matrimonio, an inceſtuoſus ſit, vel publice adulterium commiſerit, aut concubinam habuerit, vel publicus aleator ſit, an ſimoniacus, uſurarius, homicida, percuſſor, ſeditioſus, bigamus, hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus, aut in fide novus, an irregularis ſit, infamis apoſtata, excommunicatus, interdictus, aut ſuſpenſus, an publicam aliquam pœnitentiam ſuſtinuerit. Quorum teſtium depoſitiones ſigillo proprio Rectoris clauſas, & ſigillatas volumus, ordinandum cum edicti præfati publicatione ad nos deferre, aut alias ad nos mitti.

TITULUS XI.
DE SACRAMENTO MATRIMONII.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

PROŒMIUM.

MAtrimonii ſacramentum a Deo ad humani generis propagationem inſtitutum, ac deinde Jeſu Chriſti domini noſtri præſentia decoratum, pie, ſancteque a fidelibus tractari oportet. Quare ut omnes morum corruptelæ in matrimoniis contrahendis magna hominum culpa introductæ omnino tollantur, Parochis jubemus, ut illud beati Auguſtini populo ſæpe inculcent: nuptiale ſcilicet bonum tribus partibus contineri, fide, prole, & ſacramento. Fide, ut ſanctum conjungii fœdus numquam violetur. Prole, ut filii generentur, qui Dei auxilio a parentibus religioſe educati, æternæ beatitudinis hereditatem accipiant. Sacramento, ut numquam conjugium ſeparetur.

CAPUT I.

IDEM.

Qui matrimonium contraxerunt, non ſeparentur ſine licentia Eccleſiæ.

QUoniam tanta eſt quorundam hominum temeritas, ut contra ſancta matrimonii jura a matrimoniali thoro, vel domicilio, vel ab ipſo etiam matrimonio, quantum in ipſis eſt, diſcedere temere, ac flagitioſe tentent. Ideo ne in re tam gravi, & ſancta, quod ſæpe accidit, graviter, & periculoſe peccetur, Parochi officium ſit, ſi quos ejuſmodi animadverterit, eos privatim trina monitione monere, ut ne quid tale præcipites audeant attentare. Quod ſi dicta monitione non obſtante, uxores ſuas dicti temerarii homines dimiſerint, præfatus curatus nos, vel noſtrum Vicarium generalem certiorem faciat: ut de competenti remedio providere valeamus.

CAPUT II.

IDEM.

Parochi nullos invitis parentibus matrimonio jungant, ſine licentia Prælati.

QUamvis matrimonia, quæ invitis parentibus fiunt, non ideo irrita ſint; quia tamen, quando illis invitis contrahuntur, pleraque mala & ſcandala oriri ſolent: his occurrere volentes, hac noſtra conſtitutione ſancimus, diſtrícteque præcipiendo mandamus; ne Parochus ullus eos, quos probabiliter ſciverit, invitis parentibus matrimonium contrahere velle, matrimonio jungere,

vel

vel alicui presbytero jungendi facultatem dare præſumat: neve presbyter ullus de Parochi facultate, quocumque prætextu aliquos invitis parentibus matrimonio copulare audeat; ſed de ea re Ordinarium certiorem reddat, ut, quid ſit agendum, Ordinarius ipſe mature deliberet. Si ſecus fecerit, tam proprius curatus, quam quilibet alius presbyter peccati mortalis reus teneatur, & noſtro arbitrio puniatur.

CAPUT III.

IDEM.

Exteri, & ignoti ne a curatis ſine Ordinarii licentia matrimonio copulentur.

SI quando Parochi ad exteros, ac ignotos matrimonio conjungendos vocati fuerint, etiam ſi alter eorum civis ſit, hac noſtra conſtitutione ſancimus; ne id nobis inconſultis faciant dicti Parochi, vel eorum loca tenentes. Quod ſi contrarium fecerint, pœnam trium librarum incurrant.

CAPUT IV.

IDEM.

Sponſalia verbis futuri temporis contracta, ſine licentia noſtra non diſſolvantur.

INſuper etiam, ut omnia illis, quibus decet, prudentia, & maturitate fiant: hac noſtra conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus; ut ſponſalibus inter aliquos verbis futuri temporis, ac jurejurando contractis, nullus audeat ſuam ſponſam invitam relinquere, & cum alia contrahere, niſi prius dictorum ſponſaliorum diſſolutio a nobis, ſeu a Vicario noſtro generali petita, & obtenta fuerit. Quam, ſi rationabilem invenerimus ſubeſſe cauſam, non denegabimus. Si quis autem contra hanc conſtitutionem attentare præſumpſerit, arbitrio noſtro puniretur.

CAPUT V.

IDEM.

Communes preces ignorantes, & fidei ſubſtantiam, ne matrimonio jungantur.

UT parochiani cujuslibet parochiæ ea, quæ pertinent ad inſtructionem Fidei ſanctæ catholicæ, majori vigilantia ſtudeant memoriæ mandare, ſtatuimus, & ordinamus; ne Parochus, ſeu curatus aliquis inter eos matrimonia celebret, ſeu eos matrimonio conjungat, quos veriſimile ſibi fuerit, vel propter ruſticos mores, vel animi deſidiam, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, ſymbolum Apoſtolorum, & præcepta legis neſcire: & ut magis plebem ad hæc perdiſcenda moveant, ſe hoc decretum concilii noſtri ſynodalis executioni mandaturos eſſe, plebi ſuæ, cum opportunum fuerit, ſignificent. Parochi vero contrarium facientes, ultra peccatum mortale, pœnam etiam trium librarum incurrant.

CAPUT VI.

IDEM.

Contrahentes matrimonium in gradu prohibito ſcienter, pro excommunicatis publicentur.

DEcretis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adhærentes, temeritatemque, & audaciam nonnullorum refrænare, & reprimere cupientes, præſenti conſtitutione ſancimus, omnibuſque curatis noſtræ diœceſis diſtricte præcipiendo mandamus; ut cum primum ad eorum notitiam pervenerit, aliquos conſanguineos, vel affinitatis gradu conjunctos, ſcienter, & malitioſe matrimonium contraxiſſe, ſub ſpe obtinendi a ſede Apoſtolica diſpenſationem, eoſdem pro excommunicatis in eccleſiis ſuis, ſine alio noſtro mandato, publicent, & denuntient, & pro excommunicatis ab omnibus haberi, & vitari mandent.

CAPUT VII.

IDEM.

Nuntiato impedimento, vel detecto inter contrahentes matrimonium, quid a Parocho agendum ſit.

SI impedimentum aliquod ad matrimonium contrahendum, facta aliqua monitione Parochus cognoverit, ad aliam denuntiationem, ſive ad illius matrimonii celebrationem nullo modo progrediatur, niſi prius de hujuſmodi impedimento, etiam ſi falſum, vel malitioſum videatur, nos, vel noſtrum Vicarium generalem certiorem fecerit; & quid in hac re faciendum ſit, acceperit. Cum autem viri, ac mulieris nomina Parochus denuntiaturus eſt, ea non antea publicet, vel denuntiet in eccleſia ſua; quam certo ſciverit, dictos contrahentes, aut eorum parentes eiſdem denuntiationibus libenter, & ſponte aſſentire: qui ſi ad diverſas parochias pertinent, ſatis erit, a proprio cujuſque Parocho eum conſenſum cognoſci, ejuſque teſtificatione alteri Parocho id affirmari. Caveant etiam Parochi, ne alienæ parochiæ ſponſum, ſponſamve in matrimonium jungant, niſi prius a proprio illius contrahentis Parocho teſtimonium ſcriptum, & obſignatum habeat, quo ſibi teſtatum ſit, denuntiationes eſſe factas, aut voluntate, & licentia proprii Epiſcopi fuiſſe prætermiſſas; nullumque ſubeſſe impedimentum matrimonio contrahendo. Et cum his etiam licentiam obtineat ad dictum contrahentem alienæ diœceſis matrimonio jungendum; ne alias incurrerent pœnas in concilio Tridentino contentas. Si vero Parochus, ſeu curatus ille, cujus teſtimonium, & licentia deſiderantur, alienæ ſit diœceſis, prælertim extra regnum, vel provinciam, illa etiam, ſcilicet teſtimonium, & licentia deſponſandi illius ſubditum, Epiſcopi loci illius ſigillo ſint munita, & recognita; deinde per nos, ſeu noſtrum Vicarium generalem a quibus Parochus ſubditus noſter, quid hac in re ſibi faciendum ſit, ſpectare debet. Quod ſi forſan parochialis eccleſia, a qua teſtimonium, & licentia prædicta deſiderantur, admodum remota ſit, ita ut teſtimoniales litteræ haberi commode non poſſint; tunc nihil ſine noſtra, vel Vicarii noſtri generalis licentia curatus, in cujus parochia matrimonium contrahendum eſt, ſtatuat, ne quod ſæpe contingit, ab hominibus incognitis, & incertas ſedes habentibus plures ducantur uxores, aut receptæ deſerantur.

CAPUT VIII.

IDEM.

Qui de licentia Prælati, antequam monitiones fierent, matrimonium ex cauſa contraxerunt, non cohabitent, donec dictæ monitiones poſtea

ea absolutæ sint; & verba contrahentium alta voce proferantur.

UT scandalis, quæ facile in dies evenire possent, obviemus; præsenti constitutione sancimus, & omnibus curatis nostræ diœcesis præcipimus, & mandamus, ut quotiescumque ex nostra licentia, necessitate ita postulante, matrimonium inter aliquos ante denunciationes publicas celebratum fuerit, moneant Parochi dictos conjuges, ut etiam tunc a cohabitatione, usque matrimonii tamdiu abstineant, donec denuntiationibus publice habitis cognitum planu sit, nullum subesse impedimentum: ne si quod usu venire facile potest, impedimentum aliquod post contractam copulam deprehendatur, matrimonium dirimi cum gravi scandalo oporteat. Mandamusque etiam, ac præcipimus dictis curatis, ut eos, quos matrimonio conjungere sperant, non aliter conjungant, nisi certo sciant, capitula matrimonialia inter eos inita, ab utraque parte firmata, & jurata fuisse: ac ad confitendum prius peccata sua moneant, & inducant, ut sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ante matrimonium recipiant. Et tempore contractus matrimonii inducant eosdem contrahentes ad proferendum alta, & intelligibili voce verba, quibus consensus utriusque exprimitur: ita ut a circumstantibus comprehendi, & intelligi valeant.

CAPUT IX.

IDEM.

Quam pœnam incurrant publicantes banna turpia in contractu matrimonii secundo contrahentium.

CUM in quibusdam hujus nostræ diœcesis populis quædam inoleverit ab antiquo pessima consuetudo, seu verius corruptela, ut cum secundæ nuptiæ inter aliquos viduos contrahuntur, quidam maligno, & depravato spiritu ducti, banna quædam inhonesta facere, & publicare tripudia, choreas, & alia similia convicia attentare non verentur. Quæ omnia cum cedant in maximum vilipendium, contemptum, & irrisionem sacramenti matrimonii, ad propagationem generis humani a Domino nostro instituti, idcirco nos desiderantes hujusmodi abusum e medio tollere, & ea, quæ pertinent ad sacramenta sacrosanctæ matris Ecclesiæ illis, quibus decet, veneratione, reverentia, & religione ab omnibus tractari, hac nostra constitutione sancimus, & prohibèmus, ne in posterum audeat aliquis cujusvis status, gradus, vel conditionis sit, aliqua ex supradictis facere, sub pœna excommunicationis. Rectoribusque in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut hanc nostram constitutionem, quam primum poterunt, populo sibi commisso, dum divina celebrabunt, publicent, & denuntient; & cum id evenerit, omnes moneant, & inobedientes a divinis arceant, aut nos, & nostros Vicarios generales certiores faciant.

CAPUT X.

FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

Matrimonium contrahentes intra quattuor menses benedictionis missam audiant.

QUia plerique matrimonia contrahentes, nuptiale sacrum, quod Missam benedictionis dicimus, in longum tempus procrastinando audire differunt, præsenti constitutione sancimus, ut quicumque matrimonium contraxerint, intra quatuor menses a die contractus matrimonii computandos, Missam benedictionis audiant. Qui vero contra hanc constitutionem dolose fecerint, tamquam præcepta, & ordinationes Ecclesiæ contemnentes, sententiam excommunicationis minoris incurrant. Mandantes Rectoribus sub pœna decem librarum, ut eos a divinis eiiciant: dum tamen eos bis ante interpellaverint, & hujus decreti sententiam declaraverint. Hæc autem constitutio contra secundo nubentes locum non habeat.

CAPUT XI.

IDEM.

Clandestina matrimonia prohibentur.

CLandestina matrimonia a jure penitus reprobantur. Ideoque hac nostra constitutione sancimus, & sub pœnis in concilio Tridentino contentis præcipimus, atque mandamus, ut nullus posthac hujusmodi matrimonia clandestine contrahat, neque eisdem presbyter intersit. Immo præcipimus cunctis Rectoribus, & Vicariis, ut per tres dies Dominicos, vel festos, ante quam matrimonia fiant, in suis parochialibus ecclesiis, dum divina celebrantur officia, eadem matrimonia populo denuntient, ut si quis aliquod impedimentum sciverit, illud revelare possit. Iubentes etiam, & prohibentes ipsis contrahentibus sub pœna pecuniaria arbitrio nostro injungenda, & operibus piis largienda, ne dum dictæ tres monitiones fiunt, præsumant in domo puellæ, seu viduæ, cum qua contrahere volunt, sive in alia aliquo modo pernoctare, vel copulam cum ea contrahere.

Quibus temporibus benedictiones nubentium fieri possint, seu celebrari; canon Concil. Trident. session. XXIV.

AB Adventu domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusive, antiquas sollemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sancta synodus præcipit: in aliis vero temporibus nuptias sollemniter celebrari permittit, quas Episcopi, ut ea, qua decet, modestia, & honestate fiant, curabunt. Sancta enim res est matrimonium, & sancte tractandum.

CAPUT XII.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Contracturi matrimonium durantibus monitionibus non cohabitent.

ANimarum saluti, & reverentiæ sacramento matrimonii debitæ intendentes, nostra hac constitutione statuimus, & ordinamus, & singulis Rectoribus, & curatis hujus nostræ diœcesis sub pœna decem librarum præcipimus, & mandamus: ne sine nostra, seu nostri Vicarii generalis licentia, eos matrimonio verbis præsentis temporis

poris conjungant, quos iotellexerint duraotibus monitionibus cohabitaſſe, aut turpiter luſiſſe. Quibus non aliter volumus per noſtros Officiales licentiam contrahendi matrimonium inter ſe promiſſum dari, & concedi; quam ſi prius dictus audax contrahens unum ducatum ſolverit; & parentes, ſeu fratres, vel alii, quibus cuſtodia dictæ uxoris futuræ commiſſa eſt, alium ducatum ſolvant hoſpitali, ſi in dicta parochia reperiatur: vel pauperibus ejuſdem loci arbitrio Rectoris, ſeu curati applicandos.

TITULUS XII.
DE SECUNDIS NUPTIIS.
CAPUT I.
Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXXI.

An, & quando in nuptiis ſecundis benedictio & miſſa nuptialis celebranda ſit.

QUia circa miſſam, & benedictionem ſecundarum nuptiarum quandoque dubitari contingit: ideo decretis Romanorum Pontificum, & frequentiori doctorum hominum opinioni adhærendo, præſenti conſtitutione ſancimus, & ab omnibus hujus noſtræ diœceſis curatis obſervari præcipimus, ut quotieſcumque eis conſtiterit, ambos contrahentes, vel ſaltem mulierem in miſſa nuptiali benedictionem accepiſſe, non iterum eis benedicant; ſed celebrata coram eiſdem aliqua ejus diei, vel alia miſſa, in fine illius legatur illis oratio ſequens: *Omnipotens ſempiterne Deus miſerere famulis tuis, & dirige eos ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiant, & tota virtute perficiant: per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.* Si vero mulier non erit vidua, aut in priori matrimonio benedictionem nuptialem non acceperit, licet contrahens cum ea eam jam acceperit, juxta Hiſpaniæ conſuetudinem, ſecundum formam ab Eccleſia Romana traditam, miſſa nuptialis, & benedictiones dicantur. Contrarium vero facientes arbitrio noſtro punientur. Irregularitatis, & ſuſpenſionis pœnas, quas canones non ipſo jure, ſed Ordinariorum arbitrio committunt, in contumaces, aut ſæpius delinquentes reſervantes.

TITULUS XIII.
DE LAICIS ADULTERIS, ET CONCUBINARIIS.
CAPUT I.
Ferdinandus Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Laici adulteri quomodo a propriis curatis ſint monendi.

QUia plerique conjuges, abjecta pudicitia conjugali, non verentur adulterii deteſtabile crimen committere, & in plurimorum ſcandalum tantique ſacramenti dedecus, in adulterinis amplexibus commorari: nos volentes eorum ſaluti providere, cunctis noſtræ diœceſis Rectoribus, curamque animarum gerentibus diſtricte præcipiendo mandamus; ut quotquot in tam horrendo crimine, & adulterinis, ac concubinariis amplexibus illaqueatos invenerint, moneant, & hortentur, ut intra decem dies a tam enormi crimine prorſus diſcedant: quod ſi moniti inobedientes in peccato perſeveraverint, quamdiu in peccato permanſerint, tamdiu ad eccleſiaſtica ſacramenta non admittantur; atque poſt mortem, niſi de præmiſſis pœnitentiam egerint, eccleſiaſtica ſepultura priventur. Si vero Rectores, aut curati tales monere neglexerint, a nobis, ſeu a noſtro Vicario generali pro qualitate culpæ puniantur. At ſi propter timorem, vel aliquorum potentiam id exequi non audebunt, ſuis nos litteris conſulant, delinquentiumque nomina denuntient, ut contra eos Eccleſiæ remediis procedamus.

Canon ſeſſion. XXIV. Concil. Trident. ſuper eadem materia.

GRave peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere; graviſſimum vero, & in hujus magni ſacramenti ſingularem contemptum admiſſum, uxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere, & retinere. Quare ut huic tanto malo ſancta ſynodus oportunis remediis provideat, ſtatuit, ut hujuſmodi concubinarios, tam ſolutos, quam uxoratos, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, ac conditionis exiſtant; ſi poſtquam ab Ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſejunxerint, excommunicatione feriendos eſſe, a qua non abſolvantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab Ordinario ſevere pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, ſive conjugatæ, ſive ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinariis publice vivunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur: & extra oppidum, vel diœceſim, ſi id eiſdem Ordinariis videbitur, invocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, ejiciantur. Aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in ſuo robore permanentibus.

TITULUS XIV.
DE EXTREMA UNCTIONE.
Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.
ADMONITIO.

SIcut clementiſſimus Redemptor noſter divina in aliis ſacramentis præſidia fidelibus paravit, ut ſe integros ab omni graviore ſpiritus incommodo conſervare poſſent, dum viverent: ita extremæ unctionis ſacramento finem vitæ tamquam firmiſſimo quodam, cæleſtique præſidio munivit. Quare in eo miniſtrando omnem curam Parochus ponat; & quæ hac conſtitutione præſcribimus, quam diligentiſſime perficiat. Sacramentum igitur hoc Parochus adminiſtraturus, pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramenta omnino, ſi fieri poteſt, præmittat; ut ſit ægrotus ad id ſuſcipiendum magis munitus. Quod ſi ſacramenta alia propter loquendi, aliorumque ſenſuum amiſſum uſum præmitti non poterunt, non ideo ſacramentum hoc denegabitur. Hoc tamen ab omnibus curatis perpenſo, ſummoque opere attento, quod quoties id fieri poterit, ægrotis hujuſmodi ſacramentum conferant, dum ſenſibus, & ratione vigent, vet-

bil-

bisque Christianæ charitatis plenis illum prius consolentur, & brevi oratione moneant; ut pro ægritudine, quam divina voluntate patitur, gratias optimo Deo agat, mentem a terrenis avocet, atque ad æternam felicitatem piis omnibus paratam erigat, Redemptoris clementissimi misericordiæ maxime fidat, quam se una cum his, qui adsunt, ei deprecaturum polliceatur. Illud memoriæ retinendo, hujusmodi sacramentum non esse necessario pueris rationis usu, & culpa carentibus, nec amentibus, & furiosis, nisi dilucida habuerint intervalla, conferendum: cum certum sit, illud ad peccatorum reliquias sanandas a Domino nostro institutum fuisse.

TITULUS XV.
DE TESTAMENTIS, ET CODICILLIS.
CAPUT I.
ENNECUS Archiepiscopus in synodo anni MCCCLXXXVIII.

Licet clericis de bonis suis condere testamentum.

STatuimus, & præsenti constitutione in perpetuum valitura cum consilio, & assensu Capituli nostri ordinamus, ut omnes, & singuli clerici sæculares in ecclesiis civitatis, & diœcesis nostræ Tarraconensis beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura obtinentes, & presbyteri etiam dictarum civitatis, & diœcesis nostræ nulla beneficia habentes, de omnibus bonis suis, etiam intuitu Ecclesiæ, seu beneficiorum suorum, vel alias qualitercumque acquisitis, in sua ultima voluntate disponere possint, & ordinare, ac etiam distribuere, pro libito suæ voluntatis: eisque hoc per præsentes indulgemus, ac licentiam plenariam impartimur, omni ordinatione, seu constitutione per nos, seu prædecessores nostros in contrarium edita, in totum abolita, & cassata. Hoc tamen excepto, quod de vasis vinariis, bladariis, & oleareis, in quibus vinum, bladum, vel oleum ecclesiarum, seu beneficiorum reservari solet; quæ penes ecclesias, seu beneficia volumus remanere, etiam si ab eisdem clericis empta, vel acquisita fuerint: & exceptis aliis ornamentis, rebus, vel suppellectilibus, quæ in domibus beneficiorum invenerunt tempore adeptæ possessionis. Proviso tamen, & adjecto, quod clerici in dicta sua ordinatione, seu ultima voluntate recognoscant Prælatum suum Archiepiscopum Tarraconensem in duodecim denariis monetæ Barcinonensis pro libra taxæ beneficiorum, quæ tempore sui obitus in diœcesi Tarraconensi obtinebunt. De beneficiis vero non taxatis recognoscant in duodecim denariis dictæ monetæ pro libra veri valoris; qui valor intelligatur, secundum quod in talliis communibus ipsa beneficia solvere consueverunt. Presbyter autem nullum beneficium obtinens, in sua ultima voluntate recognoscat Archiepiscopum, qui pro tempore erit, in quindecim solidis dictæ monetæ; & his contenti nos, & successores nostri in bonis dictorum clericorum, aliquid ultra petere, seu exigere non possimus: cum ex hoc conditionem nostræ mensæ meliorem faciamus. Statuimusque etiam, prædictum Archiepiscopum, qui pro tempore erit, in his, cæteris creditoribus & legatariis tempore, & jure potiorem esse. Huic constitutioni adnectentes, quod executores dictarum ordinationum, vel ultimarum voluntatum, intra unius mensis spatium a die obitus ipsorum clericorum computandi, coram Archiepiscopo, seu Vicario ejus in spiritualibus & temporalibus ostendere per se vel alium in publica forma dicta testamenta, seu codicillos teneantur; eidemque solvere illud, quod secundum tenorem hujus constitutionis debebitur. Et si forte in sua ultima voluntate clerici ipsi præfatam quantitatem non recognoverint Archiepiscopo patri suo, dum tamen eorum manumissores eandem summam a clerico relictam solverint, ordinationes, seu dispositiones hujusmodi propterea nullatenus irritentur, seu de nullitate arguantur: immo ordinationes dictorum clericorum, seu presbyterorum perinde valeant, ac si ipsi clerici, & presbyteri dictam summam Archiepiscopo patri suo recognoverint. De bonis autem patrimonialibus vel quocumque modo intuitu personarum per ipsos clericos acquisitis, suam ipsi clerici, & presbyteri faciant voluntatem libere, cum hoc eis sit a jure permissum.

CAPUT II.
FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

Legata pia infra annum compleantur.

QUia in hac nostra Tarraconensi diœcesi complures hæredes, ac manumissores sua potius, quam pia curantes, testatorum voluntates maxime pias, quæ pro lege servari debent, adimplere negligunt, suisque machinis in proprios usus pia legata convertunt: hac nostra constitutione sancimus, & cunctis defunctorum hæredibus, ac manumissoribus sub excommunicationis pœna mandamus, ut intra annum a die testantis obitus computandum, omnia pia legata, & alia relicta compleant, ac nullo modo differant.

CAPUT III.
ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Nullus impediat volentes peccata sua confiteri, vel testamentum, vel codicillos condere.

AUdaciam, & temeritatem nonnullorum reprimere cupientes, qui cæcitate cupiditatis bonorum impulsi, non verentur uxores, filios, vel filias, vel alias similes personas sibi conjunctas, seu alias quascumque, quovis quæsito colore, seu respectu impedire, & perturbare, quominus testamentum, vel codicillos libere ordinare, & de rebus suis ad nutum disponere valeant; aut, quod deterius est, ne suas conscientias exonerent, & peccata confiteantur, aut restituant aliena: præsenti constitutione statuimus, & prohibemus, ne quis cujusvis status, aut conditionis existat, directe, vel indirecte per se, vel per alium de cætero publice, vel occulte impediat; quominus curati, & alii quicumque sacerdotes, & notarii libere intrent ad visitandum infirmos volentes peccata sua confiteri, vel de rebus suis ordinare, & disponere. Si qui vero contra fecerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a qua absolvi nolumus, donec præfati impedientes pœnitentiam gravem arbitrio nostro pro qualitate delicti injungendam sustinuerint.

TITULUS XVI.

DE SEPULTURIS.

CAPUT I.

Antonius Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

In ecclesiis nulla corpora sepeliantur sine licentia Ordinarii.

MOrem, seu consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit, ut corpora quorumcumque laicorum defunctorum in ecclesiis sepeliantur, improbantes, & e medio tollere volentes, præsenti constitutione universis, & singulis curatis hujus nostræ diœcesis præcipimus, & mandamus, ne in eorum ecclesiis permittant corpora laicorum defunctorum sepeliri sine licentia nostra, vel nostri Vicarii generalis, nisi in sepulchris majorum, vel propinquorum. Nova vero sepulchra, per quæ ecclesiarum pavimenta deturpari, & deformari solent, de cætero omnino fieri prohibemus; nisi ex justa causa a nobis, seu nostro Vicario generali approbanda. Rectores vero contrarium permittentes pœnam trium librarum incurrant.

CAPUT II.

Idem.

Corpora defunctorum ne exhumentur sine licentia Ordinarii.

SCandalis, quæ in dies eveniunt, obviare desiderantes, hac nostra constitutione ordinamus, ac prohibemus, ne curam animarum exercentes in quibuscumque ecclesiis hujus nostræ diœcesis sub pœna sex librarum permittant, ut corpora defunctorum, quæ in ecclesiis, vel cœmeteriis suarum parochiarum sepulta sunt, sine nostra seu Vicarii nostri generalis licentia, ex quacumque causa exhumentur.

Pars Tertia.

TITULUS I.

DE ECCLESIIS, ET CAPELLIS.

CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in synodo anni MDLXVI.

Capellæ non ædificentur sine licentia Ordinarii.

IN visitatione nostri Archiepiscopatus quamplurimas capellas vidimus ob negligentiam fundatorum destructas funditus, & solo æquatas; nonnullas etiam receptacula pecudum factas, ex quibus Deus offenditur, & Christianorum devotio valde minuitur. Ne igitur tantam posthac rerum sacrarum nostris oculis jacturam, & contemptum contemplemur, hac constitutione sancimus, ut nullus in posterum sine nostra*, vel nostri Vicarii generalis facultate, capellas fundare, aut ædificare audeat: neque Rectores in suis parochiis, sub pœna decem librarum, illas fieri permittant, seu construi. Vicarios vero nostros generales nolumus has licentias concedere, nisi fundantes sufficientem dotem pro reparatione, & conservatione dictarum capellarum, & ornamentorum earundem præbuerint. Idem dicimus de restauratione jam destructarum capellarum. Et valde caveatur, ne Dominicis diebus, & festivis propter capellas officia divina in parochiis minus frequententur.

CAPUT II.

Antonius Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Oratoria domorum privatarum a curatis illius parochiæ singulis annis visitentur.

PRæterea etiam statuimus, & ordinamus, ut Rectores, & alii quicumque curati, quoties intelligent oratoria aliqua in domibus aliquorum parochianorum suorum constructa esse, illa semel, vel sæpius unoquoque anno visitare curent, ac examinare; an quibus decet, honore, & reverentia tractentur. Quod si forsan imagines aliquas inhonestas, vel alia indecentia, seu turpia in eisdem invenerint, corrigant, & emendent; & nos seu nostrum Vicarium generalem in virtute sanctæ obedientiæ certiores reddant. Missas autem in eis celebrari nullo modo permittant, sine nostra licentia in scriptis obtenta.

TITULUS II.

DE CONSECRATIONE, ET BENEDICTIONE ECCLESIARUM, ET CAPELLARUM.

CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in synodo anni MDLXVI.

Presbyteri Episcoporum benedictionibus in ecclesiis, capellis, cœmeteriis, & aliis sanctificandis non utantur.

AD nostrum pervenit auditum, nonnullos presbyteros ausu temerario sollemnibus Episcoporum benedictionibus uti, cœmeteria, campanas, & ornamenta ecclesiastica benedicere, &, quod damnabilius est, ecclesias, & capellas quandoque etiam consecrare, seu benedicere, & reconciliare. Quæ omnia cum presbyteris sint prohibita, cum non possint sanctum chrisma, nisi in parvulorum baptismo tractare, sancimus, & cunctis nostræ diœcesis presbyteris præcipiendo mandamus, ut benedictiones sollemnes in fine missarum non dent populo missas eorum audienti; nec consecrationes, vel benedictiones ecclesiarum, capellarum, vel ornamentorum, aut alia supradscripta faciant sine licentia in scriptis a nobis vel nostro Vicario generali obtenta. Qui vero contrarium fecerit, pœnam decem librarum incurrat.

TITULUS III.
DE IMMUNITATE ECCLESIARUM ET CŒMETERIORUM.
CAPUT I.
Ferdinandus Loazes in synodo anni MDLXVI.

Quomodo tractanda, & veneranda sint loca sacra.

CUM loca sacra maximopere venerari debeamus, & multoties contingat, animalia bruta illuc intrare, &, quod turpius est, in eisdem morari, & stabulari: praesenti constitutione sancimus, & omnibus nostrae dioecesis Rectoribus, & curatis mandamus, ut diligenter curent, ut omnes ecclesiae, & capellae, nec non eremitoria, & oratoria, seu quaevis alia loca consecrata, seu benedicta, in eorum parochiis existentia, noctu, dieque nisi divina celebrentur officia, ab illis, ad quos hujusmodi negotium pertinet, claudantur; ac illis, quibus decet, reverentia, & veneratione ab omnibus tractentur. Cœmeteria quoque parietibus circumdentur, ne possint a brutis cadavera conculcari, & laniari. Quod si is, ad quem talium locorum custodia pertinet, in praedictis negligens fuerit, tam ipse, quam Rector ejus parochiae poenam quinque librarum patiatur.

CAPUT II.
Idem.

Victualia in ecclesiis non reponantur.

SOlent in ecclesiis tam clerici, quam laici frumentum, hordeum, vinum, oleum, & hujusmodi fructus recondere, & ecclesias ipsas, quae domus orationis sunt, profanare. Quapropter hac nostra constitutione sancimus, ut nullus cujuscumque status, aut conditionis existat, praedicta facere audeat. Quod si quis ausu temerario contra fecerit, res ipsas, quas pauperibus & reparationi ejusdem ecclesiae applicamus, amittat: & insuper poenam decem librarum incurrat.

CAPUT III.
Idem.

In ecclesiis nullae negotiationes fieri debent; nec concilia laicorum convocari: nec ludi, & saltationes prope illas exerceri.

INolevit in multis nostrae dioecesis ecclesiis abusus, ut laici concilia, & coetus in ipsis factis templis convocent, & congregent, & in eis profana negotia tractent, & proponant, jurgiisque & maledictionibus, & quandoque blasphemiis maximo cum tumultu inter se contendant. His igitur abusibus obviare volentes, praesenti constitutione sancimus, & cunctis Rectoribus nostrae dioecesis sub poena decem librarum praecipimus, ne similes congregationes, seu convocationes conciliorum, sive parlamentorum in ecclesiis suae parochiae fieri permittant: nec prope illas ludos aliquos exerceri, choreas, vel saltationes, nec alia similia duci sinant. Et si laici forsan in his obedire Rectori recusaverint, a divinis officiis a dictis Rectoribus repellantur.

CAPUT IV.
Idem.

De fenestris, quae in templorum parietibus fieri solent.

SOlent nonnulli templorum parietes perforare, ibique fenestras facere, e quibus sacra audire possint. Cumque ex eo scandala, & incommoda multa ecclesiis accidant, hæc in posterum fieri prohibemus: curatisque & clericis districte praecipimus, & mandamus, ne deinceps facultatem ad id cuiquam concedant. Quae vero fenestrae hactenus sunt apertae, a nostris visitatoribus visiteotur; & in his abusus omnes tollantur.

CAPUT V.
Antonius Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

In ecclesiis, & capellis nocturnae vigiliae fieri prohibentur.

ETsi fideles olim similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, Sanctorum vigilias in ecclesiis pernoctando, & orationibus instando observaverint: videns tamen sancta mater Ecclesia tam laudabilem usum in perniciosum abusum, & orationes illas ignitas, caeteraque pietatis opera in commessationes, impudicitias, & alias abominationes mutata, nec ad primam suae institutionis perfectionem reduci posse, sed in dies pejora fieri, in opprobrium Jesu Christi, & Sanctorum ejus; illas noctis vigilias, Spiritu sancto edocta, in jejunia commutavit. Quia vero hujusmodi vigilias per civitatem & dioecesim nostram in aliquorum Sanctorum festivitatibus adhuc inhoneste observari novimus, non sine magno animarum periculo: cupientes igitur malorum occasionem auferre, sancta matris Ecclesiae vestigia sequentes, tanto errori paterna charitate succurrere censuimus: praesentique constitutione sancimus, ac omnibus, & singulis ecclesiarum Rectoribus & curatis nostrae dioecesis districte praecipimus, & mandamus, ne in eorum ecclesiis hujusmodi vigilias, quavis causa, etiam voti praetextu fieri permittant, sub poena decem librarum a contra facientibus incurrenda.

TITULUS IV.
DE REBUS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS, LOCANDIS, VEL PIGNORI TRADENDIS.
CAPUT I.
Antonius Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Res ecclesiarum, & beneficiorum prohibentur alienari, locari, seu pignori dari.

QUia hominum avaritia, seu cupiditate multorum malorum radice, ducente, saepe personae ecclesiasticae bona, & res suarum ecclesiarum, seu beneficiorum, non servata forma ab Ecclesia Romana tradita, vendunt, locant, vel pignori tradunt, propter quae & ipsi censuras graves incurrunt, & patrimonia ecclesiarum, & beneficiorum maximum decrementum, & detrimentum patiuntur: ideo volentes eorum cupiditati obviare, praedictaque bona, & res ecclesiarum, & beneficiorum in pristinum, si fieri potest, statum reducere; innovantes hac nostra constitutione omnes, & singulas censuras, & poenas tam a Romanis quibuscumque Pontificibus, quam a praedecessoribus nostris contra praedicta facientes indictas, & publicatas; sancimus, & prohibemus, ne

ne aliquæ perſonæ eccleſiaſticæ prædia, vel fructus, redditus, & proventus aliquos, ſeu emolumenta ſuarum eccleſiarum, vel beneficiorum alicui ultra tempus trium annorum locent, vel conducant; nec etiam eaſdem res alienent, vel pignori alicui tradant, ſine licentia expreſſa Romani Pontificis; vel ſi ornamenta fuerint, quæ uſu conſumuntur, ſine licentia Archiepiſcopi pro tempore exiſtentis. Qui vero contrarium fecerint, ultra id, quod damna ſuis inconſideratis, & invalidis locationibus, alienationibus, & pignorationibus ſuæ eccleſiæ, ſeu beneficio illata ex ſuo proprio patrimonio emendare, & reficere tenebuntur, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrant, a qua niſi reſtitutione facta abſolvi non poterunt; & alias graviores pœnas arbitrio noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum dictis de cauſis injungendas ſuſtinebunt.

TITULUS V.
DE HOSPITALIBUS.
CAPUT I.

Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXXI.

Quæ perſonæ ſint in hoſpitalibus pauperum admittendæ, & recipiendæ.

Quia maximum eſt inconveniens, ut domus hoſpitalium, quæ ad pauperes Chriſti recolligendos, & hoſpitandos inſtitutæ, & fundatæ ſunt, nonnumquam ſpeluncæ, & receptacula fiant latronum, concubinariorum, vagabundorum, & quod fortius eſt, quandoque perſonarum a fide ſancta catholica deviantium: ideo conſulere, & providere deſiderantes, ne in dictis domibus alii, quam veri pauperes recipiantur, quales ſunt ſenes, infirmi, claudi, cæci, & alii ſimiles, qui ſuis laboribus ad vitam neceſſaria comparare nequeunt: præſenti conſtitutione ſancimus, & omnibus villarum, ſeu locorum bajulis, juratis, & gubernatoribus, quocumque nomine nuncupentur, ſub pœna excommunicationis, quam ſi in his negligentes fuerint, eos incurrere volumus, præcipimus, ut quolibet anno die Circumciſionis domini noſtri Jeſu Chriſti, aut alio die conſueto nominent aliquam perſonam idoneam, cujus ordine, & mandato, & non alias pauperes in hoſpitali illius villæ, vel loci recipiantur. Rectoribuſque ſub pœna decem librarum præcipimus, ut hujuſmodi conſtitutionem ſingulis annis dicta die eiſdem gubernatoribus in miſſa majori publicent. Nominata vero perſona diligenter curet, ut non alii admittantur, quam quos ſupra diximus; aut ſi devotos peregrinos hoſpites unius diei eſſe cognoverint: imploratoque auxilio tam eccleſiaſtico, quam ſæculari, contra criminoſos procedat.

TITULUS VI.
DE VERBI DEI PRÆDICATIONE.
CAPUT I.

Ferdinandus Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Nullus prædicare permittatur, niſi licentiam in ſcriptis oſtendat.

Cum inter ſuprema Eccleſiæ negotia ſit verbum Dei prædicare, Evangelium exponere, & declarare; idque munus non quibuſcumque, ſed iis ſolummodo committi debeat, qui ad illud exercendum idonei judicati ſint: cumque ad Epiſcopum pertineat populo prædicare, & prædicatores peritos ad id munus ſubeundum deligere: ad evitanda pericula, quæ ex prædicatorum ignorantia proveniunt, hac ſynodo approbante ſtatuimus, ut poſthac ſub excommunicationis pœna nulli etiam regulari, vel quomodolibet exempto ſanctum Dei Evangelium in eccleſiis hujus diœceſis declarare, docere, aut prædicare liceat, niſi prius a nobis, ſeu a noſtro Vicario generali fuerit probatus, & facultatem in ſcriptis ad prædicandum obtinuerit, & curatis oſtenderit. Rector vero, qui ſine licentia aliquem ex prædictis in ſua parochia prædicare permiſerit, pœna decem librarum puniatur.

CAPUT II.

Idem.

De charitate prædicatori offerenda.

Multoties in aliquibus feſtorum ſollemnitatibus decuriones, aut jurati ſacri Evangelii concionatores ad id munus a nobis approbatos ad concionem advocant, eiſque communitet eleemoſynæ loco pro labore concionis quinque ſolidos noſtræ monetæ largiuntur, quibus ſe ipſos, & jumenta vix ſuſtentare poſſunt. Hac igitur conſtitutione ſancimus, ut poſthac hujus eleemoſynæ ſtipendium ſit, pro itineris, & corporis labore, ad minus duodecim ſolidorum, quibus concionator & jumentum conducere, & ſe ipſum ſuſtentare poſſit. Qui vero intra oppida, in quibus continuo degunt, prædicare rogantur, accipiant id, quod ſponte eis fuerit oblatum; gratis enim debent verbum Dei prædicare.

CAPUT III.

Antonius Auguſt. in ſynodo an. MDLXXVIII.

Curati diebus Dominicis, & feſtivis exponant populo contenta in Evangelio illa die decantata.

Cum diebus Deo dicatis id in primis a fidelibus Eccleſia depoſcat, ut omnes in templum Dei ad divinum verbum audiendum conveniant, quibuſcumque eccleſiarum parochialium Rectoribus ſeu præfectis ad Tridentini concilii præſcriptum jubemus, ut diebus ſaltem Dominicis, aliiſque feſtis ſollemnibus Evangelium, monitaque alia ad animarum ſalutem pertinentia, populo quiſque ſuo, qua poterunt ſermonis brevitate, ac facilitate, declarent; homilias, libroſque alios ad hanc rem idoneos, juxta propriam cujuſque idoneitatem habeant.

CAPUT IV.

Idem.

Clerici, & beneficiati, dum concio ſit, ſeu verbum Dei prædicatur, non ambulent in eccleſia, vel extra illam.

Cum exempla boni operis a ſacerdotibus procedere debeant, dicente Domino: „ Sic luceat „ lux veſtra coram hominibus, ut videant bona o„ pera veſtra, & glorificent patrem veſtrum, qui „ in cælis eſt “; mandamus omnibus hujus noſtræ diœceſis presbyteris, & beneficiatis, ut dum in eccleſia hac noſtra, vel in alia quacumque hujus no-

noſtræ diœceſis verbum Dei prædicatur, ipſi niſi circa parochias ſuas, vel niſi alio juſto ſint impedimento detenti, ad id audiendum accedere debeant; & non per vicos ac plateas cum magno laicorum ſcandalo vagari, & deambulare. Valde enim nefarium eſt, & turpe, ſi ipſi, qui ad id laicos hortari deberent, negligentia ſua, ac quaſi quodam divini verbi contemptu, ipſos ab hoc retrahere nitantur. Quod ſi quis contrarium fecerit, pœna trium librarum pro qualibet vice punietur, vel diſtributionibus illius diei privabitur; ut magis nobis, vel aliis præſidibus expedire viſum fuerit.

TITULUS VII.
DE OBLATIONIBUS.
CAPUT I.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Denegantes oblationes Rectoribus qua pœna puniantur.

QUia nonnulli vitiorum laqueis innodati, adeo Rectorum, & aliorum curatorum monitionibus exaſperantur, ut oblationes illis offerri ſolitas denegent, &, quod deteſtabilius eſt, cum aliis diabolica conjuratione conſpirant, ne in poſterum Parocho ſimiles oblationes offerant. Hac igitur noſtra conſtitutione ſancimus, tanto morbo medelam congruam adhibere deſiderantes, & ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus cunctis hujus noſtræ diœceſis fidelibus, ut ab hujuſmodi diabolicis conjurationibus ſe abſtineant. Quos omnes paſtorali benignitate hortamur in Domino, ut ardentius eaſdem oblationes offerant; ſperantes earum præmium, & remunerationem ab eo, qui in centuplum omne bonum remunerare ſolet.

CAPUT II.
IDEM.

Ut oblationum non fiant licitationes.

SOlent in nonnullis eccleſiis noſtræ diœceſis Rectores, ſeu Vicarii certis anni feſtivitatibus oblationes juvenibus, ſeu confraternitatibus donare; juveneſque placentas, quæ vulgo coques appellantur, a mulieribus, ſeu puellis donatas ſignant, & poſtea de illis publice licitationem, conventioneſque minus honeſtas faciunt. Propterea que Rectoribus, & aliis quibuſcumque curatis ſub pœna decem librarum mandamus; ut poſthac oblationes hujuſmodi juvenibus, ſeu confraternitatibus ad dictas licitationes faciendas minime largiantur; neque placentas per eccleſiam projicere audeant.

TITULUS VIII.
DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.
CAPUT I.

FERDINANDUS Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Non ſolventes decimas, & primitias, & fraudem in ſolutione illarum committentes, excommunicantur.

QUia permulti ſuarum animarum obliti, decimas, & primitias integras ſolvere recuſant, eas quandoque occultando, ideo nos tanto malo obviare volentes, generalibus, atque provincialibus conciliis adhærentes, cunctis noſtræ diœceſis Rectoribus, Vicariis, atque curatis hac noſtra conſtitutione præcipimus, ut poſthac ſingulis annis noſtra in provinciali concilio decreta diebus, ac feſtivitatibus ibidem expreſſis, parochianis ſuis, dum divina peraguntur officia, publice legent, & non ſolventes decimas, vel primitias, vel eaſdem defraudantes, excommunicatos denuntient; eoſque ab excommunicatione non abſolvant, niſi integre prædictas decimas, vel primitias ſolverint, ac de ſolutione fidem fecerint.

CAPUT II.
IDEM.

Laici non ingerant ſe collectioni decimarum, vel primitiarum; ſed liberum ſit Rectoribus ſuos fructus colligere.

DEteſtabili, ac prava conſuetudine eſt introductum, ut Barones, & quarumdam villarum domini, ſive eorum miniſtri ingerant ſe ad exigendas decimas, & primitias, quæ nobis, aut Rectoribus, aut Curatis, vel potius Deo, & Eccleſiæ debentur, quo fit, ut jurgia, ac ſcandala multoties oriantur. Cupientes igitur hunc abuſum e medio penitus avellere, hac ſynodo approbante ſancimus, & prohibemus, ne poſthac Barones ipſi, vel caſtrorum domini, vel alii laici noſtræ diœceſis eccleſiarum Rectorum, Vicariorum, & quorumcumque eccleſiaſticorum decimas, vel primitias exigant ullo modo, ſed eas ipſiſmet Rectoribus, Vicariis, & aliis, quibus debentur, libere colligendas relinquant. Quod ſi contrarium fecerint, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrant. Et a dictis Rectoribus, ſeu curatis in ſuis parochiis, ſub pœna decem librarum, pro excommunicatis publicentur: aut ſi laicos potentes timeant, ad nos referant, noſtrumve Vicarium generalem.

TITULUS IX.
DE CENSIBUS.
CAPUT I.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

Beneficiati recognoſcant cenſus ſuorum beneficiorum intra ſex menſes, & poſtea intra decennium, & de luitionibus cenſuum.

EX nonnullorum relatione accepimus, quod tam eccleſiarum, quam eccleſiaſticorum beneficiorum cenſus, redditus, atque proventus in dies diminuuntur, tum propter clericorum, atque adminiſtratorum negligentiam, tum propter quorundam potentiam, qui tales cenſus, & redditus ſolvere recuſant: cumque hæc in magnam eccleſiarum, & beneficiorum perniciem, & divini cultus damnum perpetrentur: hac noſtra conſtitutione ſancimus, ut cuncti piarum cauſarum adminiſtratores, & quarumcumque eccleſiarum Priores, Rectores, Vicarii perpetui, ac beneficiati omnes, ſub decem librarum pœna, infra ſex menſes a die poſſeſſionis computandos, catalogos ſive capibrevia dictorum cenſuum, & emolumentorum beneficiorum eccleſiaſticorum, vel piarum cauſarum faciant: illaque decimo quoque anno renovent, ſeu de novo faciant. Si vero luitiones cenſualium fieri contigerit; pecunias nec ipſi, nec patroni dictorum beneficiorum ullo modo recipiant:

piant: sed in archivo, sive thecario Officialatus cathedralis ecclesiæ prædictæ pecuniæ reponantur; & inde sine nostro, seu nostri Vicarii generalis decreto non extrahantur. Quod si Initiones aliquæ secus actæ reperiantur, vel in futurum fiant, easdem cassas, irritas, ac nullas esse volumus, atque decernimus. Et si forsan beneficia illa, quorum possessionem adepti fuerint, ornamenta aliqua habuerint, beneficiatus de novo provisus, sub pœna trium librarum, de eisdem inventarium manu alicujus personæ publicæ faciat; illudque inter scripturas dicti beneficii diligenter custodiat: quod quidem inventarium infra mensem a die adeptæ possessionis sub dicta pœna fieri mandamus, & in visitationibus visitatoribus ostendi.

CAPUT II.

IDEM.

Si propter negligentiam beneficiatorum census, & redditus perdantur, ipsi reficere teneantur.

ITem statuimus, & sub excommunicationis pœna cunctis clericis, presbyteris, & beneficiatis quarumcumque dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum præcipimus, & mandamus; ut annuatim suorum beneficiorum redditus, census, proventus, & alia quæcumque emolumenta exigant, & in ipsis exigendis, nulla habita personarum exceptione, diligentes se præbeant. Quod si negligentes, & acceptatores personarum eos fuisse constiterit, censusque ac redditus propter eorum negligentiam deperditi fuerint; de eorum propriis bonis omne damnum ecclesiis, aut beneficiis suis illatum, ut jure cautum est, emendare teneantur.

CAPUT III.

IDEM.

Quomodo dignitatum, & quorumcumque beneficiorum domus reparari debeant.

QUoniam curatorum beneficiorum domus, ac etiam illæ, quæ dignitatibus, canonicatibus, vel aliis beneficiis sunt annexæ, possessorum incuria eo redigi solent, ut ruinam plane minentur, & aliquando omnino etiam concidant: hac synodo approbante præcipimus, & ordinamus; ut simul atque beneficii curati, vel alterius beneficii, cui domus aliqua sit annexa, possessionem aliquis acceperit, sedulo statum ipsius domus perpendat; quam si ruinosam viderit, ac reparatione aliqua indigentem, taxandam, atque æstimandum omnino curet, quanti domus ipsa instaurari possit: & ex bonis defuncti curati, vel beneficiati eam reparari, ac refici faciat. Qua in re procuranda, & conficienda, si negligens fuerit, sciat se a nobis cogendum, ut propriis impensis domum ipsam instauret; ut ita & suæ negligentiæ pœnam ferat, & domus ipsa, ut par est, reficiatur.

TITULUS X.

DE FESTORUM DIERUM CULTU, AC JEJUNIORUM OBSERVATIONE.

CAPUT I.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

Curent Rectores, ut dies festi a suis parochianis religiose colantur.

DIes festos, qui vel Ecclesiæ præcepto, vel publico voto, vel probata consuetudine servantur, ex sacrorum canonum jure atque summorum Pontificum constitutionibus, Parochi, seu curati populum sibi commissum sæpe doceant, ea religione esse colendos; ut sine gravi culpa, atque peccato eorum observatio prætermitti minime possit: cum hi potissimum ad maxima Dei in nos collata beneficia recolenda, summasque laudes ei persolvendas, ac debitum Sanctis honorem tribuendum instituti sint; sicque ostendant, indignissimum esse, sacris illis diebus non modo a nefariis operibus, illicitisque negotiis non abstinere; verum etiam religionis, ac pietatis opera omni diligentia non præstare. Ut autem ea omnia sigillatim cognoscantur, quæ sacris diebus tamquam a divino cultu aliena, ab omnibus evitari, quæve ad debitum Dei cultum persolvendum fieri debent; edicta a nobis, & prædecessoribus nostris circa hæc publicata singuli perlegant & memoria repetant. Quod si aliquos in his festis colendis minus obtemperantes dicti Rectores, seu curati in sua parochia, seu per eam transeuntes viderint, ut sæpe fieri contingit; nos hujusmodi abusum ab hac nostra diœcesi radicitus, ac omnino avellere cupientes, præcipimus, & mandamus ipsis Rectoribus seu curatis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna peccati mortalis; ut pro prima vice, qua aliquis parochianus, vel alius extraneus in his in eorum parochia inciderit, conentur eum punire decem solidorum solutione, quorum una pars detur accusatori, alia eleemosynario animarum illius ecclesiæ, tertia officiali temporali facienti dictam executionem. Pro secunda vero vice puniatur pœna viginti solidorum, simili quoque modo inter supradictos æquis partibus dividendorum. Pro tertia vero vice, si renitens fuerit, a divinis repellatur; donec a nobis, seu nostro Vicario generali injuncta sibi pœnitentia debita, absolutionem obtinuerit. Pauperes publica pœnitentia emendentur.

CAPUT II.

IDEM.

Curent Rectores, ut jejunia ab Ecclesia indicta ab omnibus observentur.

JEjunia, quæ ad coercendam carnem sunt ab Ecclesia instituta, magna itidem diligentia suis subditis denuntient Parochi: doceantque omnes ad ea servanda ipsius Ecclesiæ lege teneri, singulis scilicet Quadragesimæ diebus, exceptis Dominicis; qui quadraginta dies quasi totius anni decima pro fidelium salute Deo persolvuntur: quattuor itidem statis anni temporibus ac ceteris vigiliarum diebus in calendario, & constitutione provinciali Tarraconensi inferius inserta latius contentis. A jejuniis autem illi tantum excipiuntur, quos urgens necessitas, vel imbecilla ætas excusat, vel qui morbo aliquo, aut alia justa caussa impediuntur: quæ tamen causa legitima censeri non debet, nisi medici judicio, & proprii Parochi auctoritate probata sit. Illud etiam adjicientes, in tribus diebus Liraniarum, seu Rogationum, quæ fiunt singulis annis ante festum Ascensionis domini nostri Jesu Christi, juxta consuetudinem

non

non esse necessario jejunandum; sed satis pium est, si feria secunda, & quarta fideles ab esu carnium abstineant.

CAPUT III.

FERDINANDUS Loazes in synodo anni MDLXVI.

De festo tertii diei Pentecostes, & de jejuniis sanctorum Thomæ, & Mathiæ.

AD nostrum pervenit auditum, quod in hac nostra Tarraconensi diœcesi in vigiliis beatorum Apostolorum Thomæ, & Mathiæ non jejunatur, nec eorum festa coluntur; sed neque tertia feria Pentecostes colitur: immo carnes comeduont in dictis vigiliis, & in præfatis festivitatibus opera servilia exercentur. Cumque hæc contra juris dispositionem esse videantur, quascumque consuetudines repellentes, hac nostra constitutione præcipimus, & cunctis nobis subditis mandamus, ut in prædictis vigiliis jejunent, & ut beatorum Apostolorum Thomæ, & Mathiæ festa, nec non tertiam feriam Pentecostes sicut diem Dominicum venereotur, & colant.

CAPUT V.

SANCTIUS Archiepiscopus in synodo anni MCCCLIV.

In vigilia beatæ Teclæ nemo carnes comedat, & festus dies colatur.

CUM creatura non habeat quid pro meritis suo respondeat creatori, & homo ad laudandum Deum principaliter sit creatus, quem non solum in ipso, sed etiam in ejus Sanctis laudare jubetur, & Ecclesia Tarraconensis sub invocatione beatæ Teclæ virginis, & protomartyris olim fundata fuerit: idcirco ad laudem ejusdem virginis perpetuo prohibemus edicto, ne in nostra diœcesi Tarraconensi aliquis cujuscumque status sit, in vigilia sanctæ Teclæ, quæ singulis annis fit die vigesima secunda mensis Septembris, carnes comedat, nisi necessitate cogente. Et festum ejusdem virginis die sequenti, quæ vigesima tertia erit, unusquisque religiose colere, & observare teneatur.

Constitutio provinciæ Tarraconensis de festis, & jejuniis, edita Barcinone anno MDLXVI.

QUia propter frequentiam dierum festorum, ac jejuniorum in multis locis hujus provinciæ, atque alibi ea minus recte observantur: placuit sacro approbante concilio eos dies hic enumerare, quos volumus ab omnibus districte custodiri, & in singulis parochiis sæpius publicari. Dies itaque festi, præter Dominicos dies, quos oportet omnes Christianos colere, & in eis cessante legitima causa missam audire, & ab opere servili abstinere, hi sunt: Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Purificationis beatæ Mariæ, Mathiæ Apostoli, Annunciationis B. Mariæ, Marci Evangelistæ, Philippi, & Jacobi Apostolorum, Inventionis sanctæ Crucis, Joannis Baptistæ, Petri, & Pauli Apostolorum, Jacobi Apostoli, Laurentii Martyris, Assumptionis Beatæ Mariæ, Bartholomæi Apostoli, Nativitatis Virginis Mariæ, Matthæi Apostoli, Teclæ Virginis, Michaelis Archangeli, Lucæ Evangelistæ, Simonis, & Judæ Apostolorum, Omnium Sanctorum, Andreæ Apostoli, Conceptionis Beatæ Mariæ, Thomæ Apostoli, Nativitatis Domini nostri, Stephani Protomartyris, Joannis Apostoli, nec non duo dies post diem sanctum Dominicum Paschæ, & duo etiam dies post Dominicum diem Pentecostes, & dies Ascensionis Dominicæ, atque Corporis Dominici eadem celebritate colendi sunt.

At alii festi dies sunt, quos saltem matutino tempore coli non præcipimus, sed hortamur; in quibus post Missarum præsertim celebrationem permittimus servilibus operibus, præsertim rusticis operari. Sunt autem hi: Gregorii Papæ, benedicti Abbatis, Ambrosii Episcopi, Georgii Martyris, Barnabæ Apostoli, Mariæ Magdalenæ, Visitationis B. Mariæ, Annæ matris ejusdem Mariæ virginis, Dominici confessoris, Augustini Episcopi, Hieronymi presbyteri, Francisci confessoris, Catharinæ virginis, Sanctorum Innocentium. Eos quoque dies celebrari in singulis parochiis convenit, quibus festivitas ejus Sancti incidit, cui ecclesia parochialis dedicata est. Ab omnibus autem coli mandamus ejus Sancti diem festum, sub cujus nomine cathedralis ecclesia est consecrata, nec non patroni singularum ecclesiarum cathedralium, vel oppidorum.

Jejuniorum vero dies hi sunt: A feria quarta cinerum usque ad Sabbatum sanctum, quod diem sacrum Paschatis præcedit, exceptis Dominicis diebus, Quattuor anni temporum terni dies, hoc est feriæ quartæ, & feriæ sextæ, & sabbata, Vigiliæ sanctorum Apostolorum Mathiæ, Petri, & Pauli, Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, Andreæ, & Thomæ; Omnium Sanctorum, Joannis Baptistæ, & Laurentii Martyris, Vigilia Assumptionis B. Mariæ, Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes; nec non illi dies, quibus in singulis diœcesibus Episcopi ex aliqua rationabili causa jejunia indixerint. Cumque scriptum sit: „ Vovete, & reddite Domino „ Deo vestro "; vota quæcumque jejuniorum, aut dierum festorum a populo, aut a singularibus personis emissa, ab eisdem observari jubemus; melius est enim non vovere, quam post votum non reddere promissa.

Hanc igitur tam festorum dierum, quam jejuniorum enumerationem ab omnibus observari, dicti concilii approbatione præcipimus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, & consuetudinibus quibuscumque non obstantibus. In transgressores autem hujus nostræ constitutionis, tam omnes ecclesiastici judices, quam parochialium ecclesiarum Rectores, eorumque Vicarii, atque alii superiores severe procedant, ne sanguinem ovium Christi ipse Dominus ab eisdem requirat.

TITULUS XI.

DE COMŒDIIS MYSTERIORUM SACRÆ SCRIPTURÆ PROHIBITIS.

CAPUT I.

ANTONIUS Augustinus in synodo anni MDLXXVIII.

Comœdiæ sacræ fieri; & reliquiæ, & imagines admitti; aut nova miracula depingi prohibentur.

CUM ex comœdiis facris tam paſſionis domini noſtri Jeſu Chriſti, quam aliorum myſteriorum ſacræ ſcripturæ, quæ in eccleſiis, vel extra eas fiunt, homines potius ad riſum, quam ad devotionem moveantur, indeque permulta ſcandala ſoleant oriri, præcipimus, & ſub ſex librarum pœna mandamus, ut ſine noſtra, ſeu Vicarii generalis noſtri permiſſione comœdiæ hujuſmodi nullibi fiant: nec eccleſiarum Rectores, aut Vicarii ſub eadem pœna talia fieri in ſuis parochiis permittant: nec novas reliquias, & imagines in ſuis eccleſiis recipiant: aut nova aliqua miracula in eiſdem depingi patiantur.

Pars Quarta.

TITULUS I.
DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

CAPUT I.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

De excommunicationis cenſura timenda.

CUM in hæc tam mala tempora inciderimus, ut a quampluribus excommunicatio Paſtoris non timeatur, ſed parvi pendatur, cum tamen eam reverenter timere deberent, ut ipſorum malitiæ, vel ignorantiæ occurratur, præcipimus, ut presbyteri curam animarum exercentes parochianos ſuos frequenter admoneant, ut timeant excommunicationem paſtoris, qua in Eccleſia Dei nulla major pœna reperitur; ut eam cum omni timore, & reverentia diligenter obſervent, & quantum in eis eſt, faciant obſervari. Ipſique presbyteri ab excommunicatis caveant, ut eos evitent tam in eccleſiis, quam extra; ne cum eis participando, graviter peccent, & excommunicationem incurrant, poſtmodumque celebrando irregulares fiant.

CAPUT II.

IDEM.

Quæ ſint ſervanda a ſacerdote in abſolutione excommunicationis.

CUM certum, & perſpicuum ſit, quoſcumque ſacerdotes poſſe in articulo mortis quoslibet pœnitentes a quibuſvis cenſuris, & peccatis abſolvere, ideo volentes ſimplicitati, & imperitiæ nonnullorum presbyterorum occurrere, præſenti conſtitutione ſancimus, & ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum præcipimus, ut ſi cuipiam ſacerdoti excommunicatum majoris excommunicationis ſententia in mortis articulo abſolvere contigerit, prius quam eum abſolvat, idoneam cautionem fidejuſſoriam, aut pignoratitiam, ſi poterit, alioquin juratoriam ab eo recipiat de ſatisfaciendo, & parendo juri infra duos menſes per ſe, ſi convaluerit, vel heredes ſuos, ſi moriatur.

CAPUT III.

IDEM.

Excommunicati publicentur in eccleſiis parochialibus ſingulis diebus Dominicis.

UT autem excommunicati facilius vitari poſſint, ipſique rubore perfuſi ad reconciliationis gratiam redire citius compellantur: omnibus curatis, & eccleſiarum Rectoribus præcipimus, ut quilibet in ſua eccleſia ſingulis diebus Dominicis illos, quos publice excommunicatos eſſe ſciverint, inter Miſſarum ſollemnia publice denuntient, nec ab hujuſmodi publicatione, ſeu denuntiatione ceſſent, quouſque illi abſolutionis beneficium fuerint conſecuti. Excommunicati autem, cum divina celebrantur officia, ab eccleſiis expellantur: intereſſe tamen prædicationibus poterunt, nullo vero modo ſacramentorum adminiſtrationi intereſſe.

CAPUT IV.

IDEM.

Excommunicati, qui per annum inſorduerint, nuntientur Prælato, & alii criminoſi.

STatuimus inſuper, & ordinamus, ut Rectores, & alii quicumque curati deferant nobis ſingulis annis nomina eorum, qui per annum in excommunicationis ſententia perſtiterint, nec non qui publice uſuras exercent: item deferant concubinarios, adulteros, hæreticos, aut de hæreſi ſuſpectos, & alios quoſcumque in notoriis criminibus perſeverantes: alioquin ſciant ſe graviſſimas pœnas paſſuros.

CAPUT V.

IDEM.

Judices non permittant excommunicatum actoris partes in judicio agere.

CUM ab eorum communione, qui publico edicto, & nominatim ſunt excommunicati, omnes abſtinere debeant; quod tamen a quibuſdam judicibus ſæcularibus contemni intelligamus; ideo huic abſurdo obviare volentes, eiſdem judicibus ſive eccleſiaſtici ſint, ſive ſæculares, ſub excommunicationis ſententia præcipimus, ne eum, quem prædicto modo excommunicatum eſſe ſciverint, actoris partes in judicio agere ſinant: cum omnis actio ſit in judicio illi prohibita, quem communione fidelium Eccleſia privavit.

CAPUT VI.

IDEM in ſynodo anni MDLXXXI.

Abſolutio cenſurarum, quæ a confeſſoribus fit vigore Jubilei, ſeu bullarum, forum tantum conſcientiæ concernit.

ANxietati nonnullorum ſatisfacere cupientes, qui dubitant, an denuntiati in eccleſiis pro excommunicatis ex mandato judicis ordinarii, ſeu Apoſtolici, vigore Jubilei, vel bullarum ſanctæ Cruciatæ, vel aliarum, quibus poteſtas abſolvendi conceditur in foro conſcientiæ, poſſint a confeſſoribus abſolvi in utroque foro, dicimus, ſeu decla-

declaramus prædictam abſolutionem tantum ad forum conſcientiæ, non autem ad forum contentioſum, ſeu exteriorem extendi. Propterea que ordinamus, & præcipimus, ne ſic a dictis cenſuris abſoluti admittantur in divinis, vel illis in loco publico ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum conſervatur, donec præfati excommunicati ab eodem judice, ex cujus mandato fuerunt publicati, vel ab ejus ſuperiore, aut ſucceſſore beneficium abſolutionis obtinuerint.

CAPUT VII.

Ferdinandus Loazes in ſynodo anni MDLXVI.

Menſam luſoriam habentes excommunicantur.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, noſtra hac ſynodo approbante, ut nullus clericus, ſive laicus cujuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, domum, vel menſam publice, vel ſecrete ad ludendum taxillis, cartis, aleis, & teſſeris habeat, neque luſores aliquos domi ſuæ recipiat. Quod ſi qui hanc noſtram conſtitutionem contemnentes, ad præfatos ludos exercendum, & continuandum luſores aliquos frequenter domi ſuæ receperint, & admiſerint, etiam nullo ab eis recepto, vel expectato per ſe, vel per ſuam familiam ſalario, ſive mercede, ſententiam excommunicationis incurrant. Illi vero, qui diebus feſtivis, vel Dominicis, dum divina officia peraguntur, ludis interſunt, arbitrio curatorum noſtræ diœceſis puniantur.

TITULUS II.
DE MANDATIS CURIÆ ARCHIEPISCOPALIS EXEQUENDIS, ET DE CONSTITUTIONIBUS INFERIORUM.

CAPUT I.

Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXVIII.

Curam animarum exercentes exequantur diligenter, & gratis mandata, & proviſiones curiæ Archiepiſcopalis Tarraconenſis.

QUoniam nonnulli eccleſiarum Rectores, ſeu Vicarii diœceſis noſtræ, ad exequendum mandata noſtra, ſeu Vicarii, & Officialis noſtri generalis, & aliorum quorumcumque officialium noſtrorum remiſſi, & negligentes reperiuntur: ea propter mandamus, & diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus omnibus, & ſingulis preſbyteris, & clericis civitatis, & diœceſis noſtræ, quatenus diligenti cura, & gratis hujuſmodi mandata noſtra, & officialium noſtrorum, ſive ſint citationes, ſive monitiones, ſive ſuſpenſiones, ſive excommunicationes, fructuumve ſequeſtrationes, ſive aliæ quæcumque litteræ noſtræ curiæ Archiepiſcopalis, exequantur, fidelemque in ſcriptis de earum executione, & exequendi modo in fine litterarum manu ſua faciant, & ad nos mittant. Quod ſi qui negligentes fuerint, pœnam trium librarum, & alias arbitrio noſtro reſervatas ſuſtinebunt.

CAPUT II.

Idem in ſynodo anni MDLXXXI.

Ut conſtitutiones communitatum preſbyterorum neminem obligent, donec ab Ordinario approbatæ fuerint; & de conſtitutionibus laicorum contra immunitatem eccleſiaſticam factis.

QUia ſæpe contingit, a communitatibus, ſive collegiis preſbyterorum, aut ab univerſitatibus ſæcularium fieri conſtitutiones iniquas, & injuſtas, & in præjudicium aliorum, præſertim clericorum, idcirco deſiderantes, ut in qualibet conſtitutione in futurum facienda illæ qualitates ſint, quæ in unaquaque lege, & diſpoſitione adhiberi æquum & juſtum eſt: præſenti conſtitutione ſancimus, ordinamus, & prohibemus, ne conſtitutiones, & ordinationes ab aliqua communitate preſbyterorum in futurum edendæ, quemquam ad eorum obſervantiam ligent, ſeu obligent, aut exequantur, donec a nobis, vel noſtro Vicario generali perlectæ, & recognitæ, & decreto appoſito firmatæ ſint. Si quæ vero hactenus ab eiſdem communitatibus confectæ ſint, nolumus aliquem ad eorum obſervantiam teneri, quouſque a nobis, ſeu noſtro Vicario generali reviſæ, & approbatæ ſint: illis exceptis, quas conſtiterit decreto noſtro vel noſtrorum prædeceſſorum, ſeu eorum Officialium eſſe munitas. Sæcularium vero conſtitutiones contra clericos, vel eccleſias factas, vel in poſterum faciendas irritas decernimus eſſe, & inanes, & eorum conditores anathemati ſubjectos eſſe.

TITULUS III.
DE SIMONIA.

CAPUT I.

Antonius Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXXI.

Enumeratio caſuum, in quibus hoc crimen perpetratur.

CUM deteſtabile ſcelus ſimoniacæ pravitatis tam divinorum, quam ſacrorum canonum auctoritas abhorreat, atque damnet, ac nos multorum fide dignorum relatione intellexerimus, hujuſmodi damnabile vitium in his noſtris partibus frequentius propter nimiam hominum cupiditatem forſan committi, & verſari; ideo tam peſtifero morbo congruam volentes adhibere medelam, præſenti conſtitutione ſancimus, & declaramus, eos omnes, quos ad adquirendum ſibi, vel alteri cuicumque perſonæ cognatæ, vel extraneæ aliquod beneficium eccleſiaſticum, quocumque nomine nuncupatum, per ſe vel per aliquam perſonam ad id interpoſitam conſtiterit dediſſe, vel promiſiſſe patrono, vel collatori ejuſdem beneficii, vel alteri perſonæ, eorum prætextu, ſeu verius ea de cauſa, aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliam quamcumque rem, ut ipſummet donantem, vel promittentem, vel aliam certam perſonam dictus patronus vacationi præfati beneficii præſentaret, vel collator prædictum beneficium conferret, prædictos omnes, tam donantes, quam promittentes, nec non etiam accipientes pecuniam, vel aliam rem, ſimoniam commiſiſſe, ob eamque cauſam excommunicationis ſententiam incurriſſe, a qua non poſſunt, excepto articulo mortis, ab alio, quam a Romano Pontifice abſolvi: ac niſi beneficiatus, qui ſupradicto modo beneficium obtinuit, dictum beneficium prius dimiſerit, ac omnes, & ſingulos

redditus, proventus, & emolumenta, quæ ejus occaſione conſecutus fuit, integre, & ſine mora ulla reſtituerit, ac dicti patroni, ſeu collatores pecuniam, vel aliam quamcumque rem eadem de cauſa receptam emendaverint.

II. Eaſdem etiam pœnas incurriſſe cenſemus eos, qui licet pro beneficio conſequendo non dederint, vel promiſerint, per ſe vel per alium rem aliquam, paſſi tamen fuerunt, ut parentes, vel fratres, vel alii cognati, ſeu alii pro eis, & ipſis ſcientibus, dederint, vel promiſerint quidquam prænominatis patronis, vel collatoribus, vel alteri eorum reſpectu: nec non eos, quos dicta contemplatione aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliam quamcumque rem dictis patronis, vel collatoribus, vel alicui perſonæ eorum prætextu, conſtiterit commodaſſe, ſeu mutuaſſe pecuniam, vel aliam rem a patrono, vel collatore, vel alio debitam eiſdem, vel alteri eorum remiſiſſe.

III. Inſuper illos, quos liqueret poſt dictorum beneficiorum adeptionem dimiſiſſe, vel renuntiaſſe ipſis patronis, vel collatoribus penſiones cenſualium, vel decimas, vel primitias, vel alias quaſcumque raichas, quantitates, vel res, quas dicti patroni, vel collatores dictis beneficiis ſingulis annis reſpondere ſolent; vel etiam eiſdem patronis, vel collatoribus dimiſiſſe, vel locaſſe gratis vel pro minore quantitate, quam locari ſolebant, domos, prædia, vineas, vel alias qualcumque terras, vel res, quæ ipſius beneficii ſunt, aut dictorum clericorum, ſive eorum conſanguineorum, aut amicorum.

IV. Eiſdem etiam pœnis eos ligari volumus, qui ſcientes inter eos, qui contrahunt ſimoniacam pactionem, intercedunt, & in eorum gratiam & favorem, ſua beneficia, vel alias qualcumque res obligant, ac tandem non ſolum ſimoniæ auctores, ſed etiam illius internuntios, interpretes & mediatores, ac notarios, qui ſimoniaca inſtrumenta confecerunt hactenus, vel in futurum confecerint.

V. Quæ omnia locum etiam ſibi vindicare judicamus in illis, qui aliqua ex ſupradictis pro conſequenda penſione eccleſiaſtica perpetrarunt.

VI. Quorum fructuum, reddit, uum, proventuum, emolumentorum, & rerum datarum reſtitutionem, ſingula ſingulis referendo, nolumus dictos contrahentes ſibi invicem facere, cum de jure non poſſint; ſed illi beneficio, vel eccleſiæ, cui injuria facta eſt, ut in ejus utilitatem, & redditum augumentum dictæ pecuniæ, & aliæ quæcumque res converti poſſint. Præcipientes curatis, & confeſſoribus, ne dictos pœnitentes abſolvant, donec ſibi conſtiterit, tam dictos beneficiatos, quam dictos patronos, collatores, vel alios pecunias, vel res, ad quas reſtituendas tenentur, realiter, & cum effectu reſtituiſſe.

CAPUT II.

IDEM.

Tranſationes ſuper litibus beneficialibus inconſulto Prælato non fiant.

QUia ſæpe contingit, lites, & controverſias inter aliquos ſuper titulo alicujus beneficii moveri, & agitari, & tandem illis deſeſſis, vel altero eorum fatigato, eoſdem ad concordiam devenire, & nonnunquam ad proprias vexationes redimendas alterum ex dictis litigantibus alteri pecuniam, vel aliam rem offerre, vel dare. Ex quibus pactionibus, & conventionibus cum a juris ignaris fiant, nonnunquam conſcientiis dictorum contrahentium maxima damna inferuntur. Ideo deſiderantes dictas tranſationes, ſervatis a jure ſervandis, inter eos fieri, & iniri, præſenti conſtitutione prohibemus, ne in futurum præfati litigantes, ſi qui ſint, ſimiles pactiones, ſeu tranſactiones inconſulto, & auctoritatem non interponente ſuam prælato, ſeu ejus Officiali, & Vicario generali, facere præſumant, vel attentent. Quod ſi contrarium fecerint; ultra id, quod dictas concordias nullas eſſe volumus, pœnam decem librarum dicti contrahentes, & quilibet eorum ſuſtinebunt.

CAPUT III.

IDEM.

Confidentiæ beneficiorum prohibentur.

INſuper adhærentes Pii quinti Pontificis maximi decreto Romæ publicato die ſexta Auguſti anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi noni, hac noſtra conſtitutione prohibemus, ne is, qui in favorem alicujus in Romana curia beneficium aliquod dimiſerit, poſt dictum beneficium dimiſſum procurationem, vel redditus aliquos dicti beneficii a dicto beneficiato de novo proviſo accipiat, ex quo vel confidentiæ ſuſpicio, vel ſimoniacæ conventionis oriri poſſit. Quod ſi qui doloſe contrarium fecerint, ſciant ſe, juxta dicti motus proprii diſpoſitionem, ultra id, quod dictus recipiens ad omnium fructuum ſic receptorum reſtitutionem tenebitur, & beneficiatus novus ad beneficium dimittendum, ſententiam excommunicationis ipſo facto ambo, & renuntiantem ſcilicet, & eum, cui beneficium de novo collatum eſt, incurſuros: a qua, niſi ſatisfactione præmiſſa, neuter eorum poterit abſolvi ab alio, quam a Romano Pontifice, articulo mortis excepto. Quæ omnia locum ſibi vindicare cenſemus, non ſolum in reſignationibus, ſeu renuntiationibus beneficiorum Romæ factis, ſed etiam in aliis omnibus, quæ in confidentiam coram Ordinario facienda erunt; cum certum ſit, juxta ſacrorum canonum conſtitutiones, non poſſe quem ad aliquod beneficium præſentari, vel alicui aliquod beneficium conferri eo pacto, & conditione, quod proviſus de tali poſt adeptam poſſeſſionem dicti beneficii, de omnibus fructibus, vel redditibus illius, ſeu de aliqua parte illorum ipſi collatori, vel patrono, vel alteri cuicumque perſonæ reſpondere teneatur.

TITULUS IV.

DE USURIS.

CAPUT I.

ANTONIUS Auguſtinus in ſynodo anni MDLXXXI.

Caſus, in quibus uſura committitur.

USurarum voraginem, quæ animas fidelium devorat, & facultates nonnullorum contra jura divina, pariterque humana exhaurit, quantum in nobis eſt, compeſcere cupientes: hac

noſtra

nostra constitutione sancimus, & declaramus; eos omnes usuram commisisse, quos constiterit aliquam dedisse pecuniæ quantitatem, vel aliam quamcumqoe rem cum pacto, & conditiooe, quod aliquid ultra quantitatem mutuatam ejusdem speciei, vel alterius eidem mutuanti restituatur, vel donetur.

II. Nec non eos, qoos pecuniam commodasse alicui constiterit, conventione inter eos inita, quod is, cui mutuata est pecunia, solvat eidem mutuanti quolibet anno solidum, vel aliam quantitatem pro qualibet libra pecuniæ mutuatæ ultra sortem, & sic ad rationem census, sive censualis, ut vulgo dici solet: cum tameo revera nulla sit facta venditio censualis, scriptora interveniente inter dictos contrahentes. Quæ procedere censemus, etiam si illæ pecuniæ hac conditione mutuatæ, essent viduarum, pauperum personarum, pupillorom, vel, quod fortius est, hospitalium, confrateroiratum, eleemosynarum, vel aliarum quarumcumque piarum causarum, aut ecclesiarum. Idem censendum est, etiam si censualis scriptura conscripta sit, si is, qui accipit pecunias, nulla bona immobilia possideat, sed se, suaque bona obligat, quamvis fidejussores det idoneos.

III. Eos etiam, quos constiterit emisse frumentum, triticum, vinum, vel oleum, seu alias merces similes minori pretio, quam vendi possent, vel solerent, ob anticipationem pecuniarum: & e converso illos, quos liqueret dictas merces vendidisse cariori pretio, quam in pecuuia uumerata venderentur, ob retardationem solutiouis pretii rerum emptarum. Ac alios, quos apparuerit rem aliquam vendidisse pretio maximo, & excessivo alicui maximam necessitatem patienti, vel alteri & incontinenti, vel paullo post eandem rem ab eodem viliori, & multo minori pretio recuperasse, ut ita usura palliaretur.

IV. Prætcrea eos, quos constiterit aliquam pecuniæ quantitatem alicui mutuasse, & in pignus, sive hypothecam aliquam portionem terræ, sive fundum, aut domum accepisse, ac tempore restitutionis pecuniarum recusasse, vel renuisse, fructus, & emolumenta ex hereditate in pignus sibi tradita perceptos, vel percepta ex quantitate, quam commodaverat, deducere, vel in eadem compotare, communi dictorom fructuum & emolumentorum valore, pretio, seu æstimatione semper attentis.

V. Insuper eos, quos apparebit aliquam rem cum pacto de retro vendendo, vulgo dicto Carta de gratia, emere, ipsumque venditorem in tertia, vel majori parte pretii, communi æstimatione illius rei attenta, accipere. Ideoque prohibemus, ne hujusmodi venditiones cum dicto pacto de retro vendendo in aliqua parte hujus nostræ diœcesis fiant; quin prius per probos viros illius villæ, vel loci per Bajulum deputandos, dicta res æstimetur, & pactum redimendi non ad certos, & determinatos annos coartetur, sed arbitrio ipsius primi venditoris relinquatur: mandando hac nostra constitutione quibusvis presbyteris & notariis, ne hujusmodi contractus tamquam usurarios, & reprobatos aliter stipulentur, quam facta prius dicta æstimatione, de qua in instrumento ad uberiorem cautelam, & omnem fraudis suspicionem e medio tollendam, sub pœna viginti quiuque librarum ipso facto incurrenda, mentionem fieri volumus.

VI. Rursus eos, quos apparuerit aliquam pecuniæ quantitatem alicui commodare ea conventione, & pacto, quod is, cui mutuata est, teneatur dictam quantitatem solvere, seu restituere dando ipsi mutuanti, ad certum tempus, vel ad certos annos certas, & determinatas uncias croci, vel piperis, vel alterius speciei, sive mensuras tritici, ordei, olei, vini, & alterius rei. Prohibentes omnibus, & singulis notariis, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus hujus nostræ diœcesis, ne hujusmodi instrumenta, tamquam confecta ex contractibus scandalosis, & de usura valde suspectis, sub pœna excommunicationis stipulentur.

VII. Tum etiam eos, quos constiterit greges aliquos, seu jumenta, ad societatem vulgo dictam *Al tern diner*, alicui accommodare, cum pacto tamen, & conditiooe, quod principale, hoc est pretium totius gregis alteri commissi, & traditi, sit ipsi mutuanti salvum, & securum, vel etiam cum alio pacto, scilicet quod ipse mutuans dimidiam partem lucri accipiat, & nullam, aut minorem damni.

VIII. Illos etiam, quos constiterit ab aliquibus censum alicujus annuæ pensionis emere, vel aliquam pecuniæ quantitatem alicui mutuare, seu commodare promittere, & solutionem pretii proprietatis dicti censualis empti, vel quantitatis commodandæ facere dando venditori censualis dictum pretium censualis, seu dicto commodatario quantitatem mutuari promissam, partim in pecunia numerata, partim vero in aliis rebus, ut puta vino, oleo, frumeoto, vel aliis quibuscumque mercibus, vel rebus.

IX. Hos contractus, tamquam vehementer de usura suspectos, gravissimaque damna partibus inferentes, a nemine fieri volumus, nec ab aliquo notario, sive ecclesiastico, sive sæculari hujus nostræ diœcesis sub pœna excommunicationis stipulari. Hæc omnia, & singula in fururum ut prohibita, & usuraria punientur: quæ vero ante hanc diem contracta fuerunt a non suspectis personis, & aliis qualitatibus consideratis, excepto primo capite, mitiori pœna plectenda esse censemus.

TITULUS V.
DE MALEDICIS, ET BLASPHEMIS, ET SUPERSTITIOSIS.
CAPUT. I.
Antonius Augustinus in synodo anni MDLXXXI.

Ne qui in malis curandis utantur orationibus ab Ordinario non approbatis.

CUM nemini dubium sit, sacrosanctam matrem Ecclesiam omni studio, & vigilantia in expellendis variis, ac diversis superstitionibus, quas tam Christi fideles, quam alii in malis curandis adhibere solent, usam fuisse: ideo ejus vestigiis in re præsertim tam sancta adhærentes, præsenti constitutione præcipimus omnibus subditis

hujus

hujus nostræ diœcesis, ne in curandis, & expellendis malis quibuscumque, aliquibus orationibus utantur, quæ a nobis, vel nostro Vicario generali auditæ, & approbatæ non sint. Si qui vero hujus nostræ ordinationis temerarii transgressores fuerint, excommunicationis sententiam incurrant, & a suis propriis curatis a divinis repellantur. Ipsi vero curati diligenter investigent, quibus verbis, aut signis hujusmodi personæ utantur, & doceant eas, quid agere debeant, & inobedientium nomina referant superioribus. Idem ad eos porrigatur, qui ad inveniendum res amissas, vel ad obtinendum aliquid ab aliquo, & similia, preces, vel orationes, vel herbas adhibent, vel signa aliqua efficiunt.

CAPUT II.

IDEM.

Blasphematores quomodo sint puniendi.

CUM inter alia, quibus nos maxima diligentia invigilare oportet, sit punitio, & extirpatio eorum, qui contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime beatam Virginem Mariam linguam in blasphemiam publice, inconsiderate, ac temerarie relaxare præsumunt: ideo ut tam horrendum, & intolerabilem abusum ab hominum memoria in totum extirpemus, ac pœna uni inflicta aliis terrorem incutiat, innovantes hac nostra constitutione omnes, & singulas pœnas a diversis Romanæ Ecclesiæ Pontificibus contra dictos blasphematores indictas, & publicatas, sancimus, & quibusvis curatis sub pœna decem librarum præcipimus, ne aliquem ex præfatis maledicis, seu blasphematoribus suæ parochiæ, postquam eis constiterit blasphemiam aliquam dixisse, ad audiendum divina officia admittant, quin prius ad accipiendam pœnitentiam sibi in ecclesia publice primo die festivo arbitrio curati injungendam humilitate debita accesserint. Contumacium nomina, & delicti qualitatem superioribus curati deferant.

Pars Quinta.

TITULUS I.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

CAPUT I.

ARNALDUS Archiepiscopus in synodo anni MCCCXXXV.

Curati, vel eorum locum tenentes non extrahant notulas, seu aprisias scripturarum a propria parochia.

DEliberatione provida statuimus, ut nullus Rector, seu Vicarius, vel quivis alius notarius locum tenens Rectoris, & notarii cujuscumque ecclesiæ, loci, vel parochiæ nostræ diœcesis Tarraconensis notas, seu aprisias scripturarum suæ ecclesiæ, seu parochiæ, extra terminos suæ propriæ parochiæ portet, vel extrahat. Quicumque autem contra hanc nostram constitutionem, quovis quæsito colore, nisi ob causam necessariam, aliquid attentare præsumpserit, excommunicationis sententiam incurrat, a qua absolvi nequeat, nisi prius scripturam sublatam, seu abstractam ecclesiæ suæ restituerit, & pœnam nobis, seu nostro Vicario generali bene visam sustinuerit.

CAPUT II.

IDEM.

Nullus recipiat notas in parochia alterius sine licentia curati illius.

ITem cum in messem alienam nemo falcem suam ponere debeat, statuimus, & ordinamus, ut nullus infra parochiam alicujus Rectoris, qui notariam habeat, conficere audeat instrumenta, seu notam, vel notas recipere, sine ipsius Rectoris, vel Vicarii expressa licentia, & permissu. Qui vero contrarium facere præsumpserit, sententiam excommunicationis minoris incurrat, a qua nullatenus absolvatur, nisi de injuria, & damno dato Rectori, in cujus parochia instrumentum fecerit, seu notam receperit, prius satisfecerit competenter.

CAPUT III.

ANTONIUS August. in synodo an. MDLXXVIII.

Curati, & eorum loca tenentes conscribant plene notas, seu aprisias instrumentorum, quæ receperint, infra duos menses.

CUM ex negligentia notariorum plura damna & incommoda in dies diversis personis proveniant, jurgiaque gravia quandoque insurgant, ideo desidiæ, seu pigritiæ eorum obviare cupientes, præsenti constitutione sancimus, ut quicumque Rector, Vicarius perpetuus, seu quævis alia persona ecclesiastica, vel sæcularis habens, tenens seu regens scribaniam, seu notariam ecclesiæ, seu ecclesiasticæ personæ, intra terminos hujus nostræ diœcesis Tarraconensis, qui formam alicujus instrumenti recipiet, scribat, seu scribi faciat in suis capibreviis vel libris notularum notam continentem essentiam illius instrumenti: & quod dicta notam scribere, seu scribi facere teneantur intra duos menses, post firmas, sive stipulationes, & obligationes omnium contrahentium, & aliorum, qui ipsum instrumentum firmare habent, interpositas computando. Qui vero in aliquo ex supra dictis negligens fuerit, pœna excommunicationis ultra damna, quæ partibus reficere tenebitur, coerceatur.

FOR-

Formulæ inſtrumentorum, quibus uti debent Rectores, & alii curam animarum regentes civitatis, & diœceſis Tarraconenſis in conficiendis inſtrumentis, juxta ſtylum ſcribaniæ communis Archiepiſcopatus Tarraconenſis.

Venditio hereditatis, ſive prædii.

NOverint univerſi, quod ego: *Dicatur in plurali, ſi plures ſunt venditores* T. talis loci, non coactus, nec in aliquo circumventus, immo gratis, & ex mea certa ſcientia per me, & omnes heredes, & ſucceſſores meos quoſcumque vendo, & titulo venditionis concedo vobis honorem T. civi Tarraconenſi, & T. uxori veſtræ, & veſtris, & quibus volueritis perpetuo pretio T. librarum monetæ Barcinonenſis, de quibus ſum a vobis bene pacatus, & contentus omni meæ voluntati: ſuper quibus renuntio exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, & non ſolutæ, non habitæ, & non receptæ, pretiique non ſoluti, venditionis non factæ, & doli mali, & in factum actioni, quandam hereditatem, ſive terræ troceum continentiæ T. jugerum parum plus, vel minus, quam ego meis juſtis, & legitimis titulis habeo, & poſſideo in T. loco, in parte dicta T. in prima parellada: *Nota, quod ſi venditur fundus urbanus, puta domus, tunc confrontationes non deſignantur per ventos, ſed hoc modo; a parte ante cum vico de T. a parte retro cum cortili T. ab uno latere cum domo T. & ab alio latere cum domo T.*, quæ confrontat ab Occidente cum T. ab Oriente cum T. a Meridie cum T. & a Circio, ſive Septentrione cum T. Et: *Si res vendita non fuerit juri emphyteoticæ conditionis ſubjecta, tunc debent poni hæc verba; Quam quidem domum, vel hereditatem ego dictus venditor per purum, liberum, & francum allodium habeo, & poſſideo in T. loco &c.* tenetur partim pro anniverſariis T. ad cenſum T. ſolidorum anno quolibet ſolvendorum in die, ſive feſto T. & partim per beneficium T. ad cenſum T. ſolidorum anno quolibet ſolvendorum in dicto die, ſive feſto T. Supradictam autem hereditatem, ſive terræ troceum ſuperius confrontatum & terminatum vendo vobis, & veſtris, & quibus volueritis perpetuo pro pretio antedicto cum ingreſſibus, & egreſſibus, juribus, & pertinentiis ſuis univerſis, & cum omnibus melioramentis ibi factis, & amodo faciendis. *Nota, quod quando res vendita eſt ſita intra terminum alicujus domini ſæcularis, tunc hujuſmodi clauſula poni non debet: ponitur enim tantum in inſtrumentis venditionum fundi ſive ruſtici, ſive urbani ſiti intra jurisdictionem eccleſiæ Tarraconenſis.* Salva tamen fidelitate eccleſiæ Tarraconenſis, & Reverendiſſimi domini Archiepiſcopi ejuſdem, & ſalvis dictis cenſibus jure directo dominio, laudimio, firma, fatica triginta dierum, & empara, & alio etiam quolibet pleno jure dictor. T. & T. & in eis ſucceſſorum. Sicut ego ipſam hereditatem habeo, & habere debeo, ſic ipſam vobis, & veſtris perpetuo vendo, ac, & prout melius, & utilius deſcribi, intelligi, & excogitari poteſt ad veſtrum, veſtrorumque ſalvamentum, commodum, bonum, verum, & ſincerum intellectum, & ſic de poſſe, jure, & dominio mei, & meorum prædicta, quæ vobis vendo, extraho, & in poſſe, jus, ac dominium veſtri, & veſtrorum mitto, transfero, & tranſporto, & vos inde in corporalem poſſeſſionem mitto cum hoc præſenti publico inſtrumento vobis, & veſtris perpetuo valituro, & duraturo, ſine omni meo, meorumque retentu, & vinculo, & ad omnes veſtras, veſtrorumque voluntates inde libere perpetuo faciendas. Si vero hæc venditio modo plus prædicto valet pretio, aut in poſterum eſt valitura, totum illud plus quantumcumque ſit, vel fuerit, remitto vobis, & veſtris; habeatiſque vos, & veſtri ſemper ex meo dono, & mera liberalitate mea, & ex propria emptione veſtra: ſcienter enim renuntio illi legi, quæ corrigit deceptionem ultra dimidiam juſti pretii. Inſuper convenio, & bona fide promitto vobis, quod prædictam hereditatem, ſive terræ troceum, quam, ſeu quod vobis, & veſtris vendo, faciam vos, & veſtros, & quos volueritis habere, tenere, & in ſana pace perpetuo poſſidere contra omnes perſonas. Et de firma, & legali evictione, & de reſtitutione omnium miſſionum, & expenſarum, ſumptuum, damnorum, & intereſſe ante cauſam, in cauſa, & poſt cauſam volo vobis & veſtris ſemper teneri. Ita quod: *Nota quod hujuſmodi clauſula poteſt omitti: quando res vendita eſt parvi pretii uſque ad clauſulam:* „Et pro „ ipſa evictione &c.“ omni contradicenti, ſeu contradicentibus me opponam, & ſeu mei heredes & ſucceſſores ſe opponent, & ad quæſtionem, ſeu demandam, litem, vel controverſiam, ſi vobis, vel veſtris mota fuerit ſuper prædictis, in totum ſcilicet, vel in partem, ſatiſdabo, & ſatiſdabunt pro vobis, & veſtris, & recipiam libellum, ſeu libellos, & reſpondebo, & reſpondebunt eiſdem, ſuſcipiendo in me, & meos totum onus litigii, & agam, ſeu ducam, & agent, ſeu ducent cauſam, ſeu cauſas a principio litis uſque ad finem meis & meorum propriis ſumptibus, miſſionibus, & expenſis, vel ſi vos, vel veſtri magis volueritis, poſſitis ipſas cauſam, ſeu cauſas ducere, & tractare in propriis perſonis veſtris, vel per procuratorem veſtrum vobis, & veſtris ſuper his electione ſemper ſervata; ſcienter enim remitto vobis, & veſtris ex pacto neceſſitatem denuntiandi ac etiam appellandi. Et ſi vos, vel veſtri magis elegeritis ipſam cauſam, ſeu cauſas ducere, &

tra-

tractare in propriis personis vestris, vel per procuratorem vestrum, promitto vobis, & vestris restituere, & emendare omnes missiones, & expensas in lite, & circa litem factas, sive obtineatis vos, ac vestri, sive etiam subcumbatis: & etiam totum id quod a vobis, vel vestris evictum fuerit de præmissis, & nihilominus omne damnum, gravamen, sumptus, vel missiones, si quod, vel si quas vos, aut vestros inde pro prædictis facere, seu sustinere contigerit ullo modo, de quibus credatur vobis, & vestris juramento vestro, & eorum proprio, nullo alio probationum genere requisito. Quod juramentum per pactum inter nos super his habitum vobis nunc ut ex tunc, & e contra defero, & volo pro delato haberi: & dilationem hujusmodi juramenti revocare minime valeam: *Nota, quod si fuerint plures, qui obligantur, debes apponere renuntiationem beneficii novorum constitutionum &c. ut infra videbis in aliquibus instrumentis firmatis per duos vel plures. Et quando mulier obligatur, debet apponi renuntiatio beneficii Velleiani senatusconsulti, & authenticæ: Si qua mulier, positæ C. ad Vellej. & juribus hypothecarum, quæ habet in bonis viri sui, ut infra videbis, & debet mulier certificari de hujusmodi juribus, ut infra videndum est.* Et pro ipsa evictione, & pro omnibus aliis, & singulis supradictis, & infrascriptis sic firmiter attendendis, complendis, tenendis, & inviolabiliter observandis obligo vobis, & vestris, & quibus volueritis perpetuo omnia, & singula bona mea mobilia, & immobilia, habita ubique & habenda, privilegiata, vel non privilegiata; renuntians omni, & cuicumque juri tam canonico, quam civili his obvianti. Et ut prædicta omnia, & singula majori gaudeant firmitate: non vi, nec dolo, sed sponte juro in animam meam per dominum Deum, & ejus sancta quattuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta prædicta, omnia, & singula attendere, & complere, tenere, & inviolabiliter observare, & in aliquo non contra facere, vel venire jure aliquo, causa, vel etiam ratione. Actum est hoc in tali loco, T. die, anno a nativitate Domini T. Sig † num mei T. venditoris prædicti, qui hæc laudo, concedo, firmo, & juro.

Testes hujus rei sunt T. T.

Firma dominii ratione.

Sig † num meum T. ut procuratoris, & eo nomine Reverendi viri domini T. prout de mea potestate constat instrumento publico papyro acto T. loco, die T. recepto, testificato, & clauso per T. auctoritatibus Apostolica, & Regia not. publicum T. qui dicto nomine hujusmodi venditionem, & omnia, & singula in ea contenta laudo, approbo, & ratione directi dominii firmo, juribus tamen dicti T. semper salvis, in manu, & posse not. infrascripti, die T. mensis T. anno T. Præsentibus ibidem T T. pro testibus ad præmissa vocatis specialiter, & assumptis.

Apocha pretii retroscriptæ venditionis.

SIT omnibus notum, quod ego T. gratis, & ex mea certa scientia confiteor, & in veritate recognosco vobis honor. T. & T. uxori vestræ, quod in modum infrascriptum dedistis, & solvistis mihi, egoque a vobis habuisse, & recepisse confiteor, realiter, & de facto omni: *Nota, quod si pretium solvatur in pecunia numeranda in notarii, & testium præsentia, tunc debes omittere verba illa:* „ omni meæ voluntati “, *& dicere:* „ realiter, & de facto in pecunia numeranda in notarii, & testium infrascriptorum „ præsentia omnes illas T. libras “, meæ voluntati omnes illas T. libras monetæ. Barcinonensis pro quibus, sive quarum pretio vendidi vobis, & vestris in his successoribus, & quibus volueritis perpetuo quandam hereditatem, sive terræ troceum, quod ego meis justis, & legitimis titulis habebam, & possidebam in horta T. in parte dicta T. in prima parellada, prout affrontationes, hæcque & alia quam plura in dicto venditionis instrumento paulo ante confecto in posse T. notarii, *vel infrascripti* recepto, & testificato, ad quod me refero, latius sunt contenta. Modus: *hujusmodi clausula omittenda est, quando pretium solvitur in pecunia numerata:* vero solutionis dictarum T. librarum talis fuit, & est, videlicet quod vos dicti conjuges T. T. pro dictis T. libris cum alio instrumento paulo post istud conficiendo vendere, & originaliter de novo creare teneamini mihi, & meis T. solidos ejusdem monetæ Barcinonensis pensionis annuæ censuales annuales rendales, & perpetuales, sive de censuale mortuo sic vulgariter nuncupatos, quolibet anno a die sive festo T. proxime præteriti ad unum annum primo & continue venturum, & sic deinde anno quolibet in consimili die, sive termino solvendos. Et ideo renuntiando exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, & non solutæ, pretiique prædicti modo prædicto non habiti, & non recepti, & dolo malo, & in factum actioni, & omni alii juri, rationi, & consuetudini his obviantibus quovis modo, in testimonium præmissorum præsentem vobis facio apocham de soluto, atque recepto. Actum est hoc T. loco, die T. mensis T. Anno a nativitate Domini T. Sig † num meum T. confitentis prædicta, qui hæc laudo, concedo, & firmo.

Testes hujus rei sunt T. T.

Venditio censualis creatio

IN Dei nomine. Noverint universi, quod nos T. & T. ejus uxor: *Si uxorem non habeat se obligantem, non scribatur, & si unus solus est, ponatur in singulari, si plures in plurali:* non coacti, nec in aliquo circumventi, immo gratis, & ex nostra certa scientia ambo in simul, & uterque nostrum in solidum per nos, & nostros heredes, & successores quoscumque vendimus, & ex causa venditionis concedimus vobis R. & venerationes dominis T. & T. & vestris in his successoribus, & quibus volueritis, perpetuo unum, vel duo censualia mortua infrascripta, tam scilicet in pretiis, & proprietatibus, quam in pensionibus, & ratis ab inde debendis, ac aliis eorundem accessoriis. Primo totum illud censuale mortuum jam creatum pretii, sive proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ T. solidorum monetæ Barcinonensis, quod nobis titulis infrascriptis faciun-

faciunt, & præstant, facereque & præstare tenentur anno quolibet die T. mensis T. T. & T. conjuges. Item totum illud censuale mortuum jam creatum pretii, seu proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ T. solidorum ejusdem monetæ Barcinonensis, quod nobis similiter titulis infrascriptis faciunt, & præstant, facereque & præstare tenentur anno quolibet in die T. & T. omnes T. loci. Et spectant prædicta censualia, quæ vobis vendimus, ad me dictum T. virtute *ponitur exempli causa, ponatur alia vera causa* in solutum dationis, assignationis, & consignationis mihi factæ per honor. T. in quadam transactione, & concordia inter nos firmata, & jurata cum instrumento recepto per discretum T. notarium publicum T. die T. mensis T. anni. Ad dictum talem prædicta pertinebant, & spectabant titulo venditionum, & originalium creationum per supranominatos respective eidem factarum, prout constat, videlicet de creatione facta per dictos T. & T. conjuges, & alios in censuali pretii T. librarum nominatos, instrumento publico in pergameno scripto acto in T. die T. mensis anni T. recepto, testificato, & clauso per vener. T. Rectorem, vel Vicarium, & not. publicum T. De creatione vero censualis pretii T. librarum facta per supradicta T. & T. alios in dicto censuali nominatos constat instrumento publico in pergameno scripto, acto in dicta villa, seu loco T. die T. mensis T. anni T. recepto, testificato, & clauso per T. notar. publ. T. Et spectant ad nos prædicta, quæ vobis vendimus, nedum titulis supradictis, verum etiam ex antiqua possessione. Quæ quidem censualium instrumenta publica, & authentica vobis tradimus cum præsenti, ad faciendum inde de eisdem vestræ libitum voluntatis. Et est sciendum, quod dicta censualia, quæ vobis vendimus, submissa, & subposita sunt instrumentis gratiæ redimendi, quæ vos, & vestri in his successores sequi habeatis, & ad unguem servare. Hanc autem venditionem, & ex causa hujusmodi venditionis concessionem facimus nos dicti T T. venditores vobis dictis T T. & vestris in his successoribus & quibus volueritis perpetuo de prædictis; sicut melius dici potest, & intelligi, ac etiam excogitari ad sanum salvamentum, & bonum etiam intellectum vestri, & vestrorum. Extrahimus prædicta, quæ vobis vendimus de jure dominio, proprietate, & posse nostri, & nostrorum; eademque omnia, & singula in vestrum, vestrorumque jus, dominium, proprietatem, possessionem, & posse mittimus, transferimus, & transportamus irrevocabiliter pleno jure ad habendum, tenendum, omnique tempore perpetuo pacifice possidendum, sine contradictione, & impedimento nostri, & nostrorum, & alterius cujuscumque curiæ, & personæ; promittentes tradere vobis, aut cui volueritis loco vestri, possessionem corporalem, seu quasi prædictorum, quæ vobis vendimus, & in ea vos, & vestros in his successores, ac quos volueritis facere existere perpetuo potiores præ ceteris quibuscumque, vel vos, aut vestri, si volueritis, possitis dictam possessionem corporalem, seu quasi quandocumque volueritis libere apprehendere, & apprehensam penes vos, & vestros licite retinere: quæ quidem possessio cum per vos, vel vestros apprehensa fuerit, tantum valeat, tantamque obtineat roboris firmitatem, quantum valeret, & obtineret, si per nos vobis tradita extitisset realiter, corporaliter, & de facto. Nos enim interim, id est, donec dictam possessionem vobis tradiderimus, vel vos, aut vestri eam apprehenderitis, ut est dictum, fatemur, & constituimus, nos prædicta, quæ vobis vendimus, pro vobis, & vestris in his successoribus, vestroque & eorum nomine proprio tenere, & possidere, seu quasi, scientes illum de jure possidere, cujus nomine possidetur; volentes quod vigore horum verborum, & ex juris dispositione, seu ministerio dicta possessio in vos, & vestros in his successores pro tradita, & translata penitus sit, & habeatur, ac si per nos vobis tradita foret realiter, corporaliter & de facto. Præterea ex causa hujusmodi venditionis, & alias, eis videlicet melioribus via, modo, & forma quibus melius scimus, & de jure facere possumus, & debemus damus, cedimus, transferimus, & mandamus vobis, & vestris in his successoribus omnia jura, omnesque actiones reales, & personales, mixtas, utiles, & directas ordinarias, & extraordinarias, & alias etiam quascumque nobis competentia, & competentes, competereque debentia, & debentes in prædictis, quæ vobis supra vendimus, contra prædictos in dictis censualibus obligatos, eorumque & cujuslibet eorum bona, & alias quascumque personas, bona, & res ratione, & occasione eorundem. Quibus juribus, & actionibus supradictis possitis vos, & vestri, & quos volueritis, porratas, & pensiones ab inde debendas ex dictis censualibus cum pœnis, salariis, missionibus, & expensis, ac aliis eorundem censualium accessoriis anno quolibet in dictis supra designatis terminis, & in casu luitionis eorundem, seu alterius eorum pretium, seu pretia, ac proprietates a prædictis desuper designatis, obligatis in dictis censualibus, & eorum bonis, & ab aliis quibuscumque personis, & bonis, quæ ad hæc teneantur, seu tenebuntur in posterum quavis causa petere, exigere, recipere, & habere, & inde apocham, & apochas, albarana, fines, definitiones, & quovis titulo, sive causa cessiones facere, & firmare, retroclama, sive secundas querelas facere, & exponere, & eorum executiones postulare, & fieri requirere, & instare, & ad finem, & effectum debitum deducere, & alias uti, & experiri agendo scilicet, respondendo, defendendo, excipiendo, proponendo, & replicando, triplicando, & ultra, & omnia alia, & singula faciendo, & libere exercendo in judicio, & extra judicium quæcumque, & quemadmodum nos facere poteramus ante præsentem venditionem, juriumque & actionum cessionem, & possemus etiam eis non factis nunc, & etiam postea quandocumque. Nos enim facimus, & constituimus vos, & vestros in his successores, in his dominos, & procuratores, ut in rem vestram propriam ad faciendum inde de prædictis vestræ libitum voluntatis. Dicentes, intimantes, & mandantes tenore præsentis publici instrumenti vicem epistolæ in se ge-

 ren-

rentis dictis T. T. & T. & eorum fidejussoribus, & aliis etiam quibuscumque personis, quæ ad hæc teneantur, seu tenebuntur in posterum quavis causa, quibus cum hoc eadem prædicta notificamus, quatenus ad solam præsentis publici instrumenti ostensionem, & exhibitionem, vobis, & vestris in his successoribus respondeant, & satisfaciant, pareant, & obediant, sicuti, & prout nobis ante hujusmodi venditionem, juriumque, & actionum cessionem respondere, & satisfacere, parere, & obedire tenebantur, alia intimatione, seu mandato a nobis, seu nostris minime expectatis, & requisitis. Pro pretio vero prædictorum, quæ vobis, & vestris in his successoribus supra vendimus, dedistis, & solvistis nobis, nosque a vobis habuisse, & recepisse confitemur TT. libras monetæ Barcinonensis. Et ideo renuntiando exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, & non solutæ, & pretii prædicti non recepti, & dolo malo, & in factum actioni, & omni alii juri, rationi, & consuetudini contra hæc repugnantibus damus scienter, & remittimus vobis, & vestris in his successoribus donatione pura, perfecta, simplici, & irrevocabili inter vivos, si quid prædicta, quæ vobis supra vendimus, plus modo valent, aut amodo valebunt pretio ante dicto. Insuper convenimus, & bona fide promittimus vobis, & vestris, quod prædicta, quæ vobis vendimus, faciemus vos, & vestros in eadem successores habere, tenere, percipere, & possidere in sana pace perpetuo contra omnes personas, & de firma, & legali evictione, & legitima defensione eorundem *Hujusmodi evictio non semper ponitur, per pactum tamen, ut emptoris juri caveatur, debet poni*, in omnem casum, & eventum, quo ipsa censualia, seu alterum eorum in totum, vel in partem aliquo anno, vel aliquibus annis cessaretur, seu impediretur, contradiceretur, seu retineretur, vel retardaretur, vobis, vel vestris solvi, fieri, seu præstari, lapsis viginti diebus post terminum solutionum dictorum censualis, seu censualium, aut alias quovis casu etiam non cogitato, vel non opinato, & etiam hic non expressato, nos, & nostri dabimus, & solvemus vobis, & vestris realiter, & cum effectu dictas pensionem, seu pensiones, sub & cum illis videlicet salario procuratoris, restitutione missionum, & expensarum, renuntiatione proprii fori, submissione curiarum, pœna tertii, & aliis etiam renuntiationibus, clausulis, & cautelis, in quibus prædicti censualistæ, & alii in, & cum præcalendatis instrumentis sunt stricti, & obligati, volumus vobis, & vestris prævio nomine semper teneri; ac promittimus ex pacto dictas pensionem, seu pensiones dictorum censualium lapso dicto termino, seu terminis solvere; hoc tamen adjecto, & declarato, quod casu quo oportuerit nos, & nostros vobis, & vestris solvere dictam pensionem, seu pensiones, toties quoties fieri contingat, vos, & vestri in his successores teneamini, & teneantur nobis, & nostris facere apocham de soluto, & locum vestrum cedere, & cessionem facere contra cunctas personas ad præstationem dictorum censualis, seu censualium obligatas, sine evictione, & bonorum vestrorum obligatione. Et pro majori securitate præmissorum, & ut de prædictis omnibus, & singulis vobis, & vestris diligentius cautum sit, damus vobis, & vestris in his successoribus in fidejussorem nostrum, & principalem solutorem, qui nobiscum, & sine nobis teneatur vobis, & vestris in solidum pro prædictis, honor. T. T. loci. Ad hæc ego T. fidejussor præfatus laudans prædicta, dictamque fidejussionem gratis in me suscipiens & acceptans gratis, & ex mea certa scientia, convenio, & bona fide promitto, quod cum dictis principalibus meis, & sine eis tenebor, & teneri volo vobis, & vestris in solidum pro prædictis, prædictaque per dictos meos principales vobis supra promissa attendam, & complebo, attendique, & compleri faciam, sub, & cum eisdem salariis restitutione missionum, renuntiatione proprii, submissione curiarum, pœna tertii, & aliis etiam renuntiationibus, & clausulis, prout melius, & plenius superius est expressum. Et pro prædictis omnibus, & singulis complendis, & firmiter attendendis, tenendis, & inviolabiliter observandis obligamus nos superius nominati tam principales quam fidejussor, vobis dictis dominis emptoribus, & vestris in his successoribus omnia, & singula bona nostra, & cujuslibet nostrum in solidum mobilia, & immobilia, ubique sint habita, & habenda, privilegiata, & non privilegiata: renuntiantes quantum ad hæc beneficia novarum constitutionum, & dividendarum, ac cedendarum actionum, & epistolæ divi Adriani, & consuetudini Barcinonensi loquenti de duobus, vel pluribus in solidum se obligantibus. Et ego dicta mulier renuntio expresse certiorata prius de juribus meis per notarium infrascriptum, beneficio Vellejani senatusconsulti in favorem mulierum introducto, & authenticæ incipienti: *Si qua mulier*, positæ C. ad Vellejanum; dotique & sponsalitio meis, & juribus hypothecarum mearum, quæ habeo, & habere debeo in hereditate, & bonis dicti viri mei: quæ omnia ex pacto vobis, & vestris remitto, & in his vos mihi præferri volo, & consentio. Et ego dictus fidejussor renuntio etiam expresse legi, sive juri dicenti, quod prius conveniatur principalis, quam fidejussor; & alii dicenti, quod sublato principali, tollatur accessorium. Et omnes denique tam principales, quam fidejussores renuntiamus omni alii juri, rationi, & consuetudini contra hæc repugnantibus quovis modo. Et ut prædicta omnia, & singula majori robore fulciantur, non vi, nec dolo, sed sponte juramus in animas nostras per Dominum Deum, & ejus sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, prædicta omnia, & singula attendere, & complere, tenere, & inviolabiliter observare, & in nullo contra facere, vel venire, jure aliquo, causa, vel etiam ratione. Actum est hoc in tali loco, die T. mensis T. anno a nativitate Domini T. Sig † † † na nostrum T. & T. conjugum principalium, & T. fidejussoris prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, firmamus, & juramus.

Testes hujus rei sunt T. & T.

Apo-

Apocha pretii retroscripti censualis jam creati.

SIT omnibus notum, quod nos T. & T. ejus uxor, gratis, & ex nostra certa scientia confitemur, & in veritate recognoscimus vobis T. quod dedistis, & solvistis nobis, nosque a vobis habuimus, & recepimus, bene, & plenarie numerando, realiter, & de facto, in notarii, & testium infrascriptorum præsentia, omnes illas T. libras monetæ Barcinonensis, pro quibus, sive quarum pretio vendidimus vobis, & vestris in his successoribus perpetuo unum, vel duo censualia mortua jam creata; alterum scilicet pretii, & proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ T. solidorum monetæ Barcinonensis, quod nobis certis, justis, & legitimis titulis faciebant, & præstabant, ac facere, & præstare tenebantur anno quolibet, die T. mensis T. ille T. & illa T. conjuges, & T. T. Alterum vero pretii, sive proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ totidem solidorum ejusdem monetæ Barcinonensis, quod nobis similiter faciebant, & præstabant, ac facere & prestare tenebantur anno quolibet, in die, seu festo sancti T. mensis T. ille T. & T. T. prout de dicta venditione constat instrumento publico die T. infrascriptorum mensis, & anni in posse not. infrascripti confecto, ad quod habeatur relatio. Et ideo in testimonium præmissorum præsentem vobis facimus apocham de soluto, atque recepto. Actum est hoc die T. mensis T. Anno a nativitate Domini T. Sig † † na nostrum T. & T. conjugum confitentium prædicta, qui hæc laudamus, concedimus, & firmamus.

Testes hujus rei sunt honor. T. & T.

Venditio censualis mortui, quæ fit pro solvendo, & pacando partem pretii alicujus mansi.

IN Dei nomine. Noverint universi, quod nos T. & T. ejus uxor, quia pro solvendo, & pacando partem pretii mansi, & hereditatum ejusdem per nos emptarum a T. nomine suo proprio, & procuratorio dominæ T. ejus matris infra specialiter obligatæ, indigemus pecuniæ quantitate infrascripta, quam alias minori damno nostro habere nequimus, quam per viam venditionis censualis mortui infrascripti; idcirco non coacti, nec in aliquo circumventi, immo gratis, & ex nostra certa scientia, per nos, & omnes nostros heredes, & successores quoscumque vendimus, & titulo venditionis concedimus vobis venerabilis T. illius ecclesiæ T. beneficiato, pro Reverendo Capitulo, vel communitate ejusdem ecclesiæ, & discreto T. civi, vel habitatori, aut incolæ ejusdem civitatis, vel loci, pro dicta civitate, vel loco administratoribus T. hospitalis, vel causæ piæ T. ementibus nomine, & ad opus dictæ ecclesiæ, vel hospitalis, vel causæ piæ, & vestris in dicta administratione successoribus, & quibus dicto nomine volueritis, perpetuo, instrumento tamen seu pacto gratiæ redimendi mediante, pretio T. librarum monetæ Barcinonensis processatum ex luitione illius censualis mortui consimilis pretii, quod dicti T. & T. ut heredes, seu possessores bonorum, quæ fuerunt quondam T. vobis dicto nomine, seu dicto hospitali, aut loco annis singulis faciebant, & præstabant die T. De quo quidem pretio sumus a vobis bene pacati, & contenti omni nostræ voluntati. Super quibus renuntiamus exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, & non solutæ, non habitæ, & non receptæ, pretiique non soluti, venditionis non factæ, & dolo malo & in factum actioni, tot solidos dictæ monetæ censuales annuales, rendales, & perpetuales, sive de censuali mortuo sic vulgariter nuncupato; absque tamen laudimio, firma, & fatica; sed cum ampara, & omni alia coercione, & districtu habendi, & exigendi eosdem immunes, francos, & quitios ab omnibus, & singulis quæstis, tallis, collectis, hoste, cavalcata, contributione, servitute, onere, & munere servitutis publico, & privato, dominorum, & vicinorum, emparis, repressaliis, pigneribus, sive marchis, aliisque impedimentis quocumque nomine censeantur, ac sumptibus, missionibus, & expensis. Quos quidem T. solidos censuales imponimus, & incarricamus specialiter, & expresse in, & super quadam domo nostra sita in præsenti civitate, vel loco T. in vico dicto T. & affrontatur a parte ante cum dicto vico T. a parte retro cum horto T. ex uno latere, & de alio latere cum T. Item in, & super toto dicto manso cum terris, honoribus, & possessionibus ejusdem tam in horta, quam in siccano, quæ quidem horta est T. jugerum, siccanus vero T. parum plus, vel minus, per nos, ut prædicitur, a dictis T. & T. empto, sito in termino T. in capite hortæ, vel loci ejusdem in parte dicta T. prout confrontant ab Oriente cum T. ab Occidente cum T. a meridie cum T. prout de emptione per nos facta instrumento publico die T. in posse T. notario confecto. Quas quidem domum, & mansum, & hereditates, seu terras prædictas per pactum inter nos, & vos conventum vendere, obligare, impignorare, nec modo aliquo alienare nequeamus, donec dictum censuale fuerit omnino luitum, & quietatum. Et generaliter imponimus, & incarricamus dictum censuale tot solidorum in, & super omnibus, & singulis aliis bonis nostris, & utriusque nostrum in solidum, mobilibus, & immobilibus, habitis ubique & habendis, privilegiatis, & non privilegiatis, solvendorum, apportandorum, tradendorum, & deliberandorum per nos, & nostros, & quemlibet nostrum in solidum vobis, & vestris, & quibus volueritis perpetuo intus præsentem civitatem, vel locum T. & in domo habitationis vestræ dicto nomine, & vestrorum in dicta administratione successorum, aut alibi ubi vos, & ipsi fovebitis, & fovebunt domicilium, infra tamen Cathaloniæ principatum, nostris propriis sumptibus, missionibus, & expensis, & ad nostri, & nostrorum periculum, & fortunam, a die præsenti, qua hoc præsens conficitur instrumentum, ad unum annum primo, & continue venturum, & sic deinde anno quolibet in consimili die, sive termino, in pecunia numerata, & non in pignoribus, vel aliis rebus; sine omni videlicet dilatione, excusatione, exceptione, & absque omni damno, gravamine, & missione vestri, & vestrorum. Et si forte pro petendo, vel exigendo dictum censuale in totum, vel in partem vos, vel

vestros sumptus, vel missiones, aut damna aliqua, vel gravamina, facere, vel sustinere contingerit, ullo modo in judicio, & extra judicium tam in advocatis, procuratoribus, nuntiis, sagionibus, scripturis, causis, quæstionibus, & controversiis, quam alias quoquo modo; totum illud, quantumcunque sit, vel fuerit, promittimus vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus restituere, & emendare, omni vestræ, & eorum voluntati: de quibus credatur vobis, & vestris juramento vestro dicto nomine, & eorum, nullo alio probationum genere requisito. Quod quidem juramentum per pactum inter nos super his habitum vobis nunc ut ex tunc, & e contra deferimus, & volumus pro delato haberi; & dilationem hujusmodi juramenti revocare minime valeamus ulterius, si contingat vos dicto nomine, vel vestros in dicta administratione successores ad nos, vel ad nostros ire, vel nuntium aliquem, vel procuratorem vestrum mittere, seu destinare pro petendo, vel exigendo dictum vestrum censuale in totum, vel in partem, aliquo, vel aliquibus, anno, vel annis lapso termino solutionis prædicto, convenimus, & promittimus dare, & solvere vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus, aut dicto nuntio, & procuratori vestro, & eorum, pro salario, & laboribus cujuslibet diei, qua laboraveritis, & laboraverint, decem solidos de salario quotidiano, & ultra hoc reficere, & emendare omnes missiones, & expensas, quas vos, aut dictus procurator vester feceritis, & fecerint in prædictis, ut est dictum, & pro his quibus supra, & infra renuntiamus proprio foro nostro, & privilegio proprii fori nostri, & submittimus, astringimus, & obligamus nos, & omnia bona nostra, & successorum nostrorum, mobilia, & immobilia, foro, & jurisdictioni, districtui, examini, cognitioni, & executioni curiarum venerabilium dominorum Officialis, & Vicariorum Tarraconensis aut illius curiæ ecclesiasticæ, vel sæcularis, coram qua, vel quibus nos, & omnia bona nostra, & successorum nostrorum volueritis dicto nomine convenire pro prædictis, de quibus possitis variare, & clamum de una ad alteram mittere, absque refactione missionum, & expensarum, damnorum, & interesse, re integra, vel non integra existente, & quando, & quoties volueritis, sub pœna tertii, in quam incidamus, & incurramus, & nostri heredes, & successores incidant, & incurrant, nisi solverimus, & solverint vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus prædictum censuale anno quolibet, termino præcontento. Quam quidem pœnam tertii infrascriptus notarius a nobis dictis venditoribus, nomine dictarum curiarum, & illorum omnium, quorum interfit, legitime stipulatus fuit, & recepit. Renuntiantes juri legis *Si convenerit*, D. de jurisdictione omnium judicum; & juri revocandi domum, & etiam juri dicenti, pœnam tertii non valere, nisi fuerit judicialiter confessata, & juri a quo varietas noscitur reprobata, & quod pœna semel exacta amplius peti, seu exigi non potest. Insuper convenimus, & bona fide promittimus, quod prædictum censuale mortuum, quod vobis dicto nomine, & vestris in administratione dicti T. hospitalis successoribus vendimus, faciemus vos, & vestros eodem nomine, & quos volueritis, & voluerint, semper habere, tenere, percipere, & possidere in sana pace perpetuo contra omnes personas: & de firma, & legali evictione & de legitima defensione, & de restitutione omnium missionum, expensarum, sumptuum, damnorum, & interesse, ante causam, in causa, & post causam volumus vobis, & vestris dicto nomine semper teneri. Et pro majori securitate præmissorum donamus vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus, in fidejussores nostros, qui nobiscum, & sine nobis teneantur vobis, & vestris dicto nomine in solidum pro prædictis, honorabilis T. T. & T. Ad hæc nos T. T. & T. fidejussores præfati, laudantes prædicta, dictamque fidejussionem gratis in nos acceptantes convenimus, & promittimus vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus, & quibus volueritis, quod cum dictis principalibus nostris, & sine eis tenebimur vobis, & vestris in solidum pro prædictis, cum illis, videlicet salario procuratoris, renuntiatione proprii fori, & submissione alterius, pœna tertii & aliis clausulis, & cautelis, in quibus dicti principales nostri sunt superius astricti, & *obligati*, prout melius, & plenius superius continetur. Et pro evictione hujusmodi venditionis censualis, & pro omnibus aliis, & singulis supradictis sic firmiter attendendis, complendis, tenendis, & inviolabiliter observandis, obligamus vobis dicto nomine, & vestris in dicta administratione successoribus, videlicet nos dicti principales specialiter, & in speciali obligatione prædictas domum, & mansum, ac hereditates ejusdem superius confrontatas, & terminatas, quas nomine precario, vestro dicto nomine, & vestrorum successorum confitemur tenere, & possidere, scientes illum de jure possidere, cujus nomine possidetur. Quæ quidem possessio in nos, & nostros nullatenus transferatur, sed penes vos, & vestros dicto nomine remaneat dicto censuali durante. Et generaliter nos omnes superius nominati, tam principales, quam fidejussores obligamus vobis, & vestris dicto nomine in his successoribus omnia, & singula bona nostra, & cujuslibet nostrum in solidum, mobilia, & immobilia, ubique sint habita, & habenda, privilegiata, vel non privilegiata; & per specialem obligationem non derogetur generali, nec e contra; immo vos, & vestri dicto nomine possitis uti illa, qua malueritis, electione super his vobis, & vestris semper servata. Scienter enim renuntiamus illi legi, sive juri dicenti, quod quamdiu creditor potest satisfieri de specialiter obligatis, manus ad alia non extendat, & alii dicenti, quod prius transeundum sit per specialiter, quam generaliter obligata, & quisque nostrum teneatur vobis, & vestris dicto nomine in solidum pro prædictis, ita quod aliquis nostrum non possit se inde pro alio excusare, seu defendere. Et super his renuntiamus beneficio novarum constitutionum, & dividendarum, ac cedendarum,

actio-

actionum, & epiſtolæ divi Adriani, & conſuetudini Barcinonenſi loquenti de duobus, vel pluribus in ſolidum ſe obligantibus. Et ſpecialiter ego dicta mulier renuntio beneficio Vellejani ſenatuſconſulti, & authenticæ incipienti *Si qua mulier*, poſitæ C. ad Vellejanum; & doti, & ſponſalicio meis, & juribus hypothecarum mearum, de quibus ſum per notarium infraſcriptum ad plenum certiorata. Et nos dicti fidejuſſores renuntiamus illi legi dicenti, quod prius conveniatur principalis, quam fidejuſſor. Et inſuper omnes tam principales, quam fidejuſſores renuntiamus omni gratiæ, & elongamento ſereniſſimi domini Regis, dominæque Reginæ Aragonum, & eorum liberorum, dominique Archiepiſcopi Tarraconenſis, & eorum Officialium, & cujuſcumque perſonæ gratiam facere potentis impetrare, vel etiam impetrandæ, tam ad proprium motum, quam ad requiſitionem alicujus, qua non utemur, nec uti etiam faciemus aliquo modo in prorogatione ſolutionis cenſualis ſupradicti, ſub præſtita obligatione. Renuntiamus etiam ſpatiis trium dierum, quattuor, & ſex menſium, & omni alii ſpatio, & tempori, quod datur, vel conceditur reis confeſſis, & convictis, ad ſolvendum pro bonis mobilibus, & immobilibus, vendendis, & ſubhaſtandis, & æſtimationi proborum hominum faciendæ in bonis immobilibus, quando juſtum pretium non invenitur, & privilegio animalium aratoriorum, & bonorum utenſilium hoſpitii, & omni appellationi, libelli oblationi, firmæ juris, & litis conteſtationi, & omnibus aliis juribus, legibus, auxiliis, vel facti remediis nos contra prædicta in aliquo juvantibus. Conſentientes etiam ex pacto novæ conſtitutioni, ſeu conſtitutionibus Cathaloniæ factis in curiis Barcinonæ propter fortificationem cenſualium, quoad prædictum cenſuale, & omnia alia deſuper contenta, qua, ſeu quibus uti poſſitis vos, & veſtri in dicta T. adminiſtratione ſucceſſores, eamque & eas, nos & noſtri ſervare omnino teneamur, & teneantur, & ut prædicta omnia, & ſingula majori gaudeant firmitate, juramus ſponte in animas noſtras per dominum Deum, & ejus ſancta quattuor Evangelia manibus noſtris corporaliter tacta, prædicta omnia, & ſingula attendere, & complere, tenere, & inviolabiliter obſervare, & in nullo contra facere, vel venire jure aliquo, cauſa, vel etiam ratione. Actum eſt hoc in loco T. die T. menſis T. anno a nat. Domini T. Sig † † na noſtrum T. & T. conjugum principalium prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, firmamus, & juramus, præſentibus pro teſtibus T. & T. Sig † num T. T. & T. fidejuſſorum prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, firmamus, & juramus die T. & anno T. præſentibus pro teſtibus T. & T.

Apocha pretii proxime dicti cenſualis mortui.

SIT omnibus notum, quod nos T. & T. ejus uxor, gratis, & ex noſtra certa ſcientia confitemur, & in veritate recognoſcimus vobis vener. T. presbytero illius eccleſiæ T. beneficiato, pro R. Capitulo, vel communitate, & diſcreto T. pro civitate, vel villa T. adminiſtratoribus hoſpitalis T. vel cauſæ piæ T. quod dediſtis, & ſolviſtis nobis, noſque a vobis habuimus, & recepimus realiter, & de facto in pecunia numeranda omni noſtræ voluntati illas T. libras monetæ Barcinonenſis, pro quibus ſive quarum pretio vendidimus vobis, & veſtris, & quibus volueritis perpetuo T. ſolidos cenſuales, annuales, rendales, ſive de cenſuali mortuo ſic vulgariter nuncupato prout hæc, & alia in dictæ venditionis inſtrumento hodie paulo ante iſtud confecto in poſſe notarii infraſcripti, ad quod nos referimus, latius ſunt contenta. Et ideo &c. *Fiat ut in proxima uſque.* Actum eſt hoc in illo loco, die T. menſis T. anno a nativitate Domini T. Sig † † na noſtrum T. & T. conjugum confitentium prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, & firmamus.

Teſtes T. & T.

Venditio cenſualis mortui, per univerſitatem, ſeu ſyndicos, cum ſcriptura terrti.

IN Dei nomine. Noverint univerſi, quod nos *Nota, quod ſi hujuſmodi venditio fiet per eandem univerſitatem, tunc nomina venditorum debent apponi hoc modo* „ quod nos T. bajulus loci de T. pro Excellentiſſimo domino Duce Cardonæ, *vel* pro Reverendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconenſi &c. TT. Jurati anno præſenti dictæ univerſitatis, TTTTT. omnes conſiliarii, vicini, & habitatores dicti loci, convocati, & congregati de mandato dicti bajuli, ad requiſitionem noſtram dictorum Juratorum in T. loco voce præconis, *vel* ad ſonum campanæ, ubi alias pro ſimilibus actibus, & negotiis dictæ univerſitatis ſoliti ſumus convocari, & congregari, conſiliantes, & conſilium generale dictæ univerſitatis tenentes, celebrantes, & repræſentantes, tamquam major, & ſanior pars, & plus quam duæ partes conſiliariorum dictæ univerſitatis, habita ratione præſentium, abſentium, & impeditorum; Attendentes &c. “ T. T. & T. vicini, & habitatores, conſiliarii, ſyndici, actores, & procuratores una cum aliis, & in ſolidum, ſingularium, & univerſitatis villæ T. diœceſis T. prout de dicto ſyndicatu, actoria, & procuratione conſtat inſtrumento publico papyreo, vel pergameneo, acto in villa prædicta de T. & in aula domus conſilii ejuſdem villæ, die T. menſis T. proxime præteriti, ſcilicet anni Domini T. per magnificum T. dominum dictæ villæ, ſive alio T. auctorizato, & decretato, clauſoque ſive ſubſignato per diſcretum T. Attendentes, & conſiderantes, nos dictis nominibus, dictoſque ſingulares principales noſtros, de dicta univerſitate, Divina permittente clementia, & bonitate, quam plurimum indigere frumentis, *vel ponatur alia cauſa vera* quæ propter temporis ſterilitatem ad magnum aſcenderunt pretium & forum, & etiam de die in diem aſcendere ſperatur; attendentes etiam, ſapientium, & prudentium eſſe providere futuris, præ maxime in his, quæ reipublicæ tangere videntur, commodum, & utilitatem, præcipue in frumentis, ſine quibus quis vitam humanam pertranſire nequit; & cum in proviſione præmiſſorum opus ſit pecuniis, quibus

bus dicta universitas ad præsens caret, carereque videtur; ad quas habendas pluribus per nos perquisitis viis, modis, atque formis, promptiorem modum nobis, nec dictæ universitati, & ejus singularibus minus damnosum invenire nequimus, quam per viam venditionis censualis mortui infrascripti. Idcirco utilitate dictæ universitatis, & nostrorum singularium personarum ejusdem attenta, & considerata, non coacti, nec in aliquo circumventi, immo gratis, & ex nostra certa scientia, matura deliberatione, & consilio præeunte, per nos nominibus propriis, & per nostros successores, dictamque universitatem, & singulares de eadem præsentes, absentes, & futuros; agentes hæc de, & cum auctoritatibus, & decreto Excellentissimi D. Ducis τ. vel Reverendissimi Archiepiscopi τ. domini dicti loci de τ. inferius auctorizantis, & decretantis, vendimus &c. *ut in proximo* vobis τ. & vestris in his successoribus & quibus volueritis, perpetuo, instrumento tamen gratiæ, seu pacto redimendi mediante, pretio τ. librarum monetæ Barcinonensis, de quibus &c. super quibus &c. *Fiat mutatis mutandis, ut in proximo* τ. solidos ejusdem monetæ Barcinonensis censuales &c. francos &c. Quos quidem τ. solidos censuales imponimus, & incarricamus in, & super omnibus, & singulis bonis nostris, & dictæ universitatis, & singularium ejusdem, absentium, præsentium, & futurorum, & cujuslibet nostrum, & eorum in solidum, mobilibus &c. *ut in prædicto censuali* solvendos, & portandos, tradendos, & deliberandos per nos, & nostros dictis nominibus, dictamque universitatem & in eadem successores vobis, & vestris in his successoribus intus præsentem civitatem τ. vel locum τ. & in domo habitationis vestri, & vestrorum in his successorum, aut alibi, ubi vos, & vestri fovebitis & fovebunt domicilium, infra tamen præsentem principatum Cathaloniæ, nostris, & dictæ universitatis propriis sumptibus, missionibus, & expensis, & ad nostri dictis nominibus, dictæque universitatis, & singularium de eadem periculum, & fortunam, a die præsenti, quo hoc præsens conficitur instrumentum, ad unum annum primo, & immediate venturum, & sic deinde anno quolibet in dicto termino, sive die τ. in pecunia numerata, & non in pignoribus, vel aliis rebus sine omni videlicet dilatione &c. *Fiat ut in prædicto, cum salario procuratoris decem solidorum, &c. usque &c.* Et quod pœna semel exacta amplius peti, seu exigi non potest. Insuper convenimus dictis nominibus, & promittimus vobis, & vestris in his successoribus, quod prædictum censuale, quod dictis nominibus vobis vendimus, faciemus præviis nominibus, & dicta universitas facier vos & vestros in his successores, & quos volueritis, habere, &c. & de firma, & legali evictione &c. volumus dictis nominibus, & dicta universitas, & ejus singulares præsentes, absentes, & futuri volunt vobis, & vestris in his successoribus semper teneri. Et pro evictione hujusmodi venditionis censualis, & pro omnibus aliis, & singulis supradictis, & infrascriptis, sic firmiter attendendis &c. obligamus dictis nominibus nos, & omnia bona nostra propria, & dictæ universitatis, & singularium de eadem præsentium, absentium, & futurorum, & cujuslibet nostrum, & eorum in solidum, mobilia &c. Et quisque nostrum, & eorum &c. Ita quod aliquis nostrum, & eorum &c. Et super his renuntiamus dictis nominibus beneficio novarum constitutionum &c. & epistolæ &c. *Fiat semper mutatis mutandis, ut in præmisso, usque.* Et etiam renuntiamus dictis nominibus omni alii juri tam canonico, quam civili his obvianti, & omni gratiæ, & elongamento serenissimi domini Regis, dominæque Reginæ Aragonum, & eorum liberorum, *Fiat large, ut in præmisso.* Et est sciendum, quod prædictum censuale mortuum, quod vobis dictis nominibus vendimus, pœnas, salaria, missiones, & alia omnia, & singula in præsenti venditionis instrumento contenta, & specificata, nos dicti venditores dictis nominibus, & quolibet nomine in solidum scribimus, & seu scripturi sumus, & sub pœna tertii solvere promittimus nos dictis nominibus, & quolibet nomine in solidum, & seu quod dicti nostri principales in supra designato instrumento syndicatus, & procurationis, nominati nomine proprio, & dicta universitas, & ejusdem singulares solverit, & solverint vobis, & vestris in libro tertiorum curiæ honor. Vicarii, seu regentibus Vicariam Barcinonensem, proinde personas, & bona, ac jura nostra, & dictorum principalium nostrorum, & dictæ universitatis, & singularium de eadem obligando. Et quia nos dicti venditores dictis nominibus, & nostri principales, ac consilium dictæ universitatis, & singularium de eadem sumus, & sunt extra Vicariam Barcinonensem de certa scientia, & præfatis nominibus nostris propriis constituimus, & ut procuratores, ac syndici singularium, & dictæ universitatis prædictæ substituimus, & ordinamus, prout dicti singulares, & consiliarii in dicto, & præcalendato instrumento syndicatus, & procurationis constituerunt procuratores nostros, & eorum, & dictæ universitatis certos, & speciales, & ad subscripta etiam generales; ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra; omnes, & quoscumque notarios, & causidicos præsentes, & futuros intervenientes in dicta curia dicti honor. Vicarii Barcinonensis licet absentes tanquam præsentes, quorum nomina hic haberi volumus pro expressis, ad videlicet pro nominibus, & nomine nostro proprio, & etiam nomine illorum, quorum procuratores sumus, ac etiam nomine dictæ universitatis, & ejus singularium præsentium, absentium, & futurorum, & quolibet eorum in solidum, comparendum, & interessendum coram dicto Vicario, seu regente Vicariam Barcinonensem, seu in ejus curia, ubique dictum censuale mortuum, & ejus annuas pensiones, pœnas, salaria, & missiones, sub pœna tertii, scribendum, & solvere promittendum, firmandumque dictam tertii scripturam; & proinde personas, & bona, & jura nostra, & dictorum principalium nostrorum, & dictæ universitatis, & ejusdem singularium, præsentium, absentium, & futurorum, & cujuslibet nostrum, & eorum in solidum obli-

gan-

gandum, & alia faciendum, quæ inde fieri requirantur. Promittentes dictis nominibus nos, & dictos noſtros principales, & dictam univerſitatem, & ejus ſingulares habere ratum, gratum, validum, atque firmum quidquid per dictos procuratores, & ſyndicos noſtros, & dictæ univerſitatis, & ſingularium de eadem, & quemlibet eorum in ſolidum, in prædictis, & circa prædicta procuratum, & actum fuerit quomodolibet, ſive geſtum, & nullo tempore revocare, ſub bonorum noſtrorum, & dictorum noſtrorum principalium, & dictæ univerſitatis, & ejus ſingularium, & cujuslibet noſtrum, & eorum in ſolidum omnium obligatione: volentes, & conſentientes dictis nominibus, quod per præſentem, ſeu dictam tertii ſcripturam huic inſtrumento, vel e converſo, nullum fiat præjudicium, novatio, ſeu derogatio tacite, vel expreſſe: immo utraque cautio, & obligatio ſit, & remaneat in ſuis plenis robore, & valore, & una alteri accreſcat & conſolidetur: voſque dictus emptor, & veſtri poſſitis, & poſſint eis omnibus ſecuritatibus, & utraque ipſarum ſimul, vel diviſim libere uti, & eas ſemel, & pluries variare, dum de prædictis omnibus & ſingulis aliquid debeatur. Et ut prædicta omnia & ſingula &c. *ut in prædicto, uſque*. Actum eſt hoc in dicto loco de T. die T. menſis T. anno a nativitate Domini T. Sig † † † † † † na noſtrum T. & T. Juratorum, & T. r. T. & T. ſyndicorum dictæ univerſitatis, qui hæc dictis nominibus laudamus, concedimus, firmamus, & juramus.

Teſtes T. & T.

Fiat apocha, ſicut ſolutio fieret, ut in proximo, mutatis mutandis, & additis addendis.

Inſtrumentum luitionis, & definitionis cenſualis.

SIT omnibus notum, quod ego T. gratis, & ex mea certa ſcientia confiteor, & in veritate recognoſco vobis T. hic præſentibus quod luiſtis, quitaſtis, & redemiſtis a me totum illud cenſuale mortuum pretii, ſive proprietatis †. librarum, & penſionis annuæ T. ſolidorum monetæ Barcinonenſis, quod anno quolibet, die T. menſis T. titulis infraſcriptis mihi faciebatis, & præſtabatis, facereque & præſtare tenebamini. Quod quidem cenſuale pertinet, & ſpectat ad me ut heredem univerſalem T. prout de mea hereditate conſtat ejus ultimo teſtamento, quod inde condidit, fecit, & firmavit in civitate T. vel loco T. die T. menſis T. anni T. penes T. not. civem T. Ad dictum vero T. prædictum cenſuale pertinebat, & ſpectabat titulo ſuæ propriæ emptionis, quam exinde de eo fecit a T. cum inſtrumento penes T. not. T. Quod ſiquidem cenſualis inſtrumentum in ejus propria forma, & figura vobis reſtituo, & torno, ad illud videlicet per vos caſſandum, cancellandum, lineandum, & annullandum, prout ego cum præſenti ipſum caſſo, cancello, lineo, & annullo, & pro caſſato, cancellato, lineato, & annullato haberi volo, & cenſeo, tam in dicta ejus propria forma, & figura, quam nota, & aprilia, & aliis ejuſdem cenſualis acceſſoriis; ita, & taliter quod in judicio, nec extra nullam de cetero obtineat roboris firmitatem, nullinſque ſit roboris, nec momenti: & ſic quod mihi, nec meis prodeſſe, nec vobis, nec veſtris, nec aliis in dicto cenſuali obligatis obeſſe poſſit, atque valeat in futurum. Pro qua quidem luitione, quitatione, & redemptione dicti cenſualis dediſtis, & ſolviſtis, ac reſtituiſtis mihi, egoque a vobis habui, & recepi realiter, & de facto numerando in præſentia nota: & teſtium infraſcriptorum T. libras monetæ Barcinonenſis pro pretio dicti cenſualis: nec non confiteor me fore ſolutum, & plenarie ſatisfactum de omnibus penſionibus, & rata, ratione dicti cenſualis uſque in præſentem diem debitis. Et ideo ab ipſis pretio, penſionibus, & rata, & ab illius annuæ penſionis præſtatione, nec non ab omni actione, quæſtione, petitione, & demanda, quam vobis, & veſtris ex cauſis prædictis facere, proponere, movere, ſeu etiam intentare poſſem, vos, & veſtros, & bona veſtra, & aliorum in dicto cenſuali obligatorum penitus abſolvo, & facio vobis, & eis bonum finem, & pactum firmiſſimum de ulterius aliquid non petendo, & de non agendo amodo quidquam de prædictis; ſuper his mihi, & meis ſilentium perpetuum imponendo, omnemque agendi viam penitus abdicando, & præcludendo, ſicut melius dici poteſt, & intelligi ad veſtrum, veſtrorumque ſalvamentum, ſanum, & bonum etiam intellectum. Actum eſt hoc T. die T. menſis T. anno a nativitate Domini T. Sig † num T. confitentis prædicti, qui hæc laudo, concedo, & firmo.

Teſtes T. T.

Venditio proprietatis, ſive prædii facta per manumiſſores teſtamentarios.

NOverint univerſi, quod nos T. T. & T. cives, vel incolæ, vel habitatores T. loci, manumiſſores, & executores teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis vener. T. presbyteri quondam beneficiati T. eccleſiæ T. loci T. qui dominum Deum, & ejus animam, & cauſas pias heredes inſtituit univerſales, ſive legata pia fecit, prout de noſtra manumiſſoria conſtat ejuſdem vener. T. codicillo, quod inde condidit, & firmavit coram T. notario, die T. menſis T. proxime præteriti, dicto nomine inſequendo voluntatem dicti teſtatoris, qui morte ſua ſecuta voluit, & mandavit omnia bona ſua vendi in encantu publico plus dantibus, & offerentibus. Ideo gratis &c. agentes hæc de, & cum conſenſu, auctoritate, & decreto R. domini officialis, & Vicarii generalis Tarraconenſis per nos dicto nomine, & ſeu verius dictam manumiſſoriam, & in ea ſucceſſores quoſcumque vendimus, & titulo venditionis concedimus vobis vener. T. non ut presbytero, ſed ut laicæ, & privatæ perſonæ, & non de pecuniis eccleſiæ, ſed veſtris labore, & induſtria acquiſitis, ementi in encantu publico tamquam plus danti, & offerenti, mediantibus proxenetis, ſive curritoribus infraſcriptis, & veſtris & quibus volueritis, perpetuo, pretio T. librarum Barcinonenſium, de quibus &c. ſuper quibus &c. *Fiat mutatis mutandis, ut in prima venditione:* quoddam hoſpitium, ſive domum, & quoddam viridarium eidem hoſpitio contiguum,

ſive

sive quoddam prædium, hospitium videlicet, situm in præsenti civitate, vel tali loco, in vico dicto T. prout affrontatur dictum hospitium, vel domus de uno latere cum hospitio T. ex alio latere cum hospitio magnifici T. a parte retro cum hospitio heredum T. partim, & partim cum dicto viridario, & a parte ante cum dicto vico: & tenetur per Reverend. T. ad censum T. librarum Barcinonensium anno quolibet solvendorum in festo T. dictum vero viridarium, vel prædium affrontatur ex una parte &c. *Designentur ut supra, usque*: Supradictum autem hospitium, & viridarium superius confrontatum, & terminatum &c. cum ingressibus &c. & cum omnibus meliorамentis &c. *Fiat semper large, ut in præmisso*: salva tamen fidelitate: *Nota, ut supra in prima formula*: ecclesiæ Tarraconensis &c. & salvis dictis censibus, juribus directis dominiis, laudimiis, firmis, emparis, & faticis triginta dierum, & alio etiam quolibet pleno jure dictorum T. & T. & in eis successorum, sicut nos dicto manumissorio nomine melius habemus &c. *Fiat, ut in jam dicto præmisso, usque*: Insuper convenimus, & bona fide promittimus dicto nomine vobis, & vestris, quod prædicta, quæ vobis vendimus, faciemus, seu verius dicta manumissoria faciet vos, & vestros, & quos volueritis habere &c. & de firma, & legali evictione &c. Ita quod omni contradicenti, seu contradicentibus nos dictis nominibus opponemus, & seu nostri in dicta manumissoria successores se opponent, & ad quæstionem, seu demandam, litem, vel controversiam, si vobis, vel vestris mota fuerit super prædictis, in totum scilicet, vel in partem, satisdabimus, & satisdabunt pro vobis, & vestris, & recipiemus libellum, seu libellos, & respondebimus, & respondebunt eisdem, suscipiendo in nos, & nostros totum litigium, & agemus, seu ducemus, & agent, seu ducent causam, seu causas a principio litis usque ad finem, nostris, & nostrorum dictis nominibus, propriis sumptibus, missionibus, & expensis: vel si vos, vel vestri magis volueritis potius ipsam causam, seu causas ducere, & tractare in propriis personis vestris, vel per procuratorem vestrum; vobis, & vestris super his electione semper servata. Scienter enim remittimus vobis, & vestris ex pacto necessitatem denunciandi, ac etiam appellandi: & si vos, vel vestri magis elegeritis ipsam causam, seu causas ducere, & tractare in propriis personis vestris, vel per procuratorem vestrum, promittimus vobis, & vestris restituere, & emendare omnes missiones, & expensas in lite, & circa litem factas, sive obtineatis vos, & vestri, sive etiam succumbatis, etiam totum id, quod a vobis, vel vestris evictum fuerit de præmissis; & nihilominus omne damnum, gravamen, sumptus, & missiones, si quod, vel si quas vos, vel vestros inde pro prædictis facere, seu sustinere contigerit ullo modo, de quibus credatur vobis, & vestris juramento vestro, & eorum proprio, nullo alio probationum genere requisito. Quod juramentum, per pactum inter nos super his habitum, nunc, ut ex tunc, & e contra deferimus, & volumus pro delato haberi; & delationem hujusmodi juramenti revocare minime valeamus. Et pro ipsa evictione, & pro omnibus aliis, & singulis supradictis, & infrascriptis sic firmiter attendendis &c. obligamus dictis nominibus vobis, & vestris, & quibus volueritis perpetuo omnia, & singula bona, & jura dictæ manumissoriæ, mobilia, & immobilia, habita ubique, & habenda, privilegiata, vel non: bona autem nostra non intendimus in aliquo obligare, cum negotium geramus alienum. Et super his renuntiamus omni, & cuicumque juri &c. Et ut prædicta &c. juramus sponte dictis nominibus per dominum Deum, & ejus sancta quattuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, prædicta omnia, & singula attendere &c. *Fiat semper, ut in prima venditione proprietatis, usque &c.* jure aliquo, causa, vel etiam ratione. Ad hæc nos T. & T. curritores sive proxenetæ publici, & jurati præsentis civitatis, sive loci T. referimus, & fidem facimus nos encantasse, & subhastasse prædictum hospitium, sive domum & viridarium per loca solita præsentis civitatis, vel loci, non solum per triginta dies, ut moris est, verum etiam amplius; & cum ad nos multi emptores accessissent, non accessit alius emptor, qui tantum pretium se offerret daturum, quantum vos dictus T. qui obtulistis vos daturum prædictas T. libras Barcinonenses. Ideo vobis tamquam plus danti, & offerenti in encantu publico prædictum hospitium, sive domum, & viridarium liberamus. Actum &c. Sig † † † na nostrum T. T. & T. manumissorum prædictorum, qui hæc dictis nominibus laudo, confirmo, & juro.

Testes T. & T.

Sit omnibus notum, quod &c.

Fiat apocha dicti pretii.

Incarricatio censualis.

IN Dei nomine. Noverint universi, quod nos T. & T. attendentes nos cum instrumento penes not. infrascriptum recepto die T. emisse a vobis T. quendam hortum confrontatum ab Oriente &c. Attendentes insuper, & considerantes, nos non habere pecunias numerabiles, quibus solvere possemus T. libras monetæ Barcinonensis, quæ sunt pars pretii dicti horti, fuitque pactatum, & conventum inter nos, & vos, ut pro ipsis penes nos & bona nostra, & ad onus nostrum solvendi, pariterque luendi, assumere, & incarricare teneamur totum illud censuale mortuum pretii, sive proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ T. solidorum, quod anno quolibet, die T. mensis T. ratione dicti hospitii, & viridarii faciebatis, & præstabatis magnifico T. ideo pactata, & conventa inter nos adimplere volentes, non coacti, nec in aliquo circumventi, immo gratis, & ex nostra certa scientia, penes nos, & bona nostra, & ad onus nostrum solvendi, pariterque luendi, assumimus, & incarricamus dictum censuale, convenientes, & bona fide promittentes vobis, & dicto magnifico T. licet absenti, & not. infrascripto pro eo, & aliis, quibus interest, & intererit, legitime stipulanti, quod quolibet anno dicto die solvemus, & pacabimus dicto domino T. & suis pensionem dicti censualis nunc currentem, & ab

inde

inde debendas, & in casu luitionis ejus pretium & servare vos, & vestros, & bona vestra, & aliorum in primitivo censuali instrumento obligatorum, & aliorum indemnes, & indemnia a præstatione dicti censualis; ita videlicet, quod si forsan ullo unquam tempore vos nec vestros, nec alios in dicto censuali obligatos, & dictum dominum T. & suos ratione dicti censualis aliqua damna, missiones, expensas, & interesse contigerit pati, restituemus, & emendabimus. Et hæc omnia facere, & adimplere promittimus, sine omni videlicet dilatione &c. *Fiat large, ut in aliis, mutatis mutandis, cum salario procuratoris decem solidorum usque*, & quod pœna semel exacta amplius peti, seu exigi non potest. Et pro majori securitate præmissorum donamus vobis, & vestris, dictoque domino T. & suis in fidejussores nostros, qui nobiscum, & sine nobis teneantur vobis, & vestris, & dicto domino T. & suis in solidum pro prædictis, honor. T. & T. agricultores loci T. Ad hæc nos T. & T. fidejussores præfati laudantes prædicta omnia, & singula, dictamque fidejussionem gratis in nos acceptantes, convenimus, & promittimus vobis, & vestris, & dicto T. & suis, quod cum dictis principalibus nostris, & sine eis tenebimur vobis, & vestris, & dicto T. & suis in solidum pro prædictis, sub illis videlicet, renunriatione proprii fori, submissione curiarum, salario procuratoris, restitutione missionum, pœna tertii, & aliis clausulis, & cautelis, in quibus dicti principales nostri sunt superius astricti, & obligati. Et pro prædictis, & infrascriptis omnibus, & singulis attendendis, tenendis, complendis, & inviolabiliter observandis obligamus, videlicet nos dicti principales specialiter, & in speciali, prædictum viridarium, & hospitium superius confrontatum, & terminatum; item etiam alium hortum nostrum situm prope dictum hortum, affronratur &c. quos nomine precario vestri, & vestrorum, & dicti T. & suorum, confitemur tenere, & possidere, scientes illum de jure possidere, cujus nomine possidetur: quæ quidem possessio in nos, & nostros nullatenus transferatur, sed penes vos, & vestros remaneat, dicto censuali durante. Et generaliter nos omnes, tam principales, quam fidejussores obligamus vobis, & vestris, & dicto T. & suis omnia, & singula bona nostra, & cujuslibet nostrum in solidum, mobilia, & immobilia, ubique sint habita, & habenda, privilegiata, & non privilegiata: & per specialem obligationem non derogetur generali, nec e contra; immo vos, & vestri possitis uti illa, qua malueritis, electione super his vobis, & vestris semper servata. Scienter enim remittimus illi legi, sive juri dicenti, quod quamdiu creditor potest satisfieri de specialiter obligatis, manus ad alia non extendat, & alii dicenti, quod prius transeundum sit per specialiter, quam generaliter obligata: & uterque nostrum teneatur vobis, & vestris in solidum pro prædictis; ita quod aliquis nostrum non possit se inde pro altero excusare, seu defendere: & super his renuntiamus beneficio novarum constitutionum, & dividendarum actionum, & epistolæ D. Adriani loquenti de duobus, vel pluribus, in solidum se obligantibus. Et specialiter ego dicta mulier renuntio beneficio Vellejani senatusconsulti, & juribus hipothecarum mearum, de quibus sum per notarium infrascriptum ad plenum certiorata. Et nos dicti fidejussores renuntiamus illi legi dicenti, quod prius conveniatur principalis, quam fidejussor. Et omnes, tam principales, quam fidejussores renuntiamus omni gratiæ, & elongamento serenissimi domini Regis, dominæque Reginæ Aragonum, & eorum liberorum, dominique Archiepiscopi Tarraconensis, & eorum officialium, & cujuscumque personæ gratiam facere potentis impetratæ, vel impetrandæ, tam ad proprium motum, quam ad requisitionem alicujus; qua non utemur, nec uti etiam faciemus aliquo modo in prorogatione solutionis censualis supradicti, sub præstita obligatione. Renuntiamus etiam spatiis trium dierum quattuor, & sex mensium, & omni alii spatio, & tempori, quod datur, vel conceditur reis confessis, & convictis ad solvendum, pro bonis mobilibus, & immobilibus vendendis, & subhastandis, æstimatione proborum hominum facienda in bonis immobilibus, quando justum pretium non invenitur, & privilegio animalium aratoriorum, & bonorum utensilium hospitii, & omni appellationi, libelli oblationi, firmæ juris, & litis contestationi, & omnibus aliis juribus, legibus, auxiliis, vel facti remediis nos contra prædicta in aliquo juvantibus. Consentientes etiam ex pacto novæ constitutioni, seu constitutionibus Cathaloniæ factis in curiis Barcinonensibus propter fortificationem censualium, quo ad prædicta, & omnia & singula majori gaudeant firmitate: & juramus sponte in animas nostras per dominum Deum, & ejus sancta quattuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, prædicta omnia, & singula attendere, & complere, tenere, & inviolabiliter observare, & in nullo contra facere, vel venire, jure aliquo, causa, vel etiam ratione. Actum est hoc in T. loco &c. Sig † † na nostrum T. & T. conjugum venditorum prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, firmamus, & juramus, die T. mensis T. anno a nativitate Domini T. præsentibus testibus T. & T. Sig † † na nostrum T. & T. fidejussorum prædictorum, qui hæc laudamus, concedimus, firmamus, & juramus die T. prædictorum mensis, & anni; præsentibus pro testibus T. & T.

Instrumentum in solutum dationis, & consignationis.

IN Dei nomine. Noverint universi, quod nos T. & T. ejus uxor gratis, & ex nostra certa scientia, per nos, & nostros heredes, & successores quoscumque in solutum, & satisfationem T. librarum per nos vobis magnifico T. debitarum ratione mutui gratiosi, damus, & consignamus vobis dicto magnifico T. & vestris, & quibus volueritis, perpetuo, totum illud censuale mortuum pretii, sive proprietatis T. librarum Barcinonens. & pensionis annuæ totidem solidorum ejusdem monetæ, quod mihi dicto T. ut usufructuario, durante, & constante nostro matrimonio & mihi dictæ T. ut proprietariæ faciunt, & præ-

stant,

ſtant, facereque & præſtare tenentur anno quolibet, in die, ſive feſto T. menſis T. honor. T. & T. ejus uxor, atque T. & T. Et pertinet, & ſpectat, ad nos, videlicet mihi dicto T. ut uſufructuario, & mihi dictæ T. ut proprietariæ, titulo donationis & conſtitutionis dutalis factæ per honor. T. patrem & ſocerum noſtrum reſpective in capitulis matrimonialibus inter nos in contractu matrimonii factis, & firmatis in poſſe diſcreti T. ut aſſetitur, die T. anno T. Ad dictum vero T. patrem, & ſocerum noſtrum reſpective dictum cenſuale pertinebat, & ſpectabat tamquam heredem & ſucceſſorem univerſalem, ut dicitur T. quondam patris ejus. Ad dictum vero T. dictum cenſuale pertinebat, & ſpectabat titulo venditionis, & originalis creationis dicti cenſualis ſibi factæ per dictos T. & T. ejus uxorem, atque T. & T. prout conſtat inſtrumento publico pergameneo, acto in præſentia T. notarii, die T. menſis T. anno a nativitate Domini T. clauſoque ſive ſubſignato per diſcretum T. Et eſt ſciendum, quod in dicto cenſuali intervenit inſtrumentum gratiæ redimendi, quod vos, & veſtri ſequi habeatis, & teneamini. Hanc itaque in ſulutum dationem, & conſignationem facimus nos dicti conjuges T T. vobis dicto magnifico T. & veſtris, & quibus volueritis perpetuo de prædictis, ſicut melius, & utilius dici, ſcribi, & intelligi poteſt ad bonum, verum, ſanum, & rectum, ac ſincetum etiam intellectum veſtri, & veſtrorum. Extrahimus prædicta, quæ vobis vendimus de jure dominio, proprietate, & poſſe noſtri, & noſtrorum: eademque omnia, & ſingula in veſtrum, veſtrorumque jus, dominium, proprietatem, & poſſe mittimus transferimus, & tranſportamus irrevocabiliter, pleno jure ad habendum, tenendum, omnique tempore pacifice poſſidendum, & ad faciendum inde veſtræ libitum voluntati, ſine contradictione, & impedimento noſtri, & noſtrorum, & alterius cujuſcumque perſonæ, promittentes vobis, vel cui volueritis loco veſtri, tradere vobis, vel cui volueritis loco veſtri, poſſeſſionem corporalem, ſeu quaſi prædictorum, quæ vobis in ſolutum damus, & conſignamus; & in ea faciemus vos, vel veſtros, & quos volueritis loco veſtri, perpetuo exiſtere potiores, ut vos, aut veſtri, ſi volueritis, poſſitis ipſam poſſeſſionem veſtra, & eorum propria auctoritate, & abſque licentia, & permiſſu noſtri, & alicujus curiæ, ſeu perſonæ, libere apprehendere, & apprehenſam licite retinere. Quæ quidem poſſeſſionis apprehenſio tantum valeat, & tantum obtineat roboris firmitatem, quantum valeret, & obtineret, ac ſi per nos tradita extitiſſet realiter, & de facto. Nos enim interim, & donec dictam poſſeſſionem vobis tradiderimus, vel vos eam apprehenderitis, ut eſt dictum, fatemur, & conſtituimus, nos prædicta pro vobis, veſtroque nomine precario tenere, & poſſidere, ſeu quaſi, ſcientes illum de jure poſſidere, cujus nomine poſſidetur, volenſque vigore horum verborum, & ex juris diſpoſitione, quod dicta poſſeſſio in vos, & veſtros pro tradita, & tranſlata penitus habeatur. Præterea ex cauſa hujuſmodi in ſolutum dationis, & conſignationis, & alias, damus, cedimus, transferimus, & mandamus vobis, & veſtris omnia jura, omneſque actiones reales, & perſonales, mixtas, utiles, & directas, ordinarias, & extraordinarias, & alias quaſcumque nobis competentia, & competentes, competereque debentia, & debentes in prædictis, quæ vobis in ſolutum damus, & conſignamus, & contra quaſcumque perſonas, & res ratione, & occaſione præmiſſorum. Quibus juribus, & actionibus ſupradictis poſſitis vos, & veſtri, & quos volueritis, penſionem nunc currentem, & deinde futuras penſiones dicti cenſualis, & ab inde debendas, cum pœnis, ſalariis, miſſionibus, & expenſis, & aliis dicti cenſualis acceſſoriis, & in caſu luitionis ejuſdem pretium a dictis obligatis in dicto cenſuali, & ab aliis quibuſcumque perſonis, quæ ad hæc teneantur, ſeu tenebuntur in poſterum, quavis cauſa petere, exigere, recipere, conſequi & habere, & inde apocham, & apochas, albarana, fines, definitiones, & quovis titulo, ſive cauſa ceſſiones facere, & firmare retroclama, ſive ſecondas querelas, & alias executiones facere, & exponere, & poſtulare, & ad debitum effectum perducere, & perduci inſtare, & alias uti, & experiri agendo ſcilicet, reſpondendo, defendendo, excipiendo, proponendo, & replicando, & omnia alia, & ſingula faciendo, & libere exercendo in judicio, & extra judicium, quæcumque & quemadmodum nos facere poteramus ante præſentem in ſolutum dationem, juriumque, & actionum ceſſionem; & poſſemus nunc, ac etiam poſtea quandocumque. Nos enim facimus, & conſtituimus vos, & veſtros in his dominos, & procuratores, ut in rem veſtram propriam, ad faciendum inde veſtras liberas voluntates: dicentes, intimantes &c. *Fiat large mutatis mutandis, ut in inſtrumento venditionis cenſualis creati.*

Venditio proprietatis, facta per tutores, & curatores teſtamentarios pupillorum, cum auctoritate, & decreto curiæ.

NOverint univerſi, quod nos T. & T. tutores, & curatores teſtamentarii T. filii, & heredis quondam T. ptout de noſtris tutela, & cura conſtat ultimo teſtamento ejuſdem T. quod fecit, & firmavit apud diſcretum T. notarium publicum, die T. menſis T. anno T. dicto nomine, attendentes hereditatem, & bona dicti pupilli fore diverſis debitis obnuxia, & obligata, & ſpecialiter in quodam cenſuali mortuo penſionis annuæ T. ſolidorum, proprietatis vero T. librarum, quod dictus T. dum vivebat, faciebat, & poſtea ejus heres facit, & præſtat T. ſive anniverſariis, & diſtributionibus T. eccleſiæ, in menſe T. Item pro alio cenſuali &c. Quorum quidem cenſualium annuæ penſiones ſunt hereditati dicti pupilli multum oneroſæ, ipſamque hereditatem annihilarent, & abſorberent, niſi ipſa cenſualia totaliter redimerentur. Attendentes etiam, in dicta hereditate non eſſe pecunias numeratas, neque nomina, ſive credita, neque bona mobilia, quæ ad luitionem dictorum cenſualium mortuorum, aut alicujus eorum ſufficere poſſent: idcirco gratis, & ex noſtra certa ſcientia, pro redimendis cenſualibus mortuis ſupradictis, & aliis

one-

oneribus dicti pupilli perſolvendis, agentes tamen hæc cum auctoritate honorabili curiæ T. per dictum pupillum, & omnes ſuos heredes, & ſucceſſores quoſcumque vendimus, & titulo venditionis concedimus vobis T. ementi in encantu publico tamquam plus danti, & offerenti, mediantibus, & intervenientibus proxenetis, vel curritoribus infraſcriptis, & veſtris, & quibus volueritis, perpetuo pretio T. librarum monetæ Barcinonenſis, francarum de laudimio, impoſitione, & aliis oneribus pro nobis dictis venditoribus dicto nomine, de quibus ſumus a vobis bene pacati, & contenti omni noſtræ voluntati, ſuper quibus dicto nomine renuntiamus omni exceptioni dictæ pecuniæ non numeratæ, pretii non ſoluti, venditionis non factæ, & doli mali, & in factum actioni: totam illam domum, quæ eſſe ſolebat dicti quondam T. ſitam in præſenti loco T. in vico dicto T. prout affrontatur a parte ante &c. *Fiat ut in venditione proprietatis in capite huius formularii appoſita, mutatis mutandis, additis addendis, & addendo dicto nomine*: Sig † num noſtrum T. & T. Tarraconenſ. Vicariorum civitatis, & campi Tarraconenſis, qui hujuſmodi venditionem tamquam concernentem utilitatem dicti pupilli T. & etiam tamquam de voluntate, & conſenſu dictæ curiæ factam decretamus, eidemque noſtram interponimus auctoritatem, pariter & decretum, in manu, & poſſe notarii infraſcripti, die T. menſis T. anno a nativitate Domini T. præſentibus pro teſtibus T. & T.

Venditio uſusfructus cujuſdam hoſpitii.

EGO T. gratis &c. ad quinque annos, qui currere incipient die T. vendo vobis T. & veſtris &c. per dictum tempus uſumfructum, uſum, & habitationem, ac ad emprivium, commoditatemque & utilitatem, atque jus utendi, & fruendi illarum domorum, quas ego certis, juſtis, & legitimis titulis habeo, & poſſideo in T. loco, in capite plateæ T. &c. quæ tenentur &c. & terminantur &c. Hanc autem &c. *Fiat, ut in venditione proprietatis, &c.* Inſuper convenio, & promitto vobis, quod prædicta, quæ vobis vendo, faciam vos, & veſtros, & quos volueritis, per dictum tempus habere, tenere, & poſſidere, & ipſis domibus libere uti, & frui, ac uſumfructum ipſarum intra dictum tempus percipere in ſana pace contra omnes perſonas; quodque tenebor vobis, & veſtris de evictione prædictorum &c. & pro his &c. obligo bona &c. & prædicta &c. Hæc igitur &c. Actum &c.

Teſtes &c.

Si pretium venditionis ſolutum non fuerit, facies ſimilem obligationem.

NOverint un. quod ego T. gratis &c. confiteor, & recognoſco vobis T. præſenti, quod licet in præcedenti inſtrumento contineatur, me dediſſe, ac ſolviſſe vobis, & vos a me habuiſſe, & recepiſſe T. libras Barcinonenſes, quæ ſunt pretium ſubſcriptæ venditionis uſusfructus, eſt tamen verum, & rei veritas ſic ſe habet, quod dictam confeſſionem feciſtis ſub ſpe præſentis cautionis. Idcirco volens id quod rationis eſt ſervare, & renuntiando exceptioni rei ita non eſſe, & ſic in veritate non conſiſtere, doli mali, & actioni in factum, ac omni alii juri his obvianti, convenio, & bona fide promitto vobis, quod dictam quantitatem dictarum T. librarum, ad rationem videlicet T. librarum pro quolibet dictorum quinque annorum, ad quos mihi venditionem ſupradictam feciſtis, ut in dicto inſtrumento continetur, dabo, & ſolvam vobis in hunc modum, ſcilicet de medio in medium annum dictas T. libras, ut moris eſt in civitate Barcinonenſe ſine dilatione &c. *Fiat cum obligationibus & renuntiationibus inde concordandis, & neceſſariis, ut in inſtrumenta debiti, ſeu cenſualis.*

Arrendamentum redditwum cujuſdam beneficii.

IN Dei nomine. Noverint univerſi, quod ego T. presbyter obtinens T. beneficium &c. gratis, & ex certa ſcientia ad tres annos continuos, qui currere incipient die T. præſentis anni, & finientur die T. vendo, ſive arrendo vobis venerabili T. presbytero, & veſtris, & quibus volueritis, & per dictum tempus omnes, & ſingulos cenſus, fructus, redditus, exitus, & proventus, decimas, primitias, & alias quælibet jura dicti beneficii S. T. ſeu eidem beneficio, & mihi ejus nomine competentes, competentia, competituros, & competitura per dictum tempus, quibuſvis rationibus, juribus, titulis, atque cauſis, cum medietate tertiorum, ſive laudimiorum eidem beneficio infra dictum tempus provenientium, altera medietate ſimul cum firma, dominii ratione, mihi expreſſe reſervatis. Hanc autem venditionem, ſive arrendamentum facio dicto nomine vobis, & veſtris, & quibus volueritis, de prædictis per dictum tempus trium annorum, ſicut melius &c. *Hujuſmodi clauſulæ elongari, ſicut in venditione proprietatis debent.* Sub pictis, & conditionibus infraſcriptis extraho prædicta, quæ vendo, ſive arrendo, de jure, dominio &c. eademque &c. & ex cauſa hujuſmodi venditionis, ſive arrendamenti &c. cedo jura &c. mihi, & ſeu dicto beneficio competentia &c. quibus juribus &c. poſſitis vos, & veſtri, & quos volueritis dictos cenſus, fructus, redditus, exitus, & proventus, decimas, primitias, & alia quælibet jura dicti beneficii per dictum tempus petere, exigere, recipere, & habere; apochas, & albarana, ac ceſſiones facere, & firmare, forcias, & diſtrictus, & alia enantamenta contra emphyteotas dicti beneficii, & alias quaſvis perſonas, quæ ad præſtationem prædictam quomodolibet teneantur, facere, & fieri facere, & requirere, & alias uti, & experiri agendo &c. quæcumque & quemadmodum ego facere poſſem ante hujuſmodi contractum, & jurium ceſſionem; & poſſet nunc, & etiam poſtea quandocumque. Ego enim facio, & conſtituo vos, & veſtros, & quos volueritis, per dictum tempus in prædictis dominos &c. Dicens, & mandans tenore præſentis publici inſtrumenti vicem gerentis epiſtolæ in hac parte, quibuſvis emphyteotis, & aliis etiam perſonis, quarum intererit, ſeu quæ ad præſtationem quorumvis redditwum, & jurium mihi dicto beneficiato teneantur, quatenus vobis dicto T. & veſtris, vel

 qui-

quibus volueritis, per dictum tempus de prædictis censibus, fructibus, redditibus, exitibus, & proventibus, decimis, & primitiis, & aliis juribus quibuscumque ejusdem beneficii respondeant, & satisfaciant, pareantque, & obediant, prout mihi nomine dicti mei beneficii respondere, & satisfacere, parereque & obedire tenerentur, si præsens contractus factus non extitisset, & vos possitis ipsos ad hoc compellere, & forciare, modis scilicet, & compulsionibus, quibus ego facere possem. Pretium vero venditionis præsentis, sive arrendamenti est per totum dictum tempus trium annorum T. librarum monetæ Barcinonensis ad rationem T. librarum pro quolibet anno, quas solvatis, & solvere teneamini mihi hoc modo; videlicet in T. die proxime venturo medietatem dictarum T. librarum, & alteram medietatem in T. festo proxime sequenti, & sic deinde anno quolibet dictorum trium annorum, per similes terminos, sive solutiones. Et ideo renuntio exceptioni pretii sic non conventi, & legi, qua deceptis ultra dimidium justi pretii subvenitur, & dolo malo &c. Dono, & remitto &c. Ultra quod pretium habeatis, & teneamini deservire, seu deserviri facere dicto beneficio per idoneum presbyterum bene, & honorifice, prout est fieri assuetum, & solvere ex pecuniis vestris salarium servitii hujusmodi. Ego vero solvam, & solvere promitto omnia onera dicto beneficio incumbentia, ordinaria scilicet, & extraordinaria, tam ratione decimarum, visitationum, seu mediarum procurationum, quam subsidii, & excusati, & quibusvis aliis rationibus, sive causis, sine damno, & missione vestri, & vestrorum. Insuper convenio, & promitto vobis, quod prædicta, quæ eodem nomine vobis vendo, sive arrendo, faciam vos, & vestros, & quos volueritis per dictum tempus habere, percipere, & possidere in sana pace perpetuo contra omnes personas; & tenebor vobis, & vestris de firma, & legali evictione, & legitima defensione eorundem. Et pro his &c. obligo vobis, & vestris omnia bona mea, sive *si procurator est*, dicti principalis mei mobilia &c. Intelligatur tamen, quod non tenear vobis, nec vestris de grandine, nebula, siccitate, nec alia aeris tempestate, nec de aliis quibusvis casibus fortuitis; quinimmo quoad hujusmodi casus prædictos maneant, & stent ad vestri, vestrorumque periculum, riscum, & fortunam, prout dominus Deus ea dederit. Ac ego dictus T. acceptans dictum arrendamentum cum pactis, & conditionibus prædictis, convenio, & promitto vobis dicto T. quod dictum pretium T. librarum scilicet T. libras pro quolibet dictorum trium annorum dabo, & solvam vobis, aut cui volueritis, anno quolibet, per dictos terminos, sive solutiones, quodque deserviam, seu deserviri faciam per idoneum presbyterum dicto beneficio, prout melius hactenus fieri est consuetum, aliaque omnia, & singula supradicta, quæ per me attendenda sint & complenda, attendam, & complebo, tenebo, & observabo, sine omni videlicet dilatione, excusatione, & exceptione, & absque omni damno, missione, & interesse vestri, & vestrorum: quodque restituam vobis omnes missiones, sumptus, damna, & interesse, quos, quas, & quæ vos, & vestri feceritis, & sustinueritis quovis modo pro prædictis, culpa mei, vel meorum nolentium complere prædicta. Super quibus missionibus, damnis & interesse credatur vobis, & vestris &c. Et pro his complendis &c. obligo vobis, & vestris omnia bona mobilia &c. nec non juro sponte per Dominum Deum &c. Hæc igitur &c. Et volumus nos dicti contrahentes, quod de his fiant duo publica consimilia instrumenta, quorum unum utrique nostrum tradatur per notarium infrascriptum. Actum &c. *Fiat in omnibus, & per omnia mutatis mutandis, ut in venditione proprietatis.*

Testes &c.

Aliud instrumentum arrendamenti cum fidejussoribus.

EGO T. gratis &c. ad duos annos continuos, qui currere incipiant T. die, proxime venturi, vendo, sive arrendo vobis honor. T. & vestris &c. per dictum tempus omnes, & singulos, census, fructus, redditus, exitus, & proventus, & decimas, taschas, & primitias, & alia qualiber jura, quæ ego recipio &c. Hanc autem venditionem, sive arrendamentum &c. Ad hæc ego T. procurator, ut assero, & seu negotiorum gestor dicti T. de cujus *Hujusmodi clausula promissionis de rato debet apponi, cum procurator non facit fidem de mandato* ratihabitione teneri promitto sub bonorum meorum omnium obligatione, acceptans dictum arrendamentum, convenio, & promitto vobis dicto T. quod dictus principalis meus solvet vobis dictas T. libras terminis, & loco præcontentis, sine omni videlicet dilatione &c. & absque omni damno &c. & quod restituet vobis, & vestris omnes missiones, sumptus, damna, & interesse, quos, quas, & quæ vos, & vestri in his successores feceritis, & sustinueritis pro prædictis, culpa dicti principalis mei, vel suorum nolentium complere prædicta, super quibus &c. credatur &c. Et ut vobis diligentius cautum sit, constituo me dictum T. fidejussorem, sponsorem, seu expromissorem, & etiam dono vobis in fidejussorem honor. T. qui cum dicto principali meo, & sine eo teneat, & teneatur de prædictis omnibus, & singulis per me nomine ipsius, vobis supra promissis, eaque attendemus, & complebimus, atque attendi, & compleri, teneri, & observari faciam, & faciet, prout plenius superius continetur. Et ego prænominatus T. acceptator, seu expromissor, ac ego dictus T. fidejussor, acceptantes prædicta, convenimus, & promittimus in solidum vobis dicto T. dicto nomine, quod de prædictis omnibus, & singulis vobis supra promissis tenebimur vobis una cum dicto principali nostro, & sine eo, eaque omnia, & singula attendemus, & complebimus, attendique, & compleri, & teneri faciemus, prout superius continetur. Et pro his &c. obligamus scilicet ego dictus T. omnia bona dicti principalis mei, & nos dicti T. & T. tanquam fidejussores prædicti in solidum omnia bona nostra propria, & cujuslibet nostrum in solidum, mobilia &c. renuntiantes beneficio novarum constitutionum &c. & spe-

cia-

cialiter nos dicti fidejuſſores legi dicenti, quod prius &c. & omnes omni alii juri &c. Et ut prædicta &c. juramus &c. Actum &c.

Teſtes &c.

Precarium domorum, vulgo charta precaria.

NOverint univerſi, quod ego T. gratis &c. laudo, approbo, ratifico, & confirmo, ſive de novo ſtabilio vobis T. veſtris, & quibus volueritis, perpetuo, veſtri tamen continuiſibus, & veſtrorum, totas illas domos, quas vos habetis, & poſſidetis, prout vos, veſtrique prædeceſſores a longis citra temporibus habuerunt, & poſſederunt in T. & tenetis per me, & ſub dominio & allodio meo ad cenſum T. ſolidorum anno quolibet, die T. & terminantur &c. *Fiant terminationes &c.* Has itaque laudationem, approbationem, ratificationem, & confirmationem, ſive de novo ſtabilimentum facio vobis, & veſtris, ſicut melius &c. ſub tali tamen pacto, forma, & conditione, quod prædicta melioretis, & in aliquo non deterioretis, quodque pro cenſum dictarum domorum vos, & veſtri detis, ſolvatis, faciatis, & præſtetis mihi, & meis cenſum pro prædictis dari aſſuetum, videlicet T. ſolidos anno quolibet, termino prædicto ſolvendos. In his autem non proclameris &c. liceat &c. ſalvis &c. pro hujuſmodi &c. dediſtis, & ſolviſtis T. ſolidos Barcinonenſes, ſuper quibus renuntio &c. ceterum volo, & conſentio, ac concedo vobis, & veſtris, quod præſens inſtrumentum ſit, & cedat vobis loco chartæ precariæ, & primi, antiquique tituli, ſive ſtabilimenti prædicti; quoniam prout vos aſſeruiſtis, & etiam juraſtis ad dominum Deum, & ejus ſancta quattuor Evangelia manibus veſtris corporaliter tacta, non habetis, nec habere potuiſtis ſtabilimentum, nec chartam precariam prædictorum, nec aliqua alia inſtrumenta nova, ſeu vetera facientia pro præmiſſis, nec ſcitis ubi ſunt, licet diligentiſſime perquiſiveritis, invenire tamen nullatenus potuiſtis, & quod nihil dolo malo, ſive fraude feciſtis, quominus hæc haberetis, ſic quod revera deperdita ſunt, & eorum exhibitio eſt vobis impoſſibilis, retineo tamen mihi, atque expreſſe ſalvo, quod ſi de cetero apparuerit per aliqua inſtrumenta, ſeu alias vos facere, & præſtare majorem cenſum, & alia jura ultra prædicta, pro præmiſſis ipſum, cenſum, & jura faciatis, & præſtetis mihi, & meis, præſenti inſtrumento in aliquo non obſtante. Denuo volo, quod de his fiant duo, & quotquot fuerint neceſſaria publica inſtrumenta per notarium infraſcriptum, ad habendum memoriam in futurum. Actum &c.

Teſtes &c.

Poſſeſſio auctoritate propria adepta rei venditæ.

NOverint univerſi, quod cum T. vendiderit T. quandam petiam terræ in T. loco, & ipſam rem conſtituerit ſe ejus nomine poſſidere, donec ipſius rei poſſeſſionem acceperit corporaliter, dederitque licentiam, ut ex nunc ſua propria auctoritate ipſam acciperet, ut patet inſtrumento recepto per notarium infraſcriptum die T. Idcirco die T. in præſentia mei dicti, & ſubſcripti notarii, & in præſentia etiam TT. teſtium ad hæc vocatorum ſpecialiter, & aſſumptorum, *Si poſſeſſio tradatur per eundem venditorem, debes dicere* „ quod cum T. vendiderit &c. " *ut in formula annotata, uſque* „ in præſentia TT. teſtium „ &c. idem T. venditor tradidit poſſeſſionem dicto T. emptori de dicta petia terræ, in hunc „ modum, quod conſtitutis ambobus, venditore ſcilicet, & emptore ante dictam petiam terræ, dictus T. venditor accepit ipſum T. emptorem per manum dexteram, & ipſum immiſit intus dictam petiam terræ, qui quidem „ T. accepit de terra dictæ petiæ terræ ipſam aſpergendo, & de frondibus cujuſdam arboris „ colligendo in ſignum poſſeſſionis, aſſerendo, „ & proteſtando &c. " idem T. tam auctoritate propria, quam ex licentia, & poteſtate a dicto venditore ſibi tradita, ingreſſus eſt in poſſeſſionem corporalem ipſius rei, ipſam terram corporaliter intrando, & de terra, & frondibus ejuſdem accipiendo, aſſerendo, & proteſtando, ſe ex nunc non tantum corpore, ſed etiam animo dictam petiam terræ poſſidere. De quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis dictus T. petiit, & requiſivit ſibi, & ſuis fieri, & tradi unum, & plura, publicum, & publica, inſtrumentum, & inſtrumenta, quæ fuerunt acta &c.

Poſſeſſio beneficiorum.

IN Dei nomine. Noverint univerſi, quod anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo &c. die vero T. menſis T. computata, præſente, & ad hæc vocato me T. notario publico infraſcripto, & præſentibus etiam T. & T. pro teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & aſſumptis, venerabilis T. clericus Tarraconenſis diœceſis noviter auctoritate ordinaria, *ſive apoſtolica* proviſus de *Nota, quod ſi proviſio eſt eccleſiæ parochialis, ſive perpetuæ Vicariæ, accipiatur poſſeſſio totius eccleſiæ, claudendo, & aperiendo eccleſiam, & altare maius tangendo, & pulſando campanas, & aſpergendo aquam benedictam &c.* beneficio eccleſiaſtico uno ſub invocatione ſanctæ T. in eccleſia T. alio &c. inſtituto, & fundato cum collationis, proviſionis, & inveſtituræ charta, ſive bulla eidem facta de dicto beneficio vel beneficiis, per admodum R. dominum T. V. I. D. in ſpiritualibus, & temporalibus pro illuſtriſſimo & reverendiſſimo in Chriſto patre, & domino D. T. miſeratione Divina S. Tarraconenſis eccleſiæ Archiepiſcopo Vicarium generalem, & Officialem, ſigillo Vicariatus ejuſdem Reverendiſſimi D. Archiepiſcopi impendend. munita, manuque dicti R. D. Vicarii generalis, & Officialis ſignata, & aliis debitis ſollemnitatibus expedita, cujus data fuit Tarracone, die T. menſis T. Qui exiſtens perſonaliter ante præſentiam vener. T. presbyteri in introitu eccleſiæ de T. perſonaliter exiſtentis, & reperti, & manibus ſuis dictam collationis chartam, ſive bullam ferens, & habens ipſam collationis chartam, ſeu bullam eidem T. obtulit, & præſentavit, & præſentare ſe dixit, cujus vigore ipſum in ſubexecutorem elegit, aſſumpſit, & nominavit; eundemque monuit, requiſivit, quatenus ſibi poſſeſſionem corporalem, realem, & actualem, ſeu quaſi dicti beneficii

neficii, & jurium ejusdem traderet realiter, & cum effectu, prout in dicta collationis charta, seu bulla sibi traditur in mandatis. Qui quidem venerabilis T. tamquam obedientiæ filius acceptans onus dictæ subexecutionis, obtulit se præsto, & paratum dictæ collationis chartæ, seu bullæ obtemperare, & dictam possessionem tradere, prout sibi traditur in mandatis, & accepta aqua benedicta, & facta prius oratione, ad actum veniens dictus vener. T. subexecutor præfatus accepit per manum dexteram dictum T. clericum præfatum & immisit ipsum in capellam ubi beneficium hujusmodi fundatum est, & mox in aliam capellam vel altare, in quo, vel qua aliud beneficium est fundatum, & accedentes ad altare, fecit eidem coopetire, & discooperire dictum altare, sive altaria, tangendo mappas, candelabra, & alia ornamenta, quæ in dicto altari, vel dictis altaribus posita erant, nec non fecit eidem aperire Missale in dicto altari, vel altaribus positum, & legere ex eodem quandam orationem, & postea pulsare campanellam dictæ ecclesiæ, & denique tradidit claves dictæ capellæ, sive capellarum, *si sint*. Quæ omnia, & singula facta fuerunt in signum veræ, realis, corporalis, & actualis possessionis dicti beneficii, seu beneficiorum, per dictum T. subexecutorem traditæ, & per dictum T. modernum beneficiatum ipsius quiete, & pacifice adeptæ. Et dictus vener. T. modernus beneficiatus prædictus protestatus fuit, quod non modo corpore, verum etiam animo prædicta omnia, & singula intendebat possidere. De quibus omnibus, & singulis supradictis sic factis, gestis, & secutis tam dictus vener. T. subexecutor præfatus, quam dictus vener. T. modernus beneficiatus petierunt, & requisiverunt, unum, vel plura, publicum, vel publica sibi, & aliis, quorum interest, & intererit, fieri, confici, dari, atque tradi consimilia instrumentum, & instrumenta per me dictum, & infrascriptum notarium. Quæ fuerunt acta in loco T. sub anno, die, mense, & locis prædictis, præsente me dicto, & infrascripto notario, & præsentibus etiam dictis testibus ad præmissa vocatis, rogatis specialiter, & assumptis, ut superius continetur.

Permutatio duarum petiarum terræ.

IN Dei nomine. Noverint universi, quod ego T. gratis &c. per me &c. propterea quod vos T. mihi permutatis, & ex causa permutationis conceditis, permuto, & ex causa permutationis concedo vobis dicto T. & vestris, & quibus volueritis perpetuo totam illam petiam terræ T. jornalium, vel parum alicujus pluris, quæ est de pertinentiis mansi T. quam ego meis justis, & legitimis titulis, sive causis habeo, & possideo in T. parochia. Et tenetur &c. & terminatur &c. Hanc autem permutationem, & ex causa permutationis hujusmodi concessionem facio ego dictus T. vobis dicto T. & vestris, & quibus volueritis perpetuo de prædictis, sicut melius &c. Et extraho prædicta, quæ vobis permuto, de jure &c. eademque &c. Promittens vobis tradere, aut cui volueritis loco vestri possessionem &c. & in ea &c. vel vos, aut vestri, si volueritis, firmato tamen prius hujusmodi instrumento dominii ratione, possitis ipsam possessionem &c. quæ quidem possessionis apprehensio tantum valeat &c. ego enim interim &c. sciens illum de jure possidere &c. *Fiant clausulæ ceteratæ, & abbreviatæ, prout in instrumento in solutum dationis, vel venditionis censualis mortui creati sunt elongatæ.* Constituo me prædicta, quæ vobis permuto &c. ac volo, quod vigore horum verborum &c. Præterea ex causa hujusmodi permutationis &c. do, cedo &c. omnia jura &c. quibus juribus &c. ego enim ponendo, & statuendo vos, & vestros in locum, & jus meum facio, & constituo &c. salvis tamen semper &c. Et pro his, quæ vobis permuto, & ex causa permutationis concedo, vos permutatis mihi, & ex causa permutationis conceditis petiam terræ subscriptam. Et ideo renuntiando exceptioni rei ita non esse, & sic in veritate non consistere, & legi, qua deceptis ultra dimidium justi pretii, sive æstimationis subvenitur, ac doli mali &c. dono scienter si quid prædicta quæ vobis permuto, & ex causa permutationis concedo, plus modo valent, aut amodo his, quæ vos mihi inferius permutatis, & ex causa permutationis conceditis. Insuper convenio, quod prædicta faciam vos, & vestros habere &c. quodque tenebor &c. & de restitutione, ac emendatione omnium missionum, sumptuum, damnorum, & interesse, quos, quas, & quæ vos, vel vestros pro prædictis, vel aliquo prædictorum in judicio, vel extra judicium facere, & substinere oportuerit in ducendis, tractandis, vel examinandis litibus, sive causis, quæ ratione prædictorum vobis, vel vestris fierent, vel moverentur per quasvis personas, sive obtineatis in causa, vel causis, sive etiam succumbatis; remittens vobis ex pacto necessitatem denuntiandi, ac etiam appellandi. Super quibus quidem missionibus credatur &c. & pro his &c. obligo vobis specialiter, & expresse inferius per vos mihi permutata, ac ex causa permutationis concessa; generaliter autem omnia, & singula bona mea mobilia &c. Et ut prædicta &c. juro in animam &c. prædicta omnia, & singula attendere &c. & in nullo contra facere, vel venire jure aliquo, causa &c. E diverso autem ego T. propterea quod vos T. mihi superius permutatis, & ex causa permutationis conceditis gratis &c. per me, & omnes heredes &c. permuto, & ex causa permutationis concedo vobis dicto T. & vestris, ac quibus volueritis perpetuo totam illam petiam terræ, cum introitibus &c. quæ est de pertinentiis mansi T. quam ego certis, justis, ac legitimis titulis, sive causis habeo, & possideo, &c. & tenetur &c. & terminatur, &c. Hanc autem permutationem &c. *Fiat ut supra, usque.* Pro his autem quæ ego dictus T. permuto vobis dicto T. permutatis vos, ac ex causa permutationis mihi conceditis petiam terræ supra primo loco descriptam, sive designatam: & ideo renuntio exceptioni rei ita non esse &c. dono scienter, & remitto &c. insuper convenio &c. quodque tenebor &c. Et pro his &c. obligo vobis, & vestris specialiter, & expresse, supra per

vos

vos mihi permutata, & ex causa permutationis concessa. Generaliter vero omnia bona &c. Et ut prædicta &c. Hæc igitur &c. facimus, paciscimur, convenimus, & promittimus nos dicti contrahentes, unus videlicet nostrum alteri, ac nobis invicem, & vicissim, & nostris, nec non & notario infrascripto, ut publicæ personæ &c. Novissime volumus nos dicti contrahentes, quod de hujusmodi originali nota duo publica fiant consimilia instrumenta, quorum unum utrique nostrum tradatur per notarium infrascriptum. Actum &c.

Institutio Missarum.

IN Dei nomine. Noverint universi, quod ego T. alter ex manumissoribus, & executoribus testamenti, seu ultimæ voluntatis T. filiæ discreti T. civis, vel incolæ T. loci, & dominæ T. ejus uxoris defunctorum præsentis loci T. prout de mea manumissoria, & executione constat ultimo testamento dicti T. quod inde condidit, & firmavit penes discretum T. notarium publicum, die T. mensis T. anno T. dicto nomine, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ejusque intemeratæ Virginis Mariæ, totiusque curiæ cælestis, in remedium animæ dicti T. & pro exequendo voluntatem ejusdem, in ejus ultimo testamento dispositam, & ordinatam, gratis, & ex certa scientia instituo, & ordino, ac fundo T. Missas singulis annis celebrandas in ecclesia T. per presbyteros dictæ ecclesiæ *Observetur in his voluntas instituentis*, ad libitum venerabilium procuratorum, venerabilis & devotæ confratriæ T. presbyterorum dictæ ecclesiæ, qui nunc sunt, & pro tempore fuerint. Nec non instituo, & fundo unum perpetuum anniversarium anno quolibet celebrandum T. die mensis T. in ecclesia, seu monasterio T. per venerabiles presbyteros, vel fratres, & religiosos dicti monasterii: pro charitate cujus anniversarii volo, & mando, quod vos infrascripti administratores teneamini dare singulis annis dictæ ecclesiæ, vel monasterio sancti T. T. solidos: administrationem vero dictarum Missarum, & anniversarii dimitto dicto nomine devotæ confratriæ presbyterorum T. loci, & seu venerabilibus procuratoribus ejusdem pro tempore existentibus, pro qua quidem administratione dicta confratria, & seu ejus procuratores ex redditibus infra assignandis habeant T. solidos annis singulis. Ut autem hujusmodi institutio dictarum Missarum, & anniversarii perpetua sit, & duret, dono, & consigno vobis T. T. & T. procuratoribus dictæ venerabilis confratriæ presbyterorum ecclesiæ T. & vestris in dicta confratria successoribus, & quibus dicto nomine volueritis, perpetuo tam in pretio, quam in pensionibus, & tata ab inde debendis, totum illud censuale mortuum pretii, sive proprietatis T. librarum, & pensionis annuæ totidem solidorum, quos anno quolibet in festo, sive die T. discretus T. & T. ejus uxor, ut principales, & alii ut fidejussores, faciebant, & præstabant dicto T. & nunc dictæ manumissoriæ faciunt, & præstant, facereque, & præstare tenentur cum instrumento publico pergameneo acto in T. loco, die T. mensis T. anno T. clausoque sive subsignato per discretum T. in quo quidem censualis instrumento intervenit instrumentum gratiæ redimendi, quod vos, & vestri sequi habeatis, & teneamini. Item dono, & trado vobis dictis dominis procuratoribus dictæ vener. confratriæ in pecunia numerata T. libras Barcinonenses, quas ponere, & smerciare teneamini ad censuale in loco tuto, & securo, quæ pecuniæ remanserunt ex residuis pecuniis processis ex dicta manumissoria. Has itaque institutionem, fundationem, dationem, & consignationem facio ego dictus manumissor dictæ confratriæ, & vobis dictis dominis procuratoribus, & vestris in his successoribus, & quibus volueritis perpetuo de prædictis, tradens cum his vobis dictum censualis instrumentum, & testamentum dicti quondam T. in publica forma, & in pergameneo exarata, clausa, & tabellionata pro tuitione, & securitate præmissorum, sicut melius dici, scribi, intelligi, & excogitari potest, ad vestrum, vestrorumque salvamentum, sanum, & bonum etiam intellectum. Et extraho prædicta, quæ vobis dicto nomine dono, & consigno, de jure, dominio, proprietate, & posse mei dicto nomine, & seu dictæ manumissoriæ, eademque omnia, & singula in vestrum, vestrorumque jus, dominium, proprietatem, & posse mitto, transfero, & transporto irrevocabiliter, pleno jure ad habendum, tenendum, omnique tempore perpetuo pacifice possidendum sine contradictione, & impedimento mei, & meorum, & alterius cujuscumque curiæ, & personæ. Promittens dicto nomine vobis, tradere vobis, aut cui seu quibus loco vestri volueritis, possessionem corporalem, seu quasi, prædictorum, quæ vobis dono, & consigno, & in ea vos, & vestros dicto nomine, & dictam confratriam, & quos volueritis facere existere perpetuo potiores præ ceteris quibuscumque, ut vos aut vestri, si volueritis, possitis dictam possessionem corporalem, seu quasi, quandocumque volueritis libere apprehendere, & apprehensam penes vos, & vestros licite retinere: quæ quidem possessio cum per vos apprehensa fuerit, tantum valeat, tantamque obtineat roboris firmitatem, quantum valeret, & obtineret, ac si per me dicto nomine vobis tradita foret realiter, corporaliter, & de facto. Ego enim interim, id est, donec dictam possessionem vobis, & vestris tradidero, vel vos, aut vestri eam apprehenderitis, ut est dictum, fateor, & constituo, me dicto nomine prædicta, quæ vobis dono, & consigno pro vobis, & vestris in dicta confratria successoribus nomine proprio tenere, & possidere, seu quasi, sciens illum de jure possidere, cujus nomine possidetur, volens, quod vigore horum verborum, & ex juris dispositione dicta possessio pro tradita, & in vos translata penitus habeatur. Præterea ex causa hujusmodi donationis, oblationis, & consignationis, & alias dono, cedo, transfero, atque mando vobis, & vestris in dicta confratria successoribus omnia jura, omnesque actiones reales, & personales, mixtas, utiles, & directas, ordinarias, & extraordinarias, & alias etiam quascumque mihi, seu dictæ manumissoriæ competentia, & competentes, competereque debentia,

tia, & debentes in prædictis, quæ vobis dono, offero, & consigno ad opus dictæ causæ piæ, seu Missarum, & anniversarii, & contra & adversus prædictas, & alias quascumque personas, bona, & res ratione, & occasione præmissorum. Quibus juribus, & actionibus supradictis possitis vos & vestri in dicta confratria successores proratam, & pensiones ex dicto censuali debendas, cum pœnis, salariis, missionibus, & expensis, ac aliis ejusdem censualis accessoriis anno quolibet, dicto termino, & in casu luitionis ejus pretium, seu proprietatem a prædictis obligatis, & ab aliis quibuscumque personis, quæ ad hæc teneantur, seu tenebuntur in posterum, quavis causa petere, exigere, recipere, & habere, & inde apocham, & apochas, albarana, fines, definitiones, & quovis titulo, sive causa cessiones facere, & firmare, retroclama, sive secundas querelas exponere & earum executiones postulare, & fieri requirere, & instare, & alias uti agere, & experiri, agendo scilicet, & respondendo, defendendo, excipiendo, proponendo, replicando, & omnia alia, & singula faciendo, & libere exercendo, in judicio, & extra judicium, quæcumque, & quemadmodum ego dicto nomine facere poteram ante præsentem donationem, oblationem, & consignationem, juriumque & actionum cessionem, & possem eis non factis, & etiam postea quandocumque. Ego enim dicto nomine facio, & constituo vos, & vestros in dicta confratria successores in his dominos, & procuratores, ut in rem vestram propriam, ad faciendum inde de prædictis vestræ libitum voluntatis. Dicens nihilominus, intimans, & mandans tenore præsentis publici instrumenti, vicem epistolæ quo ad hæc in se gerentis, dictis TT. & aliis in dicto censuali obligatis, quibus cum hoc eodem prædicta notifico, quatenus ad solam præsentis instrumenti exhibitionem vobis, & vestris in dicta confratria successoribus respondeant, obediant, ac satisfaciant de præmissis, sicut dictæ manumissoriæ ante dictam consignationem, juriumque & actionum cessionem solvere, respondere, obedire, ac satisfacere tenebantur, alia intimatione, seu mandato a me, vel meis dicto nomine minime expectatis. Insuper convenio, & bona fide promitto vobis dicto nomine, quod prædictum censuale, quod supra consigno, faciam dicto nomine vos, & vestros in dicta confratria successores habere, tenere, percipere, & possidere in sana pace perpetuo contra omnes personas, quodque tenebor vobis, & vestris dicto nomine semper de firma, & legali evictione, & legitima defensione prædictorum, & de restitutione omnium missionum, & expensarum, damnorum, & interesse suis, & extra, omni exceptione remota. Et pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, complendis, tenendis, & inviolabiliter observandis, obligo vobis, & vestris in dicta confratria successoribus, & quibus dicto nomine volueritis, omnia, & singula bona dictæ manumissoriæ mobilia, & immobilia, ubique habita, & habenda, privilegiata, & non privilegiata, renuntians super his omni, & cuicumque juri tam canonico, quam civili his obvianti. Ad hæc nos dicti T. T. T. & T. procuratores vener. & devotæ confratriæ T. presbyterorum ecclesiæ T. dicto nomine laudantes prædicta, dictasque institutionem, fundationem, & consignationem desuper per vos T. dicto nomine factas, gratis acceptantes, administrationemque prædictam in nos assumentes, convenimus, & promittimus vobis, quod prædicta omnia, & singula ad unguem observabimus, attendemus, & complebimus, observari, attendi, ac compleri faciemus, dictasque Missas in dicta ecclesia T. & anniversarium in dicto loco singulis annis celebrari faciemus, prout solitum est. Confitentes, quod habuimus, & recepimus a vobis dictum censualis instrumentum in sua propria forma exaratum, & T. libras Barcinonensis monetæ in pecunia numerata omni nostræ voluntati. Et ideo renuntiando exceptioni prædicti censualis, & pecuniæ non habitæ, & non receptæ, ac non solutæ modo prædicto, reique ita non esse, & sic in veritate non consistere, & doli mali, & in factum actioni, in testimonium præmissorum præsentem vobis facimus apocham de soluto, atque recepto. Et pro his omnibus, & singulis complendis, tenendis, & inviolabiliter observandis obligamus vobis, & vestris omnia, & singula bona dictæ confratriæ, mobilia, & immobilia, ubique habita, & habenda privilegiata, vel non privilegiata. Renuntiantes quantum ad hæc omni, & cuicumque juri canonico, & civili his obvianti. Actum est hoc &c. Sig † † † † na T. T. T. & T. Præsentibus pro testibus T. & T.

Apocha, & definitio facta, & firmata per viduam, de dote, & omnibus melioramentis, & augmentis, ac etiam de legitima cujusdam filii sui.

SIT omnibus notum, quod ego T. uxor in secundis nuptiis T. villæ T. in primis vero nuptiis T. loci T. gratis, & ex mea certa scientia, agens tamen hæc de, & cum voluntate dicti T. viri mei præsentis, & inferius consentientis per me, & meos heredes, & successores, quoscumque confiteor, & in veritate recognosco vobis discreto T. primi viri mei propinquo, vel heredi seu tenenti vestris justis, & legitimis titulis hereditatem, & omnia bona, quæ fuerunt dicti quondam viri mei, quod dedistis, & solvistis mihi, egoque a vobis confiteor habuisse, & recepisse bene, & plenarie modo sequenti, & infrascripto T. libras Barcinonenses videlicet de præsenti in præsentia notariorum & testium infrascriptorum T. libras, & restantes habui, & recepi, numerando ad omnes meas voluntates, quæ sunt ratione avinentiæ, concordiæ, & transactionis verbo, & in scriptis, inter me, de consensu viri mei, & vos factæ, initæ, tractatæ, & concordatæ ratione omnium, & singulorum jurium mihi pertinentium, & spectantium, pertineteque & spectare debentium in hereditate, & bonis dicti quondam T. primi viri mei, tam ratione dotis per me dicto quondam viro meo constitutæ, & apportatæ, quam etiam omnium, & singulorum melioramentorum, & aliarum acquisitionum factarum per dictum quondam virum me-

me-

meum, durante noſtro matrimonio: nec non ratione legitimæ T. quondam infantis filii communis dicto T. viro meo, & mihi, defuncti, & dicto ejus patri ſuperſtiti, ſive ſupervivēti, ac aliorum jurium in bonis, & hereditate præfati quondam viri mei, & dicti filii mei pertinentium, & ſpectantium: de quibus quidem juribus ad plenum certiorata, & certificata fui. Et ideo renuntiando omni exceptioni de dolo malo, & actioni in factum, & omni alii juri his obvianti, præſentem facio vobis apocham de ſoluto, atque recepto, & nihilominus reputans me fore plenarie ſolutam, & integre ſatisfactam de omnibus & quibuſcumque juribus mihi in dictis bonis veſtris, quæ fuerunt dicti quondam T. viri mei, pertinentibus, & ſpectantibus pertinere, & ſpectare debentibus dono, abſolvo, definio, remitto, & relaxo vobis dicto diſcreto T. præfato, & veſtris, & quibus volueritis, totam partem, juſque ac omnes, & ſingulas actiones, quæſtiones, petitiones, & demandas, quas, & quod ego habeo, & habere poſſum, & debeo nunc, vel in futurum in, & ſuper bonis veſtris, quæ fuerunt dicti quondam T. primi viri mei, tam ratione dictæ dotis, & augmenti, ac dictorum melioramentorum, ac legitimæ præfatæ, quam aliis quibuſvis rationibus, juribus, titulis, ſive cauſis quocumque nomine cenſeantur, conveniens, & promittens vobis, quod ego, nec mei heredes, vel ſucceſſores nunquam conveniemus, ſeu in cauſam trahemus, ſeu trahi etiam faciemus vos, vel veſtros, aut bona veſtra pro prædictis, aut ratione prædictorum, nec ratione aliquorum jurium in bonis veſtris mihi pertinentium: nec contra vos, vel veſtros faciemus, movebimus, ſeu intentabimus aliquam actionem, quæſtionem, petitionem, vel demandam, litem, vel controverſiam de jure, vel de facto, aut alias, ſic quod pro prædictis, aut ratione eorum vos, vel veſtri non poſſitis per me, vel meos impeti, requiri, vel demandari, moleſtari, aut in judicium, vel cauſam trahi, ſive in aliquo conveniri. Præterea ex cauſa hujuſmodi donationis, abſolutionis, definitionis, remiſſionis, & renuntiationis, ac relaxationis, ac alias do, cedo, transfero, & mando vobis, & veſtris omnia jura, omneſque actiones reales, & perſonales, mixtas, utiles, & directas, ordinarias, & extraordinarias, & alias qualcunque mihi competentia, & competentes, competereque debentia, & debentes, nunc, vel in futurum ratione præmiſſorum dotis, augmenti, ac jurium melioramentorum, & legitimæ, ac aliis quibuſvis rationibus, titulis, ſive cauſis: quibus juribus, & actionibus ſupradictis poſſitis vos, & veſtri uti, & experiri, agendo ſcilicet, & reſpondendo, defendendo, & tuendo, excipiendo, proponendo, & replicando, & omnia alia, & ſingula faciendo in judicio, & extra judicium, quæcumque & quemadmodum ego facere poteram ante præſentem donationem, abſolutionem, definitionem, & remiſſionem, juriumque & actionum ceſſionem; & poſſem nunc, & etiam poſtea quandocumque, ego enim facio, & conſtituo vos, & veſtros in his dominos, & procuratores, ut in rem veſtram propriam, ad faciendum inde veſtræ libitum voluntatis. Dicens, intimans, & mandans tenore præſentis publici inſtrumenti vicem epiſtolæ in hac parte gerentis univerſis, & ſingulis, quibus ſpectet, quatenus in prædictis habeant, & teneant vos, & veſtros pro dominis prædictorum, vobiſque reſpondeant, pareant, & obediant, prout mihi parere, & obedire tenebantur ante præſentem donationem, abſolutionem, definitionem, & remiſſionem, juriumque & actionum ceſſionem. Inſuper convenio, & promitto, ac ſponte juro in animam meam per dominum Deum, & ejus ſancta quatoor Evangelia manibus meis corporaliter tacta, prædicta omnia, & ſingula attendere, & complere, tenere, & obſervare, & in aliquo non contrafacere, vel venire jure aliquo, cauſa, vel etiam ratione, ſub bonorum meorum mobilium, & immobilium ubique ſint habitorum, & habendorum omnium obligatione. Ad hæc ego T. vir in ſecundis nuptiis dictæ T. prædictis, per dictam uxorem meam, tamquam de meis voluntate, & conſenſu factis, & firmatis conſentio, meumque aſſenſum pariter, & conſenſum præſto in manu, & poſſe notarii infraſcripti. Actum &c. Sig † num T. prædictæ, quæ hæc laudo, concedo, firmo, & juro. Sig † num T. viri dictæ T. qui hæc laudo, concedo, & firmo.

Inſtrumentum debiti.

MAgnificus T. gratis &c. confeſſus fuit, ſe debere honorabili T. T. libras monetæ Barcinonenſis ratione fructuum, reddituum, & proventuum: *Si talis quantitas proveniet ex mutuo, dices:* „ Confiteor debere T. libras, quas „ mihi gratioſe mutuaſtis, illaſque habui, & re- „ cepi in pecunia numerata": *vel pone cauſam dicti debiti:* anno præſenti, videlicet a die T. menſis T. proxime præteriti, uſque ad ultimam T. primo venientis collectorum, & colligendorum in T. quos dictus dominus T. eidem T. vendidit pro dicta quantitate, quas T. libras eidem ſolvere promiſit in duabus æqualibus ſolutionibus videlicet medietatem hinc ad T. dies a die præſenti in antea computandos, & reſtantem medietatem ad complementum dictæ quantitatis hinc ad ultimam menſis T. proxime venientis ſine dilatione &c. Et ſi forte &c. decem ſolidos de ſalario &c. ultra quos &c. expenſas &c. de quibus credatur &c. ſubmittens ſe foro curiæ eccleſiaſticæ Tarraconenſis & aliis &c. variare &c. ſub pœna tertii &c. quam pœnam &c. renunt. &c. Et pro majori ſecuritate præmiſſorum dedit in fidejuſſores, qui ſecum, & ſine &c. honorabilem T. & T. qui acceptarunt &c. Et pro his complendis &c. tam principalis, quam fidejuſtores obligarunt omnia bona, & cujuslibet eorum in ſolidum, mobilia &c. & quiſque &c. ita quod &c. & ſuper his renuntiat beneficio novarum conſtitutionum &c. & epiſtolæ &c. & ſpecialiter dicti fidejuſſores renuntiant legi, ſive juri dicenti, quod prius conveniatur principalis, quam fidejuſſor, & omnes omni, & cuicumque juri &c. firmarunt, & jurarunt, &c. *Si creditor voluerit, quod hujuſmodi inſtrumentum elongetur in nota, & abſque &c. tunc hujuſmodi clauſulæ abbreviatæ elongari debent*

juxta formam instrumenti censualis, mutatis mutandis. Actum &c.

Testes &c.

Donatio inter vivos.

NOverint universi, quod ego T. gratis, & ex mea certa scientia, instantibus, & exigentibus pluribus gratis, & acceptis servitiis per vos T. fratrem, *vel servitorem* meum his præsentem, mihi multipliciter impensis, ad quorum remunerationem me censeo obligatum, idcirco causa præmissorum inductus, & alias de mera liberalitate, & propter nexum sanguinis fraternalis, quo sumus conjuncti, dono, & donatione pura, perfecta, simplici, & irrevocabili inter vivos concedo vobis dicto T. fratri meo, *vel servitori*, tamquam bene merito, & vestris &c. totum illud censuale mortuum &c. *Nota, quod si fiat donatio omnium bonorum, debet fieri cum retentione alicujus pecuniæ quantitatis, vel alicujus rei, & ponitur talis retentio post clausulam,* „ Sicut melius &c. " *hoc modo* „ Sub tali tamen pacto, & conditione, quod retineo mihi T. libras ad faciendam meas liberas voluntates &c. " quod ego certis, justis, & legitimis titulis habeo, & percipio annis singulis, certo termino, super universitate civitatis T. & singularibus ejusdem. Item universa, & singula alia censualia, bona, res & jura, & bona mea mobilia, & immobilia, ad me pertinentia, & spectantia, titulo emptionum per me factarum, legati, seu legatorum, institutionum, substitutionum, gravaminum, vinculorum, & fidei commissorum mihi factorum, & in personam meam & tam in testamento dicti patris mei, quam alio quovis modo, titulo, jure, causa, vel etiam ratione. Hanc autem donationem &c. *Fiat ut in aliis usque, cedo jura &c.* Quibus juribus &c. possitis vos, & vestri, & quos volueritis, pensiones supradictas dictorum censualium anno quolibet suis terminis, & in casu luitionis pretia eorundem, & alia bona mea petere, recipere, & habere, apochas, fines, & definitiones facere, & firmare, retroclama facere, & exponere, de hostagiis tenendis requirere, executiones quascumque fieri facere, & alias uti, & experiri, agendo &c. Ego enim facio, & constituo &c. dicens & mandans tenore præsentis publici instrumenti vicem gerentis epistolæ in hac parte, universitatibus supradictis, & utrique earum, & aliis etiam quibuscumque universitatibus, & singularibus personis earumdem, & cujuslibet earum, & aliis etiam quibuscumque qui, & quæ ad præstationem censualium, & quorumvis redituum, & bonorum quorumcumque mihi teneantur, quatenus in pretiis, & proprietatibus, ac pensionibus, & fructibus eorumdem vos, & vestros habeant, & teneant pro dominis, vobisque respondeant, pareant, & obediant de eisdem in omnibus, & per omnia, sicut antea mihi respondere, parere, & obedire tenebantur, alio mandato inde minime expectato. Insuper convenio, & promitto vobis, quod hujusmodi donationem tenebo firmiter, & observabo, & contra eam non faciam, vel veniam ratione ingratitudinis, inopiæ, vel offensæ, nec alia quavis causa, seu ratione. Renuntians quantum ad hæc legi dicenti, donationem propter ingratitudinem, inopiam, vel offensam posse revocari, & alii cuicumque juri his obvianti: *Adverte, quod clausula insinuationis non debet apponi, nisi donatio excedat summam quingentorum aureorum.* Præterea, quia donatio hujusmodi excedit summam quingentorum aureorum, & ne in eo, quo dictam summam excedit, revocari valeat, idcirco tenore præsentis publici instrumenti ipsam, & in ea contenta insinuo, & insinuari volo honor. regenti vicariam T. & in actis curiæ ejusdem, intra cujus districtum existo, vel alteri cuicumque judici competenti, supplicans eundem, quatenus eidem suam interponere dignetur auctoritatem, & decretum, adeo ut dicta donatio illam obtineat roboris firmitatem, quam obtinet, & obtinere debet donatio facta coram Principe, vel alio legitimo magistratu. Et quia aliis ad præsens negotiis occupatus, nequeo ad hujusmodi insinuationem faciendam adesse, ex certa scientia constituo &c. procuratorem meum certum &c. honor. T. ad hujusmodi insinuationem faciendam; cui super ipsa insinuatione facienda committo plenarie vices meas promittens me firmum perpetuo habiturum quidquid per ipsum in, & super his factum fuerit, & nullo tempore revocare, sub bonorum meorum omnium hypotheca. Et ut prædicta &c. juro &c. Hæc igitur &c. Et ego dictus T. donatarius prædictam donationem per vos dictum T. mihi factam accepto cum multiplici gratiarum actione. Actum est &c.

Testes &c.

Instrumentum indemnitatis.

NOS T. & T. ejus uxor, oppidi T. Quia vos T. precibus, & amore nostris fecistis subscriptionem, sive fidejussorio nomine vos obligastis in quondam chirographo, sive albarano factis magnifico T. de solvendo eidem T. libras monetæ Barcinonensis, quæ sunt pretium T. per nos a dicto T. empt. prout in dicto chirographo latius continetur. Et quia non decet ex tanto beneficio per vos nobis collato, de quo præmium meremini, damnum aliquod pati posse, gratis &c. per nos &c. convenimus, & promittimus vobis, quod si forsan ex prædicta obligatione, & subscriptione pati aliquod damnum contigerit, servabimus vos, & bona vestra, indemnem, & indemnia perpetuo, penitus, & sine damno, sine aliqua videlicet dilatione &c. cum salario procuratoris, & pœna de non firmando jus &c. *Hujusmodi clausulæ elongentur ut in instrumento censualis.* Et ut tutius cautum sit, donamus vobis in fidejussores magnificum T. & T. qui mecum &c. Ad hæc fiat acceptatio dictorum fidejussorum obligando proinde omnia bona sua mobilia. Renunt. beneficio novarum &c. epistolæ &c. nec non foro proprio &c. Et ego dicta mulier renuntio beneficio Vellejani &c. Et dicti fidejussores legi, quod prius &c. Submittens foro R. domini Officialis Tarraconensis, vel alterius cum facultate variandi &c. In &c. Actum &c.

Testes &c.

Re-

Remiſſio injuriarum, abſolutio, & definitio.

IN Dei nomine, amen. Noverint univerſi, quod ego T. ad preces nonnullarum notabilium perſonarum zelum Dei præ oculis habentium, etiam poſtpoſitis omni odio, rancore, & mala voluntate, & ob Chriſti reverentiam, ac in peccatorum meorum remiſſionem. Volens propterea verbis Chriſti parere jubentis nos dicere in oratione, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*: gratis, & ex certa ſcientia, non dolo inductus, nec errore lapſus, ſed bono animo, & ſpontanea voluntate, amore Domini noſtri Jeſu Chriſti, per me &c. perdono, abſolvo, definio, & remitto, ac perpetuo relaxo vobis T. omnem odium, rancorem, & malam voluntatem, quem, & quam conceperam, & habueram contra, & adverſus vos, & veſtros, & omnes, & ſingulas perſonam, ſeu perſonas delatas, ſeu inculpatas de morte, ſeu homicidio: *aut vulnere*: perpetrato nuper in villa de T. in perſona de T. filii, vel germani mei: & qui in morte, ſeu homicidio: *aut vulnere*: prædicto interfuiſtis ratione homicidii: *vel vulneris*: prædicti, ſive in eodem fueritis culpabiles, ſive non: & omnes etiam, & quaſcumque petitiones, & demandas, perſecutiones, & pœnas civiles, & criminales, & alias quaſcumque quam, ſeu quas ego nunc, vel etiam in futurum contra vos in perſonis, & bonis facere, intentare, proponere, ſeu movere poſſem in judicio, vel extra judicium, aut alias quovis modo, ratione, & occaſione eorundem. Ita quod amodo pro præmiſſis, ſeu ratione, & occaſione prædictorum conveniri, demandari, inquietari, capi, detineri, vel aggravari non poſſitis per me, vel meos, aut per aliam quamcumque perſonam civiliter, vel criminaliter, aut alias, in judicio, vel extra judicium, ullo modo. Renuntians cum præſenti cuicumque accuſationi, denuntiationi, & inſtantiæ per me huc uſque inde factis, & aliis etiam, quæ in futurum civiliter, vel criminaliter, ac alias facere, proponere, movere, ſeu etiam intentare poſſem contra vos in perſonis, & ſeu in bonis veſtris, in quibuſcumque curiis, & coram quibuſcumque Officialibus, judicibus, & perſonis tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus ratione, & occaſione prædictorum. Promittens vobis, quod pro prædictis, ſeu occaſione ipſorum non conveniam, capiam, nec conveniri, ſeu capi faciam vos in perſonis, ſeu bonis civiliter, vel criminaliter, nec alias, in judicio, nec extra judicium: nec procurabo, vel inferam, nec procurari, vel inferri faciam, nec conſentiam contra vos, nec bona veſtra, palam, vel occulte, de die, vel de nocte, directe, vel indirecte, aut alias, aliquod damnum, malum, injuriam, gravamen, vel offenſam verbo, vel facto, aut alias ratione homicidii: *vel vulneris*: ſupradicti, ſive in illo culpabiles fueritis, ſive non: immo ſi ſcirem aliquem, vel aliquos talia tractaturos, aut facturos vobis, quam citius potero, denuntiabo, aut denuntiari faciam: quinimmo ad veſtri uberiorem cautelam impono mihi, & meis ſuper prædictis omnibus, & ſingulis ſilentium ſempiternum, omnemque viam agendi, & amplius conveniendi penitus excludendo: volens, & expreſſe conſentiens, quantum mea interſit, vos omnes, & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet ratione inſtantiæ, & accuſationis per me inde factarum in carceribus minime detineri, ſed ab eiſdem, quantum in me eſt, liberari volens, & conſentiens, quod inquiſitio, & proceſſus, accuſationes, & denuntiationes, & alia enantamenta, & acta inde factas, & facta ratione prædictorum cancellentur, & annullentur taliter, quod amodo mihi prodeſſe, nec vobis, nec veſtris in perſonis, nec bonis, nec alias obeſſe, nec damnum, aut nocumentum aliquod inferre poſſint, nec valeant: immo poſſitis, his non obſtantibus, in domibus veſtris, & alibi habitare, redire, & ſtare in pace, & ſecure, quantum mea intereſt, quibuſcumque conſtitutionibus, & aliis contrarium diſponentibus non obſtantibus, quibus omnibus, & ſingulis expreſſe, & ex certa ſcientia renuntio cum præſenti. Inſuper convenio, & bona fide promitto vobis omnibus prædictis, nec non & notario etiam infraſcripto, tamquam publicæ, & authenticæ perſonæ, pro vobis &c. ac etiam ſponte juro in animam meam per dominum Deum &c. quod hujuſmodi perdonamentum, abſolutionem, definitionem, & remiſſionem, & alia omnia, & ſingula ſupra dicta ratas, gratas &c. ſemper habebo, tenebo, & obſervabo, & contra ea non faciam, vel veniam aliquo jure, cauſa, vel etiam ratione. Actum &c. Sig † num T. prædicti, qui hæc laudo, firmo, & juro.

Teſtes T. & T.

Mandatum factum per tutorem datum in curia ad omnes lites.

NOverint univerſi, quod ego T. tutor, ſeu curator per honorabilem T. bajulum T. loci: *ſive in teſtamento* T. datus, conſtitutus, & aſſignatus perſonæ, & bonis T. impuberis filii honor. T. prout de dicta tutela, cura, & aſſignatione plene conſtat publico inſtrumento acto T. loco, die T. menſis T. anno T. clauſoque ſive ſubſignato per T. notarium. Quia circa infraſcripta perſonaliter intereſſe non poſſum, ex certa ſcientia, agens hæc cum auctoritate, & decreto, prædicti honorab. bajuli T. & citra revocationem aliarum procurationum, & poteſtatum per me hactenus magnifico T. & aliis quibuſvis perſonis fact. & firmat. & attributarum, gratis, & ex mea certa ſcientia, dicto nomine conſtituo, & ordino vos T. procuratorem, & actorem meum, ſeu dictæ tutelæ, aut curæ certum &c. itaquod &c. ad videlicet agendum, ducendum, tractandum, procurandum, proſequendum, finique debito terminandum pro me, & nomine meo omnes, & ſingulas cauſas, ſive lites, quæſtiones, & controverſias principales, & appellatorias, motas, & movendas, quæ ſunt, ſeu fore ſperantur inter me dicto nomine, ſeu dictum pupillum agentem, vel defendentem ex una, & alias quaſvis perſonas agentes, vel defendentes partibus ex altera, quibuſvis rationibus, juribus, titulis, ſive cauſis. Et pro prædictis, & alias in quibuſcumque audientiis, curiis, & conſiſtoriis, & coram qui-

quibusvis Officialibus, judicibus & personis ecclesiasticis, & sæcularibus, quorum, aut quarum interfit, pro me, & nomine meo comparendum, judicem, seu judices impetrandum, & impetratos ex adverso recusandum, & causas sive lites ducendum, & tractandum, querellas, querimonias, ac etiam retroclama exponendum, cautiones quascumque præstandum, de jure meo, seu dicti impuberis, aut minoris docendum, jusque super bonis dictæ tutelæ, seu curæ ejusdem firmandum, eaque proinde obligandum, agendum quoque respondendum, defendendum, excipiendum, proponendum, & replicandum, libellum, seu libellos, petitiones, & demandas quascumque dandum, offerendum, & præsentandum, lites contestandum, de calumnia, & aliter in animam meam jurandum, & ab adverso jurari petendum, & videndum, testes, literas, & alia probationum genera in judicio, & extra producendum, & publicari petendum, & videndum, & oblatis, & productis ex adverso objiciendum, & impugnandum, crimina, defectus, suspiciones, & alia opponendum, disputandum, allegandum, renuntiandum, & concludendum in causa, seu causis, & omnia alia faciendum, & libere exercendum, quæ in, & circa litem, seu lites fieri requirantur, sententias cujuscumque generis sint, audiendum, & ab ipsis, & quolibet etiam gravamine, & processu mihi dicto nomine, seu dicto impuberi illato, & comminato, ac inferendo, & comminando, si vobis videbitur, supplicandum, appellandum, & reclamandum, apostolos petendum, recipiendum, & præsentandum, & ipsarum supplicationum, appellationum, reclamationum causas prosequendum, & finiendum, protestandum quoque requirendum, & monendum, & protestatis, requisitis, & monitis ex adverso respondendum, replicandum, triplicandum, & ultra, & inde fieri faciendum, instandum, & requirendum, & has, ac etiam jam factas, si vobis videbitur, cancellandum, & annullandum, sive cancellari, & annullari faciendum, consentiendum, & jubendum, beneficium absolutionis, & restitutionis in integrum postulandum, & obtinendum; unumque vel plures procuratorem, & actorem, seu procuratores, & actores ad prædicta substituendum, eumque vel eos destituendum, & revocandum ubi, quando, & quoties vobis dicto domino procuratori, & actori videbitur expedire. Et generaliter omnia, & singula alia ad præmissa necessaria, & opportuna faciendum, & libere exercendum, etiam si majora, graviora, aut duriora fuerint superius expressis, & quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum, & quæ ego facere possem personaliter, si adessem. Ego enim in, & super prædictis, & circa ea, & super dependentibus, seu emergentibus ex eisdem dono, & committo vobis dicto procuratori, & actori constituto in, & super prædictis, & circa ea, & super dependentibus ex eisdem plenarie vices meas, cum plenissima potestate: & volens vos dictum procuratorem, & actorem constitutum relevare in, & super prædictis, & circa ea ab omni onere satisdandi, fidejubendo in his pro vobis promitto vobis, necnon notario infrascripto, tamquam publicæ &c. judicio sisti, & judicatum solvi cum suis clausulis universis, & me semper habere ratum, & firmum quidquid per vos dictum procuratorem, & actorem meum constitutum in, & super prædictis, & circa ea procuratum, & actum fuerit quomodolibet, sive gestum, & nullo tempore revocare, sub bonorum meorum, & dictæ tutelæ omnium obligatione, & hypotheca. Actum &c. Sig † num T. qui hæc dicto nomine laudo, concedo, & firmo.

Testes &c.

Potestas ad petendum quascumque pecuniæ quantitates.

NOverint universi, quod ego T. ex mea certa scientia, & gratis constituo, facio, creo, & sollemniter ordino procuratorem meum certum, & specialem, & ad infrascripta etiam generalem, ita tamen quod specialitas ipsi generalitati minime deroget, nec e contra, vos venerabiles T. licet absentem, tamquam præsentem, ad pro me, & nomine meo petendum, exigendum, recipiendum, recuperandum, & habendum, ac habuisse, & recepisse confitendum omnes, & quascumque pecuniæ quantitates, sive pecuniarum summas, mutua, debita, commandas, depositas, pensiones censualium mortuorum, census quoque fructus, redditus, & proventus, & alia quævis bona, res, & jura universa, quæ mihi debentur, & debebuntur, detinenturque & detinebuntur ubique locorum, per quascumque universitates, communitates, corpora, collegia, & singulares personas cujusvis status, gradus, ordinis, seu conditionis sint, quibuscumque rationibus, nominibus, juribus titulis, sive causis, quæ dici, nominari, seu etiam excogitari possint, & inde de receptis, & recuperatis apocham, & apochas, albarana, fines, absolutiones, definitiones, & remissiones, ac quovis titulo, sive causa cessiones, & alias quasvis cautelas inde necessarias, & opportunas, per me, & nomine meo faciendum, & firmandum; necnon etiam pro his, & eorum occasione coram quibusvis Officialibus, judicibus, & personis comparendum, & interessantes, agendum quoque, ducendum, tractandum, procurandum, prosequendum, & finiendum, fineque debito terminandum omnes, & quascumque lites &c. *Fiat cursus litis, ut in præcedenti.*

Mandatum factum per patronum ad præsentandum aliquem idoneum ab obtinendum quoddam beneficium vacans.

NOverint universi, quod ego T. patronus beneficii T. quia beneficium prædictum in præsentiarum de jure vacat pariter, & de facto, obitu T. quondam illius ultimi possessoris, cujus quidem beneficii præsentatio ad me, ut patronum prædictum, quotiens vacare contigerit, pertinet, & spectat, & quia circa prædicta, aliis præpeditus arduis negotiis, intendere, seu vacare non valeo, idcirco volens uti jure meo, gratis &c. constituo, & ordino procuratorem meum &c. discretum T. &c. absentem velut præsentem ad præsentandum illustrissimo & reverendissimo

D.

D. T. Archiepiscopo, ejusque in spiritualibus, & temporalibus Officiali, & Vicario generali, aut quibus de jure pertineat, & spectet, vener. T. tanquam idoneum, & sufficientem pro obtinendo dictum beneficium T. sicut praefertur, vacans, taliter quod ei cum omnibus juribus, & pertinentiis, ejusdem conferatur, ipsumque illustrissimo, & reverendissimo T. Archiepiscopo, ejusque in spiritualibus, & temporalibus Vicario generali, & Officiali, & quibus spectet, supplicandum, & eis requirendum, quatenus dictum vener. T. de dicto beneficio, cum omnibus juribus, & pertinentiis ejusdem provideant, & investiant, possessionemque corporalem, seu quasi tradant, seu tradi faciant, & quantum in eis fuerit, per quoscumque de quibuscumque fructibus, redditibus, & juribus dicti beneficii plenarie, & integre responderi faciant: protestandum quoque requirendum, & monendum, & protestatis ex adverso respondendum, replicandum, & oltra &c. & inde publicum, seu publica &c. Et demum &c. committentes vices &c. Et promitto habere ratum &c. & non revocare sub bonorum meorum obligatione &c. Actum &c.

Testes &c.

Capitula matrimonialia.

DE, y sobre lo matrimoni, Deu volent, fahedor, mijensant la gracia del Esperit sant, tractat, y concordat, que sia fet per y entre lo honorable T. fill ilegitim, y natural dels honorables T. y de na T. muller sua de T. vila de part una y la honesta T. donzella filla llegitima, y natural del honor. en T. de T. lloc, y de la honesta na T. muller de aquell de part altra, per medi de algunes notables persones son estats pactats, tractats, inits, y concordats los capitols del tenor seguent.

Hereditamentum.

E primierament lo dit T. y T. pare, y mare del dit T. per contemplacio del present matrimoni, lo qual lo dit T. fill seu de voluntat, y consentiments seus deu fer, y contractar ab la dita donzella damunt dita, y altrament per lo amor paternal, y maternal que han, y porten al dit llur fill ab los pactes empero, vincles, y condicions, retencions, e reservacions devall escrites, y nosens elles, ni altrament, apres empero obit seo, y del altre dells, y no abans, y ara per llavors, y llavors per ara, hereteo, o donen, y per titol de heretament, o donacio pura, perfecta, simple, e irrevocable ques diu entre vivs, atorguen, y consenten al dit fill seu, com a ben meretenr, y devall acceptant, y als seus, tots, y qualsevol bens seus mobles, e immobles, y semovents, censos, censals, rendes, drets, veus, y actions, seus, y de qualsevol dells, los quals ells dits donadors hajen, tinguen, y possehesquem, reben, y a ells, y a qualsevol de ells pertanguen, y pertanyer podin, o pertanyeran ara, o en esdevenidor, per qualsevol titol, causa, o raho en qualsevol ciutats, viles, y llocs, o parroquies consistents. Lo dit empero heretament, o donacio fan, y fer entenen los dits donadors al dit T. fill seu, y al seus, ab los pactes vincles, condicions, retencions, y reservacions seguents. Primerament, que los dits donadors se retenen, y se reserven senyors, majors poderosos, y usufructuaris de, y sobre totes, y sengles coses per ells de sobre donades, e los fruits, de aquelles seus propris facen tant quant vivran, apres empero obit dells, y del altre dells, les hores lo dit us de fruit sia finit, y extint, y a la proprietat del dit fill seu, y dels seus aplicat, y consolidat; per raho empero del dit us de fruit no sien obligats ells dits donadors en fer, o prestar caucio alguna, de usar, o fruir a arbitre de bon home, ni altra qualsevol caucio de us de fruit, empero del dit us de fruit retengut los dits donadors sien obligats de alimentar al dit T. fill seu, y a llur muller esdevenidora, y fills seus, sin tindrau, y vestirlos, y calçarlos, y altres carrecs necessaris pagar, juxta llur condicio, y qualitat; ab tal que lo dit T. fill seu, y llur esposa esdevenidora hajen de treballar en la casa y heretat de sobre donades honestament, y be. E ab pacte empero, condicio, y vincle, que si cas sera que lo dit T. fill, e donatari, o hereter seu morra quant que quant ab infant, o infants id est liberis, hu, o molts de llegitim, y carnal matrimoni procreats, que puga dispondre, y tinga a totes ses voluntas tots los dits bens, y drets a ell de sobre donats, si empero sera, lo que *Deu novulla, que morra sens infants, hu, o molts, id est liberis, o ab tal que algu de aquells no pervinga a edat de poder fer testament, que en tal cas tan solament puga testar lo dit T. fill seu, y a ses voluntats fer, e dispondre de T. lliures Barceloneses, y los restants bens, y drets donas tornen, e pervinguen als dits donadors respectivament, si vivs seran, e si no vivran, a son hereu, o successor universal, o en aquell, o aquells, al qual, o als quals ells havran volgut, e ordenat entre vivs, o en sa darrera voluntat de paraula, o en escrits, o en altra qualsevol manera. E finalment dits donadors se retenen pera poder testar, y fer a totes ses lliberes volunrats T. lliures Barceloneses. E axi ab los drets, vincles, y pactes condicions, y retencions prometen los dits donadors ara per les hores llivrar possessio corporal, o casi al dit T. fill seu de tots los bens, y coses de sobre donats, o ell per la propria autoritat los puga pendre ab clausula de constitut ara per les hores, ab cessio, y mandato de tots drets, y actions, constitucio de procurador com en cosa propria, clausula de tortina, y altres clausules, ab translacio de domini utils, y necessaries, y oportunes: y prometen, y juren que lo present heretament, y donacio havran per ferma, y agradable, y aquella no revocaran per raho de ingratitut, inopia, o offensa, o altra qualsevol causa, renunciant per en asso a la lley que permet, que donacio entre vivs se puga revocar e infringir per dites ingratitut, inopia, offensa o malicia, e generalment o altra qualsevol lley o dret contra asso repugnant: prometent, y jurant a nostre senior Deu, y a sos quatre santa Evangelis, de no revocar, o per qualsevol cosa, o causa no contravenir al predit heretament, o do-

na-

nacio entre vivs, ab obligacio de sos bens, y drets llargament. E lo dit T. accepta lo dit heretament, y donacio ques diu entre vivs, de totes les coses de sobre donades a ell per los dits llurs pare, y mare, ab los pactes, vincles, condicions, y retencions de sobre dits, als quals expressament consent, ab besament de mans, y referiment de moltes gracies quels ne fa.

Donatio facta filiæ.

Item ab altre capitol los dits T. y T. pare y mare de la dita T. donzella, per contemplacio del present matrimoni, lo qual la dita T. filla sua ab expressos consentiment, y voluntat seus, y de altres parents, y ben volents seus deu fer, y contractar ab lo dit T. per tot allo, es a saber parts, heretats llegitimes paternal, maternal, y suplement de aquelles, e per tots, y qualsevol altres drets a ella pertanyents, o pertanyer devents, e podents ara, o en esdevenidor en les heretats, y bens dells, per qualsevol titol, causes, y rahons donen, e per titol de donacio pura, simple, e irrevocable ques diu entre vivs, atorguen, y consenten a la dita T. filla sua com a ben merexent, y als seus T. lliures Barceloneses en les coses seguents, ço es a saber en dines contants T. lliures y en robes, y joyes llegitimament estimadores T. lliures: la dita empero donacio fan, y fer entenen ells dits donadors a la dita T. filla sua ab los pactes, vincles, y condicions seguents, ço es a saber, que si la dita T. filla sua morra, quant que quant, ab infant, o infants, id est, liberis, hu, o molts de llegitim, y carnal matrimoni procreats, que puga dispondre, y tinga a les lliberes voluntats totes les dites T. lliures, a ella per los dits pare, y mare seus donades, empero si cas sera, lo que Deu no vulla, que ella morra sens dits infants, hu o molts, o ab tals infants, que algu dells no pervinga a edat de poder fer testament, que en tal cas tant solament puga dispondre, y fer a ses voluntats la dita T. filla sua donataria de T. lliures Barceloneses, e les restants T. lliures tornen, y pervinguen als dits donadors si vivs seran, e si no vivran, a son hereu, o successor universal, o en aquell, o aquells, al qual, o als quals ells havran volgut, e ordenat entre vivs, o en sa derrera voluntat de paraula, o en escrits, o en altra qualsevol manera. E axi ab los dits pactes, vincles, y condicions prometen los dits donadors donar, y pagar dites, T. lliures a la dita T. filla sua, o al dit T. espos esdevenidor per ella, y en nom della rebent, y als seus dins T. dies primers vinents, sens dilacio, ni excusa alguna, ab obligacio debens seus, y de quiscu dells in solidum, ab renunciacio espressa de la lley que diu, donacio entre vivs se puga revocar per causa de ingratitut, inopia, o offensa; ni per altra causa, volent que de la predita cantitat ne sia fet acte de debitori ad partem, ab totes les clausules, cauteles, promissions, estipulacions, obligacions debens, renunciacions, y altres clausules en actes de debitoris acostumades posar, a coneguda del notari dels presents capitols rebedor. E prometen, y juren, que la present donacio havran sempre per ferma, y agradable, y aquella no revocaran, ni contra aquella faran, ni vindran per ninguna causa ni raho. Renunciant a qualsevol altra lley, o dret que contra aixo disposa. E la dita T. filla de dits T. y T. accepta la dita donacio a ella per contemplacio del present matrimoni feta per dits llurs pare, y mare, ab los pactes, vincles, y condicions de sobre dits, als quals expressament consent, ab besament de mans, y referiment de gracies quels ne fa.

Constitutio dotalis.

Item la dita T. donzella esposa esdevenidora del dit T. sabent estes coses ab expres consentiment, y voluntat dels dits pare, y mare seus, y de altres parents, y benvolents seus, per esguart, y contemplacio del present matrimoni, y perque lo dit T. espos esdevenidor seu puga millor soportar los carrecs de aquell, ara de present aporta, y constitueix en dot, per dot, y en nom de dot sua al dit T. espos esdevenidor seu, y als dits T. y T. pare, y mare llurs, totes les coses li son estades donades en les coses, y modo que de sobre es dit en lo capitol de la donacio a ella per dits pare, y mare feta, ab los vincles, y condicions en dita donacio, y capitol contenguts, axi que dit T. espos esdevenidor seu apres que lo present matrimoni sera celebrat en fas de santa mare Iglesia, reba dites T. lliures de dot, y de aquelles usufructue, y los fruits seus fassa durant, y constant entre ells lo present matrimoni, y fins a tant haja lloc restitucio de dot; la proprietat empero de dita dot reste, y romanga salva, y segura a ella, y als seus; axi que en tot cas, lloc, y temps que restitucio de dot haja lloc, ella, y los seus recobren les sus dites T. lliures de dot: prometent, que la present constitucio dotal no revocara per ninguna causa, ni raho, sots obligacio de sos bens; y axi jura &c. E los dits T. y T. pare, y mare seus a les coses predites consenten.

Sponsalicium.

Item ab altre capitol lo predit T. y los dits T. y T. pare y mare de aquell fan, y fermen carta dotal, y desponsalici a dita T. esdevenidora esposa, y nora sua respective de les dites T. lliures, hagudes com de sobre es dit, e de, y per aquelles per pacte expres fan escreix, o donacio per noces a la dita T. esdevenidora esposa y nora sua respectivament de T. lliures, moneda Barcelonesa; axi que entre dot, y escreix prenen suma de T. lliures: los quals dot, y escreix, o donacio per noces li salvem, assignen, y asseguren en, y sobre tots, y sengles bens seus, y de quiscu dells in solidum, mobles, e immobles, haguts, y per haver, hont se vulle que sien. Prometent, que la dita dot, y escreix restituyran a ella dita T. esposa esdevenidora del dit T. e als seus; tota hora, y quant hi havra lloc restitucio de dot, y escreix: volen empero, lo dit escreix, o donacio per noces tinga ella dita T. esposa esdevenidora, ab ell, y sens ell, ab infants, y sens infants, tot lo temps de la sua vida natural: apres empero mort della sia, y pervinga al fill, o fills, y della nexedors, axi com ella entre ells

ne

ne volra diſpondre: en cas empero que no tindra, infants dell, o ne tindra, y aquells moriran ans de venir a edat de poder fer teſtament, en tal cas lo dit eſcreix torne a ell dit T. eſpos eſdevenidor ſeu, o a qui llur ſucceſſio pervindra; y per aſſo atendre y complir obliguen a la dita T. eſdevenidora muller, y nora llur reſpective tots, y ſengles bens ſeus, y de quiſcu dells in ſolidum, mobles, e immobles, haguts, y per haver hont ſe vulla que ſien, ab renunciacio de noves conſtitucions, divididores actions, y de la epiſtola del divo Adria, y a la conſuetut de Barcelona parlant de dos, o molts que in ſolidum ſe obliguen: y la dita T. mare del dit T. renuncia al benefici Velleja, y a la autentica *Si qua mulier*: y tots juntament renuncien a tot altre dret, y ab jurament ho prometen.

Pactum ſuper melioramentis.

Item ab altre capitol lo dit. T. eſpos eſdevenidor de la dita T. juxta la conſuetut de la ciutat, y camp de Tarragona, acull, y aſſoſia a la dita T. eſpoſa ſua eſdevenidora, en totes, y ſengles compres, y millores, y guanys que faran durant, y conſtant entre ells lo preſent matrimoni, per mitat; de tal manera que llevat lo que lo dit T. te axi de bens propis, com dels bens a ell donats per llurs pare, y mare; y llevat la dot, y eſcreix de ſobre dits de la dita T. eſpoſa ſua eſdevenidora, tot lo que mes avant augmentaran, y milloraran, ſe haja de partir entre ell, y dita ſa eſpoſa per yguals parts.

Item la dita T. fent eſtes coſes de voluntat, y conſentiment del dit T. eſdevenidor marit ſeu, conve, y en bona fe promet, que dins un mes pagada que ſia de la dita dot, fara, y fermara, ſegons que ara per les hores fa, y ferma llarga, y baſtant abſolucio, definicio, y remiſſio als dits pare, y mare ſeus de tots, y qualſevol drets per raho dels quals li es eſtada feta la donacio ſuſdita, exceptats vincles, ſubſtitucions, fideicommiſſos, ſucceſſions ab inteſtat, y llegats, ſi ſer lin voldran: promettent la preſent abſolucio, definicio, y remiſſio, y les coſe ſobredites haver per fermes, y agradables, y contra aquelles no fer, ni venir per alguna cauſa, o raho, y axi ho jura, en virtut del qual jurament aſſereix eſſer menor de vint y cinc anys, major empero de T. renuncia per ço al benefici de menor edat, reſtitucio in integrum no demanant. E lo dit T. eſdevenidor marit de la dita T. a dites coſes eſpreſſament conſent.

Item ab altre capitol lo dit T. de part una, y la dita T. eſpoſa ſua eſdevenidora de part altra, ſots les penes devall eſcrites, convenen, y prometen la una part a altra viciſſim, que faran, y contractaran, y celebraran entre ells matrimoni per paraules de preſent aptes, y ſufficients pera contractar matrimoni, dins termini de un mes primer vinent, y apres aquell conſumaran en fas de ſanta mare Igleſia, benedictio eccleſiaſtica rebent, juxta les divines inſtitucions, y canoniques ſanctions, de aci a quatre meſos primers vinents: lo qual temps aconeguda dels amics de les parts puga eſſer acurtat, y allargat; e que en lo entretant no conſentiran en altre matrimoni, ni res diran, o faran, perque lo preſent matrimoni ſe deſtorbe, o differeſca, o altrament no ſorteſca ſon degut effecte; e per aſſo ſe impoſen pena de T. llivres, aplicadores la tercera part a la cort, o jutge que fara execucio, y les dues parts reſtants a la part obedient: y per la dita pena, e per fer paſſar lo dit matrimoni, obliguen la una part a la altra viciſſim tots, y ſengles bens ſeus, mobles, e immobles, haguts, y per haver, hont ſe vulla que ſien, renunciant a la lley que diu que promet pagant lo interes ſia dellivrat de la promeſſa, y al capitol que comenſa, *Gemma*, in titulo de ſponſalibus, y a la lley que comenſa, *Titia*, in titulo de obligationibus, y a totes altres lleys, o drets canonics, y civils prohibints que no ſia poſada pena en los matrimonis, e generalment a tot altre dret, y lley; y ab jurament ho corroboren.

E finalment volen les dites parts, que los preſents capitols ſien allargats, y eſtirats per lo notari dells eſtipulador a ſa coneguda, la ſubſtancia del fet en res no mudada, y que de cada capitol puga eſſer fet acte public ad partem, y aquell llivrat al qui tocara interes.

DIE T. anno T. hujuſmodi capitula, & omnia, & ſingula acta ex eiſdem reſultantia fuerunt firmata, & jurata, & ſervari promiſſa per dictos T. T. & T. ex una, & dictam T. domicellam, & T. T. ex altera partibus, promittentes tenere, & ſervare, &c. pœna prædicta jur. &c. Actum &c Teſtibus &c.

Apocha dotis.

SIT omnibus notum, quod nos T. & T. ejus uxor, filia T. & T. giatis, & ex noſtra certa ſcientia confitemur, & in veritate recognoſcimus vobis T. T. parentibus meis dictæ T. & ſoceris meis dicti T. quod in modum infraſcriptum dediſtis, & ſolviſtis nobis omnes illas T. libras Barcinonenſes, quas mihi dictæ T. filiæ veſtræ dediſtis, & tradidiſtis, & ego apportavi in dotem, pro dote, & nomine dotis meæ dicto T. viro meo tempore contractus matrimonii inter nos contracti; pro quibus ego dictus T. feci dotalicium inſtrumentum, prout conſtat de dictis capitulis matrimonialibus inſtrumento publico recepto penes T. notario die T. quod inſtrumentum dotalicium cum præſenti ego dictus T. vobis dictæ uxori meæ laudo. Modus vero ſolutionis dictarum T. librarum dotis talis eſt, & fuit, quia nobis dediſtis, & ſolviſtis T. in veſtibus, & aliis rebus legitime æſtimatis, & reſtantes T. ad complementum habuimus in duabus ſolutionibus, videlicet medietatem in die ſponſaliciorum noſtrorum, & reſtantem medietatem die præſenti in pecunia numerata coram notario, & teſtibus infraſcriptis. Et ideo renuntiando omni exceptioni pecuniæ non numeratæ, & non ſolutæ, non habitæ, & non receptæ, & exceptioni de dolo malo & in factum actioni, in teſtimonium præmiſſorum præſentem vobis facimus apocham de ſoluto, atque recepto, & bonum finem, & pactum firmiſſimum de ulterius non petendo, & de non agendo amodo quidquam de prædictis ſollemni

ſti-

stipulatione vallatum. Actum est hoc &c.
Testes hujus rei sunt T. T.

Forma Testamenti.

EN nom de nostre senyor Jesu Christ, y de la gloriosa verge Maria, y de tots los Sants, y Santes de paradis sia. Amen.

Com ningu en carn posat pot escusar lo perill de la mort, y les coses de aquest mon son transitories, y se deu procurar per alcançar la vida perdurable; perço yo T. estant en alguna infirmitat, de la qual tine temor de morir, empero estant en mon bon seny, sana memoria, y ferma loquella, fas mon testament, o ma ultima, y extrema voluntat, en, e ab lo qual primerament la mia anima al altissim Creador, qui de no res aquella ha creada, acomane elegesc en marmessors, y de la mia anima executors los honorables en T. T. y T. als quals, o a dos, o al ven absencia dels altres done ple poder, y llibera facultat, que puguen complir aquesta mia ultima voluntat, segons de jus trobaran escrit, y ordenat, elegesc la sepultura al meu cos fabedora en lo cimenteri de la esglesia de T. e prenc per la mia anima, y dels meus T. lliur. de les quals vull sia feta novena, capdany, y sepultura be, y degudament, en conexensa de dits mos marmessors: y si res hi sobrara, sia distribuit en pies causes; y si res hi faltara, dels altres bens meus hi sia fet compliment.

Item dels altres bens meus vull, y man, que sien celebrades per la mia anima T. Misses, per la celebracio de les quals vull sia pagada la charitat acostumada.

Item dexe ma muller T. senyora, majora, potent, y usufructuaria de tota sa vida de tots mos bens; y li dexe T. lliur. y confesse que he hagut, y rebut per son dot T. lliur.

Item dels altres bens meus dexe a mon fill T. T. lliur. per tota part de llegitima, y dret de institucio.

Item dexe a ma filla T. en temps de matrimoni &c. T. lliur. ab sos arreaments condecents per tota part de llegitima, y de institucio.

Item dexe a T. esglesia, o monestir &c. T. Tots los altres bens meus mobles, e immobles, haguts, y per haber dexe, y atorgue a T. fill meu, y aquell hereu meu instituesc universal: y si lo dit T. fill meu hereu meu no sera, o no volra, o no morra quant que quant sens fills, ni filles, u, o molts, o ab tals, que ningu dells vinga a edat de testar, en tal cas substituese a ell, y hereu meu instituesc a T. fill meu, sots la dita condicio &c. elegese en tutors, y curadors perals dits fills meus los honorables en T. T. y T. als quals don ple poder, que les persones, y bens de dits mos fills governen, y regesquen, donant los poder tal, qual a tutors, y curadors testamentaris es acostumat de donar. Y aquesta es la darrera, y extrema voluntat mia, la qual vull que valega per testament, o codicil, o per altra qualsevol ultima voluntat que millor puga de dret valer, y tenir.

Actum in loco T. die T. anno T. Sig†num T. testatoris prædicti, qui prædicta concedo, laudo, & firmo.

Testes vocati, & rogati ore proprio dicti testatoris sunt &c.

Sint autem testes septem, vel quinque, vel tres saltem, si major numerus haberi non potest, juxta consuetudinem loci. Signum testatoris non est necessarium, sed si scribatur, melius est.

Taxes dels salaris, que han de rebre los Rectors, y regints escrivanies de les iglesies de la diocesi de Tarragona, dels actes, que en poder seu se faran; fetes, y reformades per lo illustrissim, y reverendissim senyor don Antoni Agosti Archebisbe de Tarragona, a suplicacio del Concili synodal de la dita diocesi.

De censals morts, e violaris.

PRimo si la pensio munta fins a L. sous. lliur. x sous.
Item de L. sous fins a C. sous. ll. xv sous.
Item de C. sous fins a CC. sous. I. ll. sous.
Item de CC. sous fins a D. sous. I. ll. x sous.
Item de D. sous en amunt qualsevol quantitat que sia. II. ll. x sous.

De donacions causa mortis, testaments, y codicils.

Primo de bens valents fins a L. lliures. ll. VI sous.
Item de L. lliures fins en C. lliures. ll. VIII sous.
Item de C. lliures fins a D. lliures. ll. XV sous.
Item de D. lliures fins a M. lliures. I. ll. o sous.
Item de M. lliures en amunt qualsevol quantitat que sien. I. ll. x sous.
En inventaris se observe, y se exegesca lo salari conforme als testaments.

De capitols matrimonials.

Primo si lo dot, y coses donades pujaran a L. lliur. ha lo notari ll. VI sous.
En los capitols de major suma se exegesca lo salari conforme al salari dels testaments. Entense empero, que si los dits testaments, o capitols matrimonials se trauran en publica forma, y lliuraran a la part, haja lo notari los sobredits salaris: no traent los en forma empero, haja solament

per

per testificar la quarta part dels dits salaris.

De vendes, y altres cartes de alienacions.

Primo de vendes de proprietats, permutes, donacions inter vivos, in solutum dacions, y consignacions, divisions, y establiments, si lo preu, o valor muntara fins a L. lliur. ll. vi sous.

Item de L. lliures fins en C. lliures. ll. x sous.

Item de C. lliur. fins en CC. lliures. ll. xvi sous.

Item de CC. fins en D. lliur. y de aqui avant. 1. ll. ' iv sous.

Item de cada apoca dels dits preus. ll. t sous.

De arrendaments.

Item de les cartes de arrendaments de proprietats, o de fruits se paga mig salari de asso ques acostuma pagar per raho de les cartes de vendes de proprietats.

Item de carta de apoca de dot, y definicio de drets. ll. v sous.

Y lo mateix salari se haja de apoques ab lloc, y cessio, y de lluicions de censal.

Item per possessio de benefici simple. ll. x sous.

Item si es rectoria, o benefici curat. 1. ll. o sous.

Item si es possessio de proprietat. ll. v sous.

De procures, y sindicats.

Primo, si es sindicat fet per universitat pera manllevar censal, o amprar dines, o altres coses; haja lo notari la mitat del salari que haurien del acte del censal, conforme a les sobredites taxes.

Item de sindicats ad lites fets per universitats. ll. vi sous.

Item per procura ad lites, traentla en publica forma. ll. iv sous.

Y sis trau per certificatoria. ll. ii sous.

Item per procura pera presentar a benefici, sis trau en forma. ll. iv sous.

Y sis trau per certificatoria. ll. ii sous.

Item per procura pera manlevar dines, o vendre proprietats, se pague la mateixa taxa.

Item de actes de debitoris, si pujen fins a C. lliur. vi sous.

Y de aqui amunt. x sous.

Item de actes de encarregaments de censals creats, o de indemnitats, se pague conforme a les taxes dels censals.

Item de cartes de capbreus, o confessions de cada Item ll. ii sous.

Item de cartes precaries se pague de cada carta al notari. ll. iii sous.

Item de cartes de perdons, o remissions de crims. ll. vi sous.

Item de institucions de beneficis, anniversaris, o Misses, ab assignacio de renda, se pague al notari segons les taxes de les vendes de proprietat, hagut esguart a la renda ques assigna.

Item de actes de presentacions de lletres citatories, o altres de requestes, o appellacions, per la primera fulla que occupara, haja lo notari. ll. vi sous.

Y per cada altra fulla. ll. iii sous.

Y entense de pagar estos salaris quant se traven los actes en publica forma ys lliuren a la part: si empero lo notari no fara sino aprisiarlos, ha de haver per la aprisia la quarta part dels dits salaris.

Taxa dels drets, que de les benedictions, extremauntions, y funeraries deven haver de sos parrochians los Curats de les iglesies de la diocesi de Tarragona; feta per lo illustrissim, y reverendissim senyor don Antoni Agosti Archebisbe de Tarragona, als VIII. de Agost MDLXXXI.

PRimo per los esposoris no son obligats los parrochians, ni altres a donar als dits Curats cosa alguna, mes de que son forçats esposarse en la parrochia, que habitara lo encartat, o la encartada, o en la parrochia de la qual seran naturals, per esser axi per molts respectes convenient, ni tampoc per lo treball de fer les monicions dels encartats pagaran cosa alguna.

Item que per la benedictio, y Missa, la qual volem sien obligats a pendre en la parrochia en la qual habitara la esposada, o en la que habitara lo esposat, o en la parrochia de hont lo u, o laltre seran naturals, com a ells millor aparexera los que pendran la benedictio, si la pendran a hora extraordinaria de la Missa conventual, paguen la caritat de la Missa a son Curat; y en cas, que fossen molts los, que pendran la dita benedictio, volem que per yguals parts paguen entre tots la dita caritat de la Missa. Per la benedictio empero, no volem que ningu dels que pendran benedictio, pague mes de tres sous de caritat los quals entenem se paguen desta manera, es a saber, que cada u dels qne pendran la dita benedictio, pague a son propri Curat los dits tres sous, en los pobles empero, en los quals hi havra costum de pagar menys, o no res per la dita benedictio, manam se serve la dita costum. Per la certificatoria de les monicions, y llicencia pera pendre benedictio en la parrochia de altri, volem sols se paguen los dits tres sous, sino que en dita parochia fos la dita costum de pagar menys, o no res.

Item per la extremaunctio morint lo extremaunciat paguen al Curat un sou, y altre sou a qualsevol dels altres capellans, que entrevindrao en la dita extremaunctio: en los pobles empero, en los quals es costum donarlos menys, o extremaunciar los parrochians de franc, volem se serve la costum, y pratiga que fins a vuy en dits pobles se es observada.

Item per lo tocar al cos, novena, y capdany, que no puga pendre mes de un real: y sis fara cada acte per si, que prenga per lo tocar de la sepultura un sou tan solament, y un altre sou per lo tocar de la novena, y capdany: y si en algun poble hi havra costum, y pratiga que paguen menys, o no res; manam sia observada dita costum, y pratiga.

Item que per la sepultora, y novena, y capdany volem se paguen en cada parrochia los drets, y emoluments que fins a vuy se son acostumats pagar en dites parrochies.

Index dierum feriatorum totius anni, quibus ex jure, vel consuetudine Curiæ metropolitanæ Tarracon. justitium indicitur; reformatus nuper mandato illustrissimi, & reverendissimi D. D. Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis Anno MDLXXX.

JANUARIUS.

A 1 Circumcisio Domini.
f 6 Epiphania Domini.
g 7 Juliani.
A 15 Pauli primi eremitæ.
c 17 Antonii abbatis.
d 18 Cathedra S. Petri Rom.
f 20 Fabiani, & Sebastiani mart.
g 21 Fructuosi mart. & Agnetis virg. & mart.
A 22 Vincentii, & Anastasii mart.
d 25 Conversio S. Pauli Apostoli.
f 27 Joannis Chrysostomi Episc. & conf.

FEBRUARIUS.

e 2 Purificatio beatæ Mariæ.
f 3 Blasii Episc. & mart.
A 5 Agathæ virg. & mart.
e 9 Apolloniæ virg. & mart.
A 12 Eulaliæ virg. & mart.
d 22 Cathedra S. P. Antiochiæ.
f 24 Matthiæ Apostoli.

MARTIUS.

e 7 S. Thomæ de Aquino conf. & Eccl. doct.
A 12 Gregorii Papæ, & conf. & Eccl. doct.
A 19 Josephi confessoris.
c 21 Benedicti abbatis.
g 25 Annuntiatio beatæ Mariæ.

APRILIS.

c 4 Isidori Episcopi, & conf.
d 5 Vincentii Ferreri conf.
A 23 Georgii mart.
c 25 Marci Evangelistæ.

MAJUS.

b 1 Philippi, & Jacobi Apostolorum.
d 3 Inventio S. Crucis.
e 4 Monicæ viduæ.
g 6 Joannis ante portam Latinam.
b 8 Apparitio S. Michaelis.
A 14 Bonifacii Mart.
f 19 Ivonis conf.
b 22 Quiteriæ virg. & mart.
d 31 Petronillæ virg. & mart.

JUNIUS.

A 11 Barnabæ Apostoli.
d 14 Basilii magni Episc. & conf.
g 24 Nat. S. Joannis Baptistæ.
A 25 Alodii Episcopi.
d 28 Leonis Papæ, & conf.
e 29 Petri, & Pauli Apostolorum.

JULIUS.

A 2 Visitatio beatæ Mariæ.
f 14 Bonaventuræ Episcopi, & conf.
A 16 Triumphus S. Crucis.
e 20 Margaritæ virg. & mart.
g 22 Mariæ Magdalenæ.
c 25 Jacobi Apost. & Christophori mart.
d 26 S. Annæ matris virg. Mariæ.
g 29 Marthæ virg.
A 30 Abdon, & Sennen mart.

AUGUSTUS.

e 1 Petri ad vincula.
f 4 Dominici conf.
g 5 Dedicatio S. Mariæ ad nives.
A 6 Transfiguratio Domini.
e 10 Laurentii mart.
g 12 Claræ virg.
c 15 Assumpt. beatæ Mariæ virg.
d 16 Rochi conf.
g 19 Magini mart.
A 20 Bernardi abbatis.
e 24 Bartholomæi Apostoli.
b 28 Augustini Episc. conf. & Eccl. doct.
c 29 Decoll. S. Joannis Bapt.

SEPTEMBER.

f 1 Ægidii Abbatis, & Lupi conf.
f 8 Nativitas beatæ Mariæ.
e 14 Exaltatio S. Crucis.
e 21 Matthæi Apostoli.
g 23 Teclæ virg. & mart.
d 27 Cosmæ, & Damiani mart.
f 29 Dedicatio S. Michaelis Archang.
g 30 Hieronymi presb. conf. & Eccl. doct.

OCTOBER.

d 4 Francisci conf.
b 9 Dionysii, Rustici, & Eleutherii mart.
d 18 Lucæ Evangelistæ.
g 21 Hilarionis abbat. & SS. Ursulæ, & sociar.

g 28

g 28 Simonis, & Judæ Apostolorum.

NOVEMBER.

d 1 Festum omnium Sanctorum.
e 2 Commemoratio omnium fidelium def.
g 11 Martini episc. & conf.
d 22 Cæciliæ virg. & mart.
g 25 Catharinæ virg. & mart.
e 30 Andreæ Apostoli.

DECEMBER.

b 4 Barbaræ virg. & mart.
d 6 Nicolai Episcopi, & confess.
e 7 Ambrosii Episcopi, & confess. & eccl. doct.
f 8 Conceptio beatæ Mariæ.
d 13 Luciæ virginis, & mart.
b 18 Spectatio partus B. M.
e 21 Thomæ Apostoli.
b 25 Nativitas domini nostri Jesu Christi.
c 26 Stephani protomartyris.
d 27 Joannis Apost. & Evangelistæ.
e. 28 SS. Innocentium martyrum.
f 29 Thomæ Cantuariensis Episc. & mart.
A 31 Silvestri Papæ, & confess.

Præter dies autem in hoc indice scriptos, & eos etiam, quibus festa mobilia de mandato Romanæ Ecclesiæ celebrantur, & dies Rogationum, solent ex consuetudine dictæ Curiæ esse feriati, a Vigilia Nativit. Domini usque ad festum S. Juliani inclusive; a Dominica io Quinquagesima usque ad Feriam quartam Cinerum inclusive; a Dominica in ramis palmarum usque ad Dominicam in albis inclusive.

Constitucio Apostolica contra los Bandolers.

GREGORI PAPA XIII.

Pera perpetua memoria. De tal manera algunes vegades lo molt dur, y cruel enemic del humanal llinatge encega los animos dels homens, que incitats dels odis, e inimicicies los compelleix a cometre morts violentes, y homicidis; y de la sanguinolenta mort dels cosos porta la salut de les animes a la extrema perdicio, o perill. Perço volent adaquest tant manifest diabolic engany ab los modos, y maneres que podem obviar, y dela ulls dels Christians la escuredat del error dins de aquells posada removre: y com hajam entes, que en los regnes de Arago, y Valencia, y en lo principat de Catalunya, y comtats de Rossello, y Cerdanya alguns que estan, y habiten en aquelles parts, no haver duptat de fingirse, y affirmar, que ells tenen lley particular, o privilegi; y tant per vigor de aquella lley, o privilegi, quant tambe sota color de una pessima consuetut que en aquelles parts ha prevalgut, se diga, y assceresca, esser llicit a ells, majorment si son nobles, o cavallers, tractar en qualsevol part de defensar, y de reparar la honrra que diven del mon, y de venjar les injuries, y desexir, y apartarse de la amicicia que ab altres tenen, y pendre inimicicies, y parcelitats, y bandols mantenir, portar ab si gent armada per sa guarda, y diversa manera de hommes armats, y aquells privadament mantenir, provocar sos amics, y parents a pendre les armes, y seguir sa parcelitat, y damnejarse uns a altres inimicament de qualsevol modo, y manera, en grev perill de ses animes, y prejudici de molts. Nos considerant les coses sobredites esser molt abominables, y execrables; y lo que es pijor, que ab ocasio desta maleyta cosa, y altrament naxen, y se crien molts matadors de homens, y lladres saltejadors de camins, los quals mentres que per los mes potents caps de les parcelitats, qui ab les majors quadrilles, y nnmero de gent armada que cascu pot haver, exerciten sos privats odis, e inimicicies, son affavorits, y mantenguts, y altrament se donen a fer altres diverses morts sanguinolentes, y llatrocinis, y sacrilegis, y altres crims, y delictes. Ab esta nostra constitucio, que perpetuament volem sia servada, Qualsevol lley que sobre les coses sobredites estatueix, y ordena, y qualsevol consuetut, que com a lley poder se observa, com a cosa del tot aliena de la religio, y pietat Christiana, totalment la bandejam, damnam, llevam, anullam, y abolim; y dels dits regnes, principat, y comtats totalment manam que sia desterrada: y sancim, y decernim, que tots, y sengles encara que sien Ducs, Princeps, Marquesos, Comtes, Barons, altres senyors temporals, y qualsevol altres dels dits regnes, principat, y comtats, los quals per venjar la injuria sua, o de son amic, propinc, parent per consanguinitat, o affinitat, o de qualsevol altre, tindra presumcio de exercir inimicicies, y males voluntats bandols nomenats, y per ocasio de aquelles tindran gosar de fer venir, y congregar, y portar ab si homens armats, y aquells, q prop de si, o en les terres, y senyories, o cases sues, o en altra part publica, o ocultament alimentar, receptar, o retenir, o sustentar; y aquells que havran excitat, y comogut sos parents axi per consanguinitat, com affinitat, y sos amics en lo bandol, y parcelitat sua contra de algu, o alguns; y tots aquells que havran fet les mateixes coses, o havran dat occasio pera que aquelles se fassen, y aquells que per les coses damunt dites en qualsevol manera havran preses les armes, y aquells que sobre destes coses havran dat consell, ajuda, o favor adaltri, o seran estats autors, o persuasors, y tambe aquells, qui sots color dest abus havran provocat adalgu, o adaquell en qualsevol manera havran feta força: y aquels, qne aquella pretesa lley, o consuetut havran affirmat esser llicita, y no del tot damnada: y tots aquells, que en les dites parts se esdevindra anar vagabundos ab armes, homicidis, y llatrocinis, y altres excessos, crims, y delictes cometent, y los camins infestant, y saltejant, esser totalment so taposats, y subjectes a la sentencia de excomunicacio, anatematizacio, maledictio

eterna, interdit, y a totes les altres censures, y penes eclesiastiques en lora mateixa, y sens alguna altra declaracio encorredores, y esser totalment tallats, y apartats de la unitat del cos de Christo, que es autor de la pau, y concordia. Y la absolucio de les quals censures, y penes, exceptat en lo article de la mort, a nos, y al Papa de Roma que per temps sera, reservam. Y si les tals persones seran eclesiastiques, a mes de la incursio de les dites censures, y penes, los privam similment en lora mateixa, y sens altra declaracio, de totes, y sengles esglesies, monestirs, dignitats, y altres beneficis eclesiastics per ells obtenguts, o en les quals, o als quals a ells dret competeix, y pera obtenir aquells, o altres per lo esdevenidor esser inhabils, y tambe que aquells com a vacants per esta privacio, per altres de nos, y de la sede Apostolica poderse impetrar, y axi mateix qualsevol pensions annues, y en lloc de aquelles les reservacions de fruits adaquells tals per autoritat Apostolica reservades concedides, y assignades expirar, y extintes eser ipso facto, y aquels que a la solucio de aquelles son tinguts, a pagar, y dar aquelles no esser obligats, ni perço en algunes censures, o penes en les lletres Apostoliques de les reservacions de aquelles contengudes no incorrer decernim. Adaquells empero, qui per les causes sobredites havran batallat, y seran estats morts, perpetuament nnls sia donada sepultura eclesiastica. Y a tots los mateixos, qui sots color de la dita mala cossuetut, o altrament les inimicicies, y bandositats sobredites exercitaran, o mantendran, y a tots aquells que en estes causes havran tingut atreviment de pendre les armes, o qualque altra cosa contra la autoritat de les presents lletres havran comes, declaram, que incorreguen les penes contra de aquells que batallen en duello, o que donen lloc peral tal duello, o altrament cerca del dit singular batiment, o duello en fer aquell, o entrevenir en ell delinquixen, per lo Concili de Trento promulgades, e irrogades. Y decernim, y declaram, que axi per qualsevol jutges, y ordinaris, y delegats de qualsevol autoritat, y potestat que usen abdicada a ells, y a cada u dells la facultat, y autoritat de judicar, e interpretar ho de altra manera, devre esser judicat, y definit; e que irrito, y de ningun valor sia, si altrament sobre destes coses per qualsevol ab qualsevol autoritat scient, o ignorantment se esdevindra esser attentat. Y manam a tots, y senales venerables germans nostres Patriarches, Archebisbes, Bisbes, y altres Prelats de les esglesies de qualsevol autoritat, y dignitat sien, encara que sien Cardenals de la santa Esglesia de Roma, en virtut de santa obediencia, y sots peņa de interdit de la entrada de la esglesia, de la qual ells seran Prelats, y de suspensio del govern, e administracio de la mateixa esglesia, y de la percepcio dels fruits de aquella, y dels exercicis Pontificals, y altres penes a arbitre nostre imposadores, y moderadores que les presents lletres, y totes les coses en elles contengudes en ses esglesies, y en les esglesies, parroquials de cascu dells, a hont los aparra esser necessari, segons es de pratica publiquen, o publicar fassen per autoritat nostra, y donen cura que diligentment sien observades. No obstant les coses sobredites, ni les constitucions, y ordinacions Apostoliques ni qualsevol altres contraris. O si adalguns comuna, o divisament per la sede Apostolica los sos estat concedit, que no puguen esser entredits suspesos, o excomunicats per lletres Apostoliques que no fassen plena, y expressa, y de paraula per paraula mencio de tal concessio, o indult. Y per quant seria cosa difficil, que les presents lletres originals se portassen a cada un lloc, volem que als transumptos de aquelles, encara que estampats, sotscrits empero de ma de algun notari public, y segellats ab segell de alguna persona en dignitat eclesiastica constituida, los sia donada en tot, y per tot la mateixa se ques donaria a les mateixes originals lletres, si fossen exhibides, o mostrades. Y perque ningu se puga escusar sots color de ignorancia de les coses sobredites, volem, que als transumptos de les dites lletres, encara que sien com de sobre havem dit, estampats, y ficats en les portes de cada una de les esglesies catedrals, y metropolitanes dels regnes, principat, y comtats sobredits, tinguen forsa, y effecte de vera, y real publicacio, e intimacio, y que de tal manera comprenguen, y obliguen a tots, y sengles aquells que dites lletres concernexen, com si a cada u dells personalment fossen intimades. Dades en Roma en S. Pere sub anulo piscatoris, a quinze dies del mes de Febrer MDLXXVII. y lany quint del nostre Pontificat.

Cæ. Glorierius.

N*OS don Antoni Agosti per la miseracio divina Archebisbe de la santa esglesia de Tarragona, ab tenor de les presents amonestam y manam a tots los Rectors, Vicaris, y altres preveres de la present nostra ciutat, y diocesi de Tarragona, que despres de la noticia de la present constitucio per nostre santissim pare Gregori tretze feta, la fassau publicar, y publiquen en vostres esglesies lo primer dia, o festa seguent, pera que tots tinguen complida noticia de les coses per sa Santedat ordenades, y manades, y procurau complir, y observar, y que vostres parroquians, y subdits cumplen, y observen tot lo contengut en dites lletres Apostoliques. Dada en lo nostre palau Archiepiscopal de dita nostra ciutat de Tarragona, a XII. dies del mes de Març, any de la nativitat del Senyor MDLXXVIII.*

A. A. Archiepiscopus Tarraconensis.

EDI-

Ediĉte dels pecats publics, lo qual ſe ha de llegir en lo principi de la quareſma en totes les parroquies de la dioceſi de Tarragona.

NOS don Antoni Agoſti per la miſeracio divina Archebiſbe de la ſanta eſgleſia de Tarragona, per quant a noſtre paſtoral offici, y carrec toca, en totes les maneres poſſibles extirpar, y remediar les offenſes, y pecats publics que contra la divina Mageſtat, y ſos divinals manaments, y canons de la ſanta Eſgleſia ſe fan, y cometen per tots los eſtaments de perſones; perço, y altrament deſijant fer lo que a dit noſtre carreç toque, ab lo preſent ediĉte, y en virtut de ſanta obediencia, y ſots pena de excomunicacio major amoneſtam, y manam a totes, y qualſevol perſones de qualsevol eſtament, grau, preminencia, o condicio que ſien; que dins eſpay, y termini de nou dies primers vinents, del dia de la publicacio del preſent ediĉte en avant comtadors, los quals los aſſignam per primera, ſegona, tercera, y peremptoria monicio; manifeſten, y revelen davant nos, o noſtre Vicari general viſitador, ſi ſabran, o hauran viſt, entes, y oyt dir les coſes davall eſcrites: per que aquelles enteſes, ab tot amor, y caritat paterna lles pugam remediar; y ſi meneſter ſera, als culpables, protervos, e incoregibles punir, y caſtigar, de tal manera que noſtre Senyor ſia mes ſervit: la honra del qual, y bede les animes principalment en eſt a part deſijam, y procuram.

I. Contra los qui cometen pecats en les eſgleſies.

PRimerament ſi ſaben, o han entes, que en les eſgleſies ſantes hi hajen comeſes algunes offenſes, o pecats contra noſtre ſenyor Deu: o ſe fien fets alguns concerts de coſes males, y fees: o ſe celebren, o ojen los officis divinals ab notable irreverencia, y deſacato: o que no ſe adminiſtren ab la diligencia deguda los ſagraments de ſanta mare Eſgleſia: o que alguna perſona per deſcuyt, y negligencia dels Reĉtors, o Vicaris ſia morta ſens los dits ſants ſagraments: o que hi haja algunes perſones tan poc temeroſes de Deu, que traĉten ab notable irreverencia, y deſacato als ſacerdots, y miniſtres de Deu, poſant en ells les mans, o dient los paraules fees, y deſoneſtes, en menyſpreu, y deſacato del orde ſacerdotal.

II. Contra los qui cometen ſimonia.

Item ſi ſaben, o han oyt dir, que alguna perſona pera obtenir, y alcançar algun benefici eclesiaſtic pera ſi mateix, o pera altra perſona parenta, o eſtranya haja comes lo deteſtable crim de ſimonia; y en effeĉte per ſi, o per interpoſada perſona haja promes, donat, o fet prometre, o donar; o entes, y conſentit, que algu per ell prometes, o donas coſa alguna a algun patro, pera quel preſentas a ell, o a altra perſona; o a algun colador, pera que li colas lo benefici a ell, o a altri per ſon reſpeĉte. O tambe ſi ſaben, que algu pera obtenir benefici pera ell, o pera altri haja compenſat ab algu per los dits effeĉtes quantitats algunes de diners, blats, o altres coſes que li foſſen degudes; o per lo ſemblant confirmat coſes que abans hagues traĉtades; o depoſat, o fet depoſar en poder de alguna perſona coſa alguna per los dits reſpeĉtes; o empreſtat diners, o llogat caſa, o altra coſa pera quel preſentas, o ſe li colas benefici. O ſi ſaben, que per dits effeĉtes algu haja remes a altri algun deute, o algunes penſions, o altra coſa que li fos deguda, y obligada: o en altra qualſevol manera comes lo dit contraĉte illicit, y reprovat de ſimonia.

III. Contra los qui blaſfemen.

Item ſi ſaben, o han oyt dir, y entes que algunes perſones de qualſevol grau, eſtament, o condicio que ſien, ab menyſpreu de la honra de noſtre Senyor, y de ſon ſant nom, hajen dit algunes blaſfemies contra Deu, com Peſe a Deu, y No hage poder Deu; y altres ſemblants contra la ſagratiſſima Verge Maria mare de Deu noſtra ſenyora, o contra algu dels Sants. Y ſi hi ha algunes perſones, que no guarden les feſtes dedicades al culto divinal, y dels Sants, treballant en aquells com en los altres dies: ni tinguen cote de oyr Miſſa en aquells com hi ſon obligats. Y que algunes perſones hagen uſat mal de les ſantes paraules de la Eſcriptura divina en pratigues, converſacions, y altres aĉtes profans.

IV. Contra los qui tenen concubines.

Item ſi ſaben, han oyt, o entes que algunes perſones axi eclesiaſtiques com ſeculars de qualſevol eſtat, y condicio ſien, ab poc temor de Deu, y poc conte de ſes animes vixquem publicament amigats, o en adulteri, y donen de allo notable eſcandol al poble. O ſi ſaben que hi haja algunes malvades perſones axi homens com dones que tinguen en ſa caſa dones que eſtan amigades: y tambe homens, o dones que uſen de offici de interceſſores, terceres, o altrament dites alcabotes. O que hi haja algunes perſones que uſen, o faſſen algunes maneres de fetilleries, ſuperſticions, o encantaments de quaſevol manera.

V. Contra los llogrers.

Item ſi ſaben, o han entes, o oyt dir, que algunes perſones de qualſevol grau, o condicio ſien, faſſen traĉtes uſuraris, y illicits, preſtant diners per temps, ab eſperança, y paĉte de rebre major quantitat, comprant per menor preu, del que la coſa val, per haver anticipada la paga; o venent en mes del que val la coſa, per dexarla a fiar: o rebent fruits de alguna heretat, o altra coſa ques pren per penyora, no contant dits fruits en la quantitat que ſobre dita penyora dexaren: o faſſen altres companyies, y ſocie-

tats

tats de bestiars, y animals, dexantlos al tern diner que diven, fent assegurar lo principal contra la rectitut de la justicia: o de altra qualsevol manera de contractes prohibits contenguts en los edictes per nos publicats, en lo qual se cometa lo abominable vici, y pecat de la usura, la qual es molt detestable per les lleys divines, y positives, y en gran dany de les republiques, y de particulars persones.

VI. Contra los usurpadors de coses eclesiastiques.

Item si saben, o han oyt dir, que algunes persones de qualsevol estat, y condicio sien, ab poc temor de Deu, y en dany de llurs animes tinguen usurpats alguns bens, rendes, heretats, tributs, censos, o drets de les esglesies, o de beneficis, capellanies: o que tinguen amagats los actes, y escriptures qualsevol que sien, a dites esglesies, y beneficis en qualsevol manera pertanyents: o que amaguen, y oculten testaments, o escriptures que continguen carrecs, obligacions, o sacrificis, als quals sons obligats a dites esglesies, o beneficis: o que tinguen, y encobren qualsevol altres bens, rendes, escriptures, testaments, o codicils pertanyents a hermites, hospitals, confraries, marmessories, o altres coses pies dexades per les animes dels defunts. Y quant en aquest article particularment declaram, que los usurpadors, y ocupadors, y detenidors de les sobredites coses en aquest capitol contengudes, si dins sis dies apres de la publicacio de les presents en avant comtadors, los quals a ells, y a quiscu de ells, dos per la primera, dos per la segona, y dos per la tercera, y peremptoria monicio assignam, nou denunciaran, encorreguen en excomunicacio major latæ sententiae: la qual nunc pro tunc, & e contra in his scriptis in ipsos, & eorum quemlibet ferimus, & promulgamus.

VII. Contra los qui tenen joc en ses cases.

Item si saben, o hau entes, vist, o oyt dir, que alguna persona haja tingut, o tinga en sa casa taula de joc, de daus, cartes, o altres jocs per dret prohibits, tenint tot lo aparel necessari pera jugar, rebent dels jugadors taulatge, paga o remuneracio en qualsevol manera: com de dits jocs se segueixquen blasfemies, juraments, furts, y altres escandols, y pecats.

VIII. Contra los bigamos, y apartats de ses mullers, y contra los qui recullen bandolers.

Item si saben, han entes, o oyt dir, que algu tinga dos mullers: o alguns casats que estiguen separats sens llicencia, y permis de la Esglesia: o alguna persona que haja acollit bandolers, o donat en aquells consell, favor, y ajuda per continuar sos bandols.

IX. Contra los qui recullen monges.

Item si saben, o han vist, o oyt dir, qui tinga monies recollides, y retirades en ses cases: o quils done consell, favor, y ajuda pera que no observen la clausura que conforme als decrets del sagrat Concili, y constitucions Apostoliques son tingudes.

X. Contra los qui tenen per ties dones sospitoses.

Item si saben, o han entes, o oyt dir, que alguna persona eclesiastica tinga en sa casa per tia o altrament alguna dona ques tinga alguna mala sospita della, y que puga causar escandol en lo poble.

De les quals coses totes, y sengles en aquest nostre edicte contengudes vos advertim, que ultra que en les dites penes, y censures incorrereu los que aquelles sabreu, y no les denunciareu, y revelareu; no res manco tots los pecats, mals, y offenses que per no haverlos vosaltres denunciats, y divulgats, se dexaran de remediar, seran a carrec, y dany de vostres conciencies. Dat. en nostre palau Archiepiscopal de la nostra ciutat de Tarragona, a IX. dies del mes de Febrer, any de la nativit. del Senyor MDLXXXI.

A. A. Archiepiscopus Tarrac.

La constitucio Apostolica contra los bandolers la publicaran los Curats, o sos Vicaris dos vegades cada any, en les festes de Pasqua del Esperit sant, y de la Nativitat de nostre Senyor, a pena de una lliura per cada vegada que dexaran de publicarla.



EGO Jacobus Reig I. D. Canònicus ecclesiæ Tarraconensis in spiritualibus, & temporalibus Officialis, & Vicarius generalis illustriss. D. Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, visa relatione facta per reverendum Petrum Torrens doctorem Theologum, Lectorem, ac Rectorem Universitatis Tarraconensis, cui commissus fuit videndus liber hic, qui CONSTITUTIONUM SYNODALIUM PARTES QUINQUE *inscribitur, licentiam concedo imprimendi, atque vendendi in urbe, & diœcesi Tarraconensi dictum librum. In cujus rei fidem has litteras fieri jussimus. Dat. Tarracon. die xxvii. Septemb. MDXXCI.*

U. Reig prædictus.

IN-

Index Titulorum Constitutionum Synodalium Tarraconensium.

Index Formularum, Instrumentorum, & aliar: rerum.

In-

Index Litterarum Apostolicarum.

Index Canonum Concilii Tridentini.

Ex Concilio Barcinonensi provinciali.

Index Capitum Constitutionum synod. Tarraconens.

aliis



IN-

INDEX
RERUM, ET VERBORUM.

Prior numerus Paginam, posterior Columnam indicat.

Ba-

in

Cir-

con-

– *so-*

Fran-

Epi-

con-

Ma-

– eo-

Sar-

FINIS TERTII VOLUMINIS.

